

DIVINARVM
SCRIPTURARVM
IUXTA SANCTORVM
PATRVM SENTENTIAS
LOCUPLETISSIMVS
THESAURVS.


IN QVO PARABOLÆ, METAPHORÆ,
*Phrases, & difficiliora quæq; loca totius sacrapagine declarantur:
cum concordia utriusq; testamenti.*

AUTHORE IOANNE FERDINANDO SOCIETATIS
IESV, Doctore Theologo, & in Salmanticensi Academia sacre
quondam pagine professore.

*Adiecti sunt huic operi duo indices copiosissimi, alter euangeliorum totius anni, alter
rerum & verborum in vsum concionatorum Verbi Dei.*

Ad D. D. Franciscum de Reynoso Abbatem de Villos, &c.

*By order of the Librarian
No. 2. Theobald*



Cum Priuilegio.

METHYMNÆ A CAMPO.

Excudebat Iacobus à Cantò.

M. D. XCHIII.



2 400 40
MADE IN SPAIN

DIVINARVM
SCRIPTURARVM
IUXTA SANCTORVM
PATRVM SENTENTIAS
LOCUPLETISSIMVS
THESAURVS.


IN QVO PARABOLÆ, METAPHORÆ,
Phrases, & difficiliora quæq; loca totius sacrapagine declarantur:
cum concordia utriusq; testamenti.

AUTHORE IOANNE FERDINANDO SOCIETATIS
IESV, Doctore Theologo, & in Salmanticensi Academia sacrae
quondam paginae professore.

*Adiecti sunt huic operi duo indices copiosissimi, alter euangeliorum totius anni, alter
rerum & verborum in usum concionatorum verbi Dei.*

Ad D. D. Franciscum de Reynoso Abbatem de Villos, &c.

*By order of the Librarian
M. D. Reynoso*




Cum Privilegio.

METHYMNÆ A CAMPO.

Excudebat Iacobus à Cantò.


M. D. XCHIII.



D I M A R V M

M V R A R V T V R I S
M V R A R V T V R I S
M V R A R V T V R I S
M V R A R V T V R I S
M V R A R V T V R I S

THE SA...
THE SA...
THE SA...
THE SA...
THE SA...



M. D. XCIII.
M. D. XCIII.
M. D. XCIII.

Errata sic corriges.

Follo. 2. columna, 2. lin. 18. vbi dicit, mema, lege meam. 7. 4. 5. bellis, biles, 8. 1. 4. tos, hos, rus, his, 15. calla, colla, 1. 3. n. retur, ris, 4. 1. 4. 2b, ad, 20. 4. 27. quis, quos, 25. 3. 50. deflu, deflu. 32. 2. 25. pes, spes. 34. 4. 27. posse, possiffe. 50. 31. 40. vero, viro. 60. 2. 42. alci, aliq, 68. 2. 16. spri, spiri, 72. 3. 35. ius, tanus. 89. 2. es, est, 82. 3. 7. 1. 2. Hac. 84. 1. 16. uo, uos, 31. pecc, si pecca. 4. 5. 3. tote, toto, 55. pati, patiu. 88. 1. 4. 7. bitar, habitat, 92. 4. 18. no, non, 121. 4. 27. abiecta, abiecta, b, 126. 6. 2. 5. Ape. Apo. 4. 31. ius, rius, 132. 1. 3. am. at, 3. 18. glau, gla, 50. refer, refert, 4. 38. Fri, Tri, 142. 1. 2. 3. Poph. Sopho. 145. 3. 27. res, ris, 4. 41. plan. planta, 146. 1. 1. ris, rem, 149. 3. 39. da, dem. 152. 4. 24. la, illa. 153. 2. 26. Qui, Qui se, 154. 1. 4. gua, gna, 2. 46. ascencd, ascenden, 4. 43. lan. san. 155. 4. 34. excluderet, Et eicere. Vt excluderent, & eiceret. 157. 2. 44. illis, illius, 158. 1. 42. cur, tur, 159. 1. 25. praedicatoris, peccatoris, 184. 4. 8. vestiri, vestiri. 47. vali, vuli, 187. 3. 6. pho, pha, 189. 2. 20. vit, vir, 204. 1. 39. iam, 52. ite, irem, 218. 3. ii. fit ti, fitir, 224. 3. ii. mixi, omixto. 233. 1. 30. medo, medio, 239. 4. 2. plen, splen, 240. 1. 35. dat, datu, 257. 2. 19. horre, horro. re, 56. quonia, euomam. 260. 1. 9. Cari Cariat, 2. 12. tes, tes. 16. vacan, vocare. 261. 4. 24. ge, ger. 263. 3. 3. mult, muti, 272. 3. 28. exulto, exalta, 274. 3. 31. phete, phetic. 281. 4. 5. quin, qui, 235. 2. 3. nos, os. 345. 4. 23. tus, tu, 347. 4. 39. gabl, gregabil, 370. 3. 30. di, dici, 373. 1. 4. Dauid, dauit, 277. 3. 4. sunt, sicut, 384. 1. 3. din, dinem. 4. 36. to, ta, 388. 3. 23. ex, est, 398. 4. 31. na, no. 409. 2. 29. mores, molares. 417. 2. 44. milites, lites. 418. 37. fiut, sicut. 421. 4. 10. lini estis, linistis. 425. 3. 2. quia, qui. 442. 4. 19. stia, dia, 443. 2. 22. ided, ideo, 448. 2. 13. dici, dicit, 462. 2. 34. munit, minuit, 463. 1. 19. ta, tra, 2. 16. Ze Zo. Vallisoletipri dia kalen. Aprilis Anni M. D. XCIII.

Vi este libro intitulado *Theaurus Diuiinarum Scripturarum*, el primero tomo, que contiene quatro libros A. B. C. D. El qual esta bien y fielmente impresso, y con las enmiendas que lleva facadas conuerda con su original. En Valladolid a xxx. dias del mes de Março de M. D. XCIII. Años.

D. Alonso Vaca de Santiago.

TASSA.

YO Christoual de Leon, escriuano de Camara del Rey nuestro señor, de los que residen en su Consejo, doy fee, que auiendo se visto por los señores del vn libro intitulado *Theaurum Diuiinarum Scripturarum*, que con su licencia hizo imprimir el Doctor Iuan Fernandez de la Compañia de I E S V S, Tassaró cada pliego delos del dicho libro en papel a tres mrs y medio. Y mandaró que antes q se venda se imprima en la primera hoja de cada vno dellos este testimonio de Tassa. Y para q dello conste, de mandamiento delos dichos señores del Consejo de su Magestad, y de pedimiento de la parte del dicho Doctor Iuan Fernandez, di esta fee en la villa de Madrid, a ocho dias del mes de Septiembre, de mil y quinientos y nouenta y quatro años.

Christoual de Leon.

Tiene este Tomo dozientos y cinquenta y feys pliegos, q a razó de la Tassa monta ochocientos y nouenta y feys mrs: q son veynte y feys reales y doce mrs.

J. Valdera

PRIVILEGIO.

POR quanto por parte de vos el Doctor Iuan Fernandez, religioso de la Compania de IESVS, nos fue fecha relacion que vos auia des cõpueſto vn libro intitulado: *Theſaurus Diuinarum Scripturarum*, el qual os auia costado mucho tiẽ po y trabajo para facarlo a luz, y porque entẽdiades seria de prouecho y vtilidad para el bien comun, nos pedistes y ſupplicastes fueſſemos ſeruido mandar ver el dicho libro, y dar licencia para lo poder imprimir con priuilegio por diez años, o como la nueſtra merced fueſſe: lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias que la pragmatica por nos nueuamente fecha ſobre la impreſſion de los libros diſpone. Fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon, y nos tubimos lo por bien, y por la preſente por os hazer bien y merced, vos damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes, que corran y ſe cuenten desde el dia de la fecha della, vos o la perſona que vueſtro poder vriere, y no otra alguna, podays imprimir el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion, por el original que en el nueſtro Conſejo ſe vio, que va rubricado y firmado al fin del, de Chriſtoval de Leon nueſtro eſcriuano de Camara, de los que residen en nueſtro Conſejo, con que antes que ſe venda, lo tray gais ante ellos, juntamente con el dicho original, para que ſe vea ſi la dicha impreſſion eſta cõforme a el, o tragays ſe en publica forma, en como por Corrector nombrado por nueſtro mandado, ſe vio y corrigio la dicha impreſſion por el original: y mandamos al impreſſor que imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de ſolo vn libro con el original al autor o perſona a cuya coſta ſe imprimiere, ni a otra alguna, para efecto de la correccion, y taſſa, haſta que primero el dicho libro eſte corregido y taſſado: y eſtando aſſi, y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, en el qual ſeguidamente ponga eſta nueſtra licencia y priuilegio, y la aprobacion y taſſa, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nueſtros Reynos. Y mandamos que durante el dicho tiempo, perſona alguna, ſin vueſtra licencia no le pueda imprimir, ni vender, ſo pena que el que lo imprimiere, aya perdido y pierda todos y qualesquier libros, moldes, y aparejos que del dicho libro tubiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena ſea la tercia parte para nueſtra Camara: y otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para la perſona que lo denunciare. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo, Presidente y Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de nueſtra Caſa, Corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſſiſtente, Governadores, Alcaydes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias, qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nueſtros Reynos y ſeñorios, aſſi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que aſſi vos hazemos, y contra el tenor de lo en ella contenido, no vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil maravedis para la nueſtra Camara. Fecha en Aranjuez a veynte y dos dias del mes de Mayo de mil y quinientos y nouenta y tres años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro ſeñor,

Don Zuys de Salazar.

D.D.



D. D. FRANCISCO DE REYNOSO ABBATI DE VSILLOS,

PII V. PONTIFICIS MAXIMI CUBICULARIO à secretis, &c. Ioannes Ferdinandus è Societate IESV, S. P. D.



AVREVM illud os (vir clarissime) Ioannes, inquam, cognomento Chryſoſtomus gratiarum actionem magnum eſſe theſaurum teſtatus eſt, magnas diuitias, in conſumptum bonum, armaturamq; fortem: idq; merito, ingratitude enim quid vilius turpiusve in rebus humanis reperias? Vnde Auguſtinus dum Deum alloquitur, ſcio, inquit, domine, quia ingratitude diſplicet tibi, quæ radix eſt totius mali. Bernardus etiam ingratitude inſam, illam animarum hoſtem appellat, virtutum inimicam, ventumq; vrentem, qui fontem diuina miſericordie, flueta gratia, & bonorum omnium ſcasurigenes obturat. Quod ego vitium dum, vt Chriſtianum hominem decet, effugere ſiuaeo, quod à teneris annis valde illud, vt par eſt, deteſtatus ſim: dumq; de meis lubricationibus prælo mandandis cogito, ac cui deberentur ſepè mecum, ac cum alijs ago, idq; ſerio, tu olus occurrifti, cui merito, ac iure deberentur. Te enim & Romæ totius noſtræ ſocietatis ſub Pio V. P. M. noſtri fauorem, & hic in Hiſpania non vulgarem patronum, ac defenſorem: Omitto particularia, ac quotidiana in Palentinum hoc noſtrum collegium beneficia collata, quotque in illiſtis ſumptibus alas, vt publico totius diœceſis bono cõſulas: Vnde cum pro tam antiqua tua, & tam eximia erga Societatem noſtram beneuolentia, & benignitate parem vt deceret, gratiam referre minimè poſſemus, ne per obliuionem, vel per negligentiam, aut incogitantiam ingratitude notam incurere videremur, labores hos meos, licet modicos, ac meritis

impares, quo, in Theſauri diuinarū Scripturarum libris im-
pendi, tibi dicare, ſub tuoq; nomine, ac patrocinio typis man-
dare decreui: quem enim alium vel Eccleſiæ præſulem, vel
principem virum tibi (pace omnium dixerim) anteponerem?
Si enim benemeritum de noſtra Societate quaſiero, tu multis,
magnisq; principibus antecellis. Si generis nobilitate ducar,
tibi in domo de Reynoſo, & Autillo tā conſtans origo eſt, &
antiqua ſicut antiquiſſima plane priuilegiorū veſtra ſubſcri-
ptiones, quibus in regum priuilegijs poſt ipſorum ſubſcriptio-
nem maiores tui de Reynoſo & Autillo ſuas etiam adhibe-
bant, quod ſolum erat Hiſpaniæ procerum, eſtq; in hunc diē,
ſatis apertē omnibus indicant. Si literarum ſtudium poſcam,
& maxime Theologia, huic à teneris annis incubuiſti uſque
ad ſummā Theologia lauream. Si principum beneuolētiam,
& familiaritatē ſingularem petam, quem te Pio Pōtifici Ma-
ximo, vel magis charum, vel magis familiarem inueniemus:
cui ſuam ſalutē, & vitam, ne de negotijs agam, & ante Pon-
tificatum, & in ipſo Pontificatu, confidentiſſime plane com-
miſiſit. Vt interim omittam tuos te annuos redditus multorū
milliu maureorum pauperibus. Xenodochijs, & pijs operibus
largiſſima iugiter erogare manu. Quod ſi mihi obieceris (qua
tua moeſtia eſt) quendam Ethnicū dixiſſe. Principibus pla-
cuiſſe uiris, nō ultima laus eſt. Certē ſi de profanis principib;
qui nefarijs flagitijs, vel ludicris delectantur, & uanis, ſer-
mo ſit, non inficior, cum Propheta dicat. Quoniam tu diſſipa-
ſti oſſa eorum, qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam
Deus ſpreuit eos. Sed Chaldaicus paraphraſtes hoc explanat
ſic transferens. Qui diſſipas robur exercitūū flagitiolum, &
cōfudiſti eos, uerbum enim Dñi eos execratum eſt. Itaq; illi,
qui in flagitijs hominibus placent, reprobantur. In quo ſen-
ſu Paul. dixit, Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, Dei ſer-
uus nō eſſem. Vbi hominibus dixit, ideſt, humana ſapiētibus,
& popularem auram ſectantibus. Alioquin Apoſtolus ipſe.
Rom. 15 ſuam ſententiā explicat dicens: Vnuiſuiſq; noſtrū
proximo ſuo placeat in bonū ad adificationem, & Eccli. 20.

Homo

Homo prudens placebit magnatibus, & infra. qui autem pla-
cet magnatibus, effugiet iniquitatem. Vbi liquido ſatis oſten-
dit in rebus honeſtis, & uirtutem redolentibus placere magna-
tibus prudentis quidem eſſe uiri & ſapientis, maximeq; lau-
dabile. Atqui Pius. V. P. Max. talis erat, tantūq; ſanctitatis,
& uirtutū in omnium totum terrarum orbē, inſtar meridiani
ſolis effudit, ut nemo illi niſi honeſtatis amator, & uirtutis
Chriſtiana cultor eximius, placere poſſet, ut pote qui tāto ſi-
dei Catholica ardore conſpicuus fuit, ut non ſolum Regibus,
& Imperatoribus Chriſtianiſ in pretio eſſet, & ueneratione
ſingulari, ſed ipſis etiam hæreticis inculpatus, iuſtus, & re-
ctus, uſq; admiraculum haberetur, neq; immerito, cum & ip-
ſis quoq; demonibus eſſet planē terribilis, quos benedictione
data, mox ex obſeſſis corporibus abigebat. Multaq; orādo ad
totius Chriſtiana Reipublicæ gloriā, & emolumentum uel
contra Turcas (quod in mira uictoria nau. li D. Ioānis Au-
ſtriaci ſumus experti) uel cōtra hæreſes, uel cōtra graſſantia
paſſim uitia, mirabiliter impetravit. Neq; dum uiueret ſolu
clariſſimis planē ſignis, ſed & poſt obitum etiā hoſtibus Ec-
cleſiæ formidabilis fuit. Quibuſdam etiam, qui contra illu li-
bellos ſaſoſo ſparſerant, uſione diuina, præproſera morte,
& horribili palam extinctis. Huic ergo uiro ſanctiſſimo. &
in Eccleſiā culmine conſtituto placuiſſe, cui nihil niſi lone-
ſtum, & perfectum placere poterat, quis nō fateatur eſſe lau-
dabilem. Cui quantum placueris, munera quidē, prætermiſ-
ſis alijs, oſtendunt, quibus te proſequutus eſt, & ſi diutius ui-
xiſſet, amplius ornaiſſet. Accipe igitur Vir Clariſſime noſtra
quoq; qualiacumq; illa ſint, munuſcula, neq; minora, quā te
deceant, eſſe conſideres, ſed amplectere potius tāquam ſigna
quadam ſingularis beneuolentiæ, & gratitudinis meæ,
& totius erga te Societatis noſtræ, quam tam
ſyncero, & benigno ſemper amore pro-
ſequeris. Vale.

L I C E N.

LICENCIA.



O Francisco de Galarça Prouincial de la Compañia de IESVS en la Prouincia de Castilla, por comission y facultad del muy Reueredo padre Claudio Aquaviua nuestro Preposito General doy licencia, que se imprima el primer tomo de la obra del Theforo de las diuinas escripturas, que compuso, y hizo el padre Doctor Iuan Fernandez de nuestra Compañia, residente en nuestro Colegio de Palencia: el qual a sido visto, y examinado, y aprouado por muchas personas doctas y graues de nuestra Compañia. En testimonio de lo qual di esta firmada de mi nombre, y sellada con el fello de mi officio, en Valladolid a ocho de Deziembre de 1592. años.

*Francisco de Galarça
Prouincial.*


Censura.



LIBRVM, Vel primam partē libri Theauri diuinarū scripturarum, quem instituit doctissimus doctor Ioannes Ierdinādez ē Societate IESVS, vidi de mandato supreni senatus, opus sanē vt immensi laboris, ita omnibus Theologiae, & sanctorum doctrinae studiosis frugiferū: in quo opere maximē placet in locis citatis & punctim ostensis autoritas, & antiquissimorum Patrum cōtensa interpretatio, qua refertum est totum opus non sine magna lectionis, & rerum diligentissima disquisitione, quare poterit cum Ecclesiae & legentium vtilitate prae lo mandari in conuentu Diui Philippi Matriti ordinis S. P. N. Augustini, octauo die Maij.

Fr. Gabriel Pinelo.

SCOPVS



SCOPVS OPERIS
ET RATIO AD
LECTOREM.



VMPVRIMIPASSIM Scripturarum expostores nec inferioris planē classis propter metaphoras, & peregrinas phrasēs, quibus frequenter vtitur sacra pagina, historicum interdum sensum deserentes ad allego-riarum confugiant diuerticula (quod non parum caliginis, pro dolor, diuinis eloquijs offundit) ita vt non nūquam inter sexcentas vnus loci expositiones quid iuxta literam Spiritus Sanctus intendat, expiscari vix possis: opere pretium me facturum existimaui, si metaphoras & tropos Scripturarum atque difficiliore phrasēs in ordinem redigens, occultiora loca totius sacrae paginae (ad limam tamen Sanctorum patrum qui primas inter alios, tum in mysterijs sacrae Theologiae penetrandis, tum etiam in linguarum peritia, tenent) enodanda curarem, adiectis regulis, & obseruationibus ad eundem scopum facientibus. Quod opus multorum annorum peruigili studio, assidua lectione, & vsu, atque exercitio publicarum Theologiae tam scholasticae quam positivae per multa annorum lustra praelectionum, denique à prima mea iuuetute, vsque ad senectam perpetuo sudore constat. Diuisimus autem tractatū vniuersum in tres tomos, ita vt seruato semper (quo ad fieri poterit) ordine

A &

& indice literarum, breuitati nihilominus Studeamus. Illud autem admonitum pium lectorem velim, laborem hunc nostrum non solum Theologiae candidatis & Scripturae sacrae Studiosis ipsis que sacrae paginae praefectoribus, verum etiam concionatoribus verbi Dei, per vtilem imprimis futurum. Sunt enim tam frequentes sacrarum tropi literarum, & allegoricae phrasae, varijs vbiq; adumbratae coloribus, vt nihil pulchrius, nihil suauius, aut etiam vtilius proponi pro concione populis possit: quod tamen non aniles plane fabulas, aut quasi de mimo conficta somnia redoleant, sicut pleraque noua passim, sed solidas potius cum summa venustate, & miro decore sacrae, paginae iuxta literam expositiones, Sanctorum Ecclesiae patrum autoritate munitas, praefereant: quae ad mores tanto grauius & confidentius, quanto verius & modestius deflectuntur. Quod & nos frequenter quomodo praestandum sit, ostendemus: vaticinijs quippe Prophetarum Evangelica testimonia subnectimus hoc asterisco, * signantes passim, cui Evangelio quaeque vetustioris scripturae loca congruentius possint accomodari. Deinde sub calce huius operis tabulam, siue indicem Euangeliorum, quae per anni circulum in Ecclesia Romana decantantur, subiiciemus: ad quem omnes phrasae & sententiae vtriusque testamenti, cum Sanctorum patrum expositione, reducere conabimur, appositis numeris citatisque dictionibus, ad singula facilius inuenienda. Neque deerunt loci morales ordine suo. Quod quanti futurum sit emolumentum, verbi Dei praeconijs, & toti

Ecclesiae, aliorum esto iudicium. Sex autem


praeludia praemittimus, ad operis

huius clariorem intelligentiam per necessaria.

Vale.

Vale.

DE



DE OPTIMO
GENERE EXPO-
NENDI LITERAS
SACRAS.

PRÆLVDIVM I.



INTEQVAM ad expositionem Phrasium Scripturae ordine Alphabetico, (sicut propositum est) accedamus, optime lector, quaedam

hi prolegomena & quasi preludia praemittenda esse video: quae ad reliquorum intelligentiam in ipsis initijs requiruntur, ne eadem saepius repetere fortasse sit opus. Primum est, non esse literas sacras, secundum literae corticem, in eo sensu, quem apud grammaticos voces ipsae simplices faciunt, indiscriminatim intelligendas. Enim vero, haereticos proprio sensu sacras literas reuoluentes, inde vel maxime in erroris foueam incidisse constat, quod non altius quam secundum illud, quod simplex & nuda litera primo quidem ostendit intuitu, explicandas esse fuerunt, vt in libro de Synodis contra Arianos Hilarius Pictauiensis adnotat. Ex Apostoli (inquit) verbis (scilicet) *Mediator Dei & hominum Christus Iesus, &c.* Photinus suam haeresim hausit, hominem tantum Christum affirmans. Marcio ex Epistola ad Philippenses. *Et habitus est inuentus ut homo.* Phantasticum & non verum corpus Christum habuisse asserit. Arriani creaturam Christum dicit, & patri inaequalem ex Ioannis verbis * *Pater maior me est, &c.* Alij dissi-

milem patri filium dicunt ex illo * *De die autem & hora nemo scie, neque Angeli in caelis, neque filius, nisi pater solus.* Alij tenebras coeuias Deo dixerunt, nepe Manichaei, quia in Genesi post noctem dies caepa ponatur. Alij Mathusalem post diluuium vixisse, & quod non tantum octo annis in Noe arca saluatae sint. Haec & alia plura ex diuinis libris male intellectis hauserunt haeretici.

Idem asserit Augustinus super Psal. quinquagesimum quartum. Quaedam (inquit) in scriptura dura videbantur, cum obscura essent, & exposita mollita sunt: nam & prima haeresis in discipulis Christi velut ad duritiem sermonis ipsius facta est, cum enim Dominus diceret. * *Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit meum sanguinem, non habebit vitam in se.* Illi non intelligentes dixerunt ad inuicem. *Durus est hic sermo.* Quod dicentes separauerunt se ab illo. Ecce secundum Augustinum, quia expressum Christi verbum existimabant simpliciter ad literam intelligendum, ex discipulis eius non pauci in primum schisma suae haeresim inciderunt. Quod vt clarius intelligatur reuoluamus sub compendio patrum historias, & maiorum scripta, qui haereses olim, religionis amore tacti refutarunt, qui erroris plerumque singulorum causam illam praecipuam inter alias fuisse confirmant, & quasi principium & radicem omnium, velle humano more, &

Matth. 14.

August.

Ioan. 6.

Hilar.

1. Timot. 2.

Phil. 2.

Ioan. 14.

secundū literæ superficiem, omnia vbiq; semper scripturarum intelligere testimonia.

3 Hinc Origenes aliquando dixit, animas hominum peccatorū in dæmones in inferno cōverti, & ecōtrario dæmones in animas hominū trāsformari, quia apud Ioan. legitur, Iudæis perfidis dictū à domino. *Vos ex patre diabolo estis. Quasi diabolus filios naturales haberet, qui in animas hominum natura duce conuerterentur, cum filius Dei non de natura, sed de imitatione diaboli secundum omnes patres loqueretur, quia subdit in textu. Et desideria eius vultis facere.* Secundum eandem insaniam, alij non dissimiles hæresiarche, animas easdem in bestias omnigenas post corporis mortem reuolui, & bestiarum ad inuicem animas in humana corpora, docuerunt: quia Christus Dominus de Herode loquens dixerit * *Dicite vespilli, &c.* Et Ioannes Baptista * *Pharisæos vocauerit genimina viperarum, cum ecōtrario dicat Ecclesiastes cap. vltimo. Et Spiritus redeat ad Deum, &c.*

4 Item Macedonius hæreticus, contra quem Concilium primum Constantinopolitanum congregatum est, quia legit in Apost. *Spiritus est qui postulat, pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Creaturam esse affirmavit Spiritum Sanctum, cum contra Petrus, dicat de Spiritu Sancto: *Non estis hominibus meniti, sed Deo.* Nestorius cum in Euang. Mariam matrem Iesu vocari legisset, & non expresse matrem Dei, dixit illam Dei genitricem non esse vocandam, sed Christiparam. Euty chius cum scriptum à Paulo vidisset. * *Et si nouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus.* Afferuit, in resurrectione Domini carnem eius in deitatem fuisse conuersam, cum tamen Phrasim Apostoli id minime significare idem ipse Paulus in sequentibus dicat, dum de nobis qui carni sumus subiungit: *Ne minem nouimus secundum carnem.* Hæretici quoque Pseudo Apostoli appellati, nihil in crastinum reseruari Christiano licere iactabant, quia Christus * *discipulis dixerit: Nolite solliciti esse in crastinum. Et nolite possidere aurum neque argentum: Nec miseri confi-*

Ioan. 8.
Luc. 13.
Luc. 3.
Eccles. vlt.
Rom. 8.
Act. 5.
Matth. 1.
Ioan. 3.
1. Cor. 5.
Matth. 7.
Matth. 10.

derarunt consilium illud esse prudenter intelligendum, cū & Iudas teste Ioanne, ea quæ Domino, & discipulis eius ad viditum & vestitum erogabantur, in loculis referuaret. Ex eadem ignorantia Seleucius & Hermius in hæresim inciderunt dicentes, debere qui Christo nomina dabant igne baptizari, cum expressum verbum Dei diceret * *ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igne.* Quod non de igne quidem ad literam, sed de charitate potius intelligendum est. Eadem via Montanus & Cataphrigæ mortuos baptizandos existimabant, quod Pau. dixerit. *Alioquin quid faciūt qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt.* Quasi non posset Apostolus ab usum Iudaizantium (qualis iste erat) ad cōprobendam fidem, resurrectionis adducere.

Item Armenij atque Arnoldistæ olim hæretici, Deum à beatis tam Angelis quam animabus sanctis clarè videri nullo modo posse, quasi ex verbo Dei expresso audacter asseuerabant, quod * *Paulus dixerit: Qui lucem habitat inaccessibilem.* * *Ioan. 1. Deum nemo uidit unquam.* Cum tamen in hac vita mortali intelligendum esse dūtaxat idem * *Paulus exponat dicens. Videmus nunc per speculum in enigmate postea uero facie ad faciem.* Origenes uero eadem via in illam hæresim lapsus est, qua dicebat poenas inferni finē tandem habituras, iuxta illud. * *Æstimaui abyssum quasi senescentem.* Nam quod senescit iuxta Apostolum prope interitum est, nec temerarius aduertit metaphoricam locutionem esse, cuius ambiguitatem Dñs explicat in Euang. dicens: *Et ibunt hi in supplicium æternum.* Similiter Græci animas beatorum asserunt etiam omnino purgatas, nequaquam in celo Deum clarè videre, vsque ad vniuersalem resurrectionis diem, quia Ioannes dixerat: *Vidi sub altari animas intersectorum propter testimonium I E S V, C H R I S T I.* Neque viderunt contra illos esse quod Dominus in cruce, pendenti latroni dixit. *Hodie mecum eris in paradisso.* Quod cum de terrestri nequeat intelligi, de clara Dei visione palam accipitur. Quid, quod Iouinianus, teste Hieronymo in libris contra eum scriptis, omnes sanctos pares futuros esse in gloria,

Matth. 3.
1. Cor. 15.
1. Timot. 6.
Ioan. 1.
1. Cor. 13.
Iob. 40.
Matth. 25.
Apoc. 6.
Luc. 33.

ria putabat, quod Christus singularis operarijs denarium dederit diurnum, non intelligens hoc de vnius essentia diuinæ visionis, non de eodem gradu gloriæ dici, cum contra ipse Dominus Apostolis clare dixerit. *In domo patris mei mansiones multe sunt.* Et Paulus. *Sicut stella differt in claritate, sic erit resurrectio mortuorum.*

6 Manichæi etiam simili ratione decepti, bellum Christianis contra hostes etiā Ecclesiæ gerere, nefas esse dicebant, quia Christus dicit: *Ego autem dico uobis non resistere malo;* Cum tamen hoc consilium esse, neque id semper, ex Matth. intelligere potuissent, vbi Centurio, qui sub potestate constitutus expeditos ad arma milites habuit, miris à Christo ob integram viuāq; fidem laudibus commendatur, neque reuocetur à bello, sicut neque Ioannes Baptista milites à prælio reuocauit, sed ab iniustitia & calumnia. Hæretici præterea discauciati similiter impegerrunt, dicentes non licere Christianum calciatum incedere, cū apud Matthæum, iusserit Apostolis filius Dei, ne calcamenta portarent. Neque ad tempus illud fuisse præceptum aduerterunt, cum apud Marcum eosdem mox ad prædicandum calceatos fandalij destinauerit. Præterea Vadiani hæretici Deum esse corporeum mordicus tenuerunt, quod oculos, aures, & manus in literis sacris habere dicatur, non attendentes metaphoricam esse locutionem, sicut quando Christus petra, leo, agnus, vitis & porta figurat vocatur: & ipse apud Ioanem Samaritanæ dixit: *spiritus est Deus.* Quodq; magis ridiculum est, Vallesij quidam hæretici teste Augustino lib. de hæresibus. c. 37. dixerunt, neminem posse saluari nisi iuxta corticem literæ Math. 19. seipsum castrauerit, cum Dominus dicat: *Sunt nonnulli, qui se castrauerunt propter regnum Cælorum.* Neque aduertunt quod mox sequitur. *Qui potest capere capiat;* vbi spiritualiter intelligendum esse de castitatis cōsilio satis insinuat. Sic & alios Chrysofostomus refert, qui asserunt neminem obtinere salutem, nisi qui ligneam crucem humeris quotidie portaret, ex verbo Christi. *Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus, cum aperte de carnis mortificatio-*

Matth. 20.
Ioan. 14.
1. Cor. 15.
Matth. 5.
Matth. 8.
Luc. 3.
Matth. 10.
Marc. 6.
Ioan. 4.
Aug.
Matth. 19.
Chrysof.
Matth. 10.

ne sit sermo, iuxta illud. Apostoli: *Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentijs.*

7 Nec dissimilis ignorantia fuit, quam de quodam Petro Abailardo Bernardus refert Epist. 191. nihil esse Christiano credendum, quod vires intellectus excederet, quia Ecclesiastici. 7. legerat: *Qui cito credit leuis est corde,* cum de humana credulitate ibi sit sermo, non de fide diuina, propheticis vaticinijs, miraculis atque virtutibus toto terrarum orbe prædicata: de qua Paulus Apostolus Abrahamum Patriarcham mire commendat. *Qui in spem contra spem credidit.* Simile Iouiniani deliramentum Hieronymus loco supra citato refert sermō dogmatizantis. Eum qui semel baptismi gratiam consecutus fuisset, peccare iam vltra non posse, quod apud Ioan. 3. dicatur: *Omnes qui natus est ex Deo non peccat.* Et Paulus ait: *Charitas nunquam excidit;* Neque aduertit, hoc ex parte illorum supernaturali Christi donorū intelligi, qua semel interdum ab spiritu Sancto collata sic ab eodem benignissime conseruantur, vt si homo sua culpa illis priuare nolit, & sponte, peccare illa permaneāt. Vnde Paulus ipse clamabat: *Qui autem se existimat stare, uideat ne cadat.* Valdenses etiā hæretici Christianis nulla ratione iurare licere contendebant, quod apud Matthæum diceretur: *Ego autem dico uobis non iurare omnino.* Sed mirum est, non illos aduertere de iuramento vano atque prophano Dominū esse locutum, cum & Paulus omnis controuersiæ finem iuramentum esse fateatur, & ipse Apostolus iuret. &c.

8 Quid autem referam Nazaræos & Hebronitas, qui legem Moyse cum Euangelio seruandam esse mordicus tenuerunt, quia scriptum legerant: *Legitimum semipiternum erit Aaron & filijs eius,* Non attendentes æternum in scriptura facta pro vno sæculo frequenter accipi, aut pro determinato tempore, alioquin quomodo regnabit Dominus in æternum & vltra? Simili modo Blustus quidam & hæretici Floriani, vt refert Eusebius libro. 5. Ecclesiasticæ Hist. legentes apud Paulum, Deum fecisse vasa iræ, & apud Ezechielem, *Ego decepi prophetam illum;* Item in Exodo, *Ego indurabo cor eius;* Malum culpæ à

Gal. 5.
Bernar.
Eccles. 7.
Rom. 14.
Hierony.
1. Ioan. 3.
1. Cor. 13.
Rom. 10.
Matth. 5.
Hebr. 6.
Ex. 27.
Deut. 32.
Euseb.
Rom. 9.
Ezech. 14.
Exod. 4.

Abac. 1. Deo fonte bonorum omnium promanare quoque dicebāt, non attendentes permissionem in prædictis locis, non autem cooperationem Dei ad culpæ malum significari, alioquin Abacuc propheta clamat: *Mundi sunt oculi tui domine ne uideas malum, & respicere ad iniquitatem non potes.* Et cōtrario hæretici Colutiani literæ superficiē attendētes, in aliud extremū inciderūt, nec malū quidē pœnæ dicentes à Deo bonorum autore promanare posse, quod in Genesi legerant: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona, Sed pœna licet malo sit mala, bona tamen est & iusta secundum iudicium Dei.* Vnde Amos ait. *Si est malum in ciuitate quod Dominus non fecerit.* Et ut hæreticorum qui literæ tantum adhærent deliramenta mireris, Messaliani quondam hæretici nunquam ab oratione cessandum aiebant, quia Dominus dixit: *Oportet semper orare, & nunquam deficere,* Non aduertentes particulam illam semper, in scriptura sacra pro (frequēter) accipi. Circumceliones verò ex Donatistis se ipsos per loca prærupta præcipites dabant, aut mortem sibi miseram flammis aut gladio conciscebant, quasi martirium insigne subeuntes, quia Christus in Euangelio dixerat. *Maiorem hac dilectionem, nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis,* Cum tamen Dominus suadenti sibi Diabolo, ut de pinna templi præcipitem se daret, responderit, *Scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum.*

Matth. 4. 9 Quæ omnia ut innumeras alias hæreses causa breuitatis omittam, satis apte demonstrant Nouatorum hodie doctrinam stultam pariter & hæreticam esse, quam mordicus tenent, expressum esse debere verbum Dei, & simpliciter exponendum sicut in superficie literæ sonat, nec magistros esse quærendos: quod omnium ab initio hæresum & errorum, sicut sub compendio tibi ostendimus, Christiane lector, seminariū fuit. Quid enim expressus aut clarius dictū videri poterat, quam quod Saluator apud Ioannem ait. *Ego & pater unum sumus?* Et tamen Arrius vnum explicat, non essentia sed charitate: Nestorius vnum habitatione, sicut vnum sunt auriga & currus, aut homo & indumentum: Euthices vnum conuersione huma-

nitatis in Deitatem, Apollinaris, & Sabellius vnum vnitatem personæ cum Patre, ita ut non sint personæ distinctæ Pater & Filius: Cumque omnes heretici in omnes se partes transuersi verterent, huic suæ salebræ adherentes, scopum tamen non attigerunt, quem attigit sola Ecclesia Romana ab spiritu Sancto plenissime docta, quæ vnum essentia, non persona secundum Apostolicam traditionē & Euāgelicam veritatem interpretatur. Quam tumuis itaque nonnunquam & claris ac simplicibus verbis scriptura procedere videatur, Christiane lector, non tamen temerè tibi ex tuo Marte intelligenda est, sed consultis patribus secundum veritatem & traditionē ecclesiasticam aperienda, quod ut facilius assequi valeas, noster tibi in hoc opere seruiet labor.

Quod multa in Sacra scriptura sibi inuicem repugnarent, si omnis sermo Dei expressus & ut litera sonat, exponendus esset.

P R A E L V D I V M . II.

N E C satis esse arbitror ostendisse hanc hæreticorum nostri temporis sententiam omnium hæresum seminariū esse Pilestor, nisi etiam exemplis contradictionem, & repugnantiam in verbo Dei reperiri demonstrarem, quod absit, si literæ superficiem solum attēdas. Enim verò, ut viri præclarissimi ante nos latine adnotarunt, multa sibi in literis facris, nisi altius examinētur, fronte prima repugnare videri possent cuiusmodi est illud Exodi ubi dicitur, *Deus peccata rediens patrum in filios usque ad tertiam & quartam generationem,* cum tamen Ezechiel. Quasi contrarium dicat: *Non portabit filius iniquitatem patris, sed anima quæ peccauerit ipsa morietur.* Cæterum contradictio non est, quia illud de filijs imitantibus scelera patrum suorum, hoc verò de bonis & iustis intelligendum est, ut notat August. in quæstionibus veteris testamenti, quæstione 14. Præterea in Deutero. legimus,

Iacobi. 1. *Tentat vos Deus uester: sed e contrario Iacobi. 1. Deus neminem tentat, quæ opposita sibi esse videntur. Sed sciendum, tentare Dei esse probare, quomodo suos tētat & probat Deus, atqui non tentare Dei idem est quod non inducere in tētationē, ut idē Augustinus notat lib. 1. Quæstionū super Genes. q. 57. Accedit illud Sap. Diligite ea quæ sunt Domine, & nihil odistis eorum quæ fecisti, cui contrarium videtur quod Paulus adducit: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui: sed non repugnant, Deus enim nunquā odit naturas rerū, quas creauit, odit tamē peccatū hominū, quod ipse non fecit, impium itaq; odio profequitur, non quidē ut hominem, sed ut peccatorem, ut docet Aug. lib. 1. ad Simplicianum. q. 2.**

2 Præterea Paulus ad Rom. Regnum, inquit, *Dei non est esca & potus,* cuius tamen oppositum Christus dicere videtur in Euāgelio: *Ego dispono uobis, sicut disposuit pater meus, ut edatis & bibatis super mensam meā in regno meo.* Cæterum contradictio non est, neq; enim de materiali cibo, sed de illo celesti Christi intelligit, sicut: *Mat. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, ut adnotat Beda, Paulus vero de materiali cibo loquitur. Item Genes. in principio dicitur, creauit Deus cælum & terram: Et tamen contrarium videtur Apostolus insinuare: *Quod promissit, qui non mentitur Deus ante tempora æterna, quæ si æterna plane sunt, principium habere mundum quomodo potuit: Sed ut docet August. lib. 1. super Genes. contra Manichæos, æternum Paulus pro æuo de more scripturarum accepit, alioquin non dixisset: ante tēpora æterna, cū ante æternū nihil sit. Præterea apud Luc. Filius, inquit, *hominis nō uenit ministrari, sed ministrare: cuius oppositū affirmare videtur filius Dei apud Ioannē, dū dicit: *Qui mihi ministrat me sequatur, & ubi ego sum ibi & minister meus erit: sed tempora & circumstātiæ nobis distinguenda sunt, ne sit oppositio. Etenim sub forma serui non in omnibus ad imperandum venerat, sed ut minister sape, in forma vero Dei & maxime post resurrectionis tempus, ministros habere discipulos suos in cultu religionis voluit, quibus & cælestia promissit.****

3 Quid, quod in libro Sapientiæ legimus *Deus mortem non fecit, nec delectatur in perdi-*

tione uiuorum: & in Ecclesiastico quasi oppositum, *Bona inquit, & mala, uita & mors à Domino Deo sunt.* Sed notauidum primam quidem mortis causam, & originē culpam fuisse primi peccati, quæ ratione Dominus mortem fecisse negatur, quam nisi ob culpam suam homini quidē non intulisset, at culpa patrata intulit sententiam mortis, quam comminatus fuerat homini si peccaret in Genesi: *in qua hora comederitis ex eo, morte moriemini.* Deus itaq; non fecit mortem prima intentione, fecit tamen ut peccata puniret intentione secunda. Ex his ergo aperte colligitur, quanta heretici temeritate scripturas intellectu faciles esse dicant, in quibus de reconditis Dei iudiciis atq; mysterijs altissimis agitur, ubi multa de Deo verbis simplicibus affirmantur, & multa negantur, cum tamen diuersis absq; dubio rationibus quædam ex his quæ negantur, concedi, & aliqua ex his, quæ conceduntur alibi, negari possint. Vnde affirmatio, negatio q; de eodem in diuersis scripturarum locis reperitur, non tamen secundum idem (ut dialectici dicunt) hoc est secundum rationem eandem. Quare licet contradictio videatur indoctis, qui simplicia iudicio suo verba non ponderant, eruditus tamen contradictio nulla, & neq; latum quidem vnguem repugnantia est. Quam regulam pernecessariam ignorantēs hæretici, & Manichæi præsertim, imo quotquot olim testamentum vetus abominati sunt, ob eā præcipue causam in suos errores impegerunt, quod inter Euangelium & legem multas sibi contradictiones, pluresq; repugnantias inuenire passim videbantur, cum tamen modo à nobis explicato nulla sit prorsus contradictio.

4 Hinc Adamantus Manichæus obiecit olim Augustino duo illa loca suo iudicio repugnantia, videlicet Genes. 2. *Et requieuit die septimo ab omni opere quod patrat, subaudi Deus, & e cōtrario Ioan. 5. ubi legimus: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* Ad quod tamen August. respondet, requieuisse vna ratione Deum, & alia non requieuisse. Vnde nulla est repugnantia, requieuit enim iam deinde à nouis creaturis producēdis secundum nouas & perfectas species in mundo, sed non requieuit à creaturæ*

Gen. 2: gubernatione & cooperatione propagationis rerū. Itē opponitur quod in veteri testamēto de vxore sua dixit Adam: *Propter hāc relinquet homo patrem & matrem. Et ē contrario Christus in Euangelio. Omnis qui non reliquerit domum, aut patrem, aut uxorem propter nomē meū, &c.* Sed nulla est dissonantia, quia infidelis vxor dicitur relinquenda si ad fidem conuerti noluerit, aut contumeliā fidei fecerit, alioquin Dominus in eodē Euāgelio testatur, qui reliquerit vxorem suā facit eam māchari. Simile obijcit idem hæreticus dixisse Deum antiquæ legis. *Faciamus hominē ad imaginem & similitudinē nostram, & contra nouæ legis Deum Pharisæis improperasse: Vos ex Patre diabolo estis, quasi quod ad diaboli similitudinē facti sint scelerati homines.* Sed respondet August. nō esse contradictionē si homo qui secūdam naturam intellectiuam ad imaginē Dei factus esse describitur, per peccati imitationem diaboli filius appelletur.

Sunt & alia plura his similia, quæ à Manichæis, Marcionistis, Valētinianis, & huius generis alijs hæreticis collecta leguntur, quæ ad primum intuitum in sacra scriptura pugnare videntur, quibus illi non esse eundem noui & veteris testamēti Deum, sibi falso persuasere: quæ tamen Ecclesiæ patres secūdam Apostolicā traditionem ab hæreticorum calūnia vindicarūt, quod egregie facit ubiq; Beatus Pater August. & maxime lib. 5. contra Faustū, & lib. contra Adamantum Manichæum. Item Irenæus in suis libris cōtra Valentinianos hæreticos, & Tertullianus in libris contra Marcionem. Beatus quoque Epiphanius lib. 3. tom. 1. cōtra sectam Audianorum, quæ est septuagesima, vbi cum quædam sacræ Scripturæ loca sibi pugnancia secundum literæ corticem proposuisset, qualis est Isaię. *Et Dominum Deum exercituum uidi oculis meis, cui uidetur Ioannes repugnare dicens: Deum nemo uidit unquam,* subdit Epiphanius: Nihil discors est in diuina scriptura, neq; opposita dictio aduersus dictionem reperietur: deinde respondet uidisse prophetas, & non uidisse faciem Dei secundum varias rationes, uiderunt enim sub figura, non uiderunt in specie clare. Ex quibus omnibus euidentis satis demonstratione colligimus, scripturas sacras sine magistro vix vnquā intel-

ligi posse, ut potē quæ inter alias difficultates, cū idē aliquādo de eodē concedant & negēt, quomodo sunt lanionib⁹ & coquis atq; heluonib⁹ ut ad libitū post calices & crapulam explicentur, vulgo tradendę.

De causis generalibus propter quas diuina prouidentia factum est, ut sacra Scriptura multis in locis intellectu difficilis esset.

PRÆLVDIVM III.



NE mirum alicui uideri debet, scripturas diuinitus inspiratas magna ex parte in scrutabiles, atq; intellectu difficiles esse, quia rudimenta fidei, quæ omnibus ad salutē distinctē credenda sunt, instar quidē lactis per magistros Ecclesię singulis de vulgo (ne cuiquā illa forsitam ignorare cōtingat) suauiter instillant, altiora uerō mysteria occultiora esse, & paucis plane, neq; his sine labore nota diuinam decet auctoritatem & maiestatem, de qua Iob dicit: *Sapiens corde est, & fortis robore, & paulo post: Qui facit magna & admirabilia, & incomprehensibilia, quorū non est numerus.* Sicut ergo in natura Deus admiranda quædā, & humanum excēditia captū admirabili cōsilio fecit, cælorum uidelicet machinā, aquarum abyssi, inferni profunditatem, stellarū multitudinē, & pulchritudinē, ita ut Isaias in admirationē rapt⁹ clamet: *Quis mēsus est pugillo aquas, & cælū palmo ponderauit? Et propheta regi⁹: Qui numerat, inquit, multitudinē stellarū, & omnibus eis nomina uocat, & sicut incrementa Nili nemini hæcten⁹ plenē cognita perficit, atq; in Oceano mari mirabile fluxū, & refluxum, qui in mediterraneo tamē nō inuenitur, itē uentorū impetū & uarietatem, fulgura, grandines, & ecclestiū eclipsum luminariū, aliaq; per multa, quorū rationes vulg⁹ ignorat, sapientes uerō vix egrē per coniecturas potius quā per certas causas inuestigāt; sic & in scriptura sacra ad suā Deus inscrutabilem sapientiam, & humanis animis incōprehensibilem prorsus demonstrandā, multa vulgo penit⁹ ignota, & cūctis ineffabilia mysteria clausit, quæ minima ex parte post magnos labores, & temporū iustra à sapientissimis uiris, summa adhibita diligentia, summoque ocio vix attinguntur.*

Gen. 1.
Ioan. 8.
August.
August.
Irenæus.
Tertul.
Epiph.
Isai. 6.
Ioan. 1.
Epiph.

Iob. 9.
Esa. 4.
Psal. 146.

2
Iob. 4.
Greg.
Psal. 91.
Pro. 25.
Exod. 19.
Græ. Nazia.
2: Cor. 11.
Gal. 2.
Marth. 16.

Quod signum est, uerba scripturæ sacræ non humana, sed diuina, & subinde incomprehensibilia iure optimo esse censenda: Vnde Iob ut hoc ostenderet ait: *Et quasi furtiuē suscepit auris mea uenas susurricius.* Vbi B. Gregorius in Moralibus dicit. Quia considerare Deū dignē non possumus, nō eius uocē, sed uix susurrū audimus, plene enim perpēdere neq; ipsa quæ sunt creata sufficimus. Recte autē dicitur, quasi furtiuē, proiecti quippe à paradisi gaudijs, & cæcitatē poena multatū vix susurrij uenas apprehendimus, quia ipsa quoq; eius opera raptim, tenuiter q; penes famus. Hęc ille. Vnde in Psal. dicitur: *Quam mirabilia opera tua domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscat, & stultus non intelliget hæc.* Cū ergo natura diuina & proprietates eius ac dispositiones in sacra scriptura describantur, id q; planē uerbis non tam humanis, quam diuinis, hoc est diuina reuelatione prolatis, quid mirum si cum difficultate uix aliquid ex illis intelligamus, quas uel nimium scrutari nefas est, iuxta illud Pro uerb. *Qui scrutator est maiestatis opprimetur gloria.* Hinc olim Deus legem in Sina mōtelaturus: *Constitues, inquit, Moysi, terminos populo per circuitum, & dices ad eos: Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines eius, omnis enim qui tetigerit montem morte morietur.* Ut uidelicet ostenderet uerba diuina quæ Moyse committenda erant & per illum populo suggerenda, ineffabilia quodammodo esse, nec nisi per Moysen, aut Sacerdotes in lege eruditos explicari populo debere, sicut notat Grego. Naziæenus, citans hunc locum. 2. lib. suo Theologię. Præterea Paulus ad tertium coelum, id est ad summam scripturarum reuelationē eleuatus: *Audiui inquit, arcana uerba, quæ non licet homini loqui.* Constat autē Euāgelium diuinitus reuelatū, sicut ipse ad Galat. asserit, accepisse, cuius intelligentia inter reliquas scripturas summa & subtilissima est, atque digna ut tertij cœli nomine significetur. Voluit ergo dicere arcana Euāgelij mysteria, quæ diuino suffusus lumine in paradiso quidem audierat, homini ut humana sapit, non licere loqui, nisi illi qui supra humanam intelligentiam, ad diuina percipiendā se disposuerit, in suo quidem gradu, sicut se disposuit Petrus, cui Dominus dixit. *Beatus es Simō*

Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, &c.

Adde etiā, quod gentiles olim, qui uerba diuina se habere, quamuis falso (arte uel delictē demonum misere elusi) arbitrabantur, illa nihilominus quasi diuina atque cœlestia occultata vulgo esse putabāt, quod ad numinis maiestatem pertineret, ne uulgata populis contēptui fortassis haberentur. Hinc Trimegistus ille Mercurius aiebat: *Quid Deus esset, intelligere difficillimū, in uulgus autē efferre impossibile quidem esse.* Vnde & Romani, ut testatur Fenestella lib. 1. de Magistratibus. c. 13. Sybillarum carmina in penetralibus occultabāt, ne quemquā de populo adire, aut Sybillina euoluere folia uel consulere permittebant. Egyptij quoque Hieroglyphicas literas populo occultas habuerunt, & sacra sua uolumina non nisi sacerdotibus & sapientibus ad hoc deputatis, ut ea in templo clausa seruari, atque in solennitatibus celebrioribus ob signata super humeros portarent, committebāt, ut refert Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum. Quid quod Pythagoras prim⁹ Philosophi nomine se iactans, & doctrinam suam ut cœlestem commendare populo uolens, silentium per aliquot annos discipulis dicebat exactius, ne de his, quæ ab eo didicerāt, antequam plenius edocti essent, disseerere auderent. Extat autē Epistola cuiusdam Pythagorici, qua reprehēdit Hyparchū, quod Philosophię passim publicaret arcana Et Arist. Ethic. c. 3. Iuuenes à moralibus libris, quasi sacris ediscēdis ineptos arceat. Extat & Platonis Epistola ad Dionysium tyrannum, in qua eum monet, ut quædā quæ ei arcana sapiētē cōmiserat, occultare prudenter dignaretur. Cicero etiā lib. de legibus, sacra putat melius à Republica cōseruari, quā in uulg⁹ spargi.

Sed & Christus Dominus de beatitudinibus primum disserturus cum soljs discipulis in montē ascendit: *Aperiens quos suum docebat eos.* Et lectis quibusdā Isaię uerbis coram populo in patria sua prædicaturus, librum plicuit, & ministro dedit, super quē locū Beda. Notādū, inquit, quia librum ipse reuolutū legit, ministro autē plicatū reddidit, quia ecclesiā suā nullo à patre spiritu ueritatis docuit omnē ueritatē, & tamē nō omnibus omnia dicēda monstrauit, sed pro captu audiētū uerbu do-

3
Primeg. Mer.
Fenestella.
Clem. Alex. Pythagoras.
Aristot.
Plato.
Cicero.
4
Matth. 5.
Lucæ. 4.
Beda.

Matth. 7. **Stori dispensandū esse. Itē Domin⁹ ait: No-
lite sanctū dare canibus, neque mittatis margari-
tas ante porcos. Quā ob causam Dionysius
de Cælesti Hierarchia, ca. 2. scripturas fa-
cras parabolis plenas & difficult. tib⁹ asse-
rit, ne infideles eas violare audeant, cum
plane illas intelligere non posse videant;
cuius verba sunt. Hoc occultis scriptu-
ris est dignissimum, & consentaneum,
maxime abditis sacrisque obscuritatibus
inuolui, nec patere aditum plerisque
ad diuinam & occultam diuinarum men-
tium veritatem, neque enim omnes sunt
idonei & sacri, neque omnium est, vt at
scriptura, fides & scientia. Hęc ille. Cæte-
rum & aliam causam minime cōtemnen-
dam affert Chrysostomus super Mat. 23.
in imperfecto. Ratio, ait, obscuritatis scri-
pturarū multiplex est, tamē satisfactionis
causas dicimus duas. Primum quia Deus
voluit alios esse doctores, alios discipulos
de quo Paul. *ipse dedit quosdam quidem Apo-
stolos, alios autē pastores & doctores, &c.* Itē,
Quæ autem à Deo sunt ordinata sunt, sicut er-
go non omnia corporis membra oculus
vel auditus sunt, vt idem Apostolus ait. sic
in Christiana Republica, nō omnes docto-
res atq; magistri esse debent. Quod bene
Greg. adnotat super illud Iob. *Qui ligat
aquam in nubibus suis, ut non erumpunt paruer-
deorsum;* At qui Nouatores, dū omnes esse
magistri volūt, insignem regionem regio-
nibus suis quasi inundantibus aquis, &
omnia corrumpētibus, famem verbi Dei
& sitim induxerūt: quam per Amos pro-
phetam, superbis comminatus est Domi-
nus, non famem panis, neq; sitim aquæ,
sed audiendi verbum Domini.**

Tangit & alias causas Augustinus lib.
vnico contra Mendaciū. c. 10. Scripturæ,
inquit, nonnūquam figuris velut amicti-
bus obteguntur, vt sensum pie quærentis
exerceant, & ne nuda ac propta vilescat.
Addidit Origines Homil. 12. super Exo-
rationem aliam, vt dum occulta scriptura-
rū arcana minus intelligimus, orare. Dño
cōpellamur, vt aperiat nobis sensum & in-
telligentiā, atq; veniat agnus de tribu Iu-
da, & ipse accipiēs librū signatum digne-
tur aperire. Basilius etiā Magnus Epist. 1.
ad Gregoriū Theologū, explicās quale de
beat esse scripturarū studiū ait. Preces pla-
ne debere & orationes lectionibus succe-
dere, deinde vt citra contentionem roge-

mus alios, & citra ambitionem respon-
deamus nos. Postremo voluit Deus non
omnia nobis scripturarū arcana perspicua
passim & aperta esse, vt videntes nunc ex
parte per speculū in ængmate, illud Psal.
diceremus asiduo: *Satiabor cum apparuerit
gloria tua.* Excitatur itaq; fides, exercetur
spes, roboratur meritū charitatis, dum se-
dulō nitimur studio literas sacras elucida-
re, iuxta illud Eccles. *Qui me elucidant, ui-
tam æternam habebunt.*

*De linguarum varietate, & idioma-
tum difficultate, quibus scripturæ
sanctæ conscriptæ sunt, &
trāslatæ.*

P R A E L V D I V M III.

NON paruum sacræ pa-
ginæ studiofis in primo
statim limine difficulta-
tem ingerere solet, quod
hæbraicè maxima sit
ex parte conscripta, &
quamuis græcè postea & latine transla-
ta, locutionis tamen suæ proprietates &
idiotismos latinis incognitos frequentissi-
me seruat. Vnde August. lib. 2. de Doctri-
na Christi c. 10. Contra ignota, inquit, si-
gna magnū remediū est linguarū cogni-
tio, & latinæ linguæ homines quos nunc
instruendos suscepimus. duabus etiā alijs
ad scripturarū diuinarū cognitionem ha-
bent opus, hæbræa scilicet & græca, vt ad
exēplaria scilicet superiora recurratur, si
aliquā dubitationem attulerit latinorū in-
terpretum infinita varietas. Deinde adhi-
bet Aug. exēpla ad difficultatē versionis
ex lingua vna in aliam demonstrandā: &
subdit, varios quidem interpretes latino-
rum effecisse vt melius nostra versio, quæ
vulgata est, intelligat. Vnus, inquit, Isaie
prophetæ interpret ait: *Et carnē tuā ne despexeris.*
Alius: *Et domesticos seminis tui, ne
despexeris, vterque autem sibi metip̄i at-
testatur, dū alter altero exponitur: nā caro
posset accipi pro corpore proprio & non
pro carne proximi sui, sicut ali⁹ exposuit.*
Adducit & aliud exēplum Isaie. Vbi vul-
gata vertit: *Si nō credideritis nō permanebi-
tis.* Septuag. verò, *si nō credideritis nō intelli-
getis,* & tamen vna versio ex altera expo-
nitur, quia qui non credit, non permane-
bit in beatitudine sempiterna, quæ in cla-

Psal. 16.

Eccle. 24.

August.

Isa. 58.

Esa. 7.

ra Deicognitione consistit. Addit præte-
rèa Sanctus hic doctor, interpretes non
nunquam falli ex varia proprietate lin-
guarū, & ambiguitate sermonis. v.g. Qui
dam (ait) transtulit Psal. Acuti pedes eo-
rum ad effundendum sanguinem, quia
apud septuaginta legitur *ὄζυς*, & apud
Græcos, & acutū significat & velocē. Me-
lius ergo vulgata vertit. *Veloces pedes eorū.*
Item alius transtulit. Adulterina vitula-
mina nō dabūt radices altas, quia *μὸσχος*
vitulus dicitur, vnde *μὸσχεύματα* vi-
tulamina credidit significare, sed dece-
ptus est: denotat enim plantationes, sicut
vertit erudite vulgata.

Est & alia ratio propter quam diffi-
cilior redditur scriptura, quod videlicet ali-
quādo phrasim linguæ hæbraicæ vel græ-
cæ in phrasim latinam vertere interpres
minus audet, ne ab idiotis quasi male in-
terpretatus vulgo accusetur, vt notat Hie-
rony. in Præfatione super lib. Reg. vbi eū
interpretem, syllabas qui interpretatur, &
verbum verbo exactissime reddit *καρδ-
ζηλον* vocat, hi sunt, inquit, qui vtūtur ver-
bis inauditis: quo vitio Aquilā inter alios
interpretes notatū asserit. Quis enim pro
frumento, vino & oleo, possit vel legere,
vel audire, aut intelligere *χρῆμα ὀω-
ρισμὸν ἐηλεότητα* hoc est, vt verbum
verbo reddam fusionem, pomationem,
& splendentiam? Quæta ergo, inquit, apud
Hæbræos, bene dicuntur, quæ si in latinū
de verbo ad verbum transferamus, mini-
me sonant, & e regione quæ apud nos pla-
cent, si vertantur iuxta ordinem, apud
illos displicebūt. Hæc ille. Vnde licet edi-
tio nostra, vt pote Hieronymiana, opti-
ma sit, multa nihilominus ne idiotas scā-
dalizaret, ad verbum reddidit, quamuis
in alijs Hæbræam phrasim transfuderit
in latinam. Manent itaque idiotismi &
hæbraismi multis in locis, quos sine ma-
gistro quis linguarum ignarus intelliget?
Vnde, vt recte scripturas percaleas, Chri-
stiane lector, linguarū tibi perities neces-
saria est, quod ne nos fingere suspiceris,
ex multis pauca exēpli causa subiiciam.

Et primum quidē in Psal. dicitur. *Ani-
ma mea in manibus meis semper.* Quod non
nulli hæbraicæ locutionis ignari ad libe-
rum animæ arbitriū facile referunt, cū po-
tius denotet apud Hæbræos vitā alicuius
in discrimine esse, sicut Pythonisa dixit

Psal. 13.

Sap. 4.

Hierony.

Psal. 118.

1. Reg. 28.

Sauli. *Posui animam meam in manibus meis.*
Id est, vitā meam in discrimine propter te.
quia pæna mortis cōtra Magos lata erat
Præterèa, secundum non habere, in scri-
ptura sacra videretur ignaris velle dicere
parē nequaquā habere, & tamē iuxta hæ-
braicam veritatē denotat nō habere filiū,
iuxta illud: *Vnus est, & secundum non habet.*
Id est, solus est, & nō habet hæredē, quod
& ibidē paulō post exprimitur: *Nō filiū*
&c. Itē, ædificare domū existimabit for-
tasse quispiā, idem esse quod ædes facere
materiales, & tamē apud Hæbræos deno-
tat alicui prole, & copiosam largiri prof-
peritatē. Vnde, *Bana, est Hæbræis ædifica-
re, & Ben, filius.* Itā intelligitur illud Exo-
di. *Quia timuerunt obstetrices dominū, ædifica-
uit eis domos.* Id est, dedit eis posteritatē.
Deinde secūdū Hæbræam phrasim, filius
accipitur pro eo quod est coniunctū ali-
cui rei, etiā insensibili atq; inanimæ, sicut
apud Zach. *Hi sunt duo filij olei.* Vbi nō di-
citur oleū filios habere, sed hi sunt duo vn-
cti oleo, ei; coniuncti, sicut & sagittæ di-
cuntur filia pharetræ apud Hieremiam.
Item & triticum filius areæ dicitur, iux-
ta illud Esaiæ: *Tritura mea & filia areæ
meæ.* Præterea filius mortis ille dicitur, qui
propinquus est morti, sicut. 1. Reg. & alibi
passim. Itē quis intelliget, si legat. homi-
nes numeri sumus nos, quod apud Hæ-
bræos denotat homines paucos, qui facile
numerantur: sicut in Genes. in Hæbræo di-
citur: *Mecum sunt viri numeri.* Quod latina
vulgata vertit erudite, phrasim in phra-
sim transfundens, nō verbum verbo red-
dens: *Nos pauci sumus.* Est etiā phrasim hæ-
bræa loqui ad cor, pro eo quod apud nos
est consolari: *Loquimini ad cor Hierusalem.*
Præterea quis nō videat ambiguā illā esse
phrasim, qua dicit Hæbræi ponere man⁹
super oculos alicuius, sicut dicit Dominus
ad Iacobi: *oseph ponet manus suas super ocu-
lostuos.* Quod est dicere. Astabit tibi mo-
rienti, & oculos tibi claudet.

Sunt & aliæ innumere locutiones hæ-
brææ, quæ tā interpretantibus quam legē-
tibus scripturas difficultatē afferunt. Vn-
de Clemens Alexandr. lib. 6. Strom. in-
ter alia impedimēta ad literas sacras per-
ca lēdas, hoc vel nō mediocreputat esse, q̄
hæbraico sint idiomate magna ex parte
conscriptæ, proprias q; & valde peregrinas
phrases habeant, quæ sine peritō

Eccle. 4.

Exod. 1.

Zach. 4.

Hierem. 3.

Esa. 21.

1. Reg. 20.

Gen. 34.

Esa. 40.

Gen. 46.

1. Alexan.

Hierony.

magistro vix a gre penetrantur. Vnde frequenter accidit, vt viri etiam disertissimi in aliquibus sacrae scripturae locis interpretadis fuerint grauer hallucinati, vt refert Hierony. in Epist. ad Damasum Papatam de expositione illius dictionis hebraicae, ofana, in qua a quibusdam hebraeis illudum fuisse dicit Hilarius Pictauiensem. Quid ergo non verentur haeretici buccis concrepantibus vulgo nugari, dicentes facillimas esse intellectu literas sacras? Quarum tibi expositione (quidquid illi delirent) lector optime, his viginti libris, ex annotationibus patrum ab initio nascentis ecclesiae summo studio & labore collegimus, tamq; pretiosum Thesaurum summa diligentia custodiendum, idoneisque omnibus dispensandum.

DE DIFFICULTATE Scripturae sacrae propter tropos atque figuras, & variarum rerum, quae exigunt eruditionem.

P R A E L V D I V M V.

DE figurata locutione scripturarum, quae maximam solet afferre caliginem Aug. li. 3. de Doctrina Christiana c. 9. sic ait. In primis cauendum est ne figurata locutione ad literam accipias, ad hoc enim pertinet quod ait Apostolus, *Litera occidit, spiritus autem uiuificat.* Deinde subiungit in eodem lib. c. 10. Huic autem obseruationi, qua cauemus figuratam locutionem quasi propriam sequi, adiungenda est illa ne propria quasi figuram velimus accipere: de monstrandus est igitur prius modus inueniendae locutionis, propria ne an figurata sit, & est iste omnino modus, vt quidquid in sermone diuino neq; ad morum honestatem, id est, ad diligendum Deum & proximum, neq; ad fidei veritatem, id est, ad cognoscendum Deum & proximum proprie referri potest, figuratum esse cognoscamus. De regulis autem alijs late profectur. c. 12. 15. 16. 22. & 26. Troporum vero cognitionem necessariam esse demonstrat c. 29. his verbis. Sciant literati, modis omnibus locutionis, quos grammatici graeco more tropos vocant, auctores nostros vsos fuisse, & multiplicati & copiosius quam possunt estimare, aut credere qui nesciunt eos. Lib. etiam 15. de Trinitate super illud Pauli. Vide-

mus nunc per speculum in aenigmate. Legendus est idem autor. Hierony. quoq; super illud Galat. *Qua sunt per allegoria dicta.* Et Hilarius Pictauiensis lib. 6. de Trinitate, & lib. 10. & Greg. Magnus lib. 32. Moralium. c. 4. & 5. & Chrysof. super Matth. 13:

De ambiguitatibus etiam in distinctione, & pronuntiatione agit lib. 3. de Doctrina Christiana. c. 2. & 3. Item de necessitate cognitionis historiae, & Chronologiae lib. 2. de Doctrina Christi. c. 28. Plurimum (inquit) nos adiuuat ad sanctos libros intelligendos de ordine temporum transactorum, quae appellatur historia, & per olympiadas, & per consulum nomina, multa enim eiusmodi saepe quaeruntur a nobis, & ignorantia consulat, quo natus est Dominus, vel quo passus est, nonnullos coegit errare, vt putarent quadraginta sex annorum aetate passum esse Dominum, quia per tot annos aedificatum esse templum dictum est a Iudaeis, quod imaginem dominici corporis habebat. Praequiritur etiam omnium fere artium & scientiarum humanarum auxilium, vt notat Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum. Propheticae (inquit) & Apostolicae Scripturae artificiosas doctrinas exigunt. Secure enim nouerunt illarum sensum Prophetarum, & Spiritus sancti discipuli, ex fide enim & quam dici non potest facile dixit spiritus, sed non tam facile discere possunt, hi qui non didicerunt. Hae Clemens, Aug. vero lib. 4. de Doctrina Christiana cap. 6. ex aliquibus in medium adductis exemplis aperte probat, Arithmeticae etiam esse necessariam, Geometriae vero pernecessariam ostendit, vel dispositio ipsa tabernaculi in Exodo, vel templum a Salomone aedificatum, vel visio sanctae Ierusalem super montem ab spiritu Dei coram Ezechiele descriptae, vel in Apocalypsi Ioannis in quadro aedificata Ciuitas sancta, & multa huius generis aedificia, in quorum interpretatione vel nobiles alioquin neq; contemnendi magistri ob ignorantiam Geometriae haerere solent. Vnde B. Hierony. accedens ad. 40. c. Ezechielis exponendum, haec verba praemittit. Cum essem, (inquit) Romae puer, & liberalibus studijs erudirer, solebam cum ceteris eiusdem aetatis, & propositi, diebus dominicis sepulchra Apostolorum & Martyrum circuire, crebroque cryptas ingredi, quae in terrarum profundis defossae ex vtraque parte ingrediendum per parietes habent corpora

I. Cor. 13. Hierony. Gal. 5. Hilarius. Greg. Chrysof. Aug.

2

Clem. Alex.

Aug.

Exod. 36. 2. Reg. 7.

Ezech. 40. Apoc. 21.

Hierony.

sepulcro-

sepulcorum, & ita obscura sunt omnia, vt propemodum propheticum illud compleatur: Descendunt in infernum viuentes, & raro de super lumen ad missum horrorem temperet tenebrarum, illudque Vergilianum occurrat: Horror ubique animos simul ipsa silentia terreat. Hoc a medicum fit, vt prudens lector intelligat, quam habeam sententiam super explicatione templi Ezechielis, de quo scriptum est: *Nubes & caligo sub pedibus eius, & posuit tenebras latibulum suum.* Haec Hieronymus: Vt omnia faciam in musica ad consonantias psalmodum, & hymnorum, & Astrologiam naturalem, quae nobis explicat. *Arcturum & Orionem & Hyadas, & interiora Austri.* Alioq; huiusmodi apud Aug. & alibi passim. Vnde lib. 2. de Doctrina Christi. c. 16. rerum inquit ignorantia facit obscuras esse figuratas locutiones, cum ignoramus vel animantium, vel lapidum, vel herbarum, aliarum ve rerum naturas, quae plerumq; in Scriptura similitudinis gratia ponuntur. Sed de hoc satis.

De Quatuor regulis ad legitimam interpretationem Sacrae Scripturae seruandis.

P R A E L V D I V M VI.



QUATUOR esse certissimas plane regulas ad legitimam Scripturae sensum percipiendum, a maioribus nostris accepimus, quas hic tibi prudens lector ob oculos ponere opere pretium fuit. Prima est, quam refert Aug. l. 2. de Doctrina Christi. loca nimirum difficiliora per alia eiusdem scripturae clariora, si reperiantur, interpretanda esse. Qua regula & patres olim Ecclesiae Doctores, & sacra concilia summique Pontifices contra haereticos vsi sunt. Cum enim Arrius allegaret illud Christi: *Pater maior me est.* vt filium ostenderet alterius esse a Patre substantiae, e regione Catholica Ecclesia locum Ioannis non de diuina Christi natura, sed de humana duntaxat explicuit ex alijs locis clarioribus, maxime ex illo: *Paul. Qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens, & habitus est*

Psal. 17.

Iob. 9.

Aug. lib. 3.

Aug.

Ioan. 14.

Psal. 23.

inuentus ut homo. Vbi aperte iuxta naturam diuinam aequalis Deo patri dicitur filius, minor autem vel exinanitus secundum seruile naturam, id est humanam, quam quidem regulam neque ipsi Nouatores negare audet, sed quia non semper, quae alicubi difficilius scripta sunt, alibi clarius enarrantur, ad alias regulas ne haesitemus recurrendum est, ex quibus illa reclamantibus etiam haereticis certissima nihilominus & cunctis vere Catholicis necessaria est, ne in expositione paginae sacrae allucinari contingat, quam iam tibi subiiciemus.

Vbi in scriptura sancta aliquid occurrit intellectu difficile, consulenda est omnino Apostolica vel Ecclesiastica, & legitima traditio, quae ad nos usque delata per eos fuerit, qui per temporum series Ecclesiae sanctae in Petri cathedra & in alijs eorum reliquis Apostolis successerunt, sine schismate praefuere, & catholici habiti sunt. Hanc regulam ipse literae sacrae nobis imprimis tradit atque commendat. Sic Paul. *State, inquit, et tenete traditiones quas accepistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram, & in Deut: Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicet tibi.* Ita & Iob. dicit: *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* Et Eccles. *Ne despicias narrationem praesbiterorum sapientium, in proverbij eorum conuersare, ab ipsis enim discas sapientiam & doctrinam intellesse.* Et paulo post: *Non te praetereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt a patribus suis, quoniam ab ipsis discas intellesse, &c.* Vnde Apostolicus sicut cathedras suas viris fidelibus, & idoneis, sic etiam hanc pariter regulam quasi thesaurum cum multis alijs mysterijs tradere consueverunt. Cuius rei vel Paulus Apostolus exemplo esse poterit, qui discipulo Timotheo, quem Episcopum creauerat, scribens ait. *Tu ergo fili mi confortare in gratia, quae est in Christo Iesu, & quae audisti a me per multos testes haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Haec eandem Clemens successor Petri in Romana cathedra ab antecessore suo Petro pariter accepit, & discipulis suis tradidit Epist. 5. quam ad eos de communi vita scripsit his verbis: *Sunt multa verba in scripturis, quae possunt trahi ad eum sensum, quae sibi vnus quisque sponte praesumpserit, sed fieri non oportet, &c.* Imo oportet autem ab eo intelligentiam discere scripturarum qui eam a maioribus secundum veritatem sibi traditam seruaerit. Haec Clemens.

Regula. 2.

2. Thef. 2.

Deut. 32.

Iob. 12.

Eccles. 8.

2. Timoth. 2.

Clemens.

Irenaeus

6
Irenæus.

Irenæus etiã martyr Polycarpi quondam auditor lib. 4. cõtrahærefes cap. 43. agēs de legitima scripturarum interpretatione subiungit: Quapropter eos, qui in ecclesia sunt, præsbiteros obedire oportet his qui successione habent ab Apostolis, sicut ostendimus, quicumque Episcopatus successione charismę veritatis certum secundum placitum Patris acceperunt, reliquos vero qui abstant à principali successione, & quocumque loco colliguntur suspectos habere, & quasi hæreticos & malę sententię, vel quasi scindentes, & elatos, & sibi placentes, aut rursus vt hypochritas quæstus gratia & vanę glorię hoc operantes, omnes autem hi decidunt à veritate. Hactenus Irenæus. Item Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. à successoribus Apostolorum asserit traditam sibi scripturarum interpretationem accepisse, qui veram, inquit, beatę doctrinę seruabant traditionem, & statim à Petro & Iacobo & Ioãne & Paulo sanctis Apostolis filius à Patre accipiēs (pauci autem sunt patribus similes) ad nos quoque Deo volente peruenerunt, illa à maioribus data. Apostolica deposituri femina. Hęc Clemens. Et discipulus eius Origenes lib. 4. Periachon dicit, demonstrare se velle regulam illam & disciplinam, quam à Iesu Christo traditam sibi, Apostoli per successionem posteris quoque suis sanctam ecclesiam docentibus tradiderunt, quam quidem non solum scripturis exponēdis sed & in canonicis quoq; libris discernendis seruandam esse affirmat in prologo super cantica. Eandem regulam tradit Tertullianus lib. de Præscriptionibus hæreticorum. Hęc, inquit, ita se habent, vt veritas nobis adiudicetur, quicumq; in eam regulam incidimus, quã ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo patre tradidit. Et paulo post cõserens cū hæreticis manus, mea est, inquit, possessio, olim possideo, habeo origines firmas, ex ipsis authoribus, quorum fuit res, ego sum hæres Apostolorum, sicut cauerunt testamento suo, sicut fidei commisserunt, sicut adiurauerunt, ita teneo, vos semper exheredauerunt & abdicauerunt vt extraneos & inimicos. Hęc Tertullianus. Quæ mirè cõtra. Nouatores quadrant in fauorem ecclesię Romanę, cuius est hæreditas.

Clem, Ale,

Orige.

Tertulli,

7

le annos Hormisda Papa Epistola ad Archimandritas: Ante oculos, inquit, in ore & in manibus sint patrum dogmata quæ quotidie custodire iubemur, ad ipsorum custodiam venerabilis Synodi nos astringunt. Deinde sexta Synodus generalis Canone. 29. hoc ipsum definit his verbis: Sed si ad scripturam pertinens controuersia excitata fecerit ne aliter interpretetur, quam quomodo ecclesię luminaria, & doctores suis scriptis ex posuerunt. Hęc Synodus. Et multo ante illam B. Athanasius Epistola ad Liberium Papam, nostram, inquit fidē, quã à sanctis patribus accepimus, & tenemus & docemus. Beatus quoq; Aug. li. 3. ad Marcellinũ de peccatorum meritis & remissione. c. 6. Solum ait scripturę ex sanctorum patrum expositione consona & communi catholicorum consensu ab initio nascentis ecclesię probamus, & falsam esse hæreticorum interpretationem videlicet qui peccatum originale extorta sacrę Scripturę expositione de medio tollebant, hęc inquit doctissimum virum (Pelagium ironicè intelligit) interrogare possemus quam multos vtriusque linguę diuinarum scripturarum tractatores commemoret, qui non aliud, ex quo Christi ecclesia est constituta senserunt, nõ aliud à maioribus acceperunt, non aliud posteris tradiderunt, &c. Ecce Augustinus regulam nobis proponit, ad quam tãquam ad amussim expositio sacrę Scripturę limanda est. Hierony. etiam in proœmio Epistolę ad Ephes. idem docet. Rufinus quoque æqualis eius, historię ecclesiasticę lib. 2. cap. 9. Basilium magnum & Gregorium Nazian. in locum remotum se contulisse testatur, ibique tredecim continuis annis in sacrarum literarum studia incubuisse, quarum intelligentiam non ex propria præsumptione sed ex maiorum scriptis & autoritate consecutos esse, quos etiã maiores ipsos ex Apostolica successione in telligentia suscepisse cõstabat.

Hormisda
Sino. 6.
Athana.
Aug.
Hieron.
Rufinus

8
Con. Chalc.

Cyrrillus.

fides

Cass.

Theo.

Gal.

fides catholice ecclesię, cui cuncti consentiunt orthodoxi per orientem, occidentem que Pontifices; imò ob hanc causam vt refert Cassiodorus historię Tripar. lib. 1. 2. cap. 4. & sequētib. Nestorius hæreticus in errorem lapsus est, quia cum naturaliter, inquit, eloquēs fuisset, putabat se doctum, & libris antiquorum interpretum dedignabatur incumbere, omniumque se meliorem putabat esse. Quã innanem iactantiam & diabolicam præsumptionē caue, pie lector, si scripturarum penetrare mysteria cupis. Theophilus præterea Alexandrinus lib. 2. Paschali propter hanc causam origenem in errores fuisse callapsum arbitratur, quod in senectute maiorum vestigia sit dedignatus, & sententiã potius capitis sui, quam patrum interpretationem sequi maluerit. Cuius contrariũ nos docuit Apostolus Paulus, qui cum ipse per reuelationem Iesu Christi Euangelium accepisse testetur, tamen vt exemplum nobis illustre relinqueret, post aliquot annos à conuersione sua, venit Hierosolymam, & cum Petro & Apostolis contulit Euangelium, ne forte, vt ipse ibidem ait. in vacuum curreret, aut ecurrisset. Hęc ergo traditionem ex patrum sententijs, quam semper complexa est ecclesia Romana, tibi tradere, Christiane lector, his nostris libris ad expositionem omnium difficilium scripturę locorum Deo duce satagimus.

Tertiam regulam proponit nobis August. lib. 3. de Doctrina, cap. 10. Quisquis scripturas diuinas vel aliquam earum partem intellexisse sibi videtur, ita vt eo intellectu non ædificet geminam charitatem Dei & proximi, non dum aliquid intellexit. Quę sententia docet, nullam posse scripturę sanctę legitimam esse interpretationem, quã inter fideles schisma generet, & vnitatem fidei abscondat, aut pacē ecclesię conturbet, quod vel inde constat quod totius scripturę scopus ad charitatem cū Deo & proximis conseruandã vbi que dirigitur. Et non immerito quia. Deus, charitas est, & Paul. ait: super omnia charitatem habentes, quę est uinculum perfectionis.


6
August.

1. Ioan. 4.
Co iof. 3.

7

Quarta denique regula adhibenda nobis erat, vt in omnibus vulgatę latinę editioni secundum decreta Tridentini Concilij Sessione. 4. animum anhibeamus, eam translationem tãquam authenticam omnibus alijs imò, ipsi etiam textui Hebręo & Gręco preponentes. De hoc tamen, quod operosius est, & aliquanto prolixius, in proœmijs sequentium librorum latius Deo duce nobis agendum erit. Vbi vulgatam ab hæreticorum calumnijs & maledicentium linguis, breuiori licet cum hostibus vellicatione, si non pro dignitate materię, saltē, vt sapientem quod aiunt, ponamus in via, defendere vt cunq; conabimur.

THE





THESAURI DIVINARVM SCRIPTURARVM.

Liber Primus.

CAPVT. I.

Abba. Alleluia. Amen. Maranatha. Ephod.



ABBA dictio hebraica vel Syriaca in nouo dūtaxat testamēto reperitur, est q; idem quod pater. Ita legitur apud Marcum in ea oratione, qua patrē de precabatur in horto dixisse Dominū: *abba pater, omnia possibilia sunt tibi.* Item ad Galatas, Apostolus ait: *Quoniam autem estis filij Dei misit Deus Spiritum filij sui in corda uestra clamantem abba pater.* Vbi notandū est nō nullas dictiones hebraicas in æditione primū septuaginta deinde in latina vulgata remansisse, ex quibus quædā non sunt ab interprete expositæ sicut Alleluia, id est laudate Dominū, Amen, id est fiat, Maranathā, hoc est, Dominus veniet, Ephod, quæ vestis est Sacerdotalis tegens humeros duntaxat. De quo Hiero. Epist. ad Marcellā. to. 3. inquit: *Quoniā prima Ecclesia ex Iudæis fuerat congregata, siue septuaginta interpretis, siue etiā Apostolos id curasse, vt sine interpretatione verba illa hebraica relinquerentur ne quid ad credentiū scandalū innouaret.* Deinde aliā Origenis rationē adducit ex libris quos *ἑρμηνεύματα* vocāt: propter vernaculū, inquit, vniuscuiusq; idioma, non possunt quædam ita apud latinos sonare, vt apud suos dicta sunt: & multo melius est nō interpretata ponere, quā vim eorū interpretatione tenuare. Hæc Hieronymus. Sunt nihilomi-

nus alia quædā verba hebraice posita, & ab interprete in ipso cōtextu declarata, sicut, Abba pater. Vnde Hiero. super. Gal. 4. Abba, inquit, hebraicū est, id ipsum significans quod & pater, & hanc consuetudinē in pluribus locis scriptura conseruat, vt hebraicū verbum cum interpretatione sua ponat, sicut Bartimæus filius Timæi: Afer diuitiæ, Tabitha Dorcas, & in Genesi Mesech vernaculus, & cætera his similia. Et paulo post, notandū, ait, quod clamor in scripturis nō magnæ vocis emissio, sed scientiæ intelligitur, & dogmatum magnitudo. Hæc ille. Et Theophylactus super eundē locum, Vnde, inquit, planū quod filiorum adoptione donati sumus? hoc utiq; ostendit ex eo quod spiritum acceperimus, qui instituit nos, vt abba patrē vocemus Deum. Hæc ille. Vnde obseruandum est, titulo patris & filiorum frequenter nos Spiritum sanctum in scripturis non solum honorare, sed ad omne genus virtutum prouocare: sic Matthæus dicit: *Beati pacifici quoniam filij Dei uocabuntur, & ibidem: Orate pro persecuentibus, & calumnantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in caelis est, Et, estote perfecti sicut pater uester caelisticus perfectus est.* Vides quomodo nomen abba id est pater ad omne perfectionis genus inflammat?

Abba pater clamare in Spiritu sancto phrasis est Pauli: *Neque enim accepistis spiritum seruitutis iterū in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus abba pater.* Mouetur hic quæstio apud Thaophyl-

I
22

Marci. 14.

Gal. 4.

Regula.

Hierony.

Hierony.

Theophy.

Matth. 5.

Rom. 8.

Quæstio.
Theophyl.

Isai. 1. lactū quia Iudæi quoq; Deū vocabāt, pater, dicente Domino per Isaiam. *Filios genui et exaltavi: Respondet tamen, Iudæi quidē licet filij dicerentur, spiritū nihilominus seruitutis acceperē, legē videlicet quæ præmia solū terrena, & minas mortis corporalis frequētius intētabat, nos vero spiritū filiorū accepimus, quia præmia nostra cælestia sunt. Addit quoq; Sanctus Ambrosius super hunc locū: Signū, quod adoptionē filiorū acceperimus, tunc nos tandē singulos habere, quādo vitā huic voci abba pater, quā Deū vocamus, consentaneam habuerimus: & merito quia *Ex fructu arbor cognoscitur*: Sic & tu filius Dei eris, si fructū attuleris operum filij Dei, hoc est iustitiæ & charitatis.*

Ambro: Ambrosius super hunc locū: Signū, quod adoptionē filiorū acceperimus, tunc nos tandē singulos habere, quādo vitā huic voci abba pater, quā Deū vocamus, consentaneam habuerimus: & merito quia *Ex fructu arbor cognoscitur*: Sic & tu filius Dei eris, si fructū attuleris operum filij Dei, hoc est iustitiæ & charitatis.

Matth. 7. 3 Hierony. Abbates id est patres ex eadē dictione, Abba, hebræa & Syra deduci Hierony. afferit super locū iā citatū Galat. 4. Reprehēdit que acius religiosos & monachos qui se per arrogantiam passim abbates appellant, cū Dñs dixerit: *Et patrē nolite uocare super terrā. Cæterū, si modeste fiat, ut à subditis præpositi discernantur, eis q̄ obediāt, (propterea namq; & præpositi vocantur superiores à Paulo: Obedite præpositis vestris) nullum plane vitium est.*

C A P. II.

Abbreviare, Abbreviatio, Brevis.



Vegetius. Vegeti⁹ in proæmio li. 3. ait. Quæ per varios autores librosq; dispersa (imperator inuicte) mediocritatē meā abbreviare iussisti, &c. Sic etiā in scriptura sacra per metaphorā legimus, abbreviatos dies & hebdomadas, abbreviatā cōsumationē, & nō abbreviatā Dñi manū, ut iā explicabim⁹.

Matth. 24. Mar. 13. Hierony. Abbreviatos quidē dies persecutionis Antichristi dicit Matth. Itē Marcus: *Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.* Super quē locū Hier. Abbreviatas, inquit, dies non secūdū deliramēta quorūdā, qui putāt tēporū momēta mutari, nec recordantur scriptum: *Ordinatione tua perseverat dies, sed intelligere debemus abbreviatos non mensura sed numero.* Hæc Hiero. Et Hilarius super eūdē locū, Hæc,

inquit, tribulatio quāto ceteris pondere grauior, tanto est tēporis breuitate futura moderatior: trib⁹ enim annis cū dimidio Ecclesiā oppugnatura creditur, sicut ex propheta Daniele, & ex Apocalypsi Ioānis habetur. Hæc ille. Itaq; cū Antichrist⁹ plures annos naturali cursu viuere posset, violēta nihilominus morte diuina prouidētia rapietur, dicente Paulo: *Quæ interficiet Dñs Iesus spiritu oris sui.* Sic ergo breuiabuntur præcisi dies eius, & Ecclesię tribulatio. Quæ licet tēpore breuis, grauitate nihilominus tāta erit, ut Dominus dicat: *Erit tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mūdi neq; fiet.* Excedet itaq; ignē Sodomæ & Gomorrhę, & diluuium vniuersale sub Noe, &c.

Abbreviatas hebdomadas retulit Angelus Gabriel Danieli Prophete, his verbis: *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populū tuū, & super urbem sanctam tuam, &c.* Has septuaginta annorū hebdomadas perperā Origenes tractatu. 29. super Matth. ab Adā capit enumerare. Lyra, Burgēsis, & Vatabl⁹ à quarto anno Sedechię, quādo capit Hieremias septuaginta prædicere Babylonicę captiuitatis annos. Tertullian⁹ vero à primo anno Darij Medij, qui cū Cyro cepit Babylōnē, sicut habet libro cōtra Iudæos, & Clemens Alexandrinus lib. 1. Stro. à primo anno Cyri, qui mortuo Dario Medo successit. Cæterū his & alijs sentētijs nunc omisissis quas in dictione, Hebdomadā, latius referem⁹, & Deo duce refutabimus, in præsentī sentētiā sequimur probatissimorū plane autorū, qui exordiū numerandi capiunt ab exitu sermonis ut iterū ædificetur Hierusalē qui fuit regis Artaxerxis lōgimanij annus vigesimus. Hic est ille Artaxerxes sext⁹ Persarū rex, qui apud Esdrā, Nehemiæ pincernæ suo reædificāda Hierusalē copiā fecit, nā antea fuerat à Cambyse rege ædificatio prohibita: ergo ab Artaxerxis lōgimanij anno, 20. vsque ad decimū quintū imperij Tyberij Cæsaris annū, quādo filius Dei discipulos suos misit ad prædicādū, & necē ei⁹ Pharisei machinari cæperūt, septuag. quidē annorum hebdomadæ numerātur, annorū, in quā, lunariū, ut Hieronymus adnotat, super Dan. 9. qui computum facit iuxta Iulij Africanum historicū insignem, incipiens à prædicto vigesimo anno Artaxerxis.

Dan. 12. Apoc. 12.

2. Thef. 2:

Matth. 24:

Dan. 9.

Orige. Lyra. Burgen. Vatablus:

Tertull.

Clem. Alex.

2. Esdr. 2.

Hierony. Africanus.

Crysol. Diony. Beda. Rupert. Hist. Schol. Eodē modo numerare incipit Chrysof. oratione secunda contra Iudæos, Dionysius Carthusianus, Beda quoque lib. 3. ex positione Esdra. c. 16. Rupertus in Daniele. c. 10. Historia scholastica in Daniel. c. 10. Ioannes Zonaras in. 1. tomo annalium, & Ioannes lucidus lib. 7. de Emendatione temporum cap. vltimo.

4 Porro certissimus cōputus præiactō iā firmo fundamēto censetur esse per Olympiades, quod verbo hebdomada locupletius ostēdemus. Nunc vero supponimus, lege Chronicō Eusebij inuenies q; annū vigesimū regni Artaxerxis octogesimæ tertiz Olympiadis annū fuisse quartum, deinde vero annus decimus quintus Tyberij Cæsaris, quādo Christus baptismo in Iordane à Ioanne suscepto cæpit discipulos congregare, fuit ducētesimę secūde Olympiadis annus secūsus. Vnde solares anni quadringēti septuaginta quinq; colligūtur, qui annos quidē lunares quadringētos nonaginta faciunt, hoc est hebdomadas abbreviatas septuaginta.

5 Nec te moueat quod Daniel dixerit: *Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus: Quia septē in super cum alia quoque vna supputatur.* Nā ut Hierony. admonet, numerus minor secundum phrasim hebraicā de more præmittitur, & maior deinde subiūgitur: de quo exēplū habes in Genes. vbi in hebræo sic legim⁹: *Vixit Sarra septem annis, & v. ginti annis, & cētum annis.* Quod vero Daniel subiungit, post prædictas hebdomadas deficiet hostia & sacrificiū, ita vere defecit anno decimo quinto Tyberij prædicto, cū primū necē Domini Sacerdotes machinari cæperunt. Tunc enim, ut ait Hierony. cæpit esse sacrificiū diaboli nō Dei, iuxta quod prædixerat Isaias. *Ne offeratis sacrificiū frustra, incensum abominatio est mihi.* Vbi ad mores nota, quod sicut omnes Phariseorū hostiæ & oblationes mortem Domini mediātū nullius erāt meriti apud Deū, sic etiā bona opera eorū, qui Christo in corde suo necē intētant, nō valēt ad vitā æternā promerēdā, iuxta illud: *Nisi abūdauerit iustitia vestra plus quā scribarū & Phariseorū non intrabitis in regnū celorū.* Id est, nisi charitatē erga filiū Dei quā illi paruipenderunt retineatis, &c.

6 Quod si roges, quare septuaginta hebdomades abbreviatæ dicantur hoc loco? Ref

Ioan. Zonar.

4

5

Hiero. Regula:

Gen. 23.

Hiero:

Esai. 2.

Matth. 5:

6 Quæstio.

pōdebit nō inepte fortasse quispiā, in hoc significare angelū voluisse, nō quidē ex solaribus sed ex lunaribus annis, qui solaribus sunt breuiores has esse hebdomadas computādas: De quo tamen inter autores magna disceptatio est. Nā Eusebius, lib. 8. de Demōstratione. c. 2. prædictas hebdomadas solaribus annis numerādas existimat, & B. Chryf. oratio. 2. cōtra Iudæos, Lyranus super Dani. 9. Driedo lib. 3. de Dogmatibus. c. 5. p. 4. Ioan. lucidus li. 7. de emēdatione tēporū, Galatinus lib. 4. c. 14. Genebrardus lib. 2. Chronologiæ nō lōge à fine: Sed è contrario lunaribus annis cōputandas esse tenet cū Iulio Africano Hiero. loco citato, & Beda, & glossa, pluresque alij quorum sententiam sequimur, in verbo Hebdomada, nu. 7. quia ut notat Iren. lib. 4. cōtra Hæreses. c. 43. Quādo aliquod est ambiguū apud prophetas & ænigmaticū, ex euentu Prophetiz liquido deprehēditur in quo sensu accipiēdum sit. Constat autē annū æquiuocē, & solarem & lunare significare (neq; enim negādū est hebræos vsos fuisse anno lunari, cū omnes menses suos à nouilunio inchoarent, ut in dictione, Annus dicemus) ergo cū has Danielis hebdomadas cōgruentius & facilius, imo & certius per annos lunares modo prædicto cōputem⁹, recte hos annos lunares ex sententia Rupertij & aliorū patrū, quos allegauimus intelligim⁹: ex quib⁹ hebdomades septuag. optimo iure, Abbreviatæ dicuntur. Quid quod charitas etiā Dei id fortassis effecit, ut filiū suū nō lōgioribus annis hoc est solaribus, sed abbreviatas potius mit teret, ut plenius Ioannes prædicaret. *Sic Deus dilexit mūdū, ut filiū suū unigenitū daret. Daret in quā, quantocius fieri potuit, & quā cōmodē. Quia Dñs adiutor est in opportunitatib⁹ in tribulatione.* Et in Canticis. *En iste uenit saliens in montibus, transiliens colles.* Deniq; Abacuc ait. *Si moram fecerit expecta eum, quia ueniens ueniet, & non tardabit.*

7 Abbreviationē facere super terrā phrasif est Isaię quæ verbū denotat Euāgelicū, in quo lex abbreviata perficitur, ut exponit Hierony. in illa verbā prophetę Isaię. *Consummatio abbreviata inuadabit iustitiā, consummationē, & abbreviationē Domin⁹ De⁹ exercitū faciet in medio omnis terræ: Præcesserat autē: Si fuerit populus Israel sicut arena maris, reliquæ conuertentur.* Dicit ergo Hierony.

Euseb.

Chryf. Lyran. Driedo. Ioan. Luc. Galat. Geneb. Africa.

Hiero. Beda. Glos.

Irenæ. Regula:

Ruper.

Dan. 9.

Ioan. 3:

Pfal. 97. Cant. 2. Abac. 2.

Esai. 10.

Hierony. Esai. 10.


in commentarijs : Hoc sub Ezechiafa-
ctum legimus ; ita vt idolis relictijs , com-
uerterentur ad cultum Dei : & quia dixe-
rat reliquias esse saluandas ad posteriora
tempora redit & plenam saluationem fu-
turam dicit esse sub Christo, quod & Pau-
lus scribit ad Rom. *Isaias autem clamat pro*
israel: si fuerit numerus filiorum israel tanquā
arena maris, reliquiae saluae sient: uerbum enim
abbrevians & cōsummans in equitate, quia uer-
bum abbreviatum faciet Dominus super terram.
Et infra ; Abbreviatus, inquit, atq; perfe-
ctus sermo Euangelicus est , qui pro cun-
ctis lacinosae legis caeremonijs dedit prae-
ceptū breuissimū dilectionis & fidei. Hęc
Hierony. & Procopius Gazæus ad cōpē-
dium, ait. *Redegit Dominus legē & Pro-*
phetas, dicens: Ex his duobus madatis uniuersa
lex pendet & Propheta: Videlicet ex man-
datis dilectionis Dei & proximi. Itē Cyril-
lus super Isaiam, Euangelicus, inquit, bre-
uis est sermo & concisus, & Aug. 10. 9 li.
1. de disciplina Christianā eodē explicat
modo, itē Cyprianus in expositione ora-
tionis Dominicæ in illud, libera nos à ma-
lo. Itaque secundū prædictos patres sic ex-
ponēdus est textus Isaię, cōsummatio, sub
audi, legis abbreviatæ, sub audi, sub Euan-
gelio, abūdabit iustitiam, id est plenā red-
det bonorum operū iustitiam, quæ in fide
& charitate Dei & proximi cōsistit: quod
fiet quādo vastata Iudæa reliquiae israel
cōuertentur, quod partim sub Apōstolis
& ipsorū discipulis factū est, partim vero
post mortē Antichristi futurū expecta-
tur: tūc autē illud Ioannis, iuxta uerbum
Christi plenius implebitur. Et erit unū ouile
& unus pastor. Quia conuersis gētilibus
conuertentur etiam omnino Iudæi.
8
Abbreviatio in scripturis vel promissio
nū vel minarum Dei cōplementū, etiam
si diutius differatur, significat. Sic de die fi-
nalis iudicij Isaias, clamat: *Consummationē*
& abbreviationem audiuī à Domino deo exerci-
tuum super uniuersam terram. Vbi Hierony.
Moneo, inquit, uos o uiri illusores, ut ne-
quaquā irrideatis de prophetis meis non
putantes uetura quæ nuntiant. Et infra: si
quidem quod Dominus tanto tempore
differēbat, vincula atq; supplicia siue vlti-
um iudicij diem, iam rebus completu-
rus est, cōsummaturus, atq; abbreviatur.
Hęc ille. Hoc testimonium somniculo-
fos, & in eadem uitiorum salebra iugiter

adhærentes ad uigilandum excitat. iux-
ta quod Dominus in Euangelio clamat: *Matth. 25.*
Vigilate quia nescitis diem neq; horam. Et Lu-
cas. Quia qua hora non putatis filius hominis
ueniet. Veniet, inquam, celerius ad vindi-
ctam, quā excogitari quis possit, ueniet re-
pente & opprimit incautos, sicut diuitē
epulonē subito percussit, Dathā & Abirō,
& Pharaonem in mari rubro.
Abbreviata esse negatur in scripturis
manus Dei, id est potētia diuina, sic apud
Isaiam: *Ecce non est abbreviata manus Domi-*
ni ut saluare nequeat. Vbi Septuag. interro-
gatiue legunt: Numquid non poterit manus
Domini saluos facere? &c. Sed peccata uestra
separant inter uos & Deum. Cyprianus ser-
mone. 5. de lapsis citat hunc locum ad
exēplum, ut quod Iudæis dictum est, id
nobis quoque prædictum putemus, & la-
tissimam ad nostram salutē Dei manum
agnoscamus, sicut satis enituit liberalis in
conuersione peccatricis, cui tot sunt dimis-
sa peccata. Item in uocatione Matthæi. Et
Zachæi ex publicano. Itē latronis in cruce
pendentis. Postremo in cōuersione Sauli.
Deus enim uult omnes homines saluos fieri.
Quia manus eius tornatiles, aureæ, plene Hy-
acinthis, ad alliciēdos peccatores ad spem
patriæ cœlestis.
Abbreviatus spiritus Dei esse negatur,
qui plusquā oportet ad misericordiā fle-
cti ab obstinatis in malo putatur, apud
Michæā, *Nūquid abbreviatus est spiritus Dñi*
aut tales sunt cogitationes eius? Vbi glossa
verba esse dicit hebræi quondā populi di-
centis: Nō ducet nos Deus in captiuitatē,
sed ad terrorem tantū per prophetas pas-
sim minatur. Quia nō est abbreviatus spi-
ritus Dñi erga nos, cū sit erga reliquos ubi
q; largissimus, ad quod Michæas prophe-
ta respōdet, Nolite hoc dicere, quia bona
quidē sunt uerba spiritus Dñi uerē bonis,
obstinatis autē dura. Sic explicat etiā inter
linealis, & Lyranus. At qui certe ipsa nos
docet experiētia spiritū Dñi quamuis natu-
ra sua clemētē quidē & suauissimū, sed no-
stris interdū exasperari peccatis, iuxta il-
lud Ecclesiastici: Ne dicas Misericordia Do-
mini magna est, &c. Quia in peccatores respi-
cit ira illius. Ita ut quosdam permittat in
delictis suis atq; flagitijs sine poeniten-
tia uitam claudere. Vnde apud Ioan.
Deus Pharisæis dixit. Quæretis me, &
in peccato uestro moriemini: & Matthæus.

Matth. 25.
Luc. 12.
Luc. 16.
Iudith. 13:
9
Num. 16.
Exo. 14.
Esa. 59.
Cypri:
Lucæ. 7.
Matth. 9.
Luc. 19.
Luc. 23.
Act. 9.
2. Tim. 2.
Cant. 5:
I O
Mich. 2:
Gloss.
Interli.
Lyra.
Eccle. 5:
Ioan. 8:
Matth. 8.

Filij autem regni eiicientur in tenebras exte-
rioris. Item Virginibus fatuis imparatis
dixit. Amen dico uobis, nescio uos.
Breues dies hominis esse dicuntur id est
pauci apud Iob, & frequenter alibi, quia
vt legimus in Psal. *Dies annorum nostrorum*
septuaginta anni, si autem in potentatibus, hoc
est in robustis, octoginta anni, & amplius eo-
rum labor & dolor. Quod si hoc uerum fuit
ætate Dauidis ante hæc duo annorū mil-
lia quid erit temporibus nostris, quando
vix nati vel adulti rapimur? Propterea dā
da nobis est opera, ne tam breuem plane
lucem frustra nobis præterire sinamus.
Vnde Dominus ait. *Ambulate dum lucem*
habetis, ne tenebræ uos comprehendant. Breue
palliū legimus Isai. 58. & breuē aquā Isai.
30. d. quibus quære in dictione, Angustū.

C A P V T. III.
Abel, Cain.

BEL & Cain germanos
fratres, quos & natura &
tempus & scriptura sacra so-
ciauit, separare non possu-
mus. Fuit Cain primogeni-
tus Adæ, quē ei peperit Eua. Sic legimus.
Adam cognouit uxorem suam Eua, quæ con-
cepit, & peperit Cain dicens: Possedi hominem
per Deum. Et recte Cain uocauit quem pri-
mū possedit, quia Cain hebraicē posses-
sio interpretatur. Euseb. Cæsa. lib. 1. 1. de
Præparatione Euang. c. 4. putauit Cain
significare inuidiā, cum tamen Iosepho
magis credendum sit, in hebræis peritissi-
mo, qui de duobus his fratribus lib. 1. An-
tiq. c. 4. sic ait. Nati sunt autem eis duo
filij masculi, quorum vnus quidem prior
appellabatur Cain, quod nomen interpre-
tatum significat possessionem, Abel secū-
ndus, qui significat, Nihil hoc. Hęc ille.
Vel significat Abel uanitatem aut flatū,
vt notat super Genes. 4. Lyranus, quia ni-
hil ferē uicturus erat, & ut uanitas & fla-
tus sine prole transirus. Nescio uerò
quomodo in quæstionibus super Genes.
diligentissimus quidam tempestate no-
stra scripturarum interpres allegans Io-
sephū dixerit, Abel ab eo uictū interpre-
tari, cum solū, sicut diximus, interpretatū
uertat, Nihil hoc. Quæ etiā est interpreta-
tio Ambro. lib. 1. de Cain, & Abel. c. 1.

quasi quod Abel, inquit, nihil sibi tri-
buat sed Deo duntaxat. Cæterū Glossa
ordinaria & Eusebius, nō Iosephus Abel
dolorē & luctum interpretari dicunt, in
typū forte iustorū de quibus Mattheus
dicit: *Beati qui lugent quoniam ipsi consolabun-*
tur. Præsens quippe uita doloris est, futu-
ra uero lætitiæ sempiternæ, uel ab euentu
quod mors Abelis causa fuerit luctus pa-
rentibus suis.
Abel & Cain non quidem in paradiso
sed post peccatum exulantibus primis pa-
rentibus esse conceptos, atq; in eodem pa-
radiso Eua fuisse uirginem contra erro-
rem Iudæorum asserunt patres. August.
lib. 9. De Genes. ad literam, & D. Tho. 1.
p. q. 98. rationem reddit, quia expectaba-
tur inquit, diuina autoritas ad determina-
tionem temporis generadi. Item Chryf.
super Genes. 4. Homilia. 18. Antē inobe-
dientiam, inquit, Angelicam uitam inu-
bantur, & nullus de re uenerea sermo erat
ante paradisi amissionē. Idem Hierony.
Epistola ad Eustochium de custodia Vir-
ginitatis ait: *Eua in paradiso uirgo fuit: &*
libro. 1. aduersus Iouinia. idem repetit:
Vnde uirginitas tamquam cæleste bonū
in consilio est iuxta illud. Sunt quidam qui
se castrauerunt propter regnum cælorum, qui
potest capere capiat. Videlicet libere uitam
in terra cælestem, si uoluerit, eligat.
Iam uero quod dixerit. Eua nato sibi
Cain: *Possedi hominē per Deū. Nō fuit qui-*
dē iuramentū, quod Rupertus hebraici ser-
monis ignarus existimauit li. 3. super Ge-
nes. c. 34. Quia in Hebræo solū legimus,
Possedi hominē Deo, Septuag. uero addi-
derunt, per, ut datā fuisse generationē filij
per Deum genitrici suæ denotaretur. Sic
etiā explicat Ambrosius lib. 1. de Cain. c.
1. Nūquid sic dicitur inquit per Deū, ut in-
telligas instrumētū? nō utiq; sed ut intelli-
gas autorē & operatorē Deū. Hęc Am-
brosius. Vnde Dominus ait: Sine me nihil
potestis facere. Id est sine mea cooperatio-
ne, quod etiā adnotauit Chryf. homilia.
18. super Genesim. Nō inquit, Eua, natu-
ra mihi puerum dedit sed diuina gratia,
&c. Itaque & filij donum Dei sunt, qui
dat & aufert.
Abel fuisse pastorē ouium & Cain agri-
colā refert scriptura. Neq; placet hoc loco
Burgensis opinio tenētis, Cain tāquā pro-
phanū Dei q; cōtēptorē terræ cultorā ele-

Matth. 25.
I I
Iob. 14.
Psal. 89.
Ioan. 9.
5
1
Gen. 4:
77
Euseb.
Iosephus.
Lyran:
Amb.

Glossa.
Euseb.
Matth. 5.
August.
D. Tho.
Chryf.
Hierony.
Matth. 19.
3
Gen. 4:
Rupert.
Ambro.
Ioan. 15:
Chryf.
4
Gen. 4.
Burg.

gisse, cui maledixerat Deus, Abel autem piū ouīū potius pascēdarum artē, quibus Deus minime maledixerat elegisse. Ceterū hęc imaginatio facile refutatur, Deus enim profecto nūquam terrę maledixit propter ipsam, sed propter peccatū hominis, vt ei esset minus frugifera, tātū q; abest, vt cultū terrę prohibuerit, vt potius in humane superbię medelā, eam homini de derit excolendā, vnde ait: *In sudore uultus tui uesceretur panis.* Quare tenendū est sine dubio elegisse pastoralē artē Abel tamquā simpliciorē & cōtēplationi cęlestiū aptiorē, sed maxime vt figura esset Christi, qui & Sacerdos est innocens & pastor bonus. Sicut adnotat Isidorus super Genes. 4. & ibi Glossa. Illud tamē quęstionē facit, si ante diluuiū genus humanū nec dū carnis uescebatur, quorsum Abel pasceret oues, sed de hoc latius infra dicemus in dictione Caro. n. 30.

Cain obtulit de frugibus terrę munera Domino: Abel quoq; obtulit q̄ primogenitis gregis sui & de adipibus eorū. Vbi, Chrysostomus homilia. 18. sic ait: Nota quod pientissima Abelis mens nobis significetur, quod nō tantū de ouib; obtulerit, sed de primo genitis, hoc est, de preciosissimis, deinde ex illis ipsis primogenitis preciosissima quęq; hoc est, de adipibus. De Cain autē nihil tale adnotatū est, sed quod de frugibus terrę obuia quęq; obtulit. Hęc Chryf. Sic ad imitationē Abel primitię gētiū uidelicet Magi, preciosissima quęq; regionis suę Domino obtulerūt, *Aurū, Videlicet, Thus, & myrrham,* Sic Anna Samuelē primogenitū suū obtulit Deo. Sic Maria mater Domini obtulit in tēplo thesaurū cęli terrę q; preciosissimū, Dei uidelicet filiū. Ambrosius autē. lib. de Cain & Abel. c. 7. & factū est, inquit, post multos dies obtulit Cain ex fructibus terrę, duplex culpa, vna quod post dies obtulit, altera quod ex fructibus, nō ex primis fructibus, sacrificiū autē, & celeritate cōmendatur, & gratiā, Hęc Ambrosius. Deniq; D. Paulus, *Fide,* inquit, plurimā hostiā Abel quā Cain obtulit Deo, per quā testimoniū cōsecutus esse iustus. Super quē locū Rupertus lib. 4. in Genes. c. 2. Cain, inquit, cū Deo offerret sua, se ipsum sibi retinuerat repositū se habens in cupiditate terrena, huius modi portionē Deo nō accipit, sed præbe inquit, fili cor tuū mihi, Abel autē cor suū

offerēdo, deinde rem suā, plurimā hostiā obtulit. Hęc Rupertus. Hinc de Pharisæis cōquerabatur Dominus dicens. *Populus hic labijs me honorat cor autem eorum lōge est à me.* Id est, viliora mihi offerūt, preciosissima vero retinent sibi, quod q; mihi debetur, violēter auferūt. Nā mihi quidē, cor planē debetur quod in homine optimum est, & quod ad imaginē meam ideo creauit & sigillauit, vt mihi daretur.

Deinde, *Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera eius non respexit.* Hebraice legitur *vay saā: Attēdit Dominus ab Abel:* Chaldæus autem vertit, *suscepit sacrificiū Abel,* Septuag. vero *εωθεθεν ο θεος,* Respexit Deus. Sed pulchre, vt notat Hieronymus in quęstionibus Hebraicis, Theodoctiō vertit, *Inflammat Dominus super Abel,* vnde, inquit, nos se poterat Abel sacrificiū eius Deo fuisse gratum, fratris vero non itē, nisi quia flammam de celo misit, quę sacrificiū consumpsit Abel, &c. Quod inde probabile est, quod moris fuit deinceps benignissimo Deo, quādo sacrificiū sibi suorū acceptū esse voluit ostēdere, ignē mittere, sic super sacrificium Aarō ignis descendit, & super oblationē Gedeonis, item in Salomonis holocaustū & frequēter alibi, vt per ignem, offerentiū charitas innotesceret, & erga ipsos amor Dei, iuxta illud Prou. *Ego diligētes me diligo.* Sic & super Apostolos orationis oblationē offerētes indie Pentecostes, & super Dei parā virginē in figura ignis spiritus Sanctus descendit. Sed admonitū nihilominus lectorem velim, vt quamuis Theodoctiōnis trāslatio hęc speciosa Hieronymo fuerit, probabilis tantū & nō certa nobis habenda est, quia verbū *hebreū* Saah, respicere significat, nūquā vero denotat inflāmare, vnde magis coniectura est interpretis quā trāslatio, ideo q; nō accepit illā editio vulgata latina, de quo nos latius in proæmio lib. 3. Attēde etiā, vt ad priora reuertamur, primos illos homines lege dictante naturali obtulisse p corporalib; bonis à Deo receptis ex terra quoq; sacrificia, ad quod naturalis obligat ratio, vt docet. *D. I. 22. q. 8. ar. 1.*

Præterea: *Dixit Dñs. ad Cain, Quare iratus es & cōcidit uultus tuus? nō ne si bene egeris recipies, si autē male statim in forib; peccatū tuū ad erit?* Locut⁹ est Dñs. ad Cain, vt dicit Aug. l. 15. d. Ciu. c. 7. eo modo quo primis

Matth. 17.

Gen. 4. 6

עשן

Hierony.

Leuit. 9. Iud. 6.

2. Paral. 7.

Pro. 8.

Aet. 2.

עשן

D. Thom.

Gen. 4.

7

homi-

hominibus per creaturam subiectam, vel certe vt eorum socius forma congrua loquebatur. Hęcille. Itaq; vel per Angelū vices Dei gerentem, vel per se ipsum Dominus sumpto ex materia subiecta corpore locutus est cum Cain, vt eū consolaretur, & ad pœnitentiam sceleris excogitatie clemētissime prouocaret, vt notant hoc loco patres, inter quos Chryf. homil. 18. super Genes. Attēde inquit, oro ineffabilem misericordiā, vide quomodo pro sua dominus benignitate congrua ipsi remedia apponit & c. Quid ergo miraris si Magdalena recepit la crymantē: Latronē confidentē in cruce: Zachæum omnia quę rapuerat restituentē, & dimidiū bonorū suorū benigne pauperibus erogantē, qui obstinatū & reprobū, quem sciebat sine fine periturū visibili forma consolari, & ad meliorem mentē reducere dignatus est? Quā vero verba Domini ad Cain, aliter quā in Hebræo legimus, sunt à Septuag. translata, vt notat Hierony. in Quęst. Hebraicis. *Non ne si recte offeras, non autē recte diuidas, peccasti? Quiesce, ad te conuersio eius.* Hanc expositionē secuntur, & exponūt patres, Ambrosius lib. 2. de Cain. c. 6. Aug. lib. 15. de Ciuitate. c. 7. Chrysostomus super hūc locum homilia. 18. Genadius super Genes. Qui patres, quamuis in aliquo inter se variēt in hunc tamē omnes scopū tendūt, vt non satis esse dicant rectū agere, & de rebus Deo bonis sacrificiū offerre, si discretio desit, quod est non recte diuidere, quia si offeras munus Deo & necessaria charitatis circūstātia desit, nō recte diuisisti: & forte propterea Mathæus dicit. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod habet frater tuus aliquid aduersū te, relinque munus tuum ante altare, & uade prius recōciliari fratri tuo, & tūc ueniens offeres munus tuum.* Alioquin non recte diuides. Ambrosius vero nō recte diuide re esse putat peiora Deo illiberaliter offerre, & meliora sibi reseruare, quod ne faceret Magdalena, præter cor suū, preciosissimū quod habuit unguentū effudit super pedes Domini. Ceterū hebraica veritas habet. *Haloim tetib se eth,* Vbi tot, est idem q; bonum. Deinde *se eth,* est portare & recipere, hoc est. *Non ne sibonum egeris recipies?* Deinde sequitur, *ueim lo Thetib,* id est, *Si non bene egeris, Lapethah hattatb robez,* id est, *anate fores peccatum*

Chry.

Luc. 7. Luc. 23. Luc. 19.

8

Hierony.

Ambr. Aug. Chry. Genad.

Math. 5.

Ambr.

Luc. 7.

tuum sedebit: & ita vertit vulgata Hieronymi, hoc est, quasi ianitor quidem pascabit cor tuum conscientia peccati, vt idē Hieronymus ait, & sic vt vermis cor rodet viscera tua, subterte nihilominus erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Quem locum, vt experientia docet nō satis Græci penetrauerunt. Nā Chryf. explicat, *Abel frater tuus erit tibi subiectus, & tu ut primogenitus dominaberis illius.* Quam expositionem Genadius probat, & alij nonnulli. Sed altius Hieronymus sensum affecutus est, qui hoc loco liberum arbitrium asseri putat, quo dominatur homo concupiscentiis suis. Eodem modo æqualis eius Ambrosii. lib. 2. de Cain. c. 7. Non te inuitum, inquit, error attraxit, &c. Sequuntur eandē expositionem Latini omnes. Greg. lib. 4. Moral. c. 17. super Iob. 3. *Tenebrosus turbo possidet.* Beda & Albinus in quęstionibus super Genes. ibiq; Rupertus Abbas, & Hugo de S. Victore. Vnde Dominus liberū largiens, & confirmans nobis arbitrium apud Matth. dicit. *Siquis uult uincere post me abneget semetipsum.* Id est, subdat appetitum rationi, & Ecclesiasticus: *Deus creauit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui,* id est liberæ voluntatis, vt explicat glossa quam adducit. D. Tho. ad confirmationē liberi arbitrij. 1. p. q. 83. a. 1.

Præterea, *Dixit q; Cain ad Abel, egrediamur foras.* Septuag. vertunt, *in agrū.* B. Ambrosius legit, *In cāmpum,* hebraice nihil est, nisi: *Dixit Cain ad Abel.* Et ibi sistitur, quid autem dixerit, Septuag. interpretes exponunt modo prædicto: quamuis Hieronymus putet in Quęst. hebraicis dixisse Cain ad Abel, quę Dominus illi dixerat, uidelicet: *Dixit mihi Dominus: Nonne si bene egeris recipies?* &c. Sed quod vulgata latina vertit. *Egrediamur foras,* tanquam sensus legitimus, tenendū est: vitabat enim Cain præsentiam parentum suorum ad perpetrandum scelus. Quia vt notat Ambrosius. *Lauro fugit criminis testē.* Sic legimus. *Qui male agit odit lucem.* Id est locum patulum & manifestum, nam verē innocens Abel, sine suspitione mali egressus est cum fratre germano foras, diuina id agēte prouidentia, vt protomartyr esset, legis naturæ, sicut Christus legis gratiæ. Vnde Aug. l. diuersarum qua sit. ad Orosium. *Tria, inquit, maxime præconia iustitiæ in Abel*

Chry.

Genad. Hierony.

Ambr.

Greg. Beda. Albinus. Rupert. Hugo.

Math. 16.

Ecclesi. 25.

Glof. D. Tho.

9

Gen. 4. Ambr.

Hierony.

Ambr.

Ioan. 3.

Aug.

Diony.

Matth. 2.

Gen. 4.

IO

Ambr. Chryf.

Matth. 20. Ioan. 11.

Ambr.

fuisse comprobantur, scilicet virginitas, sacerdotium & martyrium, in quibus Christi figuram primus gessit, ideo ignis missus de caelis hostiam eius approbavit: Hæc Aug. Vbi notandum cum Diony. Carthuf. super Genes. 4. Licet Caim primogenitus fuerit, & subinde sacerdos, nihilominus reprobato signo de caelo sacrificio eius, & sacerdotio, & Abelis contra comprobato, transijt diuino iudicio sacerdotium Caim ad Abel, sicut primogenita Esau Deo quoq; comprobante Iacob postea vindicauit. Sic & gentiles primum in fide Christi Iudæis. quasi primogenitis sed ingratis quidem abstulerunt, ideo Magis quasi primitijs Gentium Stella resplendens Domini natiuitatem in Oriente monstrauit, quæ tamẽ a Iudæis cū Herode quasi iã exheredatis visa nõ est. Deinde. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat à me de terra.* Quod sic legitur Hebraice: *Roldeme ahicha, Zoachim. Elamin haadama:* vox sanguinum fratris tui clamantiũ ad me de terra. Sed quo genere mortis Caim fratrem suum interfecerit, non satis liquet, sanguinẽ vero illius siue dentibus, siue ligno, siue saxo fudisse constat. Dominus autem nõ vt ignarus sceleris eius, sed vt ad poenitentia confessionem peccato rem prouocaret, interrogauit. *Vbi est Abel frater tuus?* Sicut notat Ambro. lib. 2. de Caim. c. 9. Item Chrysof. homilia. 19. super Genes. Sicut prius, inquit, parentẽ eius rogarat, *Adam ubi es?* vt eum ad confessionem & delicti poenitentiam inuiteret, sic rogat Deus non vt ignorans, sed vt ad bonum prouocet. Hæc Chryf. Sic & matri filiorum Zebedæi aliquid petenti dixit filius Dei. *Quid uis?* Non vt ignorans, sed vt illa medico vulnẽ aperiret. Sic de Lazaro quatruiduano quæsiuit. *Vbi posuisti eum?* Vt videlicet statum iam factentis ob oculos poneret, excitaret q; vt remedium à vitæ quærent largitore. Cæterũ Caim scelus suum dissimulare cupiens audiuit. *Quid fecisti: vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Notat autẽ Ambr. loco citato innocentiã Abel; de quo Dominus minime dixit, Abel clamat, neq; anima eius, neq; corpus eius, neque sanguis intra venas eius, sed terra, quæ vt parens onniũ filij muticam suscepit vt innocẽtis, vnde Abel quoq; seruasse dilectionis formã ostēderetur, quã dominus comendatu

rº erat, dicẽs. *I iligite inimicos uestros.* Ideo nõ dicitur, Abel vociferatur contra te sed sanguis eius. Eucherius vero super hũc locũ. Clamat, inquit, sanguis non tam voce quã causa. Sic intelligitur illud Apostoli ad Hebræos. *Sanguinẽ Christi melius loquẽtẽ quã Abel.* Denotat enim sanguinẽ quidẽ Abel nõ voce sed natura vindictã exposcere, nõ veniã, sanguinẽ vero Christi supernaturã verbo Dei vnitũ, misericordiã poenitentibus postulare, quod melius est: vt quod Dominus verbo docuerat, confirmaret exẽplo. *Orate pro persequẽtibus & calumniantibus uos.* Cæterũ quatuor esse peccatorũ genera, quæ in scriptura clamare dicũtur, adnotat patres. Vnũ est peccatũ homicidij de quo hic agimus: aliud cõtra naturã, d quo in Genesi. *Clamor Sodomorũ & Gomorrhæorũ multiplicatus est.* Tertiu op presio imbecillioris, d quo. *Clamor filiorũ Israel uenit ad me.* Quartũ est operarij mercedẽ illiberaliter retinẽtium, vt Iacob ait. *Ecce merces operariorũ, qui messuerũt regiones uestras, quæ fraudata est à uobis clamat.* etc. Sed hos clamores vox cõfessionis & poenitentia conticescere facit. Vnde Baptista dicebat: *Facite fructũ dignos poenitentia.* *Vagus & profugus eris super terram,* dixit Dominus ad Caim. Hebraice sic habetur. *Naa uanad tihic baarez,* idest, vagus & profugus eris: in terra q ad loci instabilitatẽ in Quæst. Hebraicis refert Hierony. Vnde & Chaldaicus vertit, *Instabilis eris, & transmigrans.* Sed Chry. Homil. 19. & omnes Græci, quos sequitur Ambros. lib. 2. de Caim. c. 9. ad gemitũ & tremorẽ corporis referũt, qui secuti sunt in hoc septu. hi enim transfulerũt *σεσουυ udi ιερεμωυ* gemens & tremens. Prior tamen expositio Hebraicæ literæ magis consonat. Et certe peccator stimulis conscientia suæ, cõtinẽter agitatus quiescere nõ potest. Vnde Dominus clamat ad peccatores. *Tollite iugũ meũ super uos, &c. & inuenietis requiẽ animabus uestris.* Quasi dicat: *Qui in peccatis manet quiescere nequit perturbationũ fluctibus huc illuc q; agitatus, iuxta illud Isaie. Iniquitates nostræ sicut uentus abstulerũt nos.* Vt ergo quiescas iugũ suscipe poenitentia, alioquin audies illud Thren. 1. *Peccatum peccauit Hierusalem, ideo insabilis facta est.* Dixit Caim ad Dominũ. *Maiores iniquitas mea, quam ut ueniã merear.* Hebraice

Matth. Eucher. Hebr. 12. Matth. 5. Gen. 18. Exo. 3. Iacobi. 5. Luc. 3. I I Gen. 4. Hierony. Chryf. Ambr. Matth. 11. Esai. 53. I 2 Th. 1.

Genes. 4.

Cyry.

Nũm. 20.

1. Reg. 12.

13

Matth. 1.

Luc. 19.

Luc. 2.

Can. 1.

2. Timoth. 2.

Psal. 129.

Sap. 11.

Bern.

Gadol auoni minefo, idest, Magna valde iniquitas mea præleuari. Sed certe hæc verba, sicut in nostra additione habentur, nihil falsi præferunt nec vitij Vnde Catherinus super Gen. 4. vera esse dicit, & Caietanus nullã in his verbis desperationẽ agnoscit, quia ille qui est in mortali peccato, nõ meretur primam (vt Theologi dicunt) iustificationem. Item Chryf. homil. 19. citata non solum non putat fuisse desperationis verba, sed potius absolutã peccati sui confessionem, propterea vero dicit, non fuisse veniã consecutum, quod intēpestitia fuerit cõfessio, & nimium sera. Quod caute debet intelligi, nulla enim poenitentia sera est, dum peccator rationis compos uiuit in carne, ita vt veniã culpæ cõsequi non valeat. Sed intelligit forte Chrysof. de pænã corporali, quam iam lata sententia irreuocabili, vitare non potuit: sicut Moyses & Aaron propter peccatum ad aquas contradictionis diffidẽtia, poenam non intrandi promissionis terram nullis potuerunt precibus euitare. Item Dauid pænã mortis paruuli sui ex adulterio suscepti nullis excutere lachrymis aut ieiunijs ualuit. Cæterum si hebræam literam consulas, desperationis crimen incurrisse Caim facile deprehẽdes dixit enim, *Maiores est iniquitas mea, quam parcere,* hoc est, quam ipsa propitiatio. Consonant etiã Septuag. vertentes *μεζων η̄ ᾱτια μου αφενθαι,* Maius est delictum meũ, quam vt remittatur mihi. Itaque Caim misericordiã Dei vniuersam coarctare videtur, quasi magnitudine suæ iniquitatis superatã. Vnde profecto in filiũ etiã Dei Iesum, id est, Saluatorem iniurius fuit, cõtra quod Angelus ad Ioseph dicturus erat: *Vocabis nomẽ eius Iesum, ipse enim saluũ faciet populum suũ à peccatis eorũ.* Et ipse ait. *Venit filius hominis quærere, & saluũ facere quod perierat.* Itẽ: *Vocatu est nomẽ eius Iesus.* Nomen, inquit, eius, de quo Cantorũ autor: *Oleum effusum nomen tuũ.* Effusum quidẽ super omnẽ miseriam nostram, eam vndique subleuans & resarciens. Ideo Paulus ait. *Deus uult omnes homines saluos fieri.* Item in Psal. *Quia apud Dominũ misericordia & copiosa apud eum redemptio.* Et sapiens ait: *Parci autem omnibus, quia tua sunt Domine, qui amas animas.* Pulchrẽ autẽ Ber. ser. 11. super Cant. allegãdĩ dictũ Caim ait. Absit, absit Caim, maior est misericordia Dei quã omnis miseria.

Omnis qui occiderit Caim, septuplum punietur Vbi, Hebraice legimus, col oreg Caim fibatham, Incham. Et quidem vltima verba faciũt, vt locus iste difficilior sit propter versionum varietatem. Septuag. & Theodotion vertunt. *Septem uindictas exobẽt,* quam versionẽ Hierony. Epistola. 115. ad Damasum sic exponit. Non sic cito morieris Caim, sed per septem ætates viues vsque ad septimam generationem, & conscientia tuã igne torqueberis, & qui te occiderit non ipse septẽ vindictis subijcietur, sed septem vindictas quibus alligaris, absoluet. Aliam expositionem approbat etiam Hierony. secundum eãdem versionem, septem vindictas exoluet qui occiderit Caim, quas miser propter septem, quas commisit culpas inerebatur. Has post Hierony. numerat Theodoretus super Gene. Prima fuit, quod indiscrete sacrificium obtulit. Secunda, tristitia de reprobato sacrificio suo. Tertia, quod à peccato quiescere iussus à Domino parere contempsit. Quarta, quia fraternæ gratia infelix iruidit. Quinta, fratricidium, Sexta, quod mentitus est Deo. Septima, quod parentes suos affecit dolore. Sed alia versio est Symachi, qui occiderit Caim, hebdomadã siue septimus vindicabitur. Exponunt autem Lyranus, Carthuf. & Abulensis quod sit imperfecta locutio, quasi qui occiderit Caim, & ibi terminetur, & subiungatur subintelligendo, suam poenam luet talis interfecto. Deinde verò quod sequitur in textu. *Hebdomada uel septimus uindiciabitur,* supple, ipse Caim septima generatione punietur. Fuit autẽ misericordia Dei, qui iuxta Iob dedit illi locum pœnitentia, sed ille abusus est eo, ad superbiam. Sic in parabola vineæ, cultor post tres annos quibus infructuosã ficulnẽ permisit, vt occuparet humum, quartum adhuc indulsit, & culturam adhibuit, vt sine vilius reprehensione infructiferam tandem euelleret. Sed iuxta vulgatam, *Qui occiderit Caim septuplum punietur,* id est, grauissimẽ punietur à me, tum quia occidit hominem authoritate priuata, tum etiam quia contra meam specialem prohibitionẽ fecit: septuplum enim pro numero profecto accipitur, vt notat hoc loco Cyrillus: item Rupertus qui exponit, Pleno supplicio gehennæ punietur, sed sub intelligendum est, nisi

Genes. 4. Hiero. Theodor. Lyra: Diony. Abulensis Iob. 24. Luc. 13. Cyrill. Aupert.

Matth. 5: poenitentiam egerit, sicut intelligitur illud Matth. Qui autem dixerit, fatue reus erit gehennae ignis, sub audi, nisi poenitentiam egerit.

15 Genes. 4: Praeterea, Posuitque Dominus signum in Cain, ut non interficeret eum omnis qui inuenisset eum. Varię sunt de hoc signo sententia.

Calet: Caietanus dicit, sciri non posse quale fuerit, quamuis sensibile cunctisque conspiciuum esse debuit. Lyranus ait fuisse notam in facie Cain satis insignem quasi neuum rubrum magnum. Graeci secuti translationem Septuag. dicunt, singultum potius, perpetuumque totius corporis tremorem ei remansisse, quod approbare videtur Hierony, Epist. 115. ad Damasum, & mihi non displicet. Eucherius lugdun. super hunc locum, fuisse instabilitatem & timorem ait, quo inquietus & profugus huc illucque vagabatur incertus. Ruperus legit Cain ipsum positum fuisse in signum humano generi contra homicidas. Sed duae sententiae posteriores magis quadrant. Vbi nota longos vitae annos parum prodesse, nisi quis a peccatis respiscat, iuxta illud Apostoli. An ignoras quod benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam tuam, & impoentens cor, thesaurizas tibi iram, etc.

Hiero. Eucher: super hunc locum, fuisse instabilitatem & timorem ait, quo inquietus & profugus huc illucque vagabatur incertus. Ruperus legit Cain ipsum positum fuisse in signum humano generi contra homicidas. Sed duae sententiae posteriores magis quadrant. Vbi nota longos vitae annos parum prodesse, nisi quis a peccatis respiscat, iuxta illud Apostoli. An ignoras quod benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam tuam, & impoentens cor, thesaurizas tibi iram, etc.

Ruper: super hunc locum, fuisse instabilitatem & timorem ait, quo inquietus & profugus huc illucque vagabatur incertus. Ruperus legit Cain ipsum positum fuisse in signum humano generi contra homicidas. Sed duae sententiae posteriores magis quadrant. Vbi nota longos vitae annos parum prodesse, nisi quis a peccatis respiscat, iuxta illud Apostoli. An ignoras quod benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam tuam, & impoentens cor, thesaurizas tibi iram, etc.

16 Genes. 4: Aug. Edificauit Cain ciuitatem, uocauitque nomen eius ex nomine filij sui Henoch. Augustinus libro. 18. de Ciuitate, cap. 8. putat non fuisse Henoch primogenitum Cain, nihilominus probabilius est iuxta Iosephum primogenitum eius fuisse: qui lib. 1. Antiquit. cap. 5. Cain, inquit, terminos terrae primus posuit, murisque muniuit, illicque coegit suos conuenire domesticos, hanc vero ciuitatem ab Henoch seniore filio Henochiam appellauit, &c. Cain ergo primam orbis aedificauit ciuitatem. Vnde recte Pererius questionibus super Genesim Aegyptiorum conuincit errorem dicentium, Diospolim hoc est Thebas, initium fuisse urbium in orbe, cum constet Henochiam fuisse primam. Putat autem Plato, in Protagora causam quare homines olim ciuitates muris cingere ceperunt, eam fuisse, ut se a ferarum incurfibus defendere. Sed Aristot. lib. 1. Politicorum ad naturam hominis socialem vitam amantem, condendarum urbium originem refert. Quod autem prior fuerit Cain huius rei autor quam pater eius Adam vel

Iosephus

Pererius

Plato

Aristot.

alio ex fratribus pijs, inde forte processit, quod cum secundum Ioseph. lib. 1. Antiquit. lococitato, rapinis deditus cum filiis suis fuerit, & ad tutandas res ex furto rapinaque sibi partas, muris se & suam, cinxit asylum faciens latronum. Et quia de caelestibus nihil cogitabat, in terrenis commodis procurandis sapientior fuit, iuxta sententiam Domini: Filij huius seculi sapientiores filiis lucis in generatione sua sunt. De quo legendus est August. lib. 15. de Ciuitate, cap. 17. Item Greg. lib. 16. Moral. cap. 5. super illud Iob: Flumini subuertit fundamentum eorum: Ipse, inquit, Cain in terra primus fundamentum posuit, quia a soliditate aeternae patriae alienus fuit. Haec Greg. Ideo Dominus dicebat: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra. Et Rursus. Thesaurizate uobis thesauros in caelo. Et alibi: Gaude te quia nomina uestra scripta sunt in caelis. Item Aquila clamat. Vae, uae, uae, habitatibus in terra. Et de impijs dicitur: Vocauerunt nomina sua in terris suis. Vnde Chryl. Hom. 20. super Gen. Hominibus, inquit, factum mortalius studium fuit ut immortalem suam memoriam facerent, partim ex filiis quos generabant, partim ex locis quibus filiorum nomina imponebant. Haec Chryl. Sed foeliciores illi qui cum Petro Domino dicunt: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, &c. Et quibus Dominus ait: In domo patris mei mansiones multae sunt, & uado parare uobis locum.

C A P V T. IIII.

Abiathar.



BIATHAR, id est, pater excellens, fuit summus sacerdos filius Achimelech pontificis quoque magni qui occisus est a Saule cum alijs sacerdotibus, eo quod panes Dauidi fugienti dedisset. Euadens autem Abiathar fugit ad Dauid. Deinde uero quia particeps fuit Adoniae, depositus est a Salomone, suffecto loco eius Sadoc sacerdote. Illud tamen quosdam mouet, quod Regum sacra narrat historia, Dauidem fugientem ad Achimelech sacerdotem in Noba peruenisse, a quo & panes propositionis accepit. Sed Marcus Euangelista. Nunquam, inquit, legistis quod fecerit Dauid quan-

Ioseph.

Luc. 16:

August.

Greg.

Iob. 22.

Matth. 5:

Luc. 10:

Apoc. 8:

Psal. 49.

Chryl.

Matth. 19:

Ioan. 14.

16. Reg. 22.

3. Reg. 21.

1. Reg. 21.

Quest.

Marc. 2:

Theophy: do necessitatem habuit, & esuriit ipse, & qui cum illo erant, quomodo intrauit in domum Dei sub Abiathar Principe Sacerdotum, & panes propositionis manducauit, &c. In quo primo quidem obtutu uidetur esse contradictio, ad quam tollendam Theophylactus respondet: Achimelech fuisse quidem sacerdotem sed non summum, Abiathar autem fuisse summum: Caeterum contradicit textus libri Regum ubi Abiathar filius dicitur Achimelech, ergo Achimelech summus erat Pontifex. Quare melius Beda soluit nodum super Marc. 2. dicens: Abiathar qui secundum historiam libri Regum filius erat Achimelech Summi Pontificis, & successor legitimus in sacerdotio, vocari quidem meruit summus sacerdos, sicut heres Regis vocari solet interdum Rex. Sed illud Hieron. notat, neque Dauid neque pueros eius panes comedisse sanctos, nisi mundos a mulieribus, uel ergo illi qui cum fuerit immundus, ad panem illum accedit qui in Euangelio clamat. Qui manducat hunc panem uiuet in aeternum.

Theophy:

1. Reg. 22.

Beda.

Hieron.

Ioan. 6.

C A P. V.

Abies.



BIES dicitur Hebraice Beroth & in plurali Berosim Isai. 14. Abietes letatae sunt. Abies arbor procerata sine nodis, ramis ordine pulchro non ad latera sed sursum erectis, frondes pectinis instar diuisas semper virentes, flores habet crocei coloris, deciso uero cacumine mox arescit, nascitur in montibus, & desertis vallibus, materies eius apta nauigijs est propter robur & leuitatem, & quia contra pondus resistit, de quo Plinius lib. 16. ca. 24. & 25. &c.

Plin.

2

Hieron.

Osc. 14.

Ioan. 15:

& fructum afferatis, ut eatis inquit, non in obliquum, sed ad instar Abietis sursum ad caelestia directi. Talis Paulus qui post conuersionem virentibus folijs praedicationis sacrae, & erectis sursum ramis desideriorum dicebat. Nostra autem conuersatio in caelis est. Talis etiam Petrus ad caelestia tendens, cui Dominus dixit: Caro & sanguis non reuelauit tibi sed pater meus caelestis. Glossa ordinaria putat Christum hoc loco abietem vocari virentem, & directam ab aeterno Patre & Spiritu sancto qui direxit eum in omnibus secundum humanitatem, unde & fructum ei dedit redemptionis mundi propter unionem ad uerbum, & miraculorum, & ieiuniorum, sicut legitur: Ductus est Iesus ab spiritu in desertum. id est, ab spiritu sancto directus, & quia filius omnia quae habebat a patre habet, subdit in Osea pater aeternus: Ex me fructus tuus inuentus est, ideo filius clamat. Omnia mihi tradita sunt a patre meo, & Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, item: Verba quae ego loquor, a me ipso non loquor, pater autem in me manens ipse facit opera. Et certe expositio haec Glossae mystica non literalis esse uideri poterit, sed admitenda est, maxime quia Septuag. pro Abiete uertit Iuniperum virentem, quae serpentes fugat & pulchre significat Christum spinis coronatum qui dedit potestatem Apostolis calcandi super serpentes.

Philip. 3:

Matth. 16

Glossa:

Matth. 4:

Matth. 11:

Ioan. 7.

Ioan. 14.

Matth. 10:

3

Esai. 14.

Hieron.

Matth. 22

Abietes quoque principes gentium significant iuxta literam, sed metaphorice sic legitur: Abietes quoque letatae sunt & Cedri Libani, ex quo dormisti non ascendit qui succidat nos. Super quem locum Hieronymus. Abietes inquit & Cedros Libani principes gentium intellige, qui, Nabuchodonosor percutiente, succisi sunt, qui in uocem letitiae prorumpentes dicunt, ex quo ad infernum descendisti nullas alius potuit inueniri qui magnos potentisque succidat. Haec Hieronymus. Sicut autem in morte Nabuchodonosor Regis letati sunt principes gentium, sic in morte plane crudelissimi Herodis, qui innocentes occidit, letatae sunt animae iustorum in limbo, & angeli Dei, ex quibus vnus dixit Iosepho sponso Mariae in Aegypto degenti. Tolle puerum & matrem eius, & uade in terram Israel, defuncti sunt enim qui querebant animam pueri.

Abies non solum Apostolos significat,

Estai. 55.
 Hiero.
 Matth. 9.
 Luc. 19.
 Luc. 15.
 Gregor.
 Io b. 28.
 Luc. 10
 Luc. 7.
 5
 Estai. 41.
 Hiero.
 Matth. 15
 6
 Hiero.
 Estai. 60.
 Matth. 7.

sed & virtutes sanctorum & dona gratiæ spiritualis, unde legimus: *Pro salicula ascēdet a bies, & pro urtica crescet myrtus, vbi Hiero. de lege gratiæ sub Christo dictum intelligit, in qua pœnitentibus mala conuertuntur in bona, pro vitij nascuntur virtutes, pro iniquitate iustitia, pro temeritate fortitudo, pro luxuria tēperantia. Addamus exēpla maiorum. Matthæus, Zachæus & Publicani salicula erant, & ῥοβη, hoc est, stirpes inutiles, &, κoviζη, amari saporis, & oderis terribissimi, isti in Apostolos repente mutati facti sunt cyparissus, & abies. Hæc Hierony. Gregor. quoq; lib. 18. Moraliū in illud Iob. Tolle eum uentus urens, pro salicula, inquit, ascendit abies dum in sanctorum corde pro abiectione terrenæ cogitationis altitudo supernæ contemplationis exoritur. Hæc ille. Sic ascendit contemplatio in corde peccatricis pro salicula voluptatum, de qua Luc. Maria autem sedens secus pedes Domini audiebat uerbum illius. Erat olim Maria quasi falix super aquas voluptatum incurua, sed quando conuersa est, ramos in altum sicut abies erexit amoris & gratiæ: ita ut de illa Dominus diceret, Remissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum.*

Abies itaque gratiam denotat spiritualem, sicut legimus. *Ponam in deserto abietem & ulmum, vbi Hierony: Hæc diuersitates arborum diuersitatem significant gratiæ spiritualis in conuersione gentilium. Hæc ille. Et certe cor Chananeæ desertum erat, in quo tamen gratia Spiritus sancti sicut abies fidei virescentis pulcherrimas frondes & firmam charitatis radicem, usque ad imum humilitatis fixit, ramos uero usque ad cōfessionē vtriusq; in Christo naturæ sursum erexit, quando clamauit; Miserere mei Domine fili Dauid.*

Abies Doctores ecclesiæ sublimes tam vita quam doctrina, qui ex gentium Philosophia ad fidem conuersi sunt, aliquando designat. Ita exponit Hieronymus, illud Isaïæ, quod ecclesiæ dicitur Christi: *Gloria Libani ad te ueniet, abies & buxus & pinus simul.* Vir, inquit, sanctus & eloquentissimus Cyprianus, & nostri temporis confessor Hilarius, nonne tibi videntur excellere quædam in seculo arbores quæ ædificasse Ecclesiam Dei studuerunt? Hæc Hierony. De huiusmodi arboribus dicitur.

7
 Hierony.
 Ezech. 31.
 Greg.
 Luc, 18,
 Matth. 18,
 Hiero:
 Rupert.
 Zacha. 11.
 Matth. 23,
 Chryf.
 Auguf.
 Pfa. 50.
 Luc. 22.
 Matth. 20.
 Ioan. 20.

tur. *Non potest arbor bona malos fructus facere, & ex fructu arbor cognoscitur.*

Abietes propter altitudinem reges significant in historico sensu. Sic exponit Hierony. illud Ezech. de Rege Assyriorum à Babylónico superando, *Assur quasi cedrus in Libano, & infra, Abietes non adæquauerunt summitatem eius, id est, alij reges non fuerunt æquales ei. Sed Gregor. lib. 32. Moral. cap. 24. per Assur Luciferum inter angelos olim sublimem, per abietes inferiores intelligit spiritus, qui tamen humilitatis virtute fundati in cœlo manserunt, illo cōtra propter superbiam in tartara deturbato. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.* Unde & Dominus Apostolis de primatu contendentibus accepto in vlnis paruulo dixit. *Qui humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum.*

Abietes Sacerdotes etiam designant ut post Hierony. Rupertus adnotat super illud Zachariæ: *Vlula abies, quia cecidit cedrus, id est, vlula & pœnitentiam age sacerdos, qui quasi abies excelsus es, quia cecidit templum quod instar cedri tēdebat in cœlum, sæpe enim propter peccata sacerdotum templum Dei profanatur, & conculcatur, quod hodie pro dolor in Germania videmus. Et simile Dominus sacerdotibus dixit: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta, videlicet propter scelera uestra. Et usque hodie vlulat abies, id est, populus Iudæorum, quia cecidit cedrus. Vel aliter Abies, id est, mediocres sacerdotes plangite, & vlulate quia cecidere maiores, hoc est, principes vestri; cœsus quippe regum & magnatum permittitur aliquando ad terrorem subditorum. Sic Chry. & August. in Præfatione Pfa. 50. casum Dauid permisum à Deo prouidentissime ad correctionem nostram & timorem putant. Ideo etiam in Euangelio casus Petri Christum negantis: Iacobi & Ioannis manum dexteram & sinistram affectantium: & dubitatio Thomæ de resurrectione narratur, ut nos inde cautiore efficiamur: & vlulet abies quia cecidit Cedrus. Si enim Ecclesiæ columnæ nutauerunt, quis poterit, nisi pœnitentiæ lachrymis diuinaque gratia suffultus perseverare?*

C A P V T . V I .

Abiezer.

יוצאן
 Ios. 17.
 Iud. 6.
 Iud. 8.
 Matth. 5.
 Matth. 21.



ABIEZER, id est, pater adiutorij fuit filius Galaad filij Manasse ut habetur apud Iosue interpretaturque patris auxilium, Gedeon autem congressurus cū Madianatis, conuocauit domum Abiezer, quæ de stirpe erat Manasse filij Ioseph, congregauit etiam ad se omnem tribum Manasse reliquam, tribum autem Ephraim vocare timuit, quia superba erat, & potentissima, cum autem vicisset Madianitas Gedeon, dixerūt ei viri Ephraim. *Quid est hoc, quod facere uoluisti, ut nos non uocares uirgantes fortiter, & prope uim inferentes. Quibus ille ait, quid est tale quod ego facere potui, quale uos fecistis, nonne melior est racemus Ephraim, uindemijs Abiezer? id est, racemus uester, & quod minimum in uobis est, potentius & fortius est, quā domus tota Abiezer, quæ est de stirpe Manasse quam ego vocaui: nam licet Manasses fuerit primogenitus Ioseph, & Ephraim secundo natus, nihilo minus Ephraim potentior euasit, & caput regni Samaritæ atque decem tribuū fuit, sic mansueto responso Gedeon superbiam mitigauit Ephraim, & ipse de hostibus suis triumphum consecutus est, iuxta quod Dominus dixit: *Beati mites quonia ipsi possidebunt terram.* Et rursus: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.**

C A P V T . V I I .

Abigail.

יוצאן
 1. Reg. 25:
 Matth. 10.



ABIGAIL, id est, pater exultationis vxor fuit Nabal balcarmeli, quæ iram Dauid uenientis, ut uirū eius perderet mitigauit, prudentissima quadam oratione. Sed Nabal paulo post mortuo, copulauit eam sibi Dauid coniugio, ut pote quæ & prudentissima uisa fuerit, & decora satis. Sic prudentia, Christo Domino cum synceritatis pulchritudine copulata placet, iuxta illud: *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, Et eum qui eiusmodi fuerit, super regium ecclesiæ culmen fre-*

quenter exaltat, iuxta illud. *Quis putas est fidelis seruus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam? Quid quod & Mariam virginem propterea quod ab angelis salutata prudentissime cogitauit qualis esset ista salutatio, nec se temere, sicut olim Eua præcipitem dedit, Gabrieli uero rationem ad interrogata reddentis, nacerissime credidit, regio Lei genitricis diademate coronatam super regnum Dauid, imo supra nouem angelorū choros exaltauit. Tantum apud Deum prudentia cū synceritate coniuncta ualet.*

¶ Abijcere quære eijcere libro quinto.

C A P V T . V I I I .

Abimelech.



ABIMELECH, id est, pater regis, nomen est regis Palæstine, ad quem confugit Abraham tempore famis De quo Basilus super Pfa. 33. Traditio est inquit, usque ad nostra tempora perseverans, omnes reges Palæstine communi nomine Abimelech uocari. Item Hierony. super Ezech. 29. Apud Romanos inquit, Cæsares & Augusti reges eorum appellatur, &c. Apud Syros Antiochi, apud Persas Arfacides, apud Palestinos, quos scriptura uocat Philistin Abimelech. Ita Hierony. Idem Euthymius super Pfa. 33. Fuit autem Abimelech de quo Genes. 20. metio fit rex Geraræ, qui cum audisset Saram sororem esse Abraham, tulit eam, ut sibi coniugio copularet. Ceterum priusquam tangeret illam perterrefactus in somnijs restituit viro suo Abraham. Querunt autem expositores, an Abimelech peccauerit ablata Sara? Et quidem Lyranus censet propterea peccato non caruisse, quia non satis diligenter inquiserat, an vxor esset aliena? Iosephus tamen immunem illum a culpa reputat lib. 1. Antiq. cap. 20. Idem tenet August. quest. 52. super Deuter. idque probat ex uerbis eius ad Deum, *Num inquit gentem ignorantem & iustam interficies? & ex responso diuino, Scio subdit Dominus, quod simplici corde feceris, Augustinus uero legit, Scio quod mundo corde fecisti hoc, & addit, Nō vtique illum ita mūdum uoluit intelligi,*

Matth. 5. sicut illi, de quibus dicitur: *Beati mundo cor de quoniam ipsi Deum uidebunt.* Sed ab illo peccato de quo agebatur, mundum cor habebat. Hæc Augustinus, cuius sententia mihi placet. Vbi notanda est sinceritas huius Ethnici regis, cui Deus testimonium perhibet, quale non perhiberet multis hominibus Christianis, qui iuxta Petrum. *Habent oculos plenos adulterij.* Vnde sicut viri Niniuitæ surgent in iudicio contra Iudeos, sic & rex Abimelech contra Christianos huiusmodi alieni, scilicet, tori violatores. Denique alius etiam Abimelech successor huius dedit Isaac Rebeckâ, quâ ab eo iam abstulisset, nisi iocantem eum cum illa vidisset. Quod castitatis exemplar in ethnico rege fuit æterna memoria dignum.

In titulo Psalmi. 33, legimus, *Psalmus David, cum immutauit uultum suum coram Achis,* quem vulgata vocat Abimelech, super quem locum Hierony. ait: Abimelech sciamus esse dictum pro Achis, de quo legimus in lib. Reg. Vbi narratur, quomodo Dauid fugit ad Achis regem Geth, & simulauit se insanum. Neque in nomine Abimelech error est, cum ex rege patre generat⁹ potuerit Abimelech appellari, quod interpretatur, pater meus rex. Hæc ille. Sed etiam addendum est, quia ut superius dictum fuit, omnes reges Palæstinæ licet nominibus proprijs variè quidem, communitamen nomine Abimelech vocabantur. Sed & illud nota quomodo Dauid irrideri non erubuit, & insanus reputari, ut fugeret mortem momentaneam, quid ergo nos curamus irrisionem vel ludibrium mundi, quando virtuti operam damus, ut mortem fugiamus æternam? Certè de Christo Domino legimus: *Et deridebant eum,* quando dixit. *Nô est mortua puella sed dormit,* Quod ille minime curabat, Nec enim stultorum derisio curanda est, dum modo vera in ædificatio nem ecclesiæ dicamus, & virtutum operibus infudemus.

Abimelech quoque dictus est vnus ex filijs Gedeonis, qui natus est ei ex concubina. Vbi etiam legitur Gedeon, qui & Ierobaal appellatur, habuisse filios septuaginta, deinde dicitur: *Abijt autem Abimelech in Sichem, etc.* Vbi postquam describitur affectasse regnum, narratur etiam crudelitas eius in fratres, sic enim textus

ait; *Et occidit fratres suos septuaginta viros,* quod quæstionem facit, quomodo septuaginta fratres interemisse dicatur, cum Iotham minimus euaserit, & ipse Abimelech, vnus ex septuaginta superstes fuerit, subindeque sexaginta octo duntaxat occiderit? Ad hoc autem recolenda est regula August. quæst. 47. in Exod. Consuetudinè esse scripturæ, ut quod de summa perfectioris numeri deficit, aut crescit, nõ computetur, id est, solet numerum perfectum ponere ut puta septuaginta, etiam si modicum desit, ut duo vel tres. Ita cum populus spiritualiter fornicatus esset ad rato aureo vitulo, anno secundo post egressum de Ægypto Dominus dixit: *Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationem vestram,* cum tamen triginta octo annis duntaxat, post duos annos iam in deserto transactos, portauerint fornicationis supplicium. Præterea quoque Abimelech, qui sexaginta octo fratres occidit, septuaginta dicitur interemisse qui & animam suam spiritualiter occidit culpa læthali, & minimum fratrem voluntate saltem peremit. Sic & Herodes qui ut occideret Christum pueros omnes, qui inuenti sunt in Bethlem à bimatu & infra iugulauit, Christianici da quoque poterit nuncupari, quia quem non potuit gladio, saltem voluntate peremit.

CAPVT. IX.

Abire. Recedere.



ABIRE ire ambulare Hebraice dicitur Halach, Psal. 1. & 1. Reg. 7. Est autem latine Abire de loco in locum, ire, non solum gressibus corporis, sed & affectibus cordis.

Abire in consilium impiorum, est relicto Deo, creaturam diligere super Deum. Psal. 1. *Beatus uir qui non abiit Hebraice halach in consilio impiorum,* qui enim in consilium abiit impiorum, à termino à quo recedit, nimirum à Deo, & ad terminum tendit ad quem, videlicet ad creaturam creatore relicto. Sic exponit August. super Psal. Qui non abiit, ait, sicut homo terrenus qui uxori decepte à serpente consensit, ut Dei præcepta præteriret, & in-

Quæstio.

August. Regula.

Num. 14.

Matth. 1.

1. Reg. 7.

Psal. 1.

August.

Psal. 1.

fra:

Cassiod. fra: Abijt ille cum recessit à Deo, &c. Cassiodorus vero super eundem Psal. Abire in consilium impiorum ad cognitionem refert, primum, inquit, detestabiles denegat cogitationes, abiit enim significat, quod à via recta discedens in calles labitur tortuosos. Hæc Cassiodorus. In hoc sensu feruus ille in parabola, cui rex dimiserat decem millia talèta, noluit remittere conseruo suo centum denarios. Sed *abiit, & misit eum in carcerem,* id est, abiit à via regia charitatis & misericordiæ in calles tortuosos. Item adolescens qui domino consulente, *Vende omnia quæ habes, & da pauperibus,* obtemperare noluit. Sed abiit tristis, & merito tristis quia consilio Dei derelicto in propriam se præcipitem dedit voluntatem. Sic & qui vocati noluerunt venire ad nuptias. *Abierunt, alius in uillam suam, alius ad negotiationem suam,* id est, in consilium impiorum recesserunt, qui temporalia munera cœlestibus prætulerunt, & gaudijs æternis. De quibus Dominus dixit. *Qui sollicitudinibus & uoluptatibus suis & huius euntes suffocantur, & non referunt fructum.* Sic denique qui talètum ad negotiationem acceperat. *Abijt, & abscondit pecuniam domini sui.* Abijt sane in consilium negligentium & pigritantium, Domini negotio summo relicto, quod est lucrum animarum.

Abire in uoluntatibus & prauitate cordis sui, est proprio amore duci. Sic Hieremias ait: *Abierunt in uoluntatibus & prauitate cordis sui,* quod nihil aliud est, exposito re Hieronymo, quam sui cordis facere desideria, non secudum Apostoli sententiam qui præteritorum obliuisceretur, & in priora se extendebat, sed facere cõtraria. Hæc Hierony. Eodem modo Baruch ait. *Et abijmus unusquisque in sensu cordis sui maligni.* Quod ne faciamus Dominus clamat. *Si quis uult uenire post me abneget semetipsum, hoc est, ne se præcipitet in barathrum sui ipsius, & laxis, quod aiunt habenis, inclinata ratione & illecta eat in cordis desideria. Nam unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus.*

Abire vagum in uiam cordis sui, in bonum accipitur, pro eo quod est poenitentiam agere, neque in amore quiescere temporalium. Sic Isaias ait. *Et abiit uagus in uiam cordis sui, uias eius uidi, & sanauit eum.* Vbi Theodor.

tentiæ vim & robur, & consolatus est lugentes. Hæc ille. Qui existimat Isaiam loqui de crucifixoribus Christi, quando ad prædicationem Petri conuersi sunt ad tria millia. Eodem modo Hieronym. in Comment. Ambulauit, inquit, merens siue conuersus, in uia cordis, ut non ad faciem hominum, sed in corde ageret poenitentiam, propterea uidens uias conuersionis eius sanauit uulnera, quibus eum ante percusseram. Hæc Hieronym. Vbi quod uerterat uagus in textu, magis explicat in Commentarijs, id est, merens siue conuersus, quia dictio Sabab duo significat uagum & merentem, vel conuersum, sicut septuaginta uertunt à uerbo Sabab. Non ergo mirandum, si aliter aliquando Hieronymus uertat & aliter Septuag. cum sint dictiones Hebraicæ frequenter æquiocæ sicut hoc loco perspicuum est. Sic autem mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, poenitentiæ sagitta percussa abiit, & uaga quidem & merens sine pedisequis ut medicum quæreret uitæ, quem inuenit in domo Pharisæi. Et recte abiit uaga in uia cordis sui, quæ lachrymas non uerba fudit.

Abire post fordes idem sonat secundum phrasim Hebræam, quod cultum idolis exhibere. Osee. 5. *Calumniam passus est Ephraim quia cepit abire post fordes, id est, post idola ut exponit Hieronym. quæ sordibus inquit comparantur. Est ergo sensus: decem tribus quæ uocantur Ephraim ab Assyrijs quasi per calumniã oppressæ sunt, & redactæ in seruitutem Deo id iuste permittente, propterea quod ei qui mundissimus est, idolorum sordes, preposuerant. Vbi uero legimus sordes in Hebræo est dictio W auã, pro qua quidam uertunt præcepta, sed melius transtulit Hieronymus sordes, non enim prædicta dictio deducitur a uerbo, auach, quod est præcipere, & terminatur in litera W, sed potius a uerbo auã terminato in litera aleph, quod idem est atque sordescere. In eundem sensum frequenter reperies Abire post deos alienos, sicut Hierem. 1. & 3. Reg. 9. & alibi passim, quæ phrasim ad mores quadrat in eos qui abeunt post uicia quæcunq;, quibus animus sordescit, in mudoque demoni locum præbet. Sic cecornato tanquam sordido Christus præcepit *Vade & lauare in natatoria Siloe,* quia nemo mundus a sordibus Tob. 14. secundum Septuag.*

Ag. 2. Hierony.

שבב

Luc. 7.

Ose. 5.

Ioan. 9.

Abire

ABIRE, ET RECEDERE.

Eccle. 31. Abire post aurum idem est quod avaritia studere, iuxta illud, *Beatus dives qui in uentus est sine macula, & qui post aurum non abiit*, id est, post concupiscentiam avaritie, que concupiscentia dicitur oculorum, ut exponit Lyranus, sed auro potius usus est in operibus pietatis, de quo Dominus ait: *Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, & thesaurizate uobis thesauros in celo.* Et recte dicitur, ne post aurum abeamus, quod cum de terra sit, in terram conuertitur simul cum illis qui post illud abeunt, sed potius misericordie pennis eolemus in celum dicente Domino apud Matth. loco citato: *Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.*

7 Abire post carnem alteram, phrasus est in epistola Iudæ canonica peccatum denotans contra naturam. *Sicut Sodoma*, inquit, *& Gomorrha*, & finitime ciuitates similiter exornicate, & abeunt post carnem alteram. Vbi D. Tho. caro, inquit, viri cum carne mulieris vna est. Et erunt duo in carne vna, sed caro masculi ad masculum non est vna sed altera caro. Hæc ille.

8 Abire in viam Cain est odium eius in fratrem, & inuidiam imitari, sic legimus in epistola Iudæ canonica: *In viam Cain abierunt.* Vbi peculiariter hereticos taxat, ut exponunt Glossa, Lyranus, & Diuus Thom. quia doctores sibi contrarios Catholicæ fidei propugnatores materiali non nunquam gladio, sed spirituali frequentius, ex odio & liuore necant. Quales olim Pharisei qui in suo demum conciliabulo, crudelissimam ex liuore necem machinati sunt Saluatori dicentes, *Quid facimus quia hic homo multa signa facit? & expedit ut unus homo moriatur pro populo.*

9 Abire retrorsum, est relictis spiritualibus ad carnalia quasi ad vomitum reuertit, sic Hieremias ait. *Quis miserebitur tui Hierusalem? tu dereliquisti me, retrorsum abiisti.* Causa inquit, Hieronymus redditur, quare nullus misereatur Hierusalẽ, quod cum iuxta Apostolum posteriorum obliuiscens ad anteriora se extendere debuerit, è contrario, retro, versa sit. Hæc Hieronym. In quem sensum dicitur de Iudæis, *Alienati sunt retrorsum, & rursus. Ut uadant & cadant retrorsum.* Denique de Iudæis, & cohorte Romana, que Dominum comprehendit in horto, legimus: *Abierunt retrorsum.* Sed è contrario filius Dei secundum

expositionem Hieronymi contra Hebræos dicit: *Ego autem non contradico, retrorsum non abij, corpus meum dedi percutientibus, &c.* Quasi dicat. Opus redemptionis humanæ non detrectaui, ut carnis voluptatibus indulgerem. Quod enim adhuc infans sauientem cõtrale fugit Herodem, certe retrorsum non abijt, sed potius mortem usque ad prestitutum distulit tempus. Sic etiam quando de manibus suorum ciuium elapsus est, qui de supercilo montis Nazareth volebant eum precipitem dare, non abijt retro. Item quando abscondit se ab illis, qui volebant eum lapidare, & quando abijt in regionem iuxta desertum, Et non palam ambulabat, quia volebant eum Iudæi interficere. In his (inquam) omnibus retrorsum non abijt, imo quando tempus à prophetis predictum mortis eius aduenit, sponte se militibus obtulit, quia, *Nemo inquit tollit animam meam à me, sed ego pono eam à me ipso.* Tantum ergo abest, ut retrorsum abierit, *Vt exultaret ut Gigas ad currendam uiam, A summo celo egressio eius, & occursum eius usque in summum eius.* Et sicut Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauit occursum, sed uicit leo de tribu Iuda radix Dauid.

Abire dicitur sponsa post uestigia gregum, id est, itinere obliquo & fallaci. *Si ignoraste (o pulcherrima inter mulieres) egredere & abi post uestigia gregum tuorum.* De quo sunt duæ expositione. Prior Hebræorū qui legunt: Si ignoraste tibi, quia Hebraice est: *W lach*, id est, tibi, que solet omitti, ita ut sit sensus, non quidem, si ignoraste, sed si ignoras absolute, vel si ignoras tibi, subaudi uiam, que ducit ad solum, *Abi post uestigia gregum*, id est sequere uiam tritam, sanctorum uidelicet antiquorum, qui sunt gregis tui, gradere per uiam Abrahæ, Isaac & Iacob, iuxta illud: *Si filij Abrahæ estis opera Abrahæ facite.* Sic exponit Lyranus secutus Rabbinos. Ceterum sancti patres translationem retinent Septuag. quam sequitur latina uulgata, *Si ignoraste, id est, te ipsam.* Ita Origenes Homil. 2. in Cantic, si nescieris (inquit) te ipsam, & ignorantia tua uixeris, sine dubio nec tabernaculum proprium habebis, sed per tabernacula pastorum discurre, & pasces hedos inquietum animal & peccatis deputatum. Hæc Origenes. Et Greg. super Cantica dicit, *Qui nescit se in hoc*

Hieron. Esai. 50.
Matth.
Luc. 4.
Ioan. 8.
Ioan. 10.
Ioan. 11.
Ioan. 10.
Psal. 18.
Prou. 30.
Apoc. 5.
I O
Cant. 1.
Ioan. 8.
Lyra.
Orig.
Gregor.

ABIRON, ET DATHAN.

positum, ut tentationes per sufferentiam vincat, à familiaritate Christi recedit, & dum prudentes quosque imitari negligit, necessario reprobos sequitur. Item Bernard. Homil. 35. in Cantica formidolosa sententia egredere de sanctuario meo, &c. Vbi de propria cognitione profequitur. Eodem modo Anselmus, Glossa ordinaria, & Interlin. & D. Thom. super Cantic. Quorum sententia subscribendum est maxime, quia in Hebræo ubi uulgata uertit (uestigia) legimus calcanei plantam, quod solet uerti supplantatio, sicut in Genesi: *Supplantauit me*, & in Psal. *Magnificauit super me supplantatione.* Est ergo legitimus sensus, *abi post plantam, vel supplantationem gregum tuorum*, quod in malum plane capitur, ut sancti patres exponunt: unde propter hanc ignorantiam sui, in scelera magna prolapsa est Hierusalẽ, quam Dominus uidentis ciuitatem fletit super eam dicens: *quia si cognouisses & tu.*

Abire absolute positum significat interdum mori, sic legimus: *Remitte mihi ut refrigerer, prout uiam abeam, & amplius non ero*, subaudi in carne mortali, ut exponunt Hieronym. & Lyranus, quod autem ait, & amplius non ero, non quidem significat animam cum corpore mori, sed non ero, ut inquit Lyranus in statu merendi, vel non ero homo uiuus ex anima & corpore constans, sed sicut dicit Ecclesiastes, *Reuertatur puluis in terram suam, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum.*

Abire per metaphoram dicitur Deus, qui tamen est ubique, quando aufert ab aliquo dona gratuita, siue suspendit ea: sic Iob dicebat: *Si uenerit ad me non uidebo eum, & si abierit, non intelligam.* Super quem locum D. Thom. in Comment. considerandum (inquit) est, quod in scripturis Deus venire ad hominem dicitur, quando ei sua dona largitur, siue intellectum eius illuminando, siue affectum inflammando, siue qualitercumque ei benefaciendo, & è contrario abire dicitur, quando ei sua beneficia uel protectione subtrahit sicut in Psalmo: *Vt quid recessisti longe?* Eodem modo explicat Gregor. Richardus uero de S. Viatore lib. 4. de Contemplatione. p. 1. cap. 12. notat abire Deum nonnunquam nihil aliud esse, quam à reuelatione, quam propheta suggererat, cessare, sicut in Genesi. Postquam locutus fuerat Dominus

Bernard.
Anselm: Glof. Interlin. D. Thom.
Gene. 27.
Psal. 40.
Luc. 19.
I I
Psal. 38.
Hierony. Lyra.
Eccle. 6. vlti.
I 2
Iob. 9.
D. Thom.
Psal. 97.
Gregor. Richard.
Gene. 12.

Abrahæ, recessisse dicitur, & cum orasset Abraham pro Sodoma & nepote suo Loth, subditur, *Abijt quoque Dominus, postquam cessauit loqui ad Abraham.*

Abire quoque & recedere dicitur Deus, quando cessat aliquem flagellare, uel etiã quando desinit illi conseruare uitã. Vtroque modo exponitur illud Iob: *Recede paululum ab eo ut requiescat.* Vbi Grego. In hoc (inquit) loco recedere dicitur, id est, uim flagelli mouere. Eodem modo explicat interlinealis. In eodem sensu dicitur in lib. Reg. *Tunc curabimini & scietis quare non recedat manus Dei à uobis*, subaudi flagellandis. Nihilominus tamen D. Thom. in Comment. aliter exponit, cui subscribit Lyranus super locum priorem Iob, ut recedere ibi Dei manum ab homine, sit, flatum illi vitalem immessa morte subtrahere, sicut enim inquit sol sua presentia causa diei est, sua uero absentia causa noctis, sic Deus sua presentia uita uiuendum causa existit, sua uero absentia mortis infligit. Quod ergo Iob dicit: *Recede paululum ab eo ut requiescat*, idem est quod per mitte illi mori, quæ expositio literæ subsequenti magis quadrat, scilicet, *Donec optata ueniat sicut mercenarij dies eius*, id est, dies resurrectionis, quando perfecta erit tam corporis resurgentis, quam animæ retributio, de qua mox subdit lignum habet spem, &c. Hanc resurrectionis fiduciam Dñs apostolis reducebat in mentem, quando morientes consolabatur dicens: *Iterum ueniam ad uos, & assumam uos ad me ipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis, quasi dicat, & tunc optata ueniet quasi mercenarij dies uestra.*

CAP. X.
Abiron, & Dathan.

אבירון

Abiron, id est pater celsitudinis, & Dathan affectantes populi principatum in deserto caput seditionis extiterunt contra Moysen, quos tamen uisus terra dehiscens in exemplum contra superbos, & ambitiosos absorbit, de quo in Psal. & Ecclesiast. mentio fit. Vbi notat Lyranus super Num. 16. exemplum hoc prodesse, ut discant timere & humiliari, qui contra maiores suos, ut ipsi dignitatem obtineant eriguntur, quo morbo ignorantes planè Iacobus & Ioannes

Gene. 18.
I 3
Iob. 14.
Greg.
1. Reg. 16.
D. Thom:
Lyra. Iob. 14.
Iob. 14.
Ioan. 14.
Num. 16.
Eccle. 47.

Matth. 20. Chrysol. **p**ulsati sunt, qui matris precibus nitebantur, vt Petro quem sibi præferri videbant (quod Chrysolto. adnotat) de gradu suo excluso, ipsi dexteram & sinistram in regno Christi retinerent: quibus Dominus opportunè respondit: *Nescitis quid petatis. Quasi diceret, si sciretis, terra vos viuos absorbuisset malitiose peccantes, tantum crimen est ambitionis æstu deſurbare velle prælatum.*

C A P V T. XI.

Abisac.



ABISAC, id est, patris ignorantia, virgo speciosa coniuncta fuit seni, & penè exhausto Dauidi in matrimonio, quam tamen ille non tetigit. Sed frigidam nihilominus nec multis vestibus calorem vllum concipientem in lecto iunior puella fouebat, & ministrabat ei, quam, cum post mortem Dauid, in coniugium peteret Adonias, occidi iussus est à Salomone, tanquam regni & regie coniugis affectator. Hæc virgo vt notat Hieronym. in epistola ad Nepotianum typus fuit sapientie, quæ virgo semper in corrupta senes sola fouet, neque deserit, reliquis omnibus virtutibus, quæ per vires corporis exercentur, frigescentibus, & bene Sunamicidis dicitur, id est, coccinea & rubra; quia sapientiam feruore charitatis incensam denotat, hoc est cœlestē & spiritualem, non autem frigidam & terrenā, qua mundani sapientes superbiunt, hæc enim frigida & mundana odit, & vlciscitur inimicos, illa vero diligit eos, iuxta illud: *Diligite inimicos vestros.* Terrena thesaurizat in terra, sed cœlestis in cœlo, iuxta illud: *Theaurizate vobis thesauros in cœlo.* Huic terrenæ cœlestia mysteria penitus absconduntur, iuxta illud: *Qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, illi vero cœlesti, quæ humilium est reuelantur, sicut subditur: Et reuelasti ea paruulis.* Denique qui cœlestem sapientiam animo fido per hipocrysim coniungere sibi quasi matrimonio volunt, quorum typus fuit Adonias, morte damnantur æterna, de quibus Dominus ait: *Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, non ne in*

nomine tuo prophetauimus, &c. tunc confitebor illis, Amen dico vobis nescio uos, discedite à me, supple in damnationem mortis æternæ.

C A P V T. XII.

Ablactare.



ABLACTATIO infantis à lacte, & ablatatus in scriptura dicitur Hebraice Gamul, & est nomen viri. 1. Paral. 24. Ablactare est infantem à lacte amouere, ablatato autem Isaac, *Fecit Abraham grande conuiuium, vbi notat Origenes homil. 3. in Matth. non fecisse conuiuium, quando natus est, quia potius stendus esse videtur homo, qui nascitur inter miseria vitæ mortalis, sed tunc maxime lætandum, quando ablatatur à terrenis affectibus, & voluptatibus carnis.* Sic & Samuel non nisi ablatatus oblatus est in templo Dei, *Qui autem amat animam suam, lactans eam voluptatibus, perdet eam, qui uero ab omnibus terrenis ablatatus, odit animam suam in uitam æternam custodit eam.* Sic & filius Dei Apostolos suos quasi ablatatus volebat, quando dicebat eis passioni proximus: *Amen dico vobis expedit uobis ut ego uadā, si enim non abiero paraclitus non ueniet ad uos, si autē abiero mittam eum ad uos, id est consolatorem, & lætitiæ largitorem his mittam, qui fuerint ablatati, ita vt illud Prophetæ dicere possint: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Vnde Isaias clamat: *Quem docebit Dominus scientiam, aut quem intelligere faciet auditum? ablatatos à lacte.* Vbi Hieronym. *Quis (inquit) dignus est doctrina Domini dicentis? Qui habet aures audiendi audiat, sequens versus ostendit: Ablatati à lacte, qui iam lacte non nutriuntur infantie, sed solido cibo.* Hæc Hieronym. Et certe hi paruuli sunt humilitate, non sensu, de quibus dicitur: *Reuelasti ea paruulis, id est humilibus, qui nuntium carnalibus dedere consolationibus, & ad cœlestia suspirant, hi sunt paruuli non ætate, sed innocētia à puerilibus mundi lenocinijs ablatati, de quibus etiam Dñs ait,*

Nisi

Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cælorum, tales cupit esse discipulos suos Apostolus dicens: Malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote.

1. Cor. 14:

2

Hierony. Eilat. 11.

De his ablatatis, qui perfectionem assequuntur, explicat Hierony. illud Isaiæ: *Delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis, & in cavernam reguli, qui ablatatus fuerit, manum suam mittet.* Qui ablatatus inquit, est, ne lacte nutriatur infantie, sed iam solido vescitur cibo, iste in regula cavernam mittet manum, hoc est in ipsum Satanæ habitaculum vt inde eum extrahat. Hæc Hierony. Sic Petrus & Paulus ablatati triūpharunt de vrbe Roma, quæ omnium erat dæmoniorum barathrum, & baculo crucis Christi aspidem tortuosum extraxerunt, & difcata ibidem Ecclesia Romana, quæ totius est præsidium, & firmamentum veritatis, *Quia porta inferi non preualebunt aduersus eam.*

Matth. 16.

3

Psal. 130:

August.

Lyra.

Ioan. 20: Ianfen. Vatabl.

Ablatatus raro in malum vsurpatur, scilicet, pro eo qui diuinis priuatur consolationibus culpa sua, sic explicatur illud Psalmi: *Si non humiliter sentiebam sed exaltaui in me animam meam, sicut ablatatus Hebraice Gamul est super matrem suam, ita retributio in anima mea, id est, si sum in superbiam elatus, ex eo quod me profecisse in Dei cognitione, vel operatione credebam, vt exponit Augustin. maneam adhuc sicut paruulus, qui stare non potest nisi inclinatus super matrem suam, & tamen ablatatus est, & vt inquit Lyranus super hunc locū, diuina consolatione atq; suauis Dei cognitione priuatus.* Sic Thomas Apostolus, qui in superbiam elatus noluit credere condiscipulis, qui in ipsa prima resurrectionis die Dominū proprijs oculis viderant surrexisse, quasi ablatatus, omniq; diuina consolatione priuatus octo dies integros mansit, vsq; dum misertus Dominus eius, octauo die. *Cum fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati & Thomas cum eis, ingressus est Iesus Ianuis clausis, lactauitq; Thomam quasi adhuc infantulum, & in fide nutantem, & tangere fecit pectus, & vbera humanitatis suæ à morte rediuit.* Ioan. 20. Cæterum Ianfenius, & ante eū Vatablus in bonum accipiūt hoc loco ablatatum, vt sit sensus, si non humiliter sentiebam, & ibi sistatur, deinde quasi respondeat, qui potius sicut ablatatus est super matrem suam,

à qua totus pendet, sic silere feci animam meam. Sic enim vertit Hieron. ad veritatē Hebraicam. Chaldaicus etiam vertit sicut ablatatus super mammam matris suæ, sic roboratus sum in lege.

C A P V T. XIII.

Abnegare.



ABNEGARE est illud negare quod magis quodammodo amare debemus, & ab eo, quod nobis coniunctū est, diuortium facere, iuxta illud. *Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum, &c.* vbi Hierony. Qui deponit (inquit) veterē hominē cum operibus suis, negat se ipsum dicens: *Vt uo iam non ego utuit auem in me Christus, & Grego. ho. 2. super Ezech. Semetipsum (inquit) abnegat, qui mutatur ad meliora, & incipit esse quod non erat, & desinit esse quod erat, iuxta illud Apostoli. Si qua igitur in Christo noua creatura, ecce uetera transierunt, & facta sunt omnia noua.* Præterea Chrysol. super Matth. Si intelligit (ait) quid sit aliū abnegare, recte percipies, quid sit abnegare te ipsum. Porro qui aliū abnegauit fratrem puta, aut seruum, si cædi eum virgis videat, si arctari vinculis, & quidquid aliud mali pati eum conspexerit, non accurrit, non auxiliatur, non penitus mouetur, vt pote qui ab illo alienatus sit. Hæc Chrysolom. qui vim uerbi (vt arbitror) explicat exactius quam superiores sententiæ, Abnego enim Græce *ἀπαρνεομαι* significat, in iudicio etiam negare vel coniugem, vel filium, vel seruum. Vnde Aristotel. 8. Ethicorum cap. vltimo, debitor (inquit) non potest abnegare, ideo non est possibile filio abnegare patrem. Hæc ille. Sic ergo nos serio abnegare debemus illecebrosam concupiscentiam carnis. Neque enim, secundum Apostolum. *Debitores sumus carni & sanguini ut secundum carnem uiuamus.*

Secundum eundem sensum intelliges illud Apostoli. *Abnegantes impietatem, & secularia desideria, id est penitus deserentes quia nihil illis debemus.* E contra ratio uero uirtutem cui debemus, quod rationales sumus, & ratio uirtute perficitur abnegare, vituperio dignum est. Vnde

Matth. 16: Hierony.

Galat. 2: Greg.

2. Cor. 5:

Chrysol.

Aristot.

Rom. 8:

2 Tit. 3:

2.Tim.3. merito quidem vituperantur hypochri-
te, de quibus Apostolus ait: *Habentes spe-
ciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes.*
Hierony. Vbi Hierony ait: Habent speciem pieta-
tis in habitu, vel doctrina, uirtutem eius
abnegantes, id est, re ipsam operibus ab-
nuentes. Hęc Hierony. tales erant virgi-
nes fatue, quę lumen ad ostentationem fi-
dei, sine operum oleo preferabant. Tales
Matth.25. sunt mercenarij, qui baculum ostentatio-
nis gestant, sed viso lupo mox fugiunt, de
Ioan.10. his denique Dominus ait. *Attentate a fal-
sis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis
ouium, &c.*

C A P. XIII.

Abominari: Abominatio. Abominabile.



B O M I N A R I dicitur
Hebraice Zaham Iob. 33.
Abominabilis ei fit in uita
sua panis. Et quidē Abomi-
nari cōpositum est à præpo-
sitione (ab) & uerbo ominari, denotat-
que execrari, fastidire, & quasi pro malo
omine habere, vnde Plinius lib. 22. ca.
2. Incēdio (inquit) nominato inter epulas
aquam sub mēsa profundi abominamur,
&c. Significat etiam ab his rebus fugere,
quę corruptę sunt, & pestilentes, iuxta il-
lud: *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt
in iniquitatibus.* Super quem locum Hiero-
nym. Corrupti sunt (inquit) de lege bonę
nature, ideo horribiles Deo fiunt, & odi-
biles. In eodem sensu dicitur etiam: *Virum
sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.*
Hebraice *lethaeb*, execrabitur, tollet de
numero sacrorum.

Abominationis nomine frequenter
in scriptura denotantur idōla, vel quod
illis offertur, vel etiam illi, qui diuinos ar-
roganter honores affectant, qualis futu-
rus est Antichristus. Sic explicant patres
illud Matthei. *Cum uideritis abominationem
desolationis stantem in loco sancto, qui legit in-
telligat.* Vbi Hieron. potest (inquit) simpli-
citer vel de Antichristo accipi, aut de ima-
gine Cesaris, quam Pilatus posuit in tem-
plo, aut de Adriani equestri statua, quę
in ipso sancto sanctorum loco usq; ad præ-
sentem diem stetit, abominatio quoq; se-
cundum veterem scripturam, idolum nun-
cupatur. Hęc Hierony. secundum hanc

regulam non pauca plane scripturarum
loca luculentius illustrantur sic in Exod. Exod.8.
Cum iuberet Pharao populo vt intra limi-
tes Ægypti Deo sacrificaret, respondit
Moyes: *Abominationes Ægyptiorum immo-
labimus Domino Deo nostro, id est arietes, &
boues, quos illi tanquam Deos colunt.*
Item Melchon abominationem filiorum Amon 4.Reg.23.
polluit Rex, id est, idolum, præterea in Pa- 2.Parali.
ralipomenon legitur factum secundum
abominationes gentium, id est secundum
idolatriam, atq; Ezechiel clamat ad Hie-
rusalem. *Abominationes tuas in medio tui, id
est, idola, & Hieremias ait: In agro uidi abo-
minationes tuas.* Vbi Hierony. Non solum
(inquit) in media vrbe Hierusalem, sed in
omni colle, cunctisq; regionibus uidi ido-
la tua, denique Zacharias dicit: *Auferam
sanguinem eius de medio eius, & abominatio-
nes eius de medio dentium eius.* Vbi Hiero-
nym. Auferam (inquit) idolorum cul-
tum, & de medio dentium eius esum eo-
rum, quę immolata sunt idolis. Hęc
ille:

Abominari uestimēta illum ipsum qui
uestitus est eis, dicuntur, quādo mundiora
sunt, ille uero qui uestitus est eis immun-
dus sic Iob loquitur. *Si lotus fuero quasi
aquis niuium, & fulserint tanquam mundissimę
manus meę, tamen sordibus intinges me, & abo-
minabuntur me uestimenta meę.* Vbi Beda in
Comment. Iob, Tantum (inquit) malo-
rum mihi illatum est, vt squalorem vulne-
rum, & putredinem, si sic dici potest, etiā
quę insensibilia sunt uestimenta detestē-
tur. Hęc Beda. Secunda expositio est Di-
ui Thomę in Commentar. Per uesti-
menta (inquit) exteriora opera desig-
nantur, quibus homo contegitur, secun-
dum illud. *Veniunt ad uos in uestimentis
ouium,* Tum ergo uestimenta sua homi-
nem abominantur, cum exteriora ope-
ra, quę iusta videntur, cum interioribus
non concordāt. Hęc ille. Propterea do-
ctor, qui quod alios docet, ipse non fa-
cit, minimus uocatur in regno celorum
id est nullus, ubi omnes qui sunt, mag-
ni sunt, quia abominantur eum uesti-
menta eius, id est sanę doctrinę docu-
menta, quibus occultum suum tegit pec-
catum. Tertia expositio est Lyrani,
uestimenta in præsentem metaphora non
tam exteriora opera quam uirtutum ha-
bitus esse, vnde illa procedunt, qui

tunc

tunc abominatur hominem, quando
non ex omni parte perfecti, sed multi, &
quasi nihili sunt, quales erant illi, ex qui-
bus iustitia Phariseorum exterior proce-
debat, de qua Dominus dixit: *Nisi abunda-
uerit iustitia uestra plusquam scribarum, & Pha-
riseorum, non intrabitis in regnum celorum.*
Postremo Gregor. quem sequitur Glos-
sa per uestimenta iuxta metaphoram cor-
pus humanum exprimi putat. Quid in-
quit uestimenti nomine nisi corpus hoc
rerrenum exprimitur, quo induta anima
tegitur? sic etenim Salomon ait: *Omni tem-
pore sint uestimenta tua candida, &c.* Ergo mo-
re scripturę nos uestimenta, id est corpo-
ra nostra abominari dicuntur, id est, abo-
minabiles ostendere propter corporales
illecebras. Hęc Gregor. Mihi uero sim-
pliciter, & literę germanior prima expo-
sitiō uidetur, quauis reliquę vtilis sint fa-
tis ad mores.

Abominari omnē escā dicitur fastidio-
sus & nauseabundus iuxta illud. *Omnē es-
cām abominata est anima eorū.* Vbi Hieron.
super Psal. de fastidientibus spirituales
uerbi Dei escam intelligit. Eodem modo
exponunt Aug. & Cassiodorus. Sed Ly-
ranus in historico potius sensu de corpo-
ralis nausea cibi intelligendū putat, qua
morti vicini frequentius laborare solent,
hos autem Deus quasi de faucibus mortis
creptos pristinę restituit sanitati: quę ex-
positio concordat cum illa sententia Iob,
ubi de flagellis, quibus in hoc mundo nō
nunquā a Deo plectimur, agens subdit:
Omnia ossa eius marcescere facit. Abominabi-
lis illi fit in uita sua panis, & anima sue cibus
antea desiderabilis. Quē locū Beda super
Iob. & post eum D. Tho. de fastidio cibi
corporalis intelligit, Gregorius uero de
nausea cibi tā corporalis quā spiritualis,
qui sensus literę cōgruit. Vnde Dñs cum
suscitasset puellā filiam principis in signū
plenę sanitatis inuisit illi dare manducare,
vt cum sine fastidio comedisset, miraculū
illustrius redderetur. Hinc collige mortis
aut mortiferi in spiritu langoris argumen-
tum esse. cibum spiritualem, id est, uerbū
Dei fastidire. Propterea Dñs dicebat:
Qui ex Deo est uerba Dei audit. id est, qui ui-
uit uita participatione diuina, cibum Dei
quod uerbum est Dei nunquam abomi-
natur. Et propterea uos non auditis quia ex
Deo non estis, neq; uita uestra Deus est, sed

potius propria uoluntas diuinę contra-
ria.

Abominatus dicitur homo omnibus
malis & diris impetitus. Sic legimus in
Isaia: *Hęc dicit Dominus ad contempribilem ani-
mam, & abominatam gentem.* Vbi Hieron.
alij (inquit) hoc dici arbitrantur genti Iu-
deorum, quę contempserit animam suam,
& abominationi est uniuerso mundo, &
seruit principibus: sed melior est super
Christo interpretatio. Hęc ille. Sed intel-
ligit secundum translationem Theodo-
ctonis & Septuag. qui sic vertunt: *Sanctifi-
cate eum, qui despicit animam suam, qui abomi-
natiōi est gentium, quod manifeste (inquit)
Hierony. Christi personę congruit, Ipse
enim bonus pastor posuit animam suam pro ou-
ibus suis, qui abominationi est gēti Iudeo-
rum, cui ter per singulos dies sub nomi-
ne Nazarenorum maledicunt in Synago-
gis suis.* Hęc Hierony. Quam expositio-
nem tenet Tertullianus lib. 4. cōtra Mar-
cionem, & Cyrillus super Isaiam, & om-
nes Gręci, qui translationem Septuag. se-
quuntur. Ceterum latini, qui uulgatam re-
cipiunt de gente potius intelligūt Iudeo-
rum, quę abominata dicitur, hoc est diris,
& execrationibus tam apud Christianos,
quam etiam apud infideles obnoxia, ma-
ximē post patratam Christi necem, qui ta-
men post tot sceleris sui poenas per mille
quingentos annos, pro dolor minime re-
sipiscunt. Vt impleatur quod de illis Dñs
dixit: *Moricimini in peccatis uestris.*

C A P. XV.

Abortiuus



A B O R T I V V M dicitur
Hebraice Nephel. Iob. 3. Be-
nephel sicut abortiuū. Abor-
tiuus dicitur, qui non est tē-
pestiue ortus, differt autem
secundum Physicos, abortus ab eiectione,
quod hęc grandioris fœtus sit, ille in-
tra quadragesimum diē contingat, quan-
do solus masculus uiuificatur, nā fœmella
usque ad sexagesimum non uiuit. Sic in
Exo. Qui abortū fecerit percussione, ita
vt mater nō moriatur, subiaceret iubetur
sententię ad arbitriū mariti fœminę, quā
fecit abortiri, vt damnum restituat, quod
explicat Origenes homil. 10. super Exod.

Hierony.

& Hierony. epistola ad Aglasiā, spiritua- liter de illo, qui scandalizat proximum, & bonum vitæ sanctæ propositum abortiri facit, contra quē Christus, qui sponsus est animæ, sententiam profert seueriorē dicēs: *Va autem homini illi, per quem scandalum uenerit, &c. melius esset ei, si suspenderetur mola asinaria in collo eius.*

Matth. 18.

2

Iob. 3: D. Thom.

Optat propheta Iob, fuisse tanquam abortiuus. Sed vt notat D. Tho. in Comment. Sanctus Iob non hoc dicebat secundum rationis deliberationem, sed ostendebat potius sensualitatis in illa calamitate motum, & affectum naturalem. Quod vero Salomon dicit de illo, qui frui nō potest bonis suis, quod melior illo sit abortiuus: intelligi debet de eo, qui propter carnis lasciuia morbos immedicabiles, & dolores incurrit, & in eisdem tormentis sub lethali peccato vitā finit, quia vt (inquit Glossa interlinealis) ille quidē & in vita, & in morte, & post mortē cruciatur sine fine: Abortiuus vero si nō fuit animatus nihil sensit, si vero animatus saltē sineusu sensus moritur, neque postea pœnam sensus habet, sed damni dūtaxat, nisi edatur in lucem, & baptizetur, iuxta illud: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei.* In lege vero per circumcisionem, & ante circumcisionem per sacrificium infantes salui fiebant.

Eccle. 6.

Interlin.

Ioan. 3.

3

1. Cor. 15.

Act. 9. D. Thom.

Porro quod Paulus ait: *Novissime autem tanquam abortiuo visus est mihi*, subaudit, Christus in carne glorificatus, apparuit tandem mihi pergēti Damascum. Tribus autem de causis se vocat abortiuum, quas colligit D. Thom. in Comment. huius loci; Prima est, quia abortiuus ille dicitur, qui ante debitum tempus nascitur, sic Paulus post electionem factā duodecimi Apostolorum, & post aduentum Spiritus sancti, quasi intempestiue natus est in Christo, sed quia postea abundantius omnibus laborauit, impletum est in illo quod de operarijs fero vocatis dicitur: *Et erunt novissimi primi.* Secundō abortiuus dicitur, qui coactus, & non spontē nascitur. Sic ante Apostoli Christū sponte secuti dixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Saulus vero non ita, sed de equo in via Damasci deturbatus, & excecatus credidit. Iste tamē, qui coactus ad fidem venit, super multos sponte venientes postea floruit, sicut notat Aug.

Luc. 6.

Act. 2.

Matth. 22:

Matth. 19.

Act. 9.

August.

episto. 50. post medium, quod valet (inquit D. Thom.) contra hæreticos qui cogendi sunt ad fidem, neque sit plerumque id sine fructu, ideo dicitur: *Compelle eos intrare.* Postremo dicitur abortiuus, qui ad naturalem quātitatem peruenire non potuit, de quo subdit: *Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus uocari Apostolus, &c. sed Apostolus vere & discipulus Christi dicitis: Discite a me qui mitis sum, & humilis corde.*

Luc. 14.

1. Cor. 15:

Matth. 11:

CAPVT. XVI.

Abraham.



BR AHAM nomen est Patriarchæ, qui prius vocabatur Abram sine aspiratione, quando ei dixit Deus: *Egredere de terra tua, &c.* De quo est controuersia apud patres quia in fine præcedentis capitis Genes. 11. dicitur: *Tulit itaque Thare Abram filium suum, &c. & deduxit eos de Vr Chaldeorum, ut irent in terram Chanaan, ueneruntque usque Haram, & habitauerunt ibi, Quæ ciuitas in Hebræo uocatur Charram extra Chaldæam sita in Mesopotamia Syria: deinde in hoc cap. duodecimo dixit Dominus ad Abram: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, &c.* Ergo hoc dixit ei, postquam uenerat in ciuitatem Charram Mesopotamiæ. Caterum contradicere uideatur sic Stephanus qui, *Deus, inquit, glorie apparuit patri nostro Abraham, cū esset in Mesopotamia, & dixit ad illum, exi de terra tua, & de cognatione tua, tunc exit de terra Chaldeorum, & habitauit in Charram, & inde postquam mortuus est pater eius transfulit illum in terram istam, &c.* Ergo uidetur esse contradictio. Ad hoc tamen sunt duæ solutiones præcipuæ, prior est Chryostomi, in Chaldæa, quæ est pars Mesopotamiæ inter duo flumina Tigrim, & Euphratem uocatum fuisse Abraham oraculo Dei, quod cū pater eius rescuiisset, egressus est cum Abraham usque Charram, extra limites Chaldeorum. Deinde mortuo Thare uocasse Deū rursus Abraham sicut in hoc. c. 12. legitur, ita ut duæ fuerint uocationes, ut nulla sit contradictio. Altera solutio est Augustini lib. 16. de Ciuitate, cap. 15. per recapitulationem dictum*

Genes. 12.

Genes. 12. Quest. Genes. 11.

Act. 7.

Chryost.

August.

Gene. 12.

esse in hoc. c. 12. *Exi de terra tua, hoc enim prius illi Dominus dixerat, ante quam ueniret in Charram adhuc patre suo superstitite, cuius mortem Moyse interposuit in Charram, deinde in hoc. ca. 12. per recapitulationem rursus uocationem posuit Abraham, quæ ante præcesserat: *Egredere de terra tua, &c. faciamque te in gentem magnam. Quæ solutio facilior est. Notant nihilominus patres non sine causa dictum esse Abraham: *Faciamque te in gentem magnam, sed quia moris est Deo, relinquentibus propter eum parua, magna polliceri, sic Apostolis dicentibus. *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, duodecim sedes promisit ad iudicandum duodecim tribus Israel, & relinquentibus parentes, fratres, aut domos, &c. centuplum cū eterna uita pollicitus est. Centuplum (inquā) quantum ad spirituales consolationes, & necessaria subsidia in hac uita.****

Matth. 19,

2

Genes. 2. Questio.

Hierony.

August.

Gene. 25.

ætatis suæ omnes tres filios genuerit, sed ex quo anno generare cepit, eum annum memorauit scriptura, fieri autem potuit, ut posterior sit genitus Abram annis uidelicet sexaginta post primum, sed merito excellenti ponitur primus, & sic omnia quadrant. Eodem modo soluit Theodoratus in quæstionibus super Genesim dicens: *Aram fuisse maiorem natu, licet ultimo loco memoretur. Idem tenet, & respondet Lyranus, & mihi placet. Vbi in eo quod Abram ætate minimus fratrum sed dignitate maior euasit, notandum est iam illud apud Deum impleri capisse: *Et erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.* Sic & Petrus patu minor, Andreæ seniori germano præponitur, nec Andreæ sed Petro dicitur, *Super hanc petram adificabo ecclesiam meam.* Quatuus Andreas insignis quoque post Petrum religionē fuerit.*

Theodor.

Matth. 20.

Matth. 16:

3 Gene. 13. Hiero.

Matth. 5.

Luc. 18.

Iosephus

Euseb.

Nicol. Damalce. Alexand. Eupolem.

*Erant autem diues ualde Abram in possessione auri & argenti. Quærit Hieron. in quæstio. Hebraicis, quomodo Abram egrediens de Agypto poterat esse diues ualde? Respondetq; in Hebræo haberi erat Cabed mud, grauis ualde, & quamuis de auri argenti que pondere intelligatur, tamen uisio multæ graues esse uidentur, quæ curis uidelicet & sollicitudinibus mentem onerant, & quasi ad impendente pondere grauant. Propterea Dominus dicebat. *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, & quod superest date elemosynam,* quasi dicat: *Ne nimium grauemini, & de statu cadatis. Septuaginta uertunt, erat Abram ἄλου σιος ἢ ὄδρα diues ualde, Chaldæus translulit, honoratus ualde. Iosephus lib. 1. de Antiquit. capit. 16. refert Abram propter sapientiam multis fuisse muneribus honoratum à Pharaone, & intersapientissimos eo uel maxime constitutum quod Arithmeticam, & naturalem Astrologiam Aegyptios primus docuerit, quod etiam tenet Eusebius lib. 9. de Preparatione Euangelicā cap. 4. Vbi ueteres multos allegat autores ad hoc probandum Nicolaum Damascenum, Alexandrum historicum peritissimum, Eupoleon & alios. Omnis ergo sciētia quæ utilis est hominibus & honesta a sanctis & fidelibus ortū habuit Patriarchis, qui tā multos annos in ocio minime trāsgebāt, sed ut merito dicere possent. *Qui portauimus pondus***

Job. 5. *diei et astus, hoc est non ad ocium, & voluptatem captandam viximus sed ad potius laborum, quibus & scientie & virtutes acquiruntur iuxta illud: Homo nascitur ad laborem, & quis ad uolatum, etc. Qui ergo vacat ocio hominis nomine viuit indignus vnde Dominus operarijs. Quid inquit statis tota die ociosi.*

Matth. 20. **4** *Non uocabitur nomen tuum Abram sed appellaberis Abraham. Hieronym. in quaest. Hebraicis ait: Dicunt Hebrei quod ex suo nomine Deus (quod apud illos Tetragramaton est) H. literam Abraham, & Sarre uxori eius addiderit, dicebatur enim primum Abram, quod interpretatur pater multarum, nam quod sequitur gentium, non habetur in nomine, sed subauditur. Hæc Hieronym. Nec sine causa Deus de suo nomine literam vnã Abraham de dit, cui daturus erat, vt verbi sui aterni secundum carnem pater existeret, ita vt vere dicere posset. Euangelista Mattheus: Liber generationis Iesu Christi filij Abraham. Denique in mutatione nominum quæ diuina fit autoritate, quasi natura corrigitur, atque perficitur per gratiam, & magnum aliquid promittitur super naturam, sicut constat de mutatione nominis Iacob, in Israël, & de mutatione Simonis in Petrum: Tu uocaberis Cephas, & Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo ecclesiam meam. Denique in mutatione nominis Iacob & Ioannis in Boanerges, quia Ioannes intonauit sicut filius tonitruui: in principio erat Verbum, & Iacobus vt Boanerges quasi tonitruum incultam olim Hispaniam concussit, & conuertit ad fidem.*

Gen. 31 *Vocauit autem angelus Abraham secundo de celo, etc. Et benedicentur inquit in semine tuo omnes gentes terræ. De hac benedictione leges ad Galatas: Abraham dictæ sunt promissiones, Sed de hoc latius in verbo benedicere, num. 5. Interim autem notandum est, tanti Dominum fecisse Abraham, vt inter cognomina Dei ponatur, Deus Abraham, sicut habes Psalm. 46. Exod. 3. B. 3. Reg. 18. F. 1. Paralip. 29. & 2. Paralip. 30. A Tobia. 7. cap. Esther. 13. & 14. Denique Matth. 22. & alibi passim, quod fecisse creditur Deus ad ostendendum nobis se illius ministri Dominum, illius discipuli magistrum, atque illius clientis patronum & protecto-*

rem esse, cuius vita proponitur alijs tanquam virtutis exemplar. Sic enim legimus apud Isaiam. Attendite ad Abraham patrem uestrum: & Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. Tales ergo Christiani esse debemus maxime in lege gratie, vt de nobis qui nos fecit gloriatur, sicut gloriabatur olim de Iob: Considerasti seruum meum Iob, dicens ad Satan, quod non sit ei similis in terra? Propterea enim Christus, Orate inquit, pro persequentibus, & calumniantibus nos, ut sitis filij patris uestri, qui in caelis est, hoc est vt Deus ipse gloriatur de vobis tanquam de filijs suis, ingenuam patris nobilitatem præferentibus:

Ne uelitis dicere, patrem habemus Abraham. Cui sententie primo obtutu contrarium esse videtur quod supra allegauimus apud Isaiam. Attendite ad Abraham patrem uestrum. Sed nulla est contradictio, quia Isaias attendere iubet ad Abraham propter imitationem virtutis, hic vero Ioannes Baptista prohibet vocare patrem Abraham ad gloriam duntaxat inquam. Vnde Chrysof. super hunc locum Matth. Quid inquit prodest eis, qui sordidant mores, generatio clara, aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Et Ambros. lib. de Noë, cap. 4. Probatu (inquit) viri genus virtutum profapia est, quia sicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes sunt. Et Hieronym. episto. ad Celantiam, summa apud Deum nobilitas est clarum esse virtutibus. De quo vide verbo nobilitas.

Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Hieronymus iuxta literam, potentiam Dei a Ioanne demonstrari hoc loco putat, quod sicut olim ex limo terræ hominem primū cōdidit, sic ex lapidibus possit nouos homines procreare, qui merito fidei filij Abraham nominentur, non stirpe carnali. Sed Chrysof. Beda, Rabanus, & Hilarius per lapides gentiles designatos existimant, qui lapides colunt, in quibus (inquit) Hilarius nō successio carnis queritur, sed fidei hæreticitas, cui consonat Apostolus ad Romanos. Non per legem promissio Abraham aut semini eius vt hæres esset mundi, sed per iustitiã fidei, & ad Galatas, Præuidens scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus prænuñciavit Abraham, quia benedicentur in te omnes

Esa. 51.
Ioan. 8.
Iob. 1.
Matth. 5.
Matth. 3.
Esa. 51.
Chrysof.
Amros.
Hieron.
Matth. 3.
Hierony.
Crysof.
Beda.
Raba.
Hilari.
Rom. 4.
Galat. 3.

gentes, igitur qui ex fide sunt benedicentur cum fidei Abraham. Gentiles ergo qui quasi lapides lapidea simulachra venerabatur, fide viua suscepta facti sunt filij Abraham.

8 *Lucas ait: Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraham. Beda super hunc locum in comment. Luca ait: Sinus Abraham requies est beatorum pauperum, quorum est regnum caelorum, quo post hanc vitam recipiuntur. August. lib. 4. de origine animæ c. 15. Si errare, inquit, pueriliter non vis, sinum Abraham intellige remotam sedem quietis atque secreti, vbi est Abraham, & ideo Abraham dicitur non quod ipsius tantum sit, sed quod ipse multarum gentium pater sit, qui ad imitandum fidei principatū positus est. Hæc Aug. Sed adhuc inquirendum restat, vbi sit modo iste Abraham finis, an in paradiso vt dicit Theophy. super illud Luca: Hodie mecum eris in paradiso. Vbi animam latronis in locis lucidis, & fragrantibus, & pulchris tabernaculis receptam fuisse affirmat. Idem etiam super eundem locum asserit Euthymius, An vero sinus Abraham sit caelum ipsum siue regnum caelorum, quo beati recipiuntur, sicut ex Beda retulimus, quæstio est, an potius in superioribus sit inferni partibus, vt tenere videtur, quamuis disputando, B. Augustinus. Super illud Psalmi: Eruiisti animam meam ex inferno inferiori: Vbi ait, videri posse infernum fuisse ante Christi resurrectionem superiorem Abraham finem in quo detinebantur patres, respectu cuius locus damnatorum infernum dicatur inferius. Sed ad hanc quæstionem breuiter dicimus ante resurrectionem Christi superiorem quidem inferni partem vocatam esse Abraham finem, de quo dubitare iam nemini licet, cum sit in Symbolo fidei de Christo, dictum, descendit ad inferos, & ad Epheff. Descendit ad inferiores partes terræ, & Petrus de Christo dictum exponit illud psalmi. Quoniam non dereliques animam meam in inferno. Hunc autem locum lumine gloriae anima Christi circumfudit quando beatam in limbo animabus sanctorum patrum visionem suam impertijt, reddiditque spiritalem locum illum paradysum, vbi latronis etiam animam glorificauit, nō autē in locis fragrantibus vt Theophyl. & Euthymius dicunt, sed in subterraneis, & lumine corporali carētib; spi-*

Luc. 16, Beda.
August.
Quæstio.
Theophyl. Luc. 23.
Euthymius
August. Psal. 85.
Eph. 4. Act. 2. Psal. 14.

rituali vero lumine tunc illustratis. Cæterum post Ascensionē Domini cepit caelum ipsum, sinus quoque Abraham a sanctis patribus appellari, vbi animæ beatæ clare Deum vident, sicut in Concilio Florēt. definitum est. Vnde Ecclesia de. B. canit Martino: Martinus Abraham finu lætus excipitur; & Aug. li. 9. Confes. quidquid illud, inquit est, quod sinus Abraham vocatur, illic Nebridius meus viuit. Item Aretas Episcopus super illud Apoc: Vsq̄ que uoc. Domine non uindicas sanguinem nostrum: Animas dicit martyrum quiescere in sinibus Abraham. Et Iacobus Apost. in liturgia pro fidelium animabus precatur: Fac eas (inquit) quiescere in delitijs paradisi, in regione uiuentium, in regno tuo, in sinu Abraham. Vbi alludit ad illud, quod Christus Dominus dixit: Multi ab oriente & occidentē te uenient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno caelorum, etc. Vbi loquitur de uocatione gentium post suum ascensum in caelum, ergo caelum secundum Evangelicam phrasim uocatur Abraham sinus, & requies: ideo & Ecclesia Romana in Missa defunctorum in offertorio canit: Signifer Sanctus Michael representet eas in lucem sanctam, quam olim Abraham promissisti, & semini eius. Sed de hoc fati.

9 *Præterea Christus ait: Amen dico uobis ante quam Abraham fieret, ego sum: Hoc dixit filius Dei non secundum naturam humanam, quam suscepit in tempore, quod uerbum caro factum est, sed secundum hypostasim diuinam, & naturam deitatis, in qua coæternus est patri, & de qua Michæas: Et egressus eius a diebus æternitatis, item Psalm: Filius meus es tu, ego hodie genui te: Id est in æternitate in qua non est prius, aut posterius, & alibi: Ex utero ante luciferum genui te, dixit autem: Ego sum, & non ego fui alludens ad illud, quod dixerat in Exodo Moy si: Ego sum qui sum, hæc dices filiis Israel, qui est misit me ad uos. Est enim per essentiam sine limite infinitus, & immensus, & sine durationis initio & sine fine: nō sicut ipse dicit: Ego sum Alpha & Omega, initium & finis. Quomodo autem Christus sine addito dicatur æternus, uide in dictione Christus & in dictione æternus. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum, quare in dictione Dies num. 12. Creditur Abraham*

Coc. Florēt.
August.
Aretas. Apoc. 6.
Iacobus.
Matth. 8.
Ioan. 8.
Ioan. 1.
Michæ. 5. Psal. 2.
Psal. 109.
Exo. 3.
Apoc. 1.

Deo, & reputatum est illi adiustitiam, vide in dictione, Credere. nume. 1.

CAPVT. XVII.

Absalon.



ABSALON filius Dauid corporis forma omnium mortalium sua tempestate pulcherrimus interpretatur pater pacis, qui potius e contrario pater fuit disidiorum & belli, na fratrem Amnon per fraudem in conuiuio peremit. Et contra patrem insurgens regnum illi callide fere abstulit, sed in praelio fugiens capillorum nexu de quercu pepedit, ubi a Ioab tribus lanceis transfixus perijt. In quo ambitionis affectum, & supplicium expressum est, ambiciosus quippe suis machinationibus illaqueatus frequenter perijt. Sic Olophernes dum dominium affectat capite truncatur a foemina. Sic Abimelech dum regnare cupit saxo conuassatur. Sic Aman dum adorari desiderat tollitur in patibulum. Deniq; de ambicioso dicitur: incidit in foueam quam fecit. Fuit autem Absalon Iudae proditoris, & iudaici populi typus, qui contra patrem Ecclesiae Christum coniurauit, vt notat Aug Super Psal. 3. in prologo. Propterea vt nos ab ambitionis vitio deterreret filius Dei, cum facta esset contentio inter Apostolos: Quis eorum uideretur esse maior? Principes (inquit) Gentium dominantur eorum etc. in uobis autem non sic. Et alibi: Nisi conuersi fueritis, etc. Sicut paruulus iste, non intrabit in regnum caelorum. Abscondere uide in alijs dictionibus coniunctis.

CAPVT. XVIII.

Abscondere.



ABSCONDERE in sacra pagina dicitur interdum Balaa, Num. 4. Pro. 19. Dicitur etiam Chabaa. Est autem Abscondere aliquid ab aliorum notitia subtrahere, cuius simplex est, condo, a quo abscondo quasi ab aliorum oculis condo, vel sepelio, sic Genes. 31. Abscondit Rachel idola. Absconditus dicitur Deus per metapho-

ra iuxta: Isaiam Vere tu es Deus absconditus, sanctus Israel saluator. Vbi Hierony. Christus (inquit) Deus appellatur absconditus propter assumpti corporis sacramentum, & Deus Israel saluator, quod interpretatur Iesus; Hae ille. Sic ergo quando illi Iesus nomen imponitur, vt ostendatur Deus absconditus, signo peccatoris nempe circuncisionis contegitur. Rursus quando tamquam naturalis Dei filius adoratur a Magis, infantuli celatur a tate. Ceterum Isidorus Clarius secutus Rabbinos praedicta uerba non de Christo sed de patre Deo per Apostrophem dicta in Isaias uaticinio citato male credulus putat. Cui non solum Hierony. contradicit loco allegato mille annis ante quam ille nasceretur, uerum & septuaginta quoq; interpretes qui uertunt, non per apostrophem, sed plane de Christo affirmatiue uidelicet. Tu enim es Deus & nesciebamus, Deus Israel saluator. Vnde Ambr. Super illud Rom. 2. Qui execraris idola sacrilegium facis: Quo modo Christum (inquit) quem lex & propheticus sermo Deum significat, negas? Dicit enim Isaias: Quia in te est Deus, & non est Deus propter te, tu enim es Deus & nesciebamus: Cum tota lex Deipatris auctoritatem praedicet, nunquid Iudaei hoc de Deo patre dicebant, sed quia filius Dei semper quidem apparuit, latebat autem quis esset, cum post resurrectionem cognoscitur dicitur ei in confessione: Tu es Deus, & nesciebamus. Hae Ambrosius. Et certe hoc Thomas Apostolus dixit, quando post resurrectionem uulnera tetigit saluatoris. Eodem modo quo Ambros. explicat Hilarius lib. 5. de Trinitate in fine, & Euseb. lib. 5. de Demonstratione Euangelica. c. 4. Hebraice uero ubi uulgata uertit, absconditus, est dictio Mistather, quae significat absconditum uel nescitum.

Absconditus dicitur uultus Christi sub humanitate: Et quasi absconditus uultus eius, & despectus. Vbi Hierony. Absconditus (inquit) uultus illius, vt humano corpore diuina potentia celaretur, de quo supra dictum est: Tu es Deus absconditus, & D. Thom. in comment. Isaias, absconditus (inquit) uultus eius sub infirmitate carnis: ideo ad miratione digna fuit fides eorum qui sub mortali adhuc Christi carne omnipotentiam eius agnouerunt. Ideo q; miratus est filius Dei fidem Centurionis, & fidem

Chananae: O mulier (inquit) magna est fides tua.

Abscondita sagitta per metaphoram filius Dei dicitur: Posuit me quasi sagittam lectam, sub pharetra sua abscondit me, id est sub humano corpore textit, vt explicat Hierony. in Commentarijs, & Procopius. Itē Chryf. Super. 1. c. Matth. Hanc sagittam ignorauit tamquam sibi absconditam Iulianus Imperator apostata, qui ridiculum & nullo modo putauit esse uerisimile vt ad unum Christi uerbum Petrus, & Andreas relictis retibus & relicto Telonio Matthaeus, secuti sint Dominum, Atqui sagitta diuinitatis Christi sub sensibili uerbo transfixerat animas eorum, qui quasi ceruus faucibus cucurrerunt ad fontem aquarum sine mora, quia vt dicit Ambros. super Luc. 2. Gratia spiritus sancti nescit tarda molimina.

Abscondita dicitur fortitudo Christi in cruce pendens: Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Ita Hierony. in Comment. in altera expositione, in manibus (inquit) eius trophaea crucis, in cruce ergo paulisper abscondita est fortitudo eius, quando dicebat ad patrem: Tristis est anima mea usq; ad mortem, & Deus meus, Deus meus ut quid dereliquisti me? Vnde non est audiendus Lyranus super hunc locum, qui haec de Cyro Persarum rege, qui Babylonios superauit, dicta putat, quasi quod cornua uictoriae haberet in manibus, cum contra non solum Hierony. Sed & Cyprianus sermo. de Passione de Christo uolentius intelligat. Item Eusebius lib. 6. de Demonstrat. c. 15. August. lib. 8. de Ciuitate cap. 32. Glossa interlinealis, & Theophyl. super Abacuc. & alij plures. Fuit ergo abscondita fortitudo Christi in cruce, ne mors eius impediretur, quia si eum cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Sic autem per mortem destruxit eum, qui habebat mortis imperium id est diabolus. Et sic bonus pastor animam suam posuit pro ouibus suis.

Abscondere Deum ab aliquo faciem suam idem plerumque est, quod auxilium gratiae subtrahere: Et expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam a domo Iacob. Vbi Hierony. a Iudaeis (inquit) qui eum recipere noluerunt. Hae ille. Vbi notandum, quauis sufficiens Dei auxilium, vt Theologidicunt, nemini dum hic uiuit denegatur, denegatur tamen efficax resistentibus & obstinatis. Sic intelligitur illud Deut: Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum: & Isaias ait: Abscondisti faciem tuam a nobis, & allisisti nos in manibus iniquitatis nostrae, item Ezechiel: Et absconderim faciem meam ab eis. Ceterum aliquando non tam gratiae subtractionem quam permissionem duntaxat, vt iusti in bonum ipsorum, varijs afflictionibus conflictentur significare solet. Sic legimus: In momento indignationis meae auerti faciem meam parumper a te, siue potius abscondi, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: Quod non de Synagoga ut Iudaei comminiscuntur, quae non ad modicum quidem, sed per mille quingentos annos derelicta iacet, imo potius de Ecclesia catholica, vt Hierony. Cyrillus, & Glossa dicunt, necessario debet intelligi, quae in modico persecutionis tempore, marum inundata cruore, derelicta est ut maius fidei robur in terris, & aeterna in caelo praemia conserueretur. Vnde Ecclesiae ducibus Dominus dixit: Beati eritis, cum male dixerint uobis homines, & alibi: Absque synagogis facient uos, item: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.

Abscondere dicitur Deus mandata sua, id est permittere ne a quibusdam intelligatur. Vnde Propheta clamabat dicens: Ne abscondas a me mandata tua, id est ne permittas abscondi a me, sicut explicant Aug Hierony, Cassiodorus & Glossa. Hac eadem phrasim utitur Deus in Euangelio dicens: Confiteor tibi pater domine caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus, & prudentibus: Subaudi secundum carnem, his enim Deus mysteria regni caelorum & consilia Euangelica paupertatis, castitatis & obedientiae uoluntarie, atq; caetera huiusmodi abscondita & occulta manere permististi. Querunt tamen aliqui quomodo de hoc filius Dei gaudeat, quod malum est illis, nam Luc. 10. legimus: In illa hora exultauit in spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi pater, etc. Ad quod duplex solutio est; altera Chrysof. non gaudere quidem filium Dei quia haec mysteria abscondita fuerint prudentibus secundum carnem, qui uult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem ueritatis venire, sed quia reuelauit ea paruulis pater aeternus. Altera solutio est Hieronymi & D. Thom. in Comment.

Deut. 34. Isai. 64. Ezech. 39. Esai. 54. Hieron. Cyril. Gloss. Matth. 5. Ioan. 16. Luc. 21.

7 Psal. 118. Hierony. August. Cassiodorus. Matth. 11. Quaestio. Luc. 10. Chryf. 1. Tim. 2. Hierony. D. Thom.

ment. huius loci, exultasse quidem filium Dei quia abscondita sunt hæc mysteria carne libens, non quatenus hoc illis malum est, sed potius quatenus in hoc iustitia divina longius, & latius effulget, & in hoc (inquit) Hierony. iustificata est sapientia à filiis suis, dum superbis obcæcatis humiles illustrantur.

Sic legimus: Si opertum est Evangelium, in his qui perierunt opertum est, in quibus Deus huius sæculi excæcavit corda infidelium. Super quem locum Hierony. intelligendū (inquit) est, ut dicamus Deum mētes infidelium huius sæculi merito infidelitatis obcæcasse, sicut ait saluator: In iudicium veni in mundum, ut qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant, & ipse Apostolus ait: Quia non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati, misit eis Deus spiritum erroris: Hoc est permisit, quasi medicus si inobedientem ægrum deferat, ipse ægritudinem dicitur prolongare, cum tota culpa illius sit qui audire contempsit. Hæc Hierony. Cuius regula servanda est in omnibus scripturæ locis, ubi dicitur Deus abscondere mysteria fidei, vel operire vel quosdā excæcare, quam secuntur omnes patres in explicatione scripturā, ita Chry. super illud: Tradidit illos Deus in reprobum sensum, id est tradi permisit: Sic etiam ibidem Theophylactus, OEcumenius & Glossa ordinaria, & c.

Abscondit quoq; Deus lumen supra naturale, id est subtrahit illud peccatori vel in obstinationis poenam secundum iustitiæ normam, vel etiam iuxta clementiam, ne deterior propter ingratitude luminis, quod contempsit, euadat: In poenam quidem ut notat Greg. super illud Iob. Nescierunt vias eius, qui enim, ait, sciēdo prius rebelles sunt, post modum cæcātur ut nesciant. Hæc Greg. ad clementiā vero (ut inquit Chryf.) super illud quod paulo ante citauimus: Si opertum est Evangelium &c. Nam si eum (inquit) qui debiles oculos habet cogat aliquis solis radios videre, augeat magis illius infirmitatem, ideo illum medici in tenebris includunt, ne magis morbus exasperetur: sic ergo Deum facere cogitandum est, &c. Idē sentit Theophylactus ibidem. Itaq; Deus etiam puniēdo misericors est, iuxta illud Abacuc. 3. Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. In quo sensu Theophylactus ex-

ponit illud quod Dominus dicebat Apostolis: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant: Videlicet ne forte si leuiter resipiscant ad salutem, & paulo post iterum relabuntur, peius sit, maius q; illis imminet supplicium, de quo nos alibi latius in verbo conuertere numer. 5.

Abscondit Deus lucem in manibus, id est solem nube tegit Iob. 36. Vbi Greg. legit Immanibus abscondit lucem, vocat autem immanes, superbos, unde superbiētibus (inquit) veritatis lumen denegatur. Eodem modo legūt, & explicant Glossa ordinaria & Lyranus. Cæterum D. Hierony. seu Beda eius nomine, in Commentarijs Iob legit. In manibus, hoc est, manibus suis abscondit lumen per manus potestatem intelligens, potestate (inquit) iudicij sui lumē iustitiæ suæ abscondit à peccatoribus malum operantibus. Septuaginta quoque interpretes vertunt ἐν χειρὶ γω, id est in manibus. Sic etiam habetur in Hebræo vox enim מַנְיָאֵי capaim manus significat, & nubes interdū, hic autē accipitur in manibus sicut est in vulgata latina correctā. Itē Chaldaicus paraphrastes, propter rapinam (inquit) manū prohibet pluuiam, & præcipit ei ut descendat propter orantem, quod nostra vulgata dixit, & præcipit ei ut rursum adueniat & annūciat de ea amico suo. Paraphrasim autem Chaldaicam subodoratus D. Thome in Comment. de luce materiali hunc locū explicat, quam Deus nubibus sicut manibus tegit, & iterum detegit propter amicum orantem. Subdit autem, quod quem admodum lux ista sensibilis ex potestate Dei hominibus occultatur, & postea comunicatur, sic intelligere debemus apud Deum esse quandam lucem excellentiorem, videlicet spiritualem, quam Deus in præmium virtutis hominibus aliquando manifestat. Hæc est sententia D. Thome, iuxta quam Dominus quoq; in Evangelio Apostolis celabat interdum doctrinæ suæ lucem, quando in prouerbijs loquebatur, sed orantibus postea referabat, sicut quando dixit: Modicum & uidebitis me, & iterum modicum & non uidebitis me: Quod cum postea luculentius exposuisset, illi dixerunt: Ecce nunc palam loqueris & prouerbiū nullum dicis, in hoc scimus quia à Deo existi.

I I

Psal. 30.

Hierony.

Aug. Casio. Gloss. Lyran. Isai. 64.

Greg.

Psal. 19.

Psal. 30.

Psal. 33.

Matth. 17.

Luc. 10. Ioan. 20.

I 2

Psal. 30.

Aug.

Abscondere dicitur Deus dulcedinē de uotionis à flagitiosis hominibus, sic Propheta: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Quod iuxta literam duobus modis exponitur, prior sensus est referuari iustis dulcedinē delectationis æternæ post mortem, sub spe viua sic exponit Hieronym. Neq; enim (inquit) eam dulcedinem in his tentationibus ostendisti, ne accepta securitate excederemus à via iustitiæ. Hæc Hierony. eodē modo Aug. & Casiodor. itē Glossa ord. Abscondisti, ait, in hoc tempore, ut plus desideretur, in futuro vero patebit, sic etiam Lyranus, qui allegat illud Isai. Oculi Dei non uident absque te, quæ præparasti expectantibus te. Posterior tamen sensus est B. Greg. homil. 5. in Ezech. non minus forte literalis quam prior, Abscondisti (inquit) à peccatoribus dulcedinem spiritalem in hac vita, & aliquem eius gustum iustis quasi pignus dedisti. Hinc dicitur: Letamini iusti in Domino & confitemini memoriae sanctificationis eius: Et rursus: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te: Quæ nimirum quā magna esset, nullo modo cognosceret, nisi hanc aliquatenus contemplan- do gustasset. Hæc ille. Cui consonat illud Psal. Gustate, & uidete, quoniam suauis est Dominus. Hoc delibauerat Petrus quando in transfiguratione dicebat: Domine bonum est nos hic esse. Hunc etiam Magdalena gustū ut cunque percipiebat, de qua legimus. Maria autem sedens secus pedes Domini audiebat uerbum illius, & discipuli de quibus Ioānes ait: Gaussis sunt discipuli uiso Domino.

Abscondere dicitur Deus iustos in abscondito faciei suæ, id est protegere, sic Propheta: Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum: Hebraicæ vox Rukife, nō solum significat, ταραχῆν uel cōturbationē ut Septuag. vertūt sed etiā fastū impiorū, intelligit autē in hac vita iustos tuos proteges, quamuis multo magis in futura, sic Aug. Si Deum (inquit) exceperis in hoc sæculo in corde tuo, ille post hoc sæculum excipiet te vultu suo. Et infra, Quomodo etiā in hac vita abscondat nos, & quasi pullos suos auicula protegat Dominus subdit, putas quisquam est ita felix in hoc mundo, ut cum cœperit audire opprobria hominū propterea quod Christo seruit, fugiat ad Deum corde suo & in-

cipiat spem habere in dulcedine ipsius. Eodem modo Casiod. Et Gloss. ord. Itē Lyranus qui ait: Non solum protegit iustos Deus in futuro sæculo, sed etiam aliquando in præfenti. Hæc ille. Unde cum discipulos Domini Pharisæi calumniantur dicentes: Quare discipuli tui transgrediantur traditiones seniorum? Patrociniū eorū serio suscepit mūdi Saluator, & protexit eos à contradictione linguarū. Quod etiā præstitit Magdalene contra Simonē Pharisæum.

Absconditum tabernaculi Dei protectionis quoq; diuinæ refugium denotat sic legimus: In die malorū protexit me in abscondito tabernaculi sui: Hebraicæ vox Besefer, secretum significat & absconditū in penetralibus super quem locum Aug. existimat Ecclesiam dici tabernaculum Dei, Christum vero appellari absconditū huius tabernaculi, in quo iusti recipiuntur quasi in abscondito iuxta illud. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Sed alijs videtur hæc expositio mystica, maxime quia Hierony. ad veritatem Hebraicā vertit. In die pessima abscondit me in secreto tabernaculi sui. Neq; dies pessima dicēda videtur tota hæc vita præfens, sed aliqua fortē tribulatio magna uel tentatio superueniens. Ideo Lyranus de Dauidis persona, & de illo peculiariter spatio temporis dictum putat, quando Doëg. Idumæo seruo Saulis in tabernaculo latitante, Dauid à summo Sacerdote panes accepit. Quod quidem cœdis crudelissimæ omnium Sacerdotum occasio fuit, nos occidit Saul. Propterea dies pessima nuncupatur. Quæ expositio probabilis fatis est quamuis Casiodorus etiam iuxta literam de toto persecutionis tēpore quo Dauid in squalentibus & horridis speluncis Deo semper illum quasi in sui tabernaculi penetralibus protegente, latitabat, dictum existimet. Cuius expositioni subscribit Iansenius. Quidquid tamen de hoc sit absconditum nihilominus tabernaculi Dei iuxta sensum literalem est protectio singularis illius, de qua Dominus discipulis dixit: Et eritis odio omnibus hominibus propter nomē meum, & capillus de capite uestro non peribit: Id est non solum animam uestram defendam incolumem quin potius & si corporis uitā pro meo nomine profuderitis in resurrectione iusto-

Casio. Glossa. Lyra.

Matth. 15.

Luc. 7.

I 3

Psal. 26.

Aug.

Colof. 3.

Hierony.

Lyra.

1. Reg. 22.

Casio.

Iansenius.

Luc. 21.

rum

8

2. Cor. 4.

Hierony.

1. Cor. 9.

2. Thessa. 2.

Regula.

Cyrysol. Rom. 1. Theophy. OEcumen. Gloss.

9

Greg. Iob. 14.

1. Corint. 4. Chryf.

Theophy.

Abac. 3.

Matth. 13.

I 0

Iob. 36. Greg.

Glossa. Lyra. Beda.

D. Thome.

Ioan. 16.

rum neq; capillus de capite vestro peribit.

14
Iob. 28. Gloss.
Beda.
Greg.
Greg.
Beda: Interli. D. Thom.
Matth. 11.
15
Pfal. 18. Nicol. Tiel. Iansen.
August.
Hierony.

Abfcondita dicitur sapientia ab oculis omnium viuentiū apud Iob. Vbi Glossa, Quandiu hici (inquit) viuatur, videri Deus per suam essentiam non potest, quæ expositio literalis est. Sic etiam Beda super Iob. ab oculis omnium viuentium in mūdo abfconditam dicit esse sapientiam de qua in eodem loco Iob subdit: Non inuenitur in terra suauiter viuentium. Vbi aliquomodo discrepat à superiori expositione, quia non intelligit de visione diuinæ sapientia per essentiam, sed de cognitione quadam eminēti, quæ non datur voluptarijs atq; carnalibus Eodem modo explicat Greg. Quoniam quisquis sapientiam (inquit) quæ Deus est, inuenerit, huic vitæ funditus moritur, ne iam eius amore te neatur, Hæc Grego. Quod vero in eodē cap. Iob subiungitur: Sapientia trahitur de oculis, sic explicat Greg. Cū sit (inquit) intelligibilis, non nisi inuisibiliter inuenitur. Eodē fere modo Beda, Glossa interli. & Lyranus: item D. Thom. in Commēt. Iob. Est (inquit) sapientia origo occulta siue abfcondita dupliciter, vno modo ex parte intellectualis luminis, quod deriuatur ab occultissima causa nēpe Deo, Alio modo ex parte rerum cognitarū quæ occultas proprietates habent. Hæc D. Tho. Secundum autem vtramq; causam quam ille assignauit intelligitur illud Matth. Abfcondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: Id est, Abfcondisti lumē supernaturale fidei iusta permissione, & proprietates etiam occultas rerum supernaturalium à prudentibus secundū carnem.

Abfcondi à calore phrasim est Prophe-
tæ: Neque est qui se abfcondat à calore eius, Quod Nicolaus Lyranus, Tielm. Iansen. & alij recentiores de calore huius solis materialis exponunt, quia die (inquiunt) sol calorem effundit in emispherio nostro, & nocte in opposito versus antipodas. Cæterum Aug. de filio Dei potius explicat, verbum (inquit) Dei caro factum non permisit vllum mortalium excusare se de vmbra mortis, hoc est de ignorantia aduentus eius, prædicatibus Apostolis. Eodem modo Hierony. super eundem Psal. vbi calorem filij Dei dicit esse dona Spiritus sancti super vniuersalem Ecclesiam effu-

sa, secuntur eamdem expositionem Cal-
siodorus, Glossa ord. & Bernardus sermo
ne. 6. Super Cantica. & merito, quia Apo-
stolus Paulus allegat hunc psalmum & de
aduentu filij Dei in Epist. ad Romanos, Rom. 10.
quando in vniuersum terrarum orbem
Christus Apostolos misit ad prædicandū:
In omnem (inquit) terram exiit sonus
eorum & in fines orbis terra uerba eorum, Mox
vero sequitur, In sole posuit tabernaculum suū,
Quod Hierony. vertit ad veritatem Hebraicam,
soli posuit tabernaculum in eis. Quid est ergo,
in eis? nisi in Apostolis, in quibus filio suo,
qui sol est iustitiæ, pater æternus tabernaculū
posuit tāquam in primis prædicatoribus &
fundamētis Ecclesiæ, quibus Dominus dixit.
Euntes docete omnes gentes &c. Ex his ergo
gentibus tabernaculū Dei factum est de quo
in Apocalyp: Ecce tabernaculum Dei cum
hominibus & habitabit cum eis. Sed de hoc
vide latius in verbo Gigas numero. 5. contra
Rabbinos.

De abfconditis Dei adimplere ventrem,
est in terra thesaurizare: sic in Psalmo: De
abfconditis tuis adimpletus est venter eorum.
Quod variè quidem propter Hebraici
idiomatis difficultatem à patribus explicatur.
Aug. Abfcondita Dei vocari putat peccata,
quæ tanquam tenebræ (inquit) abfconduntur
à lumine. Caliod. vero multifariā exponit,
vel de cibis prohibitis, quibus illi contra
legem ventrem implebant, vel abfcondita Dei
esse mysteria diuina quæ illi populo sub
metaphoris & figuris contexta ad tempus
sunt tradita &c. Arnobius vero singulariter
passionis Christi Sacramētum sub cortice
literæ abfcondita exponit, quibus populus
ille ventrem memoriæ replebat sine vllō
bonæ operationis fructu. Cæterū quamuis
prædictæ expositiones in sensu mystico
sint pulchræ, explicatio tamen Lyrani &
Iansenij hoc loco, phrasim Hebraicam
luculentiū enodat. Abfcondita nempe Dei
in scriptura sacra vocari diuitias atq; the-
sauros temporales, quibus reprobi frequē-
ter abundant, & quibus ventrem suæ
cupiditatis explere conātur. Dicitio quippe
Hebræa Tasiutach pro qua vulgata vertit
abfcondita proprie significat ea quæ mo-
re thesauri in longum tēpus reponuntur,
secundum quam phrasim legimus apud
Isaiā: Et dabo tibi thesauros abfconditos: Id est

Cassi. Glossa. Ber.
Hieron.
Matth. 11.
Apoc. 21.
Pfal. 16.
August.
Cassio.
Arnob.
Lyr. Iansen.
Regula.
Isai. 45.

repositos in tempora longa. Sic etiā legimus
in Canticis. Omnia poma noua & uetera
seruauit tibi dilectio mi: Vbi in Hebræo
habetur, Abfcondi tibi, vt obseruat Iansenius.

Abfcondita Esau secundum prædictā
regulam thesauros intelligimus Idumæo-
rum apud Abdiam prophetam, quia Idu
mei ab Esau ducunt originem. Dicit ergo
Abdias: Quomodo scrutati sunt Esau, inuestiga-
uerunt abfcondita eius? Id est omnes the-
sauros eius scrutati sunt hostes Chaldæi, vt
inter se illos diuiderent, quis enim dubitet
omnibus gentibus thesauros abfcondere? Sic
etiā intelliges locum alium difficiliore
Deut. Vbi de tribu Zabulon prædixit
Moyses: Inundationem maris quasi lac surgent
thesauros abfconditos arenarum, id est, Abf-
condit Deus & quasi reposuit infinitam
multitudinē arenarum more thesauri
preciosissimi, vt superbientibus fluctibus
maris mirō modo resisterent, cum fuerit
opus, neterram absorbeant. Hæc igitur
arenæ thesaurus sunt tribui Zabulō, quæ
iuxta mare habitationem sortita est, im-
pediunt enim ne absorbeatur à mare,
& vitam ei subinde conseruant, quæ
omni thesauro preciosior est. Vel, vt
exponit Vatablus, Erit tribus Zabulon
opulentissima ratione maris, ita vt de
terra effodiat thesauros repositos sub
arena ne facile inueniantur ab hostibus.
Sunt etiam qui hoc referant ad fodinas
metallorū quibus abundabat hæc tribus.
Nam expositio Lyrani thesauros arenarum
esse merita sanctorū abfcondita in celo
pulchræ sed mystica est.

Abfcondere eloquia Dei secundū
prædictam phrasim est illa more thesauri
in corde reponere, vt suo nobis tempore
deferuāt. Sic Propheta dicebat: In corde
meo abfcondi eloquia tua ut nō peccem tibi:
Subaudi quasi thesaurum, & Iob: In sinu
meo abfcondi uerba oris eius: Quod qui
facit similis est illi scribæ docto, in regno
celorum, & patri familias: Qui profert
de thesauro suo noua & uetera: id est
eloquia tam noui quā veteris testamenti
vt ad suam & aliorum vtilitatem dispen-
set.

Abfcondita in lucem produxit Deus
id est quæcumq; reposita erāt in tenebris
vt explicat Beda in Comment. Iob, siue
illa sint mysteria scripturarum, siue
prophetiæ quas cum Dominus re ipsa
compleuit, abfcondita produxit in lucem, iux-

Cant. 7.
Iansen.
17
Abdias. cap. vnico.
Deut. 33.
Batab.
18
Pfal. 118.
Iob. 23.
Matth. 13.
19
Iob. 28.
Beda.

ta illud Matthei: Non ueni soluere legem
sed ad implere. Sic & quando in patria
sua legit locū Isaiæ, & cepit dicere ad
eos: Quia hodie hæc scriptura impleta est
in auribus uestris, tunc certe abfcondita
produxit in lucem. Sic etiam quando
Phariseis dixit, Ante quam Abraham
fieret ego sum. Et Samaritanæ de
Mesia loquenti, Ego (inquit) sum qui
loquor tecum. Vel etiam abfcondita
cordis in die iudicij finalis iudex
producet in lucem sicut dicit Apostolus:
Omnes enim manifestari oportet ante
tribunal Christi &c, Vel denique
martyrum fidem doctrinam & merita
Deus produxit in lucem, qui cum
essent magistri fidei & præclaris
inoribus præditi quasi scelerati
necabantur, de quibus Dominus dixit:
Nihil pertum quod non reuelatur
neque abfconditum quod non sciatur.
Vbi Hierony. Nolite (inquit) timere
persecutorum scitiam, & blasphemantium
rabiam, quia ueniet dies iudicij
in qua & uestra uirtus, & eorum
nequitia demonstrabitur. Hæc Hierony.
vbi allegat illud Apostoli: Nolite ante
tempus iudicare, usque dum ueniat
Dominus, qui illuminabit abfcondita
teybrarum, &c. Et tunc laus erit
unicuique à Deo

A facie Dei se non abfcondere, est
iudiciū eius minime timere, aut etiā
animaduersionem. Sicut dicit Iob, Duo
tantum facies mihi, & à facie tua non
abfcondar: Id est non timebo subire
iudicium tuum, ita exponit Greg. super
eundem locum & D. Thom. & Lyranus
E contrario uero abfcondere se à facie
Dei, est sententiā eius & iudicium
formidare. Sic post transgressionem
dixit Adam: Timui & abfcondi meo
quod nudus essem, & Iob. Quis mihi
tribuat ut in inferno protegas me, &
abfcondas me donec transeat furor
tuus.

Abfcondi quoque ab ira dei, est
euaudere per nam atq; supplicium: sic
Sophonias: Querite iustum, querite
mansuetum, si quomodo abfcondamini
in die furoris Domini: id est à
uastatione Hierusalē siue sub
Chaldæis, siue sub Romanis, vt
exponit Hierony. qui in eodē sensu
explicat etiā illud Isaiæ: Ingredere
in petram, & abfcondere fossa humo
à facie furoris Domini: Hoc est in
persecutione Nabuchodonosor vel
Romanorum, sed fortiori iure à facie
iudicis Christi in die finali, de quo
Lucas, Tunc uidebunt filium
hominis uenientem in nube cum
potestate magna & maiestate.

Matth. 5.
Luc. 4.
Ioan. 10.
Ioan. 4.
2. Corint. 5.
Matth. 10.
Hierony.
1. Cor. 5.
20
Iob. 13.
Greg. D. Thom. Lyr.
Genes. 3.
Iob. 14.
21
Sopho. 2.
Hieron. Isai. 2.
Luc. 21.

22
Iſai. 4.
Hieron.
Pſal. 26.
Matth. 16.
Matth. 5.

Abſconſio pariter Dei denotat prote-
ctionem, ſic Iſaias: Tabernaculum erit in um-
braculum dicitur, & abſconſionem à turbine & plu-
via. Vbi Hierony. reiecta expoſitione Iu-
dæorum, nos (inquit) hæc omnia refera-
mus ad primum aduentum Chriſti de quo
in pſalmo legimus: Protexit me in abſcon-
dito tabernaculi ſui, in petra exaltauit me: ſuper
quam fundata Eccleſia nulla tempeſtate
concutitur: Quia porta inferi non preuale-
bunt aduerſus eam, &c. Quod ſi quis roget,
quomodo Eccleſia tabernaculū ſit in abſ-
conſione, cum de illa ſcriptum ſit: Non po-
teſt euitas abſcondi ſupra montem poſita? Faci-
lis & expedita reſponſio eſt: Eccleſiā mi-
litantem vt pote viſibilem manifeſtam
eſſe omnibus, propter ſucceſſionem Pon-
tificum in Apoſtolica ſede Romana, & in
uolam ſacramentorum & Apoſtolice
doctrinæ traditionem, nihilominus tamē
intra ſinum Eccleſiæ imbecilliores quiq;
& tyrones ſub fortiorum clypeo abſcon-
duntur & defenduntur.

23
Pſal. 31.
Iſai. 3.
Hieron.
Iob 31.
Greg.
Luc. 18.

Abſcondere ſeu tegere peccata in bo-
num & in malū accipitur, in bonum qui-
dem quando aliquis per penitentiam &
confeſſionem, dum ſe ipſum accuſat &
punit, à iuſto Dei iudicio ſuas quodāmo-
do iniquitates abſcondit, ne puniatur, ſic
legimus: *Seati quorum remiſſæ ſunt iniquita-
tes, & quorum tecta ſunt peccata, & e contra-
rio de Iudæis dicitur: Peccata ſua ſicut Sodo-
ma predicauerunt, neque abſconderunt:* Sub au-
di per penitentiam, ſicut exponit Hie-
rony in Comment. Secunda (inquit) poſt
naufragium tabula eſt penitentia, & cō-
ſolatio miſerorum impietates ſuas abſcon-
dere. Hæc Hierony. In malum vero abſ-
condere peccata ſua dicitur qui excuſat
ea, vel negat iuxta illud. *Si abſcondi ut homo
peccatum meum: Vbi Greg. Vilitatem (in-
quit) generis humani vitium eſt latendo
peccatum committere, & commiſſum ne-
gando abſcondere.* Hæc Grego. Sed pu-
blicanus in parabola quia non abſcondit
ſed voce & percutione pectoris manife-
ſtauit peccata ſua, deſcendit iuſtificatus in
domum ſuam.

24
Matth. 6.
Remig.
D. Thom.

In abſcondito videre eſt omnia ſecre-
tiſſima penetrare quod proprium Dei
eſt. Sic Matthæus: *Pater tuus qui uidet in
abſcondito reddet tibi:* Super quem locū Re-
migi & D. Thom. notant premiū red-
diturum Deum cui omnia cordis ſecreta

patent: *Omnia ſunt nuda & aperta oculis eius,* Heb. 4.
& Hieremias ait: *Scrutans corda & renes* Hier. 17.
Deus: Vnde in Apocaly. *oculos habere di-* Apoc. & 19.
citur ſicut flammam ignis, quia omnia pe-
netrat & illuſtrat.

25
Pſal. 43.
Hieron.
Luc. 5.
& 11.
Daniel. j.

Abſcondita cordis in ſcriptura ſacra
ſunt cogitationes liberæ & conſenſus vo-
luntatis humanæ ſiue in bonū ſiue in ma-
lum, ante quam prodeant in lucem, ſic le-
gimus: *Ipe enim nouit abſcondita cordis.* Su-
per quem locum Hierony. Quod cognof-
cat (inquit) Deus cogitationes hominis
ipſe in Euangelio prodit ad Pharifeos di-
cens: *Quid cogitatis mala in cordibus ueſtris?*
& *Videns teſus cogitationes eorum:* Quod re-
petit etiam Euāgelista cap. vndecimo vt
oſtendat Chriſtum eſſe Deum, qui occul-
tiſſima quæq; ſuper omnes ſpiritus ſuper
cæleſtes ſciat. Vnde tres pueri in camino
ignis de illo dicunt: *Qui ſedes ſuper Chera-
bim & intueris abyſſos:* Hoc eſt, ſcientiam
ſuperas ſuperiorū omnium ſpiritus ſe-
dens ſuper eos, & penetras omnia profun-
diſſima. Inter quæ nihil profundius quā
cor humanum.

¶ Abſconditus theſaurus in agro quid
ſit, ne eadem ſepe repetamus vide verbo
ager. numer. 5. ¶ Abſconditum fermentum.
vide in dictione fermentum. nu. 4.
¶ Abſcondere talentum, vide verbo
talentum. ¶ Abſcondita vita iuſtorum cū
Chriſto, quare in dictione vita. ¶ In abſ-
condito loqui vide in dictione loqui. ¶ In
abſcondito orare, quare verbo, orare.
¶ In abſcondito poſita lucerna, vide
verbo lucerna. ¶ Panis abſconditus vide
verbo panis.

CAPVT. XIX.

Absorbere. Abſortus, deuorare,
deglutire.

Absorbere & deglutire He-
braice in ſcriptura dicitur
balaa in Piel perdere diſi-
pare Iſai. 25. Eſt autem. Ab-
ſorbere per modum potus, deuora-
re per modum cibi aliquid faucibus tra-
ijcere, quod metaphoriſe paſſim ad ina-
nimata quoque transfertur, ſicut mare
cymbam abſorbet, & terra dehincens deu-
orat & diſſicia.

Absorbere dicitur Deus hypocritam

Iob. 6.
Greg.
Beda.
Lyra.
D. Thom.
3
Apoc. 12.
D. Thom.
Rupert.
Gloſſa.
Rom. 5.
1. Corin. 15.
Matth. 18.
Mar. 16.
Luc. 24.
4

id eſt repete perimere, ſic Iob ait: *Si abſor-*
buerit eu de loco ſuo, negabit eu, & dicit nō no-
uite. Vbi Greg. in moral. De loco (inquit)
ſuo hypocrita abſorbetur, cū à præſentis
vitæ fauoribus interueniente morte ſepara-
tur. Eodē modo Beda ſuper Iob. Cæterū
Chaldaicus paraphraſtes nō quidē de hy-
pocrita ſed de cyrpo vertit. Quē ſenſum
Lyra. amplectitur. Itaque nō Deus ſed
viator abſorbet cyrpū, euellens eū radici-
tus de loco ſuo, & negabit eū dicens Non
nouī inter tot herbas agreſtes vnde cyrpū
iſtū euulſerim. Ita etiā explicat D. Th. in
Com. Iob, & conſonat literæ ſubſequēti:
Hæc eſt lætitia tua eius ut alij de terra germinē,
tur, id eſt vt alij cyrpi pullulantes ſuccedāt.
Quod fateor etiā hominibꝰ in ſenſu mora-
li aptari poteſt, ad quorū repētīnū interi-
tū ſignificādū ſimilitudo cyrpi adhibetur
Abſorbuiſſe legitur terra fluuiū in Apoc.
Et *adiuuit terra mulierē, & abſorbuit fluuium*
quē miſit Draco de ore ſuo. Quod varie quidē
exponitur. D. Th. in Com. nomine terræ
perfectos quoſq; figurari putat, qui tāquā
illuſtres & fortes Eccleſiæ propugnatores
fluctus tribulationū, dæmonis arte cōtra
iuſtos inſurgētes excipiūt. & apertiſſe fauci-
bꝰ abſorbēt ſecūda expoſitio eſt Rupert.
terræ vocabulo ſpecialiter hoc loco trecē-
tos decē & octo Episcopos de toto terra-
rū orbe opera Cōllātini magni in Cōcilio
Nicæno congregatos ſignificari. qui erro-
res Arrii fidei veritate reſellerūt, & argu-
mēta eius quaſi fluuiū abſorbuerūt. Ter-
tia expoſitio eſt Gloſſæ ordinariæ quæ
nomine terræ Chriſti corpus de terra ſum-
ptum intelligit, quod omnes paſſiones &
tribulationes veternoſi draconis opera cō-
tra Dei iaculatas Eccleſiā, in ſe ipſum ex-
cipiens abſorbuit, de morte crucis immor-
tale reſurgens & impaſſibile, iuxta illud.
Chriſtus reſurgens ex mortuis iam nō moritur.
Quæ expoſitio mihi magis quā ſuperiores
aridet, quā videtur Paul. inſinuare qui de
reſurrectione glorioſa diſſerens ait: *Cū mor-*
tale hoc induerū immortalitātē tūc fiet ſermo
qui ſcriptuſ eſt, Abſorta eſt mors in uictoria,
ubi eſt mors uictoria tua? &c. Deo autē gratias
qui dedit nobis uictoriā per Ieſū Chriſtū Dñm
noſtrū. Sacra igitur terra corporis Chriſti me-
rito mortis ſuæ & virtute reſurrectionis,
abſorbuit fluuiū mortalitatis noſtræ, par-
ta de morte & ſatellitibus eius uictoria.
De qua vide apud Matthæum, Marcū, &
Lucam, vbi reſurrectio Chriſti narratur.
Abſorti dicuntur iudices iuſti petræ in Pf.

Pſal. 140.
Regula.
Hierony.
1. Cor. 15.
Aug.
Caſſio.
Gloſſa.
Lyra.
Chald.
Ianſen.
7
Matth. 23
5
Aug.
Pſal. 34.
Acto. 10.

Abſorti (inquit) ſunt iuſti petræ iudices corū,
audiet uerba mea quoniā potuerūt. Abſortus
dicitur iuxta phraſim Hebraicā cōtritus,
contractus, deuictus, ſecūdū regulā Hier.
ſuper hūc Pf. Abſortio (inquit) p uictoria
ponitur ſicut Apoſtolꝰ ait: *Abſorta eſt mors*
in uictoria &c. Et ſecūdū hāc obſeruatiōnē
exponens præſentē locū ait: *Ipſi hæretici*
licet per Ariſt. & Plato. videātur Eccleſiæ
ſinceritatē cōtēnere, tamen quādo uene-
runt ad ſcripturas ſtatim abſorbēt à petrā,
petra autē erat Chriſt. Hæc ille. Itaq; vincū
tur & ſuperāt à Chriſto. Eodē modo expli-
cāt Aug. Caſſio. & Glo. Cæterū Lyr. iudi-
ces nō plane ſapiētes Græcorū Plato. &
Ariſt. ſed Moyſen potius & Aarō intelli-
gi putat, qui abſorti ſunt, id eſt ſuperati: at
que ad peccādū illeſti ad aquas contradi-
ctionis iuxta petrā. Porro Chaldaicus Pa-
raphr. nomine petræ ſcholā virtutis, ver-
tit in hunc modū, Abſorti, id eſt diſtracti
ſunt mali de ſchola, ſubaudi virtutis, mani-
bꝰ iudicū ſuorū, ſed cōuertētur & audient
uerba mea. Poſtremo Ianſen. quartā ad
hibet expoſitiōnē, ſenſu myſtico ſancto-
rū patrū Hier. Aug. & aliorū plurimi fa-
cto, ſed interim prætermiſſo, Nomine ita
q; petræ intelligi exiſtimat ſaxū ad quod
vas fictile colluſum frāgitur, ita vt ſen-
ſus iudicio meo ſatis ad rē, Oleū, id eſt a-
dulatio peccatorū nō impinguet, id eſt ſe-
ducat caput meū, quia iudices eorū id eſt
magiſtri & anteſignani omniū ubique ſe-
ductorū abſorti ſunt, id eſt, contracti ad
petrā hoc eſt de falſa doctri. cōuicti, & ip-
ſi potiꝰ audiet uerba mea quoniā potuerūt
fallacias eorū retūdere. Quā ſententiā me-
lius quidē dicere potuit quā Dauid, Chriſt
ſilius Dauid, quādo Phariſeos paſſim re-
dar guit atq; cōuicit qui cōtra eū conſpira-
bāt, Vt caperet eū in ſermone, ſicut: quādo ro-
gabāt eū, Licet cēſum dari Caſari an nō? Quo-
rum inſidias ipſe confregit dicens: Reddite
quæ ſunt Caſaris Caſari, & quæ ſunt D: i Deo.
Abſorbere, deuorare & deglutire in ma-
lū ſonāt & in bonū, vt obſeruat Aug. in il-
lud pſal. 34. *Ne dicant in cordibus ſuis, Euge,*
euge anime noſtræ, nec dicant deuorauimus eū:
vel vt ipſe legit, *Abſorbimus eū, hoc (in-*
quit) abſorbes quod in corpus tuū traicis,
vult te mūdus abſorbere, tu abſorbe mun-
dū, & traice eū in corpus tuum, maſta &
manduca, quod Petro dictum eſt. *Oeci-*
de in eis quod ſunt, & fac in eis quod tu es,
illi cōtra ſi pſuaſerint impietātē, abſorbe-
ris ab eis. Hæc Aug. Sic intelligit illud Pf.

Plal. 132. Cū irasceret furor eorū in nos forsitā aqua ab sorbisset nos. Vbi aqua per metaphorā intelligit̄ r̄ populi peccatores, iuxta illud: Aqua multae populi multi. Sic exponit Aug. & Casio. Hieron. vero aquas esse dicit cōmōtiones malarū mētū, quod in idē reddit. Hi sanctos absorbere quærunt, id est in suā ipsorū malitiā traicere, quod olim tyranni facere nitebātur quādo martyres Christi ad idolatriam impellebant quāuis frustra, de quibus Dominus dixit. *Ante reges & praesides ducemini propter me. In eodē sensu Hierusalē de Babylonio rege cōqueritur Absorbuit me quasi draco: subaudi, Nabuchodonosor. In eodē sensu: Dixerūt impij Abscōdanus tēdiculas cōtra insonitē frustra: Deglutiamus eū tāquā infernus uiuentē, idē cōtra Chr̄m facere Pharisei machinabātur quādo collegerūt cōciliū dicētes: Quid facimus quia hic homo multa signa facit? & expedit ut un⁹ homo moriatur p̄ populo &c.*

6 Absorbere dicitur tristitia hominē m̄stū id est corporis vel etiā animae interitu perdere in desperationem illū impellens iuxta illud Apostoli: *Ne forte abundantiori tristitia absorbeat qui eiusmodi est.*

7 Absorbere in bonū legimus vel etiā de glutire: sic Apostol⁹ ait. *Uonec absorbeat quod mortale est à uita, id est, in uitā cōmutetur aeternā. In eūdē sensum Petrus. Per resurrectionē Christi ex mortuis, qui est ad dexterā Dei deglutiens mortē, ut uita aeterna heredes efficiemur, id est, cōmutans mortalia nostra in sui corporis immortalitatē, & superans atq; consumens mortē ita ut nihil eius appareat, vt notat D. Th. in Comm.*

8 Absorbere fluiū dicitur Behemoth, id est, genus humanum in mortem quotidie fluens instar fluij: *Absorbuit fluiū: subaudi Behemoth, Et nō mirabitur: Quod Nicol. Lyran. de Elephāto sicut de typo diaboli censet intelligēdū, sed nō placet, quia neq; per hyperbolē illi quadrare ualet, vt fluium absorbeat: & multo minus quod sequitur, Vt influat Iordanis in os eius, fiducia habebit. Est ergo sensus legitimus B. Greg. in Moralibus, Bedae super Iob. & Gloss. ordinariē, Behemoth Angelū apostatā appellari qui ab origine mūdi gen⁹ humanū in ima defluens vsq; ad redēptoris tēpora quasi quēdā fluiū in se traxit, & fiducia habet vt Iordanis, id est populus baptizatus in Chr̄o in fauces ei⁹ prolatur, quod ex parte fiet quādo p̄dictio Dñi implebitur: Quoniam superabundauit iniquitas, refrigeret charitas multorū. Sed de hoc latius in ver-*

bo Behemoth. Absorbere volucrē dicitur qui capit, & occidit celeriter fugientē. Sic legimus apud Ifai. *Ne lateris Philistea tu quoniam cōminuta est uirga percussoris tui, de radice enim colubri egreditur regulus, & semē eius absorbebit uolucrē. Vbi Hier. per metaphorā regē Achaz colubrū appellari dicit, qui cū mortuus esset letabatur Philistaei quasi cōminuta esset uirga percussoris eorū, cēdebat enim illos uiriliter, sed monet Propheta ne propter obitū eius letetur q̄a de radice Achaz quasi de semine colubri egressur⁹ erat rex Ezechias tanquā regulus, quē Græci uocant Basiliscū, qui Palæstina habitantes etiā si fugerint quasi uolucres solo occidet aspectu. Neq; mirū si Basilisc⁹ rex, S. Ezechias appelletur, cū & Chr̄i filius Dei uocetur serpens, Sicut Moyses exauit serpētē in deserto, &c.* Vbi notandū quod filius Dei quasi æneus ille Moyfis serpens faucios sanabat ad uitā aeternā, rex autem Ezechias suo ē cōtrario visu peccatores occidebat, sed utrūq; in bonū cōmune, quia regis clementia supplices saluat peccatores, iustitia uero superbos & obstinatos occidit, sicut Dauid dicit: *In matutino interficiebam omnes peccatores terrae &c.*

10 Profundū absorbere dicitur periclitates unde propheta dicit: *Neque absorbeat me profunda. Vbi Casio. rogat (inquit) Propheta ne demergatur in sæculi huius tēpestate. Caterum Dauid in persona potius Chr̄i in hoc ps. loquit̄ vt putat Hier. Aug. & Glossa. Lyran. Genebrard⁹ & Casio. ipse consentit. Orat ergo Chr̄us a dhuc in carne mortali patrē, quomodo tamē oret, aut pro quib⁹ oret dissensio est inter autores. Aug. enim uult Chr̄m in priori parte psalmi in propria loqui persona quantū ad mortē & passionē suā, quādo dicit: *Ve ni in altitudine maris & tēpestat demersit me, in posteriori uero parte, ex infirmitate corporis sui mystici, quod nos sum⁹, petere. Nō me demergat tēpestat aqua, neque absorbeat me profundū, ubi profundū existimat esse iniquitatē peccati. Caterū Lyran. putat Chr̄m in propria persona tā in priori quā in posteriore parte psalmi petere, vt quoniam iā demersus erat passionis procella quātū ad corpus, saltē quātū ad animā nō absorberetur lōgo tēpore in sepulchro, sed tertia die potius resurgeret. Quē sentētia est etiā Genebrardi, & non caret probabilitate, quia hoc petijisse Chr̄m docet Apostolus ad Hebr. dicens. Qui**

9 Ifai. 14. Hiero. Ioan. 3. Psal. 100. Psal. 68. Casio. Hiero. Aug. Glossa. Lyra. August. Lyra. Heb. 5.

in diebus carnis suae preces fundebat ad Deum, qui poterat eū saluum facere à mortuis, cū clamore ualido & lachrymis orans exauditus est profua reuerētia. Cui ad stipulatur Euangelistae resurrectionē Dñi die tertia referentes. Mat. 2. 8. Marci. 16. Luc. 24. Ioa. 20.

CAPVT. XX. Abstinerē. Abstinentia.

Abstinerē dicitur hebraice nazaret ut patet nume. 6. A. Abstinerē ab aliqua re dicitur qui vsum eius à se reijcit & amputat, Nume. 6. de sacerdotib⁹ dicitur, *A uino & ab omni quod inebriare potest, abstinebunt, Et Ecclesiast. Abstinebunt se à peccatis, & rursus Abstinete à lite & Apostolus. Vt abstineatis uos à fornicatione: Et iterū: Ab omni specie mali abstinete uos. Et sic alibi passim.*

2 Abstinentia, ut est uirtus specialis cōnumerata à B. Petro inter alias uirtutes, peculiariter moderatur delectationes ciborū, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 146. ar. 2. de qua Ecclesiasticus. *Noli auidus esse in omni epulatione, & propter crapulā multi obierūt, qui autē abstinentes est, adijcet uitā. Est autē quaedā abstinentia superstitiosa & cauēda, de qua Paulus: Discēdet quidā à fide attendentes spiritibus erroris &c. prohibētium nubere, & abstinerē à cibis, quos Deus creauit. Super quē locū D. Th. dicit p̄uifum ab Apostolo errorē Manichæorū qui prohibebant vsum carniū, ouorumq; & potus uini, sicut Catharistae, quod in his dicerēt admittas esse particulas Dei. Sed hic error damnatur ab Aug. lib. ad Quodbuldeū inter hareses Manichæorū. c. 46. Eundē errorē suscitauerūt Priscillianistae, cōtra quos est Ecclesię definitio in Cōcil. Bracha. 1. c. 14. Si quis immūdos putat cibos carniū, quas De⁹ in vsum hominū dedit, & non propter afflictionē sui corporis, sed quia immūditiam putauerit, ita abstineat ab his vt neque olea cocta cū carnib⁹ p̄gustet, sicut Manichæus & Priscillianus docuerūt: anathema sit. De quo etiā extant Canones Apostolorū quinquagesimus, & quinquagesimus secundus, & decretū Cōcilij Ancyran. & Cōcilij Toletani primi. Itē cōtra eādē hareticam abstinentiā scripsit Epiphanius haresi. 4. 2. & 47 & 66.*

3 Caterū abstinerē à carnibus & uino atque similib⁹ propter corpus edomādum, sanctū est & meritoriū. Vnde Apostol⁹ *Omnes qui in agone cōtēdūt, ab omnibus se absti-*

Mum. 6. Ecclesi. 3. & 28. 1. Thef. 4. & 5. 2. Petr. 1. D. Thom. Ecclesi. 37. 1. Tim. 4. D. Thom. Aug. Con. Brac. Can. Apost. Con. Ancy. Con. Tole. Epiph. 1. Corint. 9.

net, & hi quidē ut corruptibile coronā accipiūt, nos autē incorruptā, & de se ipso subdit Apostolus: *Castigo corpus meū: ubi Hierony. explicat, per abstinentiā, sicut alibi ait: In ieiunijs multis. De differētia uero quā est inter hereticorū & catholicorū hominū abstinentiā differit Aug. li. 30. cōtra Fauflū. c. 5. & libro de moribus Manich. c. 13. Item Theodoretus in Epitome diuinorū decretorū. c. de abstinentia, Bernar. super Caticasermo. 66. Sed beatus Epiphanius lib. de Cōpēdiaria doctrina Catholica Ecclesię diuersos assignat abstinentiā gradus quos multi seruabāt sua tēpestate, qui in Ecclesia Dei spiritualib⁹ exercitijs incūbebāt, ex quibus quidā à carnibus tātū quadrupedū abstinebāt, alij ab omnibus animalū carnibus, aliqui etiā ab ouis, nonnulli p̄terea etiā à piscibus & omni lacticio, erāt qui coctū nihil tāgebāt, postremo nō defuerūt, qui à pomis quoq; arborū abstinebāt, crudis dūtaxat herbis uicitates. Ecce septē abstinentiā genera quā suo tēpore in vfu apud fideles fuisse narrat Epiphanius. De quib⁹ omnibus intelligitur illud Matth. *Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes &c.* Chr̄s autem Dñs omnes has abstinentias superauit qui. 40. diebus in deserto ieiunans nihil omnino gustauit. Sed Iouinianus hereticus omnē abstinentiā damnans, vt voluptatibus indulgeat, opponit nobis, vt refert Hieron. in libris cōtra illū scriptis, si uirtus (inquit) est abstinentiē à carnib⁹ & uino abstinerē & ceteris supradictis, quorsum Deus creauit ciborū species? Quis vsum pecorū absque esu carniū? quid caprea, ceruuli, damule, apri, lepores, & huiusmodi uenatio? quid anseres, anates? quid ficedula? quid attagen, qd turd⁹, quid in domib⁹ gallina discurret si nō comedūt hęc omnia? Quorsū Chr̄us in nuptijs aquā cōuertit in uinū si de illo non bibit? Aut quare iniuit cū publicanis cōiuiā? Cur vorax uini qu? potator dictus est? Quare post resurrectionē fauū piscē que comedit? Quare Paulus Timotheo dolētī stomachum uinū bibere sua det? Hęc Hieron. refert ex Iouiniano lib. 2. contra ipsum. c. 5. & respōdet. Nō omnibus abstinentiā ab omnibus supradictis p̄ceptā esse, consiliū uero esse, uidelicet, si vis perfectus esse bonū est tibi uinū non bibere & carnes minime māducare, quia Paulo (inquit) credimus in tonātī: *Omnia mihi licent, sed nō omnia expediūt. Et subdit: Escuaetri & luenter escis, Deus autē & hunc & has destruet.**

Hierony. 1. Cor. 11. Aug. Theod. Ber. Epiph. Matth. 5. Matth. 4. Hierony. Ioan. 3. Matth. 9. Matth. 11. Luc. 24. 1. Tim. 5. 2. Corint. 6.

5 Hieron. Iosephus. Matth. 3. Mar. 1. Luc. 3. Matth. 4. Ioan. 5. Mar. 8. Luc. 6. 6. Ioan. 2. Dan. 10. Ioan. 10.

Prosequitur etiā Hierony. materiā de abstinentiā Christiana in eod. lib. c. 9. vbi multa refert gētiliū & philosophorū exēpla de abstinentiā. Nā Iosephus libris duobus cōtra Appionē & li. 18. Antiquit. apud Iudæos fuisse dixit tres sectas, videlicet Phariseos, Saduceos, & Essenos, potestremos autē & ab vxoribus & a vino & carnib⁹ semper abstinuisse. Eātes, Cizycenus & Asclepiades Cyprius, regnāte apud oriētē P. g. naleone scribūt vt idem Hieron ait, esum carniū minime fuisse etiā popularib⁹ concessum. Eubulus historicus primos Magorum apud Persas, qui sunt doctissimi, excepta farina & olere nihil amplius in cibo sumere scribit. Deinde Bardasenes historic⁹ Baby loni⁹ primos apud Indos Gymnosophistas vel pomisarborū iuxta Gāgē fluiū vel farine cibo nutrirī testatur quos sanctitatis opinione rex indorū adorat. Addit Hieron. Euripides Iouis Sacerdotes in Creta omni cibo cocto abstinerē dicit. Xenocrates philosophus de Triptolemi legibus apud Athenienses tria tantū præcepta in tēplo Eleusinae mansisse refert, Deos honorandos venerādos q; parētes, & a carnib⁹ abstinentiā. Sed alia multa tā apud Hierony. exēpla reperies quā apud Dicæarchū libris de Antiquitatib⁹ & apud Plutarchū induabus orationibus de esu carniū. Ad ducit etiā alia quēdā Pereri⁹ super Danie lē. In vereri quoq; testamēto Nazareorū & Rechabitarū abstinentiā laudatur, in no uo autē Ioānis Baptiste ieiuniū & asperitas vite apud Matth. Marc. & Luc. Chrus quoq; Dñs, quāuis vinū biberit, carnes q; comederit, ipse tamē nō solum ieiunauit quadraginta diebus vt supra dictū est, sed & in deserto cū duodecim Apostolis solos quinq; panes habuit hordeaceos & duos pisces. & iterum septem q; panes & pisciculos paucos, itē aliquando nihil, ita vt discipuli euellere spicas & conficere cogere ad satiandam famem. Verū enim vero abstinentiā ciborū, ne inanis & sine ratione esse videatur, septē causas eas q; satis laudabiles habere potest, quibusdā alijs omisissis. Prima est ad irā Dei mitigandā sicut Niniuitæ trib⁹ diebus ab omni cibo abstinerūt. Secūda ad impetrādū aliquid à Deo, sicut Daniel cū ieiunasset impetrauit mysteriorū admirabilē cognitionē, Panē (inquit) desiderabilem nō comedi, caro & vinū nō intrauerūt in os meū.

etc. Tertia ad satisfaciēdū pro peccatis sicut legimus Esther fecisse reginā & Dauid. Quarta ad tētationes diaboli reuincēdas sicut Tob. Et Dñs ait in Euāgelio: Hoc genus (inquit) demoniorū nō eijctur nisi in oratione & ieiunio. Quinta ad præcauēda peccata sicut faciebat Apollolus. Castigo (inquit) corpus meū & inseruitutē redigo, ne forte dū alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar. Super quē locū Chryf. Si Paulus (inquit) hęc timuit cū talis esset præceptor, & post prædicationē & orbis terrarū susceptū patrociniū formidauit, quid nos dicemus? Et Anselmus super eūdē locū, si iste (inquit) quē Deus vas electionis esse testatur, sic metuit reprob⁹ fieri, quid de nobis miseris erit, qui nullā adhuc Dei vocē de electione nostra audiimus, & iā in ocio quasi de securitate torpemus? Hęc Anselmus Sexta causa est ad vires carnis cōtra spiritū rebellatis subijciēdas. De qua Greg. lib. 30. Moral. c. 13. Nullus (inquit) palma spiritualis certaminis præsumit, qui nō prius per abstinentiā carnis incētiua deuicerit. Hęc Greg. Septima causa est imitatio Chri, qui vt nobis præberet exēplū ieiunauit quadraginta dieb⁹, vnde & abstinentiā quadagesimalē Ecclesia præcepit. De qua latius in dictione, ieiuniū. Est autē causa honestissima præter omnes, Ecclesie obedire præceptis, iuxta illud: Qui uos audit me audit, & rursus. Si Ecclesiam non uaduerit, sit tibi sicut ethiicus & publicanus. Quāta vero discretionē sit abstinentiā moderāda Greg. docet super illud Iob. 30. Cōuersa est in luctū cythara nostra, &c. Abstinentiā (inquit) valde inordinata est, si corpus atterit, plusquā ualet, per abstinentiā quippe carnis vitia extinguēda sunt nō caro. Hęc Greg. Ideo Petrus dicit: In sciētia autē abstinentiā, quia omnis uidelicet abstinentiā scientia discretionis dirigi debet, iuxta illud: Rationabile obsequiū uestrū.

CAPVT. XXI. Absinthium.

Absinthium, hebraice dicitur Laanah אֲבִינְתִיּוֹן. Apery in medio vt patet prou. 5. Amara quasi absinthium. Absinthium vt docet Plinius li. 27. c. 7. herba est odoris grauis & saporis amari, stomacho tamen utilis & cōtra morbos salubris. Absynthiū in scriptura sacra per metaphorā remorsum conscientie post peccatū

Eth. 4. 2. Reg. 1. Tob. 4. Mar. 9. 1. Corin. Chrysol. Ansel. Greg. Matth. Luc. 10. Matth. 7. Greg. 2. Petri. Rom. 11. Plini. 2.

Orig. Prou. 5. Hierem: 2. Luc. 7. Beda. Matth. 23. Iosephus. 3. Hierony. Hierem. 9. Hier. 23. Luc. 23. Matth. 19. Ioan. 4. Matth. 9. Thren. 3. 4. Amos. 5.

significat, qui dulcedinē illicitē voluptatis in amaritudinē perinde cōuertit, atq; si absynthiū post mellis fauū comedas, vt dicit Orig. homil. 12. super Ezech. in quē sensum explicat illud Prou. Ne intēderis fallacie mulieris, fauus enim distillans labia meretricis, nouissima autē amara quasi absynthiū, intellige propter remorsum conscientie. De cui⁹ amaritudine legimus: Scito & uide quā amarū est reliquisse te Dñm Deū tuū. Quod bene experta est mulier in ciuitate peccatrix quē post carnis voluptates ad pedes Dñi fleuit amare. Nouissima quoq; quasi absynthiū ultra denotāt peccati pænā vt exponit Beda in Cōment. quia labores & dolores immēsi subsecutur delicta nostra atq; flagitia tū in hac vita tū etiā in futura. Cuius exēplū Herodes omnibus est, qui post necē innocentiū, de qua in Matth. fit mētio, in cruciatibus immensis miserā uitā finiuit. De quo lege Iosephum. lib. 17. antiquit. c. 9. & de bello Iudaico. li. 1. c. 21. Absynthiū metaphoricē in scriptura denotat eas tribulationes quib⁹ De⁹ peccatores plectit, nō solū ad ostēdēdū iustitiæ rigorē (de quo supra dixim⁹) sed vt ad salutē resipiscāt, & per confessionē pænitię, uirus delictorū suorū euomat sicut & absynthiū cōtusum (vt experiētia docet) succo suo, vomitū prouocat. Sic explicat Hiero. illud Hier: Ecce ego dicit Dñs cibabo populū istū absynthio, id est, mittā eū in captiuitatē vt erumnarū amaritudine cōuertatur. Idē minatur cōtra Pseudo prophetas. Electis ergo absynthiū hoc tēporaliū tribulationū vitalis est medicina, sicut latroni in cruce pēdēti, qui in tormētis cōuersus dixit: Dñe memēto mei etc. Sic Chanaanæ tormēto filie vexata, sic Regul⁹ filij infirmitate cōstrict⁹, sic deniq; Cēturio, cuius seruus iacebat paralyticus qui preciosus illi erat, Princeps quoq; Synagoga, cui⁹ filiā mortuam Dominus suscitauit In eo dē sensu Synagoga clamat: Inebriauit me absynthio. Absynthiū uocatur in scripturis peccatū peculiariter iniustitiæ, quia Deū offendit, proximū lædit, rēpublicā exacerbat, audietes cōtristat, & auctori suo atq; fautoribus amarū finē adducit. Vnde apud Amos legimus: Qui cōuertitis in absynthiū iudiciū, & iustitiā in terra relinquitis, hoc est iudicijs uestris iniustus iniquis q; sentētijs, iniustitia uestra Deū ad irā & amaritudinē, quātū in uobis est, prouocatis, vt expo-

nit Hieron. Sicut etiā legimus in Osea: Pereat Samaria quoniam ad amaritudinem prouocauit Deū suū; quod metaphoricē intelligēdū est, cū nulla in Deo possit esse tristitia, sed in eo sensu dicitur, vt tristitia quā iniustus homo paruulis & innocētib⁹ ingerit, tāquā suā reputet Deus, iuxta illud: Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Ne igitur Pharisei Deū ad amaritudinē prouocarent temerarijs suis iniustis q; iudicijs, Dominus illis aiebat: Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Stella magna ardens tāquā sacula cecidit in tertiam partē fluminū & in fontes aquarū, & nomen stellæ dicitur absynthiū, & facta est tertia pars aquarū in absynthiū. Apoc. 8. Aug. siue eius nomine. Tyconius super hūc locū estimat. Stellā quæ uocatur absynthiū esse doctores errorū, qui scripturas nomine aquarū significatas, in uirulētos & mortiferos sensus detorqueūt. Idē sentiūt D. Tho. & Lyra. Hac ergo doctrina homines hæresibus infecti spiritualiter moriuntur, recte uero Stella dicuntur esse hæresarchæ & falsi Prophetæ qui claritate sanctitatis uerbis & habitu simulāt. Vnde Dñs: Attēdite (inquit) a falsis prophetis, qui ueniūt ad uos in uestimentis ouium, hoc est, aureis & splēdidis uelleribus ornati foris: Intra secus autē sunt lupi rapaces, a fructibus eorum agnosceatis eos. Sūt enim eorū fructus absynthio amariore, morsiferi, paci⁹ & charitatis diuisores. Rupertus Stellā, quæ absynthiū appellatur, irā Dei & sententiā eius, districtā ad peccatiū punitionē exponit, sed prior expositio cōmuniore est, magis q; literæ cohæret, de qua lib. 3. in uerbo cadere nu. 23. latius agimus contra Iuniores.

CAPVT. XXII. Abundare. Abundantia.

Abundantia dicitur hebraice Sabah אֲבַוּדָה. ut patet Gen. 26: Abūdare est affluere rerū omniū copia, hinc diuites in scripturis abūdātes uocari solēt, iuxta illud: Ecce abūdātes in seculo obtinuerunt diuitias. Itē qui diuites sunt bonis operibus abūdātes etiā appellantur, apud Paulū: Abūdātes in opere Dñi. Sic etiā dicitur quis Abūdare in Chro, quādo uel diuitiæ uel cuiusuis rei copia refertur in gloria Chri sicut Apost. ait. Vt gratulatio uestra abūdet in Christo Iesu in me per meū aduentum. Abūdare Deū vt faciat aliquid phrasib⁹

Hieron. Osea. 14. Matth. 23. Ioan. 7. Apoc. 8. August. D. Tho. Lyra. Matth. 7. Rupert. Psal. 77. 1. Cor. 13. Philip. 2.

est hebraica denotans aliquid eū facere su-
pra legē vel ultra limites & modos ratio-
nis humanae atā in psal. *Abundauit*: Subau-
di Deus: ut auerteret irā suā, id est excessit
limites humanae patientiae. Vnde Hieron.
Multiarē inquit misericordiarū conti-
net eū, vbi uā expectat penitentiā, nō pu-
niat delinquentē, quia nō uult mortē pecca-
toris. & sic abū dicit ut auerteret irā suā
ā Magdalena & ā Matth. & ā Saulo & ā
bono latrone Luc. 23. & sic de similibus.
Abū dare nesciūt aliquid ipsa abū dan-
tia, ut pauperū miserātur, alij uero sciūt
quidē, sicut Apostolus scio (inquit) abunda-
re & penitentiā pati. Super quē locum Theo-
phy. Quādo oādō (inquit) nouit Apostolus
Paulus abundare, quoniam in alios impen-
debat subaudi elemosinas, nec gaudebat
in abundantia, sed aqualis erat in saturita-
te & in incogentia. Eodē modo explicant
Ambro. Hieron. Chrysof. & alij patres
super Paulum. Nescit itaq; abundare di-
ues sine auarus, siue in mūdānis prodigis
sit, quia non curat thesaurizare thesauros
in caelo sicut hortatur filius Dei.
Abū dare debet iustitia nostra plusquā
Scribarū & Pharisaōrū spū itū charitatis.
Prīmū quia pharisaōrū iustitia minoris
pōderis erat quā quae sufficeret illos ami-
cos Dei cōstituere, teste enim filio Dei ir-
ritū faciebāt, mādātū Dei ppter traditio-
nes suas apud Matth. Vbi Hieron. suggil-
lat, (inquit) Phariseōs qui cōceptis manda-
tis Dei statuebāt proprias traditiones. Vn-
de Ecclē, ait: Qui in uno peccauerit, multa bō-
na perdat. Et Jacob. Qui totā legē seruauerit,
offendat autē in uno, factus est omnium reus, id est
nō minus prohibebitur ab ingressu regni
caelōrū atq; si omnia mandata uolasset.
Quamuis Chryf. presentē locū Matth. nō
de illis Pharisaeis, qui legis mādātū prae-
terirent intelligat. Vnde sic ait, scribas &
Pharisaos nō iniquos simpliciter appel-
lat, sed eos quī legis praecepta custodiunt,
neq; enim illos qui nō custodirēt, diceret
habere iustitiā &c. sed praecepta legalia si-
cut tēporale prae miū pollicebātur, sic etiā
in regnū Dei subditos suos nō poterāt in-
trodūcere. Hāc ex Chryf. quia uidelicet
Pharisei, licet omnia praecepta legis serua-
rēt secūdū substantiā operis, de erat tamē il-
lis modus charitatis, sine qua nemo salua-
tur. Vnde Iansen. super hūc locū multa iu-
stitie Pharisaica defuisse notat, sine quib⁹

regnū celōrū adire nemo potest, primū h-
des Christi Dei & hominis, sine fide autē
impossibile est placere Deo. Deinde quia
interiores animi affectus nō curabāt cohi-
bere, ut pote irā cōcupiscētiā oculōrū & si-
milia, de quibus paulo post differit, osten-
dens necessariū esse ad salutē horū etiā cu-
rā gerere, postremo literā mordic⁹ adhe-
rebāt, spiriture iusto, & ut, dicebam⁹, mādā-
ta moralia sine charitate seruabāt, & quē
admodū gētihū simulachra auro & gem-
mis exterius splēdētia diuinitatem quan-
dā pteserebāt, interius autē vacua erāt
& inania. Sic & iustitia Phariseōrū, &c.
Abū dare in suo sensu, est suā sententiā se-
qui iuxta illud: Vnus quisque autē in suo sensu
abūdet. Super quē locū Theophy. secutus
Chryf. quādo sermo (inquit) est de dog-
matib⁹, nō oportet nos proprio sensu abū-
dare, sed quē accepimus firmiter tueri, etiā
si angelus de caelo aliud pēdicaret, vbi au-
tē sermo est de cibis & ieiunio, & qui offē-
ditur est neophytus, ab exacto rigore nō
nihil est remittēdū. Eodē modo Hieron.
& An. b. Ceterū D. Th. in Cōment. obji-
cit hic Paulū loqui de obseruātib⁹ dies &
cibos, quod est de se malū, ut habetur ad
Gala. 4. est enim plane iudaizare. Respō-
det autē Paulū ad Rom. vbi cōcedit abū-
dare posse quēquā in suo sensu quantū ad
dies ieiuniorū & cibos prohibitos intelli-
gi quidē secūdū illud tēpus dūtaxat quoli-
cebat Iudeis seruare legalia ut Synagoga
cū honore sepeliretur, modo autē nō lice-
ret sicut significatur in Epist. ad Galatas.
Abūdatia aquae & saturitas panis secun-
dū phrasim hebraicā affluētiā denotat deli-
ciarū & superflua copiam tēporalium ut no-
tat Hieron. super illud Ezech. Hāc fuit ini-
quitas sororis tuae. Sodoma saturitas panis &
abundancia &c. Et certe hęc abundantia di-
uitem perdidit purpuratum qui epu' abā-
tur quotidie splendide.
¶ A mari abūdauit cogitatio eius Ecclē-
siast. 24. vid. in diēctione Abyssus. nn. 4. &
verbo Cogitatio. nu. 12. Abundat gratia
Chri in plures Rom. 5. vide verbo gratia.
¶ Abū dare delictū, Rom. 5. vid. verb. Gra.

CAPVT. XXIII.
Abyssus.
Abyssus vel profundū dicitur hebraic⁹
ace. Sol. ut patet Isai. 44. Quid dico pro-
fundo desolare.

Abyssus profunditas est aquarū aut simi-
liū sine fundo, infern⁹ quoq; in inferiorib⁹
terre partib⁹ hoc est in cētro in scripturis
abyssus dicitur apud Luc. Vbi dāmonū
legiō rogabat Saluatorē, ne pmitteret eos
in abyssum ire. Item in Apoc. locuste ille
mōstruose habebāt super se regē angelū
abyssi. Sic etiā intelligit Grego. illud Iob
qd de Leuiatā, id est, de antiquo aduerfa-
rio dicitur: Estimauit abyssum quasi senescēte.
Abyssum (inquit) senescere astimat qui
terminari quādoq; in supplicijs, subaudi
inferni, supernā animaduersionē putat.
Hāc Greg. Erit nihilominus suppliciu a-
ternū dāmnatorū Matth. 25. quia poena
iuste plectitur aeterna qui cōtra Deum in
finitum sine timore, & sine compunctio-
ne confurgit, & quantum in se est aeterna
Deum offendere obstinatione promptus
est, si aeternum ad nutū tempus haberent.
Abyssum p maris gurgite legimus: Aby-
ssi operuerūt eos, id est Aegyptios. Itē Iob.
Superficies abyssi constringitur. Vbi Lyr. In
partib⁹ ait, aquilonaribus, quae sunt valde
frigida, superficies maris quod abyssus
hic dicitur, prope ripas aliquādo cōgela-
tur. Itē in Psal. Cōgregans sicut in utre aquas
maris, ponens in thesauris abyssos: Hoc est cin-
gens mare suis litoribus sicut in utre con-
stringitur aqua, ne superfluat, ut expo-
nit Lyrān. In thesauris autē hoc est mo-
re thesauri repositam absconditā q; seruat
in profundis terre cauernis, quasi immē-
sam aquarū molē, ut cū opus fuerit inūda-
re iubeat super terrā, ut aliquas regiones
vel gētes, iusto iudicio absorbeat, quod Iā-
senius adnotat, Armat enim Deus inter-
dū creaturā cōtra insensatōs, sic & sub diē
iudicij: Erit in terris pressura gētū pae confu-
sione maris & fluctuū. In eodē sensu intelle-
gitur illud psal: Viderūt te aquae & timuerūt
& turbatae sunt abyssi. Vbi Hieron. mare
(inquit) vidit & fugit quādo populus trā-
siuit per mare rubrū, creatorē suū intelli-
xerūt aquae. Eodē modo Lyrān. & Iansenius.
Quod si ad praesentiā Dei in colum-
na nubis & ignis se se ostēdētis aquarū mo-
les timet, & abyssi turbantur, quae nūquā
peccauerunt, quo terrore concutiētur pec-
catores & turbabuntur quando videbunt
filium hominis venientem in maiestate?
In eodē sensu pro mari sumitur abyssus
in psal vbi legimus: Abyssus sicut uestimētū
amici eius, super mōtes stabūt aquae. Vbi Glo.

interlin. Aug. Omnis (inquit) aqua diffu-
sa per maria & per flumina & per antra
quoq; occulta abyssus dicitur, quae ut ve-
stis terrā circūdat, Hāc tēpore diluuij su-
per omnes mōtes ascēdit. Hactenus Glof.
In quē etiā sensum Hieron. exponit illud
Prou: Sapiētia eius eruperūt abyssi: Hoc (in-
quit) cōtigit in diebus Noe, quādo rupti
sunt omnes fontes abyssi magnae, vel quā-
do quotidiano progressu fontes & flumi-
na de abyssō id est de mare per terrā ve-
nias emanāt. Vnde Sapiētia Dei dicit: Pro-
fundū abyssi penetrāui: Secūdū eandē phra-
sim legimus in Ezechiele, de rege dictum
Assyriorū: Aquae multae nutrierūt illū, aby-
ssus eleuauit eū. Vbi Hieron. in Cōment.
Describit (inquit) potētiā regis Assyrij
sub figura arboris cedri quod nō aquis sed
abyssis hoc est aquis abūdatissimis sicut
maris irrigetur. Hāc Hieron. Vbi per a-
quas maris diuitias & opes intelligit. Ergo
eleuat sine dubio diuitie in insolētiā plerū-
q; superbia possessores suos quos Dñs de-
flet dicens, Vae uobis diuitibus quia hic habetis
cōsolationē uestrā, Quasi dicat, Eleuati estis
sicut fluctus maris qui paulo post in spu-
mas conuertuntur, & faxis adherent. Sic
diues purpuratus eleuabatur Luc. 16.
Abyssus quoq; pro mari accipitur iuxta
illud Quando certā lege ex gyro uallabat aby-
ssas. Vbi Lyrān. Abyssos (inquit) id est cō-
cavitates terrae vbi cōgregatae sunt aquae
ut appareret arida. Hāc ille. Quo sensu di-
ctū existimo ut mysticas interim exposi-
tiones omittā in Ecclē: A mari abūdauit co-
gitatio eius, & consilium eius ab abyssō magna,
hoc est cogitatio Dei practica in ipso mū-
di primordio quādo varias ad ornatū or-
bis creaturas producere disposuit, coepit
initiū ab abyssō magna, hoc est ab illa im-
mensa aquarū mole, quā in locū vnū coe-
git, ut germinaret terra herbas & plātas &
animalia. Itē ut ex humore, quod nātat in
aquis, & quod uolat in aere, produceretur.
Sic etiā in spiritali Ecclēsiē mūdo, co-
gitatio filij Dei coepit ā regenerationis a-
qua baptismi iuxta illud. Nisi quis renatus
fuerit ex aqua & spiritu sancto nō potest intrare
in regnū Dei &c. Itē: Baptizate eos &c. Et
hoc mari varij procedūt in Ecclēsiā Cātho-
lica gradus fideiū, cōiugatorū, viduarū,
virginū, doctōrū marty rū, & Apostolorū,
quasi variā & caelestes creature de aqua.
Abyssus metaphoricē (Hacten⁹ enim de

Psal. 77.
Hierony.

Luc. 7.
Matth. 6.
Act. 9.

Philipp. 4.
Theophy.

Ambro.
Hierony.
Chryf.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 15.
Hierony.

Ecclē.

Iacobi. 2.

Chrysof.

Iansen.

Iansen.

Hebr. 11.

Rom. 14.
Theophy.
Chryf.

Hieron.
Ambro.
D. Th.

Galat. 4.
Rom. 14.

Hieron.
Ezech.

Luc. 16.

7

Luc. 8.

Apoc.

Greg.
Iob. 4.

Matth. 25.

2

Exo. 15.
Iob. 38.

Psal. 32.

Lyrā.

Iansen.
Sap. 5.
Luc. 21.

Psal. 76.
Hierony.

Lyrā.
Iansen.

Luc. 21.
Matth. 24.

3

Psal. 103.

August.

Hieron.
Prou. 3.

Ecclē. 24.

Ezech. 31.

Hieron.

Luc. 6.

Luc. 16.

4

Prou. 8.
Lyrā.

Ecclē. 24.

Ioan. 3.

Matth. 24.

5

Regula.

abyſſo proprie locuti ſumus, quidquid vel in rebus humanis magnū & quaſi im- meſum, vel quod in natura ſpiritali pro- fundū eſt, ſiue in bonū ſiue in malū diniq; iudicia Dei & quod cūque conſilij diuini ſecretū ſignificat. Sicut exēplis illuſtrabitur. Primū ergo quod magnum & multiplex eſt metaphoriſe vocatur abyſſus. Sicut Amos. 7. Ecce uocabat iudicium ad ignē & deuorauit abyſſum multam. Vbi Hierony. in Comment. Dominus vocat Nabuchodonosor, imo venire præcipit contra Iudam & Hieruſalem, vocat autem vt templum igne ſuccendat, & iudicium in igne faciat, & deuoret abyſſum multam, id eſt cunctas ciuitates Iudæ, & deuoret ſimul partem, id eſt partem Domini & hæreditatem quod vocatur templum eius. Hæc ex Hieronymo. Simile iudicium comminatur Dominus ciuitati Hieruſalem dicens: Et non relinquet in te lapidē ſuper lapidē: Ignis ergo deuorauit illā abyſſum magnā.

Amos. 7. Hierony.

Luc. 19. 6

Hierony. Abac. 3.

7

Pſal. 35.

8

Hierony. Abac. 3. Pſal. 41.

Auguſt.

bens profundū, aliam vocat abyſſum, id eſt alium hominē inuitat ad fidem, ſic præcepit rex ſeruis ſuis quos inueneritis: Vocate ad nuptias &c. Porro Lyranus & Ianſen. ni^o prædictas expoſitiones quamuis pulchras vt myſticas tamen prætermittētes, historicū ſenſum huius loci ex præcedentibus & ſubſequentibus deprehendunt. Propheta quippe regi^o tribulationes ſuas in uaditibus ſuper ſe fluctibus confert; ſubdit enim: Omnia excelsa tua & fluctus tui ſuper me tranſierunt: Vnde abyſſus irruentū calamitatū aliā ſubſequentē ingentiū tribulationū cōtra me vocat, vt dū magnis maiora ſuccedūt nulla mihi iam pene ex hauſto requies cōcedatur. Similes tribulationū ſibi inuicē ſuccedētū quaſi abyſſos prædicat Chriſtus apoſtoliſ & fidelib^o ſu per uēturas dicens: Abſque ſynagogis facient uos, & uenit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur ſe obſequiū præſtare Deo, Et alibi: Eritis odio omnib^o hominib^o propter nomē meum.

Matth. 22. Lyr. Ianſen.

Ioan. 16.

Luc. 21.

9

Apo. 20.

1. Petr. 3.

Queſtio. Aug.

Primaſius Haymo. Gloſſa. Rupert. Richard. D. Thom. Lyranus.

Abyſſus etiā metaphoriſe cor impiorū & profunda iniquitas peccantiū appellatur, ſic iuxta literā quamuis metaphoriſe intelligitur locus ille Apo. ubi angelus de celo descendens: Apprehēdit draconem, &c. Et ligauit eum per annos mille, & miſit eū in abyſſū, & clauſit & ſignauit ſuper eū. Quod ſi obijcias, cū legamus apud Petrū: Aduerſarius uſter diabolus tāquā leo rugiens circuit querens quē deuoret: quomodo clauſus dicitur in abyſſo? Ad quod Aug. lib. 20. de Ciuitate. c. 7. reſpondet, nomine abyſſi nō quidē hoc loco tenebriſa inferorum clauſtra, ſed multitudinē poti^o innumera bilē impiorū ſignificari, quorū malignitate contra Dei & celeſtiā multum profunda ſunt corda, nō quia diabolus ibi ante mortē Chriſti nō erat, ſed quia exclusus à fidelibus plus cœpit impios poſſidere. Hæc Aug. Eodē modo explicat Primaſius ſuper Apo. Haymo, Gloſſa ord. Rupertus abbas, Richard^o de S. Viſtore, D. Th. in Cōment. Lyr. & cōmuniore ſentētia. Nilominus iuxta literā de inferno in quo clauſus eſt Satanas in morte Chriſti intelligi poſſe dicem^o uerbo Angelus nu. 31. Eſt ergo ſenſus legitimus, diabolus qui ſta tuis idolorū, vt omne fere genus humanū ad cultū ſuū alliceret, reſpoſa dabat, uirtute mortis & reſurrectionis Chriſti expulſus à ſimulachris obmutuit, clauſus q; mā ſit & elinguis in cordib^o infideliū atq; im-

pio-

Matth. 24.

WAI

I

Hierem. 23.

Hieron.

Pſal. 138.

Amos. 9.

Ioan. 4.

2

Iacob. 4.

Deut. 4.

Pſal. 33.

Pſal. 44.

Lucæ. 24.

3

piorū, tāquā in quadā impietatis abyſſo uel in gehenna uſque ad tēpora tandem Antichriſti, quando ſoluendus eſt rursus ab inferno ut nouis oraculis & ſignis ſeducat reprobos, de quo Matth. Surgent pſeudo Prophetæ & dabunt ſigna & prodigia, &c. ¶ Data eſt ei clauis putei abyſſi Apo. 9. uide in dictione clauis. nume. 8.

CAP. XXIII. Accedere, Vicinum eſſe, appropinquare, prope eſſe, iuxta eſſe.

PROPINQVARE Accedere Hebraice dicitur Nagag, ut patet Num. 8. Iſai. 29. Genef. 33.

Accedere eſt alicui rei propinquum fieri, metaphoriſe uero dicitur Deus uicinus & appropinquans ut denotetur eſſe ubique præſens. Vnde Hieremias. Putas Deus e uicino ego ſum, & non Deus de longe, ubi Septuaginta uertunt, Deus appropinquans ego ſum. Super quem locum Hierony. Iſti (inquit) Deum exiſtimant ubique eſſe præſentem, neque aliquem locū eſſe ubi non ſit Deus, iuxta illud Pſal. Quo ibo à ſpiritu tuo? & quo à facie tua fugia? ſi aſcendero in cœlum tu illic eſ, ſi descendero in infernū, inde manus mea deducet eos, & ſi aſcēderint uſq; in cœlū inde detrahā eos. Hæc Hiero. Hæc fides deſuit Regulo, qui nō credit filium Dei ubique præſentem, & grotanti in alio loco filio ſuo ſanitē potuiſſe conferre. Cui Dominus dixit: Niſi ſigna & prodigia uideritis, non creditis.

Accedere quoque dicitur Deus uel eſſe prope, quando fauet alicui & orationes eius exaudit, ſic Iacobus ait. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Item in Deuteron. Neque enim eſt alia natio tam grādis quæ Deos habeat appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter a deſt nobis, & Pſalm. Iuxta eſt Dominus hiſ qui tribulato ſunt corde & humiles ſpiritu ſaluabit. Præterea. Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in ueritate. In quo etiam ſenſu Lucas Euangelista, dicit de duobus diſcipulis euntibus in Emaus: Et ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis. Fauet quippe Deus de ſe colloquentibus, & conferentibus ad inuicem de rebus ſacris & præſens a deſt.

Prope dicitur eſſe Deus ori hypocrita-

rum, qui non re, ſed lingua duntaxat Deū laudant, unde Hieremias: Prope eſtu ori eorum, & longe à renibus eorum. Vbi Hieronym. in Comment. licet filios (inquit) generent & fructum faciant hæretici, & prope ſis tui ori eorum, longe à renibus eorū, (id eſt) à conſcientia, tamen non parua conſolatio eſt, quod tanquam pecora ſignantur ad uictimam. Hæc Hieronym. In eundem ſenſum de Phariſæis & imitato ribus eorum Dominus dixit: Eo quod appropinquat populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me, cor autem eorum longe eſt à me. Quod testimoniū contra ſcribas qui propter traditiones ſuas mandata diuina uiolabant, citat filius Dei. Hypocrite (ait) bene de uobis prophetauit Iſaias, &c.

Hierem. 12. Hierony.

Iſai. 29.

Matth. 15.

4

Heb. 11.

Theophy.

Baſil.

Matth. 11.

D. Thom.

5

Auguſt. Pſal. 33.

Accedere ad Deum, & appropinquare Deo in ſacris literis in bonum accipitur & in malum. In bonum quidem accedimus fide uiua & ſpe firma, iuxta illud: Accedite ad Deum oportet credere quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator eſt. Super quem locum Theophy. Deū (inquit) eſſe, & retributorem fieri per fidem teneamus: De quo etiam lege Baſilium ſuper Pſal. 33. His ergo greſſibus fidei uiuæ & ſpe firmæ ad ſe venire omnes Dominus inuitat: Venite inquit ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis. Vult etiam ut appropinquemus per imitationem omnium uirtutum, ut notat D. Tho. ſuper illud Iacobi. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis.

Accedimus etiam ad Deū tribus alijs greſſibus in bonum, ut docet Auguſt. ſuper illud: Accedite ad eum & illuminamini, uidelicet ſumptione corporis Chriſti & Euchariſtia, charitate, & pœnitētia. Nos inquit ad eum accedamus ut corpus eius & ſanguinem ſuſcipiamus, & infra: Vnde accedunt gentes? Fidem ſectando, corde inhiando, charitate currendo, pedes tui charitas tua eſt, duos pedes habes, noli eſſe claudus, qui ſunt duo præcepta dilectionis Dei & proximi, iſtis pedibus curre ad Deum. Et paulo poſt: ſed dicet aliquis quomodo ad eum accedo tantis malis & peccatis oneratus? Quomodo? ſi humiliaueris te per pœnitentiam, Hæc Auguſti. His ergo greſſibus inſiſit filius Dei Andream & Simonem ad ſe venire dicens: Venite poſt me & faciam uos fieri piſcatores hominum, & Matthæum, quādo dixit illi: Sequere me & ſurgens ſecutus eſt eum.

Matth. 4.

Matth. 9.

6 Accessum habemus ad Deum patrem per Christum, & fidem eius viam iustificati ex fide: *Pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem accessum habemus per gratiam istam.* Et ad Ephes. Evangelizavi (inquit) pacem vobis qui longe eratis, & his qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum uterque in uno spiritu. Quod male explicavit Origenes (vt refert Hierony. in Commen. huius loci) de angelis & hominibus. Neque enim hic est sermo de angelis, sed de duobus populis Iudaeo videlicet, qui propter legem & prophetias erat prope, & gentilico qui propter idolatriam erat longe, vt exponunt hoc loco Chrysof. Theophy. & D. Thom. & communis sententia patrum. Quod vero vulgata vertit Accessum, Graece legimus *ἡ ποσὶ ὡς* subintroductionem, sed in idem redit. Idem est enim per Christum nos habere accessum ad Deum patrem, & esse ad eum introductos. Vnde recte Christus Dominus dixit: *Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, id est, per fidem meam viam & sacramenta.*

7 Accedere & appropinquare Deo in deterius, est per hypocrisim vel per opera tantum externa sine charitate Deum colere, iuxta illud Isaia: *Rogant iudicia iustitiae & appropinquare Deo volunt, quare ieiunauimus & non aspexisti, humiliuimus animas nostras & nescisti.* Super quem locum Hieronymus in Comment. His (inquit) recte illud aptabitur. *Quaerent me mali & non inuenient, quia Matth. 7. Omnis qui quaerit inuenit. Quicumque ergo non inuenierit, male quaesisse conuincitur, Deus enim inuenitur ab omnibus, qui eum quaerunt in bonitate.* Haec Hieron. Vnde Pharisaei male circundabant Iesum, vt persequerentur, iuxta illud: *Et circundederunt eum Iudaei, quibus ipse dixit: Quae retis me & non inuenietis, bene autem appropinquabant ei publicani & peccatores poenitentiam agentes: Erant appropinquantes ei publicani & peccatores, Qui non solum inuenierunt eum, sed & ille apprehensos imposuit humeris suis vt ouem errantem.*

8 Appropinquare iubet Deus peccatores ad iudicium secum, vt iustificet causam suam coram eis, sic legimus apud Isaia. *Gentes mutant fortitudinem suam, accedant & tunc loquatur simul ad iudicium propinquemus, vbi Hierony. sic inquit, gentes interrogat, &*

ad respondendum prouocat, vt interrogatione doceat quod ignorant. In eodem fere sensu Dominus dicit: *Quis est aduersarius meus? accedat ad me.* Vbi Hierony. dicit (inquit) filius Dei, si quis iuste me putat additum cruci, & aliquid me fecisse peccatum, resistat mihi, & iudicetur mecum. Hanc prophetiam ad literam impleuit filius Dei quando caluniatoribus suis dixit volentibus eum crucifigere. *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

9 Appropinquare dicitur in sacra scriptura dies Domini, hoc est punitionis, & iudicij finalis, & quamuis longe quidem distet, dicitur nihilominus esse prope, & iuxta, & velox nimis, quia omne tempus aeternitati comparatum breuissimum aestimatur, quae regula obseruata est a Hieronymo super illud Sopho. *Iuxta est dies Domini magnus iuxta est & uelox nimis.* Prope (inquit) est propter aeternitatem, quia nihil ei longum est, vel propter poenae magnitudinem, quia pauenti nunquam longe videtur esse supplicium quod inferendum illi est. Hinc de Tito Vespasiani contra Hierusalem post multas annorum centurias superuenturo, praedixit Isaia, expositore Hierony. *Ecce festinus uelociter ueniet.* Sic etiam de iudicio finali Moyses ante multa annorum millia praedixit. *Iuxta est dies perditionis & adesse festinant tempora, iudicabit Dominus populum suum.* In eundem sensum dicit Iacobus. *Ante hos mille quingentos annos, Aduentus Domini appropinquabit.* Et secundum eandem phrasim, Petrus ait. *Omniium autem finis appropinquabit.*

10 Accedere dicitur homo ad cor altum, id est, ad altitudinem considerationis, iuxta illud. *Accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus.* Vbi Hierony. vertit ad veritatem Hebraicam, in corde profundo. Item Glos. ordin. per hominem qui ad cor altum ascendit Christum intelligit qui alto consilio mortem pro genere nostro suscepit, sic etiam exponit August. & interlin. quamuis Hierony. iuxta literam de quocunque iusto dictum putet: *qui diuina munitus sapientia, ad altiore considerationem ascendit.* Quod vero sequitur, & exaltabitur Deus, exponit vt dum verum a falso discernit homo, Deum quodammodo exaltet qui prima veritas est, qui sensus Iansenio videtur historicus, il-

ille vero de Christo mysticus. Et certe hoc altissimum consilium passionis suae & redemptionis humanae filius Dei familiaribus suis aperiebat, quando dixit: *Eccce ascendimus Hierosolimam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, de quo & Luc. 18. Item Ioan. 12. Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum.* Propter hoc autem consilium altissimae sapientiae dicitur filius Dei, magni consilij angelus secundum Septuag. & secundum vulgatum, *Consiliarius.*

CAPVT. XXV.

Accingere, praecingere, succingere.



CCINGERE & cingere dicitur Hebraice Chagun, Exod. 28, Isa. 32. & cingulum dicitur Cagor.

Est autem Accingere ad se aliquid cingere, vt puta gladium, arcum, pharetram aut quid simile, sic dicitur: *Gad accinctus praeliabitur ante eum, id est gladio cinctus, Et ipse accingetur retrorsum.* Septuag. (vt notat Hieronymus in quaest. super Gene.) aliter vertunt, videlicet, *Gad latrunculus latrocinauit eum, & ipse latrocinauitur planctam.* Sed Hebraice scriptum est, *Gadud, vt ad Gad nomen alludatur, quod significans inquit Hierony. εὐζωος* Accinctus, siue expeditus exprimi potest. Totum autem illud est hoc loco significatum, quod tribus Gad & dimidia tribus Manasses, & tribus Ruben ad filios suos reuertentes, quos trans Iordanem in possessione dimiserant, post quatuordecim annos, praelium aduersus eos gentium vicinarum grande reppererint, & deuictis hostibus fortiter dimicauerunt, quod fuit retrorsum accingi, id est, retro reuertentes ad suos, iterum ad praelium accingi. Eodem modo explicant Glossa, Lyranus, & alij. Vnde qui in vita contra tentationes dimicauerunt, ne sint in morte pigri & imprudentes, sed accingantur retrorsum ad praelium extremum, & seruent sicut prudentes virgines oleum cum inflammatis lampadibus, ne patiantur repulsam sponsi dicentis: *Nescio uos.*

Accinctus non gloriatur aequè ut discinctus,

phrasim est lib. Reg. Sic respondit rex Israel ad nuncios, quos ei miserat rex Syriae Benadab despiciens eum, & ciuitatem eius Samariam quasi profus imbellem. Sensus autem est, ne se nimium iacet rex Benadab, propterea quod accinctus ense contra nos irruat, perinde atque si iam parta victoria discinctus in ocio federet. Quasi diceret, Ne decantet triumphum ante certamen. Quod & iusti facere debent, ne ante quam de certamine vitae praesentis exierint discincti gloriari velint, sed semper esuriant, & sitiant iustitiam, iuxta illud: *Beati qui esuriunt, &c.* Ideo etiam Paulus ait: *Quae retro sanctorum obliuiscens, & ad anteriora extendens me ipsum, ad destinatum persequor brauium.*

Accincti baltheo dicuntur omnes qui ea sunt aetate, vt possint ense accingere. Sic de Moabitibus legimus: *Moabites audientes quod descendissent tres reges, ut pugnarent aduersus eos, conuenerunt omnes, qui accincti erant baltheo desuper, & steterunt in terminis.* Sic etiam omnes qui rationis iam vtuntur lumine accincti baltheo iustitiae contra irruentes tentationes esse debent, iuxta illud: *Sint lumbi uestri praecincti.* In quo sensu accincti robore dicuntur in scriptura fortes animo. *Et infirmi accincti sunt robore, id est, praestantes virtutibus euaserunt, ita vt neque mortem pro virtute capeffenda timeant, iuxta illud. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & rursus. Nolite timere pusillus grex.* Simili robore fortius quam gladio accincta Susana restitit senibus. Item de ecclesia, & quacumque anima iusta dicitur: *Accinxit fortitudine lumbos suos.* Super quem locum Beda, *Accinxit inquit, ecclesia lumbos suos, cum supernorum desiderijs intenta, carnalibus illecebris succumbere despexit, Haec ille.* In quo etiam sensu intelligere possumus illud Dauid. *Deus qui accinxit me fortitudine, videlicet non contra hostes visibiles solum, sed magis contra inuisibiles.*

Accingere se dicitur Deus metaphoricè, sic Psal. de Messia legimus Patrem aeternum dicentem: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime: vbi potentissime Hebraice est quasi in casu vocandi Gibbor fortis, estque saepe nomen Dei: ergo hoc loco Hieronymus per gladium inquit, verbum Dei, per femur intelligitur incarnatio, accingere ergo gladio ad pugnan-*

Lucæ. 2. dum potentissime, id est, tu Christe in-
due carnem, pugna contra diabolum, li-
bera genus humanum. Hæc ex Hierony.
Quando ergo gladio Dominus humani-
tatis nostræ se ipsum accinxit, merito vo-
catum est nomen eius Iesus, id est Salua-
tor, quia iam apprehenderat arma, & scu-
tum, vt exurgeret in adiutorium nostrum.
5 Præcinxit se Dominus. Indutus est Do-
minus fortitudinē, & præcinxit se. Vbi Au-
gust. inter verba composita a simplici ver-
bo (cingo) obseruat discrimen. Cuius sen-
tentiam in compendium redigit Glossa
super eundem Psalmum: poterit autē esse
regula ad intelligendas scripturas: Cingi-
mur (inquit) operaturi, accingimur pug-
nari, succingimur ituri, præcingimur
ministraturi. Hoc latius a nobis exemplis
exponendum est. Accingimur ergo pug-
nari, sicut ad Iob Dominus dixit: *Ac-
cinge ut uir lumbos tuos*, id est, arma te con-
tra elationis luxum, ne de patientia, vel
de castitate superbias, vt exponit ibidem
Gregorius. Sic etiā intelligitur illud Isai.
quod Dominus de Cyro rege Persarum
multo ante prædixit: *Accinxi te, & non co-
gnouisti me*. Et quamuis in textu vulgatæ
legamus, *Af similiaui te*, sed Hierony. le-
git in Comment. *Accinxi te*, id est, fortem
feci & multarum gentium victorem. Sic
quoque Isaias. *Accingite uos, & uincimini*,
id est, o Rasim rex, & Syri, vt exponit
Hierony. quamuis accingatis uos contra
Hierusalem ad prælium, non reportabi-
tis modo de Iudæis victoriam, sed igno-
miniosam fugam, sine Deo enim neque
fortissimi quique aliquid possunt, iuxta
illud. *Sine me nihil potestis facere*. Porro con-
tra carnis insultus, & inuisibiles hostes ci-
licijs quasi gladio, & pœnitentijs arma-
mur. Vnde in scriptura frequenter legi-
mus. *Accingite uos cilicijs, Accingere cilicio*.
Et accinxerunt saccis lumbos suos. Sic in die
cinerum accingit nos Ecclesia contra in-
uisibiles hostes armis ieiunij dicens: *Cum
ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ, &c.*
6 Præcingere se, vt notat August. loco ci-
tato, est ante se aliquid cingere, vt manci-
pia solent, ne vestes maculent, mantile fi-
bi supercingere. Vnde Verg. *Tonsisque
ferunt mantilia villis*. Sic filius Dei qui
formam acceperat serui, veneratq; mini-
strare, & non ministrari, *Cum accepisset lin-
teum præcinxit se, & cepit lauare pedes disci-*

pulorum, & abstergere linteo, quo erat præ-
cinctus. Præterea de seruis, quos in-
uenerit Dominus vigilantes, dicitur:
*Amendico uobis, quia præcinget se, & faciet
illos discumbere, & transiens ministrabit illis*.
Sic Luc. 17. *Horus ministro dixit: Præ-
cinge te, & ministra mihi*. Et forte in eūdem
sensum Ioan. uident similem filio hominis præ-
cinctum ad mammillas Zona aurea, vt quem-
admodum in Euangelio promisserat, in
conuiuio cœlesti ministret electis. Mini-
strat autem secundum formam serui, qua-
tenus merita passionis suæ & uestigia vul-
nerum quibus gloriam nobis promeruit
æterno patri iugiter ob oculos ponit. Vn-
de August. illud Psal. *Indutus est Dominus
fortitudinē & præcinxit se*, de Christo secun-
dum formam serui, quam vt nobis, & pro
nobis ministraret accepit, luculenter ex-
ponit. Præcinxit enim se filius Dei natu-
ra nostra quasi linteo, vt fordes pœnitenti-
arum nostrarum in se ipso suscipere, & a no-
stris nos culpis ablueret. Hinc apud Isaiā
ingenue fatetur uestimenta sua inquinasse.
7 Præcincti Zonis aureis Angeli appa-
ruerunt, uidelicet ad ministrandum nobis.
*Omnes quippe sunt administratorij spiritus in
ministerium missi propter eos, qui hereditatem
captiunt salutis*. Sic Dominus dicit: *Angeli
eorum uident faciem patris*, id est, angeli salu-
tis eorum ministerio deputati. In eodem
legimus. *Sint lumbi uestri præcincti, & lucer-
næ ardentes in manibus uestris*, id est, secun-
dum historicum sensum, Estote præcin-
cti more seruorum expectantium Do-
minu suum. donec reuertatur à nuptijs, vt
ei ministrent, ita & qui regni fastigio su-
pereminet, ministrum se putet boni pu-
blici, neque tyrannicè dominetur. Pon-
tifex etiam ministrum se populi in rebus
diuinis exhibeat non Dominum, sed for-
ma factus gregis ex animo, vt Petrus ait. Nā
quod Greg. in homil. super Lucam, præ-
cingere lumbos, ad continentiam refert
castitatis, speciosa quidem sed mystica ex-
positio est, quid enim sit præcingere lum-
bos secundum historicum sensum, docet
Iob dicens: *Qui baltheum regum dissoluit,
& præcingit fune renes eorum*. Vbi præcin-
gere renes seruorum est ministrantium.
8 Succingere se est ad iter se disponere:
sic legimus apud Ioannem. *Petrus tunica
succinxit se, erat enim nudus*, vt uidelicet ue-
niret ad Christum. Eadem phrasid est

Luc. 12.
Ioan. Apoc. 1.
Luc. 12.
Aug. Psal. 92.
Ipsal. 62.
Apoc. 15.
Heb. 1.
Matth. 10.
Luc. 12.
I. Petr. 1.
Grego.
Iob. 12.
Ioan. 13.

Eccles. 36.
Ephes. 6.
I. Petr. 1.
9
Psal. 64.
Iudic. 14.
Tob. 6.
2
Psal. 17.
Ianse. Lyra. August.
Psal. 117.
Lyra.
Hierony. Aug. Casiod. Matth. 28. Luc. 24.
3
Psal. 88.
Lyra.

Ecclesiastici. Quasi succinctus latro exiliis de-
ciuitate, in ciuitatem. Sic etiam intelligitur
illud ad Ephes. *State succincti lumbos in ueri-
tate*, id est, state præparati ad iter supernæ
patriæ, & quod Petrus ait, *Succincti lumbos
mentis uestræ*, id est, præparati puritate mē-
tis ad iter cæleste.
Postremo accingi dicuntur exultatio-
ne colles metaphoricè, & exaltatione col-
les accingentur, id est, suauolentibus flo-
ribus ridebunt quibus quasi exultare ui-
detur.
CAP. XXVI.
Accipere, assumere, suscipere, capere.
CCIPERE Hebraice
dicitur Chatach. Prouer.
25. Isai. 30. Psal. 52.
Accipere est ad se ali-
quid capere, sicut assume-
re aliquid ad se sumere, varijs autē modis
vsurpatur in scripturis. Accipere quippe
aliquam est ducere eam uxorem. Sic San-
son dixit patri suo, *Hanc mihi accipe, quia
placuit in oculis meis*, & Tobias, *Accipies uir-
ginem cum timore Domini*.
Accipere dicitur Deus aliquem, vel as-
sumere, quando eum eripit de periculo,
sic legimus: *Misit de summo, & accepit me, &
assumpsit me de aquis multis*, quod explicant
Isenius & Lyranus de Dauide, quem de
periculis multis superna Dominus virtu-
te liberauit. Nam expositio August. qui
de Ecclesia dictū intelligit, quam Domi-
nus de aquis multis, id est de populis mul-
tis vel de aqua baptismi, sibi sponsam ac-
cepit, mystica est. Suscipere quoque dicitur
Deus quem à malis eripit, iuxta illud:
*Impulsus euerfus sum, ut caderem, & Dominus
suscepit me*, quod de Dauide a filio suo Ab-
salon, & fautoribus eius impugnato Ly-
ranus exponit, quem Dominus liberauit,
& in regnum restituit. De quolibet autem
iusto ab irruentibus malis erepto expli-
cant Hierony. August. Casiod. & Glos-
sa, posset autem de Salvatore per antono-
masiam intelligi, quem pater liberauit à
morte die tertio suscitatum.
Domini est assumptio nostra & sancti Israël
regis nostri, legimus in Psalmo, id est, libe-
ratio nostra vt exponit Lyranus, vel po-
tius populi Iudaici, quem Dominus as-

sumptum ab æg. ptiaca seruitute libera-
uit, sed Glossa inter aliter explicat, Do-
mini (inquit) est assumptio nostræ carnis.
Ita etiam exponit Hierony. in Cōment.
quia *Verbum caro factum est*. Item ad He-
bræos Paulus ait. *Non Angelos apprehendit
sed semen Abraham apprehendit*, quæ expositio
probabilis est. Assumere autem infirmū
est curam illius gerere Rom. 14. *Infirmum
in fide assume*.
Assumi dicitur quis ad dignitatem, iux-
ta illud: *Omnis Pontifex ex hominibus assum-
ptus, pro hominibus constituitur*. Item ibidem:
*Nemo assumit sibi honorem, sed qui uocatur à
Deo tanquam Aaron*. In quo etiam sensu fi-
lius Dei assumptus dicitur in cœlum Mar-
ci ultimo, & 1. Timo. 3. id est, ad summā
cæli dignitatem, vt sedeat à dextris Dei.
Assumit ergo Deus aliquem quando il-
lum ad munus gubernationis, & princi-
patus eligit. Sic intelligitur illud Zacha-
riæ ubi Dominus ait: *Assumpsi mihi duas ur-
gas, unam uocauit decorem, alteram uocauit funi-
culum, & paui gregem*, id est, assumpsi mi-
hi duo regna, alterum gentium sub Noë,
quando feci pactum cum omnibus gen-
tibus, ne iterum uniuersali diluuiō dele-
rem genus humanum, sicut explicat Hie-
rony. in Comment. alterum uero Israeli-
tici populi, cui circuncisionis contulit sa-
cramentum, uocauitque Dominus deco-
rem uirgam regni Gentium, quia Gen-
tes decore mundi capiuntur, ibi sistentes,
creatore uero mundi ignorantes. Porro
uirgam Israelitici regni funiculum appel-
lauit, quia diuisit eis terrā in funiculo distribu-
tionis. Iudæorum autem regnū hoc, quod
peculiari prouidentia elegerat sibi Deus,
propter insignem nihilominus erga Chri-
stum ingratitude deserere non dubi-
tauit, atque succidere uirgam istam, si-
cut succiderat priorem, quod Dominus
prædixit: *Eccc relinquetur domus uestra de-
serta*.
In eodem sensu legimus. *Assumam te Zo-
robabel fili Salathiel serue meus*, id est, princi-
pem eligam te populi mei. Vnde subdit:
Et ponam te quasi signaculū, quia elegi te. Vbi
Hierony. totum hoc sub typo Zorobabel
de Christo Domino dictum existimat,
vel vt notat Franciscus Ribera super hunc
locum, quod promittitur h'c Zorobabel
completum est in Christo de eius semine
secundum carnem procreato, sicut bene-

Interi.
Hieron.
Ioan. 1.
Iob. 1.
Rom. 14.
4
Hebr. 5.
Marci. 16.
1. Tim. 3.
Zachar. 11.
Hieron.
Psal. 77.
Matth. 23.
5
Agg. 2.
Hierony.

Gen. 22. dictio gentium quæ promissa est Abraham in Christo completur, pollicitatio quoque facta Dauidi: propterea Matthæus (quod notat Hieronymus.) ut ostenderet promissionem de Christo expressam his duobus patribus factam, coepit Euangelium dicens: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, quasi diceret: Hos in principio constituo, quibus promissio facta & completa est Saluatoris.

6 Accipere nonnunquam dicitur Deus aliquem, id est, præsentem vita tollere, ita Dominus ait. *Cum præparauero uobis locum, iterum ueniam ad uos, & accipiam uos ad me ipsum.* Sic etiam intelligitur illud Psalmi ubi Propheta dicit: *Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me.* id est, cum de præsentem vita collegerit me, sicut explicant Lyranus & Iansenius iuxta literam. Nam explicatio Glossæ Interlin. *Cum acceperit me*, id est, cum ex me carnem assumpserit, mystica est. In eodem quoque sensu assumi dicitur quis, id est, morte tolli, sed ad meliorem vitam specialiter, sicut in Matth. *Tunc duo erunt in agro uno, & unus assumetur & alius relinquetur, assumetur, inquam, ad meliorem vitam, ut explicant Chryso. & Theoph.*

7 Suscipere quoque dicitur Deus, quos protegit, iuxta illud. *Ego dormiui & soporatus sum, & surrexi, quia Dominus suscepit me,* id est, protexit me à persecutione Absalon, sicut intelligunt iuxta literam Hieronymus, Lyra, Iansenius, Augustinus & alij ubi est Hebraice uerbum *Ismecheni*, id est, sustinuit, sustentabit, & quasi manu tenebit in pugna. Nam quod Augustinus, Casiodorus, & Glossa ad Christum referunt à mortuis resurgentem, pulchrum plane, iuxta ty pum & mysticum est. Item Psalmi dicit Propheta *Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me,* quæ in persona Dauid exponunt ad literam Lyra, & Iansenius. In sensu uero mystico, Christi uerba esse resurgentis ad patrem, dicunt Augustinus, & Glossa. Præerea quod legimus Psalmi: *Suscipisti me de utero matris mee,* à quibusdam explicatur, quasi dicat tradidisti me angelo custodiendum à natiuitate mea, ut recte adnotauit Origenes super illud Matth. *Angelorum uident faciem patris mei, qui in cælis est.*

8 Accipere personam est in fauorem personæ contra iustitiam declinare. Prover.

18. Accipere personam impij in iudicio peccatum est. Deuter. 1. *Ne accipietis cuiusquam personam, ite in Ecclesiastico: Non accipias faciem contra faciem tuam, id est, contra animam tuam, vel conscientiam, quæ facies est ad intuendam ueritatem, ut exponit Lyranus. In eodem sensu dicit Petrus. *Nō est personarum acceptor Deus.* & Ecclesiastic. *Non accipiet Deus personam in pauperem.* Eadem phrasia est Rom. 2. B. & Ephes. 6. B. Collos. 3. D. ¶ Accipere quoque faciem Dei in abscondito dicuntur amici Iob cap. 13: id est, simulate contra iustitiam fauere Deo, ut exponit Gregorius. De his ergo qui personæ fauent contra iustitiam dicitur in Euangelio: *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis, & rursus: Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Cæterum Deus summè bonus suscipere dicitur faciem alicuius in bonum, quod est admittere preces eius vel pœnitentiã, vel etiam munera, ut notat Gregorius super illud: *Iob autem seruus meus orabit pro uobis & faciem eius suscipiam.* Sed multo magis pater æternus suscipit faciem Christi sui pro nobis, de quo dicit: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, & rursus: Ecce seruus meus suscipiam eum.**

Accipere dicitur Christus dona in hominibus in Psalmo. *Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.* Quod aliter legit Paulus ad Ephes. *Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* sed utrumque conuenit Hieronymus super eundem locum Psalmi. Bene (inquit) dixit, *Accepisti & dedisti, à patre quippe accepit, dat autem ut Deus, & quod accepit, hominibus accepit, ut det, ipse enim plenus est, nihil indiget, dedit ergo dona spiritualium gratiarum hominibus.* Item Augustinus. *Accipit (inquit) dona in hominibus, dum homines accipiunt, qui membra sunt eius.* Hæc Augustinus. In quem sensum etiam à nobis accipit filius Dei dona, quamuis non egeat, quæ pro eius amore donamus egenis, sicut ipse testatur: *Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis.* Sed ut intelligas Paulum non recessisse à sensu literæ Hebrææ, Rabbi Salomon apud Augustinum exponit, *Accepisti dona à diuinis sedibus, o Deus, eaque hominibus dedisti.*

Accipere dicitur Deus Leuiathan seruum sem-

Prover. 18.
Deut. 1.
Ecclesiast.
Lyranus.
Actor. 10.
Ecclesiast.
Iob. 13.
Gregor.
Luc. 6.
Matth. 7.
Ioan. 7.
Gregor.
Iob. 42.
Matth. 17.
Isai. 42.
Psal. 67.
Ephes. 4.
Hieron.
Matth. 19.
Ioan. 5.
August.
Matth. 23.
Iob. 40.

uum sempiternum. Nihil quid faciet tecum pactum, & accipies eum seruam sempiternum. Super quem locum Chaldaeus vertit, emes eum in seruitium perpetuum, Septuag. *δουλον αιωνιον*, hebraice Olam, ubi Hieronymus. Compellitur (inquit) daemon quamuis rebellis, & nimium timidus ut Dominum creatorem suum saltem ut seruus malus esse fateatur, dicitur autem seruus sempiternus, eo quod adoptionem filiorum Dei, siue primatum illum angelicæ potestatis nunquam sit accepturus, sed semper seruus sit futurus. Hæc ex Hieronymo. Item Gregorius super eundem locum addit, *Leuiathan, id est, humani generis aduersarium seruum Dei dici sempiternum, quia intentandis electis ad eorum utilitatem semper Deo seruit, peruersa licet uoluntate.* In eo ergo quod Christum in deserto tentauit serui munere functus est in nostram cautionem & utilitatem.

Accipere quoque tempus dicitur Deus. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Nicolaus Lyranus dicit Rabbi Salomonem hoc dictum exponere in persona populi Hebræi dicentis: *Cum accepero tempus festiuum, ego iustitias Dei iudicabo, id est, decantabo.* Sed adulterina expositio est, nunquam enim iudicare in scriptura sancta ponitur pro laudare. Est ergo sensus legitimus secundum Hieronymum & Augustinum. in persona Dei comminantis debere intelligi, qui genus humanum tanta distributione iudicaturus sit, ut non solum uitia damnet, sed etiam opera iustitiæ examine subtiliori discutiat, cum acceperit tempus ad iudicium definitum. De quo iudicio legimus: *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes, &c.* Et pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Est autem notandum in hebræo uocem *W* significare opportunitate, hic autem esse uocem *W* ed quæ denotat determinatum tempus iudicij, unde melius vertit uulgata, cum accepero quam Chaldaeus, cum elegero tempus, quia tempus illud iam electum est.

Accipere loco pignoris superiorē & inferiorē molam prohibetur Deute. 34. Erat autem mos frequens apud Iudæos, ut notat Lyranus, & Arias Montanus in apparatu Biblico, molere inter duas molas frumenta domi, quod munus seruis manda-

Hierony.
Greg.
Matth. 4.
I I
Psal. 74.
Lyra.
R. Salomon.
Hierony.
August.
Matth. 19.
Ioan. 5.
I 2
Deut. 34.
Lyra.
Arias Mont.

bant & ancillis, ad quem morem alludens Deus apud Matthæum: *Erunt (inquit) duæ molæ in mola, & una assumetur, & alia relinquetur, iubet ergo Dominus, ne creditor loco pignoris auferat debitori queuis instrumenta domesticis uibus necessaria, siue sit mola superior, siue inferior, siue quoduis aliud huius generis, ut notat Rabbi Salomon super Deuter. Iuxta quod etiam Dominus dicit: *Estote misericordes, & rursus: Beati misericordes.* Porro B. Gregorius quem sequitur Glossa ordin. super Deuter. molam inferiorē molam timentem Dei, molam uero superiorē spem intelligit, qui sensus mysticus est. Quadrat autem in illud Matthæi quod martyribus dicitur: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, sed timete eum, qui postquam occiderit corpus, potest animam mittere in gehennam, & rursus. Nolite timere pusillum grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnum.* In priori itaque loco relinquitur seruis Dei mola inferior, qua timeant eum, qui potest mittere in gehennam, posteriori uero loco permittitur eis mola superior, id est, pes regni cælorum. Inter has molas fit cor contritum quod non despicit Deus Psalmi 50.*

Accipere facile & prompte, affectum cupiditatis exprimit in scriptura præter rationis modum iuxta illud: *Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & rursus. *Do nec accipiat osculatur manus dantis.** Talis erat ille seruus, qui accepit à Domino supplex remissionem decem millium talentorum, ipse uero usque adeo contraxit manum erga conseruum, ut noluerit illi remittere centum denarios, quod uitium hodie pro dolor frequens est.

Capere vulpeculas paruulas phrasia est Cantorum. *Capite nobis uulpeculas paruulas, quæ demoluntur uincas.* Orig. homil. 2. super Cantica existimat sub uulpium metaphora cogitationes denotari quæ specie uirtutis decipiunt, cum sint uitiose. Tropologicus tamen sensus est, quamuis uilis: iuxta literam uero homines denotantur astuti, qui fraudibus populum ad idolatriam pelliciebant, ut exponit Lyranus. Item hæretici uersipelles, qui sub specie sanæ doctrinæ uulgus ad errores trahunt, ut exponit Gregorius, quos non absimili Christus metaphora notat dicens: *Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimenti seruum, &c.*

Matth. 24.
R. Salom.
Lucæ. 6.
Matth. 5.
Gregor. Glossa.
Matth. 10.
Luc. 12.
I 3
Ecclesiast. 4.
Ecclesiast. 19
Matth. 18.
I 4
Cant. 2.
Orig.
Lyra.
Greg. Matth. 7.

15
Pfal. 38.

Accipiat in vanitate ciuitates suas, legimus Psal. 38. corrupte tamen quia de futuro legendum est, Accipient, sicut Græce legimus *ακκοιται*. Accipient ciuitates suas, vel tuas sicut Græce habes *ακοιται* *αυ* quæ verba sunt Prophetæ de seductoribus, vel hæreticis dicentis: Accipiet Domine in vanitate ciuitates tuas, est autē Hebraice vox harecha, æquiuoca & a radice harar, significat hostes sed etiam vrbes denotat, quas ait hostes accipient, & eas erroribus traduent, siue vt explicat Lyranus, & Iansenius, impij in cogitationibus suis machinantur, quomodo capiāt ciuitates tuas o Deus, qui sensus est legitimus. Et certe tales erunt illi seductores, de quibus prædixit filius Dei: *Surgens p̄ uenit de Corinthe & pseudo prophete, & dabunt signa & prodigia ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.*

Lyra. Iansen.

Matth. 24.

16
Matth. 20.

Acceperunt operarij vineæ singulos denarios Matth. 20. Est autem denarius numus argenteus, qui decem æreos continet, quorum singuli quatuor dipondia valent. De quo vide infra in dictione denarius.

17
Matth. 25.
August.

Accipere virgines oleum cum lampadibus in parabola est cum lamina fidei retinere charitatem, sicut explicat August. lib. 1. de verbis Domini, serm. 23. Oleum (inquit) aliquid magnū significat, & valde magnum, putas ne: charitas est. Eadē expositio fuit Chrysolto. quem sequitur Euthymius super Matth. sunt autem facti sicut fatuæ virgines qui lampadem fidei vsque ad mortem sine oleo charitatis portant. His enim Dominus dicit: *Nescitis uos.*

Chrysol. Euthy.

18

Isai. 40.
Hierony.

Suscepisse dicitur Hierusalem duplicia de manu Domini pro omnibus iniquitatibus suis, id est, duplicata supplicia apud Isaiam: *Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.* Vbi Hieronym. secundū historiam (ait) recepit Hierusalem à Domino duplicia peccata sua semel à Babylonijs, secundo à Romanis deuastata. Hec ille. Nec immerito duplicem pœnam infligere solet Deus, quia qui priori flagello pulsatus non resipiscit, posterius sentiet quo vel penitus atteratur, & pereat, vel pœnitentiam agat. Vnde Dominus ciuitati Hierusalem, quæ post Babylonicum excidium non egerat pœnitentiā, aut in ea non perseuerauerat

dixit: *Circumdabunt te inimici tui uasto, & ad terram prosternent te, & non relinquent in te lapidem super lapidem.*

Luc. 19.

19

Assumere terminos in scriptura dicuntur qui signum limitis alieni fundi, vel agri mutant, vt aliquid sibi contra ius vsurpēt, quod prohibetur in lege. *Non assumes, & transferes terminos proximi tui quos fixerunt priores.* Hinc sumpta metaphora dicit Oseas: *Facti sunt principes iuda tanquam assumentes terminum.* Super quem locū Hierony. ductis inquit) Ephraim & Israel in captiuitatem, & redacta terra eorum in solitudine, Principes Iuda, qui flere debuerant, ceperunt gaudere, quod pateret sibi terra eorum ad possidendum latius, & facti sunt quasi assumentes terminos, possessionem dilatare cupientes. Hæc Hierony. Sic etiam & Iudæi in parabola, cum occidissent hæredem non solum assumpserunt terminos, sed totam eius hæreditatem vsurpare uoluerunt dicentes: *Venite occidamus eum & nostrum erit hæreditas,* id est, omnia lucra sacrificiorum nostrorum camalium, taurorum, hircorum, & similia capiemus, & traditionibus nostris mandata Dei irritabimus, ipse enim Christus omnia hæc euangelica lege sua prohibere videtur.

Deuter. 19.

Oseas, Hierony.

Matth. 20.

20

Assumere pennas vt aquilæ dicuntur illi, qui renouati sunt in resurrectione gloriosa, vt notat Hierony. super illud Isai. *Qui conuersi in Domino mactabunt fortitudinem, assumunt pennas sicut aquilæ.* Ad quod allusit videtur mundi Saluator, quando de die finalis iudicij loquens dixit: *Vbi conuerterit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ,* id est, vbi cumque corpus meū gloriosum apparuerit, illuc etiam electi, qui pennas mortalitatis resurgentes in vitam mutauerunt gloriosam, congregabuntur, vt mihi semper assistant, sic exponit Hieronymus.

Isai. 40.
Hierony.

Matth. 21.

Assumere dicitur quosdam in Euangelio filius Dei, quos seorsum ab alijs & familiaris docebat, & quibus sua peculiariter reuelabat arcana, sic: *Assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos, quos specialius altissima suæ diuinitatis, & humanitatis secreta docebat, vt magistri essent totius orbis, sic & Matth. 20. Assumpsit Iesus discipulos suos secreto, & ait illis, ecce ascendimus Hierosolymam, vbi scripturarum in*

Hierony.

Matth. 21.

Matth. 21.

sua

Matth. 13.
Luc. 8.

sua passione complenda esse docuit uaticinia. Solent quippe magistri prouetioribus seorsum subtiliora referare, quæ vulgo non produnt, sicut etiam Dominus Apostolis dixit: *Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum, illis autem non est datum.*

¶ Accipere centuplum Matth. 19. vide in dictione centuplum.

CAPVT. XXVII.

Accubare.



ACCUBARE dicitur Hebraice in sacra scriptura Rabas. Genes. 49. *Accubans inter terminos.*

Accubare est iuxta cubare, vel adiacere, vel quiescere. Sic de Christo in sepulchro iacente prædixit Iacob. *Accubasti ut leo & sicut leo ena,* Hebraice vero, caara vt leo rabaz accubuit in tertia persona, sed in idē recidit, sic de Christo exponunt Orig. homil. 17. in Genes. Aug. lib. 1. de Trin. ca. 9. Beda super Genes. cap. 49.

Gene. 49.
Origen.

2

Accubare facit Deus oues suas, id est, in celestibus quiescere, sic exponit Hiero. & Lyra. illud Ezech. *Ego accubare eas faciam* subaudi oues meas, id est, faciam in cælo quiescere, sicut promisit Apostolis filius Dei dicens: *Cum abiero, & præparauero uobis locum, iterum ueniam ad uos, & accipiam uos ad me ipsum.*

Hierony.
Lyra.
Ezech. 34.

Ioan. 14.

3

Accubare in medio ciuitatis greges & bestias, desolationē significat. Sic intelligitur illud Sophoniæ. *Accubabunt in medio eius greges, & omnes bestie gētium,* quod Hiero. de Niniue vastata à Chaldæis exponit, vt à bestijs habitetur. Talis est anima peccatrix in cuius corde accubant, & inde exeunt cogitationes prauæ, a dulteria fornicationes, &c. sicut Dñs dixit apud Matth. *De corde exeūt cogitationes prauæ, &c.*

Sopho. 2.
Hierony.

Matth. 15.

4

Accubare pardū cum hædo simul, figurum est pacis, & aduentus Messie. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, &c.* Et puer paruulus minabit eos. Quod de conuersione gentium ad vnitatem Ecclesiæ explicant Hierony. Cyrillus, Lyranus, & alij. Gentiles enim mutata in baptismo feritate, cum discipulis Christi cohabitāt. Sic & Paulus olim rapax habitauit cum Apostolis cōuersus ad fidem. Sic

Hierony.
Cyrillus.
Lyra.

Actor. 9. Matth. 8. & Dominus ait: *Multi ab Oriente & Occidente uenient & recumbent cū Abraham, Isaac, & Iacob, in regno cælorum.*

CAPVT. XXVIII.

Accidiari, Acedia, & Pigritia.



ACIDIA dicitur ab acido, & acerbis sapore, denotatq; tristitiam & tedium, aggrauans & deprimens animam hominis, ita vt nihil agere libeat, sicut & quæ saporis acidi sunt frigida sunt. Ita D. Thom. ex Damasceno & alijs, quæst. 35. art. 1. Vbi dicit esse peccatum, de bono tristari spirituali quod perse bonum est, & subinde generat mortem animæ iuxta illud. *Tristitia seculi mortem operatur.* Ergo si sit in sensualitate duntaxat, neque deliberatē consentiatur, erit peccatum ueniale, si vero plenā deliberatione procedat, erit mortale, vt idem sanctus doctor ibidem docet. ar. 3. Cuius sex filias numerat. ar. 4. ex Greg. lib. 3. 1. Moraliū, quæ sunt malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, euagatio mentis circa illicita. Quod uero D. Isidor. addit, reducit ad prædicta, vt in eod. ar. docet D. Th. ad. 3. In ar. vers. 1. adducit illud Ecclesiastici: *Subijce humerū tuum, & porta illam (subaudi sapientiam) & non acedieris in uinculis eius, & rursus. Non acediaberis in stultitia.*

I

D. Thom.

2. Cor. 7.

Gregor.

Isidor.

Ecclesiast. 6.

Ecclesiast. 22.

2

August.

Iā uero vnde in sancto proposito mentis oriatur acidia torporque mentis & pigritia, docet August. lib. de Conflictu uictiorum. tom. 9. Torpor (inquit) & ignauia dicunt, si lectioni continuato studio semper insistis oculorum caliginem incurris, si indefinenter lachrymas fundis, ipsos oculos amittis, si protelatis uigilijs Psalmorum censum perfoluis, insaniam capitis acquiris, si quotidiano labore te conficis, ad opus spirituale quando confurgis? Hæc Aug. Ceterum ad hos sensualitatis motus edomandos, erudienda est ratio nostra, & lectis atque perpensis, patrum Ecclesiæ, & philosophorum gentiliū sententijs, excitanda. Et vt breuiter ab hoc ultimo sumamus exordiū, erubescere plane nos faciūt ethnicorū sine fidei lumine

Epicharm. dicta. Epicharmus Philosophus dixit, virtutem vendi mortalibus sudoris precio, Hesioidus. Hesioidus statuisse Deum, vt ante virtutē labor præcedat, Vergilius ex Pythagora: *Nam via uirtutis dextrum petit ardua callem, Difficilemque aditum primum spectatibus offert, Sed requiem præbet sefsis in uertice summo.*

Xenophon. Xenophon de dictis & factis mirabilibus Socratis, illud in huius magni philosophi ore tritū fuisse refert: Nihil sine labore magnum, & memorabile diu hominibus dederunt, Adde quod Greci olim sub enigmate duodecim laborum Herculis, quibus illū immortalitatem consecutum fuisse dicebāt, significare voluerūt, tandiu, cuiusque uero immortalis gloriæ consequendæ causa laborandum, quādiu sub sole uiuit, sol enim duodecim signa Zodiaci annali suo cursu peragit, quasi dicerent, sicut sol non cessat per duodecim signa discurrere, vt circulum suum claudat, quæ figura finem non habet, sic nisi semper sub sole in uirtutis progressu labores, circulum immortalitatis minime claudes.

Leo. 3. Non dissimilia sancti patres docuerūt ad acidiam & ignauiam arcendam. Leo Papa sermone de Epiphania. Non dormientibus (inquit) prouenit regnum cœlorum, neque ocio & desidia torpentibus beatitudo æternitatis repromittitur. Et Gregorius homil. 39. super Euangelia. Ad magna (inquit) præmia non peruenitur nisi per magnos labores, delectet ergo spes præmiorum, sed non deterreat certamen laborum, dicente Apostolo Paulo: Non coronabitur nisi qui legitime certauerit: Item Bernardus sermone de Dedicatione Ecclesiæ, Currite fratres, tota cœlestis curia vos spectat: & in alio sermone. O homo imprudens millia millium ministrat ei, & decies centena millia assistunt ei, & tu federe præsumis: Præterea Ambrosius lib. 10. Epistolarum epistola. 82. Festinantes patres agnum manducabant. Festina est fides, festina est salutis deuotio, spes impigra, contradictiones animi non amat, sed transitum ab infructuoso ocio ad fructuosam laborem. Quid in crastinum differes? potes & hodiernum diem lucrari, cauendum est enim, ne & illum non teneas, & hunc amittas, non exiguum est detrimentum vel horæ unius. Hæc Ambrosius. Vbi animo recolendum

est, quantum profuit mulieri, quæ erat in ciuitate peccatrix hora vna, qua Domini pedes lachrymis irrigauit, capillis terfit, & unguento unxit, cui in fine dictum est, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quis ergo eorum, qui gehennales sustinent poenas, si in hanc vitam reducerentur, non emeret plurimo precio horam illam ad poenitentiam, quam habuit Magdalena, item illam Petri post negationem, Qui egressus foras fleuit amare, aut illam certe boni latronis, qui Domino dixit, Memento mei, dum ueneris in regnum tuum? Emeret illam certe integro censu diues ille purpuratus, qui nec aque guttam ad refrigerandam inflammatis linguam consequi potuit.

Accedit eam esse Dei naturam, vt semper operetur saltem ad intra vt scholastici dicunt, sed & ad extra omnibus creaturis cooperatur, dicente Christo: Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Item Christus dicebat: Me oportet operari operari eius, qui misit me, vnde requiem nullam triginta trium annorum spatio uitæ mortalitatis dedit carni suæ, sed sicut prædixerat Isaias. Opus illius coram ipso. Honestum ergo est, & illustre homini, vt Deum imitetur. Hoc generosos animos ad Dei creatos imaginem decet, scilicet, imitari prototypum suum, & exemplar, quod si causeris infirmitatem carnis, attende filium Dei secundum carnem infirmum, qui solitus erat fatigari, sicut habes Ioan. 4. Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat supra fontem, sed neque ibi ociosus fuit, si quidem Samaritanam prius, deinde plurimos Samaritanorum conuertit ad fidem. Circuibat deinde castella, sine cessatione, qui ouem querebat errantem per montium prærupta, & profunda uallium. Sed & maria transfretabat, iuxta illud. Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit. Item ociosos operarios reprehendit dicens: Quid statis tota die ociosi? Ergo si filius hominis in carne fragili, non sibi, sed nobis sine intermissione laborauit, quis non erubescet acidie uinculis alligari? Homini etiam in paradiso iustitia prædico originali dictum est, vt operaretur & custodiret illum. Quis ergo extra paradysum ubi maior laborum occasio est & necessitas acidie succumbet? maxime cum post peccatum

Genes. 3. Rom. 2. Galat. vlt. Eccles. 9. 5 Apoc. 14. Prou. vlti. Genes. 19. Iob. 29. Psal. 128. 2. Cor. 11. Matth. 5. homini dictum sit. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Vnde Paulus. Gloria (inquit) & honor & pax omni operanti bonum, & Galat. vlti. Dum tempus habemus, operemur bonum. Demum Ecclesiast. Quodcumque potest manus tua instanter operare.

Præterea nemo sanctorum qui ad rationis peruenit usuram, sine accidia uictoria, & operationis merito coronam consecutus est, dicente spiritu sancto. Opera enim illorum sequuntur illos. Et de muliere forti dicitur: Operata est consilio manuum suarum, & laudent eam in portis opera illius, id est, in fine uitæ, hoc est, cum egreditur portam huius uitæ, & ingreditur portam cœli. Quid, quod Abraham peregrinis recipiendis iugiter incumbat, Loth etiam iustus propter hospitalitatis opus de flammis Sodomorum ereptus est, Iob autem clamat: Oculus fui cæco, pes claudus, pater erā pauperum. Tobias relicto prandio mortuos sepeliebat: Dauid uero uiam (inquit) mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum, & Paulus: Abundantius omnibus laboraui, Denique Christus: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona. Quis ergo locum dabit acidie?

CAPVT. XXIX. Acerbus.



ACERBVS & immaturus fructus dicitur hebraice Biser, Ezechiel. 18. & Hier. 31. Acerbum dicitur, quod acri saporis, & astringentis est, ut fructus acerbi, & immaturi. Acerbam uiam comedere, est phrasis Hieremiæ, quæ denotat peccatum mortale committere, pro quo alij puniuntur cum ipso autore. Pater (inquit) comederunt uiam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Idem per modum prouerbij repetitur apud Ezechielem, ubi Hieronymus denotari dicit, pro parentum peccatis acerbissimis poenis filios sæpe puniri, quod solū habet locum, quando filij sunt peccati paritum emulatores. Præterea Chananea dolebat plurimum filiā suam à dæmone vexari, quod sciret ipsam quidem comedisse uiam acerbā, & dentes filiæ, quæ imitatrix fuerat matris, obstupescere.

De acerbitate uero peccati legimus. Sicut uua acerba dentibus noxia est, sic iniquitas his qui utuntur ea, & merito, quia sicut uua acerba dentes obstupescere facit, sic & peccatum animi potentias stupidas reddit, ita ut homo non sentiat malum suum, sicut lægidus ille, quem Dominus in piscina reperit, triginta & octo annorum infirmitate quasi stupidum, neque sanitatē à Christo salutis autore poscentem, propterea enim rogauit eum dicens: Vis sanus fieri? maxima enim ægritudo est malum suum non sentire. Vnde Bernardus lib. 1. de Consideratione: Doleo (inquit) maxime, sciens ægrum se non sentientem periculosius laborare. Et Seneca episto. 51. Ideo ad sanitatē difficulter peruenimus, quia nos ægrotare nescimus.

CAPVT. XXX.

Aceruus.



CERVVS Hebraice dicitur Nad, vt patet Exod. 15. Aceruus est cogeris rerū minutarum sicut frumenti, vel etiam lapidum minorum. Metaphorice autem in scripturis significare nunquam solet abundantiam bonorum sicut dicit Iob: Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo, id est, plenus dierum & bonorum operum vitam claudes, vt exponit Beda. Talis erat iustus ille Simeon, qui desiderans ingredi in abundantia sepulchrum dicebat. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum in pace.

Aceruus tritici dicitur uenter sponse: Uenter tuus sicut aceruus tritici, qui uallatus est lilijs, significat autem prolis spiritalis abundantiam, vt notat Lyranus. quæ baptismi pluuia regenerata, in Ecclesia multiplicatur, iuxta illud. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, & rursus, Docete omnes gentes baptizantes eos, &c. vel dicitur uenter Ecclesiæ aceruus tritici propter solidam bonorum operum affluentiam, vt exponit D. Thomas super Cantica, hæc enim propter charitatis fertilitatem superat omnem fructum iustitiæ Phariseorum, de quo Dominus

Achab.



ACHAB Rex Israel filius Amri, maritus Iezabelis, interpretatur frater patris. Regnavit super decem tribus in Samaria viginti duobus annis. Genuit Ochoziam, Ioram, & Athalia, adoravit Baal ab vxore seductus idolatra. 3. Reg. 16. 18. 19. occidit iustum Naboth vt tolleret ei vineam vxoris Iezabelis dolis, & artibus. Vnde & ipse in praelio seductus ab spiritu malo pseudo prophetaru, sagitta transfixus interiit. Idque merito quia neglecto consilio Michee Prophetę, adulantium pseudo prophetarum mendacia recepit. Propterea monuit nos in Euangelio Dominus: Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Docemur etiam legentes casum Achab propter impiam vxorem, dilectionem Dei vxoris amori, peccatum presertim suadentis, nunquam esse preferendam, amor enim vxoris contra legem Dei aqua gelida est, quam Dominus inuitatus ad nuptias conuertit in vinum, id est, in amorem Dei super omnia, qui solus facit vt qui habent uxores, tanquam non habentes sint,

CAP. XXXII.

Achan.



ACHAN fuit filius Charmi de tribu Iudae, interpretatur que conturbans. Vnde & vere conturbauit populum Dei furatus de anathemate Iericho regulam auream, vestem coccineam, & trecentos argenteos contra preceptum Domini. Vnde & populus victus ab hostibus suis terga vertit, & caesus est, propter peccatum Achan. Refert autem Glossa ordinaria super hunc locum Originem Adamantium in haec verba: Non ociose transcurrendum est, quod vno peccante ira Domini super totum populum venit,

Luc. 10.

Mich. 3. Hierc. 9.

Isai. 17. Sopho. 2.

Luc. 19.

Osee. 2. Hierony. Glos. Lyra. Prouer. 26.

מרגמה

Beda.

Matth. 20.

Achaz.



ACHAZ Rex impius Israel obstinate adorauit idola, cui Isaias dixit: Petetibi signum a Domino, &c. Et dixit Achaz, non petam, &c. In quo inobedientiam erga Deum ostendit insignem, quae radix est omnium malorum, iuxta illud: Initium superbiae hominis apostatare a Deo. De huius regis morte dicit Isaias: In anno, quo mortuus est rex Achaz, factum est omne istud, &c. Vbi Hierony. notat, quando mortuo principe malo, qui ligabat manus misericordiae Dei, ne beneficeret populo suo, Satanas expellitur, mox vident prophetę visiones laetas, sicut vidit Isaias, & consolationem accipiunt animae iustorum. Sic quādo defunctus est rex impius Herodes, apparuit laetus Angelus Domini in somnis Ioseph in Aegypto dicens. Accipe puerum, & matrem eius, & uade in terram Israel, defuncti sunt enim, qui querebant animam pueri.

CAPVT. XXXV.

Adam.



DAM, vt Hierony. ait lib. de interpretatio. nominum Hebraicorum, interpretatur homo, siue terrenus, aut indigena, vel terra rubra. Haec vlti mafithymologia desumpta est a Iosepho, qui lib. 1. Antiq. ca. 2. putat, Adam dictum ab Edom, qui rubrum significat, eo quod in campo Damasceno de terra rubra, seu limo formatum hominem putet. Sed existimo potius ab Adama, id est, a terra dictum Adā, hoc est terreum. Sicut latine homo dicitur ab humo. Qua voce Mas, & foemina vocati sunt Genes. 5. Masculum, & foeminam creauit eos, & uocauit nomen eorum Adam in die quo creati sunt. Hoc enim nomine voluit sapientissimus artifex Deus, summusque magister primam de humilitate & sui cognitione lectionem homini legere, non enim ab intellectu intelligere, nec ab spiritu spirituali, sed ab humo hominem vocas, ne sublimis saperet, neque in superbiae barathrum se precipitem daret. Verum quia doctrinam huiusmodi obli-

2. Reg. 24.

4. Reg. 20.

Ion. 2.

Matth. 8.

CAPVT. XXXIII.

Achates.



ACHATES Hebraice vocatur Sebo, Exod. 28. Achates preciosus est lapis, de quo Plinius lib. 37. cap. 10. Achates (inquit) magna fuit autoritate, modo nulla est, putat eum contra araneorum, & scorpionum icus prodesse, prodest etiam visui, oculis in eum defixis, sitim sedat in os additus, coloris est nigri, venis albis, & verficoloribus, qui vero vnus coloris est fortitudinem athletis confert inuictam. Haec Plinius. Ponebatur in tertio ordine gemmarum rationalis summi Pontificis. Typus est constantiae, patientiae, & fortitudinis contra omne genus impugnationis. Item figura est verbi Dei, quod timorem auferit, & animam addit contra hostes. Nonne Achates erat verbum illud: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare uobis regnum, & rursus. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Item: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Denique: In patientia uestra possidebitis animas uestras. (.)

שבו I Plin.

Exod. 28. & 29.

Luc. 12.

Matth. 10. Matth. 5. Luc. 12.

Isai. 7.

Ecclesi. 10.

Isai. 14. Hierony.

Matth. 2.

אדם I Hieron.

Iosephus.

Genes. 5.

Matth. 11.

tus homo perijt, filius Dei, vt lucraretur hominem perditum, factus homo, eandem illi rursus in Euangelio lectione al-
tius repetijt dicens: *Discite a me quia mitis sum, & humilis corde.* Item Ecclesia in initio quadragesimæ hoc idem nobis reducit in mentem dicens: *Memento homo quia puluis es, &c.*

2

Hierony.

Adā nomen apud Hebræos modo pro primo parente, modo pro quolibet homine vsurpatur, vt notat Hierony. ita tamen vt in Hebræo quando nomen est appellatiuum, plerumque præponatur litera. H. quando vero proprium est nunquam. Sic in Ecclesiaste legimus: *Quis scit an spiritus filiorum H. Adam ascendat sursum?* id est, spiritus filiorum hominis: quod Salomon nō in sua persona dicit, sed in persona cuiusvis disputantis de animarum immortalitate, quam ipse aperte definit. cap. vlti.

Eccles. 3.

in Ecclesiaste legimus: *Quis scit an spiritus filiorum H. Adam ascendat sursum?* id est, spiritus filiorum hominis: quod Salomon nō in sua persona dicit, sed in persona cuiusvis disputantis de animarum immortalitate, quam ipse aperte definit. cap. vlti.

Eccles. vlti.

quæstionem resoluens his verbis: *Donec reuertatur puluis in terram suam, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Ad quod alludit Dominus quando Apostolis dicit: *Iterum ueniam ad uos, & accipiam uos ad me ipsum, ut ubi ego sum, sitis, quasi dicat. Nō vt in nihilum reuertamini, sed ubi ego sum in æternitate, vos sitis.*

Ioan. 14.

In eundē sensum legimus apud Oseā: *In funiculis Adam traham eos, in uinculis charitatis.* Vbi Hierony. ait; Pro (Adam) Aquila, Symmachus, Septuag. & Theodotio, homines transfulerunt, vt dicerent, in funiculis hominū, &c. quia pro nomine appellatiuo ponitur Adam, quāuis hic desit particula hā. Vocatur autem uinculū charitatis, relicto modo historico sensu (quē ponimus in dictione charitas) & admissio spirituali quia charitas fecit, vt pater filiū suum hominem factum ad redimendū hominem destinaret in mūdum, iuxta illud. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Non autē quod sola unio charitatis sit uinculum inter humanitatem & uerbū, in quo errauit Nestorius olim Cōcilio Ephesino damnatus, est enim utriusque naturæ unio personalis, sed vt causa finalis aduentus Christi charitas esse ostendatur, uinculo charitatis dicitur Deus hominem trahere:

Ioan. 3.

4
Eccles. 35.

Est & Adam nomē appellatiuum, Ecclesiastici. 35. *Donec retribuatur hominibus secundum actus suos, & secundum opera Adæ, & secundum præsumptionē illius.* vbi om̄ssa Lyra-

ni sententia, Iāsenius super hunc locū ait. Non uidetur accipiendū hic, vt sit nomē propriū Protoplasti, cum Græce non habeatur Adā, sed *αυθαπαωρ*, id est, hominum in plurali, quia uero liber iste Ecclesiastici Hebraice non habetur, non deseruit nobis nūc Hebræa nota, sed Græca litera. Itaq; sensus est, Deū iudicaturū non solū opera, sed etiā secundum præsumptiones, & cogitationes hominū, nō Adē primi parentis, iuxta illud quod in Euangelio Dñs ait, *Non solū qui occidit, sed qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Vnde apud Danielē tres pueri clamabāt: *Benedictus es Domine, qui intueris abyssos.* id est, corda hominum, quæ profundiora sunt omnibus abyssis. Et sapiens ait, *in cogitationibus enim impij interrogatio erit.*

Iansen.

Matth. 7.

Daniel. 3.

Sapient. 1.

5

Deuter. 31.

Vatablus.

Lyra.

Exod. 11.

Nicol.

Greg.

Sic etiā appellatiue accipitur in Deut. vbi legimus: *Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorū iuxta numerū filiorum israel,* vbi Vatablus Adam pro nomine appellatiuo accipi putat, vertit enim: *Quando separabat filios hominū, sensus autē est, vt exponit idem autor. In diuisione linguarum cōstitui terminos septē gentiū Amorrhæorum, Hethæorū, &c. in tanta terræ latitudine, quæ capere posset filios israel, quibus erat donāda. Sed Lyran. aliter exponit, videlicet, diuississe Deū linguas hominū ex turre Babel in septuaginta regiones, & totidē idiōmata, iuxta numerū filiorū israel siue iacob, qui ingressuri erāt in Ægyptū, quiq; numerātur Septuag. Exod. 1. Verū tamen secundum uersionē Septuag. interpretū non legimus: Iuxta numerū filiorū israel, sed iuxta numerū filiorum Dei, vel angelorū Dei, quā uersionē admittit etiā Nicolaus in secūda expositione huius loci, & explicat ex turre Babel in tot regiones à Deo homines fuisse dispersos, quæ sufficerēt ad tot homines electos procreādos vsq; ad finē mundi, quot sunt angeli Dei in cœlo, & ante Nicolaum eundem sensum tenuit Greg. ho. 34. de centū uerbis his uerbis. *Superna illa ciuitas ex angelis, & hominibus constat, ad quā credimus tātos humani generis ascendere, quantos illic constat angelos remansisse, sicut scriptū est in Deut. 32. Cōstitui terminos populorū, iuxta numerum Angelorū Dei.* Hæc Greg. Quia ergo ex hominibus angelicæ sedes nō solū reparātur, sed etiā cumulan-*

tur,

Luc. 15.

6

2. Reg. 7:

Genes. 4.

Matth. 19.

Ioan. 12.

7

Oseæ. 6.

Hierony.

Cyrl.

Ioan. 13.

8

Genes. 2.

חַיָּיָה

Caietan.

Chrysof.

tur, gaudiū est in cœlo Angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente.

Est etiam Adam nomen appellatiuum 2. Reg. 7. vbi Dauid ait: *Ista est lex Adam Domine Deus, vbi in Hebræo legimus ha Adam, id est, ista est lex hominum.* Loquitur autem Dauid gratias agens Deo de prorogatione posteritatis suæ vsque ad regnum Christi sempiternum, & ait: *Ista est lex Adam, id est, hominis, vt prospiciat posteritati generis sui, ne deficiat, sicut exponit Lyranus, vel ista est lex hominis, vt à Deo præmium recipiat, si bene fecerit, vt explicat Glossa iuxta illud Gene. Nonne si bene egeris, recipies? quæ explicatio magis placet. Cōfirmat autē eandē legem filius Dei, aut potius auxit in Euangelio dicens: *Quicumque reliquerit patrem, &c. aut domos, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit, & rursus: Qui mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, &c.**

Iam uero de Adam vt nomen est proprium legimus in Oseā. *Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum.* Vbi Hieron. decem tribus imitat as esse dicit in sceleribus suis transgressionem primi parentis, ita vt sicut ille in paradiso præuaricatus est, sic & isti in terra simili paradiso uolarent mādāta Dei. Sic etiam Cyrillus intelligit primum parentē per Adam. Quia Græce scribens reliquit Adam sicut in Hebræo: reliqui autem Græci patres pro nomine appellatiuo sumunt Adam. Ceterum Hieronymo, & Cyrillo deferendum est, & uulgatę, quæ Adā vertit nomē propriū, vt est in Hebræo. Erubescere autē deberēt homines, qui sicut decem tribus Israel ueterem Adam imitātur in uitijs, neque sequuntur exempla uirtutum, quæ nobis proposuit imitanda secundus Adam dicens: *Exemplum meum do uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis.*

¶ Iugum graue super filios Adam, uide uerbo iugum.

De Adam prout nomen est propriū in Genesi legimus. *Immisit Dominus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit unam de costis eius, &c.* pro sopore Hebraice Charde ma, Aquila vertit *καταφθαγ*, Symmachus *καπομ*, id est, graue soporē, uertit autem Septuag. eccliam. Sequitur. *Et edificauit costam in mulierem.* Caietanus existimat hoc parabolicē dictum. Chrysof. uero ho-

mil. 15. in Genes. quem sibi fauere putat Caietan. aduertit non esse hæc recon- dita mysteria humano more intelligēda, & crassa quod (aiunt) Minerua, sed se ipsum explicat Chrysof. non quidē se negare uere costā de latere Adam fuisse ablatā, quod nisi graui esset sopore correptus, magnū illi potuisset inferre dolorem, sed quod nō manib' corporeis Deus hæc fecerit, imo potius imperio omnipotētis suę: ideo inuehitur cōtra Caiet. Castr. li. 2. de hæresib. tanquā qui errorem scripserit, & Catherinus sup. Genes. de quo lege Sixtū Senens. lib. 5. annot. 46. Quærun tamen aliqui an fateri debeamus monstrū fuisse Adam, quod vnā costā habuerit superfluam in creatione sua, ita vt tredecim habuerit costas in latere sinistro, cōstat enim secundū phisicos corpus humanum uiginti quatuor costis, duodenis in utroq; latere claudi. Ad quod respōdet D. Th. 1. p. q. 92. ar. 3. habuisse quidē costā vnā ultra numerum prædictum, sed illā nō fuisse superfluam, imo de perfectione Adæ, nō vt indiuiduum erat particulare, sed vt parēs & feminariū humanę naturę. Catherinus uero loco citato tenuit duodenas tantum in latere utroque habuisse costas, ex quibus vnā de sinistro latere detraxit illi Deus, vt fabricaret inde mulierem, quod uero subditur: *Et repleuit carnem pro ea, non intelligi carnē purā, sed cum noua costā, quæ numerū implet naturalem.* Quam opinionē alij ante Catherinum tenuerūt, quos merito refutat Abulensis. q. 393. super Gene. Et certe uideretur iussisse Deus, & nō serio egisse, maxime quia text. non costā dixit, sed carnē pro ea, id est, pro costā quæ ibidē erat. Propterea cū D. Tho. & cōmuni opinione tenendum existimo.

Iā uero quidā Franciscus Georgius lib. 1. suorum Problematum super hunc locū scribit. Adā à principio Androginum fuisse creatū, quod duo haberet integra corpora, costā quadā in dorso circa latus colligata, costā uero dā dormiret homo cōfracta duos effecit, marē uidelicet, & feminā. Hoc etiā ex lib. Gene. quæ aliquando habuit ad manus Plato quondā asseruit, quodq; magis mirandū est, eandē sententiam August. Augubinus tuetur in sua Cosmopeia. Cuius sententię contradicunt omnes patres Hieron. Aug. Ambr. Basil. Chrysof. & alij. Imo textus ipse Genes

Castro:

Catherin. Sixtus. Quæstio,

D. Thom.

Cather.

Abulens.

9
Franc. Geor.

Plato. Augub. Hierony. August. Ambros. Basil. Chryso.

vbipaulo ante dicitur : Non inueniebatur Adæ adiutorium simile sibi , Ergo non erat Eua corpore uiuenti & animato ad latus colligata sibi, alioquin fuisset adiutorium simile viro, si vero corpus inanime fuisset dicatur, tam turpe dictu est, & auditu, vt refutatione non egeat Illud autem adnotandum, cauiffe Deum, ne in productione foeminae sentiret homo dolorem , vt eam magis diligeret, quæ nūquam ei fuisset causa inæsticæ, & vterque Deum amaret ardentius, qui dolori eorum tam amanter pepercisset, vt iam dicere posset Deus quod Christus postea dixit : Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem sicut dilexi nos, id est, sicut ego diligentissime caui, ne molestiam vobis inferrem, sic date operam, ne mihi peccando molesti, quantum ad vos attinet, sitis.

Erant autem uterque nudus Adam, & uxor eius, & non erubescerant. Vbi nota hebraice vox Harumim, id est, nudi à verbo Haram inuoluere, quia nudi se inuoluunt, sed non erubescerant. Vnde August. quem citat Glossa super hunc locum, Non erubescerant (inquit) quia nullam legem in membris fenserant, mentis legi repugnantem, idem Interlin. & Lyranus qui merito refutat Iosephum in lib. 1. Antiqui. dicentem, ex puerili simplicitate prouenisse, vt quamuis causa subesset erubescendi, illi tamen non erubescerent, sed contra hoc est, scientia perfecta præditum in sua creatione fuisse hominē. Quia Dei perfecta sunt opera. Alioquin quomodo omnibus animalibus nomen imposuit natura cognita singulorum? Accedit, quod etate perfecta fuisse creatū Hierony. asserit in episto. ad Theophylum, itē epistola ad Eustochiū in Epitaphio Paulæ matris sententiam refert Hebræorum, qui tenēt etate integra triginta triū annorū fuisse conditū. Quare non erubuisse non ex simplicitate sed ex subiectione appetitus ad rationem procedebat, quam rectitudinem per peccatum lapsam perdidisse naturam nostram, vel illa curua mulier representat, quam post annos decem & octo Dominus erexit, vel paralyticus multis annis in lecto iacens apud Ioannem.

Porro fide Catholica certum est Adam conditum esse in originali iustitia iuxta illud Ecclesiastes. Fecit Deus hominem rectū. Et Ecclesiastici : Deus creauit de terra homi-

nem secundum imaginem suam fecit illum, & secundum se uestiuit illum uirtute. Neque solum originali iustitia creatum hominem fides docet, sed in gratia etiam iustificante, sicut decernit Concilium Arausicanū, canone. 19. & Concilium Triden. sess. 5. canone. 2. vbi ait: Adam per peccatum statim sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisit. Quæstio tamē est controuersa, an ipso primo creationis instanti sicut iustitia accepit originalem Adā, sic etiam & gratia gratum faciente præditus fuerit, an paulo post? Et quidem Guilelmus Altsiodorensis in summa Theologica putat, non statim sed postea gratia accepisse. Idem Hugo de S. Victore lib. 1. de sacramentis, & Alexan. Alen. 2. part. quæst. 96. & quidam alij Sed contrariam sententiam hoc est in iustitia simul & gratia productum esse hominem, tenet Damasc. lib. 2. de fide. ca. 12. Basilus in sermone, quod Deus non est autor malorum, Aug. lib. 12. de Trinitate, Deus (inquit) simul erat condens naturam & largiens gratiam, & lib. de Correct. & gratia c. 10. & 11. Quid (inquit) Adā nō habuit gratiam? &c. & Iustinus Martyr in Dialogo contra Triphonem dicit, Adam fuisse domum diuini spiritus. Idem tenet D. Thom. 1. part. quæst. 93. art. 1. Probatur & hoc aperte Paulus ad Ephes. Indiuit nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate ueritatis. Quare huic sententiæ sine vlla hæsitatione subscribendum est. Sed pro dolor hæc omnia perdidit homo quando descendens de Hierusalem in Ierico incidit in latrones, qui spoliauerunt eum, &c. sicut in parabola dicitur apud Lucam.

Sed illud quæri solet, quanto tempore fuerit Adam in gratia & iustitia originali in paradiso voluptatis, & quando fuerit inde eiectus? Quod quamuis scriptura non doceat, ex circumstantijs tamen communior sententia coilegit, eadem die quæ creatus est & peccasse, & eiectū fuisse de paradiso, quod tenere videtur Irenæus li. 5. contra hæreses, citatur etiam ab autoribus in eandem sententiam Cyrillus, item Epiphanius, tenet idem Moyses Barcephas lib. de Paradiso, & allegat Philoxenum, & alios autores. Idem asserit Diodorus Tarsensis in catena Lypomani super Genes. & fundamentum est, quia serpens

Ecclesi. 17.
Con. Araus.
Conc. Trid.
Quæstio.
Altsiod.
Hugo. Alexand.
Damasc. Basil.
August.
Iustinus.
D. Thom. Ephes. 4.
Luc. 10.
Irenæ.
Cyril. Epiph. Barceph. Philox. Diodor.

Ioan. 15.

IO
Textus.
Gene. 2.

Aug.
Glos.

Interlin.
Lyra.
Iosephus.

Deut. 32.

Hierony.

Luc. 13.
Ioan. 5.

II

Ecclesi. 7.

Genes. 3.
Abul.
Gen 3.
Luc. 12.
I 3
Rom. 5.

dixit Eua, Quare præcepit uobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno paradisi. Versabatur autem serpens in paradiso, quo fuerat adducta omnia animalia ad Adam, ergo non viderat illos comedentes, alioquin nō dixisset mulieri: Quare præcepit uobis Deus ut non comederetis ex omni ligno? Fuit enim perinde, ac si diceret, ego nō video vos comedentes toto hoc tempore, quod non esset, nisi aliquo præcepto à Deo prohibitu esset vobis. Si autem multis diebus primi parentes fuissent in paradiso certe comedissent. Idē tenuit Abulensis propter hanc rationem super hunc locum. q. 14. quam uis postea mutauerit sententiam. q. 6. 6. super Genesim, licet præcise determinare nequeat, quanto tempore ibi fuerint. Quidam autem satis eruditus ex recentioribus tenet super hunc locum, octo dierū spatio ibi fuisse commoratos homines primos ante peccatū primum, quia videtur parum esse unius diei spatium: secūdo quidam patres innuunt, ibi primos homines quiete vixisse atque foeliciter & cum animalibus familiariter versatos, vnde potuerint singulorū naturas experiri, ad quod lōgior mora requiritur. Ceterum Respōdeo primum, quod hoc nemo ex patribus tenuit, nec scriptura id dicit, & communior sententia vt diximus contrarium asserit, cuius ratio præcisa non est infirma propterea qui tenuerit eodē die hominē cecidisse, & de paradiso fuisse pulsum, reprehensione carebit. Accedit, quod secundum scripturam nō comederat homo de fructu ligni vitæ, vt patet Genes. 3. cuius virtutem fructus cum homo non ignoraret, sine dubio primū de illo comedisset, octo autem diebus sine vilo transgresso cibo, nemo dicet. Iam vero ad cognoscendas naturas animalium cum haberet scientiam infusam, vel aspectus unius diei sufficiebat, alioquin neque integer annus sufficeret, si more nostro singula experiri deberet. Sed illud vide, quanti boni quā cito fecerit homo iacturam, ideo nos vigilare Dominus frequenter monet. Sisciret (inquit) pater familias qua hora fur ueniret, uigilaret utique.

Legimus: Regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudine præuaricationis Adæ, quæ est forma futuri. Quod non solum de morte corporali, sed principalius de morte peccati

exponit D. Tho. in Comment. quia omnes in Adam peccauerunt, id est infecti sunt originali peccato, quod mors est animæ, omnes enim in illo eramus sicut in seminario, ideo infecti sunt originali culpa, etiam qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, id est actuali peccato, quia saltē ex eius propagatione vitia nati sunt. De quo Paulus: Eramus & nos natura filij iræ, sicut & ceteri: Et Propheta: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & rursus Apostolus. Conclufit scriptura omnia sub peccato, ut omnium misereatur, item Iob. 13. secundum Septuaginta: Nemo mundus à sordē, nec infans, cuius est unius diei uita super terram. Ita definit Leo Papa Epistola 22. & alibi passim, & Concilium Tolet. 6. canone. 1. & Concilium Tolet. 12. cap. 2. & in Bulla Leo. 10. cōtra errores Lutheri, & Concilio Trid. sess. 5. c. 1. & August. lib. 1. de Baptismo paruulorum, & lib. 2. contra Iulianum, & Concilio Carthagi. 4. Concilio Mileuitano. cap. 2. & Innoc. 1. Epistola. 25. Ab hoc autem originali in lege gratiæ per baptismum paruuli in re adulti uero in re, vel si non fuerit copia in voto mundantur, iuxta illud: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.

Ceterum cum de originali peccato sermo est, semper exceptam volumus Dei param Virginem Mariam, de qua legimus: Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Et in Psal: Adiuuauit eam Deus mane diluculo, decebat enim hoc privilegiū Virginem illam. De qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Reliqui omnes generali comprehendimur lege iræ propter Adæ peccatum, quod si ille non peccasset, certum est filios propagationis eius sine peccato originali de lege ordinaria nasci potuisse, sicut definit Concilium Tridentinum. sess. 5. cano. 2. Si quis dixerit Adam præuaricationem sibi soli, & non eius propagationem nocuisse, & acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiā sibi soli, & non etiam nobis perdidisse, anathema sit.

De Adam legimus: Sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes uiuificantur. Vbi D. Tho. in Comment. uiuificantur uita naturali resurgentes boni & mali, sed uita gloriosa boni duntaxat. Quod si quis opponat illud Psal. Quoniam non resurgunt impij in iudicio, responsio expedita est,

D. Thom.
Eph. 2.
Psal. 50.
Galat. 3.
Iob. 13.
Leo.
Con. Tol. 6.
Con. Tol. 12.
Con. Trid.
Aug.
Con. Carth.
Con. Mil.
Innoc.
Ioan. 3.
I 4
Cant. 6.
Psal. 45.
Matth. 1.
Con. Tri.
I 5
1. Corin. 15.
D. Thom.
Psal. 1.

Isai. vlt.

Rom. 5.

1. Cor. 15.
D. Thom.

non resurgent reprobi resurrectione gloriosa, neque ad vitam, quæ est vere vita sed est mors, quæ auferet vitam sine fine, durantibus in supplicio. Vnde damnati etiam post resurrectionem cadauera in scriptura vocantur Isaiæ ultimo. *egredietur, subaudi iusti, & videbunt cadauera occisorum, qui prænati sunt in me, de quo vide in dictione Cadauer. Facti sumus autem mortales per peccatum, qui alioquin potuimus non mori: Quia per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors. Item legimus de Adam, Factus est primus homo Adam in animam uiuentem, & nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. 1. Cor. 15. Vbi notat D. Thom. in Commen. in hac cõparatione primi & secundi Adam qui est Christus non negari, quin primus Adam habuerit spiritum, & mentem, quæ est animæ portio superior, quamuis dicitur factus in animam uiuentem, sicut è conuerso non negatur Christus habuisse animam uiuentem, hoc est, partem animæ inferiorem, quæ animat, & sensum præbet, licet dicatur factus in spiritum uiuificantem: sed fit comparatio de eo, quod fuit primū quasi fundamētum in utroq; Adam. Enimvero primum in Adam veteri fuit terra quantum ad corpus, ideo dicitur primus Adam de terra terrenus, sed in secundo Adam, id est, Christo primū & quod antecessit omnia est diuinitas de cœlo, ideo dicitur: De cœlo celestis. Quantum ad animam uero prius fuit in veteri Adam saltē origine functio animæ vegetatiuæ, & sensitiuæ, quā rationalis, quia: Prius quod animale est, deinde quod spirituale. Cæterum in Christo prius fuit spirituale, quia cum fuerit de spiritu sancto conceptus, prius natura fuit unio spiritalis diuinitatis cum anima Christi, quā functiones eius vegetatiuæ, vel sensitiuæ. Enim uero ex unione hypostatica uerbi cum humanitate resultauit substantia communicata naturæ humanæ ipsius uerbi, & inde existentia creata processit, atque inde fluxerunt animæ operationes, & ideo factus esse dicitur: Secundus Adam in spiritum uiuificantem. Quæ omnia breuissime Gabriel Archangelus Mariæ dixit. Spiritus (inquit) sanctus superueniet in te &c. Idem que dixit sponso Ioseph: Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Legimus præterea in Genes. interrogat*

Luc. 1.

Matth. 1.

17

Gen. 3.

se Dominum post peccatum, cum se homo abscondisset ab eo, Adam ubi es? Quæ runt autem patres quorsum Deus hoc interrogauerit? De quo variæ sunt sententiæ. Prima non de corporali rogasse latibulo, sed de misero statu peccati in quo iacebat. Sic putat Hugo. lib. 1. de Sacramentis, & Rabanus super hunc locum. Item Ambr. libro de exhortatione ad poenitentiam. c. vlt. & lib. 5. Epistolarum, Epistola. 33. ad Marcellinā, ubi es? hoc est, quid eras antea? & nunc quid esse cæpisti? in quo sensu Hieremias dicit Synagogæ: *Leua in directum oculos tuos, & uide, ubi nunc prostrata sis.* Et secundum eandem phrasim matris filiorum Zebedæi dexteram, & sinistram filijs suis postulanti Dominus dixit, *Quid uis? Id est, perpende quid uelis, antequam stulte petas. Alia expositio est, quasi uis Deum hoc ab Adam, non quod ignoraret, sed ut disponeret illum ad salutem, & occasionē poenitendi præberet, ita Theophylactus & Greg. lib. 2. Moral. c. 3. super illud Iob 1. Vnde uenis? Et Glossa & Lyranus hoc loco, sicut supra diximus Dominum rogasse Caim, ubi est Abel frater tuus? Et filius Dei quæsiuit ab homine cæco uociferante: *Quid uis ut faciam tibi?* Itē de Lazaro quæsiuit: *Ubi posuisti eum?* Quod si Adam post hanc interrogationem respiciens peccatum ut par erat confessus fuisset, nulla posita excusatione, tenet Augustinus uerisimile satis esse ueniā reatus sui impetrare illum potuisse, ita ut etiam à paradiso nō fuisset eiectus. Verba Augustini sunt sermo. 19. de sanctis: Adā si humiliter se accusasset, & in auctore suū culpam non retorsisset, à paradiso nō exulasset. Cuius sententia probabilitate non caret, atq; vim explicat poenitentię.*

Præterea: *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, dixit Deus post peccatum hominis, quem locum Epiphanius, Genadius, Aug. & Glossa interrogatiue legunt per modum increpatis, ita ne Adam sicut una ex diuinis personis factus est? Cæterum si ne interrogatione per irrisionem tamen dictū explicat Chrysostomus super hunc locū. Theodoretus, Rupertus, & Lyran. Quod magis placet, eo quod Eua serpenti crediderit dicenti: *Eratis sicut dii.* Vbi notandum poenam peccatoris stulti esse, ut ab ipso suo creatore irrideatur, iuxta illud: *Qui habitat in cœlis irridebit eos, &**

Questio.

Hugo, Raban, Ambr.

Hier. 2.

Matth. 22

Theophy, Gregor, Glossa, Lyran, Gen. 4

Luc. 19. Ioan. 11.

August.

18

Gen. 3. Epiphani, Genad, August, Gloss.

Chryf, Theodor, Ruper, Lyranus.

Psal. 2.

Prou.

Prou. 1.

Luc. 21.

1. Timot. 2. D. Thom. Theodoret, Theophy. Caiet.

19 Origen.

Leo. Con. Brac. Hierony. Theodor. Genad.

77

Chrysof. Theodo. Diodo. Hippo. Strabus:

Matth. 5.

Matth. 11.

Luc. 16.

Prou. 1. Ego quoque in interitu uestro ridebo. Quod erit in die finalis iudicij tāto maioris confusionis causa, quanto cum ampliori maiestate & potestate videbunt filium Dei uenientem in nube. Illud etiam aduerte, hoc loco Adam non esse nomen proprium sed appellatiuum, quasi dicat, ecce homo factus est quasi Deus, quia hebraicè legimus, ecce. Ha Adam, secundum regulam supra positam num. 2. & forte ut marem, & foeminam comprehenderet, quia foemina in eo quod credidit serpenti sola seducta est, quomodo non est seductus Adam, quamuis in suo gradu & modo omnis peccans sit ignorans atque seductus, in quo sensu intelligitur illud Apost. *Adam non est seductus, scilicet à serpente: Sic explicat D. Thomas, Theodoretus, Theophylactus, Caietanus, & alij, quamuis ab uxore fuit allectus.*

Fecit quoque Deus Adæ, & uxori suæ tunicas pelliceas. Genes. 3. Orig. in libris Periarchon tunicas pelliceas intelligit corpora humana, quæ putat post peccatū, Adæ & uxori eius alligasse Deum. Sed error iste damnatus est ab Ecclesia, de quo uidentur Epistola Leonis Papæ, 90. Et Concilium Bracharense, cap. 6. & Hierony. Epistola ad Pamachium. Alia expositio est Theodoretī & Genadij ex corticibus arborum factas fuisse tunicas, quæ pelliceæ dicuntur propter similitudinem. Sed contra in hebræo est hor, quæ vox pro corio animalium semper accipitur. Est ergo tertia sententia sanctorum cõmunior, fuisse ex pellibus animalium. Ita Chryf. Theodoretus, Diodorus Tharsensis, Hippolytus, Strabus super hunc locum. Vbi notant fuisse quidē vel ex pellibus denuo creatis, vel detractis plane ex animalibus occisis angelorum ministerio. Primum ut intelligeremus, hominem etiam peccatorem, qui capax sit poenitentia, à Deo diligi, & peculiari ab eo gubernari cura. Vnde apud Matthēū legimus: *Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Deinde ut doceret nos Deus, quales vestes ipsi placeant non ex auro & bombyce contextæ sed viliores. Vnde apud Matth. *Quid (inquit) existis in desertum uidere, hominem mollibus uestitum? Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus rogū sunt.* Item rursus in uestium pretiosarum detestationem dicit: *Homo quidam erat di-*

ues, qui induebatur purpura & bysso. Postremo his pellibus agnus Dei uenturus prefigurabatur in mundo, cuius uellere & tergeretur nuditas nostra: & deleteretur iniquitas, iuxta illud: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Legimus etiam: *Quoniam Adam exemplū meum à iuuentute tua, ubi Hierony. exponit uerba esse Pseudo Prophetae qui à parentibus crucifixus fuerit, eo quod falso prophetauerit, & rogat⁹ an sit Propheta? respondeat, nequaquā sed homo agricola sum, secundum exemplum Adæ, cui dictum est: In sudore uultus tui uesceris pane tuo.* Quidam ex hoc loco monachos reprehendunt qui sine labore manuum comedunt panem. Sed Christus Dominus illos defendit si contemplationi uacent non autē uagationi, iuxta illud Luc 10. Vbi de Maria ad pedes eius sedente dixit: *Maria optimam partem elegit, quia audiebat uerbum Dei.*

Adam post peccatum poenitentiam egisse negauit hæreticus Tatianus dicens, primum hominē æternis fuisse supplicis damnatum, ut refert Irenæus lib. 1. contra hæreses. c. 3. & Euseb. libro. 4. Hist. Ecclesi. c. 27. Sed tenendum Adam poenitentiam egisse sicut Aug. asserit Epistola. 99. citans locum Sapientia. Hæc, subaudi sapientia diuina: *illum qui primū factus est à Deo, patrem orbis terrarum cum esset solus creatus custodiuit cum, & eduxit illum à delicto suo.* Ita tenet Augustinus, cum patrū & Ecclesiæ Catholice communi consensu. Quare mirandum est, Rupertum abbatem libro. 3. in Genes. cap. 3. 1. solū hanc sententiam ut probabiliorē tenere, non tamen ut certam. Sed illud tolerari nō potest, quod librum Sapientie nō recipiat ut canonicum, & falsa in illo contineri dicat, cum multo ante Rupertum pora fuerit inter canonicos libros ab Ecclesia receptus, nimirum Concilio Charchaginensi. 3. & Concilio Laodicensi, & à multis summis Pontificibus, sed quandoque bonus dormitat Homerus.

¶ Adam maximus fuit gigas Arbe, qui edificauit ciuitatem Cariatharbe de quo uide in dictione Caluarie, ubi corpus Adæ in Caluarie monte sepultum esse ostendemus. ¶ Adduxit Dominus animalia ad Adam in paradiso, uide uerbo adducere. nume. 7.

Ioan. 1.

20

Zach. 13. Hierony.

Gen. 3.

Luc. 10.

21

Irenæ, Euseb, Aug.

Aug. Sap. 10.

Rupert.

Con. Carth. Con. Laod.

Iosue. 14.

Adamas.



D A M A S lapis dicitur hebraice Samir Ezech. 3. vt adamantem &c. dedi faciem tuam.

Adamas vt (inquit Hierony.) super illud Amos: Dominus stabat super murum litum, secundum Xenocratem, est lapis sui nominis, quem latine indomitum possumus appellare, eo quod nulli cedat materiam, nec ferro quidem, imo & ignis qui omnia consumit reddit Adamantem duriores, solumque hircorum sanguine dissoluitur: est paruus & indecorus, ferrugineum habens colorem, & splendorem crystalli: Huius quatuor sunt genera, primus est Indicus durissimus, secundus Arabicus, tertius Macedonicus, quartus Cyprius, diciturque in electri similitudinem venena deprehendere. Hæc Hierony. De inde quod vulgata vertit: Ecce dominus stabat super murum litum, & in manu eius trulla cementarii: Septuaginta (inquit Hierony.) transtulerunt, Dominus stabat super murum Adamantinum, & in manu eius Adamas. Vbi Dominus significatur qui super murum Ecclesiam catholicam stat, & in manu eius Adamas ille fortissimus videlicet Petrus, de quo Christus dixit: Tu es Petrus, & super hæc petram edificabo Ecclesiam meam. Addit Hierony. Adamas est in manu Dei, quod nisi teneatur eius manu, & illius valletur auxilio, omnem perdit fortitudinem, dicente Domino: Ego cognosco oues meas, & nemo rapit eas de manu mea. Hæc ille. Accedit quod Petrus de manu Domini cadens mox illum negavit, sed ne peius rursus caderet: Ego (inquit) Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Illud etiam aduertendum est, quod sanctissimus quisque in hac vita solo fere mortifera libidinis, nisi caueat, calore dissoluitur, quasi sanguine hircorum Adamas, vt notat Hierony. in eodem loco. Quare cauendum est etiam iustis cohabitationis scandalum foeminarum, iuxta illud: Si manus tua, aut pes scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te.

Præterea legimus: Vt Adamantem, & sili cem dedi faciem tuam. Vbi Hierony. ex quo (inquit) discimus interdum gratia esse Dei, & mulorum impudentia resistere, &

frontem fronte concutere. Hæc ille. Secundum quod dicit Scriptura: Responde stulto: iuxta stultitiam suam, ne sapiens sibi esse videatur. Sic filius Dei cum dixissent Pharisæi: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Frontem adamantinam impexit perfricatis frontibus eorum dicens: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Similiter cum dixissent Scribæ discipulis Christi: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister uester? Respondit Dominus dicens. Non opus est ualentibus medico, sed male habentibus. Sic & Ioannes Baptista quasi adamantinam frontem opposuit Herodi cum dixit ei: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Sed ille quasi sanguinem hirci libidinis suæ bullientis, durissimo quidem adamanti verbi Dei opponens: Ioannem misit in carcerem & occidit. Denique, quid aliud Christi martyres in manu Dei fuerunt nisi adamantes: inter quos Laurentius inter flammam fortior euasit, dicens: Qui amat animam suam perdet eam. Et Ioannes Euangelista de dolio feruentis olei vegetior exiuit.

Itæ Hieremias. Peccatum (inquit) Iuda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum. Vbi unguis adamantinus, vt exponit Hierony. idem est quod adamas leuis & politus, sicut unguis digitorum, in quo scriptum est stylo ferreo peccatum obstinationis Iudæorum, nempe omnium illorum, quibus Dominus dixit: Si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. & Ioan. 15. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et cap. 16. Arguet mundum de peccato & de iustitia & de iudicio, de peccato quidem quia non crediderunt in me, non dicit mihi, sed in me, vt intelligas etiam hunc locum de non credentibus fide viuam, quæ per charitatem operatur, & in hoc statu morientibus. Denique in ungue adamantino scripta sunt omnia & sola irremissibilia peccata, quæ finalis impoenitentia comitatur, quia hæc sola remissionem non habent, vt dicemus in dictione Blasphemia. Ideo in memoria decreti diuinæ iustitiæ tanquam in adamante exarata esse dicuntur, vt exponit Sixtus senensis lib. 2. Bibliothecæ in dictione Adamantina, quamuis alijs neque immerito tenenda potius esse videatur expositio Lyrani, vt

Pro. 26.

Matth. 23.

Matth. 23.

Marc. 6.

Ioan. 12.

3

Hier. 17. Hierony.

Ioan. 8.

Ioan. 15.

Ioan. 16.

Sixtus.

Lyra.

שמיר

I

Amos. 8. Hierony. Xenocra.

Hierony.

Matth. 16.

Ioan. 10.

Luc. 22.

Hierony.

Matth. 18.

2 Ezech. 3. Hierony.

unguis adamantina vocetur non ipsa memoria iustitiæ diuinæ aut voluntas Dei, sed cor hominis obstinatum, propterea enim dicit Propheta: Super latitudinem cordis eorum. Exarat autem, & quasi sculpsit cor peccatoris conscientia vermibus, & in hac vita & in futura, iuxta illud: Et vermis eorum non moritur. Vnde in Hebræo est Hier. 17. In ungue Samir, est autem Samir vermis, qui lapides perforat.

Legimus etiam apud Zachariam: Cor suum posuerunt ut adamantem. Super quem locum Rupertus notat quod supra ex Hierony. tetiginus. Illud (inquit) in adamante mirandum est, quod cum tantæ sit duritiæ solum perfusus sanguine hirci, quod animal libidinosum est, statim dissoluitur, cum ergo Iudæi duræ ceruicis, & indomitæ contra Deum essent, nihilominus tamen mollissimi erant in omnium libidinum fluxum. Hæc Rupertus. Quod satis Dominus ostendit Ioan. 8. Quando cum adulteram accusasset Pharisæi dicentes: Hæc mulier deprehensa est in adulterio, inclinans se filius Dei digito scripsit in terra: fornicationes eorum dicens: Qui sine peccato est nescit, primus in illam lapidem mittat, illi vero, vt Hierony. exponit. lib. 2. contra Pelagianos, suarum conscientiarum libidinum vnus post vnum abierunt.

C A P V T XXXVII.

Adducere.



D D V C E R E hebraice dicitur Iabal, vt patet Gen. 2. Et adduxit ea ad Adam.

Adducere est aliò ducere. psal: Adducetur regi uirgines post eam. Hierony. ad veritatem Hebraicam vertit: Virgines sequentur eam, amicae eius adducuntur ad regem. Lyranus exponit sponsam Christi, id est Ecclesiam laudari à prole, non carnali, sed spirituali per fidem, & sacramenta, quæ uirgines id est incorruptas animas reddunt: nam in primitiua Ecclesia prædicante Petro die vna crediderunt ad tria millia, & Pauli prædicatio totum fere orbem prole repleuit animarum, quæ illibatam & virginalem fidem seruauit. Sic etiam exponit Casiodo. An vero de virginibus quoque, quæ castitatem Deo uouerunt,

sit intelligendum, vide in dictione Virginitas. Adducere apud Prophetas aliquando sumitur in bonum, aliquando in malum, & quidem in bonum denotat per excellentiam aduentum filij Dei, vel spiritus sancti congregatis Ecclesiam, sed minus principaliter reditum populi in Hierusalem post Babylonicam seruitutem. De priori id est de aduentu Christi legimus apud Isaiam: Vocans ab oriente auem, & de terra Iosinqua uirum uoluntatis meæ, & locutus sum, & adducam illud. Vbi nos legimus, auem, quædam latina exemplaria habent iustum, sed mendose, Hierony. enim in textu & in Comment. leg. t. Auem, & Glossa & Lyrani. Sic & in Biblijs regijs, Septuaginta quoque vertunt Auem, & Vatablus uolucrem, quia dicitio hebræa uolucrem significat, non iustum: est enim dicitio aith. Sic & chaldeus ait, adducens sicut auem filios Abraham. At qui nomine Auis miror quomodo Leo Castro super Isai. intelligat Nabuchodonosorem, cum ille non ab Oriente uenerit, sed ab Aquilone. Lyrani. vero, Vatablus & Hebræi, Cyrum explicant Persarum regem, qui ab oriente uenit respectu Babylonis, vt caperet eam iuxta hebræos. Sed nos (inquit Hierony.) non Cyrum, imo uerum esse conuincimus Dominum saluatorem, cuius nomen est oriens Zach. 6. Et quem Magi adorare ab oriente uenerunt. Præterea quia Bethlehem, in qua natus est filius Dei, ad orientem est respectu nostri Romani imperij. Deinde Christus, vel spiritus eius intelligitur Osee. 3. expositore Hierony. mo peruentum, quem adducet Deus de deserto, uerba Prophetæ sunt: Adducet uentum uentem Dominus de deserto ascendentem, & sic cabit uenas eius, sub audi mortis, quia uidelicet Christus Dominus, quem adduxit pater in mundum, mortem nostram moriendo destruxit. Item spiritus Christi ueniens super Apostolos quasi uentus urens in linguis igneis mortem peccati ex eorum uenis siccauit, de quo latius in dictione de fertum. Et propterea fortasse Dominus Lazarum à morte suscitaturus infremuit, vt ostenderet se uenisse, vt flatu spiritus sui mortis uenas siccaret iuxta quod dixerat: O mors, ero mors tua. De quo etiam agimus in dictione Aridum.

Præterea de congregatione filiorum

2

Esa. 46.

Hierony. Gloss. Lyrani. Vatablus.

2

Lyrani. Vatablus.

Hierony.

Zach. 6.

Matth. 2.

3 Ose. 3.

Hierony.

Act. 2.

Ioan. 11.

Osee. 13.

4

Ecclesiaz,

Efal. 43. Ecclesie, quos de longe Dominus adducaturus erat, prædixit Isaias: *Ab oriente adducam sementium, & ab occidente congregabo te.* Sic exponunt Hierony. Cyrillus & alij patres iuxta illud. *Multi ab oriente, & ab occidente uenient.* Item Isaias ait. *Tenentes sedus meum, adducam eos in montem sanctum meum, idest in Ecclesiam, ut Hierony. exponit.* Eodem modo intelligit etiam illud Isaiæ, *Adducam filios tuos de longe, aurum, & argentum eorum cum eis.* Quod satis quadrat in Magos, qui ab oriente uenientes, munera filio Dei attulerunt, aurum, thus, & myrrha. Item Isaias agens de missione Apostolorum ad conuersionem gentium ait: *Et adducunt omnes fratres uestros de cunctis gentibus donum Domino.* Et certe tunc implebitur quod Dominus dixit. *Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere.* Id est gentes quæ non sunt de stirpe Israel. De eodem etiã exponit Hierony. illud Hieremiæ. *Et adducam eos de terra Aquilonis, & paulo post, Adducam eos per torrentes aquarum.* De his torrentibus gratiæ Spiritus sancti filius Dei dicit apud Ioan: *Si quis sitit ueniat ad me, & bibat, & Ezech. Et adducam uos in terram uestram, & effundam super uos aquam mundam, baptisimi uidelicet saluatoris, ut explicat Hierony. qui etiam intelligit de uocatione Iudæorum, & gentium ad fidem Ecclesie, quod. c. 37. subdit Dominus per Ezech. Adducam eos in humum suam, & faciam eos gentem unam in terra, in montibus Israel, & rex unus erit omnibus imperans, qui certe alius intelligi nequit, nisi Dominus hostes Iesus Christus, de quo Matth. 2. rogabãt Magi: *Ubi est qui natus est rex Iudæorum?* qui cum sit rex propter mansuetudinem & paternam charitatem pastor vnus appellatur Ioan. 10. *Et erit unum ouile, & unus pastor.* Et Matthei. 21. *Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super asinam.**

5 Adducere quoque in malum sæpe legimus, quale est illud Michee: *Adhuc hæredem adducam tibi, qui habitas in Maresa, idest regem Assyrium, qui quasi hæres succedet in ciuitate Maresa, & in alijs oppidis Iudæ, & Israel.* Vbi notat Hierony. quod hebraice Maresa est hæreditas, alludit itaque ad nomē dicens, ad Maresa, id est hæreditatem adducam hæredē hostē, & ut exponit Hierony. sic, sæpe hostes in malum adducturum se Dominus prædicit

Isai 7. & 8. & 35. & alibi passim. *Neminem ad perfectum adduxit lex, inquit Apostolus, quia uidelicet gratiam minime conferebat, neque illa, neque eius sacramenta, de quo dicemus in dictione, lex. Adducere autem præputium, est gentiles ritus profiteri. 1. Corint. 7. quia circuncidebãtur Hebræi, quando uero Moysaycam legē abiurabant, & ad gentilium mores transibant, scisuram circuncisionis præputio tegebant.*

Adduxisse Dominum animalia & uolatilia ad Adã legimus in Genesi. *Formatis ergo Dominus Deus de humo cunctis animalibus, & uolatilibus, adduxit ea ad Adã, ut uideret quid uocaret ea.* Super hunc locum quærunť autores, an animalia, & uolucres ab initio fuerint in paradiso, an uero solus homo ibi à Domino sit collocatus, animalia uero creata sint extra paradysum, & deinde à Domino illuc adducta. Quod si concedamus extra esse condita, quæritur, quomodo illuc fuerint introducta? Concordant autem omnes fere autores, adducta fuisse ad Adam imperio diuino, & non solo naturali instinctu. Ita Aug. lib. 9. de Genesi ad literam, & Interlinealis hoc loco ait: *Adducta sunt uel imperio diuino quo condita sunt, uel angeli ministerio.* Idem Glossa ord. & Lyranus & D. Chryf. super hunc locum, qui diuino nutu dicit attracta. Item D. Tho. 1. p. q. 96. a. 1. ad 1. qui angelico ministerio dicit adducta. Causas autē propter quas adduxit ea Dñs ad Adam adhibent patres. Beatus Ambrosius libro de Paradiso dicit, congregata ad Adam animalia in paradiso, non solum ut nomina illis imponeret, sed etiam ut in omnibus matrem esse, & foeminam recognosceret, & sibi quoq; opus esse ad sobolis procreationē uxore. Addit, hominem per se ipsum potuisse animalia congregare, uolatilia uero potestate diuina. Rupertus dicit, adducta illa esse, ut ex eorum conspectu iudicaret homo, nullū ex animalibus rationis esse particeps, & sibi simile. Præterea Theodoretus, Eucherius, & Rabanus aiunt, nutu diuino tanquam ad Dominum esse ducta, ut eum recognoscerent, ei que parent. Cæterum Hierony. Oleaster super Genes. 2. & Aug. Eugubinus in sua Comopia tenent contra communem sententiam, animalia fuisse in paradiso creata,

Efal. 7.
6
Hebr. 7.
1. Cor. 7.
7
Genes.
Questio.
Aug. Interl. Glossa. Lyr. Chrysol. D. Tho.
Ambros.
Rupert.
Theodoret. Eucherius. Raban.
Oleaster. Eugub.

ibi que habitasset cum homine familiariter, & ab Adam aspectu diiudicata, cum congregata essent iuxta eum, & suis nominibus appellata. Sed reclarant ut diximus patres, & id scriptura non dicit. Deinde quis ferat hominem, qui Dominus est animalium ut Genes. 2. legimus, extra paradysum fuisse creatum, & postea in paradiso collocatum, animalia uero expertia rationis, quæ inferiora sunt homini, in loco dignissimo paradysi producta esse, ubi neq; dignus habitus est homo producti? Præterea, quomodo tanquam magnū beneficium conceditur homini habitatio paradysi, à qua propter peccatum priuatur, si tamen bestijs permessa fuerat? Iam uero si dicas extra paradysum fuisse bestijs uolucres que pariter cum homine productas, sed cum eodem illuc translatas, ut cohabitarent, certe non solum hoc scriptura non dicit, sed potius e contrario adducta fuisse illuc ad Adam: *Ut uideret ipse (inquam) Adam quid uocaret ea, neque dicitur, ut cum eo pariter habitarent.*

Quod uero dicit B. August. 14. de Ciuitate. c. 11. Animalia cum hominibus in noxia in paradiso fuisse, & Basilius in homil. de Paradiso idem affirmat, non ostēdit illos sensisse animalia semper in paradiso fuisse, & futura postea, si homo non peccasset, quia patres ingenue fatentur, uolucres, & animalia subdita fuisse homini in paradiso, intelligunt tamen, quando adducta sunt illuc à Domino, ut eis homo nomen imponeret, quæ & tandiu ibi fuissent, quandiu opus erat, ut de illis homo per ocularem experientiam philosopharetur: sed an ibi futura essent cum homine perpetuo sicut nec scriptura dicit, ita neque August. neque Basilius aiunt. Imo si cōstare sibi debet (ut par est) Augustinus, aperte hoc negat, dicit enim in eodem lib. 14. c. 10. In paradiso neq; aberat quicquā quod bona uoluntas adipisceretur, neque inerat quod carnem, animam uel hominis foeliciter uiuentis offenderet. Hæc Augusti. Sed si animalia ibi perpetuo cōmorari deberent, multa caduera foetida sensus humanos passim offenderent, multa etiam fordibus suis bruta pecora foedarent, multa pulchra depalcerent, atque vastarent, quia naturā bestijs non erat profecto auferēda, ut dicit D. Tho. q. 96. 1. p. loco citato. Præterea re satis confi-

Gen. 2.
8
Aug. Basil.
August.
D. Thom.

derata, Abulensis super Genes. 3. q. 87. & 89. tenet expresse, non fuisse bruta animalia cum homine ibi perpetuo mansura. Idem asserit ex professo Damascenus lib. 2. de fide. c. 11. Nullus autem ex sanctis patribus tenet expresse contrarium: unde mihi uidetur hoc probabilius. Si autem quis oppositum senserit, in suo sensu abundet.

Postremo, illud quod Caiet. dicit hoc loco, non fuisse quidem uolatilia & quadrupedia ad hominem corporaliter adducta, sed mentali cogitatione, quod satis illi esse uidetur, ut naturas omnium considerans, nomina singulis in corde suo imponeret, tam facile reijcimus, quam leuiter contra communem patrum sententiã, & ueram scripturæ phrasim, ab autore suo dicitur. Quis enim dubitet, scripturæ uim inferre Caietanum, quæ dicit: *Adduxit ea ad Adam.* Aliud est enim adducere ad Adã animalia, & aliud menti eius, uel imaginationi repræsentare. Præterea uisus corporalis dispositionis singulorum animalium ad experimentalem scientiam ad necessariam, quis non intelligat, quantum conferat homini discursiuo? Sed de hoc satis. Illud tamen ad mores aduerte, homini tanquã uicedomino, hoc est uicario Dei in terris, bestias fuisse ad nutum obedituras, & ideo ad ipsum recognoscendum in paradysum adductas esse, ut hoc saltē exemplo discant homines se suis præpositis cum opus sit præsentare, & cor suum eis aperire, ut tanquam Dei uicarijs obediãt, iuxta illud. *Qui uos audit, me audit, & rursus: Super cathedram Moysi sederunt principes, & Pharisei, quæcunque ergo uobis dixerint seruate & facite.* Hoc etiam loco docentur boni pastores, ut agnoscant uultum pecoris sui, sicut Adam uultum animalium sibi subditorum contemplatus est, ac diiudicauit, ut ab ouibus posset lupos arcere, & leones ab hædis, quod non faciunt mercenarij, sed uidentes à longe lupum fugiunt, ouibus in discrimine derelictis.

CAPVT. XXXVIII.

Adeps.

Adeps dicitur hebraice pheder, ut patet Leuit. primo. Adeps est pinguedo superaddita carni,

Abulen.
Damasc.
9
Caiet.
Luc. 10.
Matth. 23.
Ioan. 10.
I

siue cuiunque rei, restringitur tamen ali quando ad illud pingue, quod ad modum retiaculi contegit intestina.

2 Adipem conspergere, est, selectissimam cū aqua farinā ad conficiendos panes cōmiscere, sic intelligit Lyranus illud Hieremias. *Mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas reginæ cœli, id est lunæ.* Ita quoque transfert in sua versione Vatablus, sed Hierony. adipem intelligit vel pinguedinem animalium, vel oleum saltem cum farina mixtum, quod probabilius est. Glossa interli. reginam cœli non solū intelligit lunam, sed omnium stellarum splendorem, quem illi plane suo modo adorare videntur, qui Deo creatori creaturæ mundi huius claritatem, & gloriam præferunt, ita vt primos accubitus in conuiujs affectent, tempore vero ieiunij exterminant facies suas, vt videantur ab hominibus ieiunantes. Hi ergo hypocritæ tanquam mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cœli, id est splendori vanitatis humanæ.

3 Adeps metaphoricè cuiusuis generis denotat abundantiam. Sic psal. *Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumentisatiat te.* Quem locum Lyranus de Sion terrena, & Ecclesia indifferenter exponit, Iansenius vero, & Vatablus de terrena tantum Hierusalem, sed de Ecclesia militante Hierony. Cæterum Aug. Casiod. & Glossa de triumphante. Ergo secundum Ianse. & qui de terrena Hierusalem exponunt, per adipem frumenti temporalium rerum abundantia denotatur, secundum vero Hierony. qui de Ecclesia intelligit militante, adeps frumenti Eucharistiam plane significat, de qua Dominus. *Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum.* Denique secundum alios, qui de triumphante exponunt Ecclesia, adeps frumenti, vel Christus intelligitur in cœlo gloriosus, vel deitas, quæ rerum omnium affluentia cum gaudio perenni satiati beatos, de qua Dominus ait: *Et gaudet cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis.* Similiter de temporalium abundantia exponit Lyra. illud ps. *Et cibauit illos ex adipe frumenti.* Sic etiam intelligitur illud Deut. *Lac de ouibus cū adipe agnorū, & arietum filiorum Basam,* Erat autē Basam terra pinguis in Galilæa citra Iordanē optima pascuis vt exponit Hiero. lib. de locis Hebraicis, de quo latius in dictione Basam.

4 Adeps hebraice cheleb, per metaphoram iuxta literam charitatis, & deuotionis affluentiam significat psal. 62. *Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea,* hebraice est, de futuro replebitur, sed frequenter optatiuus ponitur pro futuro, & est sensus, repletur anima mea gratiæ spiritualis pinguedine, vt exponit Hierony. qua quidem repleta Maria Dei genitrix cecinit: *Magnificat anima mea etc.* Et ibidem Elizabeth eadem adipe in spiritu perfusa: *Clamant uoce magna: Vnde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me, quia exultauit in gaudio infans in utero meo.* Vnde Aug. super psal. 62. agens de hac spirituali deuotione dicit: *Habet quādam pinguedinem anima nostra, est quædam saturitas pinguis sapientiæ.* Lyranus vero adipem hoc loco psal. 62. illuminationem & spiritus sancti consolationem intelligit, qualis erat illa, qua Dauid olim cum Domino familiariter conuersatus replebatur. De quo dicit Ecclesiasticus. *Sicut adeps separatus à carne, sic Dauid à filiis Israel.* Quasi dicat, maiorem habuit apud Deū familiaritatē, & illustrationem spiritus sancti, quam uniuersus populus Israel. Tales esse deberent reges, & principes populi, vt foeliciter subditos gubernarent. Vnde filius Dei non solum spiritualibus prælatis, sed & in suo gradu Christianis principibus dicit: *Vos estis lux mundi.* Talis euasit Regulus de quo dicitur: *Credidit ipse & domus eius tota.* Talis Centurio, de quo Dominus dixit: *Non inueni tantam fidem in Israel.* Talis olim inter Hebræos rex Ezechias, qui omnia idola de Hierusalem demolitus est. Itē Iosias qui omnē abstulit idolatriam. 4. Reg. 22. *Secundum enim iudicē populi, sic & ministri eius.*

5 Adeps aliquando sonat in malum, sicut psal: *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.* Vbi Aug. diues (inquit) abundans tantis rebus, quare diripit alienas, nisi quia huius iniquitas ex adipe processit. Hæc Aug. & pulchre, quia crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crescit. Eodem modo explicant Hierony. Glossa & Lyra. & allegant illud Deut. *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit,* quia quo quis opulentior, eo petulantiore esse solet, & crudelior, sicut diues ille purpuratus, qui epulabatur quotidie splendide, neque micam panis pauperi dabat vlceroso, certè ex adipe prodiit iniquitas eius. In eodē sensu de Impio dicit Iob: *Viscera*

Lyran. Hierony. Vatabl. Hierony. Interli. Matth. 5. Psal. 147. Lyra. Iansen. Vatabl. Hierony. Aug. Casiod. Glor. Ioan. 6. Ioan. 16. Lyran. Psal. 80. Deut. 32. Hierony.

4 Psal. 62. Hierony. Luc. 2. Aug. Psal. 62. Lyra. Eccles. 47. Matth. 5. Ioan. 4. Matth. 8. 4. Reg. 18. 4. Reg. 22. Eccles. 10. Psal. 72. Aug. Hierony. Hierony. Glossa. Lyra. Deuter. 32. Luc. 16. Iob: 21.

eius plena sunt adipe, quasi dicat, ita plenus est pinguedine sua, vt tamen neque guttā inde pauperibus distillet, sed totum sibi referuet.

CAPVT. XXXIX.

Adherere, Cohære.



D HÆ R E R E dicitur hebraice suc in cōiugatione cal. vt patet Psal. 41. item saham.

Adhærere est aliquid coniungi cum alio, & illi hærere, vnde adhærere Deo, vel post Deum metaphorice dicitur qui vinculo charitatis illi coniungitur, Psal. *Adhæsit anima mea post te, vbi Glossa explicat Charitate, Lyranus, feruenti dilectione, Casiod. perseverat, ita (inquit) vt nunquam recedam à bono proposito, ex quo semel adhæsi Domino, August. vero, vbi est (inquit) gluten, vt adhæreat: ipsum gluten charitas est, charitatem habe, quo glutine agglutinetur anima tua post Deum, vt ille præcedat, tu sequaris, qui enim vult Deum antecedere, consilio suo vult viuere, & non vult sequi præcepta Dei. Hæc August. Inde Dominus dixit: *Quot quot ante me uenerunt, fures sunt, & latrones, id est qui uoluerant consilio suo præcedere sapientiam meam, quales sunt omnes hæretici, & impostores.* Ideo filius Dei quādo uocauit Petrum, & Andream de nauī, dixit: *Venite post me, quando Matthæum ad se telonij traxit, ait illi, sequere me.* Denique omnibus dicit: *Si quis uult uenire post me abneget semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: Propterea Dauid quia dixerat, Mibi autē adhærere Deo bonum est, ne tamen putarem uoluisse ita adhærere, vt antecederet Deum, subdit: *Ponere in Domino Deo meo spem meam, Denique adhærere Deo dicuntur, qui neque Deos alienos adorant, neque alij se legi subdunt, quam legi Dei ex toto corde. Sic legimus Deut. 4. Vos autē qui adhæretis Domino Deo uestro, uiuistis usque in hodiernū diem, sic & Deut. 30. D. Iosue. 22. A. 4. Reg. 18. A. Isai. 66. B. 1. Corint. 6. Qui autem adhæret Deo, unus spiritus sit cū eo. Sic etiam legimus, Adhærere testimonijs Dei Psal. 118. quod est mandata diuina intimo cordis affectu seruare:***

Psal. 62. Glossa. Lyra. Casiod. Aug. Ioan. 10. Matth. 4. Matth. 9. Matth. 16. Psal. 73. Deut. 4. 1. Cor. 6. Psal. 118.

Cæterum cohærens Deo dicitur per excellentiam solus Dei filius propter hypostaticam vnionem ad uerbum, sic legimus apud Zachariā. *Frumentum suscitare super pastorem meum, & super uirum cohærentem mihi, dicit Dominus.* Vbi Hierony. ait: *Pro eo quod uocem Hebraeam Amith, uerbum timus cohærentem, Theodotion uirum proximum traduxit, Aquila super uirum συμφιλόν μου cōtribulem meum, Symmachus, super uirū populi mei, Septuaginta super uirum ciuem meum. Et certe nemo inter creaturas sic proximus patri coætereo, aut contribulis, aut ciuis eius, aut popularis, sicut filius Dei consubstantialis, & æqualis genitori. De quo ut (inquit) Hierony. ex sententiā Matth. c. 26. sine dubio præsens iste Zachariæ locus intelligitur, vbi allegat etiam quod sequitur: *Percutiam pastorem & dispergentur oves gregis, & subdit Euangelista: Discipuli relicto eo fugerunt.* In hoc sensu ipse filius Dei dicit vt pote patri æqualis & consubstantialis, *Non rapit eas quisquam, subaudi oues meas: de manu mea, nemo potest rapere de manu patris mei, ego & pater unū sumus, unū uidelicet substantia, & essentia, quia humanitas cohæret hypostaticè uerbo. Secundum eandē etiā hypostaticā cohærentiā dicit discipulis, *Anne creditis, quia ego uirum, & pater in me est: vbi intelligit plane per substantialem cohærentiā & personalem ad uerbum quod eiusdem essentia est.***

Adhærere uxori est legē coniugij seruare perpetuam, neque uxore dimittere. Sicut legimus: *Quia ab re relinquet homo patrem, ac matrem, & adhæret uxori suæ, quem locum Dominus Matth. 19. citauit ad indiuisibilem cōiunctionē uiri cū uxore secundum naturale, atque diuinū significandā, & libellū repudij excepta fornicationis causa rejiciendū. Itē Rupertus abbas lib. 3. de Trinitate. c. 38. demonstrat ex hoc loco maiorem esse vnionem uiri ad uxorem quā ad proprios parētes quos inuitos relinquit poterit homo, vt ad statum transeat religionis, uxorem autem matrimonio confirmato nō poterit, nisi illa consentiat, & ingrediatur etiā religionē. Addendū est, vt si fuerit sexagenaria uotum saltem castitatis emittat in sæculo. Vocatur autem hoc loco uxor hebraice וַיִּשָׂא uirago ab וַיִּשָׂא uir, & ita dixit adhæret isto uxori suæ, vel uiragini suæ.*

Zach. 13. Hierony. Hierony. Matth. 26. Matth. 26. Ioan. 14. Gen. 2. Matth. 19. Rupert.

4
Iob. 19.
D. Tho.
Lyra.
Pfal. 101.
Iansen.
Lyra.
Hierony.

Adhærere dicitur os pelli Iob. 19. quod insignem maciem denotat, vt exponunt iuxta literam D. Tho. & Lyranus. Eundem sensum habere putat Iansen. illam phrasim: *A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ*, vbi caro accipitur pro cute, vt hic etiam notat Lyranus, & allegat Hieronymum, & hebræos, vt sit sensus, ad hæsit os meum cuti meæ, quod ex antecedenti quoque versiculo deprehenditur ita esse. Legimus enim, *Ossa mea sicut cremium aruerunt*, quo loco vt Euthymius asserit Græce *ὀστέων* Symmachus vertit torrem, id est lignum aridum & concrematum, quo macies denotatur Prophetæ. Vbi etiam notandum est, qualis esse debeat pœnitentia pro læthali crimine, cum regius vates sic carnem suam gemitibus pro scelere macerat, in quo sensu Ioannes Baptista dicebat: *Agite ergo fructus dignor pœnitentia*. Sic & mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vehementi cõpuncta dolore tantam effudit copiam lacrymarum, vt Domini pedes posset abluere.

Matth. 3.
Luc. 7.

5
Pfal. 21.
Arnob.

Adhærere linguam gutturi, vel faucibus, denotat silentium. Sic filius Dei dicit: *Et lingua mea adhæsit faucibus meis*, quia vt exponit Arnobius rogatus à præfide, & à Iudæis accusatus tacebat, iuxta illud: *Sicut agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum*, secundum eandem phrasim Iob dicit: *Quando procedebam ad portam ciuitatis, &c. Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebant*, vbi describitur & commendatur autoritas principis, & grauitas. Sic & loquente B. Petro vt pote Ecclesiæ principe, Apostoli quoque tacebant, nam cum rogaret Dominus omnes: *Vos autem quem me esse dicitis?* Petrus reliquis obmutescens solus respondet: *Tu es Christus filius Dei uiui*, sed multo magis loquente in Ecclesia Petro, vel eius successore Christi vicario, tacet, velint nolint, omnes hæretici ab eo in conciliis iudicati, atque damnati, vt exponit Glossa super Iob. iuxta illud Isai. *Omniem linguam resistetem tibi in iudicio iudicabis*. Postremo quod linguam tuam adhærere palato silentiū denotet patet Ezech. 4. vbi Dominus Prophetæ dixit: *Lingua tuam adhærere faciã palato tuo, & eris mutus, nec quasi uir obiurgans, quia domus exasperans est*. Vbi Hierony. tantæ (inquit) sunt

Esa. 53.
Iob. 29.

Matth. 16.

Glossa.
Esa. 54.

Ezech. 4.

Hierony.

Iudæi amaritudinis, & tantæ aduersus Deum contentionis, vt obiurgantem non mereatur audire. Hec ille. Quia vbi verbū Dei despicitur, prudenter silentio tegitur, iuxta illud Matth. *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos*, & Matth. 10. *Estote prudentes sicut serpentes*, vt videlicet sicut scit serpens, quando debeat venenū spūere, sic & vos sciatis, quādo de betis proferre sermonē, quia Eccle. admo-
nt: *Tempus tacendi, & tempus loquendi*. Ad hoc propositū adducit Hierony. super hūc locum Ezech. illud Matth. *Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram?* id est doctrinæ modulum quando oportet, ideo & regius Prophetæ dicebat: *Domine labia mea aperies*, vbi Greg. illius (inquit) labia Deus aperit, qui non solum quid loquatur, sed etiam quando, & vbi, & cui loquatur, attendit.

Adhærere vultum terræ est humilitatis, & propriæ cognitionis signum, vnde Daniel ait, vultus meus adhærebat terræ quādo vidi Archangelū Gabrielē, quod paulo aliter Greg. explicat li. 20. Moral. c. 21. *Hæret (inquit) vultus terræ, quādo adhuc terrenis afficimur, & terrena sapiamus*. Hæc ille. Sic quando Iacobus, & Ioannes dexteram, & sinistram in regno Christi petebant: *Vultus eorum hærebant terræ*, vel quando facta est cõtentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Sed erectus est Daniel ab Angelo, quia desideria nostra Angeli purgant, & erigunt ad cœlestia. Postremo adhærere dicitur anima nostra pauimento: *Adhæsit pauimento anima mea*, quādo (vt inquit ibid. August.) terrenis seruimus necessitatibus carnis. Ideo Paul. vt à pauimento nos erigeret, clamabat: *Si cõsurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt querite, &c: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, & filius Dei: Thesaurizate nobis thesauros in cœlo &c. ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*.

Adhærere pedibus pulueri excutere, est nihil terrenum retinere velle, sed leues etiam inanis gloriæ affectus rejicere, vt exponit Glossa super illud Luc. *Etiã puluerē, qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, excutimus in testimonium*. Denique macula dicitur manibus adhærere Iob. 31. *Si manibus meis adhæsit macula, id est culpa in actionibus, sicut exponit Greg. ibidem*.

Matth. 7.
Matth. 10.

Ecclesi. 5.
Hierony.

Matth. 10.

Pfal. 50.
Grego.

6

Dani. 10.

Greg.

Matth. 23.
Matth. 23.

Luc. 11.

Pfal. 118.

Aug.

Colos. 3.

Matth. 10.

7

Glossa.
Luc. 10.

Iob. 31.
Greg.

CAPVT. XL.

Adiuuare, Adiuuor, Adiuuorium.



DIVVARE dicitur hebraice azar per y 2. Paral. 1. 8. & 2. Reg. 1. 8. & adiuuorium dicitur ezer.

Adiuuare denotat opem ferre, & auxiliari. Est autem adiuuor vniuersalis creaturarum omnium Deus, & solus Deus. De quo Paulus. *Quamuis non longe sit ab uno quoque nostrum, in ipso enim uiuimus, mouemur, & sumus*, hoc est Deus dat esse omnibus, & ideo in ipso sumus, & cū ceteris cooperatur uiuentibus, vnde in ipso uiuimus, cooperatur etiam, se quocunque modo mouentibus, & ideo in ipso mouemur. Vnde fit vt sit omnium adiuuor, sicut docet Aug. lib. 8. super Genes. c. 24. & 25. *Partes (inquit) vniuersitatis, & intrinsecus incorporaliter diuinitus adiuuantur, vt sint in natura, & extrinsecus corporaliter quo se melius habeant. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*. Hæc ille. Specialiter autem in scriptura Deus vocatur adiuuor noster, id est hominum, & specialius humilium & iustorum, vnde idē Aug. super Psal. 26. *Adiuuor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus*. Tu (inquit) Deus adiuuas quæ condidisti, tu non deseris quæ creasti. Hæc ille. Sic Propheta psallit: *Deus meus adiuuor meus, & iterum: et factus est Dominus adiuuor meus, & Psal. 32. Quoniam adiuuor, & protector noster est*. Denique Psal. 61. *Deus adiuuor noster in eternum*.

Quod si quis roget, si Deus adiuuat hominem & de hoc gloriatur in scriptura, quomodo Lazarus vlcerosus ad ianuam diuitis sine vlllo vitæ subsidio derelictus est? Ad hoc respondet Propheta, pauperem à Deo non derelinqui, imo ab eo peculiariter iuari: *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiuuor*. Si quos autem iustos sine præsentis vitæ subsidio clementissimus Deus mori permittat, in spiritualibus certiuuat, vnde in eodem Euangelio dicitur: *Factum est, ut moreretur menducus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahe*, si autem expediat, etiam in rebus corporalibus adiuuat. Hinc & seruulum Centurionis precibus heri sanauit. Item paralyticum, qui hominem non

172

I

Act. 17.

Aug.

Rom. 11.

Aug.

Pfal. 17.

Pfal. 29.

Pfal. 32.

Pfal. 61.

2

Luc. 16.

Matth. 8.

habebat, non sanitati duntaxat, sed robori pristino solo verbo restituit, & cœco à natiuitate, quem nemo curabat, oculos aperuit. Vnde & fama tot & talium prodigiorum Chananaea fœmina ducta pro filia sua clamauit dicens: *Domine adiuua me*. Hunc adiuuorem desiderabat Iob dicens. *Quis mihi tribuat adiuuorem, ut desiderium meum audiat omnipotens?* Vbi Gregor. libr. 22. Moral. quem nimirum nisi Dei filium contemplatur, qui humanam naturam in hac vita laborantē, dum suscepit, adiuuit, vt quia puro homini via redeūdi nō patebat ad Deū, via redeūdi fieret per humanatū Deū. Hæc ille. Ideo Dñs ait: *Nemo uenit ad patrem nisi per me, & rursus, Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur*.

Cæterum non sine causa frequentissime scriptura sacra Dei adiuuorium in uocare nos docet, sic ait. *Exurge in adiuuor meum, & rursus: Deus in adiuuor meū intende, item: Adiuua nos Deus salutaris noster*, Denique: *Domine ad adiuuandum me respice, & alibi passim*. Sed prouidentia diuina antequam errores de virulento hæreticorum germine pullarent, verbo Dei vbique refellere festinauit, de erroribus loquor Pelagij, ei que contrarij Lutheri ex quibus prior, liberum etiam post originale peccatum arbitrium, à peccati miseria, suis posse viribus surgere, & primam promereri gratiam, dogmatizauit, contra quem tota reclamatione scriptura, quæ hominem plane qui descendebat à Hierusalem in Iericho à latronibus faucium, & spoliatū, semiuuuum quæ relictum proponit nobis in Euangelio Lucæ, hoc est spoliatū gratuitis, vt exponit Beda, & in naturalibus fauciatum, quia: *Neque sufficientes simus cogitare aliquid à nobis tanquam ex nobis sed sufficientia nostra ex Deo, secundum Apostolum*. Et ipsis Apostolis Dominus dicit: *Sine me nihil poteris facere*. Posterior autē hæreticus liberum tollit arbitrium, ita vt neq; cū Dei gratia secū dū illum valeat cooperari, cū contra scriptura adiuuorū petat, neq; Christus diceret Matth. 16. *Si quis uult uenire post me abneget semetipsum, nisi homo uelle posset, neque Paulus diceret Heb. 13. Dominus mihi adiuuor*, quia neq; adiuuorium est, quādo qui fouetur nihil omnino est, nihil que operatur, aut agit. Vnde utrumque simul errorē Pius Papa huius nominis primus

Luc. 5.

Ioan. 9.

Matth. 15.

Iob. 31.

Greg.

Ioan. 14.

Ioan. 10.

3

Pfal. 34.

Pfal. 69.

Pfal. 78.

Pfal. 39.

Luc. 10.

Beda.

2. Cor. 3.

Ioan. 15.

Matth. 16.

Heb. 13.

Pius Papa.

refellit dicens Epistola prima Decretali: Scitis fratres quia Dei agricultura sumus, ideo eius adiutores esse debemus, secundū gratiā quam ipse dedit nobis. Et Anicetus Papa Epistola. 1. bonorū operum, & spiritaliū studiorū Deum autorem esse, nemi ni dubium est, qui hominū incitat mētes, & adiuuat actiones. Eadem verba refert Fœlix Papa. 1. Epistola sua. 2. Præterea Conciliū Carthaginense in Epistola ad Innocentium. 1. ad hoc propositum allegat illud Rom: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Ipse quoque Innocentius. 1. idem definit Epistola. 25. & 26. vbi adducit illud Psal: Adiuutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum, & terram. Et alia testimonia à nobis paulo ante citata, subiungit q; cum in omnibus diuinis paginis voluntati liberæ non nisi adiuutorium Dei legamus esse nectendū, eam que nihil posse cœlestibus præfidijs destitutā, quomodo huic soli possibilitatem hanc pertinaciter dari debere persuadent? & Aug. Epistola ad eundem Innoc. ait: Nihil eius, id est, liberi arbitrij potestas sufficit, nisi adiuetur infirmitas. Et infra: Distingue da est lex, & gratia, lex iubere nouit, gratia iuuare, nec lex iuberet, nisi esset voluntas, nec gratia iuaret, si satis esset voluntas. Lege etiā Epistolā. 27. Innocentij, & Conciliū Mileuitanū can. 3. 4. & 5. & Conciliū Africanū. c. 78: Conciliū Arafricanum. can. 6. & sequētibus. Legē dus est etiā Leo Papa Epist. 28. 29. 30. 91. & Gelasius Papa in Decreto Synodali. Conciliū Tolletanum. 3. can. 2. Zacharias Papa Epistola. 4. ad Bonif. & Conciliū Trid. sess. 6. can. 2. 3. 4. 5. 18. 24. 33. recte ergo lunatici pater clamabat ad Christum: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.

4
Adiutores autē nos esse Dei, partim quidē quando cum eius gratia liberū nostrū arbitriū cooperatur in nobis, partim etiā in iuuandis ad salutē proximis, docet Apostolus: Dei enim (inquit) sumus adiutores. Vbi Ambros. hoc ad Apostolorum personam ait pertinere videtur, quos constat Dei esse adiutores, dum vicarij sunt Christi. Sed B. Thom. in Commēt. opponit cōtra hoc videri primā facie illud Iob. Cuius adiutores, nunquid imbecillis? Et Isaias ait: Quis adiuuit spiritum Domini? Sed dicendum est, quod dupliciter aliquis alium adiuuat, vno modo augēdo eius vires, & sic nullus

potest Dei esse adiutor, ideo Iob subdit Sustentat brachium eius, qui non est fortis. Alio modo obsequendo operationi alterius, sicut si minister dicatur Domini adiutor, in quantum exercet opus eius, aut ministerium, & hoc modo ministri Dei sunt eius adiutores. Hæc D. Tho. De his autem ministris ait Dominus: Qui mihi ministrat me sequatur, & ubi ego sum, illic & minister meus erit, id est, qui coadiutor meus fuerit in saluandis animabus, mecum erit.

5
Adiuutorium viri est mulier, sed minus principale, sic legimus: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiuutorium simile sibi. Chaldaicus vertit Semach, quæ vox significat sustentaculum, vbi homo ponitur vt principalis, mulier vero quasi fulcrum vt eū sustentet. Sed ne putares abiectū hoc esse fulcrum, addidit, simile sibi. Et quidē hebraice est, contra ipsum, quod idem valere videtur quibusdam, ac corā ipso, sicut Matth. 21. ite in castellum, quod contra uos est, id est corā vobis. Porro Chaldaicus vertit, Chechible, penes ipsum, vel iuxta ipsum, quasi ad manum, non tamen vt seruam, vt male exposuit. R. Kimhi, sed vt sociam. Quod & Aristo. agnouit qui lib. 1. Politic. cap. 1. dicit marem, & foeminam socios esse generationis, quam uis apud Barbaros ait, mulier, & seruus eodem habeantur loco. Certe in hac societate, & paritate maris, & foeminae vit locum obtinet capitis, vt dictum est, & Paulus docet. 1. Corint. 11. Non uir (inquit) propter mulierem, sed mulier propter uirum. Dicit autem Augustinus libr. 9. de Genesi ad literam. cap. 3. & 4. datam foeminam viro in adiuutorium non propter aliud, quam propter filios procreandos, sicut adiuutorium femini terra est, vt virgultum ex utroque nascatur. Hæc Augustin. Sed intelligit etiā necessariā illi esse ad alēdos lactādos q; infantes vsq; ad certū terminū ætatis, ideo eiusdē esse debuit speciei cum viro, & hoc iudicio meo voluit phrasis hebræa que dicit Eese faciam, Lo, id est ei Ezer, id est adiuutoriū, cenegdo, id est e regione, quasi dicat: Faciamus ei adiuutoriū cōtra ipsum, id est passiuū, opposita enim sunt actiuū & passiuū principij, vt eiusdē speciei proles, sicut in alijs animalib⁹ generetur. Quā phrasim germane vulgata vertit, simile sibi. Vt autem hanc societatem ma-

Anicetus Pa-
pa.

Fœlix. Papa
Con. Carth.
Rom. 8.
Innocent.
Papa
Psal. 123.

Aug.

Innocent.
Con. Mileui
Con. Africa
Con. Araul
Leo. Papa.
Gelasius.
Con. Tol. 3.
Zacha. pap.
Con. Trid.

Mar. 9.

1. Cor. 3.
Ambros.

D Thom.
Iob. 26.

Esal. 40.

Ioan. 11.

Gen. 2.

Matth. 21.

R. Kimhi
Arist.

1. Cor. 11.

Aug.

ris

ris, & foeminae legitimo sibi coniugio ad prolis procreationem concurrentium Dominus præsentia sanctificaret, & illustraret, quod etiam super Ioan. 2. notat August. in nuptijs Cana Galileæ voluit coniuuari, vbi & aquam vertit in vinum. ¶ Adiuuasse dicitur terra mulierem Apoc. 12. de quo in dictione Absorbere latius egimus, nume. 3.

C A P V T. X L I.

Admirari, Mirabile, Mirari, Mirificare, Admirabile.



D M I R A R I hebraice dicitur habar, obstupescere Iob. 19. Item mirabile niphelath Psal. 118. & Psal. 138.

Admirari idem est quod valde mirari, & de aliqua re noua consideratione suspendi. Vnde Aug. Epistola. 2. ad Euodiū, Ista (inquit) sunt causæ admirationis, cū vel ratio cuiuscunq; rei latet, vel quia ea res vñtata non est, eo quod singularis, vel rara est. Hinc in Genes. cum Isaac aduertisset deceptum se quidem à Iacob, benedictionem illi primogeniti contulisse, diuinam prouidentiam admiratus est vehementer. Sic enim legimus. Expauit Isaac stupore uehementi, & ultra quam dici potest admirans ait, &c. Verbum autem hebraicū, Harad, expauescere, & admirari significat. Aug. autem in quæstionibus super Genes. tanta (inquit) commotio in Isaac intelligitur, vt quædam alienatio sequere tur, ipsa autē proprie dicitur ecstasis, quæ in magnarū rerum reuelatione fieri solet, quæ facta hoc loco Isaac intelligitur, vt firmaret benedictionem filio suo minori. Hæc Aug. Septuaginta etiam vertunt ecstasim magnam. Iure ergo mysterium Dei miratus est Isaac, quod Messias regnaturus esset in domo Iacob in æternū, sicut Gabriel dixit Mariæ.

Admirari passiuè sumitur Eccle. 24. Vbi de Sapiētia dicitur incarnata vt exponūt Glossa & Lyra. Et in plenitudine sancta admirabitur, id est erit pluribus in admiratione, quādo Apostolorū prædicatione, & ipsis succedentium totus orbis conuertetur ad Christū, erit enim admirabilis sapiētia patris in Christo, quod dduodecim tantū ad hoc opus, elegit Apostolos & designauit alios septuag. duos & quidem piscatores

pauperes, sine literis, & tam paucos numero, ad tantā messem sicut dicitur Luc. 10. Messis quidem multa, operarij autē pauci. Quā tam vero collegerint messem, Ioannes testatur: Vidi (inquit) turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, iure ergo optimo dicitur de Sapiētia Dei: In plenitudine sancta admirabitur, id est erit mirabilis. Præterea cum hæc ipsa incarnata sapientia doceret, admirabantur turbæ in doctrina eius, apud Marcum. Item miracula eius, sicut quando Luc. 11. Locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ, quia diuinitatem in operibus Christi sub carne mortali resplendere videbant, multo quidem illustrius quam resplenduit olim facies Moyfi. Propterea Isaias Dixit: Et uocabitur nomen eius admirabilis, quia videlicet, Deus & homo in duabus naturis vna persona est, & quia saluare poterat per omnipotentiam deitatis, & mereri saluandis salutem per humanitatem, vocatum est nomen eius Iesus, quod est nomen admirabile propter vnionem vtriusque naturæ, de quo in Psalmo: Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.

3
Præterea regula est obseruata in scripturis, quādo Prophetæ vel singularē aliquā vastationē contra gentē vel regnū vaticinantur, auditores in admirationem prouocare, vt cum maiori attentione rarus ille casus intelligatur. Sic Isaias de cœcitate Iudæorum, quæ illis destructionis causa futura erat, eo quod videntes, & audientes filium Dei non cognouerint, aut receperint: Obstupescite (inquit) & admiramini, quia miscuit vobis Dominus spiritū soporis, & claudet oculos uestros, &c. Id est claudi permittet. Quid autem mirabilius, quam cū tot & tanta Christi miracula vidissent, quæ nemo alius fecit, non solum non crediderunt, sed: Collegerunt Pharisei consiliū, & dicebant: Quid facimus quia hic homo multa signa facit? id est quare non occidimus eum? Sic & Ezechiel, de vastatione Tyri sub Nabuchodonosor, vel sub Alexandro magno, qui insulam olim Tyrum continentem fecit, atque deleuit, ait: Repenti no casu tuo admirabuntur, & assumentes super te lamentum, dicent tibi: Quomodo peristi quæ habitas in mari, vrbs inehyta? &c. Sed si admirantur homines casum Tyri vrbis gentilium, certe multo magis admira-

Luc. 10.

Apoc. 7.

Mar. 21.
Luc. 11.

Exo. 34.
Ioan. 9.

Luc. 23.

Psal. 8.

Regula.

Psal. 29.

Ioan. 11.

Ezech. 26.

2. Reg. 11. Luc. 23. Ioan. 20. Ioan. 21. Rom. 11. 4 Pfal. 67. Lyra. Marci. vlt. Gen. 32. Iud. 13. 5 Exo. 14. Iosu. 10. Exo. 15. Iudi. 6. Iob. 9. Efa. 25. Hierony. Efa. 35. Luc. 2. Matth. 2. Pfal. 71. Hier. 31. Matth. 2. Euseb.

buntur angeli casum iusti in lethale peccatum, sicut quando sanctissimus David Propheta cecidit in adulterium, Petrus negavit saluatorem, & Thomas de illius resurrectione dubitavit. Vnde Dominus in Euangelio: *Ambulate (inquit) dum lucem habetis, ut non uos tenebrae comprehendant, & Paulus. Qui autem existimat se stare, uideat ne cadat.* Mirabilis dicitur Deus in sanctis suis in Psal. Et subdit: *Deus Israel ipse dabit uirtutem, & fortitudinem plebi suae. Quia ut exponit Lyranus, non solum in se ipso Deus mirabilis est, sed etiam in sanctis suis, quia per eos facit mirabilia, iuxta illud Marci: signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur, in nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, &c.* Sic & nomen Dei mirabile dicitur Genes. 32. *Quid queris nomen meum quod est mirabile?* Idem repetitur Iudic. 13. Mirabilia Dei in scriptura dicuntur, quae supra naturae vires operatus est Deus prodigiose, sicut quando traduxit populum Israel per mare rubrum sicco vestigio, & quando ad vocem Iosue stetit Sol in spacio vnus diei, & his similia, de quibus intelliguntur plura scripturae loca, sicut illud Exod: *Quis similis tui, terribilis atque laudabilis & faciens mirabilia, & Iudicum. 6. Vbi sunt mirabilia eius?* Item Iob: *Qui facit magna & incomprehensibilia & mirabilia absque numero. Caeterum multo maiora & admirabilia fecit filius Dei in lege gratiae, de quibus Isaias. Domine Deus meus es tu, exalabo te, confitebor nomini tuo, quia fecisti mirabilia, cogitationes antiquas amen.* Vbi Hieron. exponit vocem esse Prophetam glorificantis Deum pro mirabilibus completis in Christo, & per Christum, quae antiqui Prophetam praedixerat. Praedictum quippe fuerat ab Isaias: *Deus ipse ueniet, & saluabit nos.* quod tunc cepit impleri, quando filius Dei circumcisus est octauo die, & uocatum est nomen eius Iesus, id est saluator. Sic die decimo tertio a natiuitate, Magos ab oriente venientes per fidem viuam saluos fecit, quia fecit mirabilia, cogitationes antiquas amen. Sic enim antiquitus praedixerat Propheta: *Reges Tharsis, & Insulae munerum offerent, &c.* Praeterea quod antiquitus praedixerat Hier. *Vox in Rama audita est, plorat & ululat multum, &c.* impleuit Matth. 2. occisis ab Herode infantibus, & martyrio coronatis. Denique in hoc sensu explicat hunc locum Eusebius libr. 2. de De-

monstr. Euang. c. 32. & Cyrillus super Isaiam, & Theodoretus, & alij. Sic ergo quae a principio Deus cogitauerat, praedictae Isaias: *Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, narratur iam factum mirabiliter Luc. 2. scilicet, Maria peperit filium suum primogenitum, &c.* Et sic de pluribus alijs de quibus Ecclesiastic. ait: *In noua signa, & immuta mirabilia, & Isaias: cum: Feceris mirabilia, non sustinebimus, quod de signis a Christo patris exponit Hierony. quae superbi, qui montes hic uocantur, non sustinuerunt, id est non expectauerunt. Vnde dicebant eius signa uidentes: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Nunquam enim illi expectauerunt, siue sustinuerunt, ut quadrimum Lazarum resuscitaret, aut coecum a natiuitate illuminaret, & sic de alijs. Vbi nota, uerbum hebraicum quod uulgata uertit, Non sustinebimus, significare etiam, expectare. Vnde Vatablus uertit, cum faceres mirabilia, quae non expectabamus, &c.* Mirabile dicitur templum Dei: *sanctum est templum Dei, mirabile in equitate, quia ut exponit Lyranus, omnes casus difficiles & dubij referebantur ad sacerdotes templi, qui ad singula respondebant, sicut legitur Deut. 17. In quo templum illud typus erat Ecclesiae, secundum quam phrasim, tabernaculum etiam foederis admirabile dicitur, ubi Deus inhabitabat, & sacerdotes responsa dabant antequam Salomon templum edificaret, sic in Psal: Quonia transibit in locum tabernaculi admirabilis usque in domum Dei. Vbi Lyranus hoc idem notat. Sed multo mirabilior Ecclesia Christi quae non solum: *Columna est, & firmamentum ueritatis, Sed & porta inferi non praualcabit aduersus eam, quae tamen portae contra templum illud Hierosolymitanum preualuerunt.* Mirabilia testimonia Dei appellantur Psal. 118. propter promissiones aeternae gloriae, ut ibi notat Ambr. serm. 17. Lit. phe: *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est anima mea, & certe mirabile testimonium: Beati pauperes spiritu quonia ipsorum est regnum caelorum. Secundum eandem phrasim intelligitur etiam ille uersiculus Psal. eiusdem: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Vbi Aug. mirabile putat Dei legem in eo quod dicit contra communem hominum consuetudinem: Diligite inimicos uestrorum. Est etiam mirabilis, quando iubet: *Thesaurizare thesauros in caelo, in eodem Euangelio.***

Cyri. Theodoret. Efa. 7. Luc. 2. Eccle. 36. Efa. 64. Hierony. Ioan. 11. 6 Pfal. 64. Lyra. Deut. 17. Psal. 41. Lyra. 1. Tim. 3. Matth. 16. 7 Psal. 118. Amb. Matth. 5. Psal. 118. Augult. Matth. 5.

8 Pfal. 138. 9 Pfal. 4. Iansen. Lyra. 10 Pfal. 15.

Mirabilis scientia Dei dicitur in Psal. *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam.* Particula, Ex me, difficilem reddit expositoribus hunc locum, maxime his qui phrasas hebraicas non attigerunt, est enim uox min, quae deseruit ad comparationes, sicut, praeme ille est sapientior, quae phrasis, latinos latet. Vnde quidam exponunt uerba esse Christi dicentis. Scientia pater mirabilis tua facta est ex me, id est ex incarnatione mea. Alij ut Euthymius exponunt in persona hominis dicentis, ex me, id est ex eo quod ad imaginem Dei creatus sum mirabilis euasit scientia Dei. Sed in Hebraeo est, ut dixi, Mirabilis facta est scientia tua praeme uel a me, ut uertit Vatablus & Iansenius, uel super me, ut ad ueritatem hebraicam uertit Hierony. Itaque Propheta de scientia loquitur quae ex creaturis de Deo colligitur, dicit quae, Haec scientia super me, & praemeo captu est mirabilis, id est facta comparatione ad vires meas. Sic Chaldaicus transtulit, Mirabilis est scientia tua praeme. Quod si scientia quae de Deo, uisus creaturis haberi potest, superat captum humanum, nisi Deus lucem largiatur, iuxta illud Psal. *Qui docet hominem scientiam, quanto excelsior erit nobis cognitio mysteriorum incarnationis Christi, & Trinitatis personarum in unitate essentiae, nisi ipse reuellet iuxta quod ait: Neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare, & infra, Abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Legimus: *Mirificauit Dominus sanctum suum, quod in sua persona David dicere, exponunt Iansenius & Lyra, quando ab hostibus suis mirabiliter ereptus est, Scitote (inquit), quonia mirificauit Dominus, id est, mirabiliter seruauit, Sanctum suum, id est uentum in regem, & ita me exaudiet, ut regnum meum duret in aeternum. Sed licet sensus iste sit literalis, mysticus tamen sanctorum patrum de Christo intelligit, qui post mortem, se praedixit mirifice suscitandum tertio die, ut constat Matth. 20. Vbi Assumpsit Iesus discipulos suos secreto, & ait illis, &c. & rursus ait: Ecce ascendimus Hierosolymam, &c. & filius hominis tradetur, &c. & tertia die resurget quia mirificauit Dominus factum suum, id est Christum suum. Mirificat Deus omnes uoluntates Prophetarum in sanctis sicut dicit Psal. *Sanctis qui sunt in terra eius mirificauit omnes uoluntates meas**

in eis. Vbi uariae sunt lectiones apud Graecos, & Latinos, sed tamen quam retulimus elegit uulgata hebraicae ueritati magis consonam, cuius sensum exponit Iansen. Itē Genebr. quia praecesserat, *Deus meus es tu, quonia honorum meorum non egess, subiungit, Quamuis opera bona, quae ego facio, illi non proficiunt, qui nullius eget, tamen sanctis qui sunt in terra eius mirificauit, id est mirabiles fecit omnes uoluntates meas in eis, quia fecit ut prodesse eis, & ex eo mirabiliter prodesse ipsi Deo, qui reputat sibi prodesse, quod sanctis suis prodest: in terra eius, id est, dum uiuunt in hac mortali uita. Quae sententia consonat cum illo Matth. 25. ubi Dominus ait: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Consonat etiam Hebraicae ueritati, quae uertit Chaldaeus paraphrastes his uerbis: *Sanctis qui sunt in terra, & magnificis in operibus bonis, omnis bona uoluntas mea in ipsis. Quod si mystice locum istum cum patribus intelligamus, non David, sed Christus in hoc Psalmo loquitur, ut tenet Hierony. Aug. Cassiod. Glossa, & Nicolaus: dicit autem sanctis qui sunt in terra eius, id est in Ecclesia ut ait Hieronymus, uel qui sunt in terra hac corruptibili, mirificauit supple Pater omnes uoluntates meas, & merita mea in eis, ut quia ego gratiam & gloriam mihi promereri non possum, illis proficiunt ad uitam aeternam. Itaque quod Christus quadraginta diebus ieiunauit, quod pernoctauit in oratione, quod lachrymatus est super ciuitatem, & super Lazarum quatrimum, denique quod crucifixus, & mortuus est, sanctis in terra, id est sanctificatis per baptismum & poenitentiam cumulatissime profuit: & eos misit ad magnifica patranda miracula.* Itē legimus: *Audiens autem Iesus miratus est.* Miratus, in qua est, fidem uiuam Ceteruonnis. Quae uolunt hoc loco patres, quomodo filius Dei mirari potuit, omnia quippe scienti nihil poterat occurrere nouum, de quo dicit Paul. ad Coloss. *In quos sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei absconditi.* Enim uero quatenus Deus omnia nouerat, & quatenus homo scientia beata sciebat illa omnia, quae pater nouerat scientia uisionis, scientia quoque infusa nouerat futura plane contingentia super omnes angelos, & cogitationes hominum, ut pote iudex uiuorum,*

Iansen. Genebr. Matth. 25. Chald. Hierony. Aug. Cassiod. Glossa. Nicolaus. Hierony. Matth. 4. Luc. 6. Luc. 19. Ioan. 11.

II Matth. 8. Quaestio. Colof. 3.

ac mortuorum, ergo nouerat fidem illam Centurionis antequam esset, neque noui aliquid occurrit vt miraretur. Ad solutionem ergo questionis huius notanda est regula Augustini lib. Quæst. super Genes. q. 58. & etiam Hilarij super Psalm. 1. & Gregorij libro. 21. Moral. super illud Iob. 31. *Et sciat Deus simplicitatem meam,* quando Deus dicitur aliquid facere, vel pati, quod maiestatem eius minime deceat, intelligitur illum in nobis effectum operari, sicut quando dixit Abraham: *Nunc cognoui, quia timeas Deum,* intelligi debet, nunc te feci cognoscere, quia Deus ab æterno cuncta cognouit. Iuxta hanc ergo regulam dicit Aug. lib. de Genesi contra Manichæos: *Quis in Centurione fecerat illam fidem, nisi ipse qui mirabatur? quod ergo miratur Dominus, mirandum nobis esse significat, omnes enim tales motus Christi non perturbationis animi signa sunt, sed docentis magisterium.* Hæc August. Eodem modo explicat Chrysof. in Comment. Alijs exemplum (inquit) dedit vt mirerentur. Ceterum Abulenſis super Matth. 8. q. 34. dicit Christum Dominum, quantum ad ea quæ cognouit scientia experimentalis, potuisse aliquid noui discere, & de illo mirari, quod etiam tenet D. Th. 3. p. q. 15. ar. 8. & Paulus Apostolus: *Didicit ex his, quæ passus est, obedientiam, id est expertus est effectus obedientiæ in carne mortali, sicut ergo potuit discere, potuit & mirari, fuit que profecto admiratione digna Centurionis fides, quia deitatem Christi, quem mortalem vidit, aperte credit, & omnipotentiam eius ubique præsentem: Tantum (inquit) dic uerbo, & sanabitur puer meus.*

CAPVT. XLII.

Adolescens. Adoleſcentia. Adoleſcentulus.



ADOLESCENTIA, & pueritia dicitur hebraice, Ialdoth, Ecclesia. 11. Latere iuuenis in adoleſcentia tua.

Adolescens dicitur homo quandiu in longitudinem creſcit, & primam lanuginem producit quod fit ab anno 12. vsque ad 21. Sic de Dauid duo de viginti annos

nato dicitur: *Erat adoleſcens rufus, & pulcher aspectu,* quamuis aliquando accipiantur pro iuuenē ad virilem ætatem accedente, sicut Act. 7. *Testes autem deposuerunt uestimenta sua secus pedes adoleſcentis, qui uocabatur Saulus, erat enim 29. fere annorum tunc Saulus.*

Adoleſcentiæ peccata facilius remittuntur propter ignorantiam ætatis. Vnde quasi de Domino conquerebatur Iob. dicens. *Consumere me uis peccatis adoleſcentiæ meæ.* Vbi Lyranus, licet adoleſcentiam (inquit) meam non transferim absque peccatis, tamen peccata illius ætatis non sunt tam acriter puniēda. Sic nota quod Ambrosi. ait lib. 1. de Viduis: *Vicina est lapsibus adoleſcentia, quia variarum ætatis cupiditatum feruore calens in flammatur ætatis, & lib. de interpellatione. c. 7. Adoleſcentia (inquit) sola est inualida viribus, infirma consilijs, vitio calens, fastidiosa monitoribus, illecebrosa delicijs, vnde Dauid clamat: Peccata iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* Hæc Ambros.

Adoleſcentulum Benjamin legimus Psal. 67. *Ibi Benjamin adoleſcentulus in mentis excessu.* Vbi vertit Hierony. ad veritatem Hebraicam, Ibi Benjamin paruulus continens eos, princeps in Iuda purpura sua. Est enim pro mentis excessu in hebræo, Rodem, quod est continens vel dominans, si autem scribatur alijs punctis denotat soporem, ideo Septuaginta vertunt in ecstasi, & vulgata, in mētis excessu. Secundum ergo priorē lectionē, quæ modo habetur in Hebræo per Benjamin iuniorē inter fratres suos, intelligitur Saul, qui primus regnauit purpuratus in Iuda, vt exponit Iansen. secundū Hebræos. Si vero legamus in ecstasi cum Septua. vel in mētis excessu cū vulgata iuxta lectionē antiquā, denotat Apostolū Paulū detribu Benjamin, quæ præuidit Propheta ad tertium cælū in ecstasi raptū sicut exponunt Hierony. Aug. Cassiodo, Remigius Glossa, Lyra Pulchra autem fuit Benjamin (vnde Paulus duxit originem) prius vocatus Benoni, id est filius doloris, deinde Benjamin id est filius dexteræ, in Pauli typum qui prius fuit persecutor, & filius doloris, sed cōuersus postea fuit filius dexteræ, quia dilatauit Ecclesiam, ita vt qui prius deuorabat quasi lupus, postea pauerit Domini gregem quasi pastor.

1. Reg. 17. Acto. 7. 2 Iob. 13. Lyra. Ambr. 3 Psal. 67. 27 Iansen: Hierony. Aug. Cassiod. Remig. Glossa. Lyra. Gen. 35. Act. 9.

4 Adoleſcentulæ vocabantur concubinae Salomonis, quæ nondum reginarum acceperant diadema, sub quarum metaphora de animabus sanctorum dicitur: *Adoleſcentularum non est numerus.* Item, *Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.* In utroque autem loco sponsa est, & regina vna Ecclesia Catholica, adoleſcentulæ vero sunt iustorum animæ vt D. Thom. exponit in Comment. vel certe particulares Ecclesie vt exponit Glossa, dicitur autem: *Adoleſcentularum non est numerus, quia numerus fidelium ignoratur à nobis in hac vita Apocal. 7. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat.* Sed numerantur à Deo, qui numerat multitudinem stellarum. Est & alia expositio Ruperti non in elegans, videlicet, sicut vna est luna, sed stelle nobis innumerabiles, ita est vna virgo Maria, *de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus.* Sancti vero quasi sine numero, sicut omnes simul dignitatem matris Dei non adæquant, sic neque claritatem eius adæquare possunt. Vnde illa canit. *Beatam me dicent omnes generationes.*

5 Via viri in adoleſcentia lubrica est, & instabilis, vnde Prouerb. 30. *Triasum difficile mibi, & quartum penitus ignoro, & c. uiri in adoleſcentia.* Vbi Beda & Gloss. difficile (inquiūt) est cogitatu, in quot cogitationes per omnes horas adoleſcens, qui viam deseruit veritatis, vaga mente declinet. Hæc Beda: quia sicut quatuor ventos vidit Daniel in mari pugnant, sic cogitationes pugnant in corde vagi, & liberi adoleſcentis. Ideo dicit Ecclesiasticus. *Adoleſcētia, & uoluptas uana sunt.* Hinc in parabola Lucæ. *Adoleſcentior filius patri dixit: Da mihi portionem, quæ me contingit, recepta uero consumpsit uiuendo luxuriose in terra longinqua.* De hac etiam adoleſcētium instabilitate Chrysof. homil. 1. ad Populum ait, sciebat Timotheus quod difficile res est adoleſcentia, iactabilis, fallibilis, & vehementioribus indigens frænis. Hæc ille. *Eget autē quatuor maxime frænis. Primum est timoris Dei, iuxta illud Ecclesiastici: Qui timet Deum faciet bona, id est, longe erit à cōsumenda substantia sua cum meretricibus, sicut filius prodigus. Secundum est verecundiæ, de qua Ambros. lib. 1. officiorum. cap. 19. Verecundia (inquit) cum sit omnibus ætatibus apta, iuueniles annos maxime decet. Ter-*

tium est obedientiæ, de quo August. lib. de duodecim abusionibus. c. 3. sic ait: *Terminus abusionis gradus est adoleſcens sine obedientia, vnde Dominus adoleſcētē iuxta Nain fulcitaturus clamauit: Adoleſcens tibi dico surge.* Quasi dicat: *Etiam mortuus obedire debes vt uiuas, quia non est adoleſcens, qui possit in spiritu uiuere, nisi maioribus discat obedire, ita Cyprianus lib. de duodecim abusionibus, sicut in senibus (inquit) sobrietas, & morū perfectio requiritur, ita in adoleſcentibus subiectio, & obedientia.* Quartum frænum est disciplina studiumque discendi Psal. 118. *In quo corrigit adoleſcentior uiam suam? In custodiendo sermones tuos.* Vbi Augustinus: *Non solum in memoria, sed in opere custodienda sunt uerba Dei. Idem etiam super Psalm. 127. Magis (inquit) cogita quomodo nutrias, qui nati sunt, quam vt nascantur. Non enim iam felicitas est habere filios, sed bonos habere filios.* Et super Psal. 50. monet parentes, vt filios suos sub disciplina contineant, tanquam qui rationē de illis Deo sint reddituri, alioquin vt Salomō ait: *Adoleſcens iuxta uiam suam, cum ienerit, non reuertet ab ea.* Idem Plato dialogo. 3. de legibus Cyprium dicit, quia recte fuerat educatus, optimū regem egisse, filiū autem eius Cambysem in delicijs enutritum paternum perdidisse regnum. Item Darius Histaspis filius regnum Persarum perditum restituit, quia sub disciplina fuerat educatus, quod tamen filius eius Xerxes in delicijs agens corruptit. Idem Plato dialogo sexto de legibus curandum esse monet, vt sub disciplina virtutis adoleſcentes nutriantur, vt & magistratus optimi, & ciues fortes euadant. Alioquin ex homine qui mitissimus natura sua est, quasi ferocissimum omnium animalium fiet. Idem docet Plutarchus lib. de educatione puerorum: *Neque ad rempublicam restituentem remediū aliud efficacius esse putat, quam adoleſcentulos sub disciplina componere.* Contra vero nihil stultius esse arbitratur, quā bonis moribus prætermis multis opibus filios fulcire. Xenophō illum frem de industria composuit historiam, quam Cyropædiam appellauit, ubi non tam ad vnguem res gestas Cyri, quā mores principis liberales ab adoleſcētia describit, mendatio indulgens aliquando ad

Aristot. posteriore eruditionem. Aristot. etiam lib. 6. Politic. hanc adolescentium disciplinam maxime commendat. B. Chryso. super. 2. ad Timot. 3. multum laudat in Timotheo, quod ab infantia sacras literas nosset, idque à Paulo optime adnotatum putat Basilius in regulis fuse disputatis. ca. 15: Hierony. grauem ad Gaudentium scribit epistolam de infantulæ educatione. Denique Iob de illo, qui sine disciplina fuit educatus, dixit: *Ossa eius replebuntur uitijs adolescentia sue: et cum eo in puluere dormiet.* Ideo ergo Christus Dominus ut dicebamus, clamat ad filium uirum in feretro mortuum. *Adolescens tibi discorsurge.* Quasi diceret, surge disciplina fidei firmæ, surge spe certa, charitate actiosa, cuius comites sint, ut te sursum subleuent, iustitia, prudentia, fortitudo & temperantia. Addit autem. *Tibi dico, id est, ego, qui omnia tribuere tibi possum bona, tibi dico, surge per consensum & cooperationem, ut gratia mea præuenienti excitatus, auxilio meo efficaci coopereris: & cum subsequenti perseueres.*

6 Porro verba illa (Adolescens surge) cõiuncta magnam emphasim habent, quasi dicat, Nisi per disciplinam surgas, quãuis corpore suscitatus, spiritu tamen manebis exanimis, corporis enim vita anima est, sed animæ vita disciplina virtutis. Hæc Abel adolescentem Deo placere fecit plusquã Cain. Hæc Iacob minori fratris Esau primogenita dedit. Hæc Abraham natu posteriorem, primum, & singularem inter fratres suos effecit. Hæc Isaac super Ismaëlem ad cœlum erexit. Hæc Ioseph inter fratres suos tanquam luciferum inter sydera conspicuum ostendit. Hæc Dauid natu minimum suorum regem fratrum constituit. Vnde non sine causa adolescentum disciplina tanquam totius Reipublicæ fundamentum & basis, à plurimis Concilijs grauer commendatur, sicut Concilio Lateranensi sub Alexand. III. par. 1. cap. 18. & Innoc. III. cap. 11. Item sub Leone. X. sessio. 9. cap. 7. Concilio Valentino, can. 18. Synodo Parisiensi. 1. ca. 30. sexta Synodo generali, can. 5. Denique Concilio Tridentino, sess. 23. cap. 18.

7 Cœterum præter literalem istam expositionem loci à nobis explicati, Prouer. 30. *Quartum penitus ignoro, &c. niq. inu-*

nis in adolescentia, est & alia expositio forte literalis (potest enim vnus scripturæ locus plures literales expositiones admittere, ut docet D. Thom. 1. par. quæst. 1. art. 10.) Quidam ergo de Christo Domino hunc locum intelligunt, viam viri in adolescentia exponentes opera Christi in iuuentute sua vsque ad trigessimum tertium ætatis annum. Inter quos Ambros. lib. de Salomone. ca. 5. explanans hunc locum, quis hominum (inquit) estimare animo possit, aut capere, quanta ille opera, subaudi Christus, exercuerit, dum aquã conuertit in vinum, dum quinque panibus quinque millia hominum pavit, dum languidum triginta & octo annorum infirmitatis, sanitati restituit, dum Lazarum quatrduanum resuscitat, & filiam principis duodennem? Sed Lyra. in Hebræo legit. *Viam uiri in adolescentula.* Et certe sic transtulit Chaldaicus Paraphrastes. *Via viri in virgine, & Hebraice est vox illa alma virgo, quare de incarnatione filij Dei in utero Marie Virginis intelligitur, sic de Mefsia Galatinus lib. 7. refert exposuisse Rab. Hecados, & sic ipse intelligit Galatinus. Quod mysterium Salomõ iure optimo ignorare se dicit cum & maior omnibus Prophetis Ioannes Baptista ignorare se illud profiteatur dicens: Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius.* Id est, vnionis vinculũ, quo diuinitas humanitate quasi calceamento se induit, sicut in homil. Gregor. exponit. Hoc enim sacramentum tantum est, ut sermone de Assumptione de illo Hierony. dicat: *Legitur quod natura non habuit, vsus nesciuit, ignorauit ratio: mens non capit humana, patet cœlum, stupet terra, hoc totum est quod Marię per Gabrielem promittitur Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, &c. Et ideo quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius Dei.* Deniq; quod legimus viã viri in adolescentula pro viro Hebraice est Gaber, quod est nomen Mefsie.

Adolescens interdum in scriptura pro innocente ponitur. *Non est miserus adolescentis, & virginis.* & Act. 20. B. Nonnumquam etiam denotat ignaram & inexpertam, sicut de Roboam rege dicitur adhibuisse ad consilium adolescentes, id est, inexpertos. Ita. 1. Machab. 11. F. 2. Machab. 6. F. Matth. 19. C. Prouer. 1. A. Itẽ Hierem. 31. Ephraim dicit: *Sustulit oppro-*

D. Thom.
Ambros.
Ioan. 2.
Ioan. 6.
Ioan. 5.
Ioan. 11.
Matth. 9.
Lyra.
Chald.
Luc. 2.
Galat.
Ioan. 1.
Greg.
Hieros.
Luc. 1.
8
2. Paral.
3. Reg.
Hier. 31.

Glof.
Hierony. Luc. 15.
9
Hier. 2.
Hierony.
Matth. 6.
Luc. 18.
Matth. 27.
Hierem. 3.
Luc. 15.
Luc. 16.
brium adolescentie meæ, id est, peccatorum, quæ per ignorantiam commisi, ut exponit Glossa. Tals erat filius prodigus, qui quamuis significet populum gentilicum antiquissimum, secundum Hieronym. in epistola ad Damas. de Parabola filij prodigi, dicitur tamen adolescẽtiõr Luc. 15. quia ignorauerat legem & prophetias. Adolescentia populi Iudaici dicitur in scriptura initium illud, quando ab Ægypto duce Moyse liberatus per deserta circuitiuit, de quo intelligitur illud Hierem. expositio Hieronymo, vbi Dominus ait: *Miserus sum adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando sequuta est me in deserto, vbi nota, initio conuersionis suæ populum Israel charitate Deo fuisse copulatum, quando eductus est de Ægypto per mare rubrum, quam nihilominus postea in tentatione perdidit, quod ne nobis cõtingat, filius Dei docet nos orare. Et ne nos inducas in tentationem, & rursus. Oportet semper orare & non deficere.* Subaudi in tẽtatione: *Et uigilate & orate ne in tẽtationem.* De eadem populi adolescentia legimus Hierem. 3. *Confusio, id est peccatum confusione dignum, comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostris.* Quod testimonium recte quadrat in filium prodigum, qui postquam consumpsit hæreditatem patris, atque substantiam viuendo luxuriose, dicere poterat: *Confusio comedit laborem patrum meorum ab adolescentia mea.* Sic & quod Christus tanquam pater Ecclesiæ multis nobis laboribus acquisiuit, confusio peccatorum nostrorum quotidie comedit, atque consumit, imo & quod nobis laborauerunt Apostoli. Hæc omnia consumpsit villicus ille, qui dissamatus est apud Dominum quasi dissipasset bona illius, Luc. 16.

¶ Occidit virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuore meo Genes. 4. vide in dictione Lamech. ¶ Vidicuntos viuentes qui ambulant sub sole cum adolescente secundo. Ecclesiastes. 4. vide in dictione consurgere. ¶ Adolescens quidam amictus sindone super nudo, vide in dictione eijcere, num. 12.

(. . .)

CAPVT. XLIII.
Adonis.
DONIS à Poëtis fingebatur pulcherrimus adolescens Veneris amafius, quem venatẽm interfecit aper, & postea vitæ fuit restitutus. Hunc quasi Deũ mulieres in Iudæa colebant, ut habetur in Ezechiele. *Et ecce mulieres sedentes plangentes Adonidem.* Super quem locum Hieron. quem Adonidem (inquit) interpretatus sumus, & Hebræus, & Syrus *Thamuz* vocat. Vnde quia iuxta gentilem fabulam in mese Iunio amafius Veneris & pulcherrimus occisus iuuenis, & deinde reuixisse memoratur, eundem Iunium mensem eodem appellant nomine, hoc est Thamuz, & anniuersariam ei celebrat solẽnitatem, in qua plangitur à mulieribus quasi mortuus, & postea reuiuiscens canitur, atque laudatur. Hæc ille. Deinde ad mores subdit: *Qui ad sæculi mala, & bona, vel contristantur, vel lætantur, & exultant, mulieres dicamus plangẽtes Adonidem vel Thamuz.* Hæc Hierony. Et certe de his non intelligitur illud Euangelij: *Beati qui lugent,* sed de illis potius, qui vel dolore peccatorũ suorum, vel proximi lugent sicut Hieremias dicebat: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarũ & plorabo die ac nocte interfectos filie populi mei?* Vel de his, qui propter Christi tribulationes patiuntur, & naturali cogente dolore lachrymantur, vel certe desiderio cœlestis patrię cum propheta dicũt: *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* Porro Nicolaus Lyra. super hunc locũ Ezechiel. dicit statuam aream Adonidis in templi atrio, intus fuisse concauã, & oculos habuisse plumbeos, quam igne latenter immisso inflammabant sacerdotes, vnde liquefactis paulatim oculis videbatur lachrymas fundere, quibus foeminas ad planctum excitabat. Et vere plumbeę sunt amantium lachrymæ, quę igne concupiscentię carnis distillantes animã perforant, & letalibus sauciant plagis. Has olim fuderat molliter mulier quę erat in ciuitate peccatrix. Sed quæ plumbeę fuerant prius, in aureas illa ad pedes Christi,

Ezech. 8:
Hierony.
Matth. 9.
Hier. 9.
Psal. 119.
Nicol.
Luc. 7.

Christi, easque copiosissimas, & spirituales ineffabili misericordia Dei commutavit, quando *lachrymis rigavit pedes eius.*

CAPVT. XLIIII.

Adoptare, Adoptio.



ADOPTARE est aliquem filij loco recipere, quod vt refert Caius Pandectarum lib. 1. de Adoptione, & Emancipatione, tunc fit, quando is, qui sui iuris non est, per magistratum in alienam transit familiam, sed quando eos, qui sui iuris sunt adoptamus, arrogatio dicitur, quia rogantur adoptandi, an vellent adoptatori loco filiorum iustorum esse. Priori modo filia Pharaonis Moysen adoptauit sibi in filium. Et Mardochæus Esther. Indeque metaphorice Deus adoptare dicitur homines, quos loco filiorum in gratiam recipit, & in ius hæreditatis æternæ, sic olim quando Deus populo de Ægyptiaca seruitute liberato legem dedit, & cœremonias, promisitque hæreditatem in Palestina & regnum in Christo venturo, adoptasse illum dicimus, vnde Rom. 9. *Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum.* Super quem locum D. Thom. in Commen. Ex hoc (inquit) Dominus dicit Exod. 4. Primogenitus meus Israel, quod intelligitur, quantum ad spirituales viros, qui fuerunt in illo populo, nam quantum ad carnales supra dicitur, quod acceperunt spiritum seruitutis. Hæc D. Thom.

Ad diuinam quoque bonitatem pertinet, vt rationalem creaturam adoptet Deus ad hæreditatem æternam cuius illa capax est, vt notat idem Angelicus Doctor. 3. par. quæst. 23. art. 1. explicans illud Apostoli: *Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum Dei.* Accedit autem quod adoptio diuina plus aliquid habet quam humana. Enimvero Deus hominem, quæ adoptat, supponit capacem, sed facit idoneum ad hæreditatem æternam per gratiæ munus, homo vero non facit quidem sed eligit idoneum. Præterea si quis obijciat in hæreditate coelesti adoptatum non posse succedere, quia Deus qui hæreditatis est Dominus non decedit. Respon-

det D. Thom. loco citato, decedere quidem Deum non simpliciter, sed aliqua ratione, hoc est quantum ad cognitionem fidei subobscuram, per quam est in nobis in hac vita mortali, sicut Glossa dicit super illud Ro. 8. *Si filij ergo hæredes.* De hac adoptione, qua nos adoptat non vna, vel alia persona, sed tota Trinitas (quia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa) Paul. dicit: *Misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.* Subaudi à tota Trinitate, cui dicimus in oratione Dominica: *Pater noster, qui es in caelis.* Itaque redempti per Christum à seruitute peccati adoptati sumus in adoptionem filiorum Dei quatenus Deus trinus, & vnus est. Quod nobis in mentem reducit Dominus dicens. *Orate pro persequentibus, & calūniantibus uos, ut sitis filij patris uestri, & Matth. 6. Scit pater uester, quia his omnibus indigetis.*

Cæterum Christus Dominus non est filius adoptiuus, sed naturalis, tam secundum deitatem quam secundum vnionem hypostaticam humanitatis ad verbum, itaque etiam vt homo est filius naturalis, & nullo modo adoptiuus, quia filiatio non est naturæ, sed personæ, hæc autem persona etiam secundum quod vnitam habet humanitatem filius est naturalis, non adoptiuus, vt definitum est Concil. Francofordienfi, & tenent omnes patres, Ambrosio. lib. 1. de fide: *Adoptiuum filium non dicimus filium esse natura, sed eum dicimus filium esse natura, qui verus est filius, de quo. 1. Ioan. vltimo. Vt simus in uero filio eius Iesu Christo.* Hæc Ambrosio. Idem tenet August. in Enchiridio. ca. 24. & Magister 3. distin. 10. Vbi præter Augustinum allegat Hilarium lib. 3. de Trinitate. & Hieronymus. Ephes. 1. & alios. Idem tenet Leo Papa sermone de transfiguratione super illud Matth. *Et facta est uox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, id est, naturalis non adoptiuus.* Hæc Leo. Idem D. Thom. 3. part. quæst. 23. art. 4.

Vnde Durandi sententia contrarium tenentis ab omnibus accusatur. (.)

D. Thom.

Glossa Rom. 8.

Galat. 4.

Matth. 6.

Matth. 5.

Matth. 6.

3

Con. Fran. Ambrosio.

1. Ioan. vlt. Aug. Magist.

Hilari. Hierony. Leo Papi. Matth. 17.

D. Tho.

CAPVT. XLV.

Adorare.



ADORARE dicitur Hebraice Sagar, Isai. 54.

Adorare denotat uenerationem exhibere. Est autem duplex adoratio, altera Dulia, altera uero Latria vt notat D. Thom.

3. par. quæst. 25. art. 3. Potest uero Dulia exhiberi creature propter aliquam excellentiam eius, sicut legimus in Genes. *Surrexit Abraham, & adorauit populum terræ, filios uidelicet Heth, & rursus. Dum filium suum Iacob benediceret, Isaac dixit: Et adorent te tribus, ita etiã Iacob adorauit fratrem suum Esau, & Ioseph vidit in somnijs solem, & lunã, & stellas uidecim adorare se, hoc est parentes & fratres eius, quod cõpletum est Genes. 47. quando fratres adorauerunt Ioseph proregem Ægypti, & Iudith adorauit Holofernem, & Bersabee Dauidem, & Moyses focerum suum. Vide etiam Genes. 49. B. Exod. 11. C. Ruth. 2. B. 2. Reg. 9. C. Hac adoratione sanctos adoramus, & Deiparam Virginem hyperdulia, id est, excellenti dulia, & angelos dulia ueneramur, vt definitur septima Synodo Generali, & Concilio Trident. sess. 25.*

Alia est adoratio, quæ dicitur latria, quæ soli datur Deo ratione supremæ potestatis, & summæ bonitatis iuxta quod Deuter. 6. dicitur: *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli serues,* Græce λατρεύσεις latriam exhibebis, quod in vltima tentatione Dominus allegauit. *Vade (inquit) Satan, scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues,* vbi excluditur idolatria quæ datur idolis vel pure creature, tãquam si esset creator, quod autem priori loco legimus: *Dominum Deum tuum adorabis,* non ponitur dictio exclusiua, quia Græce est προσκυνσεις ueneraberis, quæ cõmunis est tam sanctis quam Deo, adoratio nempe Dulia. Enim uero Dulia vt recte notat D. Thom. 3. p. quæst. 25. art. 2. Deo etiam exhiberi potest, quatenus gubernator est & Dominus, ad quod allegat Glossam super illud Psalm. *Dominus Deus meus in te speraui.* Dominus (inquit) omnium per potentiam, cui debetur Dulia, Deus omnium per creationem cui de-

betur latria. Ceterum in posteriori parte dictio ponitur exclusiua, scilicet. *Et illi soli serues,* Græce καὶ αὐτῷ μόνω λατρεύσεις quia latria soli Deo datur, de qua intelligit Damascus Papa Epistola prima contra Maced. Spiritum sanctum creaturam esse blasphemantem, si quis non dixerit Spiritum sanctum adorandum ab omni creatura, sicut filium, & patrem, anathema sit, & in Symbolo Concilij Constantinopolitani, quod canit Ecclesia dicitur, & in Spiritum sanctum, &c. qui cū patre & filio simul adoratur, nèpe latria.

Porro D. August. lib. 10. de Ciuit. c. 1. has duas adorationes luculenter distinguit. Nomine (inquit) seruitutis cultus Deo debitus intelligitur, latriam quippe nostri, vbicunque sanctarum scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem, sed ea seruitus quæ debetur hominibus alio nomine græce nuncupatur, scilicet Dulia, latria uero aut semper, aut tam frequenter, vt fere semper ea seruitus dicitur, quæ pertinet ad colendum Deum. Hæc August. Sed tertius cultus est ciuilis de quo infra. At quando scriptura loquitur, sicut Hebraice semper loquitur indifferenter, ex præcedentibus, & subsequen- tibus colligendum est, de qua adoratione loquatur, si forte fuerit dubium, an de latria an uero de dulia. Hebraice enim uerbum Auad, significat seruire, quod indifferens est ad duliam, atque latriam quod uerbum ponit Genes. 17. 18. 23. Exod. 20. Deuter. 6.

Sic Psalm. 98, indifferenter legimus: *Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est,* in quo uersu vt deprehendamus de qua adoratione loquatur, prima difficultas occurrit, an scabellum ipsum Dei sanctum uocetur, nam Hebraica uox Cadus accipi potest in utroque genere, quod etiam adnotauit ante nos Iansenius & Græce in genere masculino legitur ὁ ἅγιος ἐπί, quoniam sanctus est, supple Deum, sic etiam ex Hebræo uertit Hieronymus. Augustinum quoque sic legisse ex commentarijs eius patet, est ergo sensus. *Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctus est Deus, sic etiam explicat in cõmentarijs Hieronymus. Quamuis lectio uulgata sanctum scabellum in genere neutro ponat, nisi mendum sit. Sed certe parum refert, Deus enim suum sanctificat sca-*

Damas.

Conc. Cõst.

3 Aug.

Regula.

4 Psal. 98.

Iansen.

Hierony. Aug.

Hierony.

EXO. 3. bellū, sicut Moyſi dixit: *Terra in qua ſtas, terra ſancta eſt.* Quia ſua illam Dñs præſentia ſanctificat. Cæterum quia quomodocunq; legatur, ſcabellum adorare iubemur, diſceptatio eſt inter doctores, quid per ſcabellum intelligatur? Et quidem Auguſt. Caſiodo. & Gloſſa atque Hierony. corpus Chriſti eſſe putant ſcabellum deitatis. Alij crucem, in qua pedes eius confixi ſunt, Chaldaicus paraphraſtes templum intelligit, Vatablus arcam teſtamenti, quam adorauit Iofue. ca. 7. Sic etiam Lyra, ſed Ianſenius propitiatorium eſſe exiſtimat, quod erat ſuper arcam fœderis. Vt cunq; autem ſit, conſtat contra hæreticos, ſiue ſacramentum corporis Chriſti in Euchariftia, ſiue Crucem, ſiue templum, ſiue arcam fœderis, ſiue propitiatorium in ſcriptura ſancta adorari iuberi. Eodem ergo modo ſine vllō periculo idolatriæ, ſanctorum imagines crucem atque reliquias populo adoranda proponit eccleſia, non quod in iſtis adoratio ſiſtat, ſed tranſit ad prototypum, ſicut neque ſiſtit in ſcabello Dei, ſed tranſit ad exemplar, vt (inquit) Baſilius in epiſtola ad Amphiloſiam, idemq; confirmat ſeptima Synodus Generalis, & ad idem ſtabiliendum innumera ſanctorum patrum teſtimonia citat, idem habetur in Concil. Trident. ſeſſ. 24. Eſt & de hoc legendus Damascenus in oratione de adoratione imaginum, prima & tertia, vbi dicit imaginibus non dari latriam, quæ ſoli Deo debetur, quod etiam monet Synodus ſeptima Generalis, act. 3. 4. 6. 7. & Beda ſuper Luc. 4. ait, intelligētes duliam imaginibus dari poſſe, in quo nullum eſt periculum idolatriæ. Nam quæ datur idolis adoratio, non vocatur idodulia ſed idolatria, ſola ergo latria creaturis dari prohibetur, vt notaui Auguſt. quaſt. 61. in Geneſim.

5 Quod ſi quis obiiciat illud Eſther. 3. vbi Mardocheus non fleſtebat genua, neque adorabat Aman, reſpondendum eſt, Aman latriam ſibi exhiberi voluiſſe, vt notat Lyranus ſuper eundem locum. Iudith (inquit) cap. 10. proſternens ſe ſuper terrā adorauit Holophernem adoratione tantum duliæ, ciuiliſ intellige, Aman vero cum eſſet arrogantiffimus, latria volebat, quaſi Deus ab omnibus adorari: ideo noluit eum Mardocheus adorare.

Idem tenet Vatablus ſuper eundem locū Vatabl. Eſther. 3. & omnes expoſitores. Eadem quoq; ratione tres pueri ſtatuum auream Nabuchodonofor adorare noluerūt, quia diuinos impius rex ambiebat honores. Quoniam iſ mos olim imperatoribus gentium fuit, vt ſuis ſtatuis diuinos dari iuberent honores. Vnde Hieronymus hunc Danielis locum explanans, iudices (inquit) & principes ſæculi, qui imperatorum ſtatuas adorant, hoc ſe facere intelligūt, quod tres pueri facere nolētes Deo placuerunt. Hæc ille, vbi non prohibet Hieronymus dari duliam, ſed diuinos honores. Enimvero ipſemet Hieronymus duliæ adorationem ſe creaturis ſacris dediffe fatetur ingenuè, lib. 2. Apologiæ contra Ruffinum. Veni (inquit) Bethlehē, præſepe Domini & incunabula adorauit. Hæc ille. Ecce adorauit præſepe. Sic & Ioseph patrem ſuum Iacob adorauit. Cumque tuliffet eos Ioseph ſubaudi filios ſuos Ephraim, & Manafſem, de ſinu patris adorauit promus in terram, ſcilicet, dulia. Item Hierony. in epitaphio Paulæ in fine dicit. Vale Paula, & cultorem tuum orationibus iuua. & Auguſt. lib. de vera religione. ca. 55. dicens, neque Angelis quidem nec ſanctis hominibus iam defunctis religionis cultum deberi intelligit latriam illis dari non poſſe, nam de dulia non dubitat, vnde lib. 20. contra Fauſtum. cap. 21. dicit, memorias martyrum populus Chriſtianus religioſa ſolemnitate concelebrat, &c. Quoties ergo ſancti patres religionis cultum imaginibus, vel ſanctis negat, accipiunt cultum pro ſamioſiori ſignificato, ſcilicet, pro cultu latriæ, quia cultus & adoratio analogice dicitur de latria & de dulia ſacra, & ciuili, quando vero cultum, honorem, venerationem, ſolemnitatem, celebrationem, & adorationem imaginibus ſanctisque defunctis concedunt, de dulia ſacra patres intelligunt: quando deniq; regibus, magiſtratibus, parentibus honorem exhibent vel exhibendum aſſerunt doctores, vel ſcripturæ ſanctæ, de dulia ciuili, vel cultu humano debent intelligi. Iſtæ ſiquidem tres ſpecies adorationis, & honoris analogice ab ſcholasticis doctoribus diſtinguuntur. Quæ regula ſemper ad intelligendos patres ob oculos habenda eſt.

Neq; curanda videtur Martini Pererij

Vatabl.
Daniel;
Hierony.
Gene. 48.
Hierony.
Auguſt.
Regula.
6

Quæſtio.
Auguſt.
Caſiod.
Gloſ.
Hierony.
Chald.
Vatabl.
Iof. 7.
Lyra.
Ianſen.
Baſil.
Sept. Synod.
Conc. Trid.
Damaf.
Synod. 7.
Beda.
Auguſt.
Eſther. 3.
Iudith. 10.

adnotatio, qui lib. de traditionibus. p. 3. conſideratione. 7. dicit, non ſibi multum placere nomē duliæ, quod pro cultu ſanctorum uſurpatur, cum dulia proprie ſignificet ſeruitutem, neque nos ſerui ſumus, ſed conſerui ſanctorum, atqui Martinus ſubſcribere debuiffet Auguſtino qui lib. 10. de Ciuita. cap. 1. citato dicit: Ea ſeruitus quæ debetur hominibus, &c. Græce alio nomine nuncupatur, intelligit autem vocari duliam, ſic enim Græce dicitur, & ita vocat eam Beda ſuper Luc. 4. & Magiſter lib. 3. ſentent. diſtinct. 9. & omnes ſcholastici doctores. Deinde ſeruitus non ſemper in ſcripturis pro conditione mancipiorum accipitur, ſed frequenter pro honoris ſubiectione, ſicut legimus Galat. 5. *διὰ τῆς ἀγάπης δὲ δουτε ἀλλήλοις.* Per charitatem ſeruite inuicem. Sic filius maior germanus filij prodigi patri dixit: Ecce tot annis ſeruiſti tibi. Et tamen vt filius, non vt mancipium, ſic & nos vt filij ſanctis ſeruiſimus, quomodo & Paulus ſeruum ſe vocat Chriſtianorum. Nos autem ſeruos ueſtros per Ieſum Chriſtum.

Iam vero legimus in Apoc. Angelum dixiſſe Apoſtolo Ioanni volenti eum adorare. Vide ne feceris, conſeruus tuus ſum. & ca. 22. rurfus Ioannes volens Angelum adorare prohibitus eſt. Non me (inquit) ſed Deū adora. Super quem locum D. Thomas in commentarijs putat, Ioannem extra ſeriptum ſine conſideratione quidem per incogitantiam latriam angelo dare voluiſſe, ideoque prohibitum eſſe. Eandem ſententiam tenet Cælius, & ante eos Auguſt. quaſt. 61. ſuper Geneſim. Talis (inquit) apparuit Angelus, vt pro Deo potuiſſet adorari, & ideo corrigendus erat adorator. Hæc Auguſt. Sed cum Prophetæ non ſint phanatici vel amentes, ſed rationis omnino compotes, duriuſculum videtur voluiſſe Ioannem latriam angelo exhibere, quod ſi hoc faciebat ex ignorantia, putans illum eſſe Deum, ſemel cohibitus nō debuiffet iterum idem attentare. Ergo ſecondæ ſententiæ Gloſſæ ordinariæ eſt, Nō niſi duliam voluiſſe Ioannem angelo dare. Sed dices, quare bis ab eo prohibitus eſt? Ad hoc reſpondent patres cum quibus conſonat Gloſſa in hac poſteriori ſententia, ſcilicet, Rupertus abbas, Haymo, Anſbertus, Lyranus, Anſelmus, Richard. Beda, Dionyſ. Carthuf. & ante eos Greg.

Auguſt.
Beda.
Magiſt.
Galat. 5.
Luc. 15.
2. Cor. 4.
7
Apoc. 19.
Apoc. 22.
D. Thom.
Cælius.
Aug.
Gloſſa.
Rupert.
Haymo.
Anſbert.
Anſelm.
Lyra.
Richard.
Beda.
Dionyſ.
Greg.

Pap. homil. 8. ſuper Euangelia his verbis: Quid eſt quod ante redēptoris, aduentū Angeli ab hominibus adorantur & tacēt, vt Iofue. c. 5. & Gene. 19. &c. poſtmodū verò adorationem fugiunt? niſi quod naturam noſtram quam prius deſpexerant, poſtquam hanc à filio Dei aſſumptam ſuper ſe conſpiciunt, proſtratam ſibi videre pertimeſcunt? Hæc Gregor. & merito quia *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: Quod ſi Rex hoſpitiſ ſuſceptus domum ſui hoſpitiſ honorat, quanto excellentius domum humane nature quā artiſſime, id eſt, per vnionem hypoſtaticam habitauit, & habitabit in æternum, ſuper omnes Angelorum choros honorat. Quia non angelos apprehendit ſed ſemen Abrahamæ apprehendit.* Propterea angelus ad paſtores. Annuncio (inquit) uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt uobis hodie Saluator. Non dixit nobis, ſed vobis, id eſt, in exaltationem veſtrā non ita noſtram. Vnde neque ſolius modeſtiæ cauſa prohibuit Ioannem angelus à ſui adoratione, vt quidam putarunt, quia Angeli ab orbe condito modeſti fuerunt, & tamen nunquā niſi Chriſto nato, ab adoratione ſui quenquam prohibuerunt.

Iam vero Geneſ. 47. legimus: Adorauit Iſrael Dominum conuerſus ad lectuli caput. Vbi Septuag. tranſtulerunt: Adorauit Iacob ſummitatem virgæ eius, ſubaudi Ioseph. Cauſa autem varietatis inter vulgata & Septuag. eſt varietas punctorum, quia Septuag. Hebraice ſuo tempore legerunt Mateth, quæ vox baculum ſignificat ſiue virgam, ſed Hieronym. id reprehendit in traditio. Hebr. ſuper Geneſ. dicitque: Quidam fruſtra ſimulant adorari ſe Iacob ſummitatē ſceptri Ioseph honoras poteſtatē filij, cū multo aliter ſit in Hebræo, videlicet Mitat, quod eſt lectulus, hoc eſt ad lectuli caput, quia lectulus viri ſancti compoſitus erat ad orationē. Hæc Hieronym. Quo exemplo docemur nos adorandum, adorandumque Deum paratos eſſe debere, iuxta illud. Oportet ſemper orare. Et Paulus ait: Volo uiros orare in omni loco. Item Chriſtus Samaritanæ dixit: Venit hora quando neque in mōte hoc, &c. Sed uenit hora & nunc eſt, quando ueri adoratores adorabūt patrem in ſpiritu & ueritate &c. Vnde Dominus cum ſibi non egeret, pro nobis tamen in omni loco paſſim orabat:

Iofue. 5.
Gene. 19.
Ioan. 1.
Hebr. 2.
Luc. 2.
8
Gen. 47.
Hierony.
Luc. 18.
1. Timot. 2.
Ioan. 4.
ſicut

Ioan. 11. Ioan. 6. Marc. 8. Luc. 6. Regula. Exod. 4. Aug. 9. Psal. 28. Psal. 98. Psal. 98. Psal. 5. Psal. 137. Vatabl. Iansen. Matth. 18. Cypria. Luc. 18. Ioan. 16. I O Hierony. Sopho. 2. Marc. vlt.

sicut Ioan. 11. quando Lazarum suscitauit, & quando multiplicauit quinque panes. Item quando multiplicauit septem, & quando elegit Apostolos, &c. Vbi etiam notanda est regula, videlicet in scriptura sacra adorare pro orare, vel gratias agere, sapientius accipi, vt notat August. 1. de oratione Dominica, & Lyranus sup. Exo. 4. Sic intelligitur illud Exod. 4. Audierunt quod uisitasset Dominus filios Israel, & proni adorauerunt, id est, gratias egerunt. Item Exod. 12. D. 24. A. 33. B. 34. A. Iudic. 7. D. 1. Reg. 1. A. 1. Paralip. 29. E. 2. Paralip. 7. A. 29. F. Tobia. 13. C. Iudith. 6. C. Psal. 21. 44. 65. 71. 85. 96. Sapient. 6. D. Ecclesiast. 35. C. Isai. 49. B. F. 66. G. Sopho. 2. C. Apocal. 4. D. 14. G. 19. B. Zachar. 14. D. Act. 10. E. &c. Quamuis proprie loquendo orare, & adorare differant, vt docet August. lib. 2. contra Maximum Arrianum cap. 9. quia omnis qui orat rogat, non autem rogat omnis qui adorat.

Item legimus: Adorate Dominum in aula sancta eius, uel in atrio, uel in monte sancto eius, uel ad templum sanctum eius, quod pro eodem accipitur, quia secundum historiã denotat adorare in templo Dei, in quo erant atria & aula, & ipsum templum in monte Moria edificatum, vt Vatablus & Iansen, exponunt. Mystice uero denotat in unitate fidei, & charitatis Ecclesie Catholice adorare, & orare, sic enim oratio habet impetrationem, modo reliqua ad finem conditionis, iuxta illud Matth. Vbi- cumque fuerint congregati duo, uel tres in nomine meo, de quacumque re postulauerint, fiet eis a patre meo, sicut explicat Cyprianus lib. de unitate Ecclesie. Hoc modo adorauit publicanus in templo, & peccatorum ueniam impetrauit. Item hoc est petere in nomine Christi Ioan. 16. id est, in unitate charitatis Christi.

Adorare Dominum de loco sancto suo, est Deum ubique colere, vt exponit Hieronymus, super illud Sopho. Et adorabunt eum uiri de loco suo, omnes insule gentium. Quae propheta ad nouum quoque orbem nostra tempestate inuentum extenditur, videlicet ad Insulas, quas uocamus Philippinas, & ad Insulas Salomonis, & ad Iaponicas, nam quod Dominus dixit Apostolis: Prædicate Euangelium omni creaturæ, successoribus quoque eorum in prædicatio-

ne dixit, usque ad mundi finem. Dixit etiam Satanus superbissimus & impudentissimus filio Dei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Vbi notat Hierony. maxime super illud Daniel. 3. Et præco clamabat, &c. cadentes adorate statuam, omnem (inquit) scripturam sanctam mēte percurrens (nisi tamen me falsit obliuio) nequaquam reperio, quod sanctorum quispiam Deum cadens adorauerit, sed qui idola & dæmones adorauerit, sicut in Euangelio Diabolus loquitur Matthæ. 4. Si cadens adoraueris me, Hæc Hieronymus. Sed quid dicemus quod de Magis ab Oriente fide uia conuersis, uenientibus ad præsepe Domini legimus Matthæ. 2. Et procidentes adorauerunt eum? & de cæco nato iam illuminato, & corpore, & spiritu, Ioannes refert: Et procidens adorauit eum. Item in Apocal. Angeli prociderunt in facies suas, & adorauerunt Deum. Et viginti quatuor seniores ceciderunt coram igno, Apocalip. 7. & Psal. 94. Venite adoremus, procidamus ante Deum. Quid ergo dicendum, nisi quod tenacissima interdum memoria labitur, dum pluribus intendit, uel certe Hierony. non de alia uoce loquitur equi ualenti, sed de hoc participio uel nomine denominatio cadens in singulari uel in plurali, de quo uerum est quod dicit, non autem de ipso uerbo cadere, aut prosterni, aut procidere, quæ quamuis idem significant, nescio tamen quid horrendum habet participium cadens, quod libenter Satanus usurpat, quia de illo Dominus ait Luc. 10. Vidi Satanam sicut fulgur de caelo cadentem. Manet ergo Satanæ in memoria uox (cadens) eamque non solum in nos fragiles homunciones tentationibus suis, sed & in ipsum Dei filium in deserto ieiunantem transferre tentauit, quia solatium est miseris socios habuisse malorum. Quod autem Hieronymus de sola uoce cadens grammaticæ sit locutus, ex illa exceptione colligitur, quia restricte dixit, non legisse quod sanctorum quispiam cadens adorauit Deum, quia vnus solus locus in quo in bonum adorare quis cadens legitur. 1. Corint. 14. de homine quidē ethnico & barbaro dicitur: Si intret (inquit) Apostolus) aliquis infidelis aut idiota, &c. cadens in faciem adorabit Deum.

Legimus etiam apud Matthæum de Chananaea foemina. At illa uenit & adorauit

I I Matth. 4. Hierony. Dani. 3. Matth. 4. Matth. 2. Ioan. 9. Apoc. 7. Apoc. 5. Psal. 94. Luc. 10. I 2 Matth. 15.

uit eum dicens, Domine adiuua me: Adorauit Græce προσεκύνην indifferens uerbum est ad latrām siue duliam, quare disputatio est apud expositores an latrā Dominum adorauerit? quod ex alio capite pendet, an explicite crediderit Christum Deum & hominem esse? quod Orig. super hunc locum negat, fide tantum humana illam credidisse putans, scilicet, Mesiam & hominem purum. Nihilominus tamen Hilarius fidem utriusque naturæ illam habuisse tenet, unde & latrām illi exhibuisse. Idem existimant Hieron. Chrysof. Glossa ordin. & D. Thom. in Comment. Matth. Et certe hæc sententia ex eius petitione colligitur. Miserere (inquit) mei Domine, ecce diuinitatem fatetur, Filij Dauid, ecce humanam asserit in Christo naturam. Quod si obijciat aliquis prodigiosam profecto fidē in gentili foemina esse debuisse, quæ tam distincte duas in Christo naturas confiteretur? expedita responsio est. Primum gratuitum fuisse Dei donum, qui sua reuelat mysteria paruulis Matthæ. 11. Deinde propterea fidem eius a Domino cum admirationis nota fuisse laudatam: O mulier (inquit) magna est fides tua, quæ profecto magna non esset, nisi utramque in Christo naturam complexa distingueret, imo denotat fuisse cum charitate, & reliquis infusus uirtutibus copulatam. Postremo legimus apud Matthæum. Princeps unus accessit, & adorabat eum dicens, filia mea modo defuncta est. Hic erat Iairus princeps synagogæ, & Græce, Adorabat indifferens est, sicut in num. 10. Theophyl. conijcit habuisse Iairum aliquod initium fidei diuinitatis, & subinde ad latrām inclinasse, nam super Luc. 8. sic ait: Urgente necessitate se humi prostrauit, quāuis scire illa oportebat humi procidere, & agnoscere Deum esse Iesum, tamen afflictio cogit hominem, ut meliora sectetur. Hæc Theophylactus. Vnde & Gregor. lib. 15. Moral. cap. 24. Multi (inquit) ad perennem vitam per flagella redeunt, & August. super Psal. 40. Cum patitur (inquit) homo tribulationes, docetur amare meliora, per amaritudinem inferiorum. Hæc August. Vnde Iob clarius Deum de turbine loquentem audiens recognouit, id est, de tribulatione, sic & Nahum. 1. Deus in tempestate & turbine uie eius, id est in tribulatione uiam aperit cognitio-

Questio. Orig. Hilar. Hierony. Chrysof. Glossa. D. Thom. Matth. 11. I 3 Matth. 9. Theophyl. Luc. 8. Greg. Aug. Iob. 38. Nahum. 1.

nis suæ, sicut dicit Ezech. Veniet afflictio in super terrā & cognoscetis quia ego Dominus. Sic Iairus castigatus Christum recognouit.

CAP. XLVI. Adulatio.



ADVLATIO dicitur Hebraice Chalac Prouerb. 28. Ille qui per linguæ blandimenta decipit adulatur. Adulatio est ad gratiam alicuius captandam uerborum dulcis accommodatio, uel etiam rerum. De quo Ecclesiastes: Melius est a sapiente corrigi, quam stultorum adulatione decipi, quod Isaias confirmat dicens: Popule meus qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt. Vbi Hierony. proprium fuisse dicit olim Phariseorum adulari populo propter munera, qua etiam arte uoluerunt Pharisei ut Christo notat filium Dei decipere dicentes: Magister scimus quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo, neque respicis personam hominum: licet censum dare Cesari an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum. Quod adulationis nempe dulcedine decipere eum uellent, tanquam deceptoribus respondit, & quasi hostibus. Quid mentatis hypocryta? Vnde Hierony. epistola ad Celsanciam. Rumusculos, & gulosos, & palpatēs adulatores, quasi hostes fuge. Et Aug. super Psal. 59. duo (inquit) sunt genera persecutorum, scilicet, uituperantium, & adulantium, sed plus persequitur lingua adulatoris quam manus persecutoris. Ad hoc etiam propositum Chryso. homil. de ferendis reprehensionibus. to. 3. adducit illud Prouerb. Meliora sunt uulnera amici, quam uerba blanda inimici. Quid quod & gentiles olim Philosophi adulatores ut hostes fugiendos esse docuerunt. Vnde Antisthenes fatius esse dixit in coruos, quam in adulatores & parasitos incidere, hi enim uiuentis animum corrumpunt, illi uero mortui corpus. Pythagoras item redarguentibus potius quam assentientibus acquiescendum esse dixit, quia deterioribus hostibus assentatores & assimilare, & fugere oportet. Socrates quoque dixisse fertur lupos canibus similes assentatores inter amicos esse. Quorum tamen diuersa sunt omnino studia, nam

Ezech. 7. Matth. 9. Hieron. Chryf. Matth. 22. Hierony. August. Chrysof. Prou. 27. Antisthe. Pythagoras. Socrates.

lupi & adulatores gregem iugulare & perdere, canes vero & amici custodire cupiunt. Præterea nõ dissimiles sunt adulatores illis, qui defunctorum cadauera vnguentis condiunt, & humeris sepelienda portant, quos Luc. 7. stare fecit Dñs cum suscitare vellet adolescentem filium viduæ iuxta Naim, neque enim peccator in spiritu mortuus ad spiritualem vitam reuocari potest, nisi prohibeantur, & detineantur blandientes adulatores, qui ad sepulchrum vitiorum omnium foetidissimum imprudentem gestant. Eadem quoque Dominus ratione cum suscitare disponeret filiam principis, tibicines eiecisse legitur, quia tales sunt adulatores, mortuis in peccato bladietes, iuxta quod in Psalm. legimus: *Quoniam laudatur peccator, &c. Et iniquus benedicitur, exacerbauit Dominum peccator. Et certe foemina Salomoni iam veterano blandientes ad cultum idolorum pellexerunt.*

De his seductoribus exponit Hieron. illud Osee. *Oleum in Ægyptum ferebant,* metaphorice quippe oleum adulationis in Ægyptum affert, qui peccatores laudat, & ab eis fauores aucupatur. In quo sensu iuxta literam idem exponit Hieronym. illud Psal. *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Sic etiam eundem locum intelligit Augustin. Sed Basilius addit, apes quidem oleo perfusas quasi emori, poris, quibus respirare solent, interclusis, atqui si aceto perfundantur mox reuiuiscere: sic & laudibus blandientium homines moriuntur incauti, sed correptionibus sacris quasi aceto perfusi spiritali vitæ restituuntur. Deniq; Glossa super illud Exod. *Ventus urens leuauit locustas,* ait, linguam adulatoris similem esse vento vrenti, qui omne genus locustarum, id est, vitiorum in corde hominum inanium excitat, & subleuat. Talis erat diues ille purpuratus, qui micæ pauperi denegabat, & nihilominus canes, id est, adulatores alebat, in cuius corde uetus vr̄s adulantium leuauit locustas vitiorum omnium, quæ virtutum germina, quæ ibi pululare poterant, corrodabant.

Porrò quod Hieremias ait: *Olium uberrimum pulchrum, &c. uocauit Dñs nomen tuum ad uocem loquelæ grandis ignis exarsit in ea, & combusta sunt fruteta eius,* explicat Gre-

gor. Homil. 21. super Ezechiel. de uoce adulationis his uerbis. *Vox grandis loquelæ est fauor adulantis, unde scriptum est. Qui benedicat proximo suo uoce grandi de nocte consurgens, similis est maledicenti.* Fruteta uero ad uocem grandem percunt, quando iam bona opera non amore Dei, sed transitoria laudis fiunt. Hæc Grego. Propterea Dominus monebat. *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes,* uide licet quia bona opera solo intuitu laudis humanæ facta sine fructu pereunt. Vnde qui adulantur eos, qui inanis gloriæ flatibus feruntur, sunt quasi homicidæ tum quia bona eorum opera, quæ uiuere coram Deo in aeternum possent, si propter Deum fierent, extinguunt. Deinde animas miserorum, quibus dolose blandiuntur, ad mortem agunt sempiternam, ut notat Hieronym. super illud Ezech. *Quod crassum erat occidebatis.* De crassis hoc est de diuitibus (inquit) populi loquitur, quos mali principes in Ecclesia iugulare narrantur, dum eos prædicant, & vitia eorum increpare non audent. Hæc Hieronym. De his pastoribus mercenarijs Dñs dicit: *Mercenarij autem fugiunt, &c. Et lupus rapit, & dispergit oves.* Denique isti adulatores similes sunt lamijis Ægypti, bestijs ferocissimis, quæ facies humanas habentes catulos suos lactant, & paulo post ablatatos nisi fugiant, uinguibus dilaniant & deuorant. De quibus Hieremias: *Nam & lamia nudauerunt mammæ, lactauerunt catulos suos, &c.*

Præterea Paulus non solum adulationis vitium, sed & suspicionem eius euitans ait: *Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis, neque in occasione auaritiæ, Deus testis est.* Vbi Theophylactus deceptorum vitium esse ait adulationis, & seductorum, & merito, nam & Antisthenes Philosophus aiebat, sicut meretrices bona omnia suis amarijs sine intentione cordis imprecantur, sic adulatores benedicunt his, quibuscum agunt, quos dementare laudibus conantur. Diogenes dicebat adulatores similes esse his, qui sepulchris titulos claros sculpunt, cum tamen intus non sint nisi cadauera foetida mortuorum. Socrates similem putabat adulationem Paenopiæ depictæ, id est, armorum uarietati in charta, vel linteo descriptæ, ubi

Luc. 7.

Matth. 9.

Psal. 9.

3. Reg. 11.

Osee. 12.

Hieron.

Psal. 140.

Aug.

Basil.

Gloss.

Exod. 10.

Luc. 16.

Hiere. 11.

Greg.

Prover. 26.

Matth. 23.

Hieron.

Ezech. 34.

Ioan. 10.

Thren. 4.

4

1. Thes. 2.

Theoph.

Antisthen.

Diogen.

Socrates.

non

non sunt arma uera sed oculis apparentia, stultos autem esse qui his capiuntur. Origenes super Matthæ. discumbentes cum Herode, qui filiam in conuiuio saltantem Herodiadis laudauerunt, adulatores regis fuisse dicit, & adulatium figuram representare, qui dum placere sibi leuissimam puellæ saltationem ostendunt, occasionem decollationis Baptistæ tyranno dederunt. Sic adulatores augent eorum peccata quos laudant. Vnde Gregorius. libro decimo octauo Moralium, in illud Iob. *Abstine a me, ut iustos uos esse iudicem,* sunt (inquit) nonnulli, qui dum male facta hominum laudibus efferrunt, augent quæ increpare debuerunt. Hinc enim Ezechiel dicit: *Vae qui consunt puluillos sub omni cubitu manus, & faciunt cervicalia sub capite uniuersæ ætatis.* Quisquis enim male agentibus adulatur, puluillum sub capite vel cubito iacentis ponit: Hinc rursum scriptum est ibidem: *ipse edificabat parietem, illi autem lineabant eum luto.* Parietem ergo liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, quia quod illi peruerse agentes edificat, ipsi adulantes quasi nitidius reddunt. Hæc Greg.

Origen. Matth. 14.

Marc. 6.

Greg. Iob. 27.

Ezech. 13.

CAPVT. XLVII.

Adulterium, Mœchia, & Mœchari.



ADULTER in scriptura dicitur Haifah, Deuter. 22. Adulteriũ est deserto coniuge alteri coniungi, unde Hiero. super illud Osee. *Auferat fornicationes suas a facie sua, & adulteria de medio uerborum suorum.* Adultera (inquit) est, quæ unum uirum deserens alteri coniugitur. Hæc ille. De adultera legimus in Euangelio Pharisæos dixisse Domino. *Hæc mulier modo deprehensa est in adulterio, in lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare.* Hoc quod allegant Pharisæi, habetur Deuter. 22. ubi legimus: *Si non est in puella, subaudi nupta, inuenta uirginitas, eijcient eam extra fores patris sui, & lapidibus obruent uiri ciuitatis illius.* Item in Leuitic. *Morte moriatur mœchus & adultera.* Idem ostenditur apud Ezechiel. *Iudicabo te iudicijs adulterarum, & lapidabunt te lapidibus.* Ante legem uero

hwnh

I

Hieron. Ose. 2.

Ioan. 8.

Déuter. 22.

Leuit. 20.

Ezechi. 16.

Moyfi secundum consuetudinem Palestinorum, Iudas cum accusata esset Thamar nurus eius de adulterio. *Produce (inquit) eam ut comburatur.* Quæ consuetudo in lege Moyfi postea sancita est quantum ad filiam tantum sacerdotis in stupro deprehensam, quæ flammis tradebatur Leuiti. 21. Tẽpore etiam Hieronymi, apud Romanos lege Constantini magni adulteri gladio cedebantur, ut refert in epistola. 48. de muliere septies ic̄ta. Sed multo ante Iulius Cæsar libertum suum, ob adulterium capitali supplicio affecit. Et postea Augustus Proculum libertum quoque suum, ob idem crimen eadem poena puniuit, ut in utriusque uita refert Suetonius. Aurelianus Imperat. ut narrat Vospicus militẽ qui hospitis uolauerat uxorem, duarum arborum ramis qui magna ui coniuncti fuerant alligatum, discedentibus deinde repente in locum suum ramis, in duas partes uiuum dissecuit. Tanti erat horroris apud ethnicos etiam adulterium. Quid, quod Macrinus Imperat. adulteros uiuos pariter comburebat, ut Iulius Capitolinus refert. Apud Parthos etiam nulla delicta quantumuis atrocis grauius quam adulteria plectebantur, ut refert Iustinus lib. 41. Apud Ægyptios uero uirgis usque ad mille plagas cedebatur adulter, & merito seuerè quidem hoc delictum plectebatur luce naturali dictante, quia tria ingentia secum affert mala, primum iniuriam infert coniugi magnam, cui fidem uolat, secundum corrumpit complicem, tertiam prolem confundit. B. Ambros. lib. 5. exam. cap. 8. *grauè (inquit) est adulterium & naturæ iniuria, intelligit autem iniuriam esse naturæ rationalis, quæ non nisi ratione, & prudentia, atque iustitia propagari debet.* Quamuis autem grauisissimum sit delictum, docuit tamen Dñs. loco citato poenitentia posse deleri, dicens adulterẽ: *Neque ego te condemnabo, uade in pace, & noli amplius peccare.*

Præterea legimus Matth. 19. cum Pharisæi rogassent, an liceret libellum repudiij uxori dare, & dimittere quacumq; ex causa, secundum legẽ Moyfi? respondisse Dñm: *Non legistis, quia qui fecit hominẽ ab initio masculum & feminã fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrẽ & matrẽ, &c. & erunt duo in carne una, itaq; iam nõ sunt duo, sed*

Gen. 38.

Leuit. 21. Hierony.

Suetonius. Vospicus.

Iul. Capit.

Iustin.

Ambro.

Ioan. 8.

2

Matth. 19.

G 2

una

una caro. Quos ergo Deus coniunxit, homo non separet: Vnde collige adulterium secundum prædicta iniuriam inferre iuri naturali & diuino. Sed quia Dominus subiungit in eod. cap. Matth. Qui dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur, quæstio fuit olim inter patres, an qui fornicationis causa dimittit adulteram possit illa viuente aliam ducere? Et quidem Caietan. super locum præsentem putat licere, salua tamen Ecclesiæ definitione. Idem sub eadem censura, tenuit vt probabile Catherinus super. 1. Corinth. 5. & ante illos idem Tertullianus asseruit lib. 4. aduersus Marcionem. Ambros. vero super. 1. Corinth. 7. id viro licere affirmat, qui propter adulterium dimisit vxorem, sed illa dimissa mulier non (inquit) potest, quia inferior est, neque gaudet priuilegio viri. Præterea Syxtus Senensis lib. 6. Biblioth. annotat. 81. citat. Origen. qui tracta. 7. in Matth. dicit cognouisse quosdam episcopos, qui in suis Ecclesijs permiserunt vxoribus, qui viros fornicationis causa dimiserant, alijs nubere. Idem quoq; decreuit Zacharias Papa huius nominis primus, sicut refert Gratianus. 37. q. 7. can. concubuiti, & Concilium Elbertinum, & Concilium Moguntiacum, & Tributense quorum decreta citat ibidem Gratianus. His tamen non obstantibus, tenet Ecclesia Catholica matrimoniū consummatum quo ad vinculum esse indissolubile, nisi morte alterius coniugis intercedente, quod Apostolus affirmat Rom. 7. Mulier uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uero, si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est lege uiri, ut non sit adultera, si fuerit cū alio uiro, Idemq; repetit. 1. Corin. 7. Idē tenēt omnes patres super Matt. 19. & super loca citata Pauli, Hieron. Chryf. Theophyl. Euthy. Origen. & alij tam veteres quam recentiores Theologi, & decreta Pontificum id affirmant, ac demum sancta synodus Tridentina decernit, sess. 24. Quod vero quidam Episcopi quos refert Origen. aut etiam Zacharias Papa, & præallegata prouincialia Concilia contrarium ad tempus permiserunt, nihil officit catholicæ veritati, nam & lupanaria maioris mali vitandi causa permittuntur. Denique Caietan. & Catherinus Ecclesiæ censuræ sua placita submiserunt,

Ambrosij vero locus putatur fuisse ab hereticis corruptus, vt refert Magister in 4. Qui retinet adulteram reprehenditur Prouerb. 18. his verbis: Qui retinet adulteram, stultus est, & insipiens. Grecè autem non insipiens ponitur, sed ἀσεβης impius. Propter hunc locum disceptatio est apud patres, an retinere possit maritus innocens vxorem adulteram sine peccato. Neque defunt qui negent, ita Hieronym. super Matth. 19. Adultera (inquit) non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura. Qui tenet adulteram, stultus & impius est. Idem Chryso. super Matth. 19. Item Hilarius canone. 4. super illud Matth. 5. Qui dimiserit uxorem, & ibidem Euthymius & Chromancius Aquileiæ Episcopus. Et quidem admitti posset ita fuisse in veteri testamento, nam & Ioseph ob fornicationis suspicionem, quam illum desponsa Maria habuisse tenent Augustinus, Iustinus Martyr contra Tryphonem, Chryso. super Matthæ. 1. Beda & D. Thomas ibi, voluit illam occulte dimittere, sicut prædicti patres exponunt. Cæterum in lege gratiæ licitum est viro adulteram emendatam recipere, dicente Paulo. 1. Corinth. 7. Præcipio non ego, sed Dominus uxorem à uiro non discedere, quod si discesserit manere inuptam, aut uiro suo reconciliari. Quod etiam post adulterium locum habet, vt docet Augustinus lib. secundo ad Pollentium. cap. 6. Quod autem (inquit) tibi durum videtur, vt post adulterium reconcilietur coniugi coniux, si fides adsit, non erit durum, hæc crimina in veteri lege nullis sacrificijs mundabantur, quæ noui testamenti sanguine Christi sine dubitatione mundantur. Et infra: Nunc autem postquam Christus dixit adulteræ. Neque ego te condemnabo, uade, noli amplius peccare, quis non intelligat debere ignoscere maritum? Hæc Augustinus, cuius sententiam vsus tenet Ecclesiæ. Sententia vero patrum in contrarium allegata cum testimonio scripturæ, de adultera incorrigibili explicanda sunt, quam tenere maritus nequit, si eius omnino desperat correctionem, ne consentire videatur, iuxta illud. Auferte malum à uobis metipsis. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo, quæ

Matth. 19. Quæstio. Caieta. Catherin. Tertull. Ambros. Syxt. Sen. Orig. Zachar. Conc. Elb. Cœ. Mogunt. Conc. Trib. Rom. 7. 1. Cor. 7. Hierony. Chrysoit. Theophyl. Euthym. Orig. Conc. Trid.

Magist. 3 Pro. 18. Quæst. 10. Hierony. Chrysoit. Hilari. Euthym. Chromin. Matth. 1. Aug. Iustin. Chrysoit. Beda. D. Thom. 1. Cor. 7. Aug. Hierony. 1. Cor. 6: 2. Petr. 2: 5 2. Reg. 12. Indic. 19. & 20. Dani. 13. Num. 31. Genes. 20. Gene. 12. Ose. 4. 4 Matth. 5.

sententia Christi Domini est contra Pharisæos, qui actus interiores, non putabant esse peccatum, nisi exterius aliquomodo proderentur, quod addimus, quia non poterant negare, nisi cœci essent, concupiscētiam esse peccatum, cum Exo. 20. expresse prohibeatur, sed (vt inquit Lyranus) forte putabant, eam tantum concupiscētiam lege esse prohibitam, quæ signis vt puta osculis, tactibus & huiusmodi manifestum daret indicium, vel vt inquit Iansenius, fortasse putabant esse quidem peccatum, non tamen lethale. Explicat ergo Dominus esse mortale peccatum, modo adsit deliberatio pleni consensus, vel in rem veneream, vel in morosam eius delectationem, vt exponit D. Thom. super hunc locum Matthæi. Vnde August. de sermo. Domini in monte lib. 2. non (inquit) dixit, qui mulierem concupierit, sed qui uiderit ad concupiscendum, id est, animo intenderit vt concupiscat, quod iam non est titillari delectatione carnis, sed plene consentire libidini. Idem Hieronym. alijs verbis: Differt (inquit) inter Pathos, & Propathiam, scilicet, inter passionem & propassionem, propassio est sine deliberatione aliquantula culpa, sed passio uidelicet cum deliberato consensu tenetur in crimine. Hæc Hieronym. De huiusmodi ergo libidinis cum consensu deliberato Apostolus ait: Neque adulteri, neque molles regnum Dei possidebunt, & Petrus. Habentes oculos ple-nos adulterij & incessabilis delicti. Adulteriū tam exosum est Deo vt pote mundissimo, vt semper adulterantes grauissime puniēdos putauerit, vt Dauidem, & tribum integram Benjamin, quam propter adulterium fere deleuit, duos item Babylonicos senes occidit, Susannæ castissime insidiantes, Moabitides etiam foeminas, quæ populum ad fornicandum prouocauerunt, iugulauit, sed etiam Pharaonem & Abimelech reges, alterū Aegypti, alterum Palestine qui per ignorantiam vxorem Abrahamæ vsurpare tentarant, vnum per terre fecit, & alterum flagellauit. Est denique tantum malum vt in pœnam aliorum nonnunquam criminum tanquam ignominiosissimū malum, lapsum in adulterium Dominus comminetur, Ose. 4. Super capita montium sacrificabant, &c. ideo fornicabuntur filie ue-

Matth. 5. Exod. 20. Lyran. Ianc. D. Thom. August. Hierony. 1. Cor. 6: 2. Petr. 2: 5 2. Reg. 12. Indic. 19. & 20. Dani. 13. Num. 31. Genes. 20. Gene. 12. Ose. 4.

stra, & sponsa uestra adulteræ erunt. Et certe hæc pœna culpæ, maius malum est quàm millies ipsa gehenna, seclusa tamen gehennæ culpa. Vt docet D. Thom. 1. part. quæst. 48. artic. 6. Vnde grauius punit Deus peccata nostra, quando propter ea permittit, vt in alia prolabamur, quam si nos uiuos in gehennæ ignem æternum immitteret. Ideo monuit filius Dei languidum quæ in piscina sanauit. Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Et adulteræ dixit. Vade noli amplius peccare. Sed illud ingerit difficultatem quod Dominus dicit Ose. 3. Adhuc uade, & dilige mulierem dilectam amico, & adulteram. Et certe Oseas Propheta iussu Dei duxerat vxorem Gomer filiam Debelaim fornicariæ, de quo latius in dictione, fornicari nobis agendum est. Nunc vero iubet Deus, vt diligat mulierem adulteram. Est autem disceptatio inter expostores, an hæc adultera sit alia à priori, quam duxerat? Et quidam vt Ruffinus, Theodorus Antiochenus, & Franciscus Ribera super hunc locum Oseæ eandem esse affirmant. Alij negant, vt Vatabl. Lyranus, Dionysius Carthusian. Mihi vero magis probatur sententia prior, quæ tenet eandem esse, quæ post nuptias cum Propheta relapsa est in libidinem, commisit adulterium, quam iubet Deus, vt adhuc Propheta sibi reconciliet, ac diligat, vt in eo typum Dei præseferat, qui synagogam fornicariam sibi olim fide desponderat in deserto per legem: Deinde vero adhuc in adulterium spirituale, id est, in idolatriam sepe relapsam diligebat. Sic vertit & exponit Chaldaicus paraphrastes his verbis: Vade uaticinare prophetiam aduersus domum Israel: qui similes sunt mulieri charissime suo marito, quæ licet fornicetur sub eo, adeo tamen diligit eam, vt non velit eam dimittere. Hæc ille. Accedit quod adulteram alterius viri vxorem non poterat Propheta facile in domum suam adducere. Deinde scandalum daret, & rixas suscitaret domi & foris. Dilectam vero dicit amico, id est, alteri amasio. Sic (inquit textus) diligit Deus filios Israel, & ipsi respiciunt Deos alienos. Vbi summa Dei clementia, & misericordia erga genus humanum demonstratur, ad quos etiam adulterijs & peccatis onustos cla-

D. Thom. Ioan. 5. Ioan. 8: 6 Quæstio. Ose. 3: Ruffin. Theod. Vatabl. Lyra. Diony. Chald.

Matth. 11. mat : Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Quæ misericordiam viscerum fati ostendit Petro roganti. Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, usque septies? Respondit: Non dico tibi septies, sed septuagies septies. O clementiam, quis vxorem septuagies septies adulterantem admitteret? Quid ergo miramur si mulieri deprehensæ in adulterio dixit: Neque ego te condemnabo. Adultera uocatur anima per metaphoram, seu ciuitas, uel provincia in scripturis, quæ Deo sponso relicto uel idola colit, uel dæmoni per mortale peccatum adheret. Quæ regula est Hierony. super Ezech. 16. Et iudicabo te iudicijs adulterarum, & super Ose. 3. In quæ sensum passim in scripturis adulterare dicebatur populus Israel cum idolis gentiũ. Sic intelligitur illud Oseæ. 2. Auferat adulteria sua, & Hierem. 13. D. 23. B. & Ezechie. 23. ad Hierusalẽ dicit: Attrita es adulterijs, & Isai. 1. Quomodo facta es meretrix ciuitas fidelis, & Hierem. 3. Mœchata es in lapide, & in ligno, id est, adorasti lapides, & ligna relicto Deo uiuenti, ut exponit Lyra. Nā mysticus est sensus huius loci, quæ exponit Orig. homil. 14. super Hierem. ubi ait, Mœchari in lapide, est cor habere lapideum, de quo Ezech. Auferam a uobis cor lapideum, id est, adeo durum, & obstinatum, ut simile quodammodo esse uideatur cordi Satanæ de quo legimus apud Iob: Cor eius indurabitur quasi lapis: Tales erant Pharisei, quibus Dominus ait. Si ueritatem dico uobis, quare non creditis? Et Iudas cui non satis fuit à Domino dici: Amice ad quid uenisti? Neque emolliuit eum quãdo lauit linteo præcinctus pedes eius. Mœchari autem in ligno secundum Originem est sequi uoluptatem gustus, & tactus, sicut mœchata est Eua in paradiso, ubi legimus: Vidit ergo mulier, quod bonum esset lignum ad uescendum, &c. Generatio praua, & adultera signum querit, Dominus dixit Iudæis: Vbi generatio Iudæorum appellatur adultera secundum phrasim regulæ num. 7. præcedentis à nobis explicatam. Vnde Hierony. super hunc locum Matth. Egregie (inquit) dixit adultera, quia genus ducat à peccatoribus, & quia dimiserat virum, & iuxta Ezechiel. multis se amatoribus copulauerat, hoc est multis olim seruierat simulachris. Hæc Hieronym. Item quia

Iudæi prophetas occiderunt, Hieremiam lapidauerunt, Isaiam dilexerunt, Ioannem Baptistam decollarunt, neque ab imitatione patrum suorum discesserunt. Generatio praua dicuntur præterea adulteri, quia ut Theophylactus ait, recesserant quidem à Deo, & dæmonibus adherabant, in quem sensum de eadem synagoga dicit Isaias. Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteri, & fornicariæ, super quem iurastis: super quem dilatastis cor? Vbi Hieronym. Cui (inquit) dixistis o Iudæi, Samaritanus es tu, & dæmonium habes: Et in Belzebuth eicit dæmonia? Adulterare uerbũ Dei phrasim est Pauli, quæ denotat prædicatorum adulationem, ut auditoribus placeant, ut Hieronym. exponit super eundem locum, Pseudo Apostolos (inquit) tangit de quibus Isaias. Caupones tui miscunt uino aquam, id est, meræ doctrinæ adulationis mollia uerba, quibus homines non tam inebriati ferueant, quam delectati tabescant. Hæc Hieronym. Sed Gregor. lib. 22. moral. in illud Iob. 31. Et non magis tacui, pulchre hanc phrasim explicat, Adulterari (inquit) uerbũ Dei est, aut aliter de illo sentire, quam est, aut ex eo non spirituales fructus, sed adulterinos foetus querere laudis humanæ. Hæc Gregor. Hos non querebat Ioannes Baptista, imo potius contemptis laudibus Herodis, illum de adulterio cum vxore fratris publicereprehendit.

CAPVT. XLVIII.

Advocatus.



D V O C A T V S auxiliator Hebraicè dicitur Oozer, Isa. 31. & Psalm. 45. Advocatus dicitur patronus qui reum in iudicio defendit, aut in iudicio ius suggerit. Attribuitur autem in scriptura filio Dei, de quo Ioannes. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Vnde Augustin. tractatu primo super primam Canoni-

Theophyl.

Isai. 57.

Hierony. Ioan. 8. Matth. 11. Luc. 11.

9 2. Cor. 2. Hierony.

Isai. 1.

Greg. Iob. 31.

Marc. 6.

W W

I

1. Ioan. 1.

Aug.

Beda. 1. Ioan. 2.

Luc. 11.

2 Questio.

Beda.

Rom. 8.

3

Ioan. 2.

Aug.

Irenæus.

cam Ioannis, si aliquando (inquit) in hac uita homo committit se disertæ linguæ, & nõ perit, multo magis committens se aduocato Christo, cum enim aduocatum habemus apud patrem, & Beda super. 1. Ioan. 2. Et bene (inquit) cum diceret aduocatum nos habere apud patrem Iesum Christum, addidit iustum, iustus siquidem aduocatus iniustas causas non suscipit, sed tunc iustus nos defendet in iudicio, si nunc nos metipsum & cognoscimus, & accusamus iniustos. Hæc Beda. Quod Satanus sciens mutos reddit nonnullos in confessione. Tale erat dæmoniũ illud, de quo legimus: Erat Iesus eiciens dæmonium, & illud erat mutum.

Aduocati est orare pro clientulo sibi commisso, propterea quæruntpatres, an filius Dei in dextera patris interpellet pro nobis oratione uocali, aut saltẽ mentali? Ad quod Beda in loco allegato respondet. Caput pro omnibus iuterpellat, de quo scriptũ est Rom. 8. Qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis, &c. Interpellat ergo pro nobis Dominus, nõ uoce, sed miseratione, quia quod damnari in electis noluit, naturam uidelicet nostram suscipiendo seruauit. Hæc Beda. Quia tamen contra alicubi dicit August. Christum in cœlo adhuc pro nobis orare, de hoc agemus latius in dictione interpellare.

Aduocatam uero esse Deiparam Virginem pro nobis non solum Ecclesia dicit, sed & in Euangelio legitur, hoc illam munere functã fuisse, cum in nuptijs Cana Galilææ uinum defuisset, dixit Maria, filium uinum non habent. Vbi pro sponsis atq; conuiuijs plane intercessit. Quod si intercedebat in terris, quãto frequẽtius, & illustrius intercedet in cœlis. Vnde August. lib. cur Deus homo. c. ult. Est (inquit) quoddã singulare refugium post Deum, quod in illo regno habemus reginam sororem nostrã, ac Dei genitricem semper uirginem Mariam, quæ nõ cessat apud Deũ pro hominibus interuenire. Et infra: Hoc quod alij sancti minime audent, hæc quadã congruẽti autoritate à filio postulans obtinet. Hæc Aug. Et B. Irenæus lib. 5. contra hæreses aduocatam Mariam uocat, sicut (inquit) Eua seducta est, ut fugeret Deum, sic hæc sua est obedire Deo, ut uirginis Euz uirgo Maria fieret aduocata, hæc ille. Obe-

dicit autem maxime Maria, quando dixit: Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum uerbum tuum.

CAPVT. XLIX.

Ædificare.



ÆDIFICARE Hebraicè dicitur Banach, à radice Ben filius, quod sit quasi patris ædificium, sed latine ædificare est edes facere, & largẽ ad omne genus construendi operis extenditur. Aggei 1. Ædificate domum. Sed metaphoricè ædificare in literis sacris uaria significat. Primum enim denotat creare. Genes. 2. Ædificauit Dominus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. Deinde ædificare domum alicui, metaphoricè est, prolem eius, & diuitias multiplicare. Sic legimus in Exodo. Et quia timuerunt obstetrices Dominum, ædificauit illis domos, hoc est sobole, & diuitijs locupletauit. Hanc regulam ponit Hierony. in tradit. Hebraicis exponens illud Gene. ubi Sara loquitur marito suo Abraham: Ecce conclusit me Dominus, ingredi ergo ad ancillam meam, ut habeam filios ex ea. Diligenter (inquit) nota, quod procreatio liberorum in Hebræo, ædificatio scripta est, dicitur enim hic in Hebræo textu: Ingredere ad ancillam meam, si modo ædificer ex ea, & uide ne forte hoc sit, quod in Exodo dicitur: Benedixit Deus obstetricibus, & ædificauit illis domos. Hæc Hierony. In quem sensum legimus de gentibus ad fidem conuertendis. Hierem. 12. Et ædificabuntur in medio populi mei, id est, multiplicabuntur prole corporali, & spiritali, & erunt pars populi Dei, ut exponit Hieronym. Eodem modo explicat illud Malach. Ædificati sunt facientes iniquitatem, id est, post scelera, atque blasphemias, & sobole, & prosperis omnibus perfruuntur, iuxta illud Matth. Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Secundum eandem phrasim Deuter. 32. de poena discalciati, qui non uult ducere vxorem fratris defuncti sine liberis. Expect (inquit) in faciem illius, & dicit, sic fiet homini, qui non ædificauit domum fratris sui. Eadẽ phrasim est in Ruth: Faciet Dominus hanc mulierem sicut Rachel, &

Luc. 1.

712

I

Aggei.

Gen. 2.

Exod. 7.

Hierony. Regula. Genes. 16.

Hiere. 12.

Hierony. Malac. 3.

Matth. 5.

Deut. 32.

Ruth.

Matth. 16.

2

1. Reg. 2: Auguit.

Glof. Rabbanus: Nicolaus. 3. Reg. 2.

Marth. 16.

Luc. 22.

Isai. 61. Isai. 59.

Liam, quæ edificauerunt domum Israel, id est, sobole multiplicarunt. Vnde & coniectura est, cum Dominus fuerit Hebraice locutus, secundum eandem phrasim dixisse Matth. 16. Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, id est, legitima pontificum successione, & copiosa fidelis populi sobole vsque ad finem sæculi propagabo Ecclesiam meam.

Porro quod legimus: *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet, edificabo ei domum fidelem.* Beatus Augustinus lib. 17. de Ciuita. ca. 1. de Christo Domino dictum exponit, cui pater æternus domum fidelem edificauit, quæ est superna Hierusalem, in sensu mystico debet intelligi: Nam secundum historiam completum legimus, vt Glossa ordinaria, & Rabbanus, & Nicolaus hic adnotant, in sacerdote Sadoch, quem Salomon substituit loco Abiathar, qui erat de stirpe Heli, edificauit itaque Dominus sacerdoti Sadoch domum fidelem, id est, sobolem ei dedit, quæ sacerdotali munere per successiones suas deinceps fideliter fungeretur. Cui expositioni textus ipse. 3. Reg. 2. irrefragabiliter attestatur, his verbis: *Abiecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini, ut impletur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli in Silo, &c.* Fuit autem absque dubio Christi figura Sadoch, qui legali sacerdotio cessante per Abiathar figurato, edificauit Ecclesiam in Petro, vt proxime dicebamus, quæ fidem Catholicam nunquam hætenus violauit, & propterea dicitur: *Edificabo illi domum fidelem, id est, Ecclesiam Romanam, quæ nunquam in æternum fidem Catholicam violatura est, ita vt Pontifex Romanus quatenus Pontifex aliquem errorem contra fidem, vel doceat vel admittat. In quo sensu Dominus dixit: Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quasi dicat, ne successores tui aliquando errent in fide in perpetuum. Et ne quis miretur nos dicere, perpetuam esse hanc promissionem factam Ecclesie, legat Isai. 61. *Fœdus peti unferiam eis, & cap. 59. Verba, quæ posui in ore tuo, non deficient de ore tuo, & de ore seminis tui usque in sempiternum. De hereticorum vero, & schismaticorum concilia-**

bulis dicitur Psalm. *Nisi Dominus edificauerit domum, in uanum laborauerunt qui edificauerunt eam: Cum enim sint apud hereticos tot diuisiones, quot fere sunt homines, implebitur in illis profecto uerbum Dei: Omne regnum in se diuisum desolabitur.*

Ædificare in scripturis est interdum idem, quod reedificare siue in pristinam prosperitatem colapsa restituere. Hier. 31. de Hierusalem vastata dicitur: *Adhuc edificabo te, & edificaberis uirgo Israel, adhuc ornaberis tympanis tuis.* Quod non de materiali quidem edificio, sed de reedificatione fidei, & charitatis in Ecclesia Catholica, quam perdidit synagoga, exponit Hierony. dicens: *Delirant qui auream, atque gemmatam suspirant Hierusalem, auaritiã suã in mysteria Domini consecrantes, &c.* Cui consentiunt Lyra, & alij expostores hoc loco. Ædificanda igitur in lege gratiæ, quæ coeperat olim in lege naturæ, & scripta, præuidebatur Ecclesia apud Prophetas passim, non tam materialibus, quam uuis lapidibus, & in multis reedificanda. Enim uero ab Abel iusto vsque in præsens nunquam defuit Ecclesia, vt obseruat August. super illud Psalm. *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, de quo latius dicemus in uerbo Ecclesia. Ceterum quia Iudeis tandem exceçatis, Ecclesia, quæ magna ex parte ex illis constructa fuerat, semidiruta mansit, restituenta quidem in aduentu Christi uaticinijs prophetarum prædicebatur, secundum quam regulam intelligitur illud Tob. *Portæ Hierusalem ex saphyro edificabuntur.* Hoc est Apostolica doctrina, & celestibus documentis, vt exponunt Glossa & Lyranus, sic etiam intelligimus illud Isai. *Edificabuntur in te deserta seculorum, fundamenta generationis & generationis suscitabis, & uocaberis edificator sepium,* super quem locum Hieronym. Hec (inquit) Iudei amici tantum occidentis literæ ad instaurationem referunt urbis Palestinarum, & uel facta sub Esdra, Zorobabel, & Nehemia, uel ultimo tempore futura contendunt, nos autem sequentes coeptæ explanationis ordinem, quæ deserta fuerant in Iudeis, dicimus edificari in Ecclesia, non ad breue tempus sed in perpetuum. Vnde dicit Apосто. *Sicut sapiens architectus fundamentum posuit, aliud autem super edificat, & Ephes. 2. Dei edi-**

Psal. 126.

Luc. 11.

3

Hier. 31.

Hierony.

Lyra.

August.

Psal. 126.

Regula.

Tob. 11.

Glossa. Lyran. Isai. 58.

Hierony.

1. Cor. 3.

Ephes. 2.

ficatio

Proco. Glof. Lyran.

Matth. 16. Esa. 60.

Hierony.

Matth. 2.

Matth. 8. Ioan. 4.

Hierony.

Luc. 6.

Luc. 10.

4

Pro. 9. Beda.

Coloss.

August.

Luc. 1.

Ber. Luc. 10.

Genes. 28.

5

Hier. 31.

ficatio estis. Hæc Hierony. Eodem modo explicant Procopius, Glof. & Lyran. Iste autem edificator sepium Christus est, qui ait: *Aedificabo Ecclesiam meam, ut dictum est Matth. 16. Sic etiam de Ecclesia legitur Isai. 60: Aedificabunt filij peregrinorum muros tuos. Vbi Hieronym. ait. Alienigenæ, & peregrini proprie significant populum nationum, qui uere extruxerunt Ecclesiam. Hæc Hierony. extruxerunt autem ut ministri, nam principalis, ut diximus, edificator Dominus est, coeperunt que olim edificare Magi, qui ab oriente uenerunt adorare Dominum qui iure optimo dicuntur hoc loco filij peregrinorum. Deinde Centurio, cuius fidem Dominus laudauit. Et Regulus, *Qui credit ipse, & domus eius tota.* Ceterum quod legimus Ezech. 36. *Et scient gentes, quia ego Dominus, qui edificauit dissipata, & plantauit inculta,* intelligi debet (ut inquit Hierony.) iuxta historie ueritatē, & Prophetæ fidē, quia reliquæ Israel saluæ fient in Apostolis, quod impleri coepit Luc. 6. quando: *Elegit duodecim ex suis, quos & Apostolos nominauit, & rursus ubi Designauit Dominus alios septuaginta duos.**

Secundum eandem phrasim legimus: *Sapientia edificauit sibi domum,* id est humanitatem, ut exponit Beda in qua inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. coloss. 2. uel certe (inquit) Ecclesia Christi est ex lapidibus uuis constructa, quæ expositio literalis est, de qua agemus aliquanto latius in dictione Domus. Porro expositio Augustini in quodam sermone de Assumptione, mystica est, ubi de Maria hunc locum exponit, quamuis congruentissima sit, quia inter puras creaturas nullam sibi digniorem domum filius Dei edificauit, quæ nunquam à furibus perfossa, neque ab hostibus capta, neque suis unquam ornamentis spoliata fuit, neque spolari uoluit dono uirginitatis, etiam ut esset mater Dei, si optio sibi daretur, propterea enim dixit Angelo: *Quo modo fiet istud, quoniam uirum non cognosco?* De hac domo mystice Bernar. intelligit illud Luc. 10. *Intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.* Hæc est illa domus de qua Iacob Genes. 28. cum uidisset scalam pertingentem cœlos, dixit. *Uere non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli.*

Secundum eandem phrasim dicit Hier. c. 31. *Aedificabitur ciuitas Domino à turre Hanameel, usque ad portam anguli, & exiit ultra normam mensuræ in conspectu eius, super collem Gareb, & in circuitu Goatha, & omnem uallem cadauerum, & cineres, & uniuersam regionem mortis, &c. Et usque ad torrentem Cedron, & usque ad angulum portæ equorum orientalis, sanctum Dñi non uelletur, & non destruetur ultra in perpetuum.* De quo sunt tres expositiones. Prima Hebræorū de qua Hier. super hunc locum ait: *Iudei & nostri iudaizantes, quia hoc edificium ciuitatis post captiuitatem temporibus Zorobabel, & Esdræ, non possunt monstrare completum, transeunt ad Christi tempora, quæ in consummatione mudi dicunt esse uenturum, ut aurea, atque gemmata iuxta Apocalypsim Ioannis descendat Hierusalem, & hoc terræ spacio, id est ab illo loco usque ad illum locum edificetur.* Secunda expositio Lyran. Videtur (inquit) mihi hi saluo meliori iudicio, quod locus iste possit exponi de reedificatione Hierusalem per Adrianum Imper. post destructionem factam sub Tito, in qua edificationem murus Hierusalē fuit dilatatus, exiit que ultra normam mensuræ, in tantum, quod loca Dominicæ passionis. & sepulchræ sunt ibi inclusa, quæ tamen erant extra portam, fuit autem olim turris Hanameel, de qua: 4. Reg. & Nehemie. 3. à qua turre usque ad portam anguli est longitudo ciuitatis. Dicit etiam collem Gareb esse se locum Caluariæ & Goatha esse Golgotha, de quo Ioa. 19. & uallem cadauerum & cineres & regionem mortis esse loca, ubi circa montem Caluariæ malefactores mactabantur. Denique & usque ad torrentem Cedron exclusiue murus hodie ciuitatis attingit, & ad portam equorum. Quod uero subditur. *Et sanctum Domini non uelletur, impletum existimat Lyran. in eo quod sanctum Domini sepulchrum Sarraceni minime destruxerunt, imo uenerati sunt usque in præsens. Ceterum tertia expositio est Hierony. & sanctorum patrum potius tenenda, uidelicet, edificium hoc metaphorice descriptum Ecclesiam in lege gratiæ catholicam significare, de qua Dominus ait: *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, quod certum est de Ecclesia catholica, non item de sepulchro Domini in Hierusalem. Dicit er**

Hierony.

Lyra.

4. Reg. 13: Nehem. 3:

Ioan. 19.

Hierony.

Matth. 16.

gō Hierony. ædificium Ecclesię hoc loco spirituale à Hieremia prædici, quod incipit à turre Hanameel, id est ab obedientia, & extenditur vsque ad portam anguli, id est Christum, qui lapis est angularis, & exiit vltra normam mensurę prioris ædificij nimirum Synagogę, quę vnũ duntaxat populum continebat, iuxta illud Psal. Notus in iudæa Deus. Ecclesia vero populos gentium complectitur vniuersos, etiã scabiosas in spiritu, nam Galeb scabies interpretatur, & lapides sanctos, qui voluntur in gyro. Goatha quippe gyrum significat, & vallem cadauerum, & regionem mortis, & torrentem Cedrõ, qui tenebras sonat, quia in Ecclesię sagne na & boni pisces concluduntur, & mali Matth. 13. & (vt inquit Glossa) Ecclesia, quę nunc scabiem, cadauera, cineres & mortis regionem continet, futura est tandem gloriosa: Sine macula, & ruga. Cui autẽ hæc expositio mystica visa fuerit, eligat secundam Lyrani, dum modo ædificatio nem illam materialem Hierusalem sub Adriano Imp. positam esse intelligat à Hieremia vt signum veritatis sequentis, videlicet quod sanctum Dei non euellatur vltra, non quidem sepulchrum Domini, vt Lyran. putat, sed sanctum Dei habitaculum in Ecclesia catholica, de qua Christus ait. Matth. vltimo. Ecce ego vobis cõsum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Et portę inferi non præualebunt ad uersus eam.

Præterea, Aedificabunt ciuitates desertas, legitur Amos. 9. id est apostoli, & apostolici viri nationes ad fides conuertent, vt exponunt Hierony. & Nicolaus, quia præcessit: fuscitabo tabernaculũ Dauid, quod cecidit, quod Iacobus apostolus Act. 15. de Ecclesia luculenter exposuit. & R. Salomon de tempore Messię prædictum fatetur, quia sequitur: Et plantabo eos super humum suam, & non euellam eos vltra de terra sua, id est de Ecclesia, quę terra dicitur propter firmitatem quę describitur Psal. 103. Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi. Quod ergo in terra est grauitas, & inclinatio partium omnium ad centrum, quę stabilem illam facit, hoc est in Ecclesia promissio saluatoris, & (vt ita dicam) manutenetia, sicut Apoca. 1. legitur, septẽ Christus stellas habere in dextera sua, id

est angelos, qui Ecclesiam tenent, ab ipso Christo vt eam teneant roborati, vt portę inferi non præualeant aduersus eam.

Legimus quoque Psal. 50. *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Hierusalem. Quod vaticinium Lyrani. & Iansen. de restitutione ciuitatis sanctę sub Zorobabel, & Nehemia prædictum existimant. Cæterum magis arri-det explanatio Hierony. Aug. Gloss. & Cassiodori qui de ædificatione potius Ecclesię super Petrum exponunt, de qua legimus Isai. 26. Vrbis fortitudinis nostrę Saluator, ponitur in eam murus, & antemurale. De his ergo muris iustitię Christi, item fidei, spei, & charitatis exponunt patres antiquiores Hierony. Aug. Beda Greg. Glossa, Chrysof. Remig. Ambrosius lib. 1. de Apologia Dauid. cap. 17. Haymo, & plerique alij. Nam quod Lyranus, & Carthusianus de muris Hierusalem post reditum de Babylone restaurandis intelligunt, quorum sententias recentiores alij secuntur, ægre sustineri potest, quia sequitur in textu. Tunc acceptabis sacrificium iustitię, Constat autem nullum materiale sacrificiũ veteris legis iustificasse, dicente Paulo Heb. 10. *Impossibile est sanguine taurorum, aut hircorum deleri peccata. Solum autem sacrificium de toto rigore iustitię Christus est in ara crucis immolatus, & in altari sacramentaliter oblatu, & in eius virtute acceptabile sacrificium sunt opera, & studia sancta iustorum. Est ergo Regula patrum obseruanda, quando in veteri testamento de ædificatione Hierusalẽ vaticiniũ ponitur, & maior amplitudo, vel gloria, quã quę terrenę ciuitati congruat, insinuatur, non de materia li Hierusalem, sed de Ecclesia potius, vel militante, vel etiam triumphante sermonem esse, vt in prædictis hætenus exemplis liquet: vbi vero sine vlla huiusmodi nota sermo procedit, de re ædificatione ciuitatis sub Zorobabele, & Nehemia debet intelligi, sicut Isai. 44. *Qui dico Hierusalẽ habitaberis, & ciuitatibus iudæ ædificabimini, quod Hierony. sub Cyro impletum exponit, sic & illud Psal. Hierusalem, quę ædificatur ut ciuitas, vt voluit Nicolaus, & Iansenius. Sed de hoc vide quę dicimus in verbo Hierusalem numero vltimo.***

Ædificari dicitur in scriptura, qui post peccati lapsum in priorem gratię statum

Matth. 16.
7
Psal. 50.
Lyrani.
Iansen.
Hierony.
Aug.
Glossa.
Cassiodor.
Esal. 26.
Hierony.
Aug.
Beda.
Gregor.
Glossa.
Chrysof.
Remig.
Ambros.
Haymo.
Lyrani.
Carthus.
Regula.
Esal. 44.
Hierony.
Psal. 121.
Nicolaus.
Iansen.
8

per pœnitentię subsidia restituitur. Sic exponit Greg. illud Iob. *Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis.* Dissimulanti bus (inquit) agere pœnitentiam hoc exẽ plum egregium proponitur, quia possunt peccatores gloriam perditã recuperare. Hęc Greg. Quod non intelligit de angelis apostatis quibus non est pœnitentię locus, sed de hominibus, de quibus Dominus dixit Luc. 5. & Matth. 9. *Vt sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico, tibi dico surge.* Et de eisdem hominibus parabolam ponit de pastore quærente ouem errantem, Et de filio prodigo à patre recepto post lapsum:

Ædificare in bonum denotat virtutis exemplum alijs præbere, & fructus spirituales ad lucrum animarum facere. Sic patres intelligunt illud. 1. Thef. 5. *Ædificate alterutrum, id est, docete nõ solum verbo, sed etiã exemplo, vt exponit Theophy.* Sic ad Rom. *Quę ædificationis sunt inuicem custodiamus. Super quem locum D. Tho. in Comment. Custodiamus (inquit) ea, per quę nos inuicem ad difficemus, id est bonũ conferuamus, & ad melius prouocemus, iuxta illud Apostoli. Ad ædificationem Ecclesię quærite ut abundetis, & paulo superior, Qui loquitur lingua, se ipsum ædificat, id est, cum ipse solus intelligat, quod dicit, solus inflammatur ad bonum, Qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat, id est animat intelligentes ad meliora, & rursus: Omnia charissimi propter ædificationem uestram, & cap. sequenti idem Apost. ait: *Secundum potestatem, quam dedit nobis Deus, in ædificationem, non in destructionem.* In eundem sensum legimus. 1. Corint. 8. *Scientia inflat, charitas uero ædificat.* Super quem locum Chrysof. superbia (inquit) subaudi quę ex opinione scientię suboritur, separare, charitas uero coniungere, & scientiã augere solita est, & D. Tho. Charitas, ait, ædificat infirmos, quia quod eis obesse potest, dimittit, & Hierony. Charitas ædificat, quia non quærunt quę sua sunt, sed quę ædificat fratres. Hęc Hiero. Talis esse debet doctor Ecclesię, non inflatus, sed ædificator, sicut describitur Matth. 5. *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum.**

Ædificare aurũ, & argentum legimus. 1. Corint. 3. *Supra hoc fundamentum, id est*

Christum, alij ædificant aurum, argentum, lapides pretiosos, foenum, lignum, stipulam, Vbi in priori parte ædificare capitur in bonum, in posteriori uero in malum. Tria ergo priora, aurum, argentum & lapides pretiosi bonam, meliorem, & optimam doctrinam denotant, vt exponunt Hierony. & Ambros. posteriora uero doctrinã malã, peiorem, & pessimã. Secũda expositio est Chrysof. & Theophy. qui tria priora ad opera bona, meliora, & optima, tria uero posteriora ad opera mala, peiora, & pessima referunt, propter quę homo perit in æternum. Sed dices, Quomodo subdit Apostolus, quod qui ædificauerit foenum, &c. *Saluauerit, sic tamen quasi per ignem?* Respondent prædicti patres, saluari, in eo sensu accipi, vt in igne quidem æterno non redigatur anima in nihilum, sed salua maneat substantia sub illo supplicio. Quę expositio duriuscula est. Tertia ergo sentetia est August. in Enchiridio. c. 69. videlicet lignum, foenum, stipulam ad peccata leuiora referri, quę uenialia uocamus, quę in igne purgatorij consumuntur, & ipse homo saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quam expositionẽ tuetur D. Tho. in Comment. super eundem locum, & mihi magis probatur, scholasticis quoq; doctoribus plausibilior est de qua sine dubio intelligitur illud Matth. De omni uerbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in illa die, vt scilicet salui fiant, sic tamen quasi per ignẽ. Item illud Matt. 5. *Qui irascitur fratri suo, reuserit iudicio, qui autẽ dixerit fratri suo Raca, reuserit concilio, ita tamen vt per ignẽ saluus fiat, secus autem qui dixerit, fatue qui reuserit gehennę ignis.*

Ædificare quoque in scripturis in detriorem partem accipitur, sic. 1. Corint. 8. legimus: *Si uiderit quis eum, qui habet scientiam in idolio recumbentem, non ne conscientia eius, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolo thita, vbi ædificari est, prauo peccantis exemplo corrumpi.* Item Galat. 2. *Si quę destruxi, iterum ædifico, prauaricatorẽ me constituo, id est, si legis ceremonias iam abolitas uerbo, vel exemplo simul cum Euangelio seruare doceo, prauaricator Euangelicę ueritatis euasi, vt exponunt Chrysof. Ambr. Theoph. & D. Tho.*

Ædificare Sion in sanguinibus, phrasis est, quę iudices taxat iniquos, & præ-

Greg.
Iob. 22.
Luc. 5.
Matth. 9.
Luc. 15.
9
1. Thef. 5.
Theophy.
Rom. 14.
D. Tho.
1. Cor. 14.
1. Cor. 12.
1. Cor. 13.
1. Cor. 8.
Chryf.
D. Thom.
Hierony.
Matth. 5.
10
1. Cor. 3.

Hierony.
Ambros.
Chryf.
Theophy.
Aug.
D. Thom.
Matth. 12.
Matth. 5.
11
1. Cor. 8.
Gal. 2.
Chryf.
Ambros.
Theophy.
D. Thom.
12

Hierony. Mich. 3. Glossa. Abac. 2. **1** tertim Ecclesiasticos, vt exponunt Hierony. & Glossa in illud Mich. 3. *Qui edificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate. Et Abac. Vt qui edificat civitatem in sanguinibus, id est fugens sanguinem innocentium, cuius contrarium exēplo suo nos docuit filius Dei, qui non in sanguinibus rapinarum sed in sanguine suo Ecclesiam edificavit, non solum quando in cruce redemit eam, sed & quando circumcisus octavo die eius fundamenta iecit.*

Luc. 2: **13** Hierony. Esa. 9. **13** *Edificare lapidibus quadris est sumptuosum ædificium ad ostentationem, & speciem æternitatis erigere, vt notat Hierony. in illud Isai. 9. quod dicebat Israel. Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus edificabimus: gloriabantur enim decem tribus sub nomine Ephraim cōtra tribum Iuda, & Hierusalem, quam vili pendebant. In eodem sensu Amos ait contra superbiam earūdem tribuum: Domo quadro lapide edificabitur, & non habitabitur in eis, videlicet repentina captiuitate vel morte subtrahit, vt exponit Hierony. Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur.*

Amos. 5. **14** Hierony. Luc. 18. **14** *Edificare parietem dicitur Deus, quando præcepta legis proponit Ezech. 13. ipse edificabat parietem, illi autem, id est pseudo Prophetæ: Liniebant cum luto absque paleis. Vbi Hierony. Deus metaphorice edificabat eis maceriam per legis mādāta, & prophetarum vaticinia, & comminationes, vt conuersi ad Deum hoc quasi muringerentur, pseudo Prophetæ vero non semel, sed frequenter pollicebantur eis pacem, quod erat linire luto absque paleis. Hæc Hierony. Vbi nota fragile quidem esse lutum, & maxime absque paleis. quæ le est omne mendacium, quo lex diuina legitimo sensu fraudatur, quod vitiū fuit phariseorum, de quo Dominus dixit: Quare vos transgredimini mādātum Dei propter traditiones vestras? Matth. 6. Audistis quia dictū est antiquis: Diliges proximum tuū, & odio habebis inimicum tuum, cuius prior pars quasi paries erat, & mādātum Dei, posterior vero lutum absque paleis, id est mendacium Phariseorum, quia nunquam Deus dixit, odio habebis inimicum tuū, vt notat Glossa super hunc locum.*

Matth. 15: **15** Hierony. **15** *Edificare in cœlo ascensiones suas dicitur Deus: Qui edificat in cœlo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit. Significat autē, vt exponit Hierony.*

Regula: **18** *qui præparat sanctis suis viam, vt in cœlum ascendat, siue aereum, siue æthereum. Sic enim ascendit Deus cum Elia, quando leuauit eum per turbinem in cœlum. Item cum Enoch, quamuis hebræorum obseruatio sit, ascensionem quæ Deo tribuitur, vt Deus est, non tam motum, & actionem ascendendi, quæ Deo non competit, qui vbique est, quam locum sublimem denotare, quo quisquis de inferiori ad superiora moueri deberet, diceretur ascendere. Itaque Deus ponit in cœlo ascensionem suam, id est, loco sublimi cœli, quamuis illuc non moueatur, ita exponit Lira. Et sic intelligitur illud Psal. Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulat super pennas uentorum, quod idem est, ac si diceret, qui sedes super nubes, & ventos impellis. Ceterum secundum naturam humanam per motum Deus ascendit in cœlum, iuxta illud. Ascendens Christus in altum, & Vado ad eum, qui misit me. Item Marci ultimo. Assumptus est in cœlum.*

Lira: Psal. 103: **16** *Edificare solitudines phrasis est Iob. Somno (inquit) meo requiescerem cum regibus, & consiliis terræ, qui edificat sibi solitudines. Et quidem D. Tho. in Comment. Iob. existimat de edificijs regum intelligi, qui venationis, & recreationis gratia in saltibus solēt deliciosas domos edificare, cuius expositionem refellit hoc loco Lyranus. Enim vero si proprietatem hebraicam attendamus, vox hoc loco hebræa est horaboth solitudines à verbo harab, id est, de solare, destruere. Sic habetur Nahum. 1. Omnia flumina ad desertum deducens. Quare potius deserta significat loca, quæ reges contra latronum, vel hostium incursum restaurare satagunt, & præmunire. Est itaque sensus, si Iob puerulus originali de posita labe, de præfenti fuisset vita sublatus, quiesceret plane cum regibus sanctis in limbo patrum, vel cum angelis, vt exponit Glossa, vel cum sanctis regibus, qui deserta loca latronū insidijs infesta muniebant, & iuste viuentes, saluati sunt.*

Eph. 4: Ioan. 16: Mar. ult. **17** *Aedificantes vocantur absolute in scriptura iudices, & prædicatores. Psal. 117. Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli, id est Christus lapis angularis factus est caput Ecclesie, ex Iudæis, & gentibus congregatæ, quem tamē reprobauerunt seniores, & Pharisei, sicut ipse exponit in parabola vineæ.*

18 Ezech. 40. Matth. 16. Hierony. Gregor. Glossa. Ioan. 14. Ioan. 3.

Aedificium ciuitatis vergentis ad austrum, quod vidit Ezechiel, typus erat Ecclesie catholice super Petrum ædificandæ, quæ lumen ab austro, id est, ab Spiritu sancto recipit, vt explicant Hieron. Greg. & Glossa. De quo lumine Dominus. *Cum uenerit paraclitus, quem ego mittam uobis à Patre, &c. Ille uos docebit omnia, &c. Et Ioā. 3. Hoc erit iudicium quia lux uenit in mundum, &c.*

¶ Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meā vide in dictione Ecclesia. num. 3. ¶ Aedificare excelsa vide Verbo excelsa.

CAPVT. L.

Ægyptus.



ÆG Y P T V S lingua hebræa à quodam filio Cham Genes. 10. Mezraim appellatur. Et quidem Ægyptus (vt inquit Plinius libr. 5.) ab oriente, rubro mari, Assyrie que coniungitur, ab occasu Cyrenem & Affricam, à meridie Aethiopiā, à septentrione habet mare mediterraneum, quod ibi Ægyptiacum appellatur. Ortum habuit à Mezraim filio Cham, vnde Hebraice Mezraim vocatur, qui interpretatur affictio, vt inquit Hierony. de locis Hebr. Habet figurā literę γ vel Cymbali triangu- laris. Est fere inaccessibilis nisi per mare Ægyptium, vt notat Abul. super Matth. 2. In illud: *Accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum*, ad Austrum quippe desertū habet Aethiopię duodecim dierum itineris, ad orientem desertū Themay dos vsque ad mare rubrum, ad septentrionem desertum in quo filij Israel 40. annis morati sunt, quod nisi decem fere diebus transiri non potest. Habet autem tota regio in circuitu trecentas decē & septem leucas. Est que temperata magis quam Iudæa. Plato refert nunquam in Ægypto pluere, sed hortorum more Nilii inundationibus irrigari. Sic Deut. 11. *Terram ad quam ingrederis possidendam, nō est sicut terra Ægypti, ubi iacto semine in hortorū morem aquæ deducuntur irriguæ, sed montuosa est, & campestris, de cœlo expectans pluuias, &c. Incipit autem inundare Nilus à vigesima prima die Iunii, vsque ad octauam Se-*

I. מֵצְרַיִם Plini. Hierony. Abulen. Matth. 2. Plato. Deut. 11.

ptembris, decreuit vero ab ea die vsque ad sextam Ianuarij:

Ceterum virgo Maria mare minime nauigauit, vt veniret in Ægyptum, nec longiora itinera percurrit deserti filiorum Israel, sed itinere breuiori per terram Philistim, de qua Exod. 3. videlicet à Nazareth in Gazam, per quam reuertebatur Candacis reginę Eunuchus, quæ dicitur deserta. Est autem iter septuaginta trium leucarum, peruenit que secundum traditionem antiquā, vt Abulen. ait, in ciuitatem Heliopoleos, quæ inter Alexandria, & Cairum sita est, vbi hodie lapis ostenditur & fons in horto balsami, in quo panos infantis Iesu Dei genitrix abluabat, qui magna propter hoc à farracens veneratione colitur. Hos autem labores peregrinationis, & exilij filius Dei matri quasi munera præciosissima contulit, quia vt Prudentius dixit, Virtutes omnes sine patientia viduę sunt, patientia vero fecundantur, & crescunt. Ideo Iacobi. 1. dicitur: *Omne gaudiū existimate fratres mei, cum in varias tentationes incidieritis, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia vero opus perfectum habet.*

Legimus in Genes. dixisse Dominum Abrahę, *Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti usque ad fluium magnum Euphratem.* Super quem locum Aug. lib. 6. de Ciuitate, cap. 24. Non (inquit) dixit à flumine magno Ægypti, sed à paruo, quod diuidit Ægyptum, & Palestinam, vbi est ciuitas Rhinocorurā. Hęc Aug. Item Hierony. Epistola ad Dardanum de terminis terre sanctę, A torrente (inquit) Ægypti, qui est Rhinocorurę. Hęc ille: Est autem iste torrens, aut fluuius vnus ex septem riuus Nili, vt dicit Hierony. super illud Amos. 6. vsque ad torrentem deserti, hoc est ad vsque Rhinocoruram, inter quam, & pelusium, riuus Nili, siue torrens de eremo veniens mare ingreditur. Hęc Hiero. Ideo hic fluuius Ægypti in scriptura vocatur interdū torrens, & riuus. Sic Num. 24. B. Iosue. 15. A. 3. Reg. 4. & 2. Paral. 7. cap. Item Isaias ait: *In die illa percutiet Dominus ab alueo fluminis usque ad torrentem Ægypti, vbi Septuaginta vertunt, A fossa fluminis vsque ad Rhinocoruram, & Hierony. explicat de vastatione Iudę sub Tito, quia filiū Dei non cognouit ab alueo*

2. Matth. 2. Exo. 3. A. 8. Abul. Pruden. Iacob. 1. 3. Genes. 15. August. Hierony. Amos. 6. Num. 24. Esai. 27. Hierony.

Cyrrillus.

August. Dion.

Cyrrillus. Procop. Lyra. Hierony.

Luc. 19.

Strabo.

Luc. 19. Strabo.

4 Amos. 9.

Lyra.

Hierony.

Pfal. 9.

Matth. 25. Luc. 16.

5 Deut. 4.

Vatablus. Lyra.

Ioan. 8. Eccle. 1. Matth. 11.

fluminis Euphratis, qui terminus est terræ promissionis septentrionalis versus Chaldaeos, vsque ad torrentem Ægypti, qui est alius terminus oppositus ad Austrum & Ægyptum, quod etiam notat hic Cyrrillus, & Aug. lib. 4. super Iosue cap. 21. Refert autem Dion in vita Adriani, vastatas esse in Iudea. 50. vrbes multas & vicos. 987. sub imperatore Adriano. De eadem vastatione Iudeæ sub Romanis prius sub Tito deinde sub Adriano exponunt Cyrrillus, Procopius, & Lyranus. Quia tamen hæc desolatio maxime facta est in Hierusalem tanquam in metropoli, & malorum omnium originem, videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam. Quod vero Septuaginta verterunt, Concludit Dominus à fossa fluminis usque ad Rhinocoluram, sciendum iuxta Strabo. lib. 16. oppidum esse in limite extra Ægyptum, vbi facinorosi præcis naribus concludebantur, quia Rin est nasus. colurus truncus. De eodem riuo Amos agens de captiuitate decem tribuū ab Assyrijs ait: Et ascendet sicut riuus omnis, & defluet sicut riuus Ægypti, hoc est, Israel ascendet de terra sua captiuus in Assyrios, & ibi defluet siue absorbetur, sicut riuus Ægypti absorbetur defluens in mare, ita vt neque vestigium sui relinquat, sic exponit Lyra, & Franciscus Ribera super hunc locum. Mystice vero Hierony. de peccatorum turba exponit, quæ sicut riuus inundans per superbiam ascendit, sed tamen continget eis, quod Psal. 9. dicitur: Conuertantur peccatores in infernum, Et quod legimus Matth. 25. ite maledicti in ignem æternum. Sic, Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Hic enim ascendit sicut riuus inundans indutus purpura, & bysso, sed defluit in mortem sicut riuus Ægypti, qui absorbetur à maris abyssu.

Ægyptus dicitur fornax ferrea Deut. 4. Vos autem tulit Dominus de fornace ferrea Ægypti. Vatablus explicat, de seruitute durissima, Lyranus similiter, addit que de fornacibus etiam Ægypti populum liberatum, vbi lateres coquebant ad ædificandas turres, & præsidia munitissima Pharaonis, virgis que durissimis à præpositis cadebantur tanquam mancipia. Sic profecto: Qui facit peccatum, seruus est peccati. De quo Ecclesiastes ait: Stultorum infinitus est numerus, quos tamen Dominus li-

berare volens clamabat. Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, id est educam vos de fornace ferrea Ægypti. Est & fornax ferrea, in qua ferrum tunditur ignitum tam frequentibus malleorum ictibus, vt obsurdescant inibi commorantes. Sic ad Dei verba furdi redduntur omnes mundani, in vanitatis fornace, quibus Dominus dicit: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Hi sunt similes illis, qui dicunt Num. 11. Bene erat nobis in Ægypto, & rursus: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum.

Confidentia populi Israel in auxilio, & protectione Ægypti reperhenditur passim in scriptura, sic vastata à Chaldaeis ciuitate confugere decreuerunt reliquæ populi in Ægyptum, quibus Dominus prædixit: Qui ambulatis, at descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis, sperantes in auxilio, & fortitudine Pharaonis, & habentes fiducias in umbra Ægypti in ignominiam. Eodem modo cap. 31. Vae qui descendunt in Ægyptum ad auxilium. Et infra, Ægyptus homo, & non Deus, equi eius caro, & non spiritus. De eodem Hieremias: Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? Vbi Hierony. in Hebræo (inquit) est in via Ægypti, vt bibas aquam sehor. Cõmunis editio habet Gehon, significat autem aquas Nili, per flumen autem intelligit Euphratem, quia terra promissionis secundum scripturam, vt diximus, sicut habetur Genes. 15 proteditur à fluuio Ægypti meridionali vsque ad Euphratem Aquilonarem. Notat autem Lyranus denotari à Hieremia, quod Iudæi, quando persecutionem ab Assyrijs, quorum terminus erat Euphrates patiebantur, ad Ægyptios recurrerant, quod erat bibere aquam turbidam Nili: quando vero è contrario ab Ægyptijs premebantur, opem ab Assyrijs postulabant, quod est metaphorice bibere aquam fluminis. Sic homines sæculi nunquam sciunt ad auxiliũ diuinũ confugere, sed ad sæcularia, quæ nũc sunt amica, & postea inimica. Multo prudẽtius illi, quos refert Euãgelium, qui ad Iesum, id est saluatorem confugiebant, mulier videlicet peccatrix à septem oppressa dæmonijs, cum audiret, quia Iesus recubuit in domo Pharisæi: attulit ala-

Ioan. 8. Num. 11.

6 Num. 14.

Isai. 30.

Esa. 31.

Hier. 21.

Hierony.

Genes. 15.

Lyra.

Luc. 7. Matth. 15.

7 Hier. 42. Hier. 43.

Oseæ. 7.

Hierony.

Hier. 17.

1. Timot. 6.

Luc. 15.

Luc. 18.

8

Esa. 20.

Lyran. Vatablus. Iosephus.

Matth. 5.

9 Hier. 43. & 46.

bastrum, &c. Itẽ Chananæa, cum filia eius vexaretur à demone, recurrit ad Christum, & sic de alijs.

In eodem sensu Hieremias deterret populum ab ingressu Ægypti, Nec tantũ duatribus Iuda, & Benjamin, sed & decem tribus Samarię ad Ægyptios recurrerant. Vnde Oseæ. 7. Ægyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt, expandam super eos rete meũ. Vbi Hierony. Qui deprecatur Ægyptiorũ auxilium, ab Assyrijs captiuus abducitur. Quæ Hieronymi sententia pondus habet, quia Hierem. 17. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Quam maledictionem quotidie incurrunt superbi, & diuites huius sæculi: Propterea Paul. dicebat, Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum suarum, in quibus confidens diues purpuratus sepultus est in inferno & Pharisæus, in ieiunijs suis sine charitate fiduciam habens, reprobatus est. Denique de his, qui sperabant in auxilio Ægypti lege Oseæ. 8. D. & 9. A.

Captiuitas Ægypti frequenter à Prophetis prædicata fuit, quæ vastata est à Cambyse sub nomine Nabuchodonosor, & subiugata est ab Alexandro magno, & postea ab Augusto Cæsare, Antonio deniçto. De captiuitate ab Assyrijs Isai. 20. Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, &c. trium annorum & portentum erit super Ægyptum, id est, post tres annos à tẽpore, quo facta est Isaiæ reuelatio, quia cum rex Assyriorũ infestaret Iudæam, audiuit regem Aethiopum, & regem Ægypti contra eũ surrexisse, & misit ducem Tartam ad impugnandos eos, vt exponit Lyra. Item Vatablus qui existimat Sargon esse Senacherib, quod tenet Iosephus lib. 10. c. 1. & 2. Ad quem remittimus lectorem. Interim notandum, quod quemadmodum Isaias non verbis duntaxat, sed opere symbolico nuditatem, & captiuitatem Ægypti prophetauit, nudus ambulans, sic doctor Ecclesię verbo debet & opere prædicare, iuxta id quod dicitur: Qui autem fecerit, & docuerit hic magnus uocabitur in regno caelorum.

De Ægypto à Chaldaeis vastanda prophetauit Hieremias. cap. 43. & 46. Ascende in Galaad, & tolle resinam: uirgo filia Ægypti, frustra multiplicas medicamina, sanitas non

erit tibi. Hoc dicit Propheta de Nachao rege Ægypti, qui de manibus Babyloniorum euadere non potuit, multis licet stipatus auxilijs, & armis. Lyranus ironice dictum putat, quasi dicat Hieremias: Non proderunt tibi omnia medicamenta Galaad, vbi abundat resina. Sed Glossa. Horretur (inquit) ad poenitentiam opportunam, & non fictam, alioquin frustra (inquit) multiplicas medicamina, si poenitentia vera non est, accidet enim tibi, quod virginibus fatuis quæ cum iam vitæ tempus transissent, & meriti oleum atque remedia frustra quærebant.

Itẽ Ezech. 29. Ego ad te Pharaon rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis, meus est fluuius, & ego feci me ipsum, & ponam froenum in maxillis tuis. Vbi prædicitur Ægypti vastatio à Chaldaeis. Et licet Hierony. contra Luciferum sub typo regis Ægypti dictum exponat, nihil obstat mystice de diabolo intelligi, iuxta literã vero de rege Ægypti, neque enim historice omnia, quæ in hoc cap. dicuntur de Ægypto, & Pharaone quadraginta possunt Luciferum, cũ quadraginta præfertim annis duratura captiuitas prænunciatur Ægypti, captiuitas vero diaboli, & regni eius æterna est: fatemur tamẽ ingenuè, mystice pulchre quadrare etiam hũc numerum quadragenarium captiuitati mundi huius per Ægyptũ significati, quia numerus quadragenarius in scriptura laborem sæculi, & tentationum significat, quem vt meritorium nobis Dominus redderet, ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentatus est.

Deinde dicitur in eod. cap. Ezech. Quia Nabuchodonosor seruire fecit contra Tyrum exercitum suum seruitute magna, &c. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Ægypti, &c. & rursus, dedi ei terram Ægypti, & erit merces exercitus eius. Vbi Hierony. putat Cambysem filium Cyri vocari hoc loco Nabuchodonosor, quia hic secundum Herodotum vastauit Ægyptum, & subdit paulo post: Cæterum eo quod Nabuchodonosor mercedẽ accepit boni operis, intelligimus etiam ethnicos, si quid boni fecerint, non absque mercede Dei iudicio præteriri. Vnde per Hierem. cap. 15. ait Dominus: Adducam seruum meum, Nabuchodonosor, &c. Ex quo perspicuum est,

Lyra.

Glossa.

Matth. 25.

IO

Ezech. 29.

Hierony.

Matth. 4.

IIIO

Ezech. 29.

Hierony.

Herodot.

Hier. 15.

condemnari nos comparatione gentiliū, si illi lege fecerint naturali, quod nos face-
re negligimus. Hęc Hiero. Vnde Matth. 11. Dominus dicit. *Viri Ninivite surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabūt eā &c. quia in prædicatione Ionæ penitentiam egerunt, &c.* De eadem Aegypti captiuitate Ezech. 30. *Veniet gladius in Aegyptum, & cap. 31. & 32. sub typo vastationis Aegypti agitur de ruina Antichristi, & deiectione Luciferi, vt exponit Hierony. de quo vide in dictione Cedrus.*

12
Esa. 19.
Hierony.

Præterea legimus Isai. 19: *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptū, & comouebūt simulacra Aegypti a facie eius.* Hierony. super hunc locum ait, curasse Iosephum lib. 7. de bello Iudaico. cap. 30. totum hoc caput de Onia interpretari, qui vt destrueret idola Aegypti, templum ibi Deo Israel ædificauit, sed quamuis in hoc vno quadraret expositio eius, in mille alijs locis eiusdem capituli dissentiret, quare de lege gratiæ Hierony. totum, quod in hoc. cap. continetur, contendit intelligi Quia primo id hoc cap. dicitur inter alia, *In die illa erunt in terra Aegypti quinque ciuitates loquentes lingua Chananitide.* Quod nullo modo offenditur vel tempore Oniæ prædicti, vel alio vnquam tempore impletum ante aduentum Christi, secundum omnes historias. Exponamus ergo secundum Hierony. quod in principio capituli habetur: *Ascendit Dominus super nubem leuem, corpus videlicet factæ Mariæ Virg. quod nullo humani seminis pondere prægrauatum est.* Vnde Matth. 1. *Quod in ea natum est, de spiritu sancto est, &c.* Luc. 1. *Spiritus sanctus superueniet in te, &c.* Eodē modo exponit Chrysof. super illud Matth. 2: *Ecce angelus Domini apparuit in somnijs Ioseph dicens: Tolle puerū, & matrem eius, matrem inquam, quæ est nubes illa leuis, &c.* Eodem modo Theodoretus super Isaiam. Quamuis alij nubem illam leuem denotare dicant corpus Christi sine peccato. de Maria sumptum. Quam expositionem admittit etiam Hierony. hoc loco, & Athanasius lib. de Incarnatione verbi & Euseb. lib. 1. de Demōstr. cap. 4. & lib. 8. cap. 5. Item Cyrillus super Isaiam, corpus Christi nubem leuem esse dicit, quia inde pluuia sanguinis pluit & pulchre hæc nubes rubicunda & rorida primū in circuncisione guttas san-

guinis pluit, deinde in horto copiosius, quando factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decidentis in terram. Postremo in cruce totum sanguinem fudit. Præterea Cyrillus nubem dicit appellari corpus Christi, quia inde pluuia descendit, quæ colligitur in fonte baptismi, de qua Ioan. 3: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, &c.* Hęc expositio, & applicatio est etiam Procopij super Isai. 19. & Prosperij lib. de prædictionibus Dei part. 3. promissione. 2. Quamuis priorem expositionem, quæ per nubem Mariam Virginem intelligit, præter Hierony. teneat etiā Ambro. lib. de exhortatione ad Virg. Quomodo autē ceciderint omnia simulacra Aegypti, vel commota fuerint, vide in verbo idolum lib. 9. num. 8.

13
Esa. 19.

Sed iam videndum est, quomodo in lege gratiæ impletum fuerit, quod in eodem cap. Isaiæ dicitur: *Concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios.* Et infra: *Tradam Aegyptum in manu dominorum crudeliū.* Ad quod respondet Procopius super Isaiam, quod quamuis sæpe capta fuerit Aegyptus ab hostibus suis, nunquam tamen legitur hoc accidisse, vt Aegyptij concurrerēt aduersus Aegyptios, &c. & quod tradita fuerit in manu dominorum crudelium Aegyptus, vsque ad tempora Augusti Cæsaris sub Christi natiuitatem. Nā primus Augustus, deuiso Antonio, & sublata Cleopatra, tam crudelis fuit contra Aegyptum, vt regnum inde abstulerit, quod fuerat antiquissimum, & Romanam prouinciam fecerit Aegyptum. Ideo Daniel. Romanorum regnum ferreum appellauit, quod contritum esset ad instar pulueris alia regna. Euseb. Cæsar. lib. 6. de Demōstr. cap. 20. eandem crudelitatem ad Augustum refert. Consentit Theodoretus, & sequitur Lyra. quamuis Cyrillus nomine dominorum crudeliū Romanos quidem intelligat, sed sub Vespassiano principe, & Tito, qui summam crudelitatem exercuit in Hierusalem ab orbe condito non auditam. Quod vero dicitur, *Concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios,* denotat factiones fuisse in Aegypto sub Augusto, vt Plutarchus narrat in vita Marci Antonij, qui ait. Capto Pelusso rumor erat, proditum a Se-leuco præsidium, nō inuita Cleopatra, & Dion. lib. 51. captum dicit ab Augusto Pe-

luc. 11.
Ezech. 30.
Ezech. 31.
Hierony.
12
Esa. 19.
Hierony.
Matth. 1.
Luc. 1.
Chryf.
Matth. 2.
Theodor.
Hierony.
Athanas.
Euseb.
Cyrill.

Luc. 11.
Luc. 22.
Cyrill.
Ioan. 3.
Procop.
Prosper.
Amb.
13
Esa. 19.
Nicolaus.
Vatablus.
1. Corin. 14.
A. E. 2.
15
Esa. 19.
Hierony.
Cyrillus.
Lyra.
Plutarch.
Dion.

lufium,

lufium, qua parte munitissimū erat Aegypti mare. prodicione (vt fama est) Cleopatra. Vbi mirandū est, quomodo Isaias tā aperte prædixerit, quod Historici post tot annorum centurias rumoribus, & famæ discordiæ tribuunt, inter fautores Cleopatrae & Antonij. Et certe verū semper habuit quod filius Dei Luc. 11. dixit: *Omne regnum in se diuisum desolabitur,* discordia quippe regnorum antiquissimorum ruinæ causa est.

14
Esa. 19.
Hierony.
Nicolaus.
Vatablus.
1. Corin. 14.
A. E. 2.
15
Esa. 19.
Hierony.
Cyrillus.
Lyra.

Iā vero exponendum est, quod in eodē cap. 19. Isaiæ dicitur: *In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chananita, & iurantes, Per Dominum exercituum.* Vbi Hierony. quamuis assentiatur ante aduentū Christi hoc nō esse impletū, quomodo autē tūc fuerit impletū mystice exponit. Nihilominus tamen Lyran. & Vatablus iuxta historiā dicunt, Quinque in principio ciuitates ad fidē Christi conuersas esse in Aegypto ad prædicationem Simonis Apostoli, & Marci Euangelistæ, siue quinque fuerint præcise, siue numerus quinaris accipiatur pro numero paruo, id est paucæ ciuitates, sicut Paul ait: *Malo in sensu meo quinque uerba loqui, quam decem millia uerborum in lingua.* Ergo cū ordinassent presbyteros ibi, Simon Apostolus, & Marcus Euangelista, itē Episcopos, lingua tamē hebræa sacrificium Missæ celebrabatur, quæ vocabatur lingua Chananitis seu Chananæ, sicut tota terra promissionis vocabatur terra Chanaā. Præterea cū ad huc vigeret donum linguarū, de quo Act. *Loquebantur varijs linguis, pro ut spiritus sanctus dabat eloqui illis,* maxime tamē lingua hebræa tunc clerici, quæ sacra habebatur, recitabant, scilicet Dauidicos Psalmos, & prophetarū oracula. Ergo quinque ciuitates vel paucæ loquebātur in Aegypto in lingua hebræa vel Chanaā.

Item: *in die illa erunt uia ab Aegypto ad Assyrios, in eodem capite Isai. Primum quia vt exponunt Hiero. Cyrillus, & Lyra. conuersi ad fidē Aegyptij ab Apostolis sæpe ad Assyrios conuertendos pergebant, imo & Simō Apostolus qui prædicauit Aegyptijs, postea perrexit in Persidē, vt Euangelizaret cū Thadæo, pax enim sub imperio Romano mundo reddita peruios ad Euangelij prædicationē fecit populos, vt impleri posset præceptū Domini: *Euntes in mundum uniuersum prædicate Euangelium,**

Item: *Ego posui uos, ut catis, & fructum afferatis.* Vnde quamuis hostes fuerint Aegyptij Assyrijs longo prius tempore, sed in lege gratiæ audiebant dicentē, *Diligite inimicos uestros.* Et vt intelligamus de mutua charitate hoc fuisse prædictū ab Isaiā, addit ipse Propheta: *In die illa erit tertius Israel Aegypto, & Assyrio,* videlicet quando obedituri erant filio Dei dicenti: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem.* Sed dicet, quomodo impletū est in lege gratiæ, quod in eodē cap. subditur: *Et percussit Dominus Aegyptum plagā, & sanabit eam?* Certe illud significat, quod cum Aegyptus a Romanis sub Augusto plagā acceperit supra dictam, mox tamen sub Christo, qui tempore eiusdem Augusti natus est, sanari coepit illa plaga, quando fugientē illum Dominum infantem habuerunt Matth. 2. Et omnino sanata est, quando prædicatē ibi dem Marco, tot ibi monachorum myriades surrexerunt, de quibus scribit Philo-
tales fuisse vt paradisum imitarentur, dispositi enim fuerant præsentia saluatoris infantis, *Qui uenit querere, quod perierat.*

Sequitur in eodē textu: *In die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius, & erit in signum.* Hierony. de altari intelligit Eucharistiā, & de titulo crucis Dñi scripto hebraice, græcè & latine, & de signo crucis, quod adoraturi erant Aegyptij in vijs etiā publicis, quia in eo Dominus exaltatus impleuit quod promiserat Ioan. 12. *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.* Hactenus de cap. 19. Isaiæ;

Legimus etiam Zachar. 14. *Erit qui non ascenderit de familijs terræ in Hierusalem, ut adoret regem Dominum exercituum, non erit super eos imber; quod si familia Aegypti non ascenderit, nec super eos erit.* In hoc loco Hierony. sub nomine Hierusalem intelligit Ecclesiam Christi. Ita etiā alij patres quos sequuntur Lyra. & Vatablus. Extra Ecclesiam uero ros, & pluuia gratiæ coelestis non uenit, per Aegyptum autem Ethnici significatur. Vnde cū Propheta dixisset, quod, *Si familia Aegypti non ascenderit, nec super eos erit,* subdit statim, *Et hoc erit peccatū Aegypti, id est, hoc erit per excellētiam singulare peccatū gentiū, quod in Christū sibi prædicatū credere noluerunt, de quo Marci vlt. *Qui uero non crediderit, condemnabitur.* Vis autē videre quod*

Ioan. 15.
Matth. 5.
Ioan. 15.
Matth. 2.
Luc. 15.
Esa. 19.
Hierony.
Ioan. 12.
Zachar. 14.
Hierony.
Lyra.
Vatablus.
Mar. vlt.

Apoc. 11.

August. Richar. Ruper.

I 8

Osez. 11. Matth. 2. Quæstio.

Hierony.

Chrysof. Theophy. D. Thom. Titelmanus. Caiet. Gagneus. Arboreus. Eusebius. Lyra. Diony.

Iansen.

Greg. Naz. Athanas. Chrysof. Theophyla. Euthym. Anselmus. Beda. D. Thom. Glossa. Hierony.

I 9

Prosper.

nomine Aegypti infideles frequenter in scriptura intelliguntur postquam Hierusalē Christū Dominū crucifixit, vocatur Aegyptus. Apoc. 11. Et corpora eorū, scilicet Henoch, & Elia iacebūt in plateis ciuitatis magna, quæ uocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptus, ubi & Dominus eorū crucifixus est, quæ adnotatio super eundem locum est Augulini, Ruperti, Richardi & aliorum.

Postremo de Aegypto legimus Osez. 11. Ex Aegypto uocauit filiū meū, quod allegat Matth. c. 2. De quo est disceptatio inter autores, an in sensu literali de Christo sit prædictū principaliter, an vero in sensu allegorico: quamuis de fide sit, intelligēdū esse de Christo. Et quidē Hierony. ad literā de Israelitico populo, typice uero, seu allegorice de Christo dici putat. Item Chryf. super Matth. 2. & ibi Theophylactus, D. Thomas, Titelmanus, Caietanus, & Gagneus, Itē super Osez. 11. Paulus Burg. in additione prima huius cap. & ibidē Francisc. Ribera, & Arboreus, Porro Euseb. libr. 9. Demonstr. 4. ad literam de Christo intelligit, & nō de populo Israel de Aegypto liberato, sed Lyra. & Diony. Carthus. ad literā de Christo dictū existimant, & de populo Israel pariter. Atqui Iansen. in cōcordia Euang. super hunc locū putat nō esse de Christo ad literam, neque etiā mystice, sed allegorice prædictū, ita ut neque Propheta, cū hoc scripsit, intellexerit se de Christo loqui quouis modo. Sed hoc dictū iure optimo reprehenditur, quia si hoc esset, nullo modo uere Euang. dicere potuisset, Vt impleretur, quod dictū est à Domino per Prophetam, quæ nec prophetia fuisset de Christo, contra quod tenet cōmunis sentētia patrū: nam prophetiā esse de Christo tenet Greg. Nazianzē. oratione. 2. li. 4. Athanasius. 1. de incarnatione, itē Chrysof. Theophy. Euthym. Anselm. Beda. D. Thom. Glossa super Matth. 2. Hiero. Epist. ad Algasia. q. 2. Greg. Emisson. Prosper de promissionib.

Deinde quia si de populo Israelitico dūtaxat hoc vaticiniū prædictū est, & nō intellexit Propheta de populo Israelitico ad literā, & de Christo mystice se prophetare, nō fuisset perfecte Propheta, sed sicut Pharaon, Nabuchodonosor, aut Cayphas, qui nesciebant, quod per eos Spiritus sanctus loquebatur. Vnde Mattheus nō dixisset, ut adimpleretur quod dictum est, &c. &

maxime si neque Spiritus sanctus per prophetā hoc intellexisset de Christo, sed ut insinuat Iansen. ab Euāgelista solum fuisset applicatū, quia quod nō est prædictū, nō impletur. Quod uero Lyra. & Carthus. dixerūt in sensu literali prophetiā esse tam de Christo quā de populo Israel, facile refutatur, quia si Spiritus sanctus ad literā intēdebat, populū ut figuram Christi, non poterat similiter ad literā intelligere figuratū, cū differant, sicut corpus, & umbra ista duo: decepti ergo sunt isti autores, maxime quia putauerūt non potuisse hūc locū de Christo prædici principaliter ab Spiritu sancto, nisi in sensu literali. Pōnit enim intelligere Propheta, & reuera intellexit secundū primā expositionē de populo Israel ab Aegypto reuocando se loqui ad literā, sed figuratiue loqui de Christo, & ita sciens & prudens allegorice locutus est de Christo figurato, nā quod Israel fuerit Chri figura quod negat Iansen. asserūt Orig. homil. 17. in Numeros, Chrysof. homil. 8. in Matth. & Ruper. Matth. 2. & alij plures sed de hoc satis. ¶ Quid sit desolare Dominus linguā maris Aegypti Isai. 11. uide in dictione, Calceus.

CAPVT. LI.

Aemulari, Aemulatio.

Aemulari latinume, zelare gręcū uocabulum est παραζηλεῖν.

Aemulari in bonū, idem est quod imitari, in malū uero est inuidere. Priori modo accipitur. 1. Corint. 12. Aemulamini charismata meliora, id est imitamini, & rursus: Aemulamini spiritualia. Præterea. Aemulatores estote legis & Act. 21. D. Galat. 1. C. Prou. 24. A. Psal. 36. Noli aemulari in malignantibus, id est noli imitari malignantes. Eodē modo Prou. 3. D. & 23. B. In malū uero, pro eo quod est inuidere, de tempore legis gratiæ dicit Isaias. Ephraim non aemulabitur iudā, id est, nō inuidebit proximo, quia legit in Euang. Hoc est præceptum meū ut diligaris inuicē. Itē Act. 7. Patriarche aemulantes Ioseph, id est, inuidentes ei, & 1. Corint. 10. An aemulamur Dominum? id est an inuidemus Deo, & contendimus cum eo? Item apud Ezech. Idolum zeli positū erat iuxta portam templi, Ad prouocandam aemulationem, id est contentionem, & Paulus ait: Caritas non aemulatur, id est, non

Iansen.

Lyra. Carthus.

Orig. Chrysof. Ruper.

I

1. Cor. 12. 1. Cor. 14. 1. Mach.

Psal. 36.

Efal. 31.

Ioan. 15. Act. 7.

1. Corint. 10.

Ezech. 8.

1. Corint. 13.

inuidiose

2 Rom. 13.

1. Cor. 11.

Rom. 10.

2. Corin. 7.

Exo. 34. Nahum. 1.

3 Can. 8.

Gloss.

Lyran.

Ioan. 12.

Cant. 8.

777 I

Lyra. Num. 12.

inuidiose cōtēdit. Denique Rom. 13. utrū que cōiungitur, in cōtētionē & aemulationē. Aemulari est etiam zelare, siue ex amore defendere, & vindicare, si quid fiat contra rem amatam, uel cōtra legem amoris, sic Paul. Corinthiis dicebat. Aemulor enim uos Dei aemulatione, despondi enim uos uni uiro, id est zelum habeo pro uobis vindicaturus, si aliquid agatis contra legem diuini amoris: & ad Rom. Aemulationem quidem Dei habent, id est zelum ad defendendam Dei gloriam ex amore. Sed non secundū scientiam, id est sine discretionē. Item: Vestram aemulationem pro me, id est zelum uestrū pro honore, & amore meo. Sic Deus aemulator dicitur, quia zelum habet gloriæ suæ, & amoris sibi debiti. Vnde violatores uelciscitur Exod. 34. Deus aemulator, & Nahū 1. Deus aemulator, & ulciscens Dominus, ubi explicat vim uocabuli aemulationis.

In eodē sensu dicitur in Canticis: Dura sicut infernus aemulatio, id est zelus defendens, & seruans amoris legē, grauis est, & æternus, sicut ignis gehennæ, neque ullis tormētis mitigatur, sic exponit Glossa de zelo martyrum pro fide, & amore Christi, qui nullis tormētis ceserūt, sic & Lyra. ut constat de Petro pro Christi zelo crucifixo, de Paulo capite truncato, de Laurēntio ignitis craticulis exusto, & instar grani tritici tormentis plurimis examinati, atque mortificati, cuius exēplum totū Christia nū orbem roborauit in fide, & charitate, iuxta illud Ioan: Nisi granum frumenti cadens in terrā, &c. Dura itaque fuit in eo sicut infernus aemulatio, quæ tot tormētis nō defecit, & Lampades eius, lampades ignis, atque flamarum, multæ aquæ sub audi tribulationū, non potuerunt extinguere charitatem.

CAPVT. LII.

Aenigma.

Aenigmatice loqui dicitur in scriptura hebraice Chud. Itē problema. Iud. 14. Ezech. 17. Porrò, Aenigma est sermo obscurus qui declinat à cōmuni sensu uerborū plusquā allegoria, quia aliquādo nō habet similitudinē, sed dissimilitudinē, ut notat Lyr. super illud Num. Nō talis seruus meus Moyses, &c. palā, & nō per aenigmata, nec figurā Dñm uidet: Quod autē hic Moyses dicitur uidisse Deū non per aenigmata, quidā significare putant uidisse clare Deū, quia omnis diuina cognitio, quæ clara nō est,

dicitur aenigmatica secundū phrasim Apostoli: Videmus nūc per speculū in aenigmate, id est, nō clare Deū in hac uita mortali, sed obscure cognoscim⁹. Si ergo Moyses sine aenigmate uidit Deū, consequens esse uideatur ut clare uiderit. Ita tenuit Basil. homil. Hexamer. Ambrosius lib. 1. Hexamer. cap. 2. Aug. super Genes. ad literam, & alij nonnulli, de quorum sententiæ ueritate latius agemus in uerbo Moyses.

Aenigmatica locutio frequens solet esse prophetis & scriptoribus sacris, ne simplex ueritas ab impijs cōtēpnatur, sic Iob ait: Audite sermonē meū, & aenigmata. Itē Prou. Animaduerte parabolā, & interpretationē, uerbasapientū & aenigmata eorū. Sic Salomō scripsit aenigmata inter Prouerbia, ut dicitur Eccl. 4. 7. Et replesti in cōparationib⁹ aenigmata, &c. Vnde & regina Saba fama aenigmatū eius permota uenit ab australi plaga, ut uideret eū, & interrogaret. De qua Iudeis Dominus dixit: Regina Austris surget in iudicio cū generatione ista, & cōuēnabit eā, quia uenit desinibus terræ audire sapientiā Salomonis, & ecce plusquā Salomō hic, Neque enim de erat filio Dei (in quo sum omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi) aenigmata, & obscuriora, & intelligētibus utiliora, quā fuerant illa Salomonis. Quod enim pulchrius aut obscurius aenigma, quam illud Ioā. 12. Qui amat animā suā, perdet eā, & qui odit animā suā in uita æternā custodit eā. Item illud. Soluūt tēplū hoc & in trib⁹ dieb⁹ reedificabo illud, Sed gētiliū philosophis consuetū fuit aenigmatice loqui, ut eorū sententiæ pluris haberētur. Sic Hier. aduer⁹ Ruffinum. 2. refert Aristo. in suis libris multa Pythagoræ aenigmata posuisse, quale est illud: Statera nētransilias, id est iustitiā, ignē gladio nē fodias, id est, ne prouocēs iratū, Coronam minime carpas, id est, ne accuses leges regū iustas, Cor nō comedas, id est, ne illud mero re conficias: Per uia publicā nē ambules, id est ne sequearis errores uulgi. Hirundinē nē recipias, id est garrulos. Itē, Oneratis super imponēdū esse on⁹, id est, præcepta seruati⁹ addēda consilia. Hæc Hiero. Dicebat etiā Pythagoras. Afabis cauto, id est à suffragijs ambiciosi. Socrates etiā sepe aenigmatice loquebatur & Plato. Sic ergo, quæ uile iudicabat, moris erat Chro aenigmatice loqui, sicut quādo dixit Nicodemo: Oportet uos nasci denuo. Sic igitur putabāt aenigmaticū esse, quod in eodem Euang. sequitur. Sicut Moyses exaltauit serpetē in deserto, ita oportet

1. Cor. 13.

Basil. Ambros. Aug.

2

Iob. 13.

Prou. 1.

Eccl. 47.

3. Reg. 10. Matth. 21.

Colof. 2.

Ioan. 12.

Ioan. 2.

Ioan. 3.

Luc. 18.
Beda.
Ioan. 16.

exaltari fillū hominis. Propterea cū postea de sua morte in ligno crucis aperte loque retur discipuli: Nihil horū intellexerūt, quia apertū eius verbū enigma reputabā, vt notat Beda super Luc. Erat etiam ænigma, quod discipulis dixit Ioā. 16. Modicū & ui debitis me, & iterū modicū & nō uidebitis me, quia uado ad patrē. His autē obscuris locutionib⁹ excitabat Domin⁹ desideriu⁹ Apōstolorū, vt quæreret solutionē, & auditi⁹ altius retinerēt, sed de hoc lati⁹ in ver. parabola. ¶ Æquale uide in alijs dictionib⁹ adiūctis.

CAPVT. LIIII.

Ærugo, Aeruginare.

AE rugo uitiū est segetū, & arborum, quod eris colorē inducit, & spicarū grana cōuertit in cinerē: prouenit autē ex aere corrupto, & vento nimis vrēte. Sic legitur 3. Reg. Aut corruptus aer, aut erugo, & Psal. 77, &c. Vocatur etiam & Aurigo à colore auri, quem inducit. Sed non solum arborū, aut plantarum uitiū est, imo etiam metallorum, quę siue proprie, siue per metaphoram, eruginare dicuntur, vnde Iacobus ait: Aurum uestrū eruginauit & Matth. 5. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo demolitur, & tinea. Ærugo etiam, & tinea diuitū sunt parasiti, & canes, quales erāt diuitis Lucę. 16. Sed de hoc latius in dictione Aurugo c. 178.

CAPVT. LIIII.

Æs, Aeruum, Aeneum.

AES dicitur hebraice Nehofeth, vt patet Gen. 4. in cuncta opera æris. Æs dicitur quędā species metalli ferro superior, duritia quippe, & splendore, atq; clariori sono lōge prestat, vnde ex hac materia, & tubę & cāpanę, & uocaliora instrumēta cōflātur. Ideo in scripturis es pro tuba frequēter sumitur, sicut. 1. Corint. Faci⁹ sum uelut æsonans aut cymbalū tinnēs. Dicitur es ab asse teste Varrone q̄ primū ex ære pecunia cuderetur, vnde Ouidi⁹ in Fastis. Aera dabāt olim, melius nūc omen in auro est. Victa que concessit prisca moneta noue. Hinc es frequēti⁹ pro pecunia capitur, sic legitur. 1. Reg. Qui oppressi ære alieno erāt, & Mar. 6. Neque es in zonis, Et c. 12: Sed es Iesus aspiciēbat, quomodo turba iastaret es in gazophylacium. Ab ære autē erariū publicū uocamus, vbi cōmunes pecunię seruātur. Æs aut erēū metaphorice in scriptura

pro fortitudine sumitur, ita Iob. Nec fortitudo lapidū fortitudo mea, nec caro mea anea est, & rursus: Tu forsitan cū illo fabricatus es celos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt: Super quē locū D. Tho. in Cōment. & post eū Lyra. Dicuntur solidi cœli, eo quod nōn sunt diuisibiles sicut aer, & aqua, porro soliditas, raritas, & alię proprietates elementorū in cœlis minime reperiūtur: quia alterius nature, neque peregrinarū impressio nū capaces sunt. Propterea resurgent corpora sanctorū subtilia vt penetrēt cœlos, & impleatur illud Matth. 24. Vbi quę fuerit corpus illuc congregabuntur & aquilę, id est, vbi corpus Christi, illic & sancti.

Æs cū fortitudine splendore virtutum, quibus sancti viri conspicui sunt denotat. Vnde Beda super illud Iob quod de Lebiathan dicitur: Reputabit tanquam paleas ferrum, & taquam lignum putridum æs, Quid quid (inquit) est virtutum in sanctis, eris splendore, vel p̄renitate censetur. Hęc Beda. Leuiathan ergo, id est, diabolus, vt exponit D. Tho. neque æs, neque vllā humanā virtutē reformidat, sed omnia contemnit, quia nulla naturali potētia læditur. Quod satis ostēdit, quādo suspicatus Christū purū hominē, ex eo quod esurie rat, tētare nō timuit, & ducere supra pinaculū tēpli & in mōtē excelsū. Ad de notandū etiā fortitudinē cum splendore virtutū, Archāgelus Gabriel apparuit Danieli sub specie æris, Brachia (inquit) eius, & quę deorsum usque ad pedes quasi species æris cādētis. Vbi Lyra. In quo (inquit) significatur fortitudo angeli ad operādū per brachia, & ad motū de loco ad locū per pedes. Hęc ille. Sed vltra per igneū eris splendore perpetuus amor angeli erga gen⁹ humanū denotatur. Vnde merito ad summū hominis perditū remediū annunciandum Gabriel ad Mariā virginē missus est. In quo sensu etiā intelligitur, quod allegat Apōstolus ad Hebr. 1. de Angelis ex Psal. Qui facis angelos tuos spirit⁹, & ministros tuos flammā ignis, id est, in bonū electorū tanta charitate ministrant, vt referant splendorem æris candentis, & flammam ignis.

In eundē sensum de sanctis quatuor animalib⁹, quę Cherubim fuisse dicūtur Ezech. dicit: Et scintille quasi aspectus æris candētis: quia vt notat Diony. lib. de cœlesti Hierarchia fortes sunt, & splendide super norū spiritū operationes, quibus inferiores à superiorib⁹ quasi quibusdā scintillis

3. Reg. 8.

Iacob. 5.
Matth. 5.

Luc. 16:

נְהוֹפֶת

I

1. Cor. 13.

Ouidius.

1. Reg. 12:
Mar. 6:
Mar. 12.

2

Iob. 6.
Iob. 37.
D. Tho.
Lyra.
Matth. 24.
3
Beda.
Iob. 41.
D. Tho.
Matth. 4.
Dan. 10.
Lyra.
Luc. 11.
Hebr. 1.
Psal. 109.
4
Ezech. 10.
Diony.

illuminan-

Greg.
Hierony.
Interli.
Matth. 5.
Rom. 10.
Mar. ult.
Bernar.
Hier. 2.
Hierony.
Matth. 5.
Matth. 24.
Psal. 91.
Hier. 15.
Mar. 6.
Pythag.
Plato.
Aristotel.
Cicero.
Rom. 1.
5
Psal. 17.
Iansen.
Tit. 2.
Matth. 5.

illuminatur. Hęc ille. Secūda expositio est Greg. super Ezech. & Hiero. & Gloss. in terli. scintillas æris cādētis prædicatorū esse typum. qui ardent desiderio, & sonant verbo, de quibus dicitur: Vos estis lux mundi, & sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, Item, in omnem terram exiuit sonus eorum, sonus inquam, non tātum uocis, sed & exempli virtutum, sic & Marci ultimo: Prædicate (inquit) Euangeliū omni creaturę, non solum uoce, sed & bonorum operum exemplo, quia vt inquit Bern. Sermo Dei uiuus, & efficax, exemplum est operis. Hęc ille. In quo etiam sensu Hieremię uerbo, & opere prædicanti dicitur: Ego quippe dedi te hodie in murum æreum, quia vt exponit Hierony. ibidem æs nulla uiolatur rubigine, neque cæsum imbribus deperit, sed uetustate fit fortius. Hęc ille. Talis est ille doctor, de quo Matth. 5. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Item: Qui perseuerauerit usque in finē, hic saluus erit, & in Psal: Et bene patientes erūt, ut annunciet. Nec solū patientes esse debent, vt in opere virtutum durent, & ab officio prædicandi pusillanimitate uicti non cessent, sed etiam vt auditores infirmos, cum fuerit opus, defendant, & ueritatem propugnēt, sicut Hieremię dicitur: Dabo te populo huic in murum æreum. Talis etiam fuit Ioannes Baptista qui pro tuenda ueritate libenter occubuit. Non habuit tales doctores gentilitas unquā, sed vsque adeo pusillanimes, vt quamuis quidam ex illis unum solum Deū primā omnium causam cognouissent, sicut nouit Pythagoras, Plato, Aristot. Cicero, & alij similes, hoc in uulgus proferre timore mortis ausi nō sunt, ideo: Obscuratū est insipiens cor eorū, ut Paul⁹ ait. Æreus arcus inuictā uirtutem denotat Psal. 17. Posuisti ut arcum æreū brachia mea, vbi dicit Iansen. uirtutē significari ad iaculandum contra hostes, & ad resistendū validissimā, qualem in Ecclesię doctore Paulus exegit ad Titū primo: Vt potens sit & hortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Talem magistrum insinuat Dominus sub metaphora ciuitatis supra mōtē positę, Non potest (inquit) ciuitas abs cōdi supra montē posita, quasi dicat, prædicator sicut ciuitas supra mōtē posita, & suos defendere debet, uirtutē sectātes, & aduersarijs resistere, neque propter metū absco-

di, vt exponit Hiero. Æreus etiā arcus poenas perpetuas significat, quādo capitur in malū, sicut Iob. de hypocrita dicit. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcū æreū. Id est fugiet poenas presentis uite, vt exponit D. Tho. quę ad modū gladij ferrei de propinquo feriūt & in arcū æreū æterni cruciatus incurret, qui sagittas inflexibiles terroris, & consciētę remorsus etiā à lōge in obliuatos iaculantur. Hunc æreū arcū fugere nos Dominus docuit apud Matth. Time-te (inquit) eum, qui postquā occiderit corpus, potest animam mittere in gehennam. Ærei mōtes in scriptura terminos denotant, quos ferocioribus gētibus Dominus posuit, ne vsque ad præfinitū ab eo tēpus ad expugnādas nationes reliquas egrediātur Zach. 6. Ecce quatuor quadrigę egrediētes de medio duorum montium, & montes ærci, quod sic explicat Hieron. licet obscurius. Mōtes (inquit) erāt ærci, id est, insuperabiles, atque fortissimi, qui nulla possunt uetustate consumi, quod autē Hiero. dixit insuperabiles, clarius explicat Franciscus Ribera in Comment. huius loci, id est, qui retinent prouidētia diuina, ne prætergrediātur vltra gētes ferocissimę ad contere dos infirmiores populos: sunt autem illę quatuor quadrigę, quatuor mūdi monarchię, de quibus latius in uerbo equus. Nec mirū si montes æreos opponat Dominus ferocissimis hostibus, ne pro libito contra inermes populos grassentur, cū in Euangelio dicat: Nō ne duo passerēs asse ueneunt, & unus ex illis non cadet super terrā sine patre uestro? Sic quasi mōtes æreos opposuit Herodi, quando misit Petrū in carcerē, & uoluit post pascha producere eū populo Acto. 12. Impediuit enim eū soluto Petro vt haberetur ibidē. Propterea monet Lucę 21. Cum audieritis prælia, uel opiniones præliorum, & seditiones, nolite terri, &c. quasi dicat, ego opponā montes æreos, & prohibebo vsque ad tempus. Æreus ueter statue, quā uidit Nabuchodonosor, regni Græcorū eloquētę sonū clarū significat, super quē locū Hierony. Et regnum (inquit) tertium aliud æneum Alexandrū significat, & regnū Macedonum, quod recte æneum dicitur, inter omnia enim metalla æs uocalius est, &c. vt nō solū famam, & potentiam regni, sed & eloquentiam gręcis sermonis ostenderet. Hęc Hierony. Quia tamen hanc eloquentiā in

Hier. ony.
Iob. 20.
D. Thm.
Matth. 10:
6
Zach. 6.
Hierony.
Matth. 10.
Act. 12.
Luc. 21.
Dan. 2.
Hierony.
7

rebus illi inutilibus impenderunt, & fabulosis, perierunt, & obcaecati sunt: e contrario vero discipuli Christi qui de mysterijs fidei fermocinabantur ad inuicem, Christum resurgentem viderunt, & per eum salutem animae consecuti sunt.

Aeris speciem habebat vir, quem vidit Ezechiel, qui filium Dei representabat toto terrarum orbe vocalem, & vsque ad terminos terrae apostolica praedicatione vulgatum, sic enim praecipit Apostolis: *Praedicate Euangelium omni creaturae, &c.* Ita exponunt Hierony. super. Ezech. & Greg super eundem homil. 13. Incarnatio (inquit) Domini sonoro metallo comparatur, quia per assumptionem humanitatis nostrae insonuit Dominus gloriam maiestatis suae. Hec Greg. Quod vsque ad deo verum est, ut cum nasceretur occultus, & humilis in praesepio, adhuc resonabat laudibus angelorum dicentium: *Gloria in altissimis Deo, & Magorum de oriente venientium clamore valido interrogantium. Vbi est, qui natus est rex Iudaeorum.*

Lapis solutus calore in aes vertitur legimus Iob. 28. vbi iuxta literam Lyranus lapidem (inquit) vocari hoc loco mineram, siue fodinam, propter duritiam materiam, quae calore soluta in aes vertitur in fluentia siderum. Porro Beda per metaphoram dictum intelligit de duritia cordis humani, quae feruore fidei resoluta mollescit, deinde vero velut aes canorum ad laudes Dei proficit. *Sic loquente Iesu ad turbas extollens uocem quaedam mulier, aere uocatiore soluta duritia praefidei feruore Christo dixit: Beatus uenter, qui te portauit.* Item suscitato filio uiduae ad portas Naim ciuitatis, lapidea corda turbarum calore fidei liquefaeta, & quasi in aes uocalem conuersa significauerunt Deum.

Aes quatenus duritiem denotat, in bonum accipitur, & in malum, atque indifferenter, ut patres obseruant. In bonum quidem Isaias ait: *Pro aere afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis aes.* Vbi Hierony. In restauratione (inquit) spiritalis Hierusalem, ligna vertuntur in aes, id est bruti quondam, & insensibiles homines in eam materiam mutabuntur, quae utilitate praebet ciuitati. Hec Hierony. Sic caecus a natiuitate, qui fuerat quasi lignum inutile receptis luminibus, quasi in aes mutatus, Christi fidem fortiter, vel inuitis pre-

dicaui Phariseis. In malum uero frequenter ponitur aes pro duritia cordis, sic Ezech. ait: *Verfa est mihi domus Israel in scoriam, omnes isti aes, & stagnum & ferrum, & Hier. Omnes isti principes declinantes aes & ferrum, uniuersi corrupti sunt.* Tales erant Pharisei, qui creditibus turbis, & admirantibus Christi potentiam, ipsi duriores esse dicebant: *In Beelzebub principe demoniorum eiecit daemonia, de quibus & eorum similibus dicitur Iob. 40. sub typo Behemoth, Ossa eius uelut fistulae aeris.* Vbi Glossa, per aes, quoslibet ualentes in corpore demonis mystico accipimus, in quibus iniquitas uehementius induratur. Hec Glossa. Et certe mire induratur iniquitas in illis, qui uidentes miracula Christi, non credere, sed occidere eum uolentes dicebant: *Quid facimus quia hic homo multa signa facit?*

Aes nonnumquam fideles uocatur in malum, quando duriores sunt in uitijs, quam infideles. Sic exponit Hierony. illud Hierem. *Nunquid scelerabitur ferrum ferro ab Aquilone, & a se? Babylonij (inquit) qui ab Aquilone ueniunt, sunt ferrum durissimum, sed huic populo duriori subaudi, Iudaico in aere similitudinem indomito non poterunt amicitia copulari. Hec Hierony. qui Iudaeos dicit duriores fuisse gentilibus. Sic Iudaei aere duriores Christi doctrinam repellent, quam tamen multo minus dura gentilibus recepit, sicut Chananaea de finibus Tyri, & Sydonis egressa recepit, Matth. 15. Gentilis quoque Centurio, & Regulus, atque ueritatem in Christiana republica non sint homines multi infidelibus duriores, sicut multo fuit durior Herodes, quam Magi. Matth. 2.*

Aes indifferenter accipitur in Psal: *Confi-teantur Domino misericordiae eius, & mirabilia eius, filijs hominum, quia contriuit portas areas, & uestes ferreos confregit.* Quod exponit Iansen. de his, qui e carcere ergastulo, & uinculis beneficio Domini quotidie liberantur. Sicut olim Ioseph ab Aegyptiaca seruitute, Daniel de lacu leonum, Petrus de carcere solutus est. Quae mihi expositio placet. Nam quod Aug. per portas areas confidentiam peccatoris in proprijs uiribus exponit, sicut Pharisaeus, qui confidebat in suis ieiunijs. Et Hierony. legis Moysae duritiam intelligit, Cassiodoro. uero prauas & inueteratas peccandi consuetudines, & Glossa Interl. natura lem fomitis cupiditatem, quae confracta est

Ezech. 12
Hier. 6
Luc. 11
Iob. 40
Glossa
Ioan. 11
I I
Hierony.
Hier. 11
Matth. 11
Matth. 8
Ioan. 4
Matth. 2
I 2
Psal. 106
Iansen.
Gen. 41
Dan. 14
Act. 12
Aug.
Luc. 18
Hierony.
Cassiod.
Interlin.

gratia

gratia Christi in muliere peccatrice, & in suis similibus, pulchrae sunt planae expositiones, sed mysticae. ¶ Aes, & ferrum calcamentum eius Deut. 33: require in uerbo, Calceamentum. numer. 3.

CAPVT. LV.

Aestas, Aestus, Aestuarum.



ESTAS dicitur Hebraice Cais ut patet Genes. 8. & 2. Item Hier. 8. & Psal. 32. Aestas anni pars est, incipiens ab ingressu solis in caelum mense Iunij, usque ad aequinoctium autumnale mense Septembri. De quo in Psal. Aestatem, & uer tu plasmasi ea.

In aestate mendicare signum est pigritiae praeteritae in hyeme secundum phrasim scripturae. Pro. 20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit in aestate. Sic qui in iuuentute otio torpescit, in senectute medicat. Propterea Dominus dixit seignibus operarijs, *Quid hic statis tota die otiosi? Eco uerso autem dicitur in scriptura, Qui congregat in messe, filius sapiens est. Qui autem stertit in aestate, filius confusiois.* Vbi iuxta litteram docet haec sententia, non esse praetermittendum tempus opportunum & occasionem ad bonum, ut exponit Iansenius. Beda autem ponit exemplum de his, qui tempore legis gratiae (quod quasi tempus est messis) ad lucrandas animas dormiunt otio stertentes. Propterea Dominus dixit de hoc tempore. *Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam, operarios (inquam) operantes, non otio indulgentes.*

Legimus etiam. *Quomodo nix in aestate & pluuia in messe, sic indecens est stulto gloria.* Ostendit autem indecentissimum esse, & ualde nocuum Reipublicae Christianae, magistratus seculares, & dignitates Ecclesiasticas indignis conferre, ut exponit Iansenius. Et certe D. Tho. super illud Hebr. 5. *Et nemo sumit sibi honorem, dicit contra rationem, & naturam ordinem esse, ut quis ambiat honores, & ideo huiusmodi hominem quasi stultum, & indignum esse repellendum.* Propterea enim Dominus Iacobo. & Ioanni ambientibus dexteram, & sinistram regni eius dixit, *Nescitis, quid petatis, & non est meum dare uobis.*

Præterea loquens Ezechiel Propheta de vastatione Aegypti ab Assyrijs, quae per petuis annis quadraginta duratura erat, dicit, *Erunt super eum uolucres aestate perpetua, & omnes bestiae terrae super illum hyemabunt.* Vbi per aestatem perpetuam, & hyemam quadraginta praedictos annos intelligit, ut exponunt hoc loco patres. Sed post praedictos annos relaxanda erat captiuitas. Praedicitur autem illis numerus annorum, ne desperent, quasi nunquam liberandi, sed poenitentiam agant ad salutem. Sic nullus peccator, quamuis multis annorum curculis in eo statu permanferit, desperare debet. Propterea enim languidus ille, qui sanatus est a Domino in probatica piscina, explicatur triginta octo annos habuisse in infirmitate sua, ne quis propter diuturnitatem morbi desperet.

Legimus etiam apud Hierem. *Transiit messis, finita est aestas, & nos saluati non sumus.* Vbi Hierony. uocem esse dicit populi obfessi a Chaldaeis in Hierusalem, cum Hieremia Propheta, qui transacto anni circulo non erant sicut falso praedixerant pseudo Prophetae liberati. Sic spes mundi uana est in auxilio terreno, & sola firma, quae in Christo constituitur, qui clamat. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos.* Alioquin de his, qui sperant in opulentia, amicis, & aedificijs terrenis Dominus dicit Osee. 13. *Percutiam domum hyemalem cum domo aestiua, & peribunt domus eburnae.* Quod Hierony. contra decem tribus ab Assyrijs deuastrandis praedictum esse dicit, & contra diuites, qui uoluptatibus indulgentes diuersas ad diuersa anni tempora domos habere solent aedificatas, ita ut aliae uersae sint ad Aquilonem, patetibus ab ea parte fenestris, aliae ad Austrum, ut uentum pro tempore commodum excipiatur. Sed omnia ista diuitibus auaris, & erga pauperes crudelioribus in sepulchra commutatur aeterna, sicut de diuite legimus purgato Mortuo est diues & sepulchrum est in inferno, & Ps. *Et sepulchra eorum domus eorum in aeternum.*

Aestus calor nimius est ex solis ardore maxime in aestate. De quo, *Percutiet te Dominus ardore & aestu.* Metaphorice autem denotat tribulationem, & afflictionem, ut inquit Hierony. super illud Isai. *Et tabernaculum erit in umbraculo diei ab aestu.* Quod dictum est de Ecclesia catholica, contra quam nullus tribulationum

Luc. 7.
I
Psal. 73
2
Pro. 20.
Matth. 20.
Pro. 10.
Iansen.
Beda.
Luc. 10.
3
Prouer. 26.
Iansen.
D. Thom.
March. 20.

4
Ezech. 24
Ioan. 5
Hier. 8
Hierony.
Matth. 11
Osee. 13
Hierony.
Luc. 16
Psal. 48
6
Deut. 28
Hierony.
Psal. 4

Cyrillus. Chrysoft. Matth. 16.
Cyrillus. Esa. 25.
Matth. 5. Hierony.
Luc. 22.
Matth. 20.
Gregor. 7
Esa. 49. Lyra. Cyrillus. Apoc. 7.
D. Tho. Rupert. Matth. 10.
Ioan. 14. Hierony. Ansel. Beda.
Psal. 120.
Psal. 90.
Ioan. 16.
Luc. 21.

Æstus præualebit, vt exponunt Cyrillus, & Chrysoftomus, quia Porta inferi nõ præualebunt aduersus eam. Eodem modo explicat Cyrillus illud Isai: Quia factus es subaudi Deus, fortitudo pauperi, &c. umbraculum ab æstu, quia Deus protegit pauperes spiritu, vt ipsorum sit regnum cœlorum, quam uis Hierony. pauperem hoc loco non quemcunque, sed Christum secundum humanitatem intelligat, quando in horto oranti in agonia angelus apparuit confortans eum. Tunc factus est illi Deus pater per angelum umbraculum ab æstu, ne ante tēpus ibi moreretur in agonia, sed re feruaretur cruci. Denique in eodē sensu: Portare pondus diei, & æstus, in parabola Matth. est cum patientia tolerare labores, qui ex longæuitate temporis hominibus proueniunt in hac vita, vt exponit Greg. in homilia.

Præterea quod legimus in Isai. Nõ esuriēt neque sitiēt amplius, neque cadet super illos sol, neque illus æstus, Lyran. de cœlesti gloria beatorū exponit, & ante eum Cyrillus, imo beatus Ioannes Apoc. 7. ubi refert totum hoc Isaiæ testimonium paraphrasticè, & ibi de cœlesti patria exponit D. Tho. Itē Rupertus allegans illud Matth. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, post hæc autē non habēt amplius, quid faciant, Quia in patria cœlesti non cadet super eos, id est super martyres sol persecutionis, aut vilis æstus. Defendentur ergo sancti ab omnibus mundi miseris in cœlestibus illis mansionibus, de quibus Dominus ait: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Cæterum his non obstantibus Hierony. super Isai. 49. Ansel. & Beda super Apoc. 7. de iustis atque perfectis in hac vita mortali hunc locum exponunt, de quibus in Psal. Per diem sol non uret te, neque luna per noctem. Isti sunt, qui neque prosperis mollescunt, neque franguntur aduersis, de quibus Psal. 90. Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum & flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Quia licet illis dixerit filius Dei Ioan. 16. Venit hora ut omnis, qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare Deo, & rursus, Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, non tamen accessit ad tabernaculum cordis eorū flagellum, neque cecidit super eos sol, aut vilis æstus, quia præmuniti sunt, spe, & benedictione Domini, de qua dicitur

Hierem. 17. Beatus homo, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, &c. non timebit, cum uenerit æstus, quia credunt dicenti: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, & cum Paulo dicunt: Gloriamur in tribulationibus nostris, &c.

Legimus in Apoc. Quartus angelus effudit phialam suam super solē, & datū est illi æstu affligere homines, & æstuaerunt æstu magno. Quem locum B. Gregorius. lib. 34. Moral. super illud Iob. 41. Sub ipso erunt radij solis, explicat dicens, nomine solis sapientes designari, qui tempore Antichristi magnos tormentorum æstus superabunt, Ita ut nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro. Ne igitur in persecutionibus æstuemus, danda est nobis opera, vt radices altas in charitate figam⁹, quia Matth. 13. quod seminatum est, & super petrosa radices non egit, significat eos, qui sole orto, æstuaerunt. Qui ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt. Vt ergo elemosynis pauperū nostra charitas crescat, omnia superflua vsq; ad vestes preciosas deponamus, cuius rei vt nobis filius Dei præberet exēplum, labaturus pedes Apostolorum, deposuit vestimenta sua, quasi illi ministerio minime necessaria. Ceterū quidā volūt expositionē prædictā esse mysticam de æstu persecutionis, quā post Greg. tenuit Haymo & quidā alij. Sed iuxta literā æstū corporale exponūt.

Ephraim pascit uentum & sequitur æstum. Aest⁹ à meridie prouenit, denotat que frustra à meridie. id est ab Ægyptijs, qui ad meridiem vergunt, petiisse auxilium regem Osee, qui dominabatur Samariæ super decē tribus, quod illum fecisse refert historia. 4. reg. Et ita dicit Hierony. hoc loco, quamuis corrigendum sit, quod Manahē ponitur in eius Cōment. pro Osee: mystice uero uentum æstiuum meridiei pascit, & attrahit, qui prosperitatem mundi sectatur, & thesauros suos in terra reponit. Sed istis Dominus dicit, Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uerosuæ detrimentum patiatur?

Denique æstus tribulationē irati Dei super peccatores significat, sic de Hierusalem sub Romanis uastanda dicitur Esa. 25. Sicut æstus in siti tumultū alienorū humiliabis. Et Esa. 27. In mensura contramensuram, &c. Iudicabis eam: mediatu est in spiritu suo duro per diem æstus.

Hier. 17.
Matth. 13.
Rom. 1.
8
Apoc. 16.
Greg.
Iob. 41.
Matth. 13.
Matth. 13.
Ioan. 17.
Haymo.
9
Ose. 12.
4. Reg. 17.
Hierony.
10
Matth. 16.
Isa. 25.
Isa. 27.

CAPVT. LVI.

Ætas.



1
2
Eph. 4.
August. Hierony. Chrysoft. Theophy. Theodo. D. Thom.
Hierony.
Aug. D. Thom. Lyra.

ETAS dicitur Hebraice Bin. 1. Reg. 13. Filius unius anni erat Saul, id est, ætatis unius anni. Ætas quasi ciuitas, mēsurā est annorū animalis secundū certas periodos. in homine autem dicitur infantia vsque ad primum septennium, pueritia vsque ad decimum quartum annum, adulescentia vsque ad vigesimum primū, iuuentus vsque ad quadragesimum, vt inquit Varro, eo quod rempublicam eo tempore militando iuuare possent, in quarto autem gradu viros, & seniores vsque ad sexagesimum annum, deinde uero senes uocari.

Legimus autem in epistola ad Ephes. Donec occurramus omnes in uirum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quod duobus modis exponitur, prior est, vt ad perfectam Dei cognitionem, & amorem referatur, qualis erit beatorum in patria, ubi coniunctum erit perfectè corpus Ecclesiæ mysticum capiti suo Christo cognitione pariter, & amore. Ita explicant August. lib. 22. de Ciuita. cap. 18. Hieronym. super Ephes. 4. & ibi Chrysoftom. Theophylact. Theodore. & D. Thomas, atque alij patres. Posterior expositio est, vt de resurrectione corporum gloriosa in fine mundi intelligatur, secundum ætatem Christi triginta trium ferè annorum, ita tamen vt ad gloriam accidentalem, & distinctionem sexus maneat sub splendore similis solis claritati. Sic Hierony. explicat in epistola ad Eustochium de Epitaphio Paulæ matris, & August. lib. 22. de Ciuitate, cap. 17. & D. Tho. super epistolam ad Ephes. & ibi Lyranus. Itaque tam uiri, quam foeminae distincto sexu, in flore ætatis quasi triginta trium annorum resurgunt ad immortalitatem.

CAPVT. LVII.
Æternum, Æternitas, sæculum seculi, uel seculorum. In finem. In perpetuum. Semper æternum.



ÆTERNITAS, vt Theologi definiunt, est interminabilis uitæ tota simul, & sine fine possessio, itaque initio, fine, & successione caret. Ceterum in scriptura sacra non semper æternum hoc modo sumitur, sed paucis in locis, & præsertim cum de Deo dicitur, sicut in Isai. Hæc dicit excelsus, & sublimis, habitans æternitatem, & epist. ad Rom. Secundum præceptum æterni. Dei. Interdum uero æternum appellatur, quod longum durat tēpus, sic Psal. 76. Et annos æternos in mente habui, id est antiquos. Quod vt distinguere iaculentius ad legitimam scripturarum intelligentiam ualeamus, sunt aliquot patrum regulæ prænotandæ. Prima est Hierony. super illud ad Galat. 1. Vt eriperet nos de præsentis sæculo nequæ. Querendū (inquit) quid intersit inter sæculū, uel sæculū sæculi, uel sæcula seculorū. Et ubi pro breui tēporis spacio, & ubi pro æternitate ponatur, quia ubi in Hebræo sæculum, id est, Holam. literam positā habuerit, æternitatem significat, ubi uero sine. 7. scribitur, annum quinquagesimum, quem illi iubilæum uocant. Hęc Hieronym. Ponit autem exemplum Exod. 21. ubi serui, qui Domino seruire uoluerit, auris iubetur perforari, subiungiturque: & erit seruus in sæculum, uel in æternum, Hebraice uero, Erit, seruus in Holam sine litera uau, id est, vsque ad annum quinquagesimum. Item Ammonite, & Moabite non ingrediuntur in templum Domini vsque in sæculum siue in holam Deuteron. 23. Secunda regula est Pauli Burgens. in suo Scrutinio. p. 1. distinctio. 10. cap. 5. uidelicet in Hebræo duas esse dictiones que æternitatem denotant, altera est Sela, sicut in Psal. 83. In sæcula seculorū lau dabunt te. Vbi Hierony. ad ueritatem Hebraicam uertit, Laudabunt te semper, Septuag. uero εις τους αιωνας των αιωνων. In sæcula seculorū, uel in æternitatis æternitatem, Eon quippe & Eonion Græcè, uel sæculum significat uel æternitatem, seu æternum, ad tollendam ergo ambiguitatem, ubi in Hebræo est Sela, pro Sela Hieronym. transfert semper, vt æternitatem simpliciter exprimat. Altera uero dicitur est Holam, de qua supra diximus secundū Hieronym. quia tamen eius adnotatio de

I
Ecclesi. 10.
Isa. 57.
Isa. 40.
Rom. 1.
Hierony. Regula.
Exod. 21.
Deuter. 23.
2
Regula: Burgens.
H
H

Regula.

litera. 7. vau, illis tantum seruire poterit, qui hebraeas literas didicerunt. Additur alia obseruatio, quae omnibus peruia est, & facilis, nimirum. Quando dictio Holla rebus natura sua incorruptibilibus apponitur, quae nihilominus initium durationis habent, qualis est angelus, anima rationalis, coelum, & quae ex mundi huius partibus permanent, aeternitatem significat, quam theologi vocant, a parte post: si vero rebus initio, & sine carentibus, sicut est Deus, & quae ad Deum pertinent, aeternitatem simpliciter. E contrario vero, si iungatur his rebus, quae natura sua finem praescriptum habent, durationem tantum temporalem vsque ad aliquam periodum significat. Quod autem de dictione Hollam Hebraea dictum est, idem ipsum de dictione Graeca εωρ & εωρωρ, & de dictione Latina, aeternum, sempiternum, & perpetuum dictum volumus.

3

Secundum praedictam regulam multa scripturarum loca contra quorundam Iudaorum proteritiam, & spontaneam caecitatem luculentius explicabimus, verbi gratia, Leuit. 12. de solenni die & ritu agni paschalis dicitur: Celebrabitur eum solenne Domino in generationibus uestris cultu sempiterno, id est, vsque ad periodum legis veteris, & Leuit. 3. Adeps Domini est iure perpetuo. Item Leui. 6. Ignis iste perpetuus erit, nunquam deficiet in altari. Sed quare a Iudeis, quomodo defecit deficiente templo, & altari, nisi quia periodus eius erat terminus legis? Eodem modo. Thymiana sempiternum coram Domino, & de sabbato dicitur: Et pactum sempiternum. Item & vnctio in sacerdotium sempiternum, praecipitum quoque de non bibendo vino sacerdotibus sempiternum. Item pactum salis sempiternum, denique de lege tota Moysaica Baruch. 4. dicitur, lex quae est in aeternum. Haec & alia huiusmodi licet quidam ex patribus in sensu spirituali conentur exponere, vt verificent esse sempiterna a parte post, nihilo scilicet tamen in sensu historico sempiternum, aeternum, & perpetuum in similibus locis terminum vsque ad aduentum Messiae & legis gratiae, & periodum solummodo denotant. Porro quod lex illa vetus finem esset habitura, vt succederet noua, omnes prophetae clamant, inter quos Hieremias: Ecce (inquit) dies uenient, dicit Dominus, & seruiam domui Iuda, &

domui Israel foedus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum, &c. Sed ponam legem meam in cordibus eorum, &c. Non quidem quod reprobata fuerit lex vetus, sed legitimam potius sortita finem, & suo fit termino veniente completa, iuxta illud Christi: Nolite putare, quod uenerim soluere legem aut Prophetas, non ueni soluere sed ad implere.

Aeternum vero a parte post secundum praedictam obseruationem dicitur sacerdotium nouae legis, quod initium quidem in ipso habuerit incarnationis arcano quando Verbum caro factum est. Sed nullum fit finem habiturum, sicut neque filius Dei carnem, quam semel assumpsit, vlllo vnquam tempore derelinquet. Sic intelligitur illud Psal. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, quod Hebr. 7. Paulus confirmat dicens: Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, eo quod mori prohiberentur permanere, hic autem eo quod maneat in aeternum sempiternum habet sacerdotium. Eadem quoque ratione regnum Christi intelligitur aeternum a parte post, quatenus in Ecclesia regnat sine fine, nunc in militante, & postea in triumphante, sic dicitur Daniel. 7. Cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei, & obedient. Coepit nihilominus regnum hoc, quando nato Christo in Bethlehem, Magi ab Oriente uenerunt Hierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est rex? De quo praedixerat Isai. Super solum David, & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia a modo, & usque in sempiternum. Et Angelus ad Mariam dixit: Regnabit in domo Iacob in aeternum.

Aeterna quoque intelliguntur a parte post, gloria, & latitia sanctorum in patria coelesti, & protectio, qua sine fine proteguntur a Domino, omnibus malis cum morte profligatis, ita Isaias ait: Praecipitabit mortem in sempiternum, & cap. 32. Et cultus iustitiae silentium, & securitas usque in sempiternum, quae securitas licet in sanctis martyribus coeperit in hac vita, quantum ad conscientiae tranquillitatem, vt notant Procopius, Theodore. Glossa interlin. & Lyra. permanet tamen cum augmento in coelesti patria sine fine, & cap. 33. de coelesti Hierusalem dicitur, vel secundum aliquos de Ecclesia militante: Erunt oculi tui uidentes Hierusalem ciuitatem opulentam, &c.

Matth. 4

4

Ioan. 11

Psal. 109

Hebr. 7

Dani. 7

Matth. 12

Esa. 9

Luc. 11

5

Isai. 25

Isai. 32

Procop. Theodor.

Interlin.

Lyra.

Isai. 33

Leuit. 12

Leuit. 3

Exod. 30

Exod. 40

Num. 18

Baruch. 4

Hier. 31

Lyra.

Cyrrill. Procop.

Gloss.

Matth. 16. Esai. 35.

Glossa.

Rom. 12. Tertul. Orig.

Esai. 61.

Esai. 60.

Matth. 19. Luc. 19.

Ioan. 3.

Ioan. 4.

Ioan. 6.

Ioan. 10.

Ioan. 12.

Aug. Cyrrill. D. Thom. Glossa.

6

tabernaculum quod transferri nequaquam poterit, neque auferentur clauis eius, in sempiternum. Quod quidem Lyra, de templo Salomonis exponit, contra sanctorum patrum sententias, inter quos Cyrillus super Ioanem de coelesti patria, Procopius de ecclesia Christi tam militante quam triumphante, Glossa vero ordinaria de Ecclesia super Petrum edificata. Contra quam portae inferi non praeualebunt, interpretantur. Si milis locus est Isai. 35. Ibunt in Sion laudantes, & letitia sempiterna super capita eorum, id est, sine fine a parte post. Quem locum Glossa de letitia, quae nascitur ex spe in his, qui conuertuntur ad fidem, iuxta illud. Spe gaudentes. Sed de coelesti potius gaudio Tertullianus intelligit lib. de Resurrectione carnis. Origenes quoque homil. 17. in Numeros. In eodem quoque sensu Isai. 61. Letitia sempiterna erit eis, & cap. 60. Erit tibi Dominus in lucem sempiternam. In quibus omnibus locis, & similibus vita illa coelestis sine fine denotatur, quam sanctis, & electis suis Dominus pollicetur apud Matthaeum. Et uitam aeternam possidebit, & apud Lucam. Vt cum descenderit, recipiant uos in aeterna tabernacula, & apud Ioannem: Vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Vbi non dixit, omnis qui credit ei, quod commune est peccatoribus in mortali existentibus intra Ecclesiam, sed qui credit in eum, tanquam in finem vltimum amoris sui super omnia. Item sic intelligitur illud Ioann. Fiet in eo fons aquae uiuae salientis in uitam aeternam: id est, gratiae spiritus sancti, facientis nos per desideria, & opera bona salire in uitam aeternam. Item qui manducat hunc panem, uiuet in aeternum, id est, qui in gratia manducat, seu digne, & in ea perseverat & cap. 10. Ego uitam aeternam do eis, id est, ouibus gregis mei mansuetis, & obedientibus. Praeterea Ioan. 12. Qui autem odit animam suam in hoc mundo, in uitam aeternam custodit eam, qui inquam odit altero ex duobus modis, videlicet, vel operibus penitentiae carne macerata, quatenus obediat spiritui, vel martyrio vitam exponit, sicut exponunt Aug. Cyrillus, D. Tho. & Glossa. Aeternum etiam dicitur uerbum Dei reuelatum, quod uocatur aeternum, vel quia praemia pollicetur aeterna, vel comminatur sine fine supplicium, vel aeterna continet ueritatem, quae ad fidem perti-

net. Sic Isaias. Verbum autem Domini manet in aeternum. Et in Psal. Veritas Domini manet in aeternum. In eodem sensu foedus, vel pactum Dei sempiternum appellatur, quia confederatio cum Deo, quae fit per gratiam iustificantem, finem non habet ex natura sua. Sic Isaias: Et seruiam uobiscum pactum sempiternum. Quasi dicat, ex parte mea non deerit, nisi vos sponte a me deficiatis. Idem Hierem. Et seruiam eis pactum sempiternum: & non desinam eis benefacere, quod de pacto cum Ecclesia super Petrum edificata, exponit Hieronymus in Comment. & Tertul. lib. 4. contra Marcionem, & Euseb. lib. 2. de Demonstrat. cap. 23.

Aeternum quoque supplicium damnatorum iuxta regulam superius traditam sine fine duraturum intelligitur, sicut animae rationales finem non habent, quae poenis gehennae torquebuntur, sic apud Matthaeum rex dicit his, qui a sinistris eius erunt: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sicut ergo angeli mali sine fine durabunt, sic & ignis eorum non extinguetur, nec finem habebit. Notat autem Augustinus, non solum ignem sine fine duraturum in gehenna, ita ut inde nequeant per successiones temporum animae liberari contra Origenis errorem, sed & poena erit sine fine, ideo Dominus de industria dixit loco citato. Ibunt hi in supplicium aeternum, id est, non ut sola materia ignis sit aeterna, sed ipsum supplicium, quod etiam explicat Iob. Vbi nullus (inquit) ordo, sed sempiternus horror inhabitans, hoc est, non solum locus est horrendus, sed ipse horror erit cruciatus aeternus, de quo Isaias. Quis habitabit cum ardoribus sempiternis? Denique quod non sint exiturae animae de illo cruciatu legitimus in Psal. Et usque in aeternum non uidebit lumem. Aeternus dicitur Christus secundum naturam deitatis, id est, sine durationis initio, & sine fine, iuxta illud. Et tu Bethlehem, &c. paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel: Et egressus eius a diebus aeternitatis. Sed dices, quomodo iuxta regulam supra traditam probare Catholicus poterit Arrianis, aeternitatem hoc loco durationem sine vlllo temporis initio denotare? Dicent quippe illi hominem natura sua initium habere durationis, cum ergo Christus sit homo, etiam si dicatur aeternus, accipietur aeternitas se-

Isai. 40. Psal. 116.

Isai. 55.

Hierem. 32.

Matth. 16. Hieron. Tertul. Euseb.

7

Matth. 25.

August.

Orig.

Iob. 10.

Isai. 33.

Psal. 48.

8

Mich. 2.

Matth. 2.

Quaestio.

Regula.

cundum naturam creatam cum initio durationis. Ad hanc dubitationem & contentionem de medio tollendam, regula notanda est, nimirum. Quando nomen aeternitatis in vno scripturae loco ambiguum est, ex alijs locis ambiguitas auferetur, in quibus ex adiunctis, praecedentibus, vel sequentibus discerni, & dijudicari veritas poterit, verbi gratia. Si dicatur illud, de quo dubitatur, fuisse ante omnia saecula, vel ante omnem creaturam, vel ante luciferum, vel antequam terra fieret, vel ante mundi constitutionem, tunc enim simplicem aeternitatem, a parte ante, & a parte post, qualis solius est Dei, cogimur intelligere. Sic de filio Dei passim in scripturis, sicut de aeterno quoque patre haec apponuntur adiuncta, & alia huiusmodi. Et primum quidem de aeterno patre. Psal. 54. *Et humiliabit illos, qui est ante saecula*, & Tit. 1. *Quam promissit, qui non mentitur Deus ante tempora saecularia*, id est, ab aeterno, & Ephes. 1. *De aeterna iustorum praedestinatione. Qui elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.* Deinde de filio coaeterno, & consubstantiali patri, id est, de Christo dicitur: *Per quem fecit saecula.* Ergo ante omnia saecula est, & Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* Ergo ipse est ante omnia, quae facta sunt, item in Psal. pater de filio dicit: *Ex utero ante luciferum genui te*, & Proverb. *Non dum erant abyssi, & ego iam concepta eram*, id est, sapientia patris, quae filius est. *Et ante omnes colles ego parturiebar.* Praeterea in Eccles. *Ego ex ore altissimi prodium primogenita ante omnem creaturam.* Ergo non est creatura filius Dei, sed sapientia ab aeterno genita, vt explicat D. Ambrosius lib. 4. de Fide ad Gratianum, & Rabbanus in Comment. eiusdem loci, Glossa, & Lyranus. Ex quibus omnibus locis intelligimus locum praedictum Michee. 5. *A diebus aeternitatis, sine vilo prorsus initio durationem significare, hoc est aeternam filij Dei ex patre generationem.* In quo sensu de se Dominus ait Ioanis. 8. *Antequam Abraham fieret, ego sum*, id est aeternus per essentiam, quae semper est. Praeterea nota non fuisse auctos Scribas Matth. 2. testimonium integrum Micheae Herodi referre, de diebus aeternitatis, ne aeternum putaret esse Christum infantem, vel irrideret

Aeterna passim dicuntur in scripturis secundum phrasim consuetam, quae anti-

Psal. 54. Tit. 1.

Eph. 1.

Hebr. 1. Ioan. 1.

Psal. 109. Prouerb. 8.

Eccles. 24.

Ambros. Rabbanus. Glos. Lyra.

Michee. 5.

Ioan. 8.

Matth. 2.

9

quiora sunt, quamuis initium habeant. Sic in Psal. *illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis, turbati sunt omnes insipientes corde.* Vbi montes aeterni dicuntur angeli, vt exponit Lyran. dicuntur autem montes propter altitudinem naturae, aeterni vero propter longevitatem: quamuis Iansen. per montes aeternos caelos intelligit. Vnde Angelus contra hostes Assyrios Iudaeis tulit auxilium deletis. 185. millibus hostium, quae expositio mihi iuxta literam placet. Nam quod Hierony. August. Remigius, & Glossa per montes aeternos Patriarchas, & prophetas hoc loco intelligunt, mysticum est, quamuis ingenue fateor, aliquando per colles aeternos ad literam Patriarchas metaphoricè intelligi, sicut in benedictione Iacob. Genes. 49. dicitur ad Ioseph. *Donec ueniat desiderium collium aeternorum*, id est, desiderium antiquorum patrum de aduentu Christi, sicut exponit Ambrosius lib. de benedictionibus patriarcharum, & Glossa ordinaria atq; interli. super eundem locum, licet reiicienda plane non sit expositio Lyran, qui per colles aeternos hoc loco angelos sanctos intelligit, qui incarnationem Christi usque adeo desiderabant, vt in nocte natiuitatis eius canerent: *Gloria in excelsis Deo, &c.*

Aeterni etiam anni, id est, antiqui dicuntur, in Psal. *Annos aeternos in mente habui*, In quo sensu aeterna quoque tempora vocat Apostolus, id est, antiqua *Mysterij temporibus aeternis taciti.* Quia videlicet in tempore antiquo legis naturae, & scripturae, mysterium vocationis gentium ad fidem Christi fuerat occultatum, vt exponunt Hierony. & Ambrosius super eundem locum, quamuis aliqui mysterium quoque incarnationis, temporibus fuisse aeternis, & antiquis tacitum asserant, quia quamuis praedictum fuerat a prophetis, tamen sub figuris, & metaphoris a paucis intelligebatur, vt exponunt Glossa, & Caietan. ideo tacitum esse dicitur.

Aeternales quoque portae dicuntur in Psal. *Et eleuamini portae aeternales*, portae inquam templi Salomonis, est enim sermo de introductione arcae testamēti intra templum Salomonis, vt exponunt Lyranus & Iansenius, sed potius aeternales portae caeli dicuntur, quae in ascensu Domini virtute crucis, & resurrectionis eius patefa-

Psal. 71.

Lyra.

Iansen.

4. Reg. 10.

Hierony. August. Remig. Glos.

Genes. 49.

Ambros. Glos. Interli.

Luc. 2.

10

Psal. 76.

Rom. 16.

Hierony. Ambros.

Glossa. Caietan.

11

Psal. 23.

Lyran. Ians.

Et sunt.

Aug. Hierony. Casiod. Glossa. Marc. vlt.

Et sunt, vt exponunt August. Hierony. Casiodor. & Glossa. Per has Dominus quadragesimo post resurrectionem die, *Assumptus est in caelum.* De expositione tamen pleniori contra Rabbinos, vide libro. 5. verbo Eleuare.

CAPVT. LVIII.

Aethiopia.



ETHIOPS Hebraice dicitur Chusi, Hieron. 13.

Aethiopia dicta est ab Aethiope rege, qui illi praefuit, vt docet Plinius lib. 6. cap. 36. vel

כוש
I
Plin.

ab etho cremo & d. aspectus, quia facies incolarum solis ardoribus adusta nigrescit. Habuit autem ortum a Chus filio Cham, a quo vocatur hebraice Chusim. Porro situs eius ab Occidente Atlantem montem, ad Orientem desertum habet usque ad Aegyptum, a Meridie Oceanum, a Septentrione vero Nilo flumine clauditur. Ferarum vero, & serpentium multitudi-

Gene. 10.

2
Gene. 2.
Hierony.

3
Psal. 67.

ne referta est, inuenitur ibi Rhinoceros, Chameleon, Pardus, Basiliscus, & Dracones ingentes. Diuiditur autem in duas partes, altera est sub ipso meridionali usque in Aegyptum porrecta, quae pars est Africae, altera Orientalis quae coniungitur Indiae, & respicit Sinas, quae tempestate nostra Hispanorum nauigatione inuenta est, quasi nouus orbis, & ad Asiam pertinet.

Nomen fluminis secundi Gehon legitur in Genesi. *Ipse est qui circuit omnem terram Aethiopiae.* Diuus Hieronymus de locis Hebraicis, Gehon (inquit) fluuius apud Aegyptios Nilus vocatur de paradiso nascentis, & in lib. de interpretatione nominum hebraicorum Gehon (inquit) pectus, siue praeruptum interpretatur. De ortu Nili Geographi nihil certum habuerunt. Vnde satis probatur de paradiso nasci. De quo latius in dictione Nilus.

Praeterea legitur: *Aethiopia praeniet manuseius Deo.* Dixerat autem Propheta de conuersione Aegypti ad Deum: *Venient legati ex Aegypto.* Deinde subdit velociorem conuersionem Aethiopiae futuram, quam Aegypti, propterea dicitur: *Aethiopia praeniet manuseius Deo.* Quia vt notat

Lyra. super hunc locum, quamuis Aegyptij predicatione Marci Euangelistae ex parte sint conuersi, non tamen omnes, sed pauciores, & lentius: Aethiopes vero predicatione Matthei conuersi sunt magna ex parte, vt notat Genebrardus, & allegati historiam Matthei apud Abdiam Babylonium, & Eusebium, & Hierony. in catalogo: Sed alia expositio est per Aethiopiae hoc loco gentes indifferenter significari, vt exponunt Hieronym. Aug. Casiodor. & Glossa, ita vt ex parte totum intelligatur. Dicitur autem praenisse manus gentium Deo, quia antequam a Deo propter suam incredulitatem ultimo exitio delerentur, praedicationibus Apostolorum ad fidem conuersa est. Sic Magi ex Aethiopia, & gentibus praenuerunt Iudaeos, quibus remanentibus in Hierosolyma, ipsi Dominum infantem in praesepio de longinquis regionibus venientes adorauerunt. De quo etiam intelligitur illud Psal. *Coram illo procedunt Aethiopes, & inimici eius terram linguam*, id est, qui fuerant antea inimici propter idolatriam. Et quidem hunc Psal. tam Catholici quam Hebraei de Messia praedictum exponunt. De gentibus autem ad Christum in Ecclesia congregandis legimus quoque Psal. 86. *Ecce alienigenae, & Tyrus, & populus Aethiopiae, hi fuerunt illic*, sicut exponunt August. Hierony. Casiodor. Glossa, Lyranus & Iansen. quod coepit impleri, quando Chananae egressa de finibus Tyri venit ad Christum. Item quando Aethiops Eunuchus Candacis reginae baptizatus a Philippo, multos in patria legitur conuertisse, quorum reliquiae usque hodie permanent. Sed pro eo quod vulgata & Septuag. vertunt. *Hi fuerunt illic*, in Hebraeo est; *Zelulad Sam.* Hic natus est ibi, id est, Christus natus est in Ecclesia, vt exponit Genebrardus. Vnde Chaldaeus vertit. Hic rex iste vnctus fuit ibi. & OI, fuit duplex lectio in fonte, ideo vtraque placet erudit.

Praeterea legitur Isa. 18. *Vae terrae cymbalo alarum, quae est trans flumina Aethiopiae, quae mittit in mare legatos in uasis papiri super aquas.* De quo tres sunt expositiones. Prima est Eusebij, Hieronij. Haymo. D. Tho. & Lyran, terram alarum cymbalum hoc loco appellari Aegyptum, quae Iudaeis a saluarum suarum protectionem frequentissime

Lyra. Hierony. Aug. Casiod. Glossa.

Matth. 2.

Psal. 72.

Psal. 86. August. Hierony. Casiod. Glossa.

Lyra. Iansen. Matth. 15.

Aet 8.

4
Isai. 18.

Euseb. Hierony. Haymo. D. Thom. Lyra.

polliceba-

Hierony.

Plin.

Matth. 18.

Leo. Castro.

Iustin.

pollicebatur, trans flumina vero Aethiopiae esse dicitur, id est, trans septē riuos Nili vt Hierony. ait, quem ex Aethiopia in Aegyptum decurrere nemo dubitat. Dicit autem Plinius lib. 13. cap. 11. papyrum esse arbusculam in palustribus Aegypti, ex qua fiunt chartae, & texuntur leuiores nauigia. His enim nauigijs papyraceis legatos mittebant Aegyptij Iudaeis auxiliū, si rebellassent, contra Babylonios promittentes, idque contra prohibitionem Dei, propterea & Iudaei, & Aegyptij vastati sunt, & puniti, quia sibi ad inuicem scandalum frequenter dabant, quod ne facerent, longe ab inuicem separati in captiuitatem ducti sunt. Sic hortatur Christus Dominus. *Si manus tua, aut pes tuus scandalizat te, abscinde eū, & projice abs te. Item: Vae autem illi, per quem scandalum uenerit. Secunda expositio est Leonis Castro, qui super Isai. dicit, terram hanc, quae uocatur cymbalum alarum esse Iudaeam, quae misit legatos ad omnes mundi prouincias teste Iustino in Dialogo contra Triphonē, vt ubique blasphemaretur nomen Iesu Nazareni. Sed haec expositio nemini probatur, cum Iudaea non sit terra trans flumina Aethiopiae. Tertia expositio est acutior quorundam recentiorum, qui putant Aethiopiam Orientalem, & nouum orbem usque ad Sinas à Lusitanis inuentum hoc loco praeuunciari. Est enim terra, quae instar cymbali tinnitum suum ad nos usque misit, uellicatione nauium Lusitaniae, & usque ad nostra. fere tempora in sua permanit idolatria, multis flagitijs obnoxia. Est etiam trans flumina Aethiopiae, non solum ultra septem Nili riuos, sed etiam trans magna flumina Nigrim, qui nigras habet arenas, & Indum, & Gāgem. Quadrata etiā, quod subdit Isaias melius quam terrae Aegypti, dicit enim: *Itē angeli ueloces ad terram conuulsam, ad populū terribilem, post quem non est alius.* Vbi per angelos ueloces intelligit praedicatores, qui hodie illuc uelociter pergunt. Ipsa uero terra conuulsa est, & populus terribilis, postquē nō est alius nobis haecenus cognitus: quod nullo modo ad Aethiopes Meridionales referri potest, qui neque conuulsi sunt à nobis, sed omnibus noti, & maxime Iudaeis, neque terribiles, neque dici potest, post eos non esse alium, quod tamen recte quadrat Sinis, & Iaponijs.*

Nam Sinæ sunt in ultimo loco Orientis, ita ut neque citra, neque ultra sint alij magis Orientales, & ita ultra eos nō est alius, ad quos praedicatibus modo religiosi Societatis IESV clangor euangelicae tubae peruenit. Sic explicat inter alios Fredericus Lumnus lib. 2. de extremo Dei iudicio, cap. 4. Nec mirum si Hieron. & alij antiqui hunc sensum non attigerunt, quia ut inquit Irenaeus lib. 4. contra Hæres. cap. 43. uaticinia occulta non intelliguntur saepe numero, donec completa sunt, hoc autem ea tempestate non erat impletum. Quod uero obijcitur de papyro, quasi quod in solo Nilo apud Aegyptios in palustribus oriatur, legendus est Plin. lib. 5. ca. 8. ubi in fluuio Nigri nasci quoque affirmat his uerbis: *Ante omnes Homerus bipartito tradit Aethiopus ad Orientem, Occasumque uersos, Nigri autem fluuio, unde Nigritae disti, eadem natura quae Nilo est, calamum, & papyrum, & easdem gignit animantes, eisdemque temporibus augetur.* Hec Plinius. Unde sententia Frederici Lumnij satis probabilis est, quamuis prima expositio celebrior fuerit olim, & à doctoribus magis recepta, quique eam tenuerit, nulli erit reprehensione obnoxius. Quod uero Isaias ait, *Itē angeli ueloces*, idem ualeat, quod illud Ioan. 20. *Sicut misit me pater, & ego mitto uos.* & *Ego misit uos, ut eatis, & fructum afferatis.*

Porro Sophoniae. 3. sic scriptum est. *Ultra flumina Aethiopiae inde supplices mei, filij disperforum meorum, deferent munus mihi.* Hunc locum duas habere expositiones inuenio. Prior est de conuersione Aethiopum meridionalium, id est, ultra riuos Nili, ut paulo ante dicebamus. Ita exponunt Euseb. & Hierony. Sed Rupertus, Glossa Interl. & Lyra. aliam adhibent expositionē, intelligunt enim de conuersione remotissimarum gentium, quae circa finem mundi conuertentur, quas sub nomine Aethiopiae comprehendunt. Quidam etiam recentiores eruditi ab euentu completo prophetiae de conuersione Aethiopiae Orientalis, & gentium usque ad ultimum terminum Orientis intelligunt, quae sunt non solum ultra flumina parua Aethiopiae Meridionalis, quae sunt riuus Nili, sed etiam ultra magna flumina Nigrim, Tigrim, Gangem, Indum, sicut in superiori numero dicebamus. Fauet autē huic sen-

tentiae

Fredericus.

Irenaeus.

Plin.

Homerus.

Ioan. 20.
Ioan. 15.

5
Sopho.

Euseb.
Hierony.
Rupert.
Interlin.
Lyra.

Chald.

Rupert.
Glossa inter.
Glossa ordi.
Lyra.

Matth. 8.
Ioan. 10.

Plin.
6
Isai. 48.

Hierony.
Cyrill.
Procop.
Glossa.
Lyra.

tentiae uersio Paraphrastris Chaldaici, nā quod Septuag. dixerūt, de finib⁹ fluminū Aethiopiae, ille, uidelicet, uertit, Ab uteriori ripa fluuiorum Indiae. Non est ergo quod expositio prior Hieronymi & Eusebij praedictet huic posteriori explanationi, cum huic faueant Rupert. Glossa Interlin. & Glossa ordinaria, atque Lyranus, & Chaldaicus Paraphrastris. Accedit exitus, quod prophetiae magnū huic expositioni lumen affert. Praeterea, quia propheta planē non de quacunque communi conuersione gentium propinquarum, sed de aliqua remotissimarum nationum mirabili, & famosa loqui uidetur, cum dicit quasi gloriando: *Ultra flumina Aethiopiae inde supplices mei, filij disperforum meorum, deferent munus mihi.* Neque non quadrat religiosi hominibus, ut qui dispersi sunt ad Orientem, & Occidentem, non propter aurum, & argentum, sed propter infidelium conuersionem dicantur filij disperforum Dei, id est, filij Apostolorum, qui missi sunt in omnem terram. Munus etiam quod attulerunt, Christo, & Ecclesiae Romanae tempestate nostra tota Hispania, & Italia, ipsaque urbs caput orbis uidit sub Gregor. XIII. quando ex insulis Iaponicis, & India Orientali per mare Sinarum patres Societatis IESV filios regum illarum gentium supplices, tanquam munus egregium attulerunt Christi Vicario. De quo Dominus dicebat Matth. 8. *Multi ab Oriente, & Occidente uenient, & Ioan. 10. Alias oues habeo, quae nō sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & erit unus ouile & unus pastor.* Quamuis qui uoluerit cum Hierony. & Eusebio de Aethiopia Meridionali hunc locum intelligere, cum utraque sit expositio probabilis, optio datur lectori, quem remittimus ad numerū proxime praecedentem, ubi ostendimus in fluuio Aethiopiae Orientalis, qui dicitur Nigris, non secus nasci papyrum, unde fiant nauigia quam in palustribus Nili, autore Plinio.

Legimus etiā in Isaiā, *Dedi propitiationē tuam Aethiopiae, & Saba pro te, ex quo honorabilis factus es in oculis meis.* Vbi ad Ecclesiam primitiuam ex Iudaeis, & Apostolis congregatam sermo dirigitur, ut exponit Hierony. Cyril. Procop. Glossa & Lyra. Vertunt autem Septuag. hoc modo. *Feci commutationē tuam Aegyptum, & Ae-*

thiopiam, & Syenem pro te, id est, o Ecclesia, dicit Dominus, pro sanguine quem fusura es in Apostolis, & martyribus, dū conuertere ad fidem niteris gentilium populos, dedi tibi Aegyptum, Aethiopiam, & Syenem, quae ponitur pro ultimo termino terrae, itaque ego conuertam has gentes ad fidem in gratiam tuam, & ut sint tibi in coronam gloriae. Sic exponit Glossa, vel ut ait Procopius, ut tu Ecclesia sis, quasi propitiatio & acceptum sacrificium pro peccatis istarum gentium, quod intellige de congruo. Itaque sicut Dei filius, de condigno, ut ita loquamur, fuit propitiatio pro peccatis nostris, ita martyres sanguine fuso de congruo propitiatio sunt pro gentium conuersione. Et additur in textu, *Ex hoc quod honorabilis es in oculis meis, id est, ad honorandum te. ut impleatur uerbum Christi; Qui mihi ministrauerit, honorificabit cum pater meus, qui in caelis est.* Sic honorificauit Deus Iacobum Apostolum, in cuius laboris, & peregrinationis gratiam conuertit Hispaniam, etiam post obitum eius gloriosum. Sic honorauit Petrum, & Paulum, quorum impetratione Romam traxit ad fidem. Sic profecutus est honore Mattheū, cuius intuitu conuertit Aethiopiam, item Bartholomaeum, cuius gratia Indiam ad fidem adduxit. Iste est ille fructus honorificus de quo Dominus ait: *Ego posui uos, ut eatis, & fructū afferatis, & fructus uester maneat.* Sic deniq; exponi potest illud Ioan. 20. ubi Dominus dicit. *Sicut misit me pater, & ego mitto uos, id est, sicut misit me pater, ut propter merita mea de rigore iustitiae conuertantur electi, sic & ego mitto uos, ut propter merita uestra saltem de congruo, traducantur infideles ad fidem.*

Praeterea apud Isaiam sic habes: *Hec dicit Dominus, labor Aegypti, & negotiatio Aethiopiae & Sabae, uiri sublimis ad te transibunt.* Quem locum Lyra. secutus Hebraeos ita exponit, ut putet ad Cyrum regem Persarum haec uerba dici, qui Aethiopiae victurus erat, & gentes, quae sunt ultra Aethiopiae. Sed excluditur cōmentum hebraeorum, quos sine fundamento sequitur Lyra, quia, ut inquit Hierony. statim sequitur. *Verē tu es Deus absconditus, Quod quomodo quæso, Cyro poterit quadrare? Ideo ad Christum potius dici tenendum, censet Hieronymus, qui omnes has gentes*

Glossa.
Procop.

Ioan. 12.

Ioan. 15.

Ioan. 20.

7
Esa. 45.

Lyra.

Hierony.

per

per Apostolos suos Euangelij verbo subiugavit: pulchre autem addit Hieronym. in textu dici: *Labor Aegypti ad te ueniet. Quia in pluribus idolis colendis usque ad cepas, pepones, & serpentes laborauit Aegyptus.* In quo sensu intelligi etiam potest illud, quod Dominus dixit: *Venite ad me omnes qui laboratis, &c.* Supple in multis adorandis Idolis, & Deum vnum adorare. Hunc etiam locum Isaia non de Cyro, sed de Christo explicat Ambros. libr. vnico de fide, cap. 2. Tertullianus lib. aduersus Praxeam. ca. 9. Cypria. lib. 2. aduersus Iudaeos. cap. 5. Hilarius, lib. 4. de Trinitate, qui conceptum impleri ait, quod dixit Isai. *Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopiae, & Sabaim, uiri sublimes ad te transibunt, quando Magi ab Oriente uenerunt Hierosolyma dicentes, ubi est qui natus est rex &c.* Sic etiam explicant Euseb. lib. 5. Demonstrat. ca. 4. & Cyrillus super Isaia, Procopius quoque, & Theodor. maxime quia nunquam legitur Cyrus Aethiopus uicisse, nec minus inuisum est commentum Vatabli, qui dum Iudaeis fauet contra omnes patres, hoc refert ad Senacherib, quod refutatione non eget, ubi enim legitur in exereitu Senacherib Aethiopus uenisse, adorasse que in exercitu Senacherib Deum Israel? Mira quidem audacia est, sine fundamento contra communem sanctorum sententiam loqui.

Iam vero videndum est, quem sensum habeant uerba illa Abacuc: *Pro iniquitate uidi tentoria Aethiopiae, turbabuntur pelle sterre Madian, ubi secundum Hierony. nomine Aethiopiae non tam ipsa natio Aethiopiae, quam peccatores intelliguntur, & maxime auari moribus denigrati & demoniis similes, de quibus ait Propheta: Pro iniquitate, subaudi multigena, & praesertim auaritia, uidi tentoria Aethiopiae, supple turbata, peccatores enim Deo iudicante turbantur.* Sic turbatus est Herodes ambiciosissimus & auri cupidus, cum Magos audiuit interrogantes. *Vbi est qui natus est Rex Iudaeorum? Et tota Hierosolyma cum illo turbata est, quasi tentoria Aethiopiae.* Vbi notandum loco Aethiopiae in Hebraeo haberi Chusan, mendose tamen legendum quippe est, Chus, aut Chusi. Quod uero Aethiopes metaphoricè in historico sensu secundum phrasim scripturae peccatores significant, habes Amos. 9. ubi

Dominus ait: *Nunquid non ut filij Aethiopum uos estis mihi filij Israel?* Sicut Hispanicè per opprobrium homo uilis uocatur aethiops aut niger.

Præterea Psa. 73. dicit Propheta: *Tu cõ fregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Aethiopum.* Quod de Pharaone in mari Rubro submerso cum exercitu suo omnes patres exponunt, qui metaphoricè draco uocatur. Sed illud controuertitur, quomodo cadauera Aegyptiorum data sint in escam populis Aethiopum, cum in littore maris Rubri non habitent Aethiopes? Ad quod respondet Vatablus & Iansenius phrasim esse consuetam, ut qui se vindicant de hostibus suis, dicantur comedere carnes eorum. Sic Aethiopes, qui hostes erant Pharaonis, dicuntur comedisse carnes eius, quia gauisi sunt de eius interitu, quamuis Gueuara super Abac. & Genebrard. hic intelligant melius per populos Aethiopum Madianitas, qui habitant circa mare Rubrum, quia inde erat uxor Moyse, quæ uocatur Aethiopiissa. Num. 12. Item mare Rubrum duo habet littora, alterum uocatur Arabicum ubi erant filij Israel & oppositum Aethiopicum.

¶ Quod legimus in Isaia de transmigratione Aethiopiae expositum est supra in dictione Aegyptus. n. 9. ¶ Præterea de vastatione & desolatione Aethiopiae propter peccata sua prædicitur Ezechie. 30. Danielis. 11. G. & Sophoniae, D. ubi nihil occurrit intellectu difficile.

CAPVT. LIX.

Affligere e, afflictio, afflictus.



AFFLICTIO in scriptura dicitur Hebraicè Ed. Iam uero uerbum Affligere lagath.

Affligere compositum est à uerbo fligo antiquo & præpositione

Ad, significat autem terræ allidere, uel etiã opprimere, uel dolore afficere. Vnde quot modis quis opprimitur, aut male mulctatur, tot modis affligi dicitur in scriptura. Sic Aegyptij Hebraeos oneribus affligebant. Sic Annam, ante quam edito Samuele sterilitatis notam ablueret, affligebat impropertis æmula eius. Sic Do-

Job. 2.

minus Satanae de sancto Iob dixit: *Tu uero commouisti me aduersus eum, ut affligerem eum frustra. id est sine culpa eius.*

2

Leuit. 16.

Num. 29.

Deute. 16.

Isai. 58.

Hierony.

Psal. 37.

Math. 6.

Chryf.

Regula.

3

Job. 30.

Affligere dicitur, animas suas quæ ieiunij sacco, & similibus macerationibus poenitentia agunt. Sit legimus Leui. 16. *Sabbathum requiescit, affligetis animas uestras.* Et rursus. *Decima dies huius mensis septimi erit uobis sancta: affligetis animas uestras.* Hebraice pro affligetis, est uerbum anah, quod significat affligere & humiliare curuato capite, sic etiam accipitur Deut. *Septem diebus comedetis absque sermento afflictio animam panem.* Item Isaias. *Nunquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam?* Super quem locum Hiero. Non (inquit) querit Deus afflictionem solam, & humiliationem animæ per iniuriam corporis, ut instar circuli torqueat corpus, & colla submittat; iuxta illud, quod in Psal. legitur, *Afflictus sum, & humiliatus sum nimis, nec ut sacco quis uestiat, & in cinere dormiat, quod de Dauid, & Achab legimus, sed ut cum istis hæc faciat, quæ sequuntur, &c.* Vnde ex uerbis Hieronymi locum Euangelij Math. luculentius intelliges, ubi Dominus ait: *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Nec enim prohibet ieiunantes ex afflictione, & maceratione carnis esse tristes, quod etiã Chrysoft. super eundem Math. locum adnotauit, sed prohibet simulare tristitia ad captandam auram popularem. Est ergo obseruanda regula contra hæreticos ad legitimam intelligentiam scripturarum. Poenitentiam, & ieiunium afflictionem animæ passim uocari, neque enim ieiunium intelligitur temperantia quædam modesta ciborum, & potus, sed usque ad afflictionem animæ, de quo frequenter in scriptura exempla reperies, ultra ea quæ citauimus.

Affligit Deus aliquem aperta pharetra secundum phrasim scripturae, quando illi omne genus plagarum infligit, sic legimus Iob. 30. *Pharetram suam aperuit, & afflixit me.* Sed Rabini uulgatam reprehendunt, quia in Hebraeo non est pharetra, sed uox יתר Ieteri, quæ significat funem, ut patet Iudic. 16. *Si septem sumibus, &c.* Ad quod respondemus in uoce Ieteri corrupte poni in fine jod, quod significat meum, pro uau, quæ significat suam: Dein de uoce Ieter non solum funiculum signi-

ficat, sed etiam reticulum, & telam, ut patet Leui. 3. ubi legimus, *Reticulum quod pendet ex iccore, ubi est pro reticulo Ieter, ponitur etiam pro adipe Leui. 4.* Vnde in loco Iob præsentis accipitur, pro pharetra quæ fiebat ex tela ad modum reticuli, in quo sicut in sacco sagitte seruabatur. Recte ergo uulgata uertit, *Pharetram suam aperuit.* Super quem locum Beda. *Pharetram, inquit, existimo multitudinem plagarum, & D. Thom. addit Pharetra est diuina dispositio, ex qua hominibus aduersitates proueniunt, quæ aperta esse dicitur propter abundantiam aduersitatum.* Denique beatus Gregor. *Pharetra, inquit, est consilium occultum, unde sententiam Deus emittit. Quod etiam sequitur Glossa. Sic Deus aperuit pharetram suam, & afflixit in hac uita tres pueros in fornace Babylonis, Danielem in lacu leonum, Ionam in tempestate, Saulem in itinere, Lazarum quoque uiscerofum ad ianuam diuitis iacentem, ut eum propter patientiam in obitu portarent Angeli ad sinum Abraham. Sic & Mariam Deiparam aperta pharetra pater æternus afflixit, de qua Si-meon Luc. 2. *Tuam, inquit, ipsius animam prætransibit gladius.* Sic denique Apostolos aperte pharetra affligendos prædixit: *Venit, inquit, hora, ut omnis qui interficit uos arbitretur se obsequium præstare Deo.**

Afflictionis dies, locus, & tempus uocatur in scriptura sancta mundus iste, & uita præsens, in bonum quidem iustorum, in malum autem reproborum. Sic Iob. *Possident (inquit) me dies afflictionis.* Super quem locum Gregorius. *Nunc (inquit) tempus afflictionis est bonis, ut sequatur eos exultatio quandoque sine tempore. Hinc ab eis aliàs dicitur Psal. *Humiliasti nos in loco afflictionis.* Locus namque afflictionis est uita præsens: Hæc Greg. Cæterum, nec calamitatum fluctibus in hac uita iusti penitus obruantur, quædam illis prospera inter tristitia succedunt. Propterea tempus illud speciale, ad eorum probationem diuina prouidentia præfixum, per excellentiam dies uocatur afflictionis eorum. Vnde Propheta Psal. 17. *Præueniunt me, subaudi hostes, in die afflictionis, & factus est Dominus protector meus.* Quod expositore Lyrano de illa lo tempore Dauid cecinit, quando primum*

Matth. 11.

Ambros. Tertul. Cypria. Hilari.

Matth. 2. Euseb. Cyril. Procop. Theodo.

Vatabl.

8

Abac. 3. Hierony.

Matth. 2.

Amos. 9.

Iansen. 2. Reg. 22.
Glossa: Hierony. August. Casiod.
Luc. 21.
Ioan. 16.
5
Hier. 2.
Eccles. 12.
Hierony.
Luc. 19.
6
Isai. 63.
Hierony.
Ephes. 4.
Chrysof.
Theophy. D. Tho.

Saulis, deinde vero Absalonis, & aliorum hostium impetum sustinuit, quomodo etiam explicat Iansen. Enim vero hunc Psal. 2. Reg. 22. David decantauit, parta de omnibus suis hostibus gloriosa victoria. Nam expositio Glossæ, Hierony. Aug. & Casiodo. qui de persecutionibus Ecclesiæ hunc Psal. interpretantur, allegorica est, & quadrat profecto pulchre in sensu mystico tam Apostolis, quam martyribus, quorum singuli dicunt: *Præueniunt me in die afflictionis, & factus est Dominus protector meus.* Ideoq; de illis filius Dei prædixit. *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de capite uestro non peribit.* Item Ioan. 16. *Tristitia uestra uertetur in gaudium.*

Afflictionis tempus, quando accipitur in malum, initium est dānationis, & mortis periculosa, sic Hierem. 2. Synagogæ dicitur à Babylonijs vastandæ. *Vbi sunt diuiti? surgant & liberent te in tempore afflictionis tue, & Eccles. Memento creatoris tui, &c. antequam ueniat tempus afflictionis, id est mortis, vbi Hiero. Sic (inquit) adolecētia tue uia gradere, ut mortis ultimæ recorderis.* Hæc Hieron. Et certe huius tēporis oblita erat Hierusalem, super quam Dominus fendo dixit: *Si cognouisses & tu.*

Affligere & contristare Spiritum sanctū phrasis est per metaphorā in scripturis recepta, quādo quis ea facit, quæ si spiritus sanctus perturbationibus nostris subiaceret, moestitudine afficeretur. Sic legimus de reprobis Iudeorū Isai. 63. *Ipsi uero ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritū sancti eius.* Super quē locū Hieron. Ipsi (inquit) non crediderūt, & exasperauerūt Spiritū sancti eius, id est Christi. Et infra: *Quāobrē Apostolus præcipit. Nolite contristare spiritū sanctum, in quo signati estis, quia Spiritus sanctus recedit à cor = pore subdito peccatis, & in peruersam animā non ingreditur.* Hæc Hierony. Item Chrysof. super Ephes. 4. *Nolite contristare spiritū sanctum, si cōtumeliosum (inquit) verbū dixeris, si percusseris fratrem, non illū percussisti, sed Spiritū sanctū cōtristasti.* Eodem modo Theophyl. ibidē, & D. Th. super eundem locū. Spiritus (inquit) sanctus dicitur cōtristari, vel affligi, quādo cōtristatur à nobis ille, in quo, est Spiritus sanctus. Hæc ille. Sic affligebant spiritum Christi sanctū Pharisei dicentes. *In Belze-*

Luc. 11. Ioan. 8.
Psal. 16. Hierony.
7 Eccles. 1.
2. Cor. 11.
Hierony. Interl. Lyr. Matth.
8 Eccles. 1. Lyr.
Ezech. 1.
Sapiens. Hierony.
Matth. 1.
Psal. 106.
Matth. 11.
9 Iob. 20.
Matth. 25.

bul principe dæmoniorū eijcit dæmonia. Item. *Nō ne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmoniu habes?* Vnde in his, & similibus afflictionibus à Phariseis saepe vexatus clamabat ad patrem cum Propheta, expositore Hieron. *Sub umbra alarū tuarū protege me, à facie impiorum, qui me affligerunt.*

Affligitur qui transfert lapides, sicut dicitur Ecclesiastes. 10. *Qui transfert lapides, affligetur in eis:* Quod per metaphorā pro uerbialiter dictū est, & est sensus, Doctor prauus, qui lapides uiuos de Ecclesiæ cōpage in hæreticorū transfert maceriē, vel ad fidelīū uiciosorum mores, siue id uerbo, siue exēplo suo faciat, tormenta patitur. Itē prælatus rectus, & Catholicus, qui obstinatū in uitijs Christianū, & contumacem excommunicationis censura eijcit de cōmunionē fidelīū, affligetur plane ex cōpalsione super eū, iuxta illud. *Quis scādali zatur, & ego non uror?* Sic exponūt sup Ecclesiastē Hieron. Gloss. interlin. & Lyran. Vnde charitatis affectu dolēdū nobis est, quoties illud Dñi præceptū impletur. *Si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.*

Affligit labor stultos sicut legimus Ecclesiastes. 10. *Labor stultorū affliget eos, qui nesciūt in urbē pergere.* Vbi Lyranus exponit, *Qui pergere nesciunt in sanctorū requiē, & supernam Hierusalē, de qua dicitur Ezech. vlt. Et nomen ciuitatis, Dñs ibi.* Laborat autem omnis stultus etiam in uoluptatibus, & uanitatibus scētadis iuxta illud Sap. 5. *Lassati sumus in uia iniquitatis.* Secunda expositio est Hieronym. qui super Ecclesiastem dicit, ciuitatem esse Ecclesiā militantem Catholicam, de qua Dñs dixit. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Hæc neq; philosophi gentiles, multum licet in suis disputationibus laborantes, neq; hæretici, neq; obstinati Iudei inuenire potuerunt, de quibus Psa. 106. dicitur: *Errauerūt in solitudine, uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.* Nihilominus tamen tāta est misericordia Christi, ut & istis, & omnibus uiosis clamet, in uia iniquitatis laborātib;. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, quasi dicat: Ego sum ciuitas refugij, & recipiam atque reficiam vos.*

Legimus præterea Iob. 20. *Affligetur relictus in tabernaculo suo, subaudi, impius, qui relinquetur in loco inferni, in quē sentētia iudicis Christi detrudetur sine spe ueniē.*

iuxta

Greg. Beda. Glof. Lyr.
IO
Hebr. 11.
5. 7
I
Plin.
2
Isai. 66.
Theodor. Hierony.
Cyrill. Haymo. Glossa. Lyr. Marc. vlt.
I 2

iuxta illud. *Et ibunt hi in supplicium eternū.* Ita explicat hic Greg. Bed. Glof. & Lyr. Afflicti postremo in scriptura dicuntur sancti in hac uita. *Sancti per fidem uicerunt regna, &c. ugentes, angustiati, afflicti.* Sic Ioseph in carcere Genes. 39. Elias fugiens Iezabel. 3. Reg. 19. Elisæus Syros. 4. Regum. 6. Daniel afflicti in lacu leonum, cap. 14. David fugiens Saulem. Psal. 41. *Dum affligit me inimicus.* De his Matth. 5. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.*

CAPVT LX.
Africa.
AFRICA Hebraice uocatur Phul, patet Isai. vlti. Africa vna ex tribus partibus orbis, animantium ferox, semper enim iuxta pro uerbiū Africa aliquid affert noui, est illa, quam Græci Libyam appellauere, ut inquit Plinius lib. 5. cap. 1. quia mare ante eam Liby cum incipiens in Ægypto finitur. Paucissimos habet sinus, diuiditur autem in prouincias, Mauritaniam, Tigitaniam, Numidiam, & quæ speciali nomine Africa nūcupatur. Est & alia prouincia dicta Cyrenē, item Libya, Mareotis Ægypto contermina. Deinde Leuce thiopes habitant, super quos gentes Nigritæ à Nigri flumine dictæ, quod nigras ferat arenas, quod simile Nilo calamum, & papyrum gignit. Hæc ex Plinio à cap. 1. vsque ad. 8.

De Africa meminit Isaias. *Et mittam ex eis, qui saluati fuerint ad gētes, in mare, in Africam, & Lidyam tenentes sagittam, in Italiam, & Græciam, & insulas longe.* Super quem locum Theodoretus & Hierony. completam fuisse dicit hanc prophetiam, quando filius Dei dixit Apostolis: *Euntes docete omnes gentes.* Idem notant Cyrillus, Haymo, Glossa, Lyranus, & alij, cōstat autem Marcum Euangelistam Ægyptijs prædicasse, Petrum uero Apostolum cum Paulo in Italia & Roma, Andream quoque in Græcia, denique quod ait, *insulas longe, tempestate nostra in insulas quas uocant Philippinas, & Iaponias, post Sinas patres diuersarum religionum, & Societatis IESV nauigasse scimus, nec sine fructu conuersionis gentium, quibus tan-*

quam successoribus primorum prædicatorum dicitur. *Ego posui uos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat.* Et sicut misit me pater, ego mitto uos.

¶ De uento Africo, uide in dictione, Aufter.

CAPVT LXI.
Agar.
AGAR ancilla Aegyptia quam Abraham propter sterilitatem primæ coniugis Saræ, secundam duxit uxorem, ex qua suscepit Ismaelem, interpretatur aduena, ab ea dicti sunt Agareni populi Arabiæ, qui modo à Sara Sarraceni uocantur: & quamuis infideles sint, sed propter Abraham, qui uxorem accepit Agar, in temporalibus peculiariter protegūtur à Deo, usque adeo, ut referat Dion in uita Trajani Imperatoris, quod cum eos esset aggressus, & urbem eorū Agaram moenibus nudasset, eos tamē nunquā potuit acie superare, tēpestate cœli tāquam diuinitus perpetuo obstante. De his fit mētio Psa. 82. *Moab & Agareni.* Item. 1. Paralip. 5. *Fugit autem Agar de domo Saræ propter inobedientiam, & rebellionem, quod uitiū omnium malorum radix est: iuxta illud Pauli. Propter inobedientiam unius hominis peccatum intrauit in mundum.* Sic Eua propter inobedientiam paradysum amisit, & nobis & sibi: *Saul quoque rex Samueli, & Domino similiter inobediens regni sui fecit iacturam.* Vasthj regina Assueri iussibus paruifactis, diademate priuata est, sed è cōtrario Maria uirgo dictis Angelicis obediens. *Ecce (inquit) ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum.* Vnde merito regina cœli, mater Dei, & totius humani generis post Christum caput euasit. Denique Agar, quia filium Ismaelem minus honeste educauit, eiecta est de domo Abrahæ cum filio. In typum eorum, qui ob negligentem filiorum educationem de consortio Sanctorum eijcientur, dicente Domino: *Ite male dicti in ignem eternum.*

Ager, Agricultura, Agricola.



AGRICOLA Hebraice dicitur Iogeb. 4. Reg. 25. in plurali Iegebim. Hierem. 5. 2.

Ager locum significat ab vrbibus separatu, comprehenditque tanquam genus varias locorum species, qui ab vrbibus, & oppidis diuiduntur. Nomine quippe Agri intelligimus arua, sic dicta ab eo quod aratur, & excoluntur, iuxta illud: Constituit eum super excelsam terram, ut comederet fructus agrorum, & Psa. Seminauerunt agros. Sic intelligitur illud Luc. in parabola filij prodigi: Erat autem filius eius senior in agro, id est, in agricultura versabatur, ne indulgeret otio sicut frater eius, qui expertus est illud Ecclesiastici: Multam malitiam docuit otiositas.

Ager quoque significat solitudinem incultam: Et immittit in vos bestias agri, quae consumunt vos, & Iob de Struthione dicit: Quando derelinquit ouis sua in terra, & obliuiscitur, quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat, sic & Matth. Considerate lilia agri, quae non laborant. Quasi dicat: Lilia sine vlla solitudine, Dei tantum prouidentia versicoloribus ornantur, non ergo deficient hominibus sine nimia contra legem Dei solitudine vestimentum.

Ager etiam denotat certam terrae partem oppidis singulis ascriptam in ditione singulorum, sic legimus: Cum autem Iosue esset in agro urbis Hiericho, id est, intra limites ditionis ciuitatis illius, Et de oppido quod appellatur Cariatharbe scriptum est, Agros & villas eius dedit Caleb. Praeterea ager significat interdum praedium, quod dictum est a praeda, quae diuiditur de more inter milites veteranos ab Imperatore, quando vi capitur ciuitas, vt inde illi viuant. Sic legimus, quando Samuel explicabat populo regis potestatem, Agros (inquit) uestros & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Item Exod. 25. Sex annis seres agrum tuum, vbi mystice per sex annos vita praesens designatur, quia sex diebus facta sunt omnia, toto ergo vitae nostrae tempore serenda sunt virtutis semina, & in virtute laborandum,

ne dicat nobis pater familias, Quid hic statis tota die otiosi? Est ergo regula in sancta scriptura, agrum plerumque denotare locum laboribus exercendis aptum, & otio contrarium. Vnde in Genesi dixit Ioseph: Putabam nos colligere manipulos in agro. Et de muliere forti dicitur: Considerauit agrum, & emit eum, videlicet, vt fugeret otium. Vnde etiam additur, & panem otiosa non comedit, quod intelligitur de otio quidem vitioso, otium enim sanctum ad contemplationis opus laudatur in Maria. Quae sedens secus pedes Domini audiebat uerbum illius.

Ager in scriptura metaphorice significat hunc mundum varijs laboribus, tam bonorum in bono, quam malorum in malo refertum, sicut in parabola zizaniorum agri Dominus dixit: Ager est mundus, bonum uero semen hi sunt filij regni. Ager quoque metaphorice significat cor humanum in historico sensu, sicut exponit Hierony. in illud Matth. 13. Simile est regnum caelorum grano synapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo. Quis est (inquit) iste qui seminat, nisi sensus humanus, & animus? qui suscipiens granum praedicationis, & fouens sementem humore fidei, facit in agro sui pectoris pullulare? Hae Hiero. Eodemque modo D. Tho. Homo (inquit) seminat in agro suo, hoc est, in corde suo. Eodem modo exponunt Anselm. Beda, Glossa, & Abulen. Et certe non seminat, qui obliuioni tradit, neque qui memoriae mandatur, sed operari negligit, quin imo ille uere seminat, qui cooperatur cum applicatione animi, & summa diligentia, iuxta illud: Dum tempus habemus operemur bonum.

Ager in quo thesaurus dicitur absconditus in parabola regni caelorum, varie quidem a sanctis patribus explicatur. Chrysostomus enim in agro huius mundi thesaurum praedicationis absconditum intelligit. Vbi factatores huius mundi latet, quantumvis sibi prudentes esse videantur, iuxta illud Matt. Qui abscondisti haec a sapientibus, & prudentibus, &c. Secunda expositio est Hieron. Agrum hoc loco carnem esse Christi, in qua latebat thesaurus diuinitatis. Thesaurus (inquit) iste in quo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei absconditi, aut Deus uerbum est, qui in carne Christi uidetur absconditus, aut sanctae scripturae, in quibus reposita est notitia Saluatoris. Hae Hiero. Cuius sententiam confirmat illud Isaie. Vere tu es Deus absconditus. Tertia expositio est

Beda,

Greg.

Sapient. 4. D. Thom.

Sapient. 7.

D. Tho. Aug.

6

Ioan. 15.

2. Cor. 11. 1. Cor. 3.

Athanas. Basil. Cyrillus. Ambros.

August. quem sequitur Beda, agrum esse uetus testamentum, sub cuius cortice absconditus est thesaurus Euangelij. Quem sensum non parum corroborat uerbum Domini in fine huius parabolae subinferentis. Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo noua, & uetera, id est, mysteria noui, & ueteris testamenti. Quarta explicatio est Greg. in homilia, per agrum intelligi disciplinam mandatorum Dei, & consiliorum Euangelij, in qua latitat studium, uel desiderium caeleste tanquam thesaurus opulentus. Quam sententiam confirmat illud Sap. Concupiscentia sapientiae perducit ad regnum caeleste Quinta est D. Tho. in Comenarijs Matthaei, ubi agrum interpretatur Ecclesiam, in qua thesaurus doctrinae sacrae absconditus latet. Ille inquam thesaurus sapientiae, de quo legimus, infinitus enim thesaurus est hominibus. Quae expositiones mihi probantur. Neque enim obstat, ut supra dictum est, eundem scripturae locum plures habere historicos sensus, ut inquit D. Tho. 1. par. quaest. 1. art. 10. ex August. in lib. de Confes.

Agricola dicitur Deus metaphorice, & doctores Ecclesiae, & doctores olim Synagoga. Primum quidem Christus ait. Ego sum uitis, & pater meus agricola est. Vbi August. & talis quidem agricola, ut det etiam intrinsecus incrementum. Hae ille. Quia Deus dat exterius vires ad operandum, & interius gratiam, sicut Paulus ait: Gratia Dei sum id quod sum; & 1. Corinth. 3. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Ceterum illud hic notandum est, quod ex hoc loco Arrius occasione accepit, ut diceret, filium minorem esse patre, quia uitis minor est, & alterius substantiae, quam agricolam, de quo mentit Athanasius in disputatione contra Arrium in concilio Niceno. Basil. lib. 4. contra Eunomium, Cyrillus lib. 1. 2. ca. 13. in Ioan. Ambros. lib. 4. de fide ca. 7. ubi refutant argumentationem heretici, quia non ponitur similitudo ad ostendendam eandem, uel diuersam substantiam, alioquin discipuli essent eiusdem substantiae cum Christo, quia uitis, & palmites eiusdem naturae sunt, quod tamen Arrius negabat dicens, Christum maiorem esse homine, & angelo natura, sed minorem patre: Ergo similitudo alio tendit, scilicet, ut ostendat, tam

Christum in passione a patre, quasi scindendum, & colendum instar uitis. non quod egeret ipse cultura, sed pro nobis, quam etiam Apostolos ut palmites esse purgandos: & ita similitudo uitis conuenit Christo secundum humanitatem, ita tenet Hilarius lib. 9. de Trinitate, quia nisi carnem (inquit) assumpsisset, nemo ei ut palmes per fidem ad haerere posset, ita etiam Athanasius loco citato. Sed quid dicemus ad Cyrillum qui lib. 1. o. c. 13. asserit, ratione diuinitatis uisum esse Christum: Sed expedita responsio est, utrumque in Christo requiri, ut esset uitis, scilicet, personam diuinam & naturam humanam. Vnde August. tract. 81. Quamuis (inquit) Christus uitis non esset, nisi homo esset, tamen gratiam palmitibus non praeberet, nisi Deus esset.

Agricolae uocantur Apostoli, & praeterea ex gentibus conuersi Isa. 61. Et filij peregrinorum agricolae, & uinitores uestri erunt. Vbi Hierony. Saluator ait agricolis vineam, id est, principibus, & pharisaeis. Auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Quae res interpretatione non indiget, quotus enim quisque Ecclesiarum princeps est de Iudaeis, & non potius de alienigenis, atque exterarum gentium hominibus, qui ante idolis seruientes, & alieni a testamento Dei, & peregrini, nunc praesunt Ecclesijs, & dura corda gentilium ad fructus ferendos aratro fidei edomant. Hae Hieronym. Idem notant Procopius, & Cyrillus, in quo mutatio legis ueteris praedicitur, in qua nisi de tribu Leui sacerdotes esse non poterant. Postremo agricolae dicti sunt Pharisaei: Vineam plantauit homo, & locauit eam agricolis. Itae. Misit seruos suos ad agricolas. Vbi Theophylactus, Agricolae (inquit) doctores populi Pharisaei, & scribae sunt. Eodemque modo exponit Hierony. super Marc. 12.

Praeterea agricultura Dei in sacris eloquijs iusti nuncupantur. Dei agricultura estis, Dei edificatio estis. Vbi Chrysostomus, cultura (inquit) non est agricolae sed patris familias, & Theophyl. Quatenus agricultura estis, una concordiae sepe quasi muro firmari debetis. Hae ille. Quasi dicat, iustos concordies esse debere, sicut plateam unius agricolae, sed omne bonum Deo potius tanquam principali agricolae, qui non solum exterius ut

Hilar.

Athanas. Cyrill.

August.

7
Isai. 61.

Hierony. Matth. 21.

Procop. Cyrill.

Mar. 12.

Matth. 21.
Theophy.

Hierony.

8
1. Cor. 3.
Chryso.

Theophy.

Hierony.

Ioan. 15.

1. Macha. 2.

Nahum. 2.

Hierony. Lyr. Rupert.

2. Isai. 10. Hierony.

Matth. 16.

3. Hierony. Esai. 24. Luc. 21.

4. Matth. 11.

magistri, sed interius etiam nos excolit, ac ceptu referre, vt inquit Hiero. super hunc locu. Nos ait, id est, Ecclesie doctores, no potentia sed verbo Dei agriculturam iu- uamus. Cui consonat quod Dominus ait ad discipulos: Sine me nihil potestis facere, & Ego posui nos, ut eatis, & fructum afferatis. Agere, vide verbo Facere.

CAPVT. LXIII. Agitare.



GITARE est commouere, seu concutere. 1. Machab. 2. Antiochus fecit agitare currum suum, sine intermissione agens iter. Inde agitatores curruu dicuntur, qui ad cursum incitant. Agitatores consopiti sunt, id est, qui apud Assyrios in Niniue equos, & currus contra hostes agitabant a Babylonij deuicti consopiti sunt, id est, timore attoniti, & quasi exanimis redditi, vt explicant Hierony. Lyranus, & Rupertus.

Agitare manum est minari, vt exponit Hieron. super illud Isai. 10. vbi de Senacherib. & exercitu eius vna nocte ab angelo percussio Propheta predicat: Agitabit manu super montem filie Sion. Quasi dicat minabitur, sed minas implere non poterit, occisus est octoginta quinque millibus copiarum eius. Sic omnis Ecclesie Catholice hostis Satan, qui agitauit manu contra sedem Apostolicam Petri, minime preualebit iuxta promissionem Domini. Et porta inferi non preualebunt aduersus eam. Agitauit manu Arrius contra Romanam Ecclesiam, sed concidit in concilio Niceno. Agitauit Macedonius, sed corruit in concilio Constantino. Agitauit manum Dioscorus, sed cecidit in concilio Epheso. & sic de alijs.

Agitari terram est commoueri, vel funditus etiam eueri, sub diem iudicij finalis, vt exponit Hieron. super illud Isai. Agitatio ne agitabitur terra. De quo Dominus: Erit inquit in terris presura gentium, &c.

Arundo vento agitata instabilitate significat eorum, qui omni vento doctrine circumferuntur, de quo legimus: Quid existis in desertum uidere? arundinem uento agitata? id est putatis Baptistam, qui de me dixit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, instar calami vento agitati mutare sententiam? sed de hoc latius, dictione, Arundo.

Agger, vide in dictione, Vallu. Aggrauare, vide in dictione, Grauis. Agnus, vide Aries.

CAPVT. LXIII. Agonia.



GONIA concertationem, anxietatem, & angustiam significat. Sic de filio Dei legimus: Factus in agonia prolixius orabat. Quidam male

hunc locum exponunt, quasi quod inter carnem, & spiritum Saluatoris pugna quedam esset, quae Graece a gamma dicitur, sed falsum est quia nulla in carne Christi rebellio fuit, quin potius angor quidam maximus, quem sua sponte suscepit, vt plus pro nobis pateretur: nullum quippe inter tot impendunt mala deitatis auxiliu admittit, nullam a portione superiore, quae beata erat, consolationem. In cuius typum vidit Ezechiel similitudinem hominis a lumbis, & sursum splendore radiatis, propter visionem beatam, sed a lumbis & deorsum flammis aestuabat, propter portionem inferioris agoniam, quam uoluntarie suscepit usque ad sudorem sanguineum, vt ostenderet veram habere carnem, vt tenet Iustinus contra Triphonem, & Irenaeus, lib. 4. cap. 3. Epiphanius in Anchorato. Athanasius ad Theophilum, lib. 6. de Beatitudine filij Dei. Vnde heretici hunc locum de agonia Christi usque ad sudorem sanguinis in multis exemplaribus abraferunt, ne signum uere carnis Christi passibilis tam apertum haberemus. Vnde dicit Hilarius deesse hunc locum lib. 1. de Trinitate, & Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos. Armenij quoque alia ratione abraferunt hunc locum, ne videretur fuisse filius Dei tam pusillanimis, vt agonizans metu mortis sanguinem sudaret, sicut refert Nicon in epist. de religione Armenorum. Ideo contra istos dicit Hilarius lib. 10. de Trinitate, sudorem non posse deputari infirmitati, quia potestate Christus hoc fecit, non secundum naturae consuetudinem. Hec ille. Sed non fuit miraculum sudare sanguinem, vt dicemus in verbo sanguis, sed fuit supra naturae consuetudinem tantam pati agoniam anxietatem sine mortis discrimine, vt praegoniauerum sanguinem sudaret, de quo alias.

Ayonia, Luc. 22.

Ezech. 8.

Iustin. Irenaeus. Epiphanius. Athanasius.

Hilarius. Hieronymus.

Nicon. Hilarius.

CAPVT. LXV.

Ala, & penna.



LA dicitur hebraice Canaph vt patet Exod. 19.

Ala proprie loquendo volucrum, & auium est, binis quippe alis per aera volant, & oua, pullosque in nido fouent. Penna vero dicuntur praecipuae alarum pluma. Ala quoque vocatur inferior pars sub brachijs. Vnde sub ala portare librum dicimus. Ala etiam metaphoricè in exercitu est dextrum cornu, vel sinistrum: vnde Liuius lib. 7. Decadis tertiae, sinistra inquit, ala a Romanis, & cohortes pugnabant, &c. Iam vero metaphoricè alas habere dicitur Deus, & Angelus, & veteri, & alia multa. Et quidem primum omnium Deus alis suis umbram legitur facere iustis, quod est illos protegere, atque dirigere, vnde Psal. Sub umbra alarum tuarum protege me. Item. In umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas, quasi dicat, vt exponit Augustinus. Tu mihi praebebis umbraculum, & protectionem, ne ab aestu iniquitatis aduram. Praterea. Protegar in uelamento alarum tuarum. Vbi Hieronymus. Dum adhuc inquit moror in hoc corpore, tua muniar protectione. Quod Bernardus pulchre quidem exponit super Psal. 90. Qui habitat in adiutorio altissimi, &c. Et sub pennis eius sperabis, sicut videns inquit uenientem accipitrem mater expedit alas suas, vt pulilli subeant, & habeant tutum refugium, sic nobis parata, & quo dāmodo dilatato finu, extensa est summa illa, & ineffabilis pietas Domini nostri Iesu Christi. Hec ille. Et quidem in hunc sensum mundi Saluator ad Hierusalē dicit: Quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & nolui.

1. Liuius.

Liuius.

Psal. 16. Psal. 56.

Augustinus.

Psal. 20. Hieronymus.

Bernardus.

Matth. 23.

2. Exod. 19.

Deute. 32.

nas propter merita Christi praenisa. Vnde sanitas esse dicitur in pennis Christi, id est in meritis eius per fidem uiam, & sacramenta. Sic legimus Malac. Vobis autem timetibus domino me uenit uoluntate, & sanitas in penis eius. Vbi Hieronymus: Orietur inquit timetibus nomine Dei sol iustitiae, qui uera omnia iudicabit, & nec bona nec mala nec uirtutes, nec uitia latere patietur, & sanitas erit in penis eius, ut sanctos per patientiam portet in humeris suis. Hec Hieronymus. Isti sunt humeri meritorum passionis Christi, de quibus Isaias. Et factus est inquit principatus super humerum eius. Super quem uidelicet ouem portauit errantem, quam inuenit.

Malac. 4.

Hieronymus.

Isai. 9.

Luc. 15.

Isai. 65.

Hieronymus.

Alas describuntur habere spiritus angelici praesertim Cherubim, & Seraphim in scripturis, propter naturae uelocitatem, & celestium contemplationem. Sic legimus: Et Seraphim stabant super illud, sex alae uni & sex alae alteri, duabus uelabant faciem eius, & duabus uelabant pedes eius, & duabus uolabant. Super quem locum Hieronymus. Faciem inquit & pedes eius operiunt, quia & praeterita ante mundum, & futura post mundum scire non possumus, sed media tantum, quae sex diebus facta sunt contemplamur. Et infra subdit: Alas quoque habere dicuntur propter uelocitatem, & in cuncta discursum, siue quia semper in altioribus commorantur. Et singuli alas senas, quia de fabricatione tantum mundi, & praesentis saeculi nouimus. Hec Hieronymus. Quae sequitur Glossa Dionysii. uero Areopagita lib. de celesti Hierarch. c. 3. Illa inquit sex alarum sanctissima fictio absolutissima, summaque in Deum intentionem, in primis, medijs, & ultimis intelligentijs signat. Hec Dionysius. Cuius sententiam Nicolai exprimit his uerbis: Per alas inquit, erectas intelligitur contemplatio diuinorum, quae supra naturam angelicam est, & per duas protensas inferius, cognitio eorum, quae sunt angelis inferiora, per duas uero medias ad uolandum extensas cognitio ipsius naturae angelicae. Et paulo post. Duabus, inquit uelabant faciem suam, id est, ipsorum Seraphim, secundum hebraeos, quae erant extensa non super faciem, sed super capita, quasi transversaliter, & duabus uelabant pedes suos ipsorum, ad quandam decentiam, & honestatem, ut in hebraeo habetur. Hec ille. Et recte feruntur ad superiora duabus supremis alis, quia semper uident faciem patris qui in caelis est, & duabus inferioribus prospiciunt

3

Glossa. Dionysii.

Nicolai.

Matth. 18.

Luc. 2. Luc. 11. 4 Apocal. 4. Glossa. Matth. 18. Lyra. Genes. 1. Oecum. Luc. 10. Matth. 5. 5 Ezech. 1. Ezech. 10. Hierony.

nobis, qui nature conditione sumus eis inferiores, ut pote mortales, unde nobis euangelizant, videlicet: *Euangelizo uobis gaudium magnum, & Marię Gabriel, inuenisti* (inquit) *gratiam apud Dominum.* Medijs autem alis volat ad sui cognitionem, quod quia non fecit Lucifer, cecidit.

Alas senas habebant singula quatuor animalia, quę vidit Ioan. quę quatuor significant euangelistas, secundum omnes patres. Quia ut dicit Glossa. In Euangelijs sex necessaria, quibus ad superna volamus, includuntur, videlicet lex naturalis, contra quam facere nefas est, lex scripta, quatenus figura est Euangelij, vaticinia prophetarum, quibus mysteria gratię predicantur, consilia Euangelica, doctrina Apostolorum, & Ecclesię decreta de quibus dicitur: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus.* Eandem expositionem sequitur Lyranus, quam existimat literalem. Quidquid autem sit, mihi secundum historicum sensum illa expositio quadrat, quę per senarium numerum alarum tanquam per numerum perfectum, in quo creata sunt omnia perfectionem designari putat contemplationis, & scientię Euangelistarum, & verbi Dei predicatorum. Quam expositionem tenet Oecumenius his verbis. Numerus vero alarum perfectionem designat ministerij, quia numerus senarius apud eos, qui sensum supergrediuntur, nihil habet inutile. Hęc ille. Tales esse debent euangelici operarij, perfecti videlicet in scientia & opere charitatis, de quibus Dominus ait. *Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam, & qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno celorum.* Quia sancta rusticitas, quę sibi soli prodest, duabus alis volat in celum: sex autem alis Ecclesię doctores, & predicatorum, qui sibi, & alijs profunt ad salutem.

Alas quatuor habere Cherubim apud Ezech. legimus. Nā quę in principio vocat animalia, postea Cherubim appellat, vbi sic ait: *Et sonitus alarum Cherubim audiebatur usque ad atrium exterius, quasi uox Dei omnipotentis loquentis.* Et quamuis Hierony. quatuor Euangelia per hęc describi, atque per binas alas erectas spirituales, & mysticam Euangeliorum intelligentiā, per alas vero totidem quibus corpora te-

gunt, historicum sensum cum suis metaphoris, & parabolis pulchre existimet designari, nihilominus tamen literalis etiā expositio est illa sine dubio Dionysij lib. de Cœlesti Hierar. ca. 1. 5. dicentis, angelicos spiritus hoc loco à Propheta graphice describi, quos Cherubim appellamus. Subdit autem, sed enim alarum leuitas id in sanctis angelis indicat, quod terreni corporis sarcina liberi, toti absq; vlla admixtione, seu potere ad cœlestia feruntur. Hęc Dionysij. Vnde similes angelis nos esse volebat Christus Dñs, quando dicebat: *Theaurizate uobis thesauros in celo, & ubi est thesaurus tuus ibi est cor tuum,* ut videlicet alis contemplationis, & desiderij cordis quasi angeli ad cœlestia feramur. Sed non incongrue duabus alis Cherubim tegebant corpora sua, & duabus volabāt, ut nos docerent Euangelio obedire dicenti: *Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius,* id est, duabus alis primum ad cœlestia volate, dein de vero sperate corporis alimenta à diuina prouidentia cum vestra industria moderata, quia *hec omnia adiciuntur uobis,* quod est duabus alis corpus tegere.

Pennas venti habere dicuntur propter velocitatem *Volauit super pennas uentorum, & qui ambulat super pennas uentorum,* propter celerem eorum motum. Vnde Hierony. super Isa. 6. Neq; enim (inquit) illud quod de veteris dicitur: *Qui ambulat super penas uentorum,* vere veteris iuxta fabulas poetarum & pictorum licentiam penas habere testatur, sed celerem in cuncta discursum. Et Augustinus, quem citat Glossa super hunc locum, Ventus, ait, est motus aeris, cuius velocitas per pennas designatur. Hęc ille. Pulchre autem dicitur Deus aliquando ambulare, aliquando vero volare super pennas uentorum, quia nonnunquam filius Dei non in istu oculi, ut ita dixerim, sed quasi celeriter ambulando super ventos, inuocantibus preesto erat. Sicut cœcum à natiuitate paulatim illuminauit, prius enim posuit lutum super oculos eius, dein de iussit lauari in natatoria Siloë. Sic etiā apud Marcum surdo, & muto prius saliuam in linguam misit, deinde digitos in auriculas eius, postremo dixit Epheta, quod erat quasi ambulando gressus facere, sed alios quasi super ventos volans in momento sanabat, sicut Cęturioni dixit. *Sicut credidisti, fiat tibi, & sanatus est puer in*

Dionysij.

Matth. 7.

Matth. 6.

6

Psa. 17. Psa. 101. Hierony.

August. Glossa.

Ioan. 9.

Marc. 7.

illa

Matth. 15. 7 Psa. 54. Aug.

Glossa. Matth. 5.

Ioan. 11.

8

Eccle. 10.

Hierony.

Arias Mont.

Vergil.

Esa. 10. Hierony.

Luc. 18.

9

Osea. 4.

Hierony.

illa hora, & Chananeę: *Fiat tibi sicut uis, & sanata est filia eius ex illa hora.*

Pennas columbę legimus Psa. 54. *Quis dabit mihi pennas sicut columbę?* id est charitatis sine felle amaritudinis. Ita explicat August. pennas ait sicut columbę, & tamen non sicut corui, columba à molestijs quęrit auolationem, sed non amittit dilectionem. Et infra: *Quid dicit iste dilector, conuitia hominum ferre non possum, strident, rabie feruntur, utinam requiescam alicubi ab eis separatus corpore non amore.* Eodem modo explicat Glossa: de talibus etiā dicitur: *Beati mites,* quia tamen columba auolat à persecutoribus, Christus mansuetudinem referens columbinam, quando quęrebant eum Iudęi interficere, *iam non palam ambulabat.* Sed dicebat, *Quis dabit mihi pennas sicut columbę & uolabo & requiescam?* Pennę quoque columbę de argentatę referuntur Psa. 67. de quo tamen agimus in dilectione. Columba. Num. 7.

Qui habet pennas per periphrasim de notat auem pennatam, vel metaphorice famam. Sic legimus: *in secreto cubilis tui ne maledixeris diuiti, quia aues cœli portabunt uocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit sententiam.* Vbi Hierony. hyperbolice ait intelligendum, sicut dicere solemus ipsos parietes non celare secretum, vel lapides clamare. Sed Arias montanus in apparatu biblico, *Qui habet (inquit) pennas rumor est, aut fama, de qua dixit Poeta:*

Fama malum, quo non aliud uelocius ullum: Mobilitate uiget, uires que acquirit eundo. Sed alia phrasis est mouere, aut non mouere pennam, de qua legimus: *Non fuit qui moueret pennam, aut aperiret os.* Vbi Hierony. verba esse dicit regis Assyriorum Senacherib suam potentiam iactantis, cui nemo resistere ausus esset, vel hiscere. Sed ille miser angelo exercitum eius percussente ignominiose fugit, *quia omnis qui se exaltat humiliabitur.*

Alas dicuntur per metaphoram demonum suggestiones, vel discursus mentis humanę. Sic legimus apud Oseam, de populo Ephraim idolatra, atque rebeli: *Spiritus ligauit eum in alis suis, & confundetur in sacrificijs suis.* Vbi Hierony. Immundus (inquit) Spiritus idolorum, ita ligauit Israelem in alis suis, ut eum libere volitare non patitur. Hęc Hierony. quasi dicat: *Affixit*

spiritus nequam alas cogitationum populi Ephraim terrę, ne suum agnoscat errorem. Sic cogitationes Phariseorum quasi alas, ita erant terrę alligatę, ut cum uisissent Lazarum à Christo resuscitatum, non solum non crederent, sed dicerent: *si dimittimus eum sic, uenient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.* Ceterum Septuaginta aliter quam nostra vulgata hunc locum Oseę vertunt, videlicet, Turbo spiritus sibilabit in alis eius, quam lectionem sequentes Theophylactus, & Theodoretus exponunt, Turbo spiritus, id est, ventus disperget Ephraim in captiuitatem, propter scelus idolatrię, sed nota hebraice dictio, *Ruah,* gręce dicitur *νεφεμα* quę & substantiam spiritualis personę, atque intellectuales, & ventum quoque indifferenter significat, unde varia versio promanauit: Sed vulgata preferenda est. Sic Satanas ligatus fuit in alis Iudę. *Et post bucellam introiit in eum Satanas.*

Alas Milui describuntur habere duę mulieres, quę in uisione Zacharię amphoram inter cœlum, & terram leuauerunt. *Et habebant (inquit) alas quasi alas Milui, & spiritus in alis earum.* Vbi Hierony. Iudęi (inquit) duas mulieres egredientes, arbitrantur regnum Medorum, & Macedonum, &c. Sed duę mulieres, quę egre diūt, haud dubium quin de terra Iudeę accipiendę sint, cuius decę tribus ab Assyrijs, & duę tribus à Chaldęis captę sunt. Istę duę, & illę decem tribus quasi duę mulieres intelliguntur, & in alis earum erat spiritus, id est, potestas diaboli, à quo mulieres quasi vento, flatu que raptę volatu celeri ferebantur, sub audi, in captiuitatē, quia propter peccata sua captiue ductę sunt, quę peccata cum sua mensura, & grauitate significantur in amphora, & plumbo. Pręterea Hierony. explicat alas earum dici quasi Herodionis secundum versionem Aquilę, Simmachi, & Theodoctionis. Est autem Herodio vel albi coloris, vel stellati, vel nigri, quod genus, nigri inquam coloris sœuissimum est. Ceterum Septuaginta alas Vpuę vertunt, quę auis est spurcissima, & stercoris amica. Et certe talis est spiritus immundus, qui, ne peccator spurcissima peccata sua per confessionem euomat, solet illum reddere mutum, iuxta illud. *Erat iesus eijciens demonium, & illud erat mutum.* Sed quamuis hęc

Ioan. 11.

Theophy. Theodoret.

777

Ioan. 13.

IO Zach. 5.

Hierony.

Hierony.

Luc. 11.

versio de septuaginta pulchra sit, preferenda nihilominus est traslatio vulgata, vt legamus alas Milui hebraice מילוי ab hebrais veteribus miluus qui, vt inquit Hiero. hoc loco, rapacior est, & pullis insidiatur. Sunt ergo ale milui vel cogitationes crudelitatis, & odij cōtra proximū, vel imūde sicut adulterij & fornicationis, atque huiusmodi, quib⁹ anima ab spiritu nequā quasi v̄to rapitur in captiuitatē. De his cogitationibus dicitur: De corde exeunt cogitationes prauae, homicidia, adulteria, fornicationes, &c. Hæc adnotata sunt iuxta Hieronymū. Sed quid nos sentiamus de hac visione Zachariæ, dicemus in distione Amphora.

I I
Alæ duæ quasi aquilæ magnæ datæ mulier i amictæ sole, quibus fugit in desertum propt̄ er Draconis insidias, significant, Ecclesiæ vt exponit Glossa Interl. data esse duo testamēta, vetus, & nouum, vel duas dilectiones, de quibus Dominus ait: Ex his tota lex pendet & Propheta, vel duæ sunt vitæ, actiua, & contemplatiua, in Maria, & Martha figuratæ: vel vt exponit D. Tho. sequutus Glossā, duæ alæ sunt contemptus mūdi, & desiderium præmij celestis. De his dicebat Dominus: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, quod est mundum contemnere, Sed thesaurizate uobis thesauros in celo, quod est celestia desiderare. ¶ Alarum cymbalum vocatur Ægyptus, vel Æthiopia orientalis Isai. 18. de qua vide verbo Æthiopia num. 4.

CAPVT. LXVI.

Alabastrum.



AL A B A S T R V M græca vox est, quæ vas vnguentarium significat ex lapide, qui apud Thebas Aegypti secūdam Bedam reperitur. Est autē species marmoris albi splēdidi, & maculosi, quem Plinius lib. 3. cap. 11. vocat Alabastritem, vnde fit vas seruandis vnguentis aptum, quod vocant alabastrum à verbo græco λαμβάνω quod est capio, apposita præpositione à, quæ in cōpositione quidem negat, quasi quod more anguillæ de manibus elabatur, ita vt capi non possit, vel retineri. Hoc genus vasis attulit Maria Magdalene vnguento

preciosissimo plenum, effudit que super caput Domini recumbentis: Vnguento unxit pedes eius. Bene autem vnguentum attulit in Alabaastro, quod è manibus elabatur, ita vt frangi debeat, vt effundatur vnguentum in typum eleemosyne vnguenta pauperibus effundentium, qui non debent sibi retinere gloriam inanem, sed frangere, ne de illis dicatur: Receperūt mercedē suam.

CAPVT. LXVII.

Album, Candidum, de albare.



AL B V M, & candidū hebraice dicitur Chur. Esther. 1. & 8. vertitur aerei coloris. Et quidem albus color, & cādīdus luci proximus, purus, & valde conspicuus sanctimoniam, & lætitiā significat, vnde Sacerdotes olim in sacrificijs apud Rom. albis induebantur, ex quo ortum habuit illud 12. Aeneidos.

Procedūt castris pura que in veste Sacerdos. Erat etiam signum lætitię & triumphī, nā milites albatī triumphatē ducebant Imperatorem. Sic Claudianus Poeta in quartum consulatum Honorij.

Per Ligurū populos solito conspectior irēs. Atque inter niueas altē ueherere cohortes. Hinc etiam in conuiujs dedecori tribuebatur, nigra veste, & non alba recumbere, Vnde recte Cicero legitur Vatiniū reprehendisse, quod in epulo Quinti Arrij atratus, hoc est, cum toga nigra accubisset, quoniam albis induti accumbere solebant. Ad quem morem alludit Evangelica parabola, in qua rex quidam fecit cenam magnam in nuptijs filij, & cum intraret, & videret discumbentes puniuit seue re conuiuiam non habentem vestem nuptialem, id est albam. Ex qua adnotatione varias intelliges scripturæ phrasēs.

Sic legimus in signum prosperitatis Ecclesię futurę prædictum: Circuitus murorū eius ex lapide candido, & Ecclesiastes ait: Vade, & comede cū lætitiā panem tuum, quia Deo placent opera tua, omni tempore sint uestimenta tua candida, subaudi, in signum spiritualis lætitię, quę & corporalē inestitiā minuit, vel aufert, iuxta illud: Tristitia uestra uertetur in gaudium, quod etiam incipit in

habentibus

habentibus conscientiam bonam in hac vita. Præterea quando triumphator filius Dei apparebit in gloria maiestatis contra impios, in die iudicij dicitur: Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna, & maiestate.

De iudicio Daniel prænunciāns ait: Aspiciēbam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedet, uestimentum eius candidum sicut nix. Item Angelus, qui venit vt Iudā Machabæum iuaret in bello, & triumphum illi cōpararet dicitur apparuisse vt equus, præcedens eos in veste candida armis aureis: & de angelo lætitiæ dominicæ resurrectionis nuntio dicitur. Viderunt iuuenem stantem adextris coopertum stola candida, & de eodem lætitię nuntio legitur: Et uestimentum eius sicut nix. Vnde Greg. homil. 21. in Evangelia, notans hanc regulam ad intelligendas scripturas, Angelus (inquit) qui prænūtiare perennem Domini vitam uenerat, in dextra sedebat, qui stola candida coopertus apparuit, quia festiuitatis nostrę gaudia nuntiāuit. Candor enim vestis splendorem nostrę denūtiat solennitatis. Hęc Greg. Sic Hieremias prosperitatem populi in summam decidisse miseriam, deflens aiebat: Candidiores Nazaræi eius niue, &c. denigrata est facies eorum super carbones. Vbi Hieronymus duabus ait, sententijs ostenditur, quomodo omnis decor prioris populi, quem habebat in ornatu templi, & cultu diuino, propter peccata eorum emarcuerit, & destruentibus hostibus, ad nihilū redactus sit. Hęc Hierony. Sic ascendente in cœlum Salvatore, Ecce (inquit) duo uiri astiterunt iuxta illos, subaudi Apostolos, in uestibus albis, quasi colore ipso uestium dicerent, gaudete, quia vt uobis sedes pararet in cœlum ascendit, sicut dixit: Vado parare uobis locum. Postremo Apocal. 3. Ioannes ait: Qui uicerit, sic uestietur uestimentis albis, id est, triumphalibus, & lætitiā sempiternam præferentibus.

Albę stolę dicuntur, id est, gloriozæ, Apoc. 6. Vidi sub altare animas interfectorū propter uerbum Dei, & subditur, Datę sunt illis singulæ stolę albę, subaudi glorię essentialis animę, sicut explicant Glossa Interlinealis, & Nicolaus, quia vt definitum est in Extrauaganti Benedicti Papæ, martyrum animę, & similes statim uident clare Deū gloriosa uisione, quod etiā definit Cō

ciliū Florent. sub Eugenio. 4. de qua uisione dicitur: Beati mūdo corde, quoniam ipsi eum uidebunt. Sed de hac clara Dei uisione agemus late in uerbo Beatitudo.

Albus equus legitur Apoc. 6. Ecce equus albus, & qui sedebat super eum habebat arcum, & data est ei corona. Est autem equus albus Ecclesia in baptismo dealbata, super quā Dominus sedet transuerberans uerbi Dei sagittis corda gentiliū, vt explicant Gloss. & beatus Thomas. Secunda expositio est Oecumenij, Equus (inquit) albus symbolum est apostolicæ prædicationis, & c. & recte uocatur equus, quia discurrit, & albus, quia vincit, iuxta illud: Predicāte Euāgelium omni creaturæ. Et Nunquid non audierunt? & quidem in omnem terram exiit sonus eorum, &c. Tertia expositio est Ruperti super hunc locum, Equum (inquit) album, & eum, qui sedebat super eum, unum intelligimus Christum, subaudi, in duabus naturis, & recte album, quia de Spiritu sancto sine peccato conceptum, & de Virgine natum. Vnde Math. 1. Quod in carnā tu est de Spiritu sancto est, & rursus: Spiritus sanctus superueniet in te, &c. Sed quamuis pulchra sint omnes istę expositiones, postrema tamen Ruperti magis placet, quia Apoc. 19. sic explicatur: Ecce (inquit) equus albus, & qui sedebat super eum, uocabatur fidelis, & uerax, ubi Glossa: Ecce (inquit) equus albus, id est caro Christi portans uerbum Dei ad bellum contra diabolum. Hęc Glossa. Et certe hoc bellum contra Satanam cœpit ardentius, quando ieiunauit Dominus in deserto, ubi & diabolus profiligauit ad tempus. Sed & exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum, subaudi, filium Dei fidelem, & ueracem, in equis albis, quem exercitum sanctorum hominū intelligit Rupertus in equis albis, id est, in corporibus mundis, in quibus uicerunt cōcupiscentias malas. Sic etiam explicant Glossa & D. Th. Propterea iusti in corporibus gloriosis resurgentes in albis tanquā uictores uocantur aquilæ, quæ auium sunt reginæ: Vbi cunq; fuerit corpus, subaudi Christi, illuc congregabuntur & aquilæ.

Albi equi quadrigæ tertię ex illis quatuor quadrigis equorum, quas uidit Zachariās tertiam mundi significant monarchiam, quæ propitia, & læta fuit Iudis nempe Græcorum, maxime sub Alexandro magno, qui in itis, & propitius ingres-

sus

Matth. 15.

I I

Apoc. 12.

Matth. 22.

Luc. 10. D. Thom. Glos. Matth. 5.

Beda.

Plin.

Matth. 24. Luc. 21. Marc. 13.

Matth. 24.

Virg.

I

Virg.

Claudian.

Cicero.

Matth. 24.

Tob. 13. Eccle. 5.

Ioan. 16.

Matth. 24. Luc. 21.

3 Dani. 7.

2. Mach. 11.

Marc. 16. Matth. 28.

Greg. Regula.

Thre. 4.

Hieron.

Act. 1.

Ioan. 14. Apoc. 3.

4 Apoc. 6.

Interl. Lyr. Extrau. Benedicti.

Florent. Matth. 5.

5 Apoc. 6.

Gloss. D. Thom.

Oecum.

Mar. vlt. Rom. 10.

Ruper.

Matth. 1. Luc. 1.

Apoc. 19.

Glossa. Matth. 4.

Apoc. 19.

Rupert.

Gloss. D. Thom.

Matth. 24.

6 Zach. 6.

Iosephus. sus est Hierusalem, & adoravit Pontificē pronus in terram, vt refert Iosephus. lib. 1. antiquitatum, cap. 8. Item quia in hac monarchia sub rege Antiocho Machabeorum victorias legimus per colorem albi designatas, vt exponit Hierony. super hunc locum, & Cyrillus, & omnes fere patres. Sed de his latius in dictione, Equus, agemus.

7 Dealbare fere semper in bonum accipitur in metaphoris scripturarum, vt obseruauerunt viri doctissimi. Significat enim hæc phrasis iustificationem, vel meriti augmentum, vel prosperitatem post miseriam, raro vero in malum designat hypochrisim, vel defectum virium, atque virtutis. Exemplum prioris partis huius regula est, quod legimus: *Si fuerint peccata uestra ut coctinum, sicut nix dealbabitur.* Vbi Hierony. discedens, ait, a malo, discat bonum, & c. quod si fecerit, tunc peccata quæ prius in modum coctini sanguinea fuerant, dimittentur. Hæc Hierony. In quem sensum Propheta. *Lauabis me (inquit) & super niuem dealabor.* Vbi Aug. De talibus (inquit) sibi exhibet Christus vestem, sine macula, & ruga. Casiodorus vero exponit, ideo super niuem dixisse, quia spiritalis anima longe super corpora mundæ resplendet. Hæc ille, intelligens etiam super solem. Quod confirmat Greg. super eundem locum. Ostendit, ait, quod nulla pulchritudo, quæ inest corpori, valet decori sanctæ animæ comparari: & Hierony. super eundem Psal. Tu potes domine peccatum piceum in lacteum candorē transferre, vel lauabis me per poenitentiam & c. Sic Iota, & dealbata fuit Magdalena: *Cui dimissa sunt peccata multa, quoniam dilexit multum.* Sic & Matthæus publicanus & Zachæus princeps publicanorum qui tenebrosi ad Christum accesserant, super niuem candidi, & super solis iubar fulgidi euaserunt, non secus atque mulier illa amicta sole.

8 Legimus Præterea Psal. *Dum discernit celestis reges super eam, niue dealbabitur in Selmon.* Vbi Aug. Reges intelligit, iustos, qui dealbatur gratia Spiritus sancti super columba deargentata, quæ est Ecclesia, & in monte Selmon, quod interpretatur vmbra, quia sub vmbra meritorum Christi, & non proprijs meritis iustificatur, & discernuntur ab impijs. His Dominus di-

cit: *Oportet uos nasci denuo.* Sic etiam exponit Beda, item Casiodorus, Glossa, Lyranus, & Carthusianus & Haymo, qui reges, Apostolos, & prælatos exponunt & rectores. Quamuis per Selmon, qui est mons iuxta Iordanem cauernis tenebrosus, sed niue candescens, Nicolaus, & Genebrardus non tam Christum significari putent, quam tenebras tribulationum, quæ Apostolis conuertuntur in gaudium, & candorem: *Tristitia uestra conuertetur in gaudium.* Sic Magis tristitia de amissa stella, conuersa est, in gaudium magnum, quâdo rursus apparuit. Matth. 2. Sed alij aliter exponunt vt Augubinus, qui reges in deteriori parte accipi posse putat, pro persecutoribus Ecclesiæ, quia vbi vulgata cū Septuaginta vertit: *Discernit*, hebraice est *Basphares*, id est, *Dum dissipat, & disturbat reges*, persecutores Ecclesiæ, & discernit eos a fidelibus, deinde sequitur in hebræo, *Tashelg*, id est, *niue dealbabitur in singulari*, subaudi Ecclesia in Selmō, id est, in vmbra tentationum, quia Matth. 5. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Legimus in eodem sensu in Apoc. *Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolâs suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni: vbi D. Tho. lauerunt (inquit) a sordibus peccatorum, & dealbauerunt, id est magis & magis candidas fecerunt per imitationem Christi passi.* Sic etiam legimus. *De eruditis ruent, ut consentur, & elegantur, & dealbentur usque ad tempus, id est, vt purificentur, & candorem meritorum auergeant, & eligentur, & dealbabitur, & quasi igni probabuntur multi.* Ex quo intelligimus patientiam in persecutionibus causam esse augmenti maioris meritorum, iuxta illud: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Dealbati in malum dicuntur pharisæi, & hypocritæ, quibus dominus ait: *Similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, & Paul. dixit principi sacerdotum, Percutiet te Deus paries dealbate, id est, hypocrita, non tamen maledixit ei, sed prophetauit.* Albi quoque per metaphoram facti dicuntur rami arboris ficus decorticati: *Gens enim ascendit super terram meam fortis, & c. ficum meam decorticauit, nudam spoliavit eam, albi facti sunt rami eius.* Vbi Hierony.

Ioan. 3.
Beda.
Casiod.
Glossa.
Lyran.
Carthuf.
Haymo.
Nicolaus.
Genebr.

Aeugub.

Matth. 5.

9
Apoc.
D. Tho.

Dan. 11.
Dan. 11.

10
Matth. 23.
Act. 17.

11
Ioel. 1.
Hierony.

ait, sub metaphora locustarum hostium describitur aduentus, locustæ quippe in tantum cuncta populantur, vt derodant arborum cortices, & omni virore consumpto albos ramos, & aridos derelinquant. Sic itaque dicit populum Iudaicum sub typo ficus ab hostibus exhaustum fuisse, & omnino consumptum, propter scelera sua. Sed pulchra est metaphora, quæ decorticatorum dicit in captiuitate Babylonica ramos Iudæorum, quibus adhuc radix manebat Christi venturi, vt habes Matth. 1. vbi postquam dixit captiuum ductum Iechoniâ in transmigratione Babylonis, subdit: *Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel, & deinceps vsque ad Mariam, de qua natus est Iesus.* Ecce mansit truncus, & radix. Sed quia sub Tito Vespasiani nulla radix secundum carnem manebat Iudæis, sed funditus debebantur, *Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam, & c.* Illud etiam notandum secundum Hieronymum, Iosephus hoc loco prophetauit contra Hierusalem, cui frustra contradicit Lyranus, vt notat Burgenfis.

Matth. 1.

Luc. 19.
Hierony.
Lyra. Burg.

C A P V T. LXVIII.

Alexander Macedo:



ALEXANDER cognomento magnus, natione Macedo, Philippi regis filius fuit, de quo fit mentio primo Machab. 1. *Factum (inquit) est, postquam percussit Alexander Philippi Macedo, & c. Darium regem Persarum, & Medorum, & regnavit in loco eius primus in Grecia, & constituit prælia multa, & c. & siluit terra in conspectu eius, & exaltatum est, & eleuatum coreius.* Hæc ibi. Vbi graphice scriptura vitam Alexandri depingit. De morte vero eius subdit: *Et regnavit Alexander annis duodecim, & mortuus est, videlicet a vigesimo ætatis anno, vsque ad trigessimum secundum, quo tempore tam breui, & tam iuuenili ætate, totum fere orbem perdomuisse mirum est.* Propterea Daniel. 7. Pardo vel locisimæ feræ comparatur, vt ibidē Hierony. adnotat. Nihil (inquit) Alexandri victoria velocius fuit, qui ab Illyrico, & Adriatico mari vsque ad Indicum Oceanum, & Gangem fluuium non tam prælijs, quâ victorijs percurrit, & in sex annis

i. Machab. 1.

Dan. 7.
Hierony.

partē Europæ, & omnem sibi Asiam sub iugauit. Quatuor autem capita bestie similibus pardo (quæ visa est à Daniele) quatuor dicit dices eius fuisse, qui postea successores regni extiterunt, Ptolomæum, Seleucum, Philippum, Antigonum. Hæc Hierony. Nequē profuit Alexandro thesauros immensos rapuisse, qui omnia successu tribus suis breui reliquerit, propterea Dominus ait: *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, & rursus. Quid prodest homini, si uersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiatur?* Plinius vero describens Macedoniam lib. 4. cap. 10. quantum Alexander Macedo duodecim regni sui annis regionum orbis obtinuerit, in cōpendium redigens ait. Hæc est Macedonia, quæ Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Casum transgressa, hæc in Bactris, Medis, Persis dominata, toto oriente possessa, & Indiæ victrix. Hæc ille. Lyfippus autem statuarius ex ære Alexandrum supina facie cœlum inspicientem subiectis his versibus finxit.

*Iupiter asseruit terram mihi, tu asserere cœlum. Quæ Lyfippi adulatione delectatus Alexander vsque adeo fuit, vt publico edicto vetuerit: ne ab alio quàm ab eodē statuario imago eius fingeretur. Merito ergo post breue tempus raptus est morte, & vsque ad puluërem humiliatus, qui se tantum exaltauit, iuxta quod Dominus ait: *Qui se exaltat humiliabitur.* Iussit etiâ, vt solus summus pictor Appelles posset ipsius imaginem pingere, qui depinxit eum fulmen manu ferentem, & quidem tam ad viuum, vt vulgo diceretur, Philippum regem filium genuisse insuperabilem, & Appellē depinxisse nulla prorsus arte imitabilem. Recte autem fulminiferum Alexandrum finxit Appelles propter celeritatem, & potētiam mirabilem, item propter superbiam Lucifero non dissimilem, quia licet in principio Deum Israel verum mundi gubernatorem, & Dominum recognouit, qui ei apparuerat in Macedonia in somnijs, & potestatem ad domandos Persas, & Orientem promiserat, vt refert Iosephus lib. 1. Antiquit. c. 8. & propterea Deo supplex sacrificauit in templo Hierosolymis, nihilominus tamen paulo post in superbiam elatus, filius Iouis Amōnij, vt*

Matth. 5.
Matth. 16.

2
Plin.

Luc. 18.

Iosephus.

refert Curtius haberi voluit, propter quā insignem superbiam, & arrogantiam ob cæcatus periit, nec Deum Israel propitiū in morte meruit habere, cuius deitatem aperte negavit, nec maiestatem, vt par erat, recognouit, quamvis sibi alioquin prudens videretur, & callidus, iuxta illud Matth. Confiteor tibi pater Domine celi, & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Alexandri etiam monarchia in statua quam vidit Nabuchodonosor æreo ventri comparatur, quia vt inquit Hierony. æs metallum vocalissimum est, quo de notatur magna imperij Græcorū sub Alexandro magno claritas, fama, & gloria. De quo asserit Iustinus, quod cum nullo vnquam hoste congressus fuerit, quin de uicerit, nullam ciuitatem obfederit, quin eam expugnauerit, nullam gentem adierit, quin eam calcauerit, adde quod tam breui tempore tanta fecerit, vt Plutarchus asserat in priori oratione de virtute & fortuna Alexandri, hoc breui spatio septuaginta condidisse ciuitates, deinde, quod magis mirandum autoritate sua & legibus quas barbaris in morem pragmaticarum sanctionū dedit, mores eorū ferinos immanes que correxit, ipse enim, teste Plutarcho, Hircanos docuit vt coniugijs, Archesios docuit agriculturā, Sogdianis suafit ne occiderent parētes suos iā senes, Persas docuit, ne matres vxorum loco haberēt, sed potius honorarent, Scythas ne mortuos suos comederēt, sed magis sepulchra traderent, milites, & duces exercitus docuit exemplo suo, ne fœminis nobilibus bello captis abuterentur, pulcherrimas enim Darij regis Persarum filias virgines captas neque cernere voluit, sed honore affecit, postremo principes docuit liberalitatem in egenos, vel potius magnificentiam, nam tantillo tempore quo Imperatorem egit, ad soluendum æs alienum omnium militum talenta viginti tria milia largitus est, cuidam vero pauperi petenti munusculum, ciuitatē dedit, illi que refugienti tantum recipere munus, quod vile hominem non deceret, respondit: Non attendo, quid te accipere, sed quid Alexandrum largiri deceat. Et certe Christiani viri gestis huius ethnici hominis auditis erubescere deberent, qui in otio transigunt iuuetutem, quibus iure optimo dicere fas

est illud Euāgelij: Quid statis tota die otiosi? Et quemadmodum Iudæis Dominus dixit: Viri Ninive surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Sic dicere possumus, Alexander Philippi surgit contra hos segnes, & vecordes, & damnabit eos in iudicio, qui cum Euāgelium minime audisset, iuuenili adhuc ætate intra duodecim annos, tot & tā præ clara patrauit in mundo, vt omnes rapiat in admirationem, & tam prudens fuerit filius huius sæculi super innumeros filios lucis: Nam & Iulius Cæsar, vt in eius vita narrat Suetonius, cum in templo Gadiatano æream vidisset Alexandri statuam his verbis ingemuisse dicitur. Qua ætate Alexander totum domuerat orbem, nihil adhuc ego laude dignū agere cœpi. Ecce totum orbem cepisse dicitur. Cui consonat quod. 1. Machab. 1. legitur: Et siluit terra in conspectu eius, vbi de vniuersa terra sermo est, & Daniel. 2. de tertio regno quod intelligitur regnum Alexandri: Imperabit (inquit) vniuersa terræ, quod aliquibus ingerit difficultatem, cum non ceperit occidētem. Ad quod respondet Lira, super Daniel. 2. primum intelligi debere de toto orbe tūc cognito: deinde quamvis Italiā & occidentalia regna minime adierit, missæ sunt tamen ei adulatoriæ legationes, & munera, non solum ab Africa, Hispania, Gallia, Sicilia, & Sardinia, sed etiam à Romanis, vt refert Plini. libr. 3: cap. 5.

Cæterum in statua Danielis. 2. visa, regnum Alexandri ventri comparatum est, & femoribus, propter intemperantiam, vt recte notat, & pulchre, atque diserte Benedictus Pererius, vbi de gestis Alexandri lectu dignum compendium fecit. Fuit ergo Alexander de illorū numero, de quibus Paul. dixit: Quorum Deus uenter est, vique adeo enim ebrietatibus & comessationibus deditus fuit, vt referat Curtius lib. 5. omnes virtutes eximias & nature dotes istum vini cupiditate fœdasse, aliquando enim triduo vino iacuit sepultus, præmia victoribus in vino epotando proposuit, & talentum cuidam Protarcho victori dedit, qui quatuor congios hauserat, qui tamen intra triduum ex ebrietate mortuus est, cum alijs fere quadraginta ebrijs. In conuiuio Alexander inebriatus iussu Thaidis meretricis, vt testatur Curtius lib. cita

to, Persepolim nobilissimam totius orientis ciuitatem igne cremavit. Clytū suæ nutricis filium, sibi que dilectissimum temulentus lancea transfixit, pro quo postea emori voluit. Denique magis vini, quam veneni violentia, Babyloniam in ætatis flore mortuus est. Propterea in conuiujs illis eximijs Christi domini, vbi pannes quinque multiplicauit in quinque millia, & rursus septem in quatuor millia hominum nunquam vini mentionem fecit Euāgelista, item in nuptijs Archiclini vinum defuit, vt temperantiam disceremus, item Luc. 21. Dominus ait: Attendite ne grauetur corda uestra crapula, & ebrietate, &c. & ueniat super uos repentina dies illa. Postremo Danielis. 8. Alexander caprarum hirco propter luxuriam, & intemperantiam comparatur in illo conflictu arietis, & hirci.

CAPVT. LXIX.

Alexandria.



ALEXANDRIA hebraice dicitur, No, vt patet Hier. 46.

Alexandria vrbs Ægypti clarissima cōdita ab Alexandro magno, vt refert Hierony. super Daniel. 11. principatū tenuit. In eodem autem loco fuerat olim ciuitas No metropolis quondam Ægypti, quam destruxit Nabuchodonosor, quæ Hierony. putat fuisse Cambysem, sed eandem spacio decem & septem dierum toto fere exercitu laborate reedificatam Alexander suo nomine nuncupauit. Hæc Dimocrates architectus metatus est ingenio mirabili quindecim millium passuum latitudine, & anguloso dextra, leua que procurfu. De qua Nahum ad Ninuiem dicit: Nunquid melior es Alexandria populorum? Vbi in hebræo est, Nūquid melior es? No magna: Sed Hiero. vertit pro No Alexandria, quia ibidē cōdita est. Dicitur autē Ninie non esse melior quā Alexandria, nō quidem magnitudine, nam vt scribit Dioscorus lib. 3. Ninie murorum ambitu stadia quadringenta octoginta cōplexa est, Alexandria vero multo minus spatium vt refert Curtius lib. 4. Sed dicitur melior propter maiorem munitiōem, vnde sub

dit Propheta munitiōem eius exprimens: Quæ habitat in fluminibus, & aquæ muri eius. Habet quippe Mare otin lacum ad meridianam partem, ad aliam vero mari supereminet, ex alia denique ostio Nili Canopico cingitur, ex alia vero est solitudo deferti. Vnde Iosephus lib. 2. de bello. cap. 16. Munitur (inquit) vndique Alexandria aut incōmeabili solitudine, aut impetuoso mari, aut fluminibus, aut coenosis paludibus. Hæc Iosephus. Habuit autem scholas omnium disciplinarū liberaliū florentissimas, fuit que ob commoditatem maximā totius orbis emporium. Contra hanc ingitur ciuitatem opulentissimam inuehitur Dominus per Hieremiā dicens: Ecce ego uisitabo super tumultum Alexandria, id est, supra magnam, confusam que multitudinē. Displicet enim Deo confusio, quæ cum destruat ordinem, destruit omne bonum, Nam quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Vnde Paulus quoque: Omnia (inquit) honeste, & secundum ordinem fiant in uobis. Hinc & filius Dei ne inter sequaces suos esset confusio multitudinis, duodecim elegit ex eis, quos Apostolos nominauit & ipsi Apostolis Petrus præfecit dicens ei: Pascue oues meas, Ex reliquis autem: Designauit Dominus alios septuaginta duos, & misit illos binos. Denique cum fecisset conuiuium miraculosum quinque panum, ad quinque millia hominum, ne inter illos esset tumultus, aut confusio. Iussit illos discumbere per contubernia centenos & quinquagenos. Postremo quia tumultus, & confusio omnium fere scelerum causa est, contra Alexandria confusionem iterum Dominus clamat: Faciam iudicia mea in Alexandria: & Paulo post: Interficiam multitudinem Alexandria, subaudi, confusam & sine ordine disciplinæ. Vbi lector aduertat, hæc fere omnia vaticinia prophetarū cōpleta esse in ciuitate No, sub Cambyse vastatore, qui dicitur in scriptura Nabuchodonosor ex sententia Hierony. vt dictum est, quæ postea reedificata dicitur Alexandria, sed claritatis gratia pro No, vulgata vertit Alexandriam, Vatablus autem in omnibus prædictis locis vertit No.

Math. 17.

Dan. 2.

Iustinus.

Plutarchus.

Matth. 22.

Matth. 23.

Luc. 16. Suetonius.

1. Machab.

Dan. 2.

Lira.

Plini.

4

Bened. Pererius.

Philij.

Curtius.

Curtius.

Ioan. 6. Marci. 8. Ioan. 2.

Luc. 21.

Dan. 8.

N. 2.

Hierony.

Nah. 3. Hierony.

Curtius.

Iosephus.

Hier. 46.

Rom. 13. 1. Cor. 13.

Luc. 6.

Ioan. 16.

Luc. 10.

Marci. 6. Ioan. 6.

Ezech. 30.

Vatabl.

Alienare, Alienus, Alius, Alienatus, Alienigena.



ALIENVS hebraice, *zarah*, & alienari, vel alienum fieri, dicitur Zur Iob. 19. Isai. 1. Iam vero Alienus proprie vocatur qui non est ex eadem ciuitate, vel patria, vel qui non est ex eadē domo, & familia. Sic legim⁹ de Ioseph, quando simulabat se non cognoscere fratres suos, quasi ad alienos durius loquebatur, id est, tanquam ad alienigenas. Hebraice vero legimus *vaithnazer* alē alienatus est ab eis, sed idem est sensus. Sic etiam legimus de diuitibus, qui nonnquam sine liberis, vel heredibus de sua stirpe hinc decedunt. *Et relinquent alienis diuitias suas. Et dabo mulieres eorum exteris, uel alienis.* Vnde colligitur obseruatio in literis sacris, Alienare se ab aliquo, idem esse quod fœdus cum eo factum, vel amicitia violare, atque dirumpere. Sic. 1. Machab. 11. *Sedit Demetrius rex in sede regni sui, &c. & mentitus est omnia quæcumque dixit, & alienauit se à Ionathā.* Sic ergo intellige scripturæ phrasēs, quæ sæpe vocant alienum, & alienatum eum, qui Deo fidem violaerat, quam promiserat. Sic de Iudæis legimus: *Væ genti peccatrici, &c. blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.* Vbi Hierony. ait, proprie de Iudæis dicitur hoc conclamantibus: *Non habemus regem nisi Cæsarem, & Daemonium habet, & Samaritanus est, quia ergo dereliquerunt Christum, & blasphemauerunt sanctum Israel, idcirco abalienati sunt retrorsum, ut qui appellabantur pars Dei, & filij Dei, postea dicerentur: Filij alieni mentiti sunt mihi.* Hæc Hierony. Eodem modo explicant Augustinus, & Cassiodorus, & Glossa super Psal. 17. quod videlicet Iudæi sint filij alieni, id est alienati modo prædicto, & Basil. magnus idem notat in scholijs super Psal. Ex quo patet expositionem Lyran. super versiculum Psal. 17. referentis quod ibi dictum est, ad decem tribus, quæ electo si birege Ieroboam recesserunt à domo Dauid triuolam esse, & non literalem, sicut etiam explicatio Iansen. super eundem locum nō est germana, qui censet hostes Dauid filios alienos vocari, *Cum sit sermo de po-*

*pulo Iudæorum, qui alienandus erat à Christo, ut iam non esset deinceps eius populus, ut non solum omnes patres allegati, & alij plures exponunt, sed & Daniel hoc prædixit: Et non erit (inquit) eius populus, qui eum negaturus est. Isti ergo mētiti sunt Christo, iste populus inueteratus est, & claudicauit à semitis suis, ut subditur in eodē Psal. In quo etiam sensu dicitur populo Israelitico: Ego te plantavi vineam electam, quomodo uersa es mihi in prauum uinea aliena? Super quem locum Hierony. Nullus (inquit) securus sit si plantatio Domini, & uinea Sorac, in tantum suo vitio commutatur, ut propter amaritudinem recedat à Domino, & fiat uitis aliena. Hæc Hierony. Denique vis videre quomodo Iudæi facti sunt filij alieni? audi Dominum in Euangelio dicentem eis. *Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* Alieni quoque apostatę angeli vocantur: *Et non dominabuntur ei amplius alieni, sed seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo, quæ suscitabo eis.* Super quem locum Hierony. Iste est Dauid, quem & Euangelium meminit: *Daturum se nobis, ut sine timore de manu inimicorum liberati seruiamus illi, in sanctitate, & iustitia corā ipso omnibus diebus nostris.* Quomodo enim dicitur primus Adā, & secundus Adam, sic & secundus Dauid est Dominus noster Iesus Christus, &c. Quod que ait: *Conteram iugum eius de collo tuo, & non dominabuntur ei amplius alieni, non dubium quin sub typo Nabuchodonosor de diabolo sentiendum sit.* Hæc Hierony. Itaque dæmones sunt alieni, qui contrito iugo peccati non dominantur amplius homini propter Christum quem dæmonem profligauit. *Erat Iesus eiciens dæmonium, Et: in hoc apparuit filius Dei in mundo, ut dissoluat opera diaboli.* In eundem sensum intelligimus illud. *Et erit Hierusalē sancta, & alieni non transibunt per eam.* Vbi Hierony. Alienos (inquit) vel dæmones intellige, qui externi à Deo sunt, vel omnes pessimas cogitationes, atque peccata, &c. Hæc Iudæi, & nostri Iudaizantes ad mille annorum fabulam referunt, quando putant Christum habiturum in Sion aurea, & gemmata, &c. Sed de cœlesti potius Hierusalem intelligendum, quæ est mater nostra. Hæc Hierony. & Glossa, & est expositio communis Sanctorum super hunc locum. Cum ergo secundū Euan-*

Dan. 9.

Hier. 2.

Hierony.

Matth. 2.

Hier. 30.

Hierony.

Luce. 1.

Luce. 11.

1. Ioan. 4.

Ioel. 3.

Hierony.

Gloss.

Matth. 6.

4

Psal. 57.

Hierony.

Interlin.

Matth. 8.

Iob. 31.

Greg.

Colo. 1.

Ephes. 4.

1. Cor. 15.

Ioan. 16.

5

Leuit. 10.

Glossa.

Dionys.

Lyranus.

Leuit. 9.

gelium Matthæi, nemo possit duobus dominis seruire, quis erit adeo stultus, ut velit potius alienis tyrannis seruire, id est dæmonibus, quam legitimo Domino Christo?

Alieni quoque, & alienati vocantur infideles, & reprobi. Sic legimus: *Alienati sunt peccatores à uulua, errauerunt ab utero, locuti sunt falsa.* Vbi Hierony. Præscius (inquit) futurorum Deus iniquitatem ipsam priusquam nasceretur exterminat. Hæc ille. Quod est perinde, ac si diceret, alienati sunt peccatores à uulua, id est, præsciti, quod sint alieni futuri. Vnde ab utero permisit eis Deus concupiscentijs suis ante usuram, & post usuram rationis inhære. Eodem modo Glossa Interlin. ex Augustino. Quia præcognouit (inquit) Deus peccatores ab utero, ideo Rebecca ait: maior seruiet minori. Hæc Glossa. Secundum quam præscitiam, Dominus de Iudæis dixit: *Filij autem regni eiciuntur in tenebras exteriores.* De huiusmodi etiam dicitur: *Nunquid nō perditio est iniquo, & alienatio operantibus iniquitatem?* Vbi Gregor. lib. 2. 1. Moralium. Floreant (inquit) iniqui, sed à flore aternæ hereditatis alieni. Hæc ille. Cæterum de alienatione non quidem reprobationis æternæ sed ad tempus, dicit Apostolus Colossensibus. *Aliquando alienati, & inimici, & Ephesijs. Alienati à uita Dei per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitate cordis.* Item Corinthijs. *Ignorantiam Dei quidam habent.* De qua Dominus dixit Apostolis: *Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem, neque me.*

Alienum ignem legimus Leuit. 10. *Arreptis Nadab, & Abiud thuribus, imposuerunt ignem, & incensum de super, offerentes corā Domino ignem alienum, quod eis præceptum nō erat.* Super quæ locū Glossa: Quia igne (inquit) diuinitus in altari accēso, & deinceps custodito, omnia erant accēdenda, quæ in tabernaculo accendi oportebat. Hæc Glossa. Eodem modo explicant Dionys. Carthus. & Lyranus. Fit autē mentio de igne diuinitus accēso in calce capitis. 9. præcedentis, his uerbis: *Postquam Aaron obtulit holocaustum, apparuit gloria Domini omni multitudini, & egressus ignis à Dño deuorauit holocaustum, & adipēs, qui erant super altare.* De hoc ergo igne in perpetuum custodito accēdenda erant omnia in sacrificijs. De quo intelligitur præceptum per anticipa-

tionem positum: *Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens ligna mane per singulos dies.* Non quidem dixit, quem accendet sacerdos, sed quem nutriet, quia diuinitus fuerat accēsus ut dictum est. Cæterum quod Iosephus lib. tertio Antiquit. testatur cap. 12. *Nadab & Abiud portasse hostiam super altare de his animalibus quæ non præceperat Dominus, & hunc esse ignem alienum, facile conciliare possumus, si utrunque peccatum illos commisisse dicamus in igne uidelicet alieno, & aliena similiter hostia. Ad mores autem exponunt patres hostiam igne alieno Dño offerri, bonum opus significare, peruersa nihilominus intentione factum, quale ieiunium est hypocritarum, de quo Dominus ait: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.**

Alienum germen seminare dicitur Synagoga. Propterea plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis, id est, ut Hieronymus ait, prædicabis ueritatem unius Dei contra Idola gentium, ò Synagoga, sed negabis filium coæternum patri, & non recipies patrem, quia non recipis filium, qui enim credit in Patrem, credit in Filium, & quia germen alienum seminasti in synagogis Satanae contra Iesum, ideo non uindemiabis uam, sed labruscam. Hæc Hieronymus. De huiusmodi Iudæis, & similibus hypocritis Dominus dixit. *Ex fructu arbor cognoscitur.* Et, *Nunquid colligunt de spinis uuas?*

Alienum opus Dei ab eo, phrasīs est iustitiam denotans. *Sicut in monte diuisionum stabit Dominus, sicut in ualle Gabaon irascetur, ut faciat opus suum, alienum opus eius, &c. Peregrinum est opus eius ab eo.* Cuius sensus est, secundum Hieronymum. Quia proprie (inquit) Deus Saluator, & benignus est natura sua, punit autem non sua sponte, sed propter peccata populi, ideo alienum opus dicitur. Itaque sicut in Gabaon Sol stetit spatio unius diei, multique de alienigenis perierunt, sic contra impios, & illusores irascetur Dominus, ut faciat opus suum, non enim est opus Domini perdere quos creauit, sed facit opus alienum, quod ad crudelitatem magis, quam ad clementiam pertinet. Hæc Hierony. Ad hoc opus alienum

Leuit. 6.

Ioseph.

Matth. 6.

6

Isai. 17.

Hierony.

Matth. 7.

7

Hierony.

Iosue 10.

Matth. 25. à Deo pertinet illud, quod dicit Rex his qui à sinistris eius erant. *ite maledicti in ignem eternum, & in eodē cap. virginibus fatuis. Amē dico vobis nescio vos. Ad hoc opus tam alienum ab eius clementia videbunt reprobi venientem filium hominis in nube cum potestate magna & maiestate ad hoc etiam opus pertinet illud Matth. Auferre ab eo talentum, Et, Tradidit eum tortoribus, Et, malos male perdet.*

8

Legimus etiam in bonum alium paraclytum ad distinctionem personarum in vnitatem diuinam essentiam denotandam. Item alium spiritum. Vnde Dominus ait. *Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc.* Et Ioan. 14. *Et ego rogabo patrem: & alium paraclytum dabit vobis:* Super quem locum Didymus lib. de Spiritu sancto. Spiritum (inquit) sanctum alium spiritum nominavit: non iuxta naturam differentiam: sed iuxta operationis diuersitatem. Et infra, sed noli ex Spiritu sancti, & filij operatione diuersa varias æstimare naturas. Hæc ille. Vocat autem diuersas operationes Didymus Christi, secundum quod sibi naturam copulauit humanam: & Spiritu sancti, qui naturam sibi creatam minime copulauit, in vniōe personarum. Item D. Thomas super Ioan. Designat (inquit) distinctionem personalem in diuinis contra Sabellium, &c. Ad eandem personalem distinctionem significandam dicit filius Dei. *Spiritus veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.*

9

Aliud nomen vocatur in scriptura, nomen christianorum. Sic legimus. *Et seruos suos uocabit nomine alto.* Vbi Septuag. vertunt nomen nouum, de quo Hierony. Nomen (inquit) nouum siue aliud, nullum est nisi quod ex Christi nomine deriuatur: vt nequaquam vocetur populus Dei Iacob, vel Iudæ, vel Israel, & Ephraim, sed Christianus. Hæc Hierony. Eodem modo Hilarius, lib. 5. de Trinitate. Ergo nominis origo Christiani, Iesus est, qui vocatur Christus. Cæterum quoties scriptum legimus, aliud Euangelium: in malum accipimus: pro pseudo Euangelio: iuxta illud: *Miror quod tam cito transferimini ab eo, qui uocauit uos in gratiam Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud, sed sunt aliqui, qui uos conturbant.*

10

Alienigenæ, siue allophyli, in facris lite

ris vocabantur, qui non erant de genere Israel. Est autem obseruatio Hierony. super illud Amos. 1. *Super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor non conuertam eos.* Vbicunque (inquit) in veteri testamento, allophylos, id est, alienigenas legimus, non commune est nomen omnium externarum gentium, sed proprium Philisthim, hoc est, Palæstinorum. Sic Psal. *Mihi alienigenæ subditi sunt, id est, Palæstini.* Et, *Alienigenæ, cum habitantibus Tyrum.* Item. *Ecce alienigenæ & Tyrus.* Et sic de similibus. Porro nos obseruauimus excipiendum esse ab hac regula, quando cum alienigenis ponitur particula, omnis, quia tunc omnes quidem gentes intelliguntur. Sicut Exod. 12. ubi agitur de Agno Paschali. *Omnis (inquit) alienigena non comedet ex eo, id est, omnis incircūcisus, & infidelis, quia hebraice vox Nachar significat ignotum.* Erant autem gentes quasi ignoti Deo, & soli Israelitæ noti. *Tantummodo eognoui uos ex omnibus nationibus terræ.*

CAPVT. LXXI.

Altare, & Ara.



AL T A R E Hebraice Mizbeach dicitur à radice Zabach, quod est mactare, quod mactata victimæ ibi offerebantur, sed latine altare ab altitudine dicitur: eo quod altiori terræ parte, cœlestibus dijs erigebatur: terrestribus vero, & penatibus, in terræ planicie: infernalibus denique in fossis, & cauernis terræ: Porro altare primum ædificatum est à cultoribus veri Dei cœli & terræ, causa religionis: & ineundi cum eo foederis, tanquam mensa quædam sacra, ad quam Deus tanquam ad epulum spirituale quoddam inuitabatur, vt de oblatiis in sacrificio, vel odorari saltem dignaretur: vt notat Arias Montanus, in Biblico apparatu. Sic in Genes. legimus: *Ædificauit Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & uolucris mundis, obtulit holocaustum super altare: odoratusque est Dñs odorem suauitatis.* Offerebant etiam cultores Dei super altare pias preces. Sic

legimus

2. Paralip. 6. legimus: *Salomon stetit coram altari ex aduerso omnis multitudinis Israel, & extendit manus suas, &c.* Item Malachias. *Et hoc rursus fecistis, operiebatis lachrymis altare Domini, fletu, & mugitu.* Et Ioel. *Inter vestibulum & altare plorabunt Sacerdotes Domini dicentes: parce Domine, parce populo tuo.* Vbi Hierony. Locus, inquit, aptus pœnitentiæ, & confessioni templum est, & altare. Hæc ille.

2

Cæterum vt intelligamus clarius, quis sit locus iste inter vestibulum, & altare: sciendum est primum, altare hoc esse holocaustorum, ubi hostiæ offerebantur: nam alterum altare incensi erat intra Sancta. Secundo notandum, Templum ædificatum à Salomone in monte Moria, intra Hierusalem fuisse, loco excelso: ad quod per gradus ascendebatur. Primum ad atria latiora, quæ erant ante templum, quasi quædam plateæ magnæ, maxime versus anteriorem partem: scilicet ad Orientem. Deinde uero ultimo loco, & eminentissimo, erat templum proprie dictum, diuisum uelo quodam in duas partes, prior ante uelum, appellabatur Sancta: posterior post uelū, dicebatur Sancta Sanctorum. ¶ Sed magna inter auctores confusio est, & disceptatio: quot fuerint atria siue plateæ ante templū à Salomone ædificatæ. Nā Beda ca. 16. de ædificio tēpli, & Casiodor. in Pandectis à Beda citatus, & Abulens. q. 21. dicunt, quatuor fuisse atria, primū uulgi, ad quod ingredi poterat gētilis, ascendentes per septem gradus: deinde secundum atrium, quod uocatur exterius, ad quod per octo gradus erat ascensus solisq; Iudæis patebat. Erat autē in duas partes, id est, in duo atria diuisum, quibusdam cancellis, vt foemine in altera parte, & uiri seorsum in altera essent. Iam uero aliud atrium superius, quod quartū est, uocabatur atrium interius, ad quod solis sacerdotibus erat aditus, per septem gradus. Erantq; hæc atria, quibusdam septis humilioribus diuisa. In atrio ergo interiori sacerdotum, erat altare holocaustorum. Porro Franciscus Ribera in libro de fabrica templi, ca. 16. putat, hæc quatuor atria fuisse quidem in templo ab Herode constructo, quod constat ex Iosepho, lib. 6. de bello Iudaico. c. 6. ubi hæc atria describit latissimè, non autem in Salomonis tēplo, nisi atria duo, scilicet exterius, quod patebat omnibus Iudæis, & inte-

rius, quod solis concessum erat sacerdotibus. De his legimus. 4. Reg. 21. Manafes extruxit altaria uniuersæ militiæ cœli, in duobus atrijs templi Domini. Ergo non erant plura quam duo sicut in uerbo atrio dicemus. Interim autem satis est inter omnes conuenire, in atrio interiori sacerdotum fuisse altare holocaustorum, ex lignis Sethim imputribilibus ære cōtectum: super quod animalia immolabantur, quæ populus ab atrio exteriori, quod amplissimum erat, totius nimirum multitudinis capax, usque ad portam atrij sacerdotum ascendens per gradus, cum canticis, quæ uocamus cantica graduum, offerebat in manus sacerdotum. Inter hoc autem altare & templum proprie dictum, vestibulum erat constructum, super columnas pulcherrimas tectū desuper, quod uocabatur porticus. 3. Reg. 6. ubi legimus: *Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis.* Hanc porticum Propheta Ioel suo nomine uocat holam. Hieronymus uero vestibulum, de quo. 2. Paralip. 3. *Ipse quoque columnas posuit in uestibulo templi, deinde iuxta hoc vestibulum; templum erat ædificatū in duas partes diuisum sicut supradictū est.* Ergo inter altare magnum & porticum templi prædictam, qui intercipiebatur locus erat sacratissimus, ubi sacerdotes, cum lachrymis, & gemitibus preces offerebant. Videri autē poterant à turba, quæ licet non ingrederetur atrium illud interius, erat tamen pro foribus in atrio exteriori, quod humili septo ab interiori distinguebatur.

Hinc ergo intelligitur locus Matth. *Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus, &c. usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachie, quæ occidisti inter templum, & altare, hoc est, in loco ubi potius lachrymas pœnitentiæ fundere debuissetis, quam innoxium sanguinē.* Intelligitur etiam alius locus Ezech. *Ecce in ostio templi Domini inter vestibulum, & altare quasi uiginti quinque uiri, dorsa habentes contra templum Domini.* Tales sunt, qui cum orient in tēplo, nihil ad salutem anime petunt, sed ad iactantiam & uanitatē, se ibi ostentant, sicut Phariseus, qui ascendens in tēplum, dicebat: *Gratias tibi ago Domine, quia non sum sicut ceteri homines, & sicut etiam hic publicanus.* Item qui intendunt in templo emptio nibus, & uenditionibus, quales Dominus eiecit de templo.

3
Psal. 15.
Matth. 5.
4
Hebr. 9.
D. Thom.
Leuit. 16.
Glossa.

Altare canticis, & lætitiæ choreis mos fuit circumdare in prosperitate, & fælici successu Republicæ. Sic intelligitur illud Psal. *Lauabo inter innocentes manus meas, hebr. aice, Benicaion, in innocetia, & circumdabo altare tuum Domine, ut audiam uocem laudis tue, & enarrem uniuersa mirabilia tua,* item quando offerebantur munera, mittebantur quidem in Gazophylatia, quæ erant in atrio exteriori ubi populus esse poterat, sed quando erant magna dona deferrebantur à sacerdotibus ante altare. Et sic intelligitur illud: *Cum offeres munus tuum ante altare, &c. Relinque munus tuum ante altare, &c.*

Altare secundum, quod uocatur in censi, vel thymiamatis, erat in priori parte templi, quæ dicitur sancta ante velum, erat que auro contextum, in quo non nisi semel in anno sanguis à summo Pontifice fundebatur, unde Paulus distinctionem faciens inter duas partes, alteram exteriori templi, quæ uocabatur sancta, alteram uero interiori, quæ dicitur sancta sanctorum dicit: *in priori quidem tabernaculo semper introibant Sacerdotes sacrificiorum officia consummantes, in secundo autem semel in anno solus Pontifex non sine sanguine, quem offerret pro sua, & populi ignorantia.* Super quem locum D. Thom. ponit (inquit) officium ministrorum quantum ad Sancta Sanctorum. Circa quod sciendum est, quod sicut dicitur Leuit. 16. summus sacerdos in die expiationis, quæ fiebat decima die Septembris, offerebat pro se, & tota domo sua vitulum, & hircum pro peccato populi, & istis immolatis accipiebat de sanguine ipsorum, & implebat thuribulum, & cum omnibus his intrabat in Sancta Sanctorum. Impleto etiam thuribulo de prunis altaris holocaustorum, quod erat in atrio ante fores tabernaculi, & cum sanguine expiabat tabernaculum, spargendo contra uelum, & post egrediebatur, & cum eodem sanguine liniebat cornu altaris thymiamatis. Hoc autem semel in anno fiebat. De quo ait Apostolus: *Semel in anno intrabat solus Pontifex, nam ut inquit Glossa, sapius poterat sine sanguine, sed non cum sanguine nisi semel.* Hæc D. Thom. Verum hoc quod asserit autoritate Glossæ, non usque adeo certum est, neque fortasse ve-

rum, Glossa enim quam allegat secuta est Augustinum, qui libr. 2. *Questionum super Exod. Questione. 133.* affirmat Pontificem consueuisse quotidie ingredi Sancta Sanctorum, quia quotidie debuit in altari thymiamatis incensum adolere, & quod Paulus ait semel in anno, exponit Augustinus, cum sanguine, sine sanguine uero quotidie. Certius tamen est semel in anno duntaxat Sacerdotem summum intra uelum, quod secundam tabernaculi partem à priori diuidebat, etiam ad solum incensum offerendum intrare potuisse, & non quotidie, imo neque bis in anno. Ita tenet expresse Philo Iudæus lib. de legatione ad Caium. Si ipse (inquit) Pontifex duobus anni diebus, aut in eadem die bis, ter. aut quater, introiret, capite lueret. Idem testatur Iosephus de bello Iudaico libr. 6. cap. 6. Item Chrysof. Homil. 17. super Hebræ. 9. & Theodoretus ibidem, & Hieronymus super Ezechi. 16. super illud: *Indui te uarijs.* Et pontifex (inquit) semel in anno, quando pro populo adolebat incensum, ingrediens Sancta Sanctorum uarijs uetibus utebatur, & Ambrosius libro primo in Lucam de Ingressu Zachariæ in templum.

Cæterum fundamentum opinionis Augustini dissoluendum nobis est, existimauit enim altare thymiamatis intra uelum fuisse intra Sancta Sanctorum, sed contrarium est tenendum, quia Exod. 30. dicitur: *Et ponet altare contra uelum,* non dicit intra, sed contra, hoc est, iuxta, & extra. Quod etiam adnotauit Lyranus super hunc locum dicens: *Augustinus tenet, quod altare fuerit intra uelum, sed Hieronymus & omnes doctores hebræi tenent contrarium. Quod uero Paulus Hebr. 9. dicit: Post uelamen autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum aureum habens thuribulum,* non fauet Augustino, quia thuribulum illud non erat altare aureum thymiamatis, ut ipse putat, sed quodam paruum thuribulum, in quo quando semel in anno ingrediebatur Pontifex, adolebat incensum, intra uelum cum sanguine animalium. Ita tenet Lyra. super Exod. 3. & Hebræ. 9. Quod etiam conuincitur ex textu Apostoli sequenti in eod. capite.

August.
Philo.
Iosephus.
Chrysof.
Theodoretus.
Hieron.
Ambros.
Exod. 30.
Lyra.
Hieron.
Hebr. 9.
Lyra.

Vbi

Vbi addit: *In priori tabernaculo semper introibat Sacerdotes sacrificiorum officia consummates.* Nunc ergo quod genus sacrificij consummabatur in priori parte tabernaculi? Nō quidem sanguineum, quia aliud erat altare sanguinis & holocaustorum æreum in atrio, ubi offerebantur animalia, ergo erat sacrificium incensi, cum non sit aliud genus sacrificiorum. Sed de hoc la tius uide Franciscum Toletum, Ioan. 13. & Iosephum loco citato, qui ponit thuribulum magnum, id est, altare in censi extra. Nec caret mysterio, quia dum sumus in priori parte tabernaculi thurificare quotidie debemus, Ioan. 16. *Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis.*

Iuxta altare Sacerdotes concessas hostiarum partes statis temporibus comedebant, unde Leuitic. *Locutus que est Moyses ad Aaron, & Eleazar, & Ithamar filios eius, tolle sacrificium quod remansit de oblatione Domini, & comede illud absque fermento iuxta altare.* Secundum hunc ritum intelliges illud Apostoli: *Nescitis quia qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt: & qui altari deseruiunt, cum altari participant?* Erat autem typus Sacerdotum noui testamenti, qui non possunt offerre sacrificium corporis, & sanguinis Christi super altare, nisi de illo participant. Unde Ioan. *Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum, item: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis uitam in uobis,* quod specialiter obligat Sacerdotes, qui offerentes sacrificium, sub lethali culpa tenentur sub utraque specie communicare, non ita laici, qui altari non deseruiunt, ut ministri. Præterea significatur, ut ministri altaris de oblationibus fidelium ad altare, uiuere possint.

Altare metaphoricè significat uel Ecclesiam, uel corpus Christi, uel eius crucem: *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt.* Super quem locum Haymo per altare Ecclesiam intelligit, in qua consecratur corpus dominicum. Lyranus altare crucem exponit in qua Dominus oblatus est, quasi in altari. Sed D. Thom. utrum que complectitur, altare (inquit) uel est crux Christi, in qua pro nobis immolatus est, uel ipse Christus, in quo, & per quem preces nostras offerimus, & hoc

Toletus.
Iosephus
Ioan. 16.
6
Leuit. 10.
1. Cor. 9.
Ioan. 6.
7
Hebr. 13.
Haymo.
Lyra.
D. Thom.

est altare aureum de quo Apocal. 8. legitur. Præterea corpus Christi esse dicit hoc altare Theophy. his uerbis. Nos obseruationem habemus, uerum non eam, quæ sit in huiusmodi cibus, sed super altari, siue incruenta hostia uiuifici corporis, huius enim ut fiant participes, nec pontificibus legalibus permittitur. Hæc Theophyl. Et eodem modo explicat Glossa. Primum ergo, quod requiritur, ut accedere quis possit ad altare hoc corporis Christi, est fides Christi, quam non habuerunt reprobi Iudæi, neque satis est fides mortua, sed uiua, de qua Galat. 5. *Fides, quæ per charitatem operatur.* Præterea Paul. ait: *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, qui autem sic accedit, & non aliter, sibi dictum putet: Qui manducat meam carnem, &c. in me manet & ego in illo, &c.*

Altaria in plurali fere semper in malum sonant, quamuis non semper, sicut etiam Ara plerumque idolorum, siue in singulari, siue in plurali solet intelligi, ut obseruat Arias Monta. in Apparatu biblico. Exemplum prioris partis huius regulæ est Osee. 10. ubi de tribus decem Israel dicitur: *Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, hoc est secundum ueritatem terræ suæ exuberauit etiam in simu lachris.* Exemplum posterioris in eodem capite Osee. *Lappa, & tribulus ascendet super aras eorum, & Exo. Aras eorum destrues.* Et. 3. Reg. 16. *Posuit aram in templo Baal.* Semel autem, aut iterum ara accipitur in bonum in tota scriptura, sicut Baruch. 1. *Emite holocaustomata, & thus, & facite manna, & offer te pro peccato ad aram Domini.* Sic etiam altaria in plurali raro accipiuntur in bonum sicut Psalm. *Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, &c. Altaria tua domine uirtutum.* Quod sic explicat Lyranus. Si aues locum habent ad quiescendum in nidis, multo magis anima rationalis beatitudinem habet, ubi quiescat. Itaque sup plendum est in uersiculo psalmi, uerbum, *Habemus altaria tua, &c. Domine uirtutum, id est confortia beatorum distincta, secundum distincta merita, de quibus: In domo patris mei mansiones multe sunt.*

Altaris ærei holocaustorum cornua sanguine hostiarum primum aspergebantur. Sic intelligitur illud Zachar.

Apoc. 8.
Theophy.
Glossa.
Gal. 5.
1. Cor. 13.
Ioan. 6.
8
Regula.
Arias mont.
Osee. 10.
Exod. 34.
3. Reg. 16.
Baruch. 1.
Psal. 83.
Lyra.
Ioan. 14.
6
Leuit. 14.
Zach. 9.

Dominus exercituum proteget eos, & deuorabunt, & subiciant lapibus fundæ, & bibentes inebriabuntur quasi uino, & replebuntur ut phialæ, & quasi cornu altaris. Vbi Hieronymus. Hebræi hunc (inquit) locum ad Machabeorum referunt historiam, &c. Nos autem referamus cuncta ad intelligentiam Saluatoris. Hæc ille. Est ergo sermo iuxta literam de prædicatoribus Euangelij, quibus Dominus dixit: Sicut misit me pater, & ego mitto uos, & rursus: Posui uos, ut eatis, & fructum afferatis. Hi ergo pugnant contra idola gentium, & subiciunt lapidibus fundæ, id est, testimonijs scripturæ sacræ, & bibunt, & inebriantur in conuersione gentilium usque in hodiernum diem, in orbe nouo prædicantes, & implentur ut phialæ feruore Spiritus sancti, & replebuntur ut cornu altaris sanguine hostiarum rationalium, quas Christo mactant, ut in æternum uiuant. Sic explicat de tempore Messia non solum Lyra. sed & Rab. Salomō & alij hebræi nonnulli.

Ab altari eum, qui confugeret illuc, euellere fas non erat nisi propter grande crimen, ut legimus in Exodo: Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum. Nec seueræ lex uideri debet, siquidem in Euangelio legimus: Si quis dixerit fatuus, reus erit zebræ ignis. Illud autem adnotatione dignum est, quod vulgo non licebat in lege veteri altare fabricare nisi vel de terra iuxta illud Exodi: Altare de terra facietis mihi, vel de lapidibus impolitis, super quos ferrum non ascenderet. Iosue. 8. Quod primum quidem iussum est ad detestationem idolatriæ, sicut super Exod. 20. notat Lyranus. Idolatræ namque politis, & celatis lapidibus altaria faciebant, sed quia omnia in figuris contingebant illis, principaliter in typum Christi, qui de terra uirginali & sine opere uiri de Maria Virgine nasciturus erat, iuxta illud: Quod enim incarnatum est, de Spiritu sancto est, & rursus: Spiritus sanctus superueniet in te.

Altare aureum legitur Apoc. 8. ubi agitur de Angelo, qui stetit ante altare: Data sunt (inquit) illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei, ubi alludit ad altare aureum thymiamatis, quod erat

ante velum, quod diuidebat Sancta sanctorum, ab exteriori parte templi, quæ dicebatur Sancta. Volunt autem quidam fuisse quodam exemplar in cælo non manufactum, sed intelligibile illius altaris, quod erat in templo, ubi Angeli recipiunt, & offerunt Deo orationes iustorum tanquam incensa multa. Et hæc dicunt sensum esse literalem huius loci. Sed certe hoc esse potuit in veterilege, quando filius Dei non dum acceperat carnem humanam. Nunc autem certum est in lege gratiæ esse aliquod altare ante conspectum Dei patris, non solum intelligibile sed corporale, de quo supra retulimus num. 7. in illud Hebr. 13. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt, quod explicuimus esse vel Ecclesiam secundum Haymonem, vel corpus Christi secundum Theophyl. Glossam, & D. Tho. Cum ergo hoc sit altare legis gratiæ, & Ioannes in Apocal. loquatur de altari legis gratiæ, quod dicit de præfenti esse ante thronum Dei, quorsum nobis recurrendum est ad legis antiquæ umbras præsertim quia iam destructa erat à Romanis Hierusalem quædo Ioannes scripsit. Est ergo altare aureum Ecclesia, ut exponit Beda, cum capite suo Christo, vel per excellentiam humanitas Christi, ut explicat Glossa super hunc locum, Rupertus abbas & D. Thom. & communis sententia patrum. Item D. Hierony. sic intelligit ad literam eundem locum super illud Isaia. 6. ubi Seraphinus mundauit labia Isaia calculo, quem forcipe tulerat de altari, quod etiam dicit significare Christum, de cuius meritis præuis accepit Seraph. ut mundaret peccata Isaia: Quia de plenitudine eius nos omnes accepimus, in quo sensu Christus dicebat: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, quod perinde est, atque dicere, si offeratis incensum orationum uestrarum super altare meritorum uestrorum, obtinebitis petitiones de his, quæ ego electis meis merui. Beatus Hierony. super præallegatum locum Isaia. 6. hoc ipsum dicit esse altare, sub quo uidit Ioannes: Animas intersectorum propter testimonium Iesu Christi, quam expositionem iuxta literam tenent Patres. Quæro ergo ab his qui Patres postponunt, An debeamus concedere duo altaria in cæ-

Hierony.

Ioan. 20.
Ioan. 15.

Lyra
R. Salomon.

IO

Exod. 17.

Matth. 5.

Exod. 20.

Ios. 8.

Lyra.

1. Cor. 10.

Matth. 1.

Luc. 1.

II

Apoc. 8.

Hebr. 13.

Haymo.
Theophyl.
Glossa.
D. Tho.

Beda.

Glossa.
Rupert.
D. Tho.
Hierony.

Isai. 6.

Ioan. 6.
Ioan. 16.

Isai. 6.

Apoc. 6.

lo, alterum aureum imaginarium iuxta legem veterem, alterum sub quo sint animæ martyrum. Quod si nemo diceret, restat, ut istud, & illud unum sit. De intelligentia uero huius loci Apocal. 6. diximus in dictione album, & latius agemus in dictione Beatitudo.

CAPVT. LXXII.

Altitudo, Altum, Altissimus
Elenare Elenatum.



ALTITUDO uocatur hebraice in scriptura sancta Comah. Gen. 6. & 30. cubitorum altitudo Itē. Exo. 25. & 1. Reg. 28. in quibus omnibus locis Comah, est altitudo.

Altitudo dimensio corporum est, qua à centro terræ uersus cælum eriguntur. Vel ut inquit Aug. lib. de quæritate anime est illa dimensio, qua efficitur, ut interiora cuiusuis corporis emineant. Accipitur autē aliquando pro dimensione contraria, quæ est profunditas, quia non potest esse unum sine respectu alterius, ita ut tanta sit profunditas, quanta fuerit altitudo, & è contrario. Propterea profundum maris uocamus altum, sicut Dominus dixit Petro: Duc in altum, & Psal. Veni in altitudinem maris, sic & uocatur altus infernus: De altitudine uentris inferi. Eodem sensu Sap. 4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. Sic & metaphorice cor dicitur altum, id est, profundum, Psal. 63. Accedet homo ad cor altum, ubi August. id est cor secretum. Sic & Septuag. uertunt Badior profundum, & hebraice Amich, profundo scilicet corde. Sic etiam Ecclesiastes: Verba sapientium sicut clui in altum de fixi, id est, quæ solida inquit Hierony. radice fundata sunt, sub audi in scripturis. Eodem modo per metaphoram profunditas sapientiæ Dei uocatur altitudo: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei. Vbi Chrysof. legit. O profunditatē, & Theophyl. exponit, diuitias esse diuinam bonitatem, cuius profunditatem Paulus demiratur. Sic Salomon Ecclesiastes. 7. de Sapientia dicit: Alta profunditas, quis inueniet eam: quasi dicat, solus humilis in profunditate

חַמָּה

I

August.

Luc. 5.
Psal. 68.
Eccle. 5. 1.

Sap. 4.

חַמָּה

Eccle. 12.
Hierony.

Rom. 11.

Chrysof.
Theophyl.

Eccle. 7.

tem descendere poterit sapientiæ; iuxta quod Dominus dixit: abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, subaudi mysteria ueræ sapientiæ: Et reuelasti ea paruulis.

Altissimus uocatur per excellentiam Deus, non quidem corpore, cuius natura est incorporea, sed summa dignitate, & autoritate creationis omnium, cui subinde summus cultus debetur, nempe patriæ propter omnipotentiam deitatis, ut obseruat D. Thom. super illud Iob. Si osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Si enim quibusdam creaturis (inquit) per participationem nomen Dei attribuitur, soli tamen Deo altissimo patriæ cultus debetur, qui uocatur altissimus, etiam si alijs per errorem talis cultus exhibeatur. Hæc D. Thom. Itaque Deus altissimus, idem est, ac Deus, cui summus cultus debetur, sicut etiam notat Lyranus super eundem locum. Sic legitur in Genesi quod Melchisedech, erat sacerdos Dei altissimi, & Psal. Redde altissimo uota tua, id est in honorem patriæ, & Tu solus altissimus in omni terra, ubi Hieronymus. Erigat se qui uult, nos dicamus tu solus altissimus, quantumuis quis exaltetur; nos habemus Deum, cui excellius nomen est. Hæc Hieronymus. Dicitur etiam Deus altissima facere: Donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quæ uentura est, potentiam tuam, & iustitiam tuam Deus, usque in altissima, quæ fecisti magnalia. Vbi Iansen. explicat, beneficia personæ Dauid collata uocari altissima hoc loco. Sed D. Augustinus de creatione potius Angelorum exponit, qui sunt altissimi in creaturis. Hieronymus uero & Glossa atque Lyranus, de beneficijs potius intelligunt incarnationis filij Dei, quæ expositio magis placet iuxta literam, quia hæc fuerunt altissima Dauidi promissa, ut de semine eius nasceretur Christus, & ideo Mariæ dictum est, Luc. 1. quæ de stirpe Dauidica procedebat, Dabit ei scilicet Christo Dominus sedem Dauid patris eius, cumque illa rogasset: Quomodo fiet istud, &c. Angelus respondit: Virtus altissimi obumbrabit tibi, id est uirtus illius, qui ut altissimus altissima Dauidi promissit, & complere festinat. Itē in eodem Euangelio dicitur:

Matth. 13.

2

D. Thom.
Iob. 31.

Lyra:
Gen. 14.
Psal. 49.

Psal. 82.
Hierony.

Psal. 70.

Iansen.

Aug.

Hierony.
Glossa.
Lyra.

Luc. 1.

Et uocabitur altissimi filius. Porro Gen- brardus, non putat beneficia Dei vocari in hoc loco altissima, sed quod Dauid de beret magnalia Dei laudare vsque in alti- ssima, id est vsque ad coelum, sic vertit Chal- deus: Vsque ad caelos excelsos quos fecisti. Sed si per magnalia intelligat mysteria Inc ar nationis placet haec expositio.

Altum absolute positum in singulari, vel alta in plurali pro caelo capitur in bo- num, sic Deus dicitur in alto esse, vel in altis habitare, vel de alto aliquid facere, vel in altis, sic obseruant patres, inter quos Hierony. sic explicat illud Psalm. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus, id est, Gloriosus residens ad dex- teram patris. Sic etiam Iansen, super eun- dem versum, & Psalm. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat? id est in alti- ssimis caeli sedibus suam elegit habita- tionem, vt exponit Iansenius. Sic Psalm. 143. Emitte manum tuam de alto, vbi Hie- rony. de caelo (inquit) mittit manum sua in terram, & tamen de caelo non recedit, & Ephes. 4. Ascendens Christus in altu, quod explicans subdit: Nam qui descendit, ipse est, qui ascendit super omnes caelos. De quo Mar- ci vlt. Et postquam locutus est eis assumptus est in caelum.

In altum manus extendere, vel eleua- re, est orationem in caelum dirigere: Ma- nus meas extendi in altum; & in sapientia eius luxit anima mea. Et in ascensione Domini di- citur: Eleuatis manibus benedixit eis, & fereba- tur in caelum. In eundem sensum Psalm. 140. Eleuatio manuum mearum sacrificium vesperti- num. Vbi Lyran. Petit (inquit) vt oratio eius sit consummata & exaudita, quia post sacrificium vespertinum nullu aliud restabat. Haec ille. Mystice vero Aug. ex- ponit de sacrificio Christi in cruce pendē- tis. De quo: Ego si exaltatus fuero a terra, om- nia traham ad me ipsum.

Altitudo, & altu in sacris literis & in bo- nu, & in malu accipitur, & indifferēter. In bonu quidem denotat sapiētes homines, vel Angelos, sic intelligit Hierony. illud. Altitudo manus suas leuauit, quia quādo Do- minus post mortem resurgens ascendit in caelum, vel discipuli eius, qui sapientes erāt in spiritualibus, vel Angeli, leuauerūt manus suas, & laudauerunt Deum. Ad de- notandam autem hanc diuine laudis iubi- lationem, in hora qua dominus ascendit,

apparuerunt discipulis angeli duo in vesti- bus albis, Act. 2. vt notat Greg. Item in bo- num quidem accipitur altitudo rotarum Ezech. vbi legimus: Altitudo quoque erat in rotis, & horribilis aspectus. Super quem lo- cum Hierony. Rotae (inquit) sunt Euange- lia sibi coherētia, quorum cursus, & sta- tura tendit in caelum, & Greg. homil. 6. super Ezech. Habet (ait) altitudinem rota- cum de Redemptore promittit dicens: Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quid hac altitudi- ne sublimius dici potest? Haec ille. Sic etiā habet altitudinem rota Euangelica, quan- do dicitur Ioan. 3. Ita oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam aeternam. Et quando Marię dicitur: Quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei, item; In principio erat uerbum: & sic de alijs.

Altitudo, vel sublimitas Dei myste- rium crucis Christi significat, vt exponit August. Epistol. 119. ad Ianuarium de ri- tibus Ecclesie. Per altitudinē (inquit) cru- cis cui caput adiungitur, expectationē re- tributionis intellige de sublimi iustitia Dei. Sic etiā Theophyl. in haec verba super Ephes. 3. Greg. (inquit) Nissen⁹ per profu- ditatē, & altitudinē, crucē dicit intelligi. Vbi Apostolus ait: Vt possitis comprehende- re cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, & lon- gitududo, sublimitas, & profundum. Secunda expositio est Chrysostomi, qui omnes has dimensiones quas ponit Apost. ad charitatem refert. Docet (inquit) Aposto. quae sit magnitudo dilectionis Dei, quo- modo illa nusquam non se extenderit. Tertia expositio est Ambrosij, qui totum hoc intelligit de infinitate Dei. Cum dicit Apostolus (ait) quae sit latitudo, longitu- do, altitudo & profundum, hoc utique significat, vt sicut in sphaera tanta est lon- gitududo, quanta latitudo, & tanta altitudo, quantum & profundum, ita in Deo om- nia aequalia sunt immensitate infinitatis. Quam expositionem sequitur D. Tho. in Comment. dicens, has dimensiones per metaphoram Deo in scripturis sanctis at- tribui, qui tamen natura sua incorporeus est. Ita vt per latitudinem extensio diui- nae sapientiae super omnia, per longitu- dinem duratio eius aeterna, per altitudinē nobilitas diuinae naturae, per profundū, in- cōprehensibilitas consiliorū eius signifi-

Act. 2. Greg. Ezech. 11.

Hierony.

Greg.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Luc. 1. Ioan. 1.

6

Eph. 3. Aug.

Theophyl. Greg. Nic.

Chrysost.

Amb.

D. Thom.

cetur.

Regula. Hierony. Psal. 92.

Iansen. Psal. 112.

Psal. 143.

Hierony. Ephes. 4.

Marc. vlt.

4 Eccle. 5. 1.

Luc. 24. Psal. 140.

Lyra.

Aug.

Ioan. 12.

5

Hierony. Abac. 3.

cetur. Quod si quis obijciat haec nō posse à nobis comprehendi, dicit autem Apo- stolus, ut possitis comprehendere cum omni- bus sanctis, &c. Respondet. D. Thom. com- prehēdere hoc loco accipi pro apprehen- dere, seu clare cognoscere.

7 Apoc. 21. Rupert.

D. Thom. Glossa.

Matth. 5.

8

Hierem. 17.

Hierony.

Matth. 6. Matth. 18.

Lyra.

Esai. 6.

Esai. 66.

solium Dei excelsum, & eleuatum intelli- gi suprema super omnes creaturas Dei po- testas, & dominatio. Vnde Basilius su- per Isai. 6. Solium (inquit) eleuatum Dei dicimus in omnem creaturam prin- cipatum, & dominationem. Item Hie- rony. regium signum explicat solium ele- uatum super Isai. Vt habitum (inquit) re- gnantis ostenderet, item Chrysof. pau- lo luculentius explicat hunc locum, vt videlicet, solium excelsum dicatur, ad de- notandam eminentiam Dei summam re- spectu inferiorum, quibus excellit, ele- uatum vero addat aliquid ultra, vt de- notet naturae diuinae incomprehensibi- litatem, quae super omnem intellectum eleuatur. Quae omnes expositiones pul- chrae sunt, & litera coherēt. Vnde re- cte Magi qua rebāt. Vbi est qui natus est rex? Quia solus Christus cuius soliū secundum Deitatem super omnem intellectum crea- tum eleuatum est, ineffabiliter ab aeter- no natus est rex, ita vt clamet Isaias, Generationem eius quis enarrabit? Secun- dum humanitatem vero natus est rex Iu- daeorum in tempore, solus ille, pro- pter vnionem humanitatis ad uerbum. Huius ergo solium excelsum, & eleua- tum vidit Isaias, quando vidit gloriam eius.

Secundum altitudinem suam etiam in bonum dicitur Deus benigne agere, si- cut Psalm. 111. Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Vbi Hierony. Iuxta abundantiam (inquit) misericor- diae tuae, qua multiplicatur Ecclesia, & August. Multiplicabuntur (inquit) iusti secundum altitudinem Dei, quādo ibunt de virtute in virtutem. Haec ille. Sic ibant Apostoli, & discipuli Christi, & multiplicabantur secundum altitudinem Dei, quia dixerat Dominus illis: Ego posui uos, ut eatis, & fructum afferatis. Quae quidem expositio literalis est secundum translationem. Septuaginta. Qui pro mul- tiplicasti, quod Graece est πολλαπλασιασας, quod est ma- gni pendisti, aut plurimi fecisti filios hominum, quasi dicat, sicut tu magnus es, ita magni fecisti homines, vnde He- braeo. 1. Neque enim Angelos apprehen- dit, sed semen Abrahae apprehendit. Deni- que Ians. explicat, secundum altitudi- nem sapientiae tuae, permisisti multipli-

Basil.

Hierony.

Chrysof.

Matth. 2.

Isai. 53.

9

Psal. 111. Hierony.

Aug.

Ioan. 15.

Hebr. 1.

Iansen.

Geneb:
Hierony:

cari pro filijs Dei adoptiuis filios hominum carnales, & Genebrardus consentit, praesertim quia Hieronymus vertit ad Sophronium, Cum exaltati fuerint utilissimi filiorum hominum, & vox quidem hebraea Zuloth, viles, & voraces significat a verbo. zel, vilipendere. Sic ponitur Thren. 1. Quoniam facta sum vilis. Quadrat autem in Iudaeos qui multiplicati sunt, & exaltati, & vt vilissimi agricolae vt vorarent hereditatem, occiderunt heredem Matth. 21. Item dixerunt, Expedit ut unus homo moriatur pro populo. Fateor pulchra esse expositionem, quia filij hominum pro vilibus hominibus, in contemptum ponitur, & ideo idem sensus est, Multiplicasti filios hominum, vt vertit vulgata Et exaltati sunt vilissimi filiorum hominum, vt transfert Hieronymus. Nihilominus prior expositio magis quadrat cum Septua. qui vertunt, Magnipendisti filios hominum, iuxta illud. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat.

Matth. 21:
Ioan. 11.

Ioan. 3:

IO
Hier. 49.

2, Corint. 10

Apoc. 2.

Luc. 18:

II
Hieron.
Psal. 55,

Hilar.

Altitudo in malum denotat superbiam, & arrogantiam, sicut legimus apud Hierem. de Moab ubi dicit Dominus, Arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis eius ego scio. Item Paulus. Armis militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinem extolentem se aduersus scientiam Dei, Et Apoc. 2. Non cognouerunt altitudinem Satanae. Hanc altitudinem praeserebat Phariseus ille, qui dicebat. Non sum sicut ceteri homines.

Altitudinem diei timere in bonum, & in malum accipi posse testatur Hierony. super illud Psalm. 55. Ab altitudine diei timebo, ego autem in te sperabo. Duos (inquit) sensus habet hic, vnum quasi dicat Ecclesia. Non timebo altitudinem diei superborum: alium affirmando, Timebo altitudinem diuinitatis tuae, quia qui non timet, praesumptuose agit. Hac Hierony. Sed prior sensus celebrior est, & in quibusdam Graecis codicibus legitur, απο υψους ημερας ου φοβηθησονται ab altitudine diei non timebo, sic Hilarius legit, Ab altitudine dierum non timebo. Si vero legas affirmatiue cum nostra vulgata, interrogatiue proferendum est, eritque idem sensus, quasi dicat. Nun-

quid timebo altitudinem prosperitatis hostium meorum? non plane, sed in Deo sperabo. Sic monet filius Dei dicens. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Et Nolite timere pusillus grex. In malum etiam accipitur alta sapere, pro eo quod est superbire, Noli alta sapere, sed time, & rursus, Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

Altitudo indifferenter accipitur pro regia potestate. Vnde de rege Assyriorum vt explicat Hierony. praedictum est: Eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionum. Potest etiam intelligi sub typo regis Assyriorum de primatu Luciferi, & eius excellentia naturali super reliquos spiritus, vnde subdit Ezechiel. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei: Quia excelebat natura super angelos, vt explicat Gregor. libr. 32. Moral. in illud Iob. Ipse est principium uiarum Dei, nec tamen fuit maior in regno caelorum, quia. Qui se humiliauerit sicut paruulus, est maior in regno caelorum.

CAPVT. LXXVI.

Amalech, Amalechites.



MALECHITES regio est ad meridiem Iudae, vt Hierony. ait libr. de locis Hebraicis in deserto trans vrbem Arabiae nomine Petra, gens autem

Amalechitarum duxit originem ab Amalech, quem Glossa quaedam Strabi, quam super Exod. 18. refert Lyra. dicit filium fuisse Ismaelis, sed refutatur haec Glossa loco citato a Lyrano, & merito, quia nullum habet in scriptura fundamentum, quin imo contra Paralip. legimus Eliphan primogenitus Esau genuit Amalech, & Genes. Erat Thamma concubina Eliphan filij Esau, qui peperit ei Amalech. Super quem locum Hierony. libro de Tradit. Hebraeo. dicit, ab Amalech filio Eliphan filij Esau Amalechitas esse appellatos. Idem testatur Iosephus libro secundo, Antiquitat. Habitauerunt autem Amalechitae in Arabia iuxta mare rubrum vsque ad terminos terrae Chanaan, qui

Matth. 11,
Luc. 11,

Rom. 11,
Rom. 11,

12

Ezech. 31,
Hierony.

Grego.
Iob. 40,

Matth. 11,

13
Hierony.

Lyra,

Glof.
Exo. 18,

1. Paralip.
Genes. 36,

Hieron.

Iosephus

praeliati

Exod. 17,
1. Reg. 15.

Matth. 15:
Matth. 9.

Ioan. 8:

Matth. 23;

praeliati sunt obstinate contra Iosue, sub Moysse, & ab eo deuicti. Denique a Saule Rege iussu Domini vsque ad interuentionem delati sunt. De quo vide in dictione Delere numer. 4. Illud autem interim nota merito Amalechitas fuisse punitos, quia impedire voluerunt populum Dei, ne felicem cursum ad terram sibi promissam prosequeretur. Sic ergo & Pharisei quia discipulos Christi a consecutione salutis in Euangelio promissae, falsis calumnijs impedire moliebantur, dicentes Christo, Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Et rursus discipulis replicantes, Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister uester? grauisimas poenas dederunt. Ita vt Dominus dixerit eis, Mortemini in peccatis uestris. Et, Ecce relinquetur domus uestra deserta.

CAPVT LXXIII.

Amor. Amor charitatis. Amor dilectionis. Amor amicitiae.

I
חבב



MARE dicitur in scriptura Hebraice Chabab, Deuterono. 33. & Iob. 31. Est autem amor affectus animi, quo bene volumus nos, & nostra, & extraneos.

Est autem amor amicitiae, quo quis amat amicum propter ipsum, qui capax ad redamandum est, creaturas quippe irracionales amore amicitiae nemo potest amare, vt testatur Aristote. 8. Ethicor. & diuus Thomas prima parte, questione vigesima, articulo secundo, ad tertium. Amor vero concupiscentiae dicitur, quo quis amat alium, vel aliquid sibi, sicut solent homines amare sibi diuitias. Ceterum amare, & diligere, vt obseruat Orig. Homilia prima in Cantica, differunt. Videtur (inquit) mihi, quod diuina scriptura volens cauere, ne lapsus aliquis legentibus sub amoris nomine nasceretur, pro infirmioribus quibusque eum, qui apud sapientes saeculi Cupido, seu amor dicitur honestiori vocabulo charitatem, seu dilectionem nominasse. Haec Origin. Loquitur autem Graece secun-

Aristotel.
D. Tho,

Orig.

dum translationem Septuaginta, antequam facta esset versio latina vulgata. Est autem Graece αγαπαω diligere & αγαπη dilectio siue charitas & φιληω amare & φιληω amor. Ceterum Beatus Augustinus, libro decimoquarto, de Ciuitate Dei, capitulo septimo, hanc Origenis obseruationem suppresso nomine auctoris multis exemplis subuertit, ita tamen, quod quamuis latinae vulgatae proponat testimonia, intelligi nihilominus velit, eodem modo Graece se habere. Ipse (inquit) Dominus Petrum Apostolum interrogans dixit: Diligis me plus his? Ille respondit, Tu scis Domine quia amo te. Et ad trinam interrogationem eodem modo respondit. Hoc (inquit) Augustinus commemorandum putauit, quia quidam dicunt, dilectionem accipi in bonum, & amorem in malum. Sic autem neque ipsos auctores saeculares locutos fuisse certissimum est. Dilectionem poni in malum constat Psalm. 110. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam, Et Nolite diligere mundum, &c. Haec Augustinus. Nihilominus tamen, licet Origenis obseruatio exceptionem interdum patiat, vt aperte demonstrat Augustinus, sed certe frequenter verum habet. Itaque plerumque dilectio bonum sonat, legimus enim passim, Diliges Dominum Deum tuum. Et Diligas eum, & seruias Domino. Et Diligas Dominum, Item Iosue. 23. & Iob. 13. & Cant. 1. Recti diligunt te, Et capitulo tertio, Quaesui quem diligit anima mea, Et Matthaei. 22. Diliges Dominum Deum tuum. Et: Vt diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Rarissime vero reperire licebit scriptum vt amemus Deum, praeter Deuterono. 11. Ama Dominum tuum, Et Ioannes. 16. Pater amat uos quia uos me amastis. Et si quis alius locus forte est similis istis. Et fortasse inde obseruatio praedicta Origenis profecta est, quod apud humanos auctores, amare, ardentem affectum, & corporalem potius quam spirituales connotet, qualis solet esse carnalis. Vnde Cicero apud Brutum. Clodius (inquit) valde me diligit, sed vt ενφαινωστέρον hoc est cum maiori emphasi dicam, valde me amat. Haec Cicero. Hinc ergo scriptura sacra frequentius utitur dilectionis voca-

August.

Ioan. vii.

sal. 110.

Ioan. 2.

Deute. 6.
Deu. 10.
Deut. 30.
Iosu. 23.
Tob. 13.
Cant. 1.
Cant. 3.
Matth. 22.
Ioan. 13,

Deut. 10:
Ioan. 16.

Cicero,

bulo

bulo in bonum, tanquam honestiore, & maxime in Canticis Canticorum. Charitatis vero nomine semper in bonum, neque enim haec in sacris literis legi charitatem in malum.

2 Sap. 7. Dionys. Mercurius. Trimegist. Ioan. 3. Deut. 10.

Amor boni Deum ad creationem omnium existentium inclinavit, iuxta illud quod de Sapientia diuina dicitur, *Est in illa spiritus intelligentiae sanctus, &c. amans bonum.* Itaque intelligens ab aeterno Deus, bonum esse communicare creaturis, ut essent, creauit vniuersa. Vnde Dionysii. libro de Diuinis nominibus capitulo quarto. Audendum est (inquit) hoc pro veritate dicere, quod ipse omnium causa, per abundantiam amantissimae bonitatis, extra se ipsum fuit ad omnia existetia. Quod vero dicit Dionysius, extra se ipsum ex amore fuisse Deum, intelligendum est, illum ab aeterno quidem operationes habuisse ad intra (ut Theologi dicunt) quantum ad generationem verbi, & aspirationem spiritus Sancti, sed amore praeterea boni ab aeterno quoque decreuisse ut suam bonitatem creaturis in tempore communicaret, vnde quando, & quomodo illi placuit, (nec enim voluntas diuina coarctanda nobis est) mundi fabricam creauit ad extra. Ad quod respiciens Trimegistrus ille Mercurius dixit, *Monas genuit monadem, & in se suum reflexit amorem.* Quod est dicere, vnus Deus vnum creauit mundum propter amorem bonitatis suae, quam voluit mundo communicare. Quid autem mirum si amore boni mundum Deus condidit, qui propter restaurationem mundi, peccati pondere ruentis, filium suum misit in mundum. *Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, id est, qui prius communicauerat mundo bonitatis suae riuulos, ipsum tandem bonorum omnium fontem super eum, in signum exuberantis amoris effudit.*

3 Amor hominis Deum plane fecit mortis legibus obnoxium, & de omnibus eius aeternis attributis miro quodam, & nouo modo triumphauit, quod insinuat Moyses dixit. *Patribus tuis conglutinat est Deus, elegitque semen eorum post eos, vbi conglutinatio metaphorice vnionem duarum in Christo naturarum significat, diuinam videlicet, &*

humanam. Elegit autem semen eorum, quando, *Factus est ex semine David secundum carnem.* Caeterum huic operi tam singulari & admiratione pleno repugnare videbatur immortalitas Dei, nempe ne mortalis fieret. Deinde infinitas, & immensitas, ne paruulus nasceretur, & infans: aeternitas quoque, ne tempore subiaceret, ita ut de illo diceret Euan-gelium. *Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, &c.* Et rursus: *Cum factus esset Iesus annorum duodecim, At qui de his omnibus amor Dei validus triumphauit.* Vnde Bernard. sermone. 64. super Cantica. O suauitatem, (inquit) o gratiam! o amoris vim! quid amore violentius? De Deo triumphat amor. Haec Bernard. Denique saucius amoris vulneribus Deus humanae clamat naturae. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, uulnerasti cor meum, in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui, id est, quia ego natura mea in amorem, & misericordiam propendo, non fuit tibi opus funibus me conuellerem, aut catenis trahere, sed vno crine me traxisti, ut tibi succurrerem.* Hinc Deus dicitur per excellentiam amare animas. *Parcis autem omnibus: quia tuae sunt Domine, qui amas animas.* In quem sensum de Lazaro fratre Mariae, & Marthae, qui peccatoris typus erat, sorores Domino scripsere, *Domine, ecce quem amas infirmatur, quasi dicerent ut notat Augustinus. Neque enim amas, & desseris, sed neque Dominus laborem itineris duorum dierum propter Lazarum recusauit, quia ut inquit Augustinus tractatu. 48. Non recusatur labor, si adest amor.*

4 Amor Dei facit, ut suauiter, prudenter atque fortiter diuina praeccepta seruemus. Vnde, *Amataque Deum, & praeccepta eius serua.* Et, *Qui diligit me sermonem meum seruabit.* Vnde Bernard. sermone vigesimo in Cantica. Disce Christiane a Christo, quomodo diligas Christum, discere amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter. Dulciter, ne illectus mundi gloria, aut carnis voluptatibus abducaris: prudenter, ne deceptus spiritu erroris se decaris: fortiter, ne in aduersitatibus fatigeris. Haec Bernard. Vbi notandum, amoris Dei dulcedinem ex consideratione beneficiorum eius nobis

esse

Hierony. Bern. August. esse quaerendam, quia dulcedo amoris diuini dulcedinem vincit amoris humani. Vnde Hieronymus. Epistola de custodia Virgin. ad Eustochium, Clauus (inquit) clauo truditur, & amor amore superatur. Haec ille. Facit etiam amoris dulcedo, ne labor in praecceptis exequendis sentiat. Vnde Bernard. sermone. 83. Vbi (inquit) amor est, labor non est, sed sapor: & Augustinus tomo. 4. libro de sancta viduitate, capit. 21. In delitiis (ait) spirituales, ipsa quae videntur laboriosa, vertuntur, nullo enim modo sunt onerosi labores amantium: Sed etiam ipsi delectant, sicut venantium, piscantium, vindemiantium, negotiantium.

5 Dionys. Gala. 2. Luc. 16. Psal. 118. Matth. 19. Cant. 2. Ioan. 15. Amor Dei, quem supra diximus, amicitiae propter bonum honestum, & propter ipsum amatum, nihil de remuneratione, vel mercede cogitat. De quo Dionysius. libro de Diuinis nominibus capitulo quarto, propterea (inquit) diuinus amor excessum efficit, dum amantes sui iuris esse non sinit, sed amatorum (sub audi, quos amat) iubet existere: Et infra: Vnde Paulus ille magnus diuino amore occupatus clamat, *Viuo iam non ego, sed uiuit in me Christus,* tanquam verus amator extra se positus, viuensque iam vitam, non suam, sed amatoriam. Haec Dionysii. Quae propter perfectos sint dicta. Neque enim contemnendus est ille alius amor concupiscentiae, qui Deum diligit mercedis intuitu, de quo, filius prodigus in parabola dixit: *Quantum mercenarii in domo patris mei abundant panibus, id est, consolationibus spiritualibus, & meritis.* Item, Propheta canit, *Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum propter retributionem, quam etiam Petrus quaerebat dicens. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?*

6 Amor ignitus instar febris cuiusdam spiritalis facit animam languescere, ita ut ab operibus vitae quidem actiuae cesset interdum, ut amoris creatoris quasi sedendo vacet, de quo sponsa dicit: *Falcite me floribus, & stipate me malis, quia amore languo, id est floribus scripturarum, & exemplis virorum illustrium, ad operandum conformate me, ut impleam praecceptum Domini. Hoc est praecceptum*

meum ut diligatis inuicem, quia amoris deitatis igne liquefacta, quasi ad opera proximi, corporeis destitutor viribus. Sic Maria quasi amore languens sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius, dum Martha satagebat circa frequens ministrarium.

Amor omnes animi vires secum rapit, & amore tendimus, quocumque tendimus. Sic Augustinus libro decimotertio Confessio. Amor (inquit) meus pondus meum, illo seror, quocumque seror. Haec ille. Sicut ergo lapis grauitate fertur in centrum, & fluuius inclinatione sua naturali non solum praeceps fertur in mare, sed & rapit secum quaecumque obuia, & primum mobile omnes alios caelos cursu suo secum trahit sic amor inter affectus cordis humani primus, & potentissimus est, ita ut secum intellectum, memoriam, & inferiores vires, totumque hominem in suum scopum rapiat. Hoc pondere amoris traxit Domini Petrum, & Andream dicens: *Venite post me, & ipsum Matthaeum, cui dixit, sequere me, & surgens secutus est cum, quod intelligendum est amoris, & affectus magis quam corporis gressibus; quia ut notat Augustinus super illud Psalmi. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, habet amor Dei pedes suos, quibus itur ad Deum.*

8 Amor filiorum honestus in scriptura commendatur, nec Patriarchae reprehenduntur, quod diligerent filios suos. Vnde de Abrahama Dominus dixit. *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac. Et, Rebecca diligebat Iacob. Et, Israel autem diligebat Ioseph; signum autem verae dilectionis est, filios cum fuerit opus corripere. Qui diligit filium suum assiduat illi flagella, ut lateatur in nouissimo suo.* Vnde & inter dicta mirabilia Socratis, refertur illa sententia institutionem filiorum in pueritia utilissimam esse, quia pulli ferociore, si domentur, optimi equi euadunt, nimius tamen erga filios amor euitandus est. Vnde & gentiles Philosophi vitio dederunt Micerino regi Aegypti qui filiae cadauer aurea capsula inclusum ob oculos semper habere voluit, lucerna iugiter die ac nocte ante capsam ardente, quod utinam Christiani vitium in suo gradu fugerent, qui relictis pau-

peribus

Matth. 25. peribus de quibus Dominus dixit. *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*, sumptuosissima filijs condunt sepulchra, aurea, & eburnea. Nec minus reprehenditur Pythiuis rex Bithyniæ, qui cum didicisset filium suum à Xerxe interfecit, relicto vxori regno, in monumento se inclusit, ibique flebiliter vixit. Laudatur veropietas Dauid, qui filium fleuit Absalom inobedientem sibi, atque rebellem. Quia corpore fuerat & anima extinctus. Commendatur etiam pietas reguli, qui quamuis gentilis filium obtinuit sibi à Christo sanitati restitui, importunis etiam precibus vrgens. Pietas etiam laudatur Iairi Archiflyna = gogi, qui filix duodennæ defunctæ vitam impetrauit. Simili amore vidua iuxta Naim filio defuncto vitam lachrymis obtinuit à Christo. Vnde matribus iubet Apostolus. *Vt filios suos diligant*, de quo & Chananæa valde laudatur propter pium amorem in filiam.

Amor coniugalis honestus in sacris commendatur eloquijs. Vnde Genes. 24. Isaac in tantum Rebeccam dilexit vxorem, *Vt tristitiam, quam ex morte matris conceperat, illius amore temperaret*. Item Iacob Rachelem vxorem dilexisse legitur. Pro qua socero suo septemseruit annis. *Et uidebantur ei dies pauci propter amoris magnitudinem*. Hunc honestum amorem inter coniuges, vt sua filius Dei præsentia commédaret, conuiuio nuptiali in Cana Galilæe interesse dignatus est. Sed excessus amoris huiusmodi gentium etiam damnatur historijs, qualis Artemisæ, quæ cum Mausulo marito defuncto sepulchrum sumptuosissimum, quod inter septem miracula mundi refertur, ædificasset, ibi fixa haustis paulatim cum vino mariti sui cineribus ad mortem vsque contabit. Taxatur etiam Portia Catonis filia, quæ mariti Brutii perempti cineres cum potu bibens extincta est. Laudatur vero in historia Romana Publius Rubrius Celler, qui vixit cum Caia Emina vxore, annis quadraginta tribus, & mensibus octo sine vlla quærela. Albucius etiam Romanus, qui cū Terentia Valentiana vxore annis viginti quinque peractis, sine iurgio defunctus est. Sed multo magis in Euangelio Zacharias, & Elizabeth Ba-

ptitæ parentes commendantur, qui tam sancte se mutuo dilexerunt, vt incederent, *Sine ulla quærela in omnibus iustificationibus legis*. Sanctus quoque Ioseph ita sanctissimam dilexit sponfam, vt cum eam prægnantem videret, traducere, vel accusare noluerit sed cogitabat occulte dimittere eam. Denique Paulus modum coniugalis amoris describens ait. *Viri diligite vxores uestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam*. Et Prouerbiorum. *5. Sit uena tua benedicta, & latere cum muliere adolescentiæ tuæ*.

Amor proprius omnium malorum seminarium est, iuxta illud: *Qui amat animam suam, perdet eam*. De quo amore exponit Hieronym. illud Hieremiæ. *Vbi Propheta populo dicit se ipsum amanti, Onager assuetus in solitudine in desiderio animæ suæ attraxit uentum amoris sui*. Et certe hic est ventus vrens, qui omnes adurit virtutes, & inter omnia venena perniciosissimum est virus. Vnde Plato, Dialogo. 5. de legibus, *Reuera, inquit, nimius in se ipsum amor, omnium peccatorum omnibus semper est causa: obcæcatur quippe circa amatum, qui amat*. Hæc Plato. Et Beatus Augustinus, lib. 14. de Ciuitate cap. vltimo, *Fecerunt, inquit, ciuitates duas amores duo, terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, caelestem uero amor Dei usque ad contemptum sui*. Hæc August. Vnde amores isti contrarij sunt, vt dicit Origi. Hom. 1. super Cantica, *Nemo, inquit, potest duobus amoribus possideri, si carnis amator es, amorem spiritus non capis*. Quod alijs verbis Dominus in Euangelio docuit. *Nemo potest duobus dominis seruire, &c.* Hæc de amore sub nomine amoris.

Charitas, vt dictum est semper in bonum capitur pro Dei amore super omnia, & proximi iuxta nos Paulus, *Charitatē fraternitatis inuicē diligentes*, Et, *Charitas frater nitatis maneat in uobis*, Et, *secundū charitatem ambulate*, Et, *Manent tria hæc fides, spes, charitas, Et, In Charitate radicati, & fundati*. Est autem sciendum, charitatem esse virtutem super naturam nobis infusam, iuxta illud, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Porro esse habitus infusus in nobis Theologiarum virtutum, sine dubio tenendum est. De quo Concil. Trid. ff. 6. can. 7. & 11. Est autem vnus, atque idem habitus chari-

tatis Dei, & proximi, cuius primarium obiectum est Deus, secundarium vero proximus, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 23. art. 5. Itaq; habitus charitatis elicit actum amoris Dei super omnia, & proximi propter Deum, reliquarum vero virtutum actibus imperat, tanquam regina virtutum. De cuius primatu Paul. *Maiores autem horum est charitas, Et, super omnia charitatem habentes, quæ est vinculum perfectionis*. Id est vinculum, quo Deo tãquam vltimo fini copulamur. In quo sensu dicitur. *Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo*: Sola quippe charitas facit hominem amicum Dei, estque vera cū Deo amicitia, vt inquit D. Tho. 2. 2. q. 23. ar. 1. Quia non solum nos Deo gratos, sed & familiares facit, iuxta illud: *Vos dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo nota feci uobis*. Præterea notandum est, charitatem omnes virtutes ad salutem necessarias secum afferre, & earum proprietatibus indui, iuxta illud. *Charitas patiens est, benigna est, &c.* Vnde Grego. in Hom. super illud, *Hoc est præceptum meum, &c.* Sicut multi (inquit) arboris rami de vna radice procedunt, ita multæ virtutes de vna charitate generantur, de quo latius postea. Interim autem sciendum charitatem augeri meritorie (quod aiunt) per singulos actus, vt docet D. Thom. loco citato art. 6. iuxta illud. *Quicumque dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, non perdet mercedem suam, nec per solos actus suos etiam remissos crescit* (saltem in acceptatione diuina) charitas, quæ do eos elicit, sed etiam per actus imperatos aliarum virtutum cum debitis circumstantijs. Ad quod facit decretum Tridentini Concil. ff. 6. can. 10. & clarius, can. 32. *Augeri autem charitas semper in hac uita usque ad mortem potest, iuxta illud. Via iustorum sicut lux splendens crescit, & augetur usque in perfectum diem*. Et, *Qui iustus est, iustificatur adhuc*. De quo lege D. Thom. loco citato art. 7. Vnde in omni vitæ momento, quadrat illud: *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam*: Postremo quamuis accidentaliter feruor charitatis refrigerare possit, atque diminui, essentia vero charitatis non diminuitur, quia, *Sine poenitentia sunt dona, & uocatio Dei*. Cum ergo Deus charitatem infundat, quod est amicitiam nobiscum inire, nõ minuit donum huiusmodi, nisi ab homine amicitia diuinæ iura-

violentur: quæ non violantur nisi per lethale peccatum, quod non diminuit, sed aufert omnino charitatem, vt iam ostendemus.

Porro an charitas semel habita possit amitti, disputant doctores, eo vel maxime, quod quidam ex antiquioribus dicere videatur, charitatem durare semper, & illam quæ per lethale peccatum amittitur, apparentem fuisse, non veram. De quo Sixtus Senensis. lib. 5. Biblioth. annot. 240. adducit Gregor. Homil. 5. in Ezechiel. dicentem: *Sic electi quique ad bona tendunt, vt ad mala perpetranda non redeant: Quod certe intelligendum est de iustis quândiu iusti sunt, alioquin peccando desinunt esse iusti*. Sed difficilior est quod Augusti. dicit, tom. 3. in priorem Epistolam Ioannis. Vnctio (inquit) inuisibilis charitas est, quæ in quocunque fuerit, tanquam radix erit, quæ quauis ardente sole arescere non potest. Sed certe hoc intelligit August. ex parte ipsius charitatis, non ex parte nostra. Iam vero ad id quod allegat Gratianus distinctione. 2. ex Ambrosio, super 2. Corinth. 6. ficta charitas est, quæ deserit in aduersitate, & ad alia similia, quæ refert Sixtus sen. sciendum est, secundum fidem catholicam ex parte subiecti posse charitatem, quândiu non est homo in gratia confirmatus, per lethale crimen amitti, iuxta illud. *Charitatem tuam primam reliquisti*; Et, *Bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt*. Quam veritatem orthodoxam tueri Hieronym. libr. 2. contra Iouinianum, eumque refutat asserentem, gratiam semel habitam amitti non posse. Quod si aliqui ex patribus catholicis dixisse legantur, charitatem quæ defecit, veram minime fuisse, veram quidem intelligendum est illos accipere pro perfecta, & confirmata. Quæ phrasis est scripturæ interdum accipientis verum pro perfecto, & confirmato, sicut dicit Dominus. *Ego sum uitis uera*, vbi minime quidem vitæ se materiale intelligit filius Dei, sed emittenter, & in altiori genere perfectam, & ita confirmatam in bono, vt non mutetur in prauam iuxta illud Hieremiæ. *Ego te plantavi uinea in electam, quomodo mihi conuersa es in prauam uinea aliena? sicut super Ioann. notat Augustinus. Deni-*

12
Sixtus Senen. Gregor.
Aug.
Grat. Ambr.
Apoc. 2. 1. Timoth. 2.
Hierony.
Ioan. 15.
Hier. 2.
August.

D.Tho. Denique Charitas vt docet D. Thomas, Secunda secundæ, quæstione. 23. articulo. 11. ex parte Dei non potest amitti, vt supra dictum est, neque ex parte ipsius charitatis, quia charitas nunquam excidit. Neque ex parte subiecti, nisi operetur aliter, quam inclinatur ipsa charitas. Si autem semper operatur secundum inclinationem charitatis nunquam eam amittit. In quo sensu dicitur. *Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit*, sicut exponit D. Thom.

13 Legimus autem in Cantic. *Ordinavit in me charitatem*. Super quem locum Glossa. In ordine (inquit) charitatis primo loco diligendus est Deus, secundo parentes, deinde filij, postea domestici. Et Gregor. super Cantica. Hoc (inquit) loco Charitas ordinatur, quia dicitur qualiter Deus, & proximus ordinate diligantur. Et Augustinus libro. 1. de Doctrina Christiana, quem refert D. Thom. 22. quæstio. 26. articulo. 2. *Quatuor (inquit) sunt ordine diligenda, primum Deus, qui supranos est, secundo, quod nos sumus, tertio, quod iuxta nos est, scilicet proximus (qualis non solus amicus est, sed etiam inimicus, iuxta illud. Diligite inimicos vestros) quarto, quod infra nos est, scilicet corpus nostrum. Itaque priora ex his anteposenda sunt posterioribus, quando simul in opere conseruari non possunt. Eritque anima nostra, Terribilis, ut castrorum acies ordinata.*

14 Charitas desponsationis in scriptura prima iustificatio est, in qua homo cum Deo fœdus init de seruanda lege, & mandatis eius. Dicitur autem de Synagoga, quando primum iustificata legem accepit in deserto, vt exponit Hieronymus. super illud Hierem. *Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto.* Quando (inquit) instar sponsaliorum & dotis legis tibi ornamenta, & verborum distribui monilia. Hæc Hieronymus. Sic Deus in conuersione præuaricantium, qui prius fuerant in gratia, recordatur charitatem desponsationis eorum, quando resipiscentes pœnitentiam agunt, qualem egit mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, & Matthæus & Zachæus. Item Paulus & Petrus.

15 Charitas perpetua Dei erga nos de-

notat gratuitam electionem, & dicitur peculiariter de reliquijs Israel. Ita intelligit Hieronymus. illud Hierem. *Longe Dominus apparuit mihi, & in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui.* Longe (inquit) Hieronymus, quia dixerat Israel, venite interficiamus eum, & nostra erit hæreditas. Vnde longe recesserat à Deo. Propterea Dominus post multum tempus apparuit ei, non in tempore Zorobabel, & Esdræ, sed in charitate perpetua, quæ nunquam delebitur. Hæc ille. Intelligit autem, quando ex populo gentium, & reliquijs Israel fiet vnum ouile, & vnus pastor. Potest etiam intelligi charitas perpetua, qua Deus ab æterno destinavit attrahere sibi naturam humanam ex stirpe Israel, per vnionem hypostaticam naturæ nostræ ad verbum, quando Maria angelo salutanti respondit. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Et, *verbum caro factum est.* Ita vt quod semel assumpsit, nunquam dimittat. Hæc est charitas perpetua, qua dilexit nos. De qua etiam Ioannes. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.*

Charitatem aquæ multæ extinguere minime possunt, id est, tribulationes, sicut exponunt Gregor. & Diuus Thomas, & alij patres super illud. *Multe aquæ non potuerunt extinguere charitatem, id est martyrum amorem nulla potuerunt tormenta superare, vt videre est in Laurentio, qui audiuit illud Ioannes. Qui amat animam suam, perdet eam, qui autem odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Sic & Paulus. *Quis nos (inquit) poterit separare à charitate Christi? & certus sum, quia neque mors neque vita, &c.* Itaque vel minimus charitatis gradus, quatenus coniungit hominem Deo, insuperabilem illum, & inuincibilem reddit, quia, *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Et hoc vinculum, nisi homo liberare illud deponat, non potest solui vlla naturali virtute. Propterea Colossens. 3. dicitur: *Super omnia charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis.* Hinc neque lapidum imber potuit impellere Stephanum, quin diligeret inimicos, & pro illis oraret.

Charitas finis est præceptorum om-

nium

D.Tho.
1. Cor. 13.
1. Ioan. 3.
13
Cant. 2.
Glossa.
Gregor.
August.
D.Tho.
Matth. 6.
Cant. 6.
14
Hierony.
Hierem. 2.
Luc. 7.
Matth. 9.
Luc. 19.
Act. 9.
Luc. 23. c.
15

Hierony.
Matth. 11.
Hierem. 31.
Ioan. 10.
Luc. 1.
Ioan. 1.
Ioan. 3.
16
Greg.
D.Tho.
Cant. 8.
Ioan. 1.
Rom. 8.
1. Ioan. 3.
Colos. 3.
Act. 7.
17

Tim. 1. mium, & complementum. *Finis præcepti charitas de corde puro, &c.* Quia vt exponit Diuus Thom. in Commentar. omnes virtutes media quædam sunt, quibus tendimus ad Deum, sibi tamen ad inuicem subordinata: sicut in scala quam vidit Iacob à terra in cœlum pertingente, cuius omnes gradus quasi media quædam erant ad cœlum ita tamen vt primus disponderet ad secundum, & secundus ad tertium ordine suo vsque ad vltimum. Sic charitas est quasi vltimus gradus scalæ virtutum, qui coniungit nos Deo, quia illi innitur Deus, & omnes virtutes, atque virtutum præcepta tendunt ad charitatem quasi ad vltimum & finalem gradum, à quo pendunt reliqua omnia, si enim iste deficeret, non solum non attingeremus cœlum, vbi Deus est, sed in infernū potius præcipites ageremur. Propterea Christus agens de charitate Dei, & proximi dixit: *Hinc tota lex pendet, & propheta, & Psal. Ibunt de uirtute in uirtutem, & uidebitur Deus, &c.*

18 Charitas si desit, quamuis omnes gratiæ gratis datæ, & virtutes morales intellectuales, atque Theologicæ pariter adsint, tanquam nihilum reputamur quo ad meritum apud Deum, iuxta illud: *Esti habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum.* Quem locum Diuus Thomas, in Commentar. duobus modis intelligi putat. Nihil (inquit) sum, quantum ad esse gratiæ, quia gratia facit nos nouam creaturam. *Ipsi enim factura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis.* Vnde qui cecidit a gratia, nihil esse dicitur iuxta illud. *Nihil faciēs, & nō erit in perpetuum.* Alia expositio est. Nihil sum, quia quod sum, nihil mihi prodest ad meritū vitæ æternæ, quæ solis diligentibus Deum repromittitur, iuxta illud. *Qui non diligit, manet in morte, & uacua est spes eorum, & labores sine fructu.* Vnde Augustinus. libr. 3. de verbis Domini sermon. 13. *Quale (inquit) bonum est charitas? quid pretiosius? quid luminosius? quid firmius? quid vtilius? quid securius ea? nihil enim profunt cætera dona sine charitate, adde charitatē & profunt omnia.* Idem super Ioc. tractatu. 11. Sicut corpus sine anima

mortuū est, ita anima sine charitate. Hæc Aug. Propterea Paulus. *Sequitur charitatem, id est, in omnibus operibus, verbis, & cogitationibus vnā illam ducē sequimini, & Rom. 1. 6. Omnia uestra in charitate fiant.* Charitas est virtus operatiua, neque potest esse otiosa, neque virtutes finit esse otiosas, hinc cum Luc. 10. Designasset Dominus Septuaginta duos, fide instructos, & charitate, statim misit illos ad opus, quia charitas non permittit virtutes otiosas, & maxime fidem. *Quæ per charitatem operatur.* Vnde Greg. Homil. 30. super Euang. *Amor Dei non est otiosus, operatur enim magna, si es: si uero operari renuit, amor non est.* Idem testatur Augustus. super Psalm. 121. *Omnis (inquit) amor habet uim suam, & uacare non potest amor in anima amantis, & Chrysost. lib. 3. contra uituperatores vitæ monasticæ, Charitas (inquit) bonorū operum summa est.* Hæc ille. In hunc sensum dicitur charitas urgere iustū ad bene operandū. Vnde Paulus. *Charitas (inquit) Christi urget nos.* Vbi D. Th. Vigere (inquit) idem est, quod stimulare, & charitas Christi quasi stimulus stimulat nos ad faciendum ea, quæ charitas imperat, vt uidelicet curemus salutem proximorum. Hic est effectus ille charitatis, de quo dicitur. *Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei, & lampades eius, lampades ignis, atque flammæ.* Hactenus D. Tho. Itaque charitas sicut ignis in corde nostro virtutes inflamat ad operandum, & in omni occasione urget ad opus Deo gratū. Vnde Augustinus. libr. de laudibus charitatis, Charitas (inquit) in Abel per sacrificium grata fuit, in Noe per diluuiū secuta, in Abraham per gratiationem fidelissimam, in Moyse inter cōtumelias, & iniurias lenissimam, in David tribulatione mansuetissimam, in tribus pueris blados ignes innocēter experta, in Machabæis sauos ignes fortiter toleras, in Susanna erga virum, in Anna prophetissa post virū, in Maria præter virū, in Paulo ad arguendum libera, in Petro ad obediendum humilis, humana in Christianis ad confitendum, diuina in Christo ad ignoscendum. Hæc Augustinus & Gregorius libr. 10. Moral. super illud Iob. *Quia multiplex lex eius, Multiplex (inquit) lex Dei dicitur, quia cū vna eadēque sit charitas, si mētē plene ceperit, hanc ad innumera opera vniformiter accedit.* Propterea Christus

1. Cor. 14.
Rom. 16.
19
Luc. 10.
Gal. 5.
Greg.
August.
Chryl.
2. Cor. 5.
D. Thom.
Rom. 8.
Can. 8.
August.
Greg.
Iob. 11.

Ioan. 15. discipulis, quos charitate repleuerat, dixit: Ego posui nos ut eatis, & fructum afferatis, id est, posui vos, ne charitas in vobis esset otiosa, sed actiua.

20
Eph. 3. D. Thom.
1. Cor. 13.
Colof. 3. Chryl.
Hierony.
Glossa.
Ioan. 15.
21
Eph. 3. Questio. Theophyl.
Ioan. 13.
Psal. 17.

Præterea charitas omnium virtutum radices firmat, & fundat. In charitate radicati, & fundati: vbi D. Tho. Omnia (inquit) nostra, vt in æternum durent, radicari, & fundari debent in charitate: Quæ nunquam excidit. Vnde sicut arbor sine radice, & domus sine fundamento facile ruit, ita & spirituale ædificium, nisi sit in charitate fundatum. Nec solum charitas virtutes fundat, sed & fortiter ligat, ne defluant, propterea dicitur: Vinculum perfectionis. Quod explicans Chrysof. ibidem. Quem admodum (inquit) in nauis etiam si magna sint instrumenta, nisi fuerint subligacula, nihil proderunt, & in domo nisi sint cõignationes & colligationes & in corpore etiã si magna sint ossa, si non fuerint vincula, & cõpuges, nihil proderunt. Hæc ille Et Hierony. super eandẽ Epistolã Pauli. Charitas (inquit) multa membra in vnum colligit corpus. Et Glossa ordi. bidem. Per omnes (inquit) virtutes homo perficitur, & charitas connectit eas. Vt ergo ex Christiana Republica vnum fiat templum Dei viuum, in quo sint omnes virtutes fundatæ, & colligatæ, dicebat Christus: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos.

Charitas supereminet omni scientiæ creatæ. Scire quoque s. præminentem scientiæ charitatem Christi. Vbi Theophyl. quærit. Si charitas Christi supereminet scientiæ, quomodo dicit Paulus. se orare Deum, vt possimus comprehendere & scire illam? Respondet autem, Charitas quidem omnem scientiam naturalem superat, nos autem scientia supernaturali cupimus illam comprehendere, non autem quanta sit, hoc enim omnem scientiam reatam etiam supernaturalem excedit, sed vt comprehendamus, quod magna sit. Quod intellige non quidem notitia tantum speculatiua, qualis esse potest in peccatoribus, sed scientia practica, quæ cum gratia sit coniuncta, & mutuum pariat amorem. Nemo ergo plene capere potest illud quod Ioannes de filio Dei scripsit: Cum duxisset suos, quierat in mundo in finem dilexit eos, in hac enim dilectione Dominus ascendit super Cheru-

bim & volauit.

Charitas Dei in scriptura dicitur nimia, id est, superabundans: Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo. Quærent autem expostores, quare nimia dicatur? Ad quod dicit Ambros. Nimiam, siue vt ipse legit, multam vocari, quia non petentibus, neque quærentibus obtulit misericordiam, iuxta illud quod per Isaiam dicit, vt refertur Rom. 10. Palam apparui his, qui me non interrogabant. Sed D. Thomo. nimiam di. i. putat, quia ex mera procedit misericordia, non ex iustitia. Amor enim, quando amat bonum, euod inuenit in amato, quasi ex iustitia tendit in illud tanquam in obiectum proprium, quod est bonum: quando vero non inuenit, sed efficit bonum, quod amatum, ex mera misericordia procedit, est que nimia charitas. Ergo tribus, aut quatuor modis nos nimium amauit Deus, vt notat idem sanctus doctor. Primo quia de nihilo produxit: Diligis ea que sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Secundo quia ad suam nos imaginem capaces beatitudinis condidit. Tertio quia omnes inimicos sibi, sua morte reparauit iuxta illud: Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus ipse pro nobis mortuus est. Hoc autem tertio modo non amauit nos pater, quia mortuus non est, sed alio quarto modo de quo Ioan. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.

Charitas perfecta foras mittit timorem. Et timor non est in Charitate. Super eum locum Augustinus. Est (inquit) timor, quem charitas transmittit, & est timor, qui manet in seculum seculi. Sicut sunt homines, cui timent Deum, ne mittantur in gehennam, iste timor introducit charitatem, sed charitas venit vt exeat. Hæc ille. Itaque sermo est de timore serui, qui mittitur foras à charitate, non de filiali. Alio autem modo explicat Ambros. super illud Beati immaculati in via, versu octauo. Psalm. 118. Generaliter (inquit) charitas excludit timorem, vt si quis trans mare positos filios videre desiderat, non timet naufragia, liberorum charitate ingreditur maris fluctus, & metum del-

22
Eph. 4.
Quest. Ambros.
Rom. 10.
D. Tho.
Sap. 11.
Rom. 9.
Ioan. 3.
23
1. Ioan. 4.
Aug.
Ambros.

Ioan. 15. criminis leuant desideria filiorum. Hæc Ambrosius, in quo sensu Dominus dicit. Qui diligit me, sermonem meum seruabit, id est omnem meum sermonem, etiam si iussero dicens: Ecce ego mitto uos, sicut oues in medio luporum. Et Nolite timere eos, qui occidunt corpus, quia perfecta charitas foras mittit timorem. Vnde Rom. 8, Quis nos seperabit à charitate Christi, &c. & certus sum quia neque mors, &c.

24
1. Cor. 13. Theophyl.
Matth. 25.
1. Cor. 10.
Matth. 16.
D. Thom.
25
Galat. 5.
Ioan. 15.
Ioan. 13.
Galat. 3.
August.

Charitas non quærit quæ sua sunt. Vbi Theophylactus: proprium (inquit) commodum charitas non quærit. Hæc ille. Vbi cominodum intelligit temporale, & quod non est necessarium ad propriæ animæ salutem. Alioquin in his, quæ sunt nobis necessaria ad salutem, charitas quærit, quæ sua sunt. Vnde prudentes virgines factis petentibus. Date nobis de oleo uestro, responderunt ne forte non sufficiat nobis, & uobis, ite potius ad uendentes. In necessarijs quippe ad salutem charitas bene ordinata à se ipsa incipit. Loquitur ergo Paulus de bono utili, de quo dixerat. Non quæro, quod mihi est utile, sed quod multis, ut salui fiant. Est enim ordo charitatis, vt p. iori loco animam nostram diligamus in necessarijs ad salutem, alioquin dicit nobis Christus: Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patitur? Sic explicat D. Thom. in Comment. super. 1. Corint. 13. qui & aliam ponit expositionem: Charitas non quærit, quæ sua sunt, id est, ablata sibi non quærit in iudicio. Sed hoc pertinet ad consilium.

Charitas facit seruire inuicem. Per charitatem seruite inuicem. In quo sensu etiam reges, & prælati in suo gradu seruiunt Reipublicæ, & Domini seruiunt seruis suis, Denique summus Pontifex vocatur seruus seruorum Dei, qui audit omnium Dominum dicentem: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, id est per charitatem seruiatis inuicem. De quo Christus dedit nobis exemplum, quando lauit pedes discipulorum, dicens. Exemplum meum dedi uobis, ut quem admodum ego feci uobis, &c. Quod Paulus per aliam phrasim explicat. Alter (inquit) alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Quod exponit August. super Psalm. 41. Quem admodum desiderat cervus ad fontes aquarum, vbi narrat ex historia naturali, cervos flumina transitorios, na-

tare vnum post alium ordine longo, ita vt posterior sustentet caput, & cornua super dorsum præcedentis. Sic (inquit) cerui portantes quod graue est, & viam pergunt, & inuicem se non deserunt, quod nos docet facere Paulus. Supportantes inuicem in charitate. Sic baiuli portauerunt paralyticum: Quorum Dominus fidem uidit, & in charitate uia probauit.

Charitas operit uniuersa delicta quod duobus modis explicatur, priorem innuit ipse textus, dicit enim: Odium suscitatrix, deinde vero subiungit: Uniuersa delicta operit charitas. Super quem locum Lyranus, Quia sicut odium (inquit) per rixam uitia manifestat aliorum, sic charitas celat, Nisi quatenus fraterna correctio requirit. Eodem modo Iansen. Posterior expositio est B. Petri. Charitas operit (inquit) multitudinem peccatorum, id est, tegit peccata quod ad culpam in iudicio, quod intelligitur vel per meritum charitatis, quo uenialia frequenter etiam quo ad culpam dimitti consueuerunt, vel aliquando per modum impetrationis. Vnde Glossa Interl. super locum prædictum, cum per alias (inquit) virtutes culpæ dimittantur, maxime per charitatem, per quam proximis debita dimittimus, vt à Deo nobis debita nostra dimittantur. & Lyranus, operit, ait, multitudinem peccatorum, ne videantur tanquam diuino iudicio punienda. Glof. quoque ordinaria in eundem sensum allegat illud Iacobi. Qui conuerserit peccatorem ab errore uiae suæ, &c. ipse operiet multitudinem peccatorum. Quem locum explicans Greg. lib. 19. Moral. in illud Iob. 26. Coruiduæ consolatus sum, & benedictio periturus per me ueniebat. Si enim (inquit) magnæ mercedis est, à morte eripere carnem quandoque morituram, quati meriti erit à morte animam liberare in cœlesti patria sine fine uicturam? Hæc ille. Et propterea dicit charitatẽ operire peccata nostra, quia ipse vrget nos ad lucrum animarum, quod tanti habetur in cœlo vt Dominus dicat: Gaudium erit in cœlo super uno peccatore penitentiam agente.

Charitas vulnerat suauiter amantem Cant. 2. vbi nos legimus: Quia amore lanqueo. Septuagint. vertunt, Charitas: uulnera ta ego sum, quod ita allegatur non solum à

Ephes. 4.
Luc. 5.
26
Prou. 10.
Lyra.
Ianse. 1. Petri. 4.
Glossa.
Lyranus.
Glossa.
Iacobi. 5.
Greg.
Luc. 15.
27
Cantic. 2.

Orig. *græcis patribus, sed à latinis etiam. Vnde Orig. homil. 2. super Cantica. Quam pulchrum (inquit) est, & quam decorum à charitate vulnus accipere. Alius vulnus carnis accepit, præbetur cor tuum nudum iaculo electo, siquidem sagittarius est Deus. Hæc Orig. Vulnus hoc mulier accepit quæ erat in ciuitate peccatrix, ideo sicut cerua charitatis vulnere, faucia cucurrit ad fontem, qui est Christus Dominus. Præterea Greg. homil. 15. super Ezech. eundem locum Cantic. explicat his verbis. Mens itaque talis nullam præsentis sæculi consolationem recipit, sed ad illud quod diligit medullitus, suspirat, ferret, anhelat, vilis ei fit ipsa salus sui corporis, quia transfixa est vulnere amoris dicens: *Vulnerata charitate ego sum.* Et D. Thom. in Comment. super eundem locum legens cum vulgata: *Quia amore langueo.* Tunc anima (inquit) languet amore Dei, quando eius dilectioni nihil præponit, imo quasi ad sæculi opera languida efficitur. Hæc D. Thom. Sic Mathæus vocatus à Domino, ita ad opera exactiois tributorum languidus effectus est, vt nunquam ad ea rediisse legatur. Vnde Glossa super eundem locum: *Præ amore (inquit) Dei languet caro.* Hinc Ioannes nõ solum languidus, sed & transfixus iaculo amoris super pectus Domini in cœna recubuit.*

Charitas vincula sua stringit vt suauiter trahat. In *funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis.* Super quem locum Hieronymus. Curauit (inquit) eos propter funiculos, & vincula charitatis, quibus mihi Abraham, Isaac, & Iacob astrinxeram. Hæc est prima expositio Hieronymi, qui intelligit propter charitatem Patriarcharum motum esse Dominum, vt Iudæos attraheret per Christum. Sed aliam expositionem Chaldaicus paraphrastes insinuat, vt Iudæos videlicet attraxerit Deus more amantis his verbis, sicut moris est trahi filios dilectos, traxi eos fortitudine charitatis. Sic ille vertit insinuans beneficijs Iudæos potius, quam minis attractos, quod certe verum est, quia quos nunquam attraxerat flagellis, saltem attraxit quantum ad reliquias electas, quando: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, & quando ipse filius exaltandus in cru-*

ce dixit: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*, a ligno enim crucis quasi rete charitatis super nos expandit ineluctabile. Vnde Lyranus, super hunc locum. In vinculis (inquit) charitatis attraxit, id est, beneficijs exhibitis, quæ attrahunt cor hominis. Hæc ille: Sed quare dicantur ista vincula Adam, quæ non potest. Ad hoc Respondeamus primum quia Adam, id est, homo beneficijs maxime attrahitur, & muneribus, iuxta quod quidam Poeta dixit.

Munera, crede mihi, placant homines que, Deos que.

Deinde vt explicat Interlin. quasi dicat Deus. Quo affectu feci Adam sanctum, eadem dilectione volui istos sanctificare. Hæc Glossa. Ad quod facit illud Hieremias supra citatum: *In charitate perpetua dilexite, ideo attraxi te.*

Charitas in scriptura duplex legitur, quædam est increata, de qua Ioan. *Deus charitas est*, id est, amor quidam æternus, & infinitus, alia vero est creata, & participata (vt inquit) Lyranus hoc loco, de qua subiungitur in textu: *Qui manet in charitate, in eo manet, & Deus in eo.* Vnde Greg. de charitate increata homil. de Spiritu sancto dicit. ipse Spiritus factus est amor. Sed hic cauendus est error Magistri sententiarum in. 3. qui putauit charitatem, qua nos diligimus Deum, esse Spiritum sanctum, contra quem est illud. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Vbi particula, per, secundum phrasim scripturarum causam denotat efficientem, iuxta illud: *Omnia per ipsum facta sunt, & quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* De quo vide Basil. lib. de Spiritu sancto ad Amphiloichium cap. 5. vbi explicat particulam, per, denotare causam, quæ exteriorem producit effectum, id est, quæ effectum transmittit ad extra. Quando ergo Spiritus sanctus dicitur aliquid per se ipsum nobis tribuere, vel etiam venire super creaturam, non intelligitur ipsam Spiritus sancti personam dari nobis, quasi quod prius in nobis non fuerit, cum sit vbi que iuxta illud: *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & in ipso uiuimus, mouemur, & sumus*, sed intelligitur per

Ioan. 3.

D. Tho. Luc. 1. aliquem nouum effectum nobis dari, vt explicat D. Thom. 1. parte, & sic intelligitur quod Angelus Mariæ dixit. *Spiritus sanctus superueniet in te*, id est, per nouum, & mirabilem effectum. Quod satis explicat in sequentibus: *Et uirtus altissimi obumbravit tibi, ideoque, quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei etc.* Hinc obseruanda est regula, charitatem in scriptura sacra nonnunquam usurpari non solum pro ipsa uirtute infusa creata, quæ charitas dicitur, sed etiã pro dono, quod per charitatẽ nobis donatur siue à Deo, siue ab homine. Sic intelligimus illud: *Videte, qualẽ charitatẽ dedit nobis Deus, ut filij Dei nominemur, & simus.* Vbi charitas accipitur pro dono gratiæ, quæ efficit nos filios Dei, & differt à charitate (quid quid sibi velit Scotus) quia gratia est esse diuinum participatum, quo filij Dei efficiuntur adoptiui, charitas uero superaddit uirtutem operatiuam propter Deum summẽ dilectum. Sic etiam accipitur pro dono ipsius charitatis, *Apparuit charitas Dei in nobis*, scilicet per donũ missionis filij eius ad nos. Item: *Confirmate in illum, subaudi fornicariũ penitentem, Charitatem*, id est opera charitatis.

¶ Charitas ædificat. Vide verbo ædificare.

30 Cantic. 8. Greg. Haftenus de amore sub nomine charitatis, iam uero de amore sub uocabulo dilectionis. De qua legimus. *Fortis est ut mors dilectio.* Super quem locum Greg. Bene (inquit) pculdubio fortis ut mors dilectio perhibetur, quia dum per dilectionem a uitijs mortificamur, quod mors agit in sensibus corporis, hoc agit dilectio in cupiditatibus mentis. Sunt enim nonnulli, qui sic diligunt Deum, vt omnia uisibilia negligat, & dum ad æternitatem tendunt, ad omnia temporalia pene insensibiles fiunt. Hæc Gregor. Eodem modo explicat Glossa. Sed aliam explicationem addit D. Th. in Comment. Ultra inquit, in dilectione Christi hoc potest accipi, qui in tantum nos dilexit, vt immortalis pro nobis mortem susciperet. Hæc D. Tho. Secundum quam expositionem intelligi comode potest annuete nobis Augustino illud. *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*, id est usque ad finem amoris, qui est uirgere amantem, vt vitam exponat pro amato. In quo fortis est ut mors dilectio, quia sicut uolentia mortis huc usque pertingit vt vitam auferat temporalem, sic

Ioan. 13.

etiam ad eundem finem, & terminum amoris fortitudo pertingit dicente Domino. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animã suam ponat quis pro amicis suis.* In quẽ etiam sensum Lyra. super Cant. eundem locum exponit. Intelligit tamen de martyribus, qui mortem pro dilectione Dei subierunt. Vnde bene sequitur in textu: *Et dura sicut infernus æmulatio*, ubi æmulatio accipitur pro zelo amoris tyrannorum, erga cultum idolorum, pro quo dura tormenta semper sanctis addebant, neque fatiabantur, sicut non satiatur infernus. Accipitur etiam æmulatio pro zelo amoris martyrum erga Deum, qui quanto maiora tyranni excogitabant supplicia, tanto uirilius ea illi perferrebant, recordati uerbi Domini. *Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam.*

Dilectio contemnitur cum substantia temporali comparata. *Si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihilũ despiciet eam.* Super quem locum Gregor. Homo (inquit) omnem substantiã domus suæ pro dilectione tribuit, quãdo quidquid in mundo possidet, pro Christo distribuit, &c. Et tunc quasi nihilum despiciet eam, quia postquam oculum tergit, & Deum conspiciat, in illius uisione quidquid possederat, nihil pendit. Hæc Gregor. Ad quod facit illud Psalm. *Quid mihi est in celo, & à te quid uolui super terram?* Glossa quoque super Cant. Vbi (inquit) abundat amor æternorum, uilescit possessio labentium. Secunda expositio est Lyranus, qui addit. Non multum laboriosum esse, pro dilectione Dei relinquere propria domus suæ, sed multum laboriosum esse, relinquere semetipsum, quod si nõ facis, omnia alia tanquam nihilũ despiciet dilectio Dei, quæ cum debeat esse super omnia, non solum debet esse super nostra, sed super nos, quod recte Petrus intellexit, quando dixit Christo. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Quia nisi reliquissent Apostoli semetipsos, non fuissent Christum secuti. *Qui propositio sibi gaudio sustinuit mortem confusione contempta.*

Cæterum illud quæri solet, quomodo uerum habeat istud Ioan. *Maiorem dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis?* Circa quod D. Tho. in Comment. opponit. Contra, inquit, obijciatur, quod maioris est dilectionis signũ, quando animam suam quis ponit pro inimicis,

Ioan. 15.

Lyra.

Ioan. 12.

31 Cant. 8.

Gregor.

Psalm. 72.

Glossa.

Lyra.

Matth. 19.

Hebr. 12.

32 Questio. Ioan. 15. D. Thom.

vt Christus fecit. Commendat Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, ipse pro nobis mortuus est. Ad quod dendum, quod Christus non posuit animam suam pro nobis inimicis, vt scilicet inimici remaneremus, sed vt amicos nos efficeret, vel si non essemus amici omnes, essemus tamen amati quasi amantes. Hac D. Thom. Et forte vult dicere eum, qui ponit vitam pro inimicis, exponere pro amatis, id est, in ratione amicitiae, non inimicitiae, quia nemo potest amari amore charitatis sub ratione inimicitiae. Quae solutio legitima est, quia sicut Paulus dicit: Quantum in nobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. sic etiam quantum in nobis est, cum omnibus hominibus conseruare debemus amorem, si non propter ipsos, quia forte sunt inimici, saltem propter Deum, ad cuius imaginem conditi sunt. Sed ad huc vrget testimonium Pauli, quomodo commendat Deus charitatem suam in nobis, ex eo quod pro inimicis mortuus est, pre fertim quia Bernar. Serm. feria. 4. Hebdomadæ sanctæ, maiorem (inquit) dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis, maiorem tu habuisti Domine, ponens eam pro inimicis. Præterea, quia præceptum Matth. 5. de dilectione inimicorum ab omnibus in admiratione habetur, propter difficultatem, vsque adeo vt Dominus dicat ibidem: Si diligitis eos, qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & ethnici hoc faciunt? Ad quæstionem ergo vt dilucide respondeamus præmittendum est, dilectionem vnã altera: posse dici maiorem tribus modis. Primo vt scholastici dicunt, quantum ad amorem appreciationem, itaque illud plus diligimus, quod pluris quam alia facimus, ita vt aliorum omnium pro illo, si opus esset, iacturam faceremus: quæ dilectio absolute dicitur maior, debetur que Deo super omnia dilecto. Alio modo aliquid maiori intentione, vel feruore diligimus, quomodo mater interdum magis diligit filios, quam Deum, in quo non peccat, dummodo pluris faciat Deum modo explicato. Sic & Ioannes à Christo diligebatur intensius, quam omnes Apostoli, & ideo de illo legimus: Discipulus ille, quem diligebat Iesus, cum quo stat, quod pluris face-

ret aliquando Petrum, quando dixit Diligis me plus his? ostenso etiam Ioanne. Tertio denique modo potest esse dilectio maior extensione, qua videlicet plura impedimenta amoris superamus, quomodo maior est dilectio inimicorum, quam amicorum, quia ad plura impedimenta amoris vincenda se fortiter extendit. Vnde & signum est robustissimæ dilectionis quæ non facile cedat contrarijs. Sic itaque recte dixit Apostolus, commendare Deum charitatem suam in dilectione inimicorum, tanquam in ea quæ esset magis extensa, atque robusta, & sic recte Bernar. locutus est, maiorem illam vocans, recte quoque præceptum de dilectione inimicorum mirabile dicitur, & difficilius, cum quo stat, vt dilectio amicorum sit summe perfecta genere suo amore appreciatiuo, vt dictum est, quando scilicet exponitur vita pro re amata.

Præterea dilectio Dei vocatur in scriptura, secundum regulam patrum: non solum illa, qua iusti accepti sunt, sed etiam qua beneficijs eius peccatores alliciuntur, quamuis ingrati sint, & reprobii. Sic Isaias. *Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum*, vbi Hieronymus. *Babylon* (inquit) quæ Deo, vel Prophetæ quondam amabilis fuit, subaudi multis beneficijs delinita, facta est in sua subuersione mirabilis. Eodem modo exponunt interlinealis, & Nicolaus. Sed obijciunt Rabbini contra vulgatam, in hebræo non esse: *Babylon dilecta mea*, sed vt vertunt Aquila, & Theodotion, *Tenebrae dilectæ*. Præterea, Septuag. transtulerunt, non *Babylon dilecta*, sed *Anima mea dilecta*. Ad quod Respondemus in hebræo esse vocem *בְּיָמֵי* Neph, quæ significat caliginem, pro qua mendose legunt Septuag. *בְּיָמֵי* Nephes, id est anima. Porro caligo dilecta secundum phrasim scripturæ est *Babylon ciuitas caliginosa*, & multis beneficijs, atque victorijs à Deo affecta, & dilecta. Vnde Isaias ait: *Super montem caliginosum leuate signum*. Vbi omnes intelligunt Babylonem, quæ nebulis ascendentibus de locis bituminosis, & sulphureis, circumiacentibus, caliginosum cælum habet. Rectè ergo vertit vulgata, Sed nota, dilectam Babyloniã quo maioribus fuerat affecta beneficijs, eo

33

Isai. II. Hierony.

Aquila, Theodo.

Isai. 13.

seuerius

Rom. 12,

Bernar.

Matth. 5.

Ioan. VI.

Matth. 25: Luc. 12:

Deuter. 32: Hier. 21:

Hierony:

Rom. 11,

Rom. 10. Matth. 24,

Ioan. 13:

34 Cantl. 5. Greg.

Isai. 63.

Ioan. 8.

Glossa. D. Thom. Lyr. Vatablus. 1. Ioan. 1.

Sapient. 7:

35 Malach. I.

seuerius vsque ad admirationem fuisse punnitam, sic Christianus magis punitur, quam Iudæus, & infidelis in morte, propterea Dominus clamat. *Vigilate, quia nescitis diem, neque horam*, & Luc. 12. *Beati sunt serui illi, quos cum uenerit Dominus, inuenerit uigilantes, &c.* Iuxta prædictam phrasim dicitur de populo Israel. *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit*: Et de eodem, *Quid est, quod dilectus meus in domo mea facit scelera multat* Vbi Hieronymus, dilectum (inquit) vocat, & amantissimum populum Iuda, qui in tempore eius posuit, & veneratus est idola. In quo etiam sensu de eodem populo, Paulus ait. *Secundum* (inquit) *Euangelium inimici propter uos, secundum autem electionem charissimi propter patres*, id est, patriarchas, vnde Iudæi descendunt, propter quos reliquias eorum saluandas esse dicit. In hoc etiam sensu traditori Iudæ Dominus dixit: *Amice ad quid uenisti?* quia ultra innumera quidem alia beneficia, quæ illi contulerat, pedes quoque eius Dominus humi prostratus, sicut & aliorum vndecim abluerat Apostolorum.

Dilectus dicitur: *Candidus, & rubicundus, electus ex millibus* Cantic. 5. Vbi Gregor. *Candidus* Christus, & *rubicundus* esse perhibetur, quia nullum peccatum faciens, iustitiæ pulchritudinem, id est, candorem ex integro tenuit, & tamen, tanquam peccator esset, ad mortis passionem accessit, cui per prophetam dicitur: *Quare rubrum est indumentum tuum?* Hæc Gregor. Propterea Iudæis effundere parantibus sanguinem eius dixit: *Quis ex uobis arguet me de peccato?* Quasi diceret, si candidus sum innocentia, quare meum corpus sanguinis effusione maculare quasi peccatoris vultis, & reddere rubicundum? Eodem modo exponunt Glossa, & Diuus Thomas. Lyranus vero simpliciter explicat, *Candidus, & rubicundus*, id est, colore gratiosus: sed multo melius Vatablus, candor (inquit) deitatis denotat puritatem, iuxta illud: *Deus lux est, & Candor est enim lucis æternæ*, rubor autem humanitatis passionem, & effusionem sanguinis præciosi.

Diligere dicitur aliquando Deus, pro eo quod est, ab æterno quosdam elegisse, vnde Malach. *Nōne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui?* Quem locum de æterna Iacob præ-

destinatione sine meritis antecedentibus citat Apostolus, & forte in historico sensu, vt Burgen. asserit in additione prima huius capituli, & Sanctus Thomas super Paulum. Oportet (inquit) dicere, quod ab æterno Deus Iacob dilexerit, volens illi bonum gloriæ, deinde ad nostrum modum intelligendi, cum elegit separans à reprobis, postremo prædestinauit dirigens illum efficaciter ad bonum gloriæ. Hæc ex Diuo Thoma. Tales sunt illi, de quibus Matth. *Propter electos breuiabuntur dies illi.*

Diligentibus Deum omnia cooperari in bonum dicit Apосто. *His qui secundum propositum uocati sunt sancti*. Super quem locum D. Thom. in Comment. Quidquid accidit (inquit) circa nobilissimas partes mundi, non ordinatur nisi in bonum ipsarum, quia de illis propter easdem ipsas curam gerit Deus: sicut omnia animalia protegent caput propter ipsum idem, quia præcipuum membrum est. Inter omnes autem partes vniuersi excellunt sancti, propterea de iusto dicitur: *Super omnia bona sua constituet eum*. Vnde quicquid malorum pœnæ accidit sanctis, in bonum ipsorum diuina id disponente providentia dirigitur, ita vt semper sit verum illud. *Stultus seruiet sapienti etiã persequendo*. Addit etiam Glossa super hunc locum, peccata quoque cooperari prædestinatis in bonum, sicut in Psal. dicitur: *Si ceciderit iustus, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam*. Hæc D. Thomas. Vbi duo sunt adnotatione digna, alterum sanctis deseruisse tyrannos & carniciferos: sicut enim terra grano frumentis seminatis deseruit, dum illud ad vbertatem fructus mortificando disponit, sic Christi, martyrumque tortores illis deseruierunt dicente Domino: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, &c.* Alterum est electis, in bonum peccata etiã cedere, sicut mulieri peccatrici, respicienti occasionem dederunt lachrymarum. Sic & Matthæo conuerso, & Zachæo, & Thomæ Apostolo respicienti sua profuit ad maius pœnitentiæ meritum dubitatio, iuxta illud: *Vbi superabundauit delictum, superabundauit & gratia*.

Diligere iubemur Deum ex tote corde, ex tota anima, & ex tota mente nostra. Hic adnotanda est regula patrum, scilicet. Vbi ex toto corde vel dilectio Dei, vel cōuersio,

Rom. 9. Burg. D. Tho.

Matth. 24.

36 Rom. 8.

D. Tho.

Matth. 24.

Proverb. 11. Glossa.

Psal. 36.

Ioan. 12.

Luc. 7. Matth. 9. Luc. 19. Ioan. 20. Rom. 5.

37 Deuter. 6. Matth. 22. Regula.

vel custodia mandatorum in scripturis sanctis asseritur, vel præcipitur, non intensio- nem affectus sine intermissione requiri, sed appreciativæ, quod theologi dicunt accipi debere, ut nihil dilectioni Dei, vel eius obedientiæ anteponatur. Ita Bernard. homil. 50. super Cantica. Vbicunque (inquit) in scripturis dilectio exigitur, non tam dilectionis exigitur affectus, quam charitas operis. Sic enim Dominus ait: *Qui diligit me, sermo nem meum servabit.* Hæc Bernar. Sic intelligitur illud. *David custodiuit mandata mea, & secutus est me ex toto corde suo.* & rursus *tota voluntate sua quaesierunt eum.* Et de Iosia: *Reversus est ad Dominum in toto corde suo,* &c. iuxta omnem legem Moysi. Blasphemant ergo, atque delirant Novatores dicentes, præceptum dilectionis Dei super omnia non posse in hac vita servari, cum constet ex citatis locis, à iustis in veteri etiam lege servatū. Vnde Hierony. epist. ad Damasum de Symbolo ait. Execramur eorum blasphemiam, qui dicunt, impossibile aliquid homini præceptū esse. Idem dicit August. sermo. 61. de tempore, & Chrysof. hom. 7. de laudibus Pauli, & concilium Milleuit. cap. 4. & Araucanum. can. 25.

38
Rom. 13.
Matth. 22.
Chrysof.
D. Tho.

39
1. Ioan. 4.
Glossa.
Sapient. x.
Lyra.

Quid diligit proximum legem implevit, & plenitudo legis est dilectio. Quia non potest esse dilectio proximi propter Deum summe dilectum, nisi dilectio Dei super omnia præsupponatur, vnde tota lex pendet, & prophetæ. Ita exponit Chrysof. Virtutū (inquit) finis, & principium est dilectio. Et D. Tho. in Comment. ait, proximus diligitur propter Deum, & ideo in dilectione proximi includitur dilectio Dei. Hæc ille. Est itaque dilectio supernaturalis quantum ad omnia præcepta quæ continet, sicut homo in mundo, qui omnes virtute continet creaturas, & sicut radix vivia humi fixa, quæ si sancta fuerit, sancti erunt & rami. Denique est sicut aurum ignitum, quod virtute omnia continet metalla, iuxta illud Apocalyp. *Eme aurum ignitum.*

Qui non diligit, non novit Deum. Quod de notitia practica debet intelligi, quæ de Deo per donum sapientiæ consequimur. Vnde Glossa interlin. Super hunc locum rationem adhibens ait. Quia ad notitiam Dei non venit nisi per charitatem, iuxta illud: *In malevolam animam non introibit sapientia.* Et Lyra. Sicut pervertitur (inquit) rationis iudicium malitia voluntatis per habitum vitio-

rum, ita è conuerso bonitas voluntatis, quæ est per charitatem, efficit in intellectu iudicium rectum de Deo. Sic dicitur: *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, spiritualis autem iudicat omnia.* Hæc ex Lyrano. Propterea de tyrannis contra Apostolos in surgentibus Dominus dixit. *Et hæc facient vobis, quia non noverunt patrem, neque me.* Quia videlicet voluntate corrupta non capiebant fidem.

Præterea legimus Prouerb. 8. *Ego diligentes me diligo.* Vbi difficultas est, quia. 1. Ioan. 4. contrarium prima facie dicitur, videlicet, *Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos.* Ergo diligit nos Deus, priusquam illū diligamus, quomodo ergo dicit, *diligentes me diligo?* Præterea Sapiētia. *Præoccupat* (inquit) *eos, qui se concupiscunt, ut se prior illis ostēdat.* Ad intelligentiā ergo huius sententiæ notat Glossa, & Beda; hunc locum eodē modo accipi debere, atque intelligi, sicut ille alius Ioan. vbi Dominus ait: *Qui diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eum.* Super quem locum D. Tho. dicit, aliud esse nos diligi à Deo, aliud vero Deum signum dilectionis suæ nobis ostendere. Quantum ad dilectionem ergo inuisibilem (vt ita dicam) prius nos vocat Deus, & sua gratia præuenit, & denique diligit, quam nos eum diligamus, sicut in locis allegatis habetur. Sed affectum dilectionis non nisi diligentibus ostēdit. Itaque sensus est, *Ego diligentes me diligo,* id est, eis qui parū me diligūt, parua, qui me diocriter, mediocriter, qui vehementer, magna signa dilectionis ostēdo. Propterea cū dixisset Dominus: *Et ego diligam eum,* subdit, *Et manifestabo ei me ipsum,* id est, etiam in hac vita signa ei proportionata dilectionis ostēdam meæ manifestatiuā presentia. Sic Ioāni Christum tenerē diligenti, tenerima signa dilectionis ostēdit, quando recubuit in coena super pectus eius. Et suam illi matrem commendavit in cruce. Petro autem fortiter diligenti fortia dilectionis signa demonstravit, suam illi Ecclesiam tradens. *Pasce* (inquit) *ovēs meas.*

Legimus etiam Zacha. 13. *Quæ sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? & dicit, His plagatus sum in modo eorum, qui diligebāt me.* Vbi quidam satis probabiliter hunc locum exponunt de homine prophetante mendacium, quem pater, & mater propter scelus, cruci verberatum affigunt. Ita exponunt Cyril. Theodoretus, Lyranus, Vatablus, &

1. Cor. 13.
Ioan. 16.
40
Prouerb. 8.
1. Ioan. 4.
Sapient. 4.
Glossa.
Beda.
Ioan. 14.
D. Tho.
Ioan. 14.
Ioan. 16.
41
Zachar. 13.
Cyrillus.
Theod.
Lyra.
Vatablus.

communis sententia Hebræorum, literæ quoque contextus in eundem sensum aperte propendit. Nihilominus tamē quia mox subiungitur expresse de Christo ad literam, *Franciscus suscitare super pastorem meum,* quod nullam haberet connexionem cum præcedentibus, nisi de vulneribus Christi locus iste exponeretur, probabilior est illorū sententia, qui totum de Christo interpretatur. Inter quos sunt Rupertus Abbas super Zachar. 13. S. Thom. super illud Psalm. 21. *Foderunt manus meas.* R. Samuel in epistola de aduentu Messia. ca. 7. Galatinus, lib. 8. cap. 17. Accedit & Franciscus Ribera super hunc locum, & mihi ita videtur exponendum, quia postquam de Christo Propheta dicere cœperat. *Et erit fons patens,* quod de Christo intelligitur, interposuit de falsis prophetis, qui sunt illi contrarij, & finita parenthesis, reuersus ad Christū ait. *Et dicitur, quæ sunt plagæ istæ,* &c. Sed dices, quomodo quadrat quod sequitur: *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* Ad quod expedita responsio est, sicut Iudæi dilecti dicuntur (quod adnotauimus, n. 33.) etiam si rebelles sint, quia sunt beneficijs affecti, sic etiā dicuntur diligentes Messiam. Præterea, quia quamuis illum venientem occiderunt, & extra vineā eiecerunt, tamen non omnes dixerunt: *Hic est hæres,* neque nouerunt, nisi doctissimi quique, reliqui autem ignorauerunt, iuxta illud. *Scio quia per ignorantiam fecistis,* &c. Diligunt autem Messiam in communi, & vsque hodie sitiunt, quamuis dilectione illegitima sine scientia.

Diligere tritura phraſis est Osee. *Vitula Ephraim docta diligere trituram, ego transiui super pulchritudinem colli eius.* Vbi Hieron. Ephraim (inquit) similis est vacca, quæ à iuuetute sua didicit areā terere, & ferreos orbis super aceros segetum trahere, & consuetudine cœpit amare, quod docta est. Sed pro tritura, contentione Septuag. trāstulerunt, & est sensus, quia Ephraim non vult legis recipere iugum, ego transibo super pulchritudinem colli eius, vt discat contentiosa vacca, atque lasciuia laborare quod non vult. Sed hæc expositio procedit secundū translationem Septuag. At qui secundum vulgata, expositio Bernard. sermone. 9. super Cantica magis quadrat, vt de his intelligatur, qui iugum legis, & mandatorū ex consuetudine portant, & non ex dulcedine charitatis, sed puro seruili timore, quibus Domi-

Rupert.
D. Thom.
R. Samuel.
Galatia.
Fræc. & Iber.
Matth. 21.
Act. 2.
42
Ose. 10.
Hierony.
Bernard.

nus dicit: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, tollite iugum meum super vos,* id est, non iugum timoris seruilis, sed amoris filiorum. Quæ expositio ad mores satis congruit. Lyra. tamen magis ad literam exponit, Tribum Ephraim dilexisse trituram cultus idolorum, & ideo per Assyrios puniendam, quod inhiarent ad adipem sacrificiorum gentilium: Est & alia Gregor. expositio lib. 20. Moralium tropologica, sed pulchra, de illis qui iugum huius mundi cum labore portant ingenti, idque libenter, qui postea dicunt in inferno: *Ambulauimus vias difficiles.* Quid enim difficilius, quam integra noctes insomnes ducere, vt alienum violentorum? &c. Hactenus de amore sub nomine dilectionis, iam vero de amicorum amore dicendum est.

Amici vocantur in scriptura tam Apostoli quam omnes illi, qui in charitate Dei mandata seruant. *Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis.* In lege quoque veteri amici Dei aliqui dicebantur, iuxta illud. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est.* Moyses quoque facie ad faciem loquebatur cum Deo. *Sicut solet amicus ad amicum suum.* Cæterum pauci erant in lege veteri, qui amici Dei dicerentur, vt pote quæ lex esset seruitutis, in lege vero gratiæ, & adoptionis filiorum plures dicuntur amici, de quibus Dominus ait. *Comedi fauam cum melle meo, bibi unum cū lacte meo, comedite amici, & inebriamini charissimi.* Vbi quamuis Lyranus amicos existimet hoc loco Iudæos appellari propter terram promissionis, quæ lacte, & melle manabat, sed non quadrat, quia non nisi in lege gratiæ Deus suum comedit hominum perfectorum fauam, sicut explicat Gregor. fauam, & mel sensum scripturarum sanctarum genuinum esse dicens, quem qui gustant, & mandata cum dilectione custodiunt, etiā si in matrimonio viuāt amici vocantur, qui vero relictis omnibus cælibatū cum charitate seruāt, hi quasi ebrii dilectionis poculo, charissimi Christi dicuntur: de quibus. *Sunt quidam, qui se castrauerūt propter regnum cælorum.* Et in eodem capite: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* De alia vero expositione, quæ per fauam Eucharistiam intelligit, dicemus in verbo fauus.

Amici vocantur Angeli, & animæ beatorum, de priori, id est, de Angelis, Ecclesiaz

Matth. 11.
Lyra.
Gregor.
Sapient. 5.
43
Ioan. 15.
Iaco. 2.
Exod. 33.
Cant. 5.
Lyra.
Greg.
Matth. 19.
44

Glossa.

D.Tho. Lyr. Matth. 18.

Pfal. 138. Aug. Glossa. Greg.

Rom. 8. Ioan. 16.

Matth. 7. 45 Prou. 27. Ambro.

Matth. 18.

Lyr. 46

Regula.

Hierony. Hierem. 3.

Ezech. 16.

Hierony.

dicitur. Quae habitas in hortis, amici auscultat, fac me audire uocem tuam. Vbi Glossa. Amici inquit, sunt angeli, quos nobis Deus adiutores dedit, qui orationes nostras audiunt, easque offerunt Deo. Eodem modo explicant D.Th. & Lyr. Propterea Angelicustodes dicuntur Angeli eorum, id est hominum, quia illis assunt. Amici quoque Dei animae beatae uocantur, sicut legimus. Nimis honorati sunt amici tui Deus, id est sancti in resurrectione, ut exponit August. super hunc Psal. & Glossa. Sed Greg. homil. 27. in Euangelia de sanctis martyribus explicat ante diem etiam iudicij. Nimis autem honorati dicuntur, id est, multum, vel nimis. Quia Deus praemium confert beatis ultra condignum, iuxta illud, Non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam. De qua Ioa. Vos uero contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium, et gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Haec est mensura supereffluens Matth. 7. ideo nimia uocatur.

Amici vulnera sunt meliora, quam fraudulenta oscula odientis. Quem locum explicat Ambros. lib. 3. officiorum cap. 16. Errat enim inquit corripe amicum, & innocentem amicum ne deferas, constant enim debet esse amicitia. Haec Ambrosius. Itaque amicus audiens illud Matth. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum etc. Quasi per correctionem fraternam vulnera suo infligit amico, quando, & quomodo oportet, & tunc certe uerum habet, quod Salomon ait secundum nostram uulgatam. Meliora sunt uulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Sic etiam exponit Lyr.

Amatores in scriptura fere semper in malum sonant in plurali numero, in singulari uero quandoque in bonum, secundum observationem sanctorum patrum. Sic explicat Hierony. super illud Hierem. 3. Vbi Synagoga Dominus dicit: Tu fornicata es cum amatoribus multis, id est, idola multa coluisti, amatores quippe apud Prophetas frequenter imagines sunt idolorum. De quibus Ezechiel. Et tulisti uasa decoris tui de auro meo, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Sunt etiam amatores spiritus maligni, quasi leones, & ipsa quoque uitia inueterata ut exponit Hierony. super idem cap. in illa uerba, Exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, ut eius fieres. Item amatores synagogae dicuntur omnes illae nationes, quorum idola coluit, ut expli-

cat idem Hieronym. super Osee. 2. In illa uerba: Vadam post amatores meos, id est Assyrios, & Aegyptios, quorum idola suscepit. Quem locum ita vertit Chaldaicus paraphraestes: Populos amatores meos sequar. In quo sensu dicit Dominus Hierusalem: Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commixta es, & omnes quos dilexisti. Praeterea ipsimet principes ciuitatis Hierusalem, qui plebem ad idolatriam suo alliciebant exemplo, amatores eius dicuntur. Nam ubi Hieremie. 2. 2. uulgata legit, Omnes pastores tuos pascet uetus, Hierony. legit, Omnes amatores tuos, & exponit reges tuos, & sacerdotes: & uentus est spes uana quam in Aegyptijs habebant, ut Deo non obediant, sicut post Hieronym. explicat Lyranus. Et quod sequitur in uulgata. Amatores tui in captiuitatem uadent, exponunt praedicti authores, id est, ipsi quoque Aegyptij, in quibus habebas fiduciam ab exercitu Chaldaeorum captiui ducentur.

¶ Rex uirtutum dilecti, dilecti, Psal. 67. uide in proximo libri octauo, numero octauo, fule satis contra haereticos.

CAPVT. LXXV.

Amarum, Amaritudo, Amaricare.



Marefcere dicitur hebraice Marar. Amarus sapor dulci contrarius est, qui nocet stomacho, si sit nimius, & occidit. Hinc per metaphoram in scriptura sancta dicuntur amara, quae tristitiam inferunt. Observantur autem quinque in scripturis sub amaritudinis metaphora significari, videlicet penitentiam, remorsum conscientiae uel peccata, supplicia, iram, communem que tristitiam. Primum itaque amaritudo denotat penitentiam, Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Super quem locum D. Th. in Comment. Hortatur, inquit, ad penitentiae dolorem, & Ezechiel de Tyro vastata dicit, Gubernatores maris, uectores que &c. ei uolabunt super te uoce magna, clamabunt amarum. Super quem locum Hierony. Mentis, inquit, amaritudinem clamore significabunt, puluerem quoque super capita iacent, pro terrenis operibus agentes penitentiam. Et de Petro post negationem

cat idem Hieronym. super Osee. 2. In illa uerba: Vadam post amatores meos, id est Assyrios, & Aegyptios, quorum idola suscepit. Quem locum ita vertit Chaldaicus paraphraestes: Populos amatores meos sequar. In quo sensu dicit Dominus Hierusalem: Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commixta es, & omnes quos dilexisti. Praeterea ipsimet principes ciuitatis Hierusalem, qui plebem ad idolatriam suo alliciebant exemplo, amatores eius dicuntur. Nam ubi Hieremie. 2. 2. uulgata legit, Omnes pastores tuos pascet uetus, Hierony. legit, Omnes amatores tuos, & exponit reges tuos, & sacerdotes: & uentus est spes uana quam in Aegyptijs habebant, ut Deo non obediant, sicut post Hieronym. explicat Lyranus. Et quod sequitur in uulgata. Amatores tui in captiuitatem uadent, exponunt praedicti authores, id est, ipsi quoque Aegyptij, in quibus habebas fiduciam ab exercitu Chaldaeorum captiui ducentur.

Hieron. Osee. 2.

Ezech. 16.

Hieron.

Hieron. Lyrani.

I 777

Hieron.

D. Tho.

Ezech. 16.

Hieron.

Luc. 21.

nem

Luc. 23. Prou. 24.

Lysan.

Glossa.

Luc. 7.

Bernar. Isai. 38.

Hierony.

Bern. D. Tho.

Luc. 23.

2

Hierony. Isai. 24.

Hierony. Deut. 32.

Isai. 24.

Luc. 21.

Hiera. 2.

Hierony.

Sopho. 1.

nem dicitur: Et egressus foras fleuit amare. Sic etiam: Cor (inquit) quod cognouit amaritudinem animae suae, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Vbi Lyranus, Cor (inquit) quod cognouit amaritudinem in peccatorum contritione, in gaudio eius de remissione peccatorum, non miscebitur extraneus, id est alienus a poenitentia. Sic etiam exponit Glos. Quis enim dubitat gauisam esse singulariter mulierem peccatricem, quae post lachrymas audiuit: Remissa sunt ei peccata multa? In eundem sensum explicat Bern. illud Isai. 38. in sermone de Catico Ezechie: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. Faciam (inquit) recogitando, quod operando non possum. Recogitabo autem tibi, quia tibi soli peccavi, ut in quo ego me condemno, tu iustificeris. Quamuis autem Hierony. super Isaiam, ad terrorem mortis iam impendens hanc referat amaritudinem, sed non minus placet expositio Bern. de Ezech. poenitentia exponens. Ideo D. Tho. in Comment. Isai. utraque complectitur expositionem. Recogitabo, inquit, tibi omnes annos meos, in quibus bona passus sum, vel in quibus tibi peccavi, &c. Haec Petrus recogitando post trinam negationem: fleuit amare.

Praeterea Amaritudo remorsum conscientiae, & omne supplicium, & malum poenae significat, quod pro peccatis inferatur. Sic intelligit Hierony. illud Isai. Cum cantico non bibet uinum, amara erit potio bibentibus illud. In consummatione (inquit) mundi, praeteritarum deliciarum recordatio erit materia cruciatuum. Sic etiam intelligit Hierony. illud Deut. Uuae eorum uua fellis, & botrus amarissimus, id est, deliciae carnales uertentur in fel. Super idem caput Isai. in uerba illa: Luxit uindemia, tunc lugebit (inquit) uinum, atque uindemia in consummatione uidelicet mundi, de qua Moyses loquitur: De uinea Sodomorum uinea corum, &c. & botrus amarissimus. Tunc omnis potio, quae statum mentis euertit, in amaritudinem commutabitur, quae ad tempus uentibus se, mella mentitur, & in nouissimo amarior felle reperitur. Quod ostendit Lucas circa signa finalis iudicij, Erunt (inquit) in terra pressura gentium, &c. arescentibus hominibus pro timore. Praeterea pro malo poenae accipitur amarum: scito, & uide, quae mala, & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem eius apud te. Vbi Hiero. Initium (inquit) sapientiae est timor Domini, quae quia non habuit Hierusalem, malo, & amaritudinem tradidit. Haec ille. In qua etiam sensum dicitur: Vox dei Domini amara tribu-

labitur tibi fortis. Quod Hierony. non solum de captiuitate Babyloica, sed etiam intelligit de vastatione Hierusalem sub Tyto & Vespasiano, quam praecessit vox dei Domini amara, quia: Videns Iesus ciuitatem fleuit super illam dicens, si cognouisses et tu. Legimus etiam: Scribis contra me amaritudines, & cum sumere me uis peccatis adolescentiae meae. Super quem locum Greg. subtiliter phrasim scripturae notat, uidelicet, tunc Deum dici scribere amaritudinem, quando flagella eius diu durant, sicut quod scribitur, diutius durare solet, quam quod uerbo profertur: loquitur autem amaritudinem, quando flagella eius cito transeunt, sicut cito transit locutio. Repleri autem amaritudine, multitudinem denotat tribulationum. Sic Hierusalem a Chaldaeis vastata clamat: Repleui me amaritudinibus, id est, angustijs diuersis, ut explicat D. Tho. in Comment. & ipsa oppressa a amaritudine. Sic contra languidum probatice piscinae scripsit Deus amaritudines, quia triginta octo annos habebat infirmitatis, eratque plenus, & oppressus amaritudine, sed solatus est eum Dominus, quando restituit sanitatem.

Amaritudinem autem uocari peccata, quae Deum ad ultionem, & uindictam prouocant, docet locus Micheae, ubi agens de Hierusalem ait: Quia infirmata est in bonum, quae habitat in amaritudinibus, id est, infirmata est ad faciem bonum, quae habitat in peccatis prouocantibus ex parte sua Deum ad amaritudinem. Vbi Symmachus pro eo quod uulgata vertit: Quae habitat, ipse translulit: Habitatio ad amaritudinem prouocans, ut notat Hierony. hoc loco. Sic legimus: Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, id est, metaphoricè amarum me reddidit peccatis suis, qui dulcis sum, ut exponit Hierony. In quo sensu Petrus Simoni Mago emere uolenti donum Spiritus sancti: in felix (inquit) amaritudinis uideo te esse, id est, in peccato. Quod si roges, quomodo peccata uocantur amaritudo, cum de peccatoribus Dominus dicat: Mundus autem gaudebit, & ietantur, cum male fecerint, &c. Ad hoc respondendum est, peccatum esse instar calicis Babyloicae meretricis, quae mundanis propinat, cuius labia mellita sunt, & dulcia, quia in initio gaudet peccator, sed in imo calicis amarissimas cum hauserit feces, incipit dolere sine fine, quia dolor huius uitae cum flammis gehennae copulabitur, nisi poenitentiam egerit, sic stitabat diues purpuratus sine guttulae aquae refrigerio.

Amaritudo etiam frequenter significat

Hierony.

Luc. 19.

Iob. 13. Grego.

Thre. 3. Thre. 1. D. Thom. Thren. 1. Ioan. 5.

3

Mich. 1.

Osee. 12. Hierony.

A. 8.

Ioan. 18. Prou. 2.

Apoc. 17.

Luc. 16.

4

iram

Osc. 14. Amos. 6. Hierony. Isai. 5. Luc. 7. Ioa. 7. Ioa. 8. Eph. 4. Hebr. 12. D. Tho. Sap. 8. Pfal. 9. Ioa. 8. 5. Apoc. 10. Aug. Pfal. 43. Act. 5. Rupert. D. Thom.

iram. *Pereat Samaria, quia ad amaritudinem concitavit Deum, & Conuertitis in amaritudinem iudicium, id est, in iram. Quod facit, inquit, Hierony. super eundem locum, qui turbatus ira iudicat. Ad quod etiam allegat ibi Hierony. illud Isai. Væ qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce, quod plane dicunt, qui causam ira dignam dulci sententia finiunt, propter acceptionem personarum, & causam dulci sententia dignam, in iram duræ condemnationis terminant, quibus Dominus dixit. Nolite iudicare, subaudi, iniuste, & non iudicabimini, etc. & Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate, item. Vos iudicatis secundum carnem & c. Sic etiam Paulus secundum eandem phrasim. Omnis, inquit, amaritudo, ira, & indignatio, & blasphemia tollatur a vobis. Et Ne qua ratio amaritudinis sursum germinans impediatur. Intelligit autem, ne impediatur pacem, vt exponit D. Thom. Vnde & de Sapientia dicitur. Non habet amaritudinem conuersatio illius, id est iram. E contrario vero de iracundis. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est. Tales erant Pharisei qui Domino dicebant. Non ne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes?*

Amaricari venter dicitur, id est, portio inferior tristari, in obseruatione legis Dei, vel imperfectus quisque amaricatur. Sic legimus in Apocalyp. *Accepi librum de manu Angeli, & deuoravi illum & erat in ore meo tanquã mel dulce, & amaricat⁹ est venter meus.* Vbi Augustinus explicans illum versiculum Psalm. *Ad hæsit in terra venter meus.* Venter (inquit) Ecclesiæ carnales sunt. Hoc significat scriptura, quando dicit, Ioanem suscepisse librum, & liber ipse dulcis erat in ore meo, & amarus in ventre meo. Quid est hoc, nisi quod præcepta summa, quæ accipiunt spirituales, non accipiunt carnales, & de quibus gaudent spirituales, contristantur carnales? Hæc ille. Sic Apostoli tanquam caput, & os Ecclesiæ gustabant suauissime Euangelici libri consilia, iuxta illud: *Ibant gaudentes Apostoli à conspectu Concilij, quia digni habitus sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati.* Sed alia expositio est Ruperti super Apocal. Magna (inquit) vere dulcedo libelli huius est, quotiescunque deuoratur, sed ipsa dulcedo nunc interim, dum in sæculo viuatur, multis amaritudinibus respergitur, ideo dulcis est in ore, sed amarus in ventre. Et D. Thom. in Com-

ment. Licet verbum (inquit) Dei dulce sit rationi, propter feruidam charitatem ad Deum, tamen graue est sensualitati. Hæc D. Tho. Propterea Christus dixit Apostolis: *Vos uero contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium, quia iusti in tribulatione, quam propter verbum Euangelij tolerant, sentiunt amaritudinem carnis, sed mox spiritu consolationem accipiunt etiam in hac vita, nam de hac etiam vita exponit Augu. illud: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.*

Amaræ factæ sunt aquæ Apoc. 8. id est, expositiones scripturarum per hæreticos adulteratæ: de quo vide supra in dictione, Abfynthium, num. 5.

CAPVT. LXXVI.

Ambire, Ambitio.



M B I R E dicitur hebraice Sabab, vt patet Can. 3. Ambire est circuire, iuxta citatum Cant. 3. *Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, & c. Vbi Vatablus lectulū Salomonis pacem intelligit Ecclesiæ, quam custodiunt prædicatores sancti, tenentes gladios scripturarum contra hæreticos, & pacis perturbatores. Sic ante illum D. Thom. exposuit in Comment. Alia expositio est Originis, & D. Greg. qui sanctam animam lectulum esse Salomonis aiunt, quæ protegent Ecclesiæ doctores. Prior tamen expositio magis historica est, desumpta à satellitibus, qui regum latus custodiunt: dicuntur autem doctores Ecclesiæ satellites fortes, quia non solum verbis quasi missilibus aduersarios, sed exemplo quoque vite quasi turris munita prosternunt, iuxta illud: *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, de quo latius in verbo Gladius, num. 4.**

Ambitio metaphorice mundi pompam designat, & honoris affectationem. Sic de sepultura Regis Asæ legimus: *Et posuerunt desuper lectum suum plenum aromatibus, & unguëtis meretricijs, & c. & combuserunt super eum ambitione nimia.* Vbi reprehenditur sumptus, & pompa sepulturæ. Sunt enim, qui gloriam in terris etiam cadaueri suo in morte quærunt, non audientes vocem Domini dicentis: *Theaurizate uobis thesau-*

Ioan. 16.

August. Matth. 5. 6

Capit. I

Vatablus.

D. Tho. Orig. Greg.

Matth. 5.

2.

2. Parallel.

Matth. 5. 3. Act. 21. 1. Macha. 9. 4. 1. Cor. 13. Herodotus. Antisthen. Timon. Demosthen. Aristoteles. Plato. Basil. Matth. 20. Matth. 18. 4. Ioan. 8.

ros cælo. Vocatur etiam ambitio quadrigarum, equitum, & longæ turbæ comitatus. Sic notatur pompa Agripæ & Bernices. Itæ pompa nuptiarum filiorum Iambri.

De Ambitione verò, quæ est affectatio honoris, & dignitatū tam secularium, quæ ecclesiasticarum, legimus. *Ambiebat Iason frater Oniæ summum sacerdotium.* Est autem hoc vitium non solum humilitatis virtuti contrarium, sed etiam charitati. Vnde. 1. Corint. 13: *Charitas non est ambitiosa.* Quantum verò mali hæc pestis mortalibus inferat, etiam scriptores Ethnici, & philosophi prodiderunt. Vnde Herodotus, Ambitio, inquit, improba res est. Antisthenes rogatus, quomodo ad Reipublicæ munera accedendum esset, respondit, sicut ad ignem, neque nimis prope, ne comburaris neque nimis longe, ne frigescas. Timon Misanthropos dixit: *Elementa malorum omnium esse insanabilem cupiditatem, & ambitionem.* Demosthenes aiebat, duabus vijs propofitis, altera quæ ad tribunal ducit, altera quæ ad inferos: prudentem virum optaturum esse eam, quæ ad inferos, seu mortem ducit. Aristoteles in Diatribis, plures seditiones docet in ciuitatibus ambitionis causa suboriri. Plato Dialogo. 7. de Republica, Ciuitas (inquit) in qua ciuis ad expetendos magistratus nimis ambitiosi sunt, optime se habet: è contrario vero cum ambitio regnat. Cæterum B. Basilii lib. Constitutionum monasticarum cap. 10. *Ambitio (inquit) diabolica pestis est, & sine dubio qui in huius uitij potestate est, eodem plane cum diabolo morbo laborat.* Hæc Basil. Vnde dominus Ioanni, & Iacobo dexteram, & sinistram in regno Dei ambientibus dixit. *Nescitis quid petatis, id est, nescitis quam sæua sit hæc pestis, qua laboratis. Et cum contentio facta esset inter Apostolos, quis eorum videretur esse maior, constituto paruulo in medio eorum dixit. *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnū cælorum, quasi diceret, si primus angelus in cælo creatus propter hanc pestem de cælo cecidit, quomodo vos in terra, & de terra progeniti, nisi eundem morbum excutiatis, ascendetis in cælum?**

Ambitio cruenta cupiditas est sicut de Lucifero legimus: *ipse homicida erat ab initio.* Nam cum primatum ambiret in cælo inuidit homini, quem intellexit super choros angelorum posse co-

re: *Et inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Ex inuidia quippe hominem tentans, atque prosternens in corporalem, & spiritualem traxit interitum. Ambitiosus Abimelech filius Gedconis septuaginta fratres, dum solus regnare cupit, occidit. Saul dum regium diademata in Dauidem transferri dolet, summum Pontificem fauentem ei, cum octoginta facis viris de medio sustulit, & ciuitatem sacerdotalem igne succendit. Athalia regnum ambiens omne semen regium gladio peremit. Absalon imperium ambiens patri Dauid bellum intulit, quo ipse perijt. Ioab fraude Amasane primatum amitteret, interfecit. Herodes innocentes pueros, dum regnare cupit, occidit: tanta est ambitionis rabies, tanta crudelitas, vt Leopardo cruentissima bestia comparetur. *Post hæc (inquit) aspiciet ban, & ecce alia quasi ardus, & alas habebat quasi auis quatuor super, & quatuor capita, & c. Vbi sub typo feruntur inuisibilis Alexandri magni monstrum. Propheta describit, quod ambitiosissimus, & sanguinis effusor super omnes mortales fuerit. Vnde Virgil lib. 1. Georg. ad Mecœnatē. *Ne tibi regnandi ueniat tam dira cupido.**

Et Salustius in Catilinario. Pecuniæ (inquit) imperijque cupido, sunt quasi materies omnium malorum. Hæc ille. Hanc præcudit filius Dei discipulis suis. *Qui maior est (inquit) inter uos, fiat sicut minor, & Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.*

Ambitio more Struthionis interdum alas demittit, vt ab amicis, & notis suffragia sub modestiæ pretextu venetur. *Deinde cum tempus fuerit, alas erigit, deridet que equum, & ascensorem eius.* Vnde Petrus Chryfologus in quodam sermone. Ambitio (inquit) est, quædam simia charitatis, Charitas patiens est pro æternis, ambitio pro caducis, charitas benigna est pauperibus, ambitio diuitibus, charitas omnia suffert pro veritate, ambitio pro vanitate, pro qua omnia credit, omnia sperat. Hæc ille. Et Ambrosius super Luc. ait, sæpe quos vitia nulla delectant, quos nulla luxuria, nulla potuit auaritia subuertere, facit ambitio criminofos, & vt dominetur prius seruit. Hæc Ambrosius. Et quidem in matre filiorum. Zebedæi fa is adumbratur hoc vitium, quæ genibus flexis accessit ad Christum, adorans, & petens

Sap. 3. Iudic. 9. 1. Reg. 22. 4. Reg. 11. 2. Reg. 18. 2. Reg. 20. Matth. 2. Dan. 7. Virgil. Salust. Luc. 22. Matth. 11. 5. Iob. 38. Petrus Chryfologo. Ambro. Matth. 20.

Cypria.

Matth. 2.

Deut. 32.

Lactantius.

Ioan. 7.

Matth. 2.

Iob. 39.

Greg.

Hier. 8.

7 Apoc. 16.

ab eo dexteram, & sinistram regni filijs suis, sic Ambrosi. adorant potentiores, vt ab eis possint honores, & dignitates aucupari, vt dicit Cypria. lib. 2. Episto. 2. ad Donatum. Accedit, quod suos etiam hostes ambitiosus adorare simulat fraudulenter, vt in cautos occidat, eis que dominetur. Sic Herodes volens filium Dei recens: natum de medio tollere vocatis ad se clam Magis dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi, ut ego ueniens adorem eum. Vnde Cypria, loco citato, Qui amidiu (inquit) clariori fulgere uidetur in purpura, quantis illud sordibus emit, ut fulgeat? id est quantis maculis peccatorum, & simulationum.

6 Ambitio fel draconum dicitur, quod qui biberit ardentius fitit, & in rabiem agitur. Fel draconum uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile: Dicitur autem insanabile, quia vix vnquam humilitas Christi ambitiosis poterit suadere. Vnde Lactantius lib. 7. Diuinarum scriptur. cap. 1. Qui uero (inquit) ambitio infanti, & amore potentia inflammati, omne studium ad honores acquirendos contulerunt, nec si solem quidem ipsum gestemus in manibus, fidem accommodabunt doctrinae, qua illos iubet, potentia & honore contempto humiles uiuere, ut accipere iniuriam possint, & referre nolint. Hec Lactant. Quod Christus plane confirmat dicens Pharisaeis: Quomodo potestis credere, qui gloriam adinuicem queritis? Vnde mirabile fuit signum, & super omnem naturae consuetudinem, quando Magi (qui reges fuisse creduntur) filium Dei adoraturi in praeseptio natum, uenerunt ab oriente, cum e contra qui huiusmodi sunt, ab alijs uelint potius adorari quam ta logo itinere, tantisque periculis quaerere que adorent. Quod qua difficile fit, vt qui huiusmodi sunt humilietur, docet Iob. Nunquid alligabis Rhinocerotam ad aradum? id est superbos reges subijcere poteris obedientiae iugo: vt exponit Greg. super eundem locum. De Chaldaeis etiam principibus Hieremias dicit. Adducam eis serpentes regulos, quibus non est incantatio, Reguli quippe nullis uerbis incantatorum mansuescunt, & multo minus reges superbi mitigantur, Hos tamen reges caelestis incantator ad sui adorationem adduxit, vt se Dei filium manifestaret, & regum omnium regem.

Ambitiosi principatus regnum bestiae tenebrosae appellatur: Quintus (in-

quit) Angelus effudit phialam suam super bestiam, & factum est regnum eius tenebrosum, & blasphemauerunt Deum caeli pro doloribus, & non egerunt poenitentiam, ubi bestia intelligitur Antichristus, mortalium omnium ambitiosissimus, & regnum eius omnes superbi, & ambitiosi, qui in tenebris ambulat, & in affectibus honoribus mire cruciatur. Vnde Bernar. lib. 3. de consideratione: O Ambitio (inquit) ambientium crux, quomodo omnes torques, & omnibus places, nihil acius cruciat, nihil molestius inquietat, nihil tamen apud miseros mortales crebrius negotijs eius. Hec Bernar. & Greg. super illud Iob. Ecce gigantes gemunt sub aquis, elati (inquit) omnes, dum in hac uita assequi honoris celsitudinem cupiunt, sub ponderibus populorum gemunt, Nam quanto quis hic altius erigitur, tanto curis grauioribus oneratur. Hec Greg. Ad quod facit, quod Moyses Domino dixit: Cur Domine afflixisti seruum tuum? & cur imposuisti pondus uniuersi populi huius super me? Sed proli dolor, hodie ambitiosi praeterati de pondere quidem annuorum reddituum curant, de pondere autem populi non curant: Et imponunt onera grauiora, & importabilia super humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Cumque Dauid arma Saulis portare noluerit contra Goliath, propter ingens pondus, cuius non habebat consuetudinem: ambitiosi tamen hodie non solum arma simplicia, sed grauiora, id est non uiam dignitatem, seu pingue beneficium tantum, sed & plura fortassis, utinam addere super humeros suos iuxta Concilij Trid. decretum non praesumant. Denique cum Goliath Gigas immanis uiam duntaxat hastam gestasse legatur, isti plurimis hastis uia manu comprehensis, hoc est, praebendis multis non solum non uincunt aduersarium, sed neque se, neque suas oues defendere possunt.

Postremo Christus Dominus non solum uerbo, sed etiam exemplo suo nos docuit ambitionem fugere quado sciens post multiplicationem quinque panum uenturos populos, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit solus in montem. Ergo non qui ambit, sed qui fugit honores, Christum imitatur, maxime quia cum filius Dei more triumphantis ingressurus esset Hierosolymam, non in aureo throno, regali curru, albis equis, aut trahentibus elephantis sed super asinam se-

Bernard.

Greg. Iob. 26.

Num. 11.

Matth. 11.

1. Reg. 17.

8

Ioan. 6.

Matth. 11.

dens,

Dan. 7.

dens, & pullum intrauit, cum potuerit plane ingredi, sicut eum uiderat Daniel in veste alba, in igneo curru, & ante illum millia millium ministrantium ei, & decies milia centena millia assistentium angelorum.

CAPVT LXXVII.

Ambulare, gradi, perambulare.



AMBULARE in sacra scriptura dicitur Azal. 1. Reg. 9. vnde Azalath abijt Deut. 32. Est autem ambulare proprie animalium, de loco ad locum pedibus gradientium, quibus reptilia carent, per metaphoram uero de Deo dicitur, non quidem de operibus eius ad intra (vt scholastici loquuntur) sed de operibus ad extra, externa quippe opera Dei quasi quaedam uiae eius dicuntur, vnde secundum uariam operationem uarie dicitur ambulare. v.g. Psalm. 17. & 103. legimus. Qui ambulat super pennas uentorum, id est, uelocior est ad operandum, quam uenti, vt exponunt Aug. & Glossa. Item Iob. 9. habetur: Qui graditur super fluctus maris, ubi Lyran. Subijciendo (inquit) eos ordini suae sapientiae, licet maxime mutabiles uideantur. Sic etiam exponit D. Thom. in Comment. In eodem sensu sapientia in fluctibus maris ambulare dicitur. In fluctibus maris ambulat, & Psalm. In mari uiae tuae, & semita tuae in aquis multis. Ambulare autem super mare, quasi proprium Dei ponitur in scriptura ueteri. Propterea Christus in lege noua, vt se ostenderet filium Dei, super mare pluries ambulauit. Venit ad eos ambulans super mare. Item Marci. 6. & Ioan. 6.

Item Deus dicitur gradi super excelsam terram per metaphoram. Faciens matutinam nebulam, & gradientis super excelsam terram, id est, super montes, qui sunt excelsa terrae, super quos Deus operatur, uel quatiens, uel fulmine feriens, sicut legimus in Psalm. Qui tangit montes, & fumigant, vt exponit super eundem Psalm. Lyran. Secunda tamen expositio est Hierony. super Amos. 4. Graditur (inquit) super excelsa, qui excelsus est, & in excelsis bitat, quorum conuersatio in caelis est, qui sensus mysticus uidetur, sed pulcher. Sic ambulabat super excelsam Mariam Virginis cor. Propterea dixit illi angelus, Dominus tecum. Ambulabat etiam super excelsam

Psal. 17. & 103.

Iob. 9.

Eccle. 24.

Psal. 76.

Matth. 14.

2 Amos. 4.

Psal. 103.

Luc. 1.

Paul. 1. Cor. qui raptus est ad tertium caelum, & cor Petri, cui dictum est: Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in caelis est.

Ambulare dicitur Deus cum populo suo quod est illum speciali gratiae auxilio. & directione gubernare. Sic intelligitur illud Exo. ubi Moyses domino dicit: in quo enim scire poterimus ego, & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum? Et Leuit. Ambulabo inter uos, & ero Deus uester, uos que eritis populus meus, ubi assistentiam gratiae suae in populo fidei significat, qui quasi templum Dei est. Sic explicat hic locum Paul. Vos (inquit) testis templum Dei ut ui sicut dicit Deus, quoniam habitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Praeterea in Deut. dicitur: Dominus Deus tuus ambulat in medio castrorum, &c. Nec derelinquet te. In quem sensum uidit Ioannes simile filio hominis, ambulantem in medio candelaborum aureorum, sicut expressius dicitur cap. 2. id est, in medio Ecclesiae, vt exponit Aug. homil. 1. in Apoc. uel Ticonius. Item super Apoc. Rupertus abbas. Candelabra (inquit) septem Ecclesiae sunt, & D. Tho. in Comment. ambulat in medio septem candelaborum per effectum, & omnibus se praesentem offert, singulis enim sua bona distribuit. Hec D. Tho. In quo sensu dixit suis Christus Dominus: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Cum ergo Deus ambulet in medio Ecclesiae catholicae, fouens, & protegens eam, non poterit uerbum eius deficere: Et porta inferi non praualebit aduersus eam. ¶ Ambulat etiam, & incedit Deus contra hostes suos, vt puniat eos: sicut ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra uos aduersus incedam, & rursus. In praelio gradiar super eam, incendam eam pariter. Quem locum exponit Hierony. quasi dicat. Quis me docebit ait Dominus, vt durus sim, & uincam meam clementiam, & in praelio atque certamine truculentus incedam, & gradiar super uineam, quam antea seruauit? Hec Hierony. Et ce te aliquando Deus suam uicit clementiam, & in praelio gradientis uenit super eam, quando impleuit sub Tito Vespasiani, quod illi fuerat comminatus. Malos male perdet, & alibi, Circundabunt te inimici tui uallo, & ad terram prosteruent te.

Ambulasse legitur angelus apostata in medio lapidum ignitorum, hoc est angelorum.

2. Cor. 11. Matth. 16.

3

Exo. 33.

Leuit. 26.

2. Cor. 6.

Deut. 27.

Apoc. 1.

Aug. Ticonius. Rupertus. D. Tho.

Matth. vii.

Matth. 16.

Leuit. 26.

Ezal. 27.

Hierony.

Matth. 21.

Luc. 19.

4 Ezech. 28.

Vbi

Hierony. Pſal. 103. Vbi Hierony. Ambulaui (inquit) in medio la- pidum ignitorum, de quibus ſcriptū eſt. Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem arentem. Hæc ille. Igniti etenim charitate ſunt Angeli, ſed ſuperbiendo Lucifer amiſſa gratia cecidit vt fulgur, ſicut Dominus dixit: Vidi Satã ſicut fulgur de cœlo cadentem. Præterea perambulare dicitur Satan. Circuiui (inquit) terram, & perambulauit eã. Vbi Gloſſa. Circuit, inquit, quãdo carnalia corda ſcrutatur, vt mala inferat, nec tranſuolat, ſed perambulat, quia non cito deſerit, quem tentat, ſed moratur, vt veſtigia impi- mat prauitatis. Eodem modo explicat D. Thom. ibidem. Sic etiam quaſi ambulando Satan filium Dei in deſerto tentauit. Nec enim ſtatim poſt primam tentationẽ auo- lauit, ſed paulatim gradens, & ſecundo ten- tauit, & tertio, donec confuſus receſſit ad tẽ- pus. Secundum eandem metaphoram, per ambulare quoque dicuntur ſancti Angeli terram ad cuſtodiam noſtram, vnde qui- dam ex eis reſponderunt Angelo Domini, qui ſtabat inter myrteta: Perambulauimus terram, ecce omnis terra habitat, & quieſcit. Ibi Hierony. Angeli (ait) qui præſidebant nationibus & regnis, dixerunt. Omnia ſub nobis regna tuta ſunt, & peccata, nec aliqua præmuntur anguſtia. Ambulare dicuntur homines per meta- phoram, non tam greſſibus corporis, quam affectibus mentis. Primum autem am- bulare quis dicitur cum Deo, vel coram Deo, id eſt, placere Deo, & morem ei ge- rere. Sic legimus Genefim: Noe uir iuſtus, & perfectus fuit, in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit, ita habetur in Hebræo, & apud Septuag. Chaldeus vertit, in ti- more Dei ambulabit. Eadem phraſis & Ge- nef. 17. dixit Deus ad Abham: Ambula coram me, & eſto perfectus. Vbi in he- bræo eſt Itthallech, Lephani. Ambula coram me. Id eſt, ad nutum meum uiue. Sic Septuag. tranſulerunt εὐαρεγε ἰερωτα ἰου- ραου. Complacere coram me, & Chaldaicus. Ser- uias coram me. Sic. 3. Reg. 8. Qui cuſto- diſ pactum, & miſericordiam ſeruis tuis, qui ambulat corã te in toto corde ſuo. Et Ezechias rex dixit: Memento Domine quod ambulau- rim corã te in ueritate eundẽ ſenſum habet: Poſt Dominũ ambulabunt, & Michæas. Solici- tum ambulare cum Deo tuo. Denique ſic legi- mus in Genef. Ambulauit Henoch cum Deo. Quã phraſim explicans Paulus, vertit, He-

noch placuit Deo. Hinc intelligimus uerbu Domini ad Petrum, & Andream. Venite poſt me, ſignificare, Ambulate mecum, non tã greſ- ſibus corporis, quam conſenſu, & affectu mentis. Quamuis exceptionem habet hæc regula in eo, quod legimus de ſacerdote Abiathar, quem ſubrogauit Salomon pro Sadoch. Vbi dicitur: Edificabo ei domum ſi- delem, & ambulabit coram Chriſto meo cum illis diebus. Nã ibi ambulare corã Chriſto, nihil aliud ſignificat, quam ſungi ſacerdotio, vt exponit Lyranus. Siue in gratia eſſet gra- tum facientem, ſiue non eſſet. Præterea Ambulare in lumine Dei eſt, le- gẽ eius & præcepta ſeruare ita Iob ait Ad lu- mẽ eius ambulabam in tenebris. Vbi Beda. In- ter peccata, inquit, & ea quæ ignorabam, quaſi, inter obſcura vitæ huius, ad lumen uirtutum, vel conſolationis diuinæ ince- debam præterea D. Thom. Item Lyranus ibidem. In dubijs (inquit) recte procedebã per ſpecialem Dei directionem. Sic etiam legimus de iuſtis in lege gratiæ, ſicut de Si- meone. Cum induceret puerum ieſum parentes eius, ut facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo: & uenit in ſpiritu in templum, id eſt am- bulans in lumine Spiritus ſancti, ſicut illi, de quibus prædictum eſt. Domine in lumine uultus tui ambulabunt, id eſt, in illuminatione Spiritus ſancti, vt exponit Hierony. Vel in contemplatione ſanctiſſimæ Trinitatis ui- uent vt explicat Caſiodo, vel in lumine ra- tionis naturalis, & legis Dei, vt uult Lyra. Vel denique vt Aug. ait, in lumine Chriſti, & uerbi eius, ſecundum quod ſcriptum eſt, Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumem ſemitis meis. De hac lucerna dicitur. Nemo accedit lucernã, & ſub modio ponit, ſed ſuper cã delabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt. Secundum eandem phraſim legimus. Do- minus iacob uenite, ambulemus in lumine Dei no- ſtri, vbi Hierony. explicat: Venite recipia- mus Euangelium Chriſti, illuminemur ab eo, qui dicit. Ego ſum lux mundi. Sic etiam di- citur. Ambulabimus in nomine Dei noſtri, quod uero dicitur. Eccleſiæ ſub typo Hieruſalem: Ambulabunt gentes in lumine tuo. Hierony. ex- ponit: Ambulabimus omnes nos in Apo- ſtolorum luce, quæ lucet in mundo, de quo Dominus ait. Vos eſtis lux mundi. Sic præ- dictũ locum Iſaiæ etiam exponunt Cyril- lus, Procopius, Aug. 1. de uitate Eccleſiæ ca. 7. & Tertullianus, libro. 4. contra Mar- cionem cap. 17:

Ambu-

8 Ambulare in lege Domini eſt uiuere ſe- cundum legem, Pſal: Beati immaculati in uia qui ambulant in lege Domini, vt exponit Hierony. ſicut illud etiam, quod ſequitur: Nõ enim qui operantur iniquitatem, in uijs eius ambulauerunt, id eſt, in mädatis eius. Et quod in Prou. dicitur. Ambulate per uias prudẽtiæ, Gloſſa interl. exponit: Ambulate de virtu- te in uirtutẽ, Lyra. uero, per uias manda- torum, & conſiliorum, quæ eſt illa uia im- maculata, de qua. Ambulans in uia immacu- lata hic mihi miniſtrabat, Et ibidem. Perambu- labã in innocentia cordis mei, id eſt, in purita- te conſcientiæ, vt exponit Lyra. itẽ Hier. ſuper eundẽ locũ Nihil, ait, ſic placet Spi- ritui ſancto ſicut ſimplicitas, & innocẽtia, ideo apparuit, ſuper Chriſtum in ſpecie co- lumbæ. In eundem modum intelligitur illud Prou. Qui ambulauerit ſimpliciter, ſalu- us erit, id eſt, qui uixerit innocẽter, vt ex- ponit Lyra. Deinde dicit Iſaias. Veniat pax & requieſcat in cubili ſuo, qui ambulauit in dire- ctione ſua, vbi Hierony. ad literam hoc ex- ponit de Chriſto, qui eſt pax noſtra, & re- cto itinere ad patrem aſcendit dicens. Va- do ad eum, qui miſit me, vel certe intelligitur ipſe Iſaias propheta, qui ab impio rege Manaffe ſectus eſt medius, & ambulauit in reſtitutione ad mortem uſque. Talis eſt uia bona, de qua Hier. interrogate de ſemi- tis antiquis, quæ ſit uia bona, & ambulate in ea. Vbi Hierony. per ſemitas antiquas, uati- cinia intelligit Prophetarũ, in quibus quæ- renda eſt Euangelica uia, quæ clamat, Ego ſum uia, ueritas, & uita. Hæc autem uia vna eſt in ſe ipſa, ſed multiplex in conſilijs, at- que præceptis, de quibus Oſe. dicitur: Re- ctæ uia Domini, iuſti ambulant in eis, prauari- catores uero corruent cum eis. De eadem uia Euangelica, quæ docet ueterẽ exuere con- ſuetudinẽ peccatorũ dicit Apoſt. In nouita- te uitæ ambulemus. Et rurfus, Ambulate dum lucem habetis. 9 Ambulare ſecũdum carnẽ (hoc eſt iuxta carnis laſciuiã) phraſis eſt frequẽs in nouo teſtamẽto. Vnde Apoſt. Nihil, ait, dãnatio- nis eſt his, qui ſunt in Chriſto ieſu, qui non ſecun- dum carnẽ ambulant, id eſt, non ſecundũ car- nis appetitũ rationi rebellem, vt exponit hoc loco Theophylactus. Vel qui nolunt carni uelut ſubiecti ſubdi, vt explicat D. Tho. in Cõment. vel qui opera carnis per mortificationẽ crucifixerunt, vt exponit Hiero. Ne igitur Matthæus iã amplius ſe-

cũdum carnẽ ambularet, dixit ei Ieſus. Se- quere me. & omnibus etiã nobis: Si quis uult nenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Ambulare ſecundũ ſpiritum eſt, non ſolũ opera carnis crucifixiſſe, uerũ etiam legẽ ſequi, quã dicitur Spiritus ſanctus, vt expli- cat D. Tho. ſuper Rom. 8. Iuxta illud ad Galat. Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege, id eſt, ſub legis cæremonijs, quas præcepit Moyſes. Sic etiã in eodẽ ca. dicit Apoſto- lus: Secundũ ſpiritum ambulate, & deſideria car- nis non perficietis, Et infra, Si ſpiritu uiui- mus, ſpiritu, & ambulemus, vbi Hieron. Vir (inquit) perfectus in Chriſto, ſemper uiuit in ſpiritu, ſpiritu obedit, nõquam uiuit in carne, uidelicet, vt ei obediat. Itẽ B. Tho. Sicut enim (inquit) in uita corporali corpõ nõ mouetur niſi per animã, per quã uiuit, ita in uita ſpiritali omnis motus eſſe de- bet ab ſpiritu ſancto, de quo Ioan. Spiritus eſt qui uiuificat, caro non prodeſt quicquã. Hæc ex D. Tho. Cuius rei uel Chriſtus nobis da- ret exẽplum. Duſtus eſt ab ſpiritu in deſertũ, & de ſanctis animabus dicitur: Vbi erat im- petus ſpiritus, illuc gradiebantur. Qui autẽ ita ambulant, quia conformantur cũ Spiritus ſancti motione, dicũtur in ſcriptura ſacra uiuere, ſeu ambulare digne Deo, Teſtificati ſumus ut ambuletis digne Deo, qui uocauit uos. Item dicuntur ambulare digne uocatione ſua. Obſecro uos fratres, &c. ut ambuletis digne uocatione ueſtra. Et rurfus, Ambulate in dile- ctione, Et, ut filij lucis ambulate, &c. Quod certe eſt digne ambulare Deo, qui lux eſt. Tales erant Apoſtoli, in quorũ perſona di- cit Paul. Ambulãtes in carne, non ſecundum car- nem militamus, nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt ſed potẽtia Deo. Quod ut melius aſſequerentur diſcipuli Chriſti dixerunt, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Quasi diceret, omnia quidẽ tẽporalia põ- dera quẽdã ſunt, quibus curſus ſpiritus ad Deum impeditur, propterea, Ecce nos reli- quimus omnia, & ſecuti ſumus te. Ambulare in uijs alicuius eſt, imitari ope- ra eius, ſiue in bonũ, ſiue in malũ. Sic legi- mus de Nadab filio Impij Ieroboã. Et am- bulauit in uijs Ieroboam patris ſui, & de rege Achaz. Ambulauit in uijs regum Iſrael, id eſt, coluit idola, ſicut illi. De Iofia uero rege piſſimo, Ambulauit per omnes uias Dauid pa- tris ſui. Chriſtiani uero ambulare debemus in uijs Chriſti, iuxta illud Petr. Chriſtus pro-

M nobis

nobis mortuus est nobis relinquēs exemplū, ut se quamini uestigia eius. Hæc facti sunt inter alios exacte Petrus, & Andreas in cruce pro Christo morientes, virtute illius verbi, quod de ore illius audierat: Venite post me.

Ambulare in tenebris, est in ignorantia, & peccatis vitam degere, Expectauimus lucem, & ecce tenebræ, splendorem, & in tenebris ambulauimus. Vbi Hierony. pro luce, quæ eis (nempe Iudæis) fuerat promissa, erroris tenebris occupati sunt. Hæc ille. Et alibi: Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulat. Vbi idem Hieronym. Nescierunt, qui? Mali iudices, quos ego Deos vocabam, vitio suo mali iudices appellati sunt, in tenebris ambulat, quia dereliquerunt lucem. Et Lyra. Nescierunt (inquit) non propter ignorantiam legis, sed propter errorem electionis, quia omnis malus ignorat. 3. Ethic. In tenebris ambulat, quia peruersitas affectus inducit tenebras intellectus. Hæc Lyra. In quem sensum intelligit Glossa illud Iob, quod de peruersis dicitur, sic in tenebris, quasi in luce ambulat: Ita (inquit) gaudent in nocte peccati, sicut si lux eos iustitiæ circumfunderet. Eodē modo Lyra. Sicut (inquit) bene agentes amant lucē, sic illi tenebras. De quo Ioa. Hoc erit iudicium, quia lux uenit in mundū & dilexerunt homines magis tenebras, quā lucem: erant enim illorum mala opera. De Iudæis quoque ignorātia ueritatis Euangelicæ laborantibus exponit Hiero. illud Isai. Populus, qui ambulabat in tenebris, uidiit lucem magnam. Nequaquam (inquit) parua sicut aliorum prophetarum, sed magnam ut eius, qui in Euangelio loquitur. Ego sum lux mundi. Hæc Hierony. Quamuis hæc regula aliquando patitur exceptionem, quia interdum, licet rarissime, ambulare in tenebris in bonum accipitur, pro eo quod est ignotū esse ad tēpus, & obscurū. Sic explicat Hierony. de Christo apud Iudæos minime cognito, de quo dixerat Baptista, Medius autē uestrum stetit, quem nos nescitis, & adducit illud Isai. Quis est ex uobis timens Dominū, audiēs uocem serui eius, qui ambulauit in tenebris, & nō est lumē ei? Qui igitur (inquit) sic timet Dūm, audiet uocem serui, uel pueri eius, qui ambulauit in tenebris, & non erat ei lumē, qui nō habuit speciē, neque decorē, sed in similitudinē carnis peccatricis suscepit formā serui. Hoc iuxta hebraicū. Cæterū secundū Se-

ptuag. hoc ipsum de peccatorib⁹ dicitur, q̄ noluerūt obedire uoci filij Dei. Hæc Hier. Ambulare in medio, mortis (id est) in periculis magnis legim⁹ Pfal. 21. Si ambulauero in medio umbræ mortis nō timebo mala, quoniam tu mecum es. Et quidem in hebræo legimus, si ambulauero in ge, id est, in ualle umbræ mortis. Sed quia uallis est in medio montiū, recte uulgata uertit in medio. Sep uā. uertūt, ἐν μέσσω in medio. Vbi est prima expositio Lyrani in persona Dauidis. Si ambulauero (inquit) in periculo mortis ex persecutione Saulis, nō timebo mala. Secūda tñ expositio Hiero. est, & Aug. quos secutus Iansenius dicit, de Ecclesia catholica historice quidē intelligi, quæ sub Christo pastore cōfidit, etiā si in maximis uitæ periculis ubiq; uersetur, umbra uero mortis, mundi huius obscuritates, & uitæ discrimina intelliguntur, & certe idē Propheta sub Ecclesiæ typo dicit: Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me. Quod eundē sensum habet, & satis Ecclesiæ quæ drat, de qua dictū est. Et porta inferi nō preualebunt aduersus eam, quia Dominus est cū illa usque ad consummationem seculi. Ambulare uias difficiles est, labores in peccatis subire maximos, propter propriā uoluntatē. Sic impij dixerunt in inferno, Ambulauimus uias difficiles. Vbi Lyra. frequēter (inquit) plus laborant homines ad perficiēda sua peccata, quā iusti ad opera iustitiæ, ut patet de adultero, &c. Ambulare uero uias asperas dictū est, de Iudæis in captiuitatē ductis: Filij mei ambulauerūt uias asperas. Ambulare autē in magnis, & mirabilibus super se, est presumptuose super uires humanas aliquid conari. Si nō humiliter sentiebā, &c. sed ambulauit in magnis, & mirabilibus super me. Itē superbis dicit: Quæ ambulauerūt extēto collo. Præterea de arrogāte, Ambulās frustra inflatus sensu carnis suæ. Sic ambulabat dñes purpuratus, sed frustra, quia mortu⁹ est, & sepultus in inferno, q̄ etiā ambulauit in uacū secundū phrasim scripturæ, ut pote qui ad terminū uia, qui beatitudo est, nō peruenit. Sic explicat D. Tho. & Lyra. illud Iob. Ambulabunt in uacū, & peribunt. Super quē locum etiā Greg. Labores (inquit) in uacū perdidit, qui secū ante iudicē nihil tulit. Hæc ille. Tales fuerunt uirgines fatuæ, quæ non tulerunt oleū. Propterea de hoc se excusat Iob dicens. Si ambulauit in uanitate, &c. Id est, si aliquid feci

Matth. 4. I 2 Regula. Esai. 59. Hierony. Pfal. 81. Hierony. Lyra. Arist. Glossa. Iob. 24. Lyra. Ioan. 3. Hierony. Isai. 9. Ioan. 8. Hierony. Ioan. 1. Isai. 50. Isai. 53.

13 Pfal. 21. 14 Hierony. Aug. Iansc. Pfal. 137. Matth. 4. Matth. 2. I 4 Sap. 5. Lyra. Baru. 4. Pfal. 136. Isai. 3. Col. 2. Luc. 16. D. Tho. Lyra. Iob. 6. Greg. Matth. 21.

non propter Deum.

Ambulare in lumine ignis sui est, discere, & respicere pœnis sibi ob propria scelera inflictis. Ita exponit Hieronym. illud Isaiæ, Ecce uos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulat in lumine ignis uestri, & in flammis, quas succendistis, ut in pœnis, ait, atque supplicij discant potentiam Dei Iudæi, & redeant ad salutem, etiam post excidium sub Tito Vespasiani. Hæc ex Hierony. Et certe si hoc lumen antea recepissent, minime pœnas dedissent, propterea, Iesus uidens ciuitatem, fleuit super illam dicens, si cognouisses & tu. Sunt ergo uilia flagella Dei in hac uita ad oculos mentis illuminandos, iuxta illud. Cum occideret eos, quærebant eum. Sic princeps Iairus quæsiuit Christum, postquam occidit Deum filiam eius, & ut suscitaret eam obtinuit. Sic & Regulus, postquam percussus est filius eius morbo lethali, quæsiuit Christum, & sic de alijs.

Ambulare in circuitu est, non quidem simpliciter, sed astute, & fraudulentè incedere. Sic legimus. In circuitu impij ambulat, quod non intelligitur ad literam de habitatoribus Ceilæ, qui quærebant Dauid tradere regi Sauli per fraudē, ut putauit Lyra. sed potius de omnibus fraudulentis, ut demonstrat Burgenf. in additione super hunc locum, quia præcesserat in textu: Tu domine seruabis nos à generatione hac in æternum, id est à generatione fraudulentorum, & deinde sequitur: In circuitu impij ambulat, uidelicet insidiantes passim innocentibus, sicut dicitur de Satan. Circuitu quærens, quem deuoret, Et rursus. Circuitu terram. Sic & Pharisei in circuitu ambulabant, ut caperent Iesum in sermone rogantes: Licet censum dari Cæsari? Præterea ambulare in uis cordis in malum accipitur de uolentibus propriam exequi uoluntatem. Latere iuuenis, &c. Et ambula in uis cordis tui. Vbi Hierony. pro ut libuerit cordi tuo. Ita tamen ut te scias à Domino iudicandum. Hæc Hierony. Abire autem in uia cordis sui in bonum accipitur, ut supradictum est dictione Abire.

Ambulare super Aspidem, & Basiliscum est diabolicas suggestiones contemere, atque calcare. Sic legimus: Super Aspidem, & Basiliscum ambulabis, conculcabis leo-

nem, & draconē. Quod Lyra. friuole de populo Iudaico, qui in deserto inter serpentes transiit illa sus intelligi putat, cum tamē sciamus plurimos à serpentibus fuisse percussos. Propterea melius in additione Burgenf. de quocunq; iusto in Deo confidente locum explicat, qui spirituales demonum insidias sub metaphora serpentium, atque ferarum Deo se protegente conculcat. Ita exponunt Genebr. Aug. Glossa & Cassiod. quæ ait. Aspis dæmon est, dum occulte percutit, Basiliscus, dum palam uenena diffundit, Leo, dum uolenter persequitur innocentes, Draco, dum negligētes impia uoracitate deglutit. Hæc Cassiodo. Sed Christus tãquam noster antesignanus super aspidem, & basiliscum ambulauit, in deserto tentatus, id est, omnes artes Satanæ, roburque confregit, & nos contra immanem hanc bestiam, oratione, ieiunio, & uerbo Dei, suoque munuit exemplo. Sed quod attinet ad literam hebræi iuniores legūt. Nō super aspidem, sed super leonis catulū, & Basiliscum calcabis. Quia sic uertit Chaldeus. Est autem hebraice pro aspide, uox Sacham quæ significat iuniorem leonem, sed cū sit uox æquiuoca, etiam aspidem significat, ut notat Lexicon Complutense, & Hieronymus ad Sophronium uertit aspidem, & sensui magis heret literali, neque enim repeti bis debuit leo, cum uox Sacham etiam significet aspidē, quod debuit Genebr. aduertere.

Ambulare iuxta traditiones Phariseorum est, illas seruare. In stolis ambulare, est ornatum pompe mundanæ quærere. Palam Christum Dominum ambulare, est publice, & sine metu incedere. Item quod Petro Dominus dixit, Ambulabas ubi uolebas, perinde est, atque dicere, libere ambulabas, quo te ducebat uoluntas, nondum pro fide mea ligatus ab hostibus. In sapientia ambulare ad eos, qui foris sunt, est prudenter, & cum ædificatione cū externis cōuersari. Ambulare in latitudine, denotat extēdi ad latitudinē charitatis, sicut exponūt uersiculum illum, Ambulabam in latitudine, quia manu lata tua quæsiui, Aug. Cassiod. Glos. Lyra. Ita ut charitas extēdatur ad inimicos, de quo Matth. Diligite inimicos uestros.

Ambulare uero triste, uel demisso capite, denotat pœnitentiam, apud Malach. ambulauimus tristes coram Domino exer-

15 Hierony. Isai. 50. Luc. 19. Pfal. 77. Matth. 9. Ioan. 4. 16 Pfal. 11. Lyra. Burg. 1. Petri. 5. Iob. 1. Matth. 22. Eccel. 11. Hierony. Pfal. 90.

Lyra. Num. 11. Burgenf. Genebrar. Aug. Glossa. Cassiod. Matth. 4. Hierony. I 8 Marc. 7. Mar. 17. Luc. 22. Ioan. 12. Pfal. 118. August. Cassiod. Lyranus. Matth. 5. I 9 Malach. 3.

3. Reg. 21. *cituum. Item de Achab regē verbis Eliæ ad pœnitentiam inclinato, legimus. Ambula- uit demisso capite. Est & scripturæ phrasîs, ambulare per viam vinearum, Neque am- bulet per viam vinearum, quod est nolle re- cta via incidere, vt enim exponit D. Tho. vineæ iuxta oppida loco temperato, neq; nimis gelido, neque nimium calido planta ri solent. Impius autem non ambulat per viam vinearum, quia rebus huius muni- di non vitur moderate. Lyranus vero ali- ter explicat, Quia sermo est de impio, de quo in textu præcesserat, *Maledicta sit pars eius in terra, & statim subditur, Neque ambu- let per viam vinearum, id est, vineæ eius adeo steriles fiant, vt neque per eas tran- sire audeat: Vel, vt mihi potius videtur, Arceatur in desertum, non solum à ciuita- tibus, sed etiam ab agris plantatis: vbi nec vinea nutritur. Sic filius Dei, Qui factus pro nobis maledictum, fugiens persecutores, ali- quando non ambulabat per viam vinea- rum, sed circa desertum.**

Gal. 3. *Ambulare coram facie sua dicuntur ani- malia sancta, Et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat, id est, considerabat ope- ra, & actus suos, ne temere quicquam age- ret, & nunquā retro, sed ad anteriora pro- cedebat. Sic explicat Gregor. homil. 4. in Ezech. dicens: Qui se ante se ponit, co- ram se ambulat. Hieronym. autem ad per- feuerantiam in bono incæpto hoc refert in Comment. Qui aratri (inquit) stium tenet, non debet respicere post tergum, neque imitari vxorem Loth. Hæc Hiero- nym. Propterea Christus Dominus disci- pulos monebat, vt eum sequerentur, nec conuerterentur retro, Matthæo dicens *Sequere me, & surgens secutus est eum, quod fuit ante faciem suam ambulare, & sic de alijs, qui à Christo vocati cum eo ad mor- tem vsque perseuerarunt, quibus ipse di- xit. Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, &c.**

Matth. 9. *Ad inuicem ambulantes discipu- li dicuntur Luc. 24. De quo vide in di- ctione Emaus. Tolle grabatum tuum & ambula. Vide verbo Grabatū. Claudiambulant, vide verbo Claudus. Am- bulans Iesus iuxta mare Galileæ, vide in dictione Galilea. Surge, & am- bula, vide in dictione, di- mittere.*

C A P V T . L X X V I I I .

Amethistus.



METHISTVS lapis pretiosus vocatur hebraice Achalama Exo. 28. Quan- uis alij dicant esse Chrystal- lum. Amethystus gemma est, quæ vini flauescens colorem refert, cū fulgore purpureo in violaceum desinē- te, vt refert Plin. lib. 37. c. 9. ferturq; resis- tere ebrietati, foecunditatem quoque ste- rilibus conferre, & veneno resistere. Erat autem in tertia linea rationalis Aaron, & in fundamentis ciuitatis supernæ Hierusa- lem duodecimum habuit locum, & quia in his erant descripta nomina duodecim Apostolorum, Matthiam Apostolum si- ne dubio, qui duodecimum fortitus est lo- cum, significat, & iure optimo huic ille gē- mæ comparatur, qui multas steriles ani- mas, sua reddidit prædicatione foecun- das, & veneno cupiditatis, atque super- bix, quo sublatu est Iudas, & misere pe- rijt, contrarijs plane virtutibus paupertatis scilicet voluntariæ, & humilitatis exi- miæ, viriliter restitit. Vnde illi optime quadrat quod Dominus dixit: *Confiteor ti- bi pater, &c. qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, Subaudi secundum carnem qua- lis erat Iudas, Et reuelasti ea paruulis, non sensu, sed malitia qualis fuit Matthias.*

C A P V T . L X X I X .

Aminadab.



MINADAB filius fuit Aram, princeps de tribu Iuda, de quo fit mentio Exod. 6. De- inde Cantic. 6. Vbile- gimus: *Nesciui, anima mea conturbata est, propter quadrigas Aminadab, locus est difficilis iux- ta literam. Lyra. duas adducit exposi- tiones. Prior est hebræorum dicen- tiū, verba esse Synagogæ, quæ sub Moy- se dubitauit transire per mare rubrum, nesciens quid faceret, vt pote conturbata, sed cum regibus, quæ est Iuda, prima*

transiret, cuius dux Aminadab in quadri- ga sua præcurrebat, ausus est populus in- gredi. Verum hæc expositio quædā præ- supponit incerta. Vnde alij doctiores He- braei dicunt, Aminadab hoc loco non esse nomen proprium, sed significare populū principantē. Dicit ergo Synagoga, *Nesciui, & conturbata sum propter quadrigas populi principantis, hoc est Assyrij, & Babylonici, qui me propter scelus idolatriæ captiuam duxerūt. Quæ expositio historicæ videtur. Tertia tamē est Gregorij, Glossæ, D. Tho. & cōmunis patrū, Aminadab esse nomen propriū principis tribus Iudæ, de cuius pro- genie natus est Christus, & ideo illū repre- sentat, cuius quadrigæ sunt quatuor Euā- gelia toto orbe discurrentia, quatuor rotis, quas vidit Ezech. & quatuor sanctis ani- malibus, id est quatuor Euangelistis. Dicit ergo Synagoga: *Nesciui, & anima mea cōtur- bata est, propter quadrigas Aminadab, id est propter, Euāgelicā Christi de stirpe, Ami- nadab prædicationē, quia nō poterā crede- re, omnes gentiles admitti debere ad re- gnū Christi dicentis: Prædicate Euangelium omni creaturæ, &c. Et illud. Docete omnes gen- tes. Sed quia expositio hæc mystica vide- tur, addit quartā Vatablus, verba esse spō- sæ dicentis, *Nesciui, anima mea cōturbata est, propterea quod sponsum non inueni, & quia eum quærebā tam celeri cursu, vt fa- cta essem velut quadrigæ Aminadab, qui cum princeps esset tribus regie, quadrigis velocissimis vehebatur, itaq; sponsa turba- ta currebat sicut auriga quadrigæ, quæ equos velocissimos detinere nō potest. Et certe hoc modo currebat mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt Christū sponsum inueniret, & medicū in domo Pharisei. Sed multo velocius gressibus amoris cur- rebat Maria Iesu mater, vt puerum perdi- tum in tēplo quæreret, turbata quidem, & dolens, sed non conturbata. Vnde dixit il- li, inter doctores inuenito, *Ecce pater tuus, & ego dolentes, quærebamus te.****

CAPVT . LXXX.

Ammon, & Moabita.

A M M O N vnde Ammonitæ, & Moab vnde Moabitæ populi pro- cesserunt, fratres erant, & filij Loth, atque

filiarum eius, quæ ab inebriato patre eos per incestum conceperunt. Ad execratio- nem autem huius peccati excōmunicati sunt à Deo Ammonitæ, & Moabitæ ne in- trarent in Ecclesiam Dei in eternū. Quod intelligi debet tempore Legis Mosæ, cæ. Nam in lege Euangelica quicunq; ad fidē conuerti voluerint, recipiuntur, iuxta illud. *Prædicate Euangelium omni creaturæ, qui credi- derit, & baptizatus fuerit, saluus erit. De his autem populis fit passim mentio in scri- ptura, præsertim Ezech. 25. A. Amos. 2. D. Sopho. 2. D.*

C A P V T . L X X X I .

Amorrhæus.



MORRHÆVS, id est amarus & rebel- lis, seu loquax, nomen fuit populi gentilis in terra promissionis, qui deuastatus est ab Is- rael. Huius nomine propter scelus idolatriæ per opprobrium appellatur synagoga, *Pater tuus Amor- rhæus, id est multo sermone celebratus, & loquax, id est, famosus in peccatis, quia er- go Pharisei ab his originem ducebāt, qui quamuis Iudæi essent, per opprobrium ta- men dicti sunt, Amorrhæi, Dominus illis dixit: Generatio praua & adultera.*

C A P V T . L X X X I I .

Amos.



MOS fuit vocatus pa- ter Isaiæ Prophetæ, si- cut habetur Isaiæ. 1. & interpretatur fortis, fuit etiā sic appellatus vnus de duodecim prophe- tis, qui contra decem tri- bus Israel vaticinatus est, captiuitatem illis ab Assyrijis prænunciāns, propter sce- lus idolatriæ, numeratur autem inter pro- phetas minores tertius, quamuis pro- phetauerit eodem tempore, quo & Isaias.

C A P V T . L X X X .

Ammon, & Moabita.

A M M O N vnde Ammonitæ, & Moab vnde Moabitæ populi pro- cesserunt, fratres erant, & filij Loth, atque

Amphora.



MPHORA hebraice dicitur eiphah, mensura aridoru, continens tria sata, est etiam liquoru scilicet vas, vinariu vel etiam aquarium, ventre lato, cu dua bus ansis collo graciliori, sed pro mensura frequenter accipitur, quæ duas urnas capit, vel octo cogios liquidoru, & tres modios aridorum, vt notat Hiero, in Coment. Isa. 5. Vocabatur autem alio nomine Quadrata, quia ex quadrata figura, quia omni ex parte pedem habebat, in longu, latu, & profundu. Ne vero per fraudem minui posset, vel augeri, erat olim apud Romanos pedis mensura in marmore sculpta, quæ hodie cernitur Romæ in hortis Angeli Calocij. Erat etiam amphore mensura in Capitolio, de qua Priscianus.

Amphora fit, cuius vim ne uiolare liceret, Sacrauere Ioui Tarpeio mote, Quiritis: Hæc ille.

Apud Zacha. fit mentio de amphora his verbis. Hæc est amphora egrediens. Significat autem mensuram omnium peccatorum populi Iudaici in vniuersa terra, vt exponit Hierony. Ipse (inquit) angelus, qui ostenderat amphoram, siue mensuram, illi nomem imponit, & dicit iuxta Septuaginta: Hæc est iniquitas eorum in vniuersa terra. Iuxta hebræos autem. Hic est oculus eorum, id est ostensio omnium peccatorum, subaudi, ad oculum. Hæc Hierony. Confirmat Cyrillus, esse mensuram illam peccatorum populi, de qua Dominus Iudæis significauit dicens. Implete mensuram patrum uestrorum. Itaq; erat mensura, quam cum peccantes implebant Pharisæi, & populares, tandem in suis peccatis sine retractatione periret. Propterea dixit illis Christus: Moriemini in peccatis uestris.

Sed in textu dicitur Zachariæ, quod visa fit mulier, quæ vocabatur impietas, sedens super amphoram, quæ etiam intus missa est, & duæ mulieres habentes alas portauerunt illam inter cœlum, & terram. De quo supra in verbo Ala num. 10. vbi posuimus expositionem Hierony. putantis, has mulieres esse ex vna parte Hierusalem, & ex alia decem tribus, quæ propter suam impietatem impulerunt populum

in Babylonicam seruitutem. Sed hæc expositio alijs non quadrat, quia prophetia vel de futuris est, aut certe de præteritis, quæ humana ratione minime constant, qualis est prophetia Moyfi de creatione mundi, &c. Sed captiuitas decem tribuum, & postea Hierusalem, quando Zacharias prophetare cœpit, longo tempore præcesserat, quorsum ergo hic scriberet historiã planam, & omnibus notam, per reuelationem angelicã tam difficilẽ intellectu? Quare verisimilior est iudicio meo expositio Ruperti super Zach. 5. quã ex parte sequitur Franciscus Ribera super eundem locum, videlicet, Duæ mulieres significant civitatẽ, & obstinationem tã patrum, quã filiorum populi Iudaici, quæ vt mensuram scelerum eiusdem populi à Deo præuisam cõplerent, in tantu nefas prorupere occiso filio Dei, & discipulis eius partim cœsis, partim fugatis, vt in fine mundi derelicti, impijsimo Antichristo in Babylone primum regnatura (quod Danie. 11. legimus) colla submittere debeant, sicut Christus ipse prædixit. Ego ueni in nomine patris mei, & nõ accepistis me, si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis. Quod de Antichristo à Iudæis recipiendo Hiero. intelligit Epistola ad Algasiam. q. 11. & alij patres, quos allegabimus, verbo Antichristus, numero. 12. Propterea subdit Zachariæ: Et dixi ad angelum, &c. Quo ista deferunt amphoram? & dixit ad me, ut edificetur ei domus in terra Sennaar, id est, in Babylonia. Cũ ergo anteseptuaginta annos fuerint Iudæi captiui ducti in Babyloniam, quomodo nõ denuo rogaret angelum Propheta: Quo ista deferunt amphoram? Præterea cum etiam prophetante Zacharia reuerteretur populus de Babylonia sub Zorobabel, quomodo subdit in textu, Vt stabilietur, & ponatur ibi: quomodo enim stabilietur in Babylonia populus, qui iã inde reuertitur? Intelligitur ergo de tẽpore Antichristi, sub quo implebitur, quod de Iudæis Christus prædixit, Filij autem regni eiciuntur in tenebras.

Amphora pro mēsurā accipitur 1. Reg. 1. D. 2. Esd. 2. B. Danie. 14. A. Pro vase autē vulgari aquario sumitur Luc. 22. vbi Christus Dñs duobus discipulis, quos in Hierusalem misit, signum dedit illius domus in qua parari sibi pascha volebat, dicens: Ingressis uobis ciuitatem occurret homo, amphoram aquę portans, sequimini eum, &c.

I אֵיפָה

Hierony.

Priscianus

2

Zach.

Hierony. Cyllilus.

Matth. 23.

Ioan. 8.

3

Rupert. Fran. R.

Dan. 11.

Ioan. 9.

Hierony.

Matth. 4.

Luc. 22.

Amplecti, Amplexari.



M P L E C T I hebraice dicitur Chabac. Iob. 24. Amplexantur lapides, & Pro. 24. Amplecti est brachijs alium implicare in signum beneuolentiæ. Dicitur autem de Deo per metaphoram. Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Vbi Lyra leua, id est, præfens vita, & tẽporalia dona Dei sub capite meo, id est, ad consolationem mihi data, & dextera, id est, æterna vita amplexabitur me, sicut protegens, quando per remunerationem glorificabit me. Eodem modo exponit D. Tho. De hoc amplexu dextere dicebat Dominus Apostolis, Et iterum ueniam ad uos, & assumam uos ad me ipsum, Et rursus, Euge serue bone & fidelis, quod uerbum signum est amplexus dextere & alibi. Beati sunt serui illi, quos, cum uenerit Dominus, in uenerit uigilantes. Beati, inquam, per amplexum dextere Dei.

Amplexari lapides est abscondere se in cauernis, & scisuris petrarum. Sic Legimus apud Iob. Et non habentes uelamen, amplexantur lapides, super quẽ locum Diuus Thom. in Commentar. Non habentes (inquit) uelamenti uel domus tegumentum, abscondunt se in cauernis lapidum, quæ inueniuntur in locis montanis. Eodem modo exponit Lyra, & de huiusmodi Apostolus dixit, de sanctis uidelicet prophetis, in solitudinibus errantes, & in speculicis, & in cauernis terra.

Amplexari sapientiam, est illam quasi rem dilectam detinere: Cum cam fueris amplexatus, dabit tãpiti tuo augmenta gratiarum. Vbi Interl. amplexatus: (inquit) tanquam rem dilectam. Eodem modo Lyra. Sic discipulus ille, quem diligebat Iesus, amplexatus est incarnatam sapientiam, frequenter alias, sed præcipue quando super pedibus eius in cœna recubuit, ubi accepit augmentum innumerabilium gratiarum, ita ut primus innotuerit. In principio erat uerbum.

Amplexari tempus est, & tempus longefieri ab amplexibus. Eccles. 3. Quod ad litteram intelligitur de coniugibus, ut ex

ponit Glossa. in quem sensum Apostolus admonet coniugatos, Nolite fraudari in uicem, nisi forte ad tempus, ut uacetis orationi.

Amplexari stercora est, in summam deuenire miseriam, Qui nutriebatur in croceis, amplexati sunt stercora, id est, audissimè uiliora cibaria præ fame sumpsere, ut exponit D. Tho. in Comment. sicut dicit Iob: Anima esuriētis etiã amara dulcia esse uidetur.

Amygdalus, Amygdala.



M Y G D A L Æ dicuntur hebraice in scriptura sekedim, Gene. 43. & Numer. 17. Amygdalus, ut refert Plin. lib. 16. cap. 26. inter alias arbores prima flores emittit, quos tamen facile amittit, etiã si non pluat, sed fiat nubilum cœli, aut austri num, æstatem fert diutissime saluo uire frondiu, quas ultimã ferẽ omnium perdit. De hac arbore legimus: Florebit Amygdalus, denotat autem exposito Hieronymo canicem senectutis humane. ibi enim senecta describitur, quã mors consequitur. Greg. uero lib. 31. Moral. in illud Iob. 39. Nunquid suscitabis cũ quasi locustas? Quid (inquit) in flore amygdali nisi sanctæ Ecclesiæ primordia designantur? quæ in prædicatoribus suis primitiuos uirtutum flores aperuit, &c. De his floribus Dominus dixit: Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequetur, in nomine meo demonia eiciet, &c. Quæ expositio mystica est, sed pulchra, & aptissima, quia sicut crescentibus fructibus Amygdalus flores deponit, ita in Ecclesia iã fundata crebra miracula celsauerunt, quia fructus augẽs flores deposuit.

Legimus præterea Iacob uirgas amygdalinas, partim decorticas, partim uero integro certice, iuper canales aquarũ posuisse, ut bibẽtes oies aspicientesq; uarios in aqua colores, uarios quoq; fœtus cõciperẽt. Vbi Glossa, uirgas uarias ob oculos ouiu positas, doctorẽs ecclesiæ multis uirtutibus uarięatos, & doctrinas multiplici ornatos intelligit, quod uelut exẽplar esse debet auditoribus ad opera bona, unde illud. Sic luceat lux uestra corã hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est.

I אֵיפָה

Cant. 2:

Lyra.

D. Thom. Ioan. 14.

Matth. 25. Luc. 12.

2 Iob. 24.

D. Thom.

Lyra. Heb. 11.

3 Preu. 4. Interl.

Lyra.

Ioan. 6.

Ioan. 1.

4 Eccles. 3.

Glossa. 1. Cor. 7.

5 Thre. 4.

D. Thom. Iob. 6.

I אֵיפָה

Plini.

Eccles. ult.

Hierony.

Gregor.

Marci. ult.

2 Gen. 30.

Glossa.

Matth. 23.

CAPVT LXXXVI.

Anaglypha.



NAGLYPHA dicitur Græca à verbo *αναγλυφη* quod est sursum, vel in superficie sculperet, inde Anaglypha vocabantur vasa in superficie sculpta, de quibus fit mentio. 3. reg. 6. Et duo ostia de lignis oliuarum, & sculpsit in eis picturam Cherubim, & palmarum species, & Anaglypha valde prominentia, & textit ea auro. Recte vero omnis pictura templi auro texta est, quia omnis pictura virtutum auro charitatis etiam inimicorum ornari debet. Diligite inimicos vestros.

CAPVT. LXXXVII.

Anathema.



NATHEMA dicitur hebraice *cherem*, Deut. 7. Ne fias anathema, Et Iosu. 6. Sic ciuitas hæc anathema.

Anathema à verbo græco *ανθηβαι* suspendere, vnde anathema suspensum, & seorsum positum significat, qualia erant illa dona, quæ suspendebantur in templo, hodieque suspenduntur voti gratia, vt potè imagines cereæ, vel argentæ, & huius generis alia. Hinc vsus obtinuit, vt excommunicati, quasi separati à cõmuniõne fidelium, anathema dicantur. Quidam dicunt anathema compositum esse à propositione Anà, quæ est sursum, & Thita litera, quæ in damnatorum fronte describebantur in signum exitij vel cædis. Vnde, vbi Septuaginta vertunt anathema, habetur hebraice Herem, quod proprie occisionem significat. Hinc apud hebræos quicquid Deo mactatur dicitur Herem. Sic legimus, Sitque ciuitas hæc anathema, (hebraice Herem) & omnia quæ in ea sunt Domino, id est non nobis, sed disperdantur igne, vel gladio, & alibi, Omne quod ex voto dederunt filij israel, tuum erit, Hebraice legimus, Omnis Herem, id est omnis occisio animalium ex voto tibi erit. Hanc regulam proposuit Hierony. Epistola ad Algas. q. 9. Explicat autem Hierony. in prædicta

Epistola, & q. 9. illud ad Rom. Optabam ego ipse, anathema esse à Christo pro fratribus meis, &c. Hoc idem (inquit) ipsum est dicere, optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis, &c. quod, Dele me de libro vitæ, simulq; cerne Apostolũ, quantæ charitatis in Christo sit, vt pro illo cupiat emori, & solus perire, dummodo in illum credat hominum genus, perire autem nõ in perpetuum sed in præsentiarum. Et infra subdit. Quod autem anathema interdum occisionem sonet, multis veteris instrumenti testimonijs probari potest. Hæc Hiero. Sed vltra testimonia ad probationem huius regulæ supra citata additur ille locus Zacharia. Vbi agens propheta de reiectione Iudæorum, & vocatione gentium ait. Et anathema non erit amplius. Vbi Hiero. exponit, Nullus erit metus hostilis impetus. Chaldaus vero vertit, Nec occisio erit amplius. Quod si roges, quomodo hoc sit impletum? Respondemus paulatim impleri, tunc autem plene cõplendum esse, quando experientia docebit, veram esse illam Christi promissionem de Ecclesia. Et postea inferi non præualebunt aduersus eam. Imo tempore etiam martyrum nõ erat anathema, id est, occisio, & deuastatio totius Ecclesiæ vniuersalis, imo, Sicut granũ frumenti, si mortuum fuerit, multũ fructũ offert, sic pro vno martyre occiso centũ denuo ad fidem conuertebantur, & quasi totidẽ grana pro vno multiplicabantur. Contrarium vero minatur Dñs habitatoribus terræ, mudiq; sectatoribus per Malac. vbi iudex iustus minatur è celo Ne forte, inquit, ueniã, & percutiã terram anathemate. Septuag. vertunt, Ne forte percutiam terram penitus, id est vsq; ad vltimum excidium, quod fiet in die finalis iudicij, quando peccatoribus cunctis interfectis, iustis dicitur. Hæc autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra, quasi dicat, dies illa impijs erit anathema, & vobis redemptio. Sed rogabit fortasse quispiam, quare dubitando dixerit, Ne forte ueniã, & percutiam, &c. Ad quod respondemus, particulam forte non esse dubitantis Dei, quæ certa fide credimus venturũ ad finale iudicium, videntur filij hominis uenientem in nube, &c. sed est liberum arbitriũ peccatoribus ad respiciendum permittẽtis, ne illis sit anathema, sed redemptio aduentus Dñi ad iudicium, de quo in verbo fortuna. Nomine

3. Reg. 6.

Matth 5.

I
וְהָיָה

Iosue. 6.

Num. 18.
Hierony.
Regula.
Hierony.

2

autem

August.

3
1. Cor. 16.

Hierony.

Malach. 4.

4
1. Cor. 12.

Chryf.
Theophy.

Ioan. 8.

CAPVT. LXXXVIII.

Anathoth.

אֲנָתוֹת

I
Orig.

Hiere. 32.



NATHOTH interpretatur obedientia secundum Orig. homil. 8. super Hieremiam. Estque nomen ciuitatis in tribu Benjamin, nõ longe à Hierusalẽ, vnde Hieremias Propheta fuit. Dicitur autem Hieremias emisse agrũ in Anathoth. cũ obsessa esset ciuitas à Chaldaeis, quo opere vaticinatus est, post septuaginta captiuitatis annos, reedificata Hierusalem, hereditates in ea rursus à suis dominis possidendas esse. Mystice autem, vt patres aiunt, in Anathoth emit he

reditatẽ, qui obediens est, iuxta illud: Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud. Vnde Hieronym. super Hieremiam. Ager (inquit) sacerdotalis, cuius emptio, atque possessio Hieremiam deferebatur in Anathoth, est in terra Benjamin, quorũ prius obedientiam, secundum filium dexteræ sonat, ideo eius appetit Hieremias emptionem, in quo obedientia, & virtus dexteræ Domini versabatur. Hæc Hierony. Imitatores ergo sunt Hieremiam obediens, quibus Dominus ait: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei, quodcumq; dixerint uobis, seruate, & facite. Et Paulus: Obedite præpositis uestris.

Luc. 11.
Hierony.

Matth. 23.

Hebr. 13.

CAPVT. LXXXIX.

Ancilla.



ANCILLA in scriptura hebraice dicitur hamach, & h est signũ foemenini generis. Est autem ancilla mulier ministerio cuiuspiam deputata præsertim captiua. Metaphorice vero solet interdum scriptura sacra imbecilliores in reputatione hominũ, sed electos apud Deũ ancillarũ nomine significare, sic legimus de sapientia, quæ filius Dei est: Misit ancillas suas, ut uocarent ad arcẽ, & ad moenia ciuitatis. Super quem locum Hierony. Id est prædicatores (inquit) infirmos, & despicabiles, qui fideles populos ad superna patriæ cœlestis ædificia colligerent. Eodem modo Cypria. lib. 2. epistola. 3. ad Cœciliũ. Parauit (inquit) sapientia mensam suã, & misit seruos suos, vocans cum excelsa prædicatione, &c. Sic etiam Glossa Ordin. & Lyranus. Cui consonat parabola de rege: Qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos, uocare inuitatos, &c. Item parabola de homine, qui fecit cœnam magnam. Hic enim homo sapientia incarnata est, sicut & ille filius regis, in quo sunt, omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, Quique dicit: Ego autem constitutus sum rex ab eo, &c.

Luc. 11.
Hierony.

Matth. 23.

Hebr. 13.

I
וְהָיָה

Pro. 9.
Hierony.

Cyprian.

Clossa.
Lyra.
Matth. 22.
Luc. 14.

Colof. 2:

Psal. 2.

2
Iob. 40.

Greg.

redemptionem veniens, & suos contra mundi superbiam prædicatores mittens, relictis sapientibus insipientes, relictis fortibus debiles, relictis diuitibus pauperes elegit, quia testante Paulo: *Infirma huius mundi elegit Deus, ut confundat fortia.* Eodem modo Beda, & Glossa. Vnde colliges, nõ bene Iansenium super locum Prouer. superiori numero explicatum dixisse, in genere fœmenino positas esse ancillas, quia sapientia etiam ponebatur in genere fœmenino, cum tamen videamus, Deum in hoc loco Iob non poni in fœmenino, & tamen ancillis suis, & nõ seruis vsũ fuisse ad ligandũ Leuiathan. Et quod in Psal. dicitur: *Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa,* in Hebræo legimus in fœmenino uidelicet, *Euangelizatricibus uirtute multa.* Et Dominus ponitur in masculino. Quare mysterium sine dubio de uilitate discipulorum in oculis mundi designabatur, quia piscatores duodecim Christus electurus erat Apostolos, sicut habes Luc. 6. & 10. *Designauit Dominus alios septuaginta duos,* subaudi, prioribus similes. ¶ Cibaria ancillis dare quid sit, uide in dictione cibis, nu. 11. ¶ Postremo quod Maria dixit Angelo Lucæ. 1. *Eccc ancilla Domini* explicatur in dictione Maria.

CAPVT. XC.

Andreas.



NDREAS frater Simonis Petri natu maior, ut scribit Hierony. de uiris Ecclesiasticis, discipulus fuit Ioannis Baptistæ, quod etiam habetur Ioã. 1. Sed cum audisset: *Eccc Agnus Dei,* &c. secutus est Saluatorem, fratremque suum Simonem ad eum perduxit, ut habetur etiam Ioann. 1. In quo foelicissimus piscator euasit, qui talem, ac tantum piscem hamo, & arundine uerbi Dei, adhuc tyrocinium agens Deo cepit, electus uero Apostolus inter duodecim secundo loco post Petrum, factus est piscator hominum cum fratre, sicut illis promiserat mundi Saluator dicens: *Venite post me, & faciã uos fieri piscatores hominum.* Dum ergo Andreas rete suam expandit in Græcia, & tota Achaja, innumeros filios Christo Domino peperit, to-

tus semper in amorem cœlestium eleuatus. Vnde secundo lapidi pretioso, qui saphyrus dicitur iure optimo comparatur. Hæc quippe gemma, cœlestem colorem referens, punctisque aureis distincta, atque durissima, ita ut scalpi non possit, contemplationem Andreæ sublimen, cū aurea Dei, & proximi charitate cõiunctam & fortissime colligatã denotat, in qua tantũ Domino creuit, ut cū ad crucis supplicium pro Christi fide duceretur, ardentissimo cordis iubilo & uerbis suauissimis imaginem crucis à longe uisam simplex salutauerit dicens: *O bona crux, quæ decorẽ de membris Domini suscepisti, diu desiderata, solite amata, sine intermissione quæsitã, aliquãdo concupienti animo præparata, suscipe me discipulũ eius, qui pependit in te, magister meus Christus.* Fuit ergo Andreas saphyrox pretiosior, atq; in oculis Christi pulchrior, & vnus de illis de quibus Ecclesiæ Dominus ante promisserat: *Fudabo te in saphyris*

CAPVT. XCI.

Angariare.



NGARIARE est alium coactum in seruitutem redigere, vel ad opus seruilẽ cogere. Vnde intelligitur consilium Christi: *Quicũq; te angariauerit mille passus, uade cum illo alia duo,* subaudi, millia. Quod de præparatione animi exponit August. quasi diceretur. Esto paratus, si opus fuerit, eogi ad alia duo millia passuum peragenda, potius quam ut charitatis, & patientiæ facias iacturam. Quod uero Simon Cyrenæus angariatus à Iudæis legitur, ut tolleret crucem Iesu, non repugnat Euangelio Ioannis, qui ait: *Et batulans sibi crucem, exiit in eum, qui dicitur Caiuariæ locus.* Quia ut dicit August. lib. 3. de consensu Euangelistarum, utrumque factum inuenimus, primum id quod Ioannes dicit, deinde quod alij tres Euangelistæ retulerunt. Neque existimandum est ex misericordia Iudæos, sed inaudita potius crudelitate scruientes, angariasse Cyrenæum, ut tolleret crucem Iesu, quem uidebant ex tormentis, & plagis pene exanguem, in uia planè animam exalaturum.

Prouer. 12:

crucis onere prægrauatum. Propterea ut diutius cruciaretur, & contumeliosius moreretur in crucem actus, hoc fecerunt. *Quia uiscera impiorum crudelia.*

CAPVT. XCII.

Angelus.

I

מַלְאָכִים

Cyril.

Greg.

Hebr. 1.

Damas.

D. Tho.

2

August. Genes. 1.

Eucher. Rupert. Psal. 148:

August.



NGELVS nomen est Græcum quod nuntium significat, & legatum. Hebraice uero dicitur Malach in singulari, in plurali uero Malachim. Estque nomen officij potius quam substantiæ, ut notat Cyrillus in illud Ioan. *Fuit homo missus à Deo.* Et Gregor. homil. de centum ouibus. Nihilominus tamen omnis spiritualis natura, quæ neque Deus, neque homo est, ad angelorum pertinet ministerium. *Omnes sunt administratorij spiritus.* Vbi nota quod hebraicum nomen Malach operantem significat, siue ut Paulus expressit, quod græce dicimus *υπερηκων*, id est, administratorem. Vnde Damasce. lib. 2. de Fide cap. 3. Angelus (inquit) est substantia spiritualis, semper mobilis, suæ potestatis, arbitrioque libera, incorporalis, Dei ministræ, per gratiam, non natura, immortalitatem consecuta. Hæc Damasce. Quod autem dicit semper mobilis, exponit D. Tho. 1. p. quæst. 50. motus (inquit) ibi accipitur, pro ut intelligere, & uelle motus quidam dicuntur, quia angelus semper est in actu, intelligendo saltem se ipsum.

Angelifacti, & creati leguntur imperio diuino, in scriptura sacra, non solum sub nomine lucis, ut opinatur Aug. quando Deus dixit: *Fiat lux,* de quo uide illum, lib. 4. de Genesi ad literam à cap. 2. usque ad 28. Cuius sententiam sequuntur Eucherius Lugdunensis, & Rupertus Abbas in Genes. Sed expresse habetur eorũ creatio Psal. 148. ubi Propheta dicit: *Adorate Deum omnes Angelicius,* &c. Cumque alias simul creaturas numerasset, subdit: *quia ipse dixit, & facta sunt; mandauit, & creata sunt.* Quod Propheta plane intelligit non solum de sole, & luna, sed & de angelis, & omnibus alijs creaturis, quas in eadẽ periodo ad laudes Dei prouocauerat. Super quem locum August. Omnia (inquit) mandauit, & creata sunt, cœlestia omnia, supe-

riora, uirtutes omnes, atque angelos, &c. Idem Hierony. Addit quoque Lyra. per hoc excluditur error eorum, qui dicunt, quod creaturæ incorruptibiles ut intelligentiæ, & corpora cœlestia, non habent Deum pro causa efficienti, sed pro finali tantum. Hæc Lyranus. In nouo præterea testamẽto expresse dicit Aposto. *In Christo cõdita sunt uniuersa, in cœlis, & in terra, uisibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue potestates, principatũ, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt.* Vnde Conciliũ Lateranense cap. firmiter de summa Trinit. & fide Catho. Ab initio (inquit) temporis utramque condidit creaturã corporalem, & spirituales, angelicam, & mundanam. Hæc Concilium.

Cæterum propter hæc uerba Concilij, quidam existimauerunt esse de fide, non solum Angelos à Deo creatos esse, sed in initio etiam tẽporis creatos esse, ad quod etiam facit illud: *Qui manet in æternum, creauit omnia simul.* Sed in contrarium est autoritas multorum patrum grauisimorũ, qui tenuerunt angelos ante cœlum, & omnia uisibilia creatos fuisse, quod tenuit Basilus in principio Exameron, Gregor. Nazian. Homi. de Natali Domini, Origen. Chrysost. Ambr. Hilari. lib. 12. de Trinit. non longe à fine. Isidor. lib. 1. de summo bono cap. 12. Damasce. lib. 2. de fide. cap. 3. Quos omnes condẽnare difficile uisum est doctissimis uiris, inter quos D. Tho. in explicatione illius decretalis Concilij Lateranen. præallegatæ, dicit uerba Concilij, non determinare hoc de fide, quod in initio temporis fuerunt Angeli creati, sed positum esse ibi quasi doctrinam probabilem, quia intentio Concilij non erat ibi agere, vel definire de creatione Angelorum, sed de productione animarum, contra errorem Prisciliani & Origenis, qui animas in cœlestibus ante corpora simul creatas assererant. Cum ergo non fuerit intentio Concilij de finire de Angelis, non est id habendum quasi de fide. Quod uero dixit Ecclesiasticus: *Creauit omnia simul,* nihil uiget, quia simul, non ad tempus, sed ad modum creationis ex nihilo plane refertur, quasi dicat simul ex nihilo fecit Deus uniuersa, id est, similiter ex nihilo, ueruntamẽ multo probabilior, & certior sententia est tenenda.

Hierony. Lyranus.

Color.

Conc. Late

Quæsto.

Eccles. 18.

Basil. Greg. Nazian. Orig. Chrysost. Ambr. Hilari. Isidor.

Damas.

D. Tho.

Aug. Beda. Rupert. Magist. D.Tho. Theodor. Genadius. Achatus.

Angelos in initio temporis, in cœlo, & cū cœlo fuisse creatos, & cum reliquis creaturis. Quam tenet August. lib. 4. de Genesi ad lit. & sequuntur Beda, Rupertus, Magister senten. 2. distinct. 3. & ibi omnes scholastici cum D.Thom. Ex Græcis etiā Theodoretus, Genadius, & Achatus in Genes. qui tamen contrariam sententiā, tanquam erroneam damnare non audēt, neque Magister, neque D. Tho. imo neque August. qui to. 4. lib. 1. de Incarnatione Verbi. c. 6. ait: Est & illud in Ecclesiastica prædicatione, esse Angelos Dei quosdam, qui ei ministrant, sed quando isti creati sunt, vel quales, aut quomodo sint, non satis in manifesto distinguitur. Eodem modo Theodo. q. 3. super Genes.

4 An geli in scriptura sacra spiritus vocatur & flamma ignis propter velocitatem, & feruorem. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem, vel ut legit Apostolus: Flammam ignis. Vbi multi ex sanctis patribus per spiritum aerem intelligunt, ita ut angelos putēt aerea, vel ignea corpora subtilia gestare. In quo sensu explicat hunc locum Psal. Ioannes Episcopus Thessalonicensis in quodā sermone allegato in septima Synodo generali Act. 7. De Angelis (inquit) & Archangelis, & ipsa quidē Catholica Ecclesia sic sentit, esse quidem intelligibiles, sed non omnino corporis expertes, & inuisibiles, ut vos gentiles dicitis, sed tenui corpore præditos, aereo siue igneo, sicut scriptum est: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem, &c. Sic autem multos sanctorum patrum sensisse cognoscimus, quorum est Basilius cognomento magnus, & Athanasius. & Methodius. Hæc ibi. Sed concilium nihil de hoc definit, neque asserit, neque contradicit. Tenent etiam ex Latinis multi patres prædictam sententiam, August. lib. 3. de Genes. cap. 9. & 10. & lib. 8. de Ciuit. cap. 15. & lib. 9. per plura capita. Præterea Tertullianus. lib. de carne Christi. Cyprian. lib. de singularitate clericorum. Ambros. lib. de Noe. cap. 4. Ioannes Casia. collatione. 7. Abbatibus Sireni. cap. 13. Licet (inquit) pronūciemus nonnullas esse spirituales naturas, ut sunt Angeli, &c. tamen incorporeæ nullatenus æstimandæ sunt, habent enim secundum se corpus, quo subsistunt in natura, quia secundum Apostolum, sunt corpora

cœlestia, & corpora terrestria. Allegatur etiam in eandem sententiam Bernard. lib. 5. de Consideratione. Nihilominus tamen hæc sententia minimam probabilitatem habet, vel fere nullam, sicut fundamentum nullum firmum præfert. Contraria vero sententia, quod Angeli omnino sint corporis expertes, & (pro ut de creatura dici fas est) purus spiritus, sententia probabilissima est, quam tenent Patres, tam antiqui, quam recentiores, ita tenet Dionys. Areopa. lib. de Diu. nom. c. 4. Etiam (inquit) sine corpore malitia potest irumpere, sicut in dæmonibus. Et Gregor. Nazianze. oratione de Natiuitate Domini locum Prophetæ supra citatum: Qui facit Angelos suos spiritus, &c. explicans. Cœlestes (inquit) Deus excogitauit virtutes, & ita substituerunt illi splendoris ministri, siue illos spiritus intellectuales, non corporales, siue ignem immaterialem, & incorporeum, siue naturam aliam appellemus. Hæc Gregorius. Et Damasc. lib. 2. de Fide cap. 3. Angelus (inquit) est substantia spiritalis, &c. incorporalis. Explicat autem locum Psal. citatum. Ministros (inquit) suos facit flammam ignis, agilitatem, ignitionē, feruorem, penetrabilitatem, acumen circa diuinum desiderium, & ministerium designans. Hæc Damasc. Idem tenet Magister lib. 2. dist. 3. & ibi omnes scholastici cum D. Thom. Quamuis ergo hæc sententia non sit de fide, sicut decretalis supra allegata in cap. firmiter de summa Trinit. nihil definit de Angelis tenendum plane de fide, ut dictū est: nihilominus ostendit prædicta decretalis, sententiam esse communem doctorum sua tempestate sentientium, angelicam naturam esse spirituales, ab omni corporali distinctam. Quod autem flamma ignis dicantur Angeli, manifestum est ignem accipi metaphorice secundum allegatas Patrum expositiones, sicut metaphorice dicitur: Deus noster ignis consumens est. Vbi significatur esse purus actus. Sic etiā Angeli in suo gradu, eo discrimine, & in teruallo, quo distat creatura à creatore in actu quidem esse nomine ignis significatur, sicut ignis actuosus est.

Angeli metaphorice milites, militia, exercitus, & legiones appellantur, & sic legimus: Facta est cum Angelo militia cœlestis exercitus laudantium, & benedictantium

Bernard.
Angeli non habent corpus.
Dionysius Areopa.
Greg. Naz.
Damasc.
Magist.
D.Tho.
Deut. 4.
Luc. 2.

Math. 22. Deum. Et Dominus dixit ad Petrum: Appetas quod non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? Item. Iacob abiit itinere, quod ceperat, fueruntque ei obuiam Angeli Dei, quos cum uidisset ait: Castra Dei sunt hæc. Et cum apparuisset Iosue Angelus dixit: Princeps sum exercitus Dñi. Præterea Micheas Propheta: Vidi (inquit) Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cœli assistentem ei. Et alibi. Exercitus, qui sunt in cœlo, sequebatur eum. De Angelis denique dicitur. Nunquid est numerus militum illius?

6 Quanta vero sit Angelorum multitudo super proxime allegatum locum Iob. Gregor. exaggerat his verbis, in cognitione (inquit) humanæ rationis supernorum spirituum numerus non est, quia quanta sit illa frequētia inuisibilis exercitus nescit, de quo per Daniele dicitur: Millia milliū ministrabant ei, & decies millies centena milliū assistebant ei. Hæc Gregor. Dicuntur itaque Angeli milites, & exercitus, tum propter numerum ineffabilem, tum etiā propter diuersas acies, quæ ad nouem ordines rediguntur. Vnde Dionys. lib. de Cœlesti Hierar. cap. 6. Omnes (inquit) simul cœlestes, immortalesque substantias in nouem ordines diuinus sermo distinxit, &c. Damasc. quoque lib. 2. de Fide. ca. 3. cum Dionysio consentit, & Gregor. Papa, homil. 34. in Euangelium de centum ouibus. Nouem (inquit) ordines angelorum diximus, quia videlicet testante sacro eloquio scimus esse Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatūs, Dominationes, Thronos, Cherubim, & Seraphim, esse enim Angelos, & Archangelos pene omnes sacri eloquii pagina testatur; Cherubim vero, atque Seraphim sæpe ut notum est libri prophetarum loquuntur, quatuor quoque ordinū nomina Paulus Apost. numerat dicens: Super omnem principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem, qui rursus ad Colossen. scribens ait: Siue Throni, siue Dominationes, &c. Ecce nouem choros Angelorum. Idem asserit Hierony. super illud Ezech. Tu Cherub extentus, & protegens, & posui te in monte sancto meo. Estque communis sententia Patrum, & scholasticorum etiam doctorum in secundo senten. cum Magistro. Quod vero dicitur: Facta est cum Angelo militia cœlestis exercitus, denotat non omnes nouem cho-

ros, sed vnā aciem, quam militiam vocat, apparuisse. Sed non minus qui remanebant in cœlo propter Natiuitatis Christi mysterium laudabant Deum, quā qui apparuerant in terra. Propterea cecinerunt: Gloria in excelsis Deo (id est) laudatio ab spiritibus, qui manent in excelsis.

7 Angeli omnes missi leguntur ad ministerium salutis. Non ne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? De quo inter patres quaestio est, an omnes vere ad nos mittantur. De quo sunt duæ contrarię sententię, prior est Dyonisij Areopag. qui lib. de cœlesti Hierarchia. cap. 13. De suprema Hierarchia, in qua sunt Throni, Cherubim, & Seraphim, nunquam ad homines quemquam mitti mordicus tenet. Vnde locum Apostoli præallegatum explicat, omnes esse ad ministerium missos salutis, non tamen ad homines, sed supremos quidem ad medios, rursus vero medios ad infimos, infimos vero ad homines destinari, qui sunt infimæ hierarchiæ. Quod si apud Isai. Seraphi missus ad Prophetam legatur, infimi illius ordinis fuisse dicit, sanctum vero munere supremi. Eandem sententiam tuetur Damasc. lib. 2. de Fide. loco citato. cap. 3. Et Gregor. homil. 34. allegata. Et S. Thomas. 1. part. & pars scholasticorum, maxime recentiorum. Cæterum alia sententia est prædictę contraria, de omnibus interdum ordinibus, spiritus angelicos ad homines in terrā mitti. Quæ sententia scripturis sacris magis cōsona est, & sanctis patribus frequentior, & rationi congruentissima. Primum enim omnium præter testimonium Apostoli Hebr. 1. supra citatum urget locus Isai. ca. 6. de Seraphim misso ad purganda labia Isaiæ. Quorsum enim inferior functurus erat officio Seraphim? & siungeretur, quid opus erat illo nomine appellari? sed clare dici, missum esse à Seraphim, sicut apud Zachar. legimus superiorem Angelum inferiori dixisse: Loquere ad puerum istum, absque muro habitabitur Hierusalē. Cum ergo sit consuetudo scripturæ, explicare quando vnus Angelus ab alio mittitur, quorsum præuinere debemus dicere, quod scriptura non dicit? Præterea ad Ezechielem missi sunt Cherubim, ut habetur expresse, quis ergo dicat, hos fuisse Angelos infimos, cum scriptura dicat,

Hebr. 1.
Questio. Dionys.
Isai. 6.
Damasc. Gregor. D. Thom.
Angeli supremi aliquando mittuntur.
Zachar. 2.
Ezech. 10.

Tob 12.
Daniel. 7.
Luc. 1.
Grego. Nazian.
Hierony.
Cyril. Chryl.
August. Hebr. 1.
Alexand. Alenf. Prapofiti. Altsiod.
Pfal. 103.
Luc. 1.
Daniel. 7.
8
Tob. 12.

fuisse Cherubim, & eos tanquam excellos exaggeret super alios. Præterea Raphael ad Tobiam missus dicit se esse de astantibus principibus, & Michael ad Ecclesiam sapius missus de primis principibus esse legitur. Item Gabriel ad Mariam missus, eodem cap. missus fuisse quoque narratur ad Zachariam, cui dixit: *Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum.* Præterea antiqui patres summæ autoritatis nostræ sententiam asserunt. In primis Gregor. Nazian. lib. 2. suæ Theologiæ. Ezechieli, & Isaia. huic Seraphim, illi vero Cherubim missos affirmat, & ne quis locū aliter audeat exponere, Hierony. in epistola ad Damasum de visione Isaia locum citat ad mentem auctoris, his verbis. Quidam (inquit) Græcorum apprimè in scripturis eruditus, Seraphim virtutes quasdam in cælo esse exponit, quæ ante tribunal Dei assistentes laudant eum, & ad diuersa ministeria mittuntur, maxime ad eos, qui purgatione indigent. Idem tenet Cyrillus super Isai. 6. & Chryso. Homil. 64. ad populum. Hos Seraphinos, quos vidit Isaias, ait astantium ordinis esse. Et August. lib. 2. medita. cap. 3. tom. 9. sic exponit locum Pauli: *Omnes sunt ministrarii spiritus.* Scholastici quoque doctores consentiunt antiquitate & doctrina nobiles. Alexander Alensis in summa Theologica. Et Prapofitius, Altsiodo rensis, & alij non infimæ classis autores. Deinde ratio sua det, vt filio Dei ad homines missio propter eorum salutem, non sit iam indignum supremos Angelos, qui ministri eius sunt ad nos etiam interdū mitti, cum neque virtus humilitatis illis desit quæ consentit humilibus, neque etiā charitas, cum fecerit eos Deus ignem vrentē, non materiale sed spirituale. Cū ergo hæc sententia probabilior sit, non improbarem eum qui diceret, Gabrielem Angelum, qui ad Mariam missus est, de suprema esse Hierarchia, tum quia ad summum mysteriū non nisi summum Angelum, aut certe de supremis destinari debebat: tum etiam quia ad Zachariam dixit: *Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum.* Astantes autem supremi sunt ordinis.

Angeli in scripturis septem principes habere dicuntur. Sic legimus Raphaellem dixisse Tobia: *Ego sum Raphael Angelus unus de septem principibus, qui astans ante*

Dominum. Neque quadrat expositio Lyrani, qui interlinealem secutus putat, septenarium ibi numerum sumi pro vniuersitate, quam enim emphasim haberet, ego sum vnus de vniuersis angelis? Propterea quidam existimant, septem esse principes angelorum omnium, ex quibus vnus est Raphael, sunt autem numero septem, quia omnibus illis sanctis spiritibus præfunt, per quos Deus septem plagas habitabilis terræ gubernat & moderatur, de quibus Deuter. secundum Septuag. *Quando diuidebat altissimus gētes, quando separabat filios Adam, constituit terminos. populorū iuxta numerum Angelorum Dei, id est, constituit septem plagas terræ habitabilis, iuxta numerum septem principum angelorum.* Et vbi Ioannes ait: *Vili septem Angelos stantes in conspectu Dei, & datae sunt illis septem tube,* non solum prædicatores vniuersos intelligit, sed cum illis septem principes angelorum, qui eos illuminant, & gubernant. Item vbi legimus septē angelos habentes septē plagas exiisse de tēplo, vestitos lapide vel lino mūdo, non solū prædicatores significantur, sed etiam hi septem principes, qui & alijs inferioribus Angelis, & prædicatoribus præfunt, per quos partim denuntiant plagas peccatoribus infligendas, nisi resipiscant, partim vero eas illis infligunt. Horum quippe ministro sub diem finalis iudicij erunt signa in sole, & luna, & stellis, & multo anteprouidentia illorum quoque fiet, quod Lucas etiam præmittit dicens: *Et terra motus magni erunt per loca, & pestilentia, & fames, & terra resque de cælo.* Hanc opinionē tuetur Franciscus Ribera super illud Zachar. 3. *Super lapidem unum septem oculi sunt, id est, super Christum, qui de se dictum allegat: Lapidem quem reprobaucrunt edificantes, hic factus est in caput anguli.* Septem oculi sunt, id est, septem habet principes angelorum quali oculos totidem, per quos gubernat Ecclesiam, de quibus etiam intelligitur illud: *Et accesserunt Angeli, & ministrabant ei.*

Angeli in diuinis literis alij quidem alios iuuare, & alios alijs resistere sancte dicuntur. Sic Gabriel Angelus Propheta dixit: *Ego ueni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarū restitit mihi uiginti & uno diebus: & ecce Michael vnus de primis principibus uenit in adiutorium mihi.* De quo sunt duæ contrariæ patrum sententiæ,

Lyra, Interlin.
Deut. 31.
Apoc. 8.
Apocal. 11.
Luc. 11.
Fract. Rib. Zachar. 3.
Matth. 24.
Matth. 9
Daniel. 10.

Hierony.
1. Cor. 1.
Cassian.
Rupert. Greg.
Glossa. Lyra.
D. Tho.
I O
Apoca. 12. Quæstio.
Oecume.
D. Tho.

quidam enim putant hos fuisse Angelos apostatas, ita tenet Hierony. super Daniel. Isti (inquit) sunt principes, de quibus Paulus ait. Sapientiam loquimur inter perfectos, &c. quam nullus principum huius sæculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent, restitit autem princeps Persarum, enumerans peccata populi Iudæorum, quod iuste tenerentur captiui, & dimitti non deberent. Hæc Hierony. Eandem expositionem sequitur Ioannes Cassianus in collatione Abbatis sereni cap. 13. Principem, ait, regni Persarum apud Daniele aduersariam potestatem esse, quæ fauebat regno Persarū, inimicanti populo Dei minime dubitandū. Hæc ille. Idem tenet Rupertus super Daniel. Nihilominus tamen contraria sententia est Grego. lib. 17. Moralium, cap. 18. Sublimes (inquit) spiritus eisdem gentibus principantes, nequaquam pro iniusta agentibus decertant, sed eorum facta iuste iudicantes examinant, quorum tamen omnium vna victoria est sui super se opificis voluntas. Hæc Gregor. Itaque omnes illos sanctos Angelos fuisse tenet, idem sequitur Glossa super eundem locum, & Lyranus, item Albertus Magnus, Dionysius Carthusianus, & D. Thomas, qui. 1. part. quæstio. 113. art. 8. vtrunque referens sententiā, Gregorij partem probat. Enim vero sancti Angeli, iudicia diuina dum scire desiderant, & pro vtraque parte causas hominum, quos gubernant, exacte discutiunt, metaphoricè planè resistere alijs alij perhibentur, quæ mihi sententiā magis placet.

Angeli sancti cōtra præuaricatores prælium magnum fecisse referuntur in cælo. Michael, & Angeli eius præliabantur cum Dracone. De quo inter patres controuersia est, quando cœperit hoc prælium, & quando finem habet. Prima sententia est, quam tenet Oecumenius super hunc locum his verbis. Prælium hoc in cælo contigit, propter primam superbiam dæmonis, cum itaque Michael non tulit eius superbiam, & virtute bellica eum de cœli cōuersatione abiecerit, rursus in aduentu Antichristi, vna cum Iudæis, & Angelis sibi ministrantibus, per tentationes aduersus fideles, & sanctos, perfectius excidet. Alia est sententia Diui Thomæ in Commentariis, vbi ait, quosdam tenuisse hoc præliū

initio mundi factum fuisse in cælo, quando Angeli boni contra malos diuersis affectibus mouebatur, sed magis literæ consonare, vt de Angelis bonis, iuuantibus Ecclesiam contra reprobos, quos tandem virtute sanguinis Christi superabunt, intelligatur, neque in cælo impy reo, sed in cælo potius militantis Ecclesiæ hoc præliū conferi. Tenuit etiam ante Diuum Thomam Rupertus, tempore martyrum post Ascensionē Domini in cœlum spatio trecentorum ferè annorum fuisse gestū hoc bellum, ablata vero idolatria sub christianis imperatoribus finem accepisse. Sed Gregor. Homil. 34. super Euangelia, cer tamen istud sauisimum sub mundi plane finem Antichristo regnante futurū putat, de quo: *intempore autem illo conjurget Michael princeps magnus, &c. Et ueniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt.* Mihi vero sententia placet Oecumenij, quæ cum Gregorio cōcordat. Erit autem sub Antichristo tam atrox bellum, vt dicat filius Dei: *Erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi, &c.*

Angelus sanctus cum dæmone legitur altercari, sicut habes in epistola Iudææ nonica: *Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercatur de Moyse corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiam, sed ait imperet tibi Deus.* Quod Glossa ordinaria putat accidisse, quādo mortuo, sepultoque Moyse dicit scriptura: *Nec cognouit homo sepulchrume ius.* Quod factū diuina prouidentia fuit, ne in idolatriam populus propensissimus reliquias legislatoris sui diuino cultu profeceretur, quod dæmonem male habuit, qui contra vellet populū ad idolatriam pertrahere, cui tamen imperio diuino restitit Michael, sine præiudicio Angelicæ sui hostis naturæ. Eodem modo explicant D. Thomas, & Lyranus, & alij. Quod si neque diabolo Michael sine imperio diuino voluit irasci, æquissimū est, quod Dominus in Euangelio dixit: *Qui transigitur fratri suo reus erit iudicio.*

Angelus etiam sanctus increpat Satan in nomine Domini. Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem coram Angelo Domini, & Satan stabat à dextris eius ut aduersaretur ei, & dixit Dominus ad Satan, increpet Dñs in te Satan, &c. De quo sunt duæ expositiones. Altera dicit, Iesum sacerdotem magnum hoc loco iuxta literam esse

Rupert,
Greg.
Daniel, 12.
Matth. 24.
I I
Iudæ,
Glossa.
Deut. 34.
D. Thom.
Lyranus,
Matth. 5.
I 2
Zacha. 3.

Tertul.
 esse filium Dei in lege promissum, ita tenet Tertullia. lib. aduersus Iudæos, & Laetantius, qui eandem rationem obtendunt, quod videlicet Iesus filius Iosedech nunquam sordidatus fuit, aut aliquid aduersi passus legitur. Cæterum contraria sententia tenet, Iesum hoc loco iuxta historiã esse filium Iosedech, mystice vero Christum, ita Cyrillus, Theodoret. Beda, & Hierony. qui etiam hanc esse dicit expositionem hebræorũ. Quod autem vestibus sordidis fuerit indutus, tripliciter (inquit) interpretantur, vel ob coniugium illicitum, subaudi, cum alienigena, vel ob peccata populi, vel propter squalorem captiuitatis. Angelus autem præcepit ex persona Domini cæteris angelis, ut auferret ab eo sordida vestimenta, id est, iniquitatẽ. Satan vero à dextris eius erat, quia vera erat accusatio, quã opponebat ei. Sed Angelus Domini increpauit Satã, id est compescuit, atque fugauit. Pontificem vero à peccato purgatum sacerdotali munere Hierosoly mis fungi permisit. Ut inquit Cyril. Si vero secundum Latinos patres, ut Hierony. ait, Christum secundum ordinem Melchisedech, sacerdotem intelligamus, sordidis vestibus indutus dicitur, propter peccata nostra, de quibus dicitur: *Longe à salute mea uerba delictorũ meorum.* Tætatur autem à Satan in deserto, sed ab Angelo têtator, id est, à diuinitate increpatur, *vade* (inquit) *Satana*, &c.

13
 Genes. 32.
 Hierony. Ephes. 6.
 Interlin.
 Ofc. 12.

Angelus sanctus cum Iacob luctatus est. *Ecce inquit uir luctabatur cum eo*, &c. De quo sunt duæ expositiones, quidam enim putant non corporale, sed spirituale fuisse luctum. Ita Hierony. super illud: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinẽ.* Simul (inquit) vide ne forte ridiculi sint, qui arbitrantur in ritum luctantiũ, tota nocte Iacob luctatũ, quid enim grande (sicut illi aiunt) si aut luctas superarit, aut victus sit? Sed iuxta rationabilem, & conuenientem Patriarchæluctã, qualis est, de qua nunc dicitur: *Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem*, intelligendũ. Hæc Hierony. Eodem modo Glossa interlinealis totum, ait, fuisse spirituale certamen in contemplatione mentis. Cui sententiã fauere videtur, quod legimus, Iacob: *Qui in fortitudine sua dixit. Aus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum, & confortatus est, & fleuit, & rogauit eum.* Ergo fletibus, & orationibus potiusquam lateribus pugnassee videtur. Nihilominus tamẽ

corporalem fuisse luctã, non tamen sine laetitia, comunior sententia patrum affirmat. Ita tenet Chrysof. ho. 58. in Genesim, Magna (inquit) Domini misericordia, in figura hominis luctari cum iusto uoluit. Eodem modo Theodoret. qq. super Gen. & Genadius, Rupert. Abbas. Aug. lib. 16. de Ciuit. c. 34. & Lyrans. super Gen. Quorum expositio magis consonat textui: corporali quippe contactu neruum Iacob tetigit Angelus, qui mox obstupuit, quãuis autem facile quidẽ potuisset profertere Patriarcham, noluit tamen propter mysterium multis de causis, primũ ut timenti aduetum fratris Esau animum adderet, ut Chrysof. & post illum Theodor. Vnde subdit, quoniam si contra Deũ fortis fuisset, quanto magis contra homines præualebis? Vel ut putat Lyrans. secundum sententiã hebræorum, Angelus ille custos erat Esau, cuius primogenita defendebat, sed tandem victus imperio diuino celsit, & primogenituram, & benedictionem maioris minori permisit. Vel ut inquit Aug. lib. qq. super Gen. c. 104. mysticũ certamen fuit, & Angelus Christum magni consilij Angelum representans, & victus est à Iacob, quia à Iudæis de stirpe Iacob crucifigendus erat, & tamen Iacob benedixit, quia ex posteris eius electurus erat Apostolos duodecim principes Ecclesiæ, & septuaginta duos discipulos, per quos orbem benedictione replet, mansitque claudus Iacob in Iudæis: *Qui claudicauerunt à semitis suis.* Et rursus benedictus in eis, de quibus dictum est. *Reliquia per electionem gratiæ saluæ facta sunt.*

Angeli homines custodire dicuntur. Quoniam angelis suis madauit de te, ut custodiat te in omnibus uijs tuis. In quem sensum legimus: *Uide ne contemnatũ unũ de his pusillis qui in me credũt, dico enim uobis, quia angeli eorũ in caelis semper uident faciẽ patris mei*, &c. Super quem locũ Origenes tract. 5. duas sui tẽporis magistrorum sententiã refert, prior est omnibus, & solis prædestinatis, ab instanti natiuitatis sua Angelũ dari custodẽ, in cuius confirmacionem citat illud quod Apосто. ait: *Qui me segregauit ab utero matris meæ, scilicet, per angelũ custodẽ: & illud: De uentre matris meæ tu es protector meus, & rursus. Suscepisti me de uentre matris meæ, deinde. In te proieci sum ex utero. Quia omnia fieri dicit per custodẽ Angelũ. Posterior sententiã est, solis & omnibus Christi-*

Luc. 16.
 Luc. 19.
 Psa. 17.
 Roma. 11.
 Psa. 90.
 Matth. 18.
 Orig.
 Galat. 1.
 Psa. 70.
 Psa. 136.
 Psa. 121.

Matth. 18.
 Chrysof. Hilar. Cyril. Hieron.
 Orige.
 Theoph. Antel. Glossa. D. Tho. Lyrans. Abulen.
 Gen. 16.
 Num. 24. Act. 10. Daniel. 10.
 15
 1. Cor. 11. Questio. Caietan.
 Chrysof. Theophy. Theodor. Oecume. Beda. Anselm. D. Tho. Interlin. Lyrans. Anselm.
 Theodor.
 Matth. 18.
 Luc. 1.
 16
 Iob. 3.

stianis ex baptismi lauacro dari custodẽ angelũ, quã non decet (inquit) sanctũ angelũ infidelibus, & immundis dari, sed potius angelũ apostatã simile eis. Propterea dictum à Domino celsit: *Ne contemnatũ unũ de pusillis istis, qui in me credunt, &c.* Hanc posteriorem opinionem tenet Chrysof. sup. Matth. & ibi dẽ Hilar. Idẽ tenere videtur Cyril. lib. 4. contra Celsum. Cæterum Hierony. super eundem locũ Matth. cunctis hominibus, siue malis, siue bonis, siue fidelibus, siue infidelibus ab ortu natiuitatis suæ dari sine dubio celsit angelũ bonũ. Magna (inquit) dignitas animarũ, quia unaqueque ab ortu natiuitatis suæ angelũ habet, in sui custodiã deputatũ. Idẽ tenuit Orig. ex propria sententiã. lib. 3. Periarcon. Et allegat lib. de pastoribus, ubi habetur, quod bini angeli, alter bonus, alter uero malus singulos homines comitatũ. Idẽ asserunt Theophyl. Ansel. Gloss. D. Tho. in cõment. Lyrans. Abulen. estque cõmunis scholasticorũ sententiã, & sensus uniuersalis Ecclesiæ, cui iam non licet refragari. Enim uero Agar Ægyptiã legimus angelũ habuisse, & Ismaelẽ ethnicẽ uiuentẽ ibidẽ, Balaam ariolũ, & Cornelium adhuc Gentilẽ. Perfarũ etiã, atque Græcorum angelos commemorari scimus.

Illud autem cõtrouertitur, quid sibi uult Paulus: *Ubi uelare iubet capita scõminarum in Ecclesia propter angelos.* Ad quod Caiet. in cõmentarijs angelos intelligit sacerdotes, ita, & quidam alij expositores per pauci, in quo nulla est difficultas: Sed comunior sententiã patrũ de Angelis sanctis exponit quod custodes nostri sunt: ita exponunt Chrysof. Theophy. Theod. Oecum. Beda, Ansel. D. Tho. Gloss. interlineal. Lyrans. &c. Queritur ergo quid detecta capita scõminarũ angelos offendat, qui spiritus sunt, & non caros: ad quod Ansel. respõdet, in capite cogitationes esse, quæ turpes ex nuditate capitis scõminarũ excitantur, quibus angelis offensio datur. At qui Theodor. Angelos dicit, qui hominũ curã sollicitẽ gerunt, uident scandalũ illis, & laqueũ à scõminis poni, hac meretricia mulierũ capillatur à mulatũ offendi, scriptũ est enim: *Va autẽ homini illi, per quẽ scandalũ uenit.* Neque ut puto ingressus fuisset angelus ad Mariam, si detecto illam procaciter capillatio uidisset.

Angeli dicuntur pro hominibus Deo loqui hoc est intercedere: *Si fuerit pro eo angelus loquẽs, ut annũciat hominis equitatẽ.* Sup

quẽ locũ Hierony. asserit, angelos sanctos pro peccatoribus quidẽ hominibus Deo preces offerre. Idẽ notat D. Tho. in cõmentarijs, quod satis cõfirmatur ex illo Tobie, cui angelus dixit: *Quando orabas cum lachrymis, &c. ego obtuli orationẽ tuã Domino.* Sic etiã tenet Aug. super illud Psa. in c. *specũ angelorũ Psa. 137.* Ad quod etiã Berna. serm. 7. super Cantica allegat illud: *Præuenerunt principes coniunãtũ psallẽtibũ.* Credimus (inquit) sanctos angelos astare orantibus, offerre Deo preces, & vota hominũ denique. *Et alius angelus uenit, & stetit ante altare, &c. & data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus sanctorũ omnium super altare aureũ.* Quẽ locũ citat Bern. ser. de sancto Michaelẽ ad hoc propositũ. Et Gagneus putat huc angelũ esse Michaelẽ. Idem asserit Rupert. Abbas sup. huc locũ. Ut ergo sanctos angelos adiutores habeamus, oportet semper orare, & non deficere. Ad quod etiã facit uisio Iacob, de qua legimus: *Uisitque in somnis scõlũ stantẽ super terrã, & cacumẽ illius tagẽs cœlu, angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eas, &c.* Quẽ locũ explicat Origen. lib. 5. contra Celsum ait Angelos dicimus ascendere, ut hominũ uota, precesque ad ea loca pferat, quæ cœlestia sunt. Hec ille. Sed quæret fortasse quispiã angelos nostros Dominus dicit uideri semper faciẽ patris quod in cœlis est, cum ergo apud nos uideat clare Deũ, quod opus est illos ad orationes hominũ offerẽdas in cœlũ ascendere? Ad quod respondendũ, ascendere quidẽ illos interdũ, ut cum alijs angelis in cœlo de gẽtibũ impleat, quod Dominus dixit: *Maius gaudium erit in cœlo super uno peccatore poenitentiam agente, quã supra nonaginta nouem iustis qui non indigẽt poenitentia.*

Angeli dicuntur ascendere & descendere super filium hominis: *Amen dico uobis, uidebũs cœlum apertũ, & angelos Dei ascendẽtes & descendẽtes super filium hominis.* Quod Rupert. Abbas explicat post ascensionẽ Domini in cœlũ hoc capisse cõpleri, quãdo porta cœli uirtute crucis reuerata, latantes angeli sanctorũ hominũ animas carne solutas in cœlũ inferre cõperunt. Hæc Rupert. de quo uide in dictione Beatitudo. n. 4. Alia uero est expositio Chrysof. Theoph. & D. Tho. sup. Ioã. Significari prædictis uerbis, Christum, qui post resurrectionẽ cõscendit in cœlũ, esse Dominum angelorũ, cui ministrãtes angeli ascẽdunt, atque descẽdunt. Sic descẽdit angelus imperio Christi ad Cornelium, ut

Hierony.
 Thom.
 Tob. 12.
 August.
 Psa. 137.
 Psa. 57.
 Bernar.
 Apoca. 8.
 Bernard.
 Gagneus.
 Rupert.
 Luc. 18.
 Genes. 28.
 Origen.
 Matth. 18.
 Luc. 15.
 17
 Ioan. 1.
 Rupert.
 Chrysof.
 Theoph.
 D. Thom.
 Hieron.

Act. 10. nuntiaret ei orationes eius exauditas esse, sic etiam descendit Angelus, vt Petru in carcere catenis ligatum solueret, & in ipso die Ascensionis Domini in coelum, aspiciētibus in coelum Apostolis: Ecce duo uiri astiterunt iuxta illos in uestibus albis, id est, duo angeli, vt omnes patres exponunt.

Angeli Christo ministraffe leguntur in deserto cibos, et accesserunt Angeli et ministrabant ei. Super quem locum Chrysof. Angeli (inquit) praesentes erant Christo, non vt custodes, sed vt ministri, ministrabant autem ei forte in operibus miraculis. Idem tenet D. Th. in cōmentarijs. Secunda expositio est Abulensis. q. 62. sup. Matth. Angelos tunc Christo esurienti cibos ministraffe, quē admodum olim Eliae sub iunipero cibum corporale, idem tenuit Aug. super Ioā. Tertia explicatio est Hierony. super Matth. nihil noui tunc angelos Christo ministraffe quidem, sed accessisse potius ad cōsuetum Christi ministeriū, in omnibus ei obtempērates, a quo paululū tēpore tētationis recesserāt, vt locus daretur tentatori. Sic etiā tenent hoc loco Anselm. Beda. & Greg. homi. de tentatione, in quo denotatur post tentationis luctam consolationis palmam dari, & angelicam gratulationem de victoria.

Angelis paulo minor, vel paulo minora tus ab angelis dicitur Christus filius Dei: Eum qui modico quam angeli minoratus est uindiximus iesum, propter passionem mortis. Intel ligunt autem Chryso & Theophyl. super hunc locum, in eo minorē dūtaxat filium Dei adhuc mortalē angelis extitisse, quod cum illi nō moriatur, ille tamē adhuc erat legib⁹ mortis obnoxius. Sic etiā D. Th. in commentarijs, Christum ex hac parte nō angelis solū, sed multis hominibus minorē fuisse dicit, propter crucis suppliciū, iuxta illud. Vidimus eū nouissimum uirorū. Quā humiliationem voluntariē suscepit. Vnde dicebat. Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. Illud autem notandū cum Aug. lib. contra Maximū, & cum Glossa. Hoc loco Christum non esse minoratū ab angelis propter conditionē humane nature, secūdum quā illo sola Trinitas maior est, sed propter solam mortis passionē, quod etiā notauit D. Th. in cōmētarijs. Obijcit autem huic sententiā dictū Dionysij, de cōlesti Hiera. ca. 4. vbi asserit, angelos participatione luminis maiores esse homi

nibus. Sed dicendum ait, quod de natura humana dupliciter possumus loqui, vel secundū naturalia solū, & sic natura angelica excellentior est, quia angelus cognitio nem ex plenitudine accipit luminis in se ipso, homo autem ex creaturis: alio vero modo consideratur humana natura sine peccato in ordine ad beatitudinē obtinendam, & sic sunt aequales: Erunt sicut Angeli Dei in caelo. Christus autē, quantū ad excellentiā gratiā, maior est angelis. Hæc ille, quia Chrs nō solum gratia vnionis hypostaticę cunctis præstat creaturis, sed etiam gratia habituali infinita in genere gratiā, de qua dicebat Phariseis. Quē pater sanctificauit, et misit in mundū, uos dicitis quia blasphemias, quia dixi filius Dei sum? Vbi, quem pater sanctificauit, secūdū naturā humanā intelligitur p vnionē diuinitatis psonalē, sicut explicat Athanasius lib. de Incarnatione, in principio. Hilar. lib. 7. de Trini. Chryso. ho. 60. sup. Ioā. de quo in dictione sanctificare dicemus latius. Interim nota cōiūctiōnē (Et) accipi, p (quia) hoc loco secūdū morē hebr̄orū, itaq; quē pater sanctificauit, & misit in mūdū, idem est, atq; si diceret, sanctificauit quia misit in mundum.

Angelis nō est subiectus orbis terræ, sicut Diis, sic legimus: Neq; enim Deus angelis subiecit orbē terræ futurū. Vbi exponūt Chrysof. Theoph. Amb. Oecum. significasse his verbis Apostolū, Chro subiectū esse mundū tanquā Dño quidē, angelis uero minime. Opponit autē D. Th. in cōmen. quod quidā Angelus princeps Persarū dicitur, alius uero grecorū, ergo sunt dii? Respon det tamē, non quidē quasi dominos, p uincis angelos principari, sed tāquā Dei ministros, & gubernatores: benedicite Dñm omnes uirtutes eius, ministri eius, qui faciunt uolūtatē eius, sic legimus. Quē cōstituit aliū sup terram, aut quē cōstituit super orbē quē fabricatus est? Quasi dicat, neminem præter Christū. Sed rogas quare dixit: Orbē terræ futurū? Respondetur, quia mox subdit Apostolus. Nunc autē nondum uidemus omnia subiecta ei, id est, Christo. Quasi dicat, orbis ad præsens nō uidetur pacificē subditus esse Christo, propter infideles, atq; rebelles, sed post diē iudicij, postquā dixerit reprobis. Ite maledicti in ignē aternū, tot⁹ orbis purificatus, & quoad elemētōrū atq; cōlorū machinā, & quo ad oēs electos subdit⁹ erit filio Dei. Sic exponūt Oecum. D. Tho. &

Luc. 20. Ioan. 10. Athanas. Hilar. Chrysof. Hebr. 12. Chrysof. Theoph. Ambro. Oecum. D. Tho. Daniel. 10. Psal. 101. Job. 34. Matth. 13. Oecum. D. Thom.

Lyra. Lyra. quorū expositio magis placet, quā alia aliorū, quas de industria missas feci.

21 Angelus quidā habere dicitur potestatem super ignē. Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem super ignem. Item angelum aquarū refertur. Et audiui (inquit) angelum aquarū dicentem, iustus es Domine. Præ terea legimus: Angelus autē Domini descendebat secundum tempus in piscinam, et mouebatur aqua, et qui prior descendisset in piscinā post motionē aquæ, saluus fiebat, a quacunq; detinebatur infirmitate. Vnde patres putauerunt di uersos angelos esse, qui diuersis creatura rum ordinibus præfiderent, vt refert D. Tho. 1. p. q. 110. ar. 1. ad. 3. Sic Aug. lib. 83. quæstio. q. 79. Vnaqueq; (inquit) res uisibilis habet angelicā potestati sibi præpositam. Idem etiā docet. lib. 3. de Trini. c. 4. corporalē omnē creaturā per intellectualem gubernari. Damascenus quoque lib. 2. c. 4. Luciferum ex his fuisse angelis dicit, qui terrestribus erant præpositi. Itē Orig. ho. 14. super. nu. 22. explicās illud: Cernens asina angelum stantē in uia, asserit angelos præesse super bestias, arbores, & virgulta. Idem tenuit D. Tho. loco citato art. 1. vbi allegat Greg. qui lib. 4. dialogo rum ait, in hoc mūdo uisibili nihil nisi per creaturam inuisibilem disponi potest, diciturque ad tertium ordinem uirtutum pertinere omnes angelos, qui super species rerum corporaliū præfidentia habēt. Hi quamuis vni cōmittere possent irratio nabilium omnū dispositionem, ad sapien tiā tamen diuinā rationē pertinet, vt ad singulas rerum species conferuandas sin gularē uirtutes deputentur: quādo uero ali quid miraculose supra totius nature ordi nē fit, per has uirtutes efficitur, sicut quan do admotionem aquæ piscinæ sanabatur vnus, quando uirtus ignis, ne tres pueros in camino Babylonis cōbureret, extincta est, quādo cetus euomuit Ionam, quando leones Danielē tangere non potuerunt, quādo sol stetit, & sic de similibus. Quod si nobis Hieronymus opponatur in illud Abac. Facis homines esse sicut pisces maris. vbi ait, absurdū est ad hoc deducere Dei maiestatem, vt sciat per momēta singula, quot nascatur culices &c. Et infra. Ex quo (inquit) liber ille apocryphus stultitiā dā nādus est, in quo scriptū est quēdā angelū nomine Tyri præesse reptilib⁹, &c. Ad hoc dicendum, est Hierony. non ex propria

Apoca. 14. Apocal. 16. Ioan. 5. D. Tho. Aug. Damasc. Orig. D. Tho. Greg. Angelice uirtutes custodiunt irracionales creaturas. Ioa. 5. Daniel. 3. Ionæ. 3. Danie. 14. Ios. 10. Hierony. Abac. 1.

sententia fuisse locutum, alioquin vt dicit Aug. li. 5. de Genesi ad literā c. 21. Euāgel iū negat, qui dixerit Deum ignorare vel vnus passeris casum; sic enim legimus: Nonne duo passeris asse uenūt, et tamē unus nō cadit super terram sine patre uestro? Et rursus. Respicite uolatilia cœli quonia nō serūt, neq; me tūt, &c. et pater uester cœlestis pascit illa. & ite rū. Tua pater puidētia ab initio cūcta gubernat.

Angeli tā boni quā mali iussu Dei pec catores interdū punire leguntur, sic de san ctis angelis legimus: Veneruntq; duo angeli Sodomam uespere, &c. qui subuerterūt ciui tatē: alius etiā angelus in mari rubro submersit Ægyptios, sic enim legimus: Attol lensq; se angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abiit, &c. De reprobis quoque ange lis legimus: Immisiones per angelos malos. Su per quem locū Aug. dicit, occisionē peco rum, & primogenitorum Ægypti factam fuisse per reprobos angelos, per quos quid quid etiā ad culpam pertinet sollicitatur, suggeritur, & iuuatur. Idem sentit Greg. lib. 25. Moral. in illud Iob. 34. Inducet nocentem et conterentur. Cor. (inquit) peccatoris prioribus malis aggrauatū permittit. scilicet Deus. subsequētib⁹ malis, malorū spiri tum persuasionebus fallit. Hæc Greg. Sic Iudai, qui prius Christum Messiam esse nouerunt, dicentes in parabola. Hic est hær es. paulo post propter peccata sua a Dē mone decepti sunt, permittēte Deo, vt in eo etiam quod prius nouerant, excacare tur: Excacauit enim illos malitia eorum.

Angeli metaphorice propter fidelium ruinā flere dicuntur. Sic legimus: Angeli pa cis amare flebūt. Vbi Hieron. Hoc (inquit) loco hebræi significari angelos arbitran tur, & esse prophetiā post uocationē gen tium, & diuitias Ecclesiæ, de subuersione templi, quod flebant angeli, nequaquā in tus habitantes sed exeuntes foras. Hæc Hierony. In quē sensum explicat Cyrill. quod in eod. ca. paulo ante legitur. A uoce angeli fugerunt populi. Vbi significatur, qd sua tempestate completū refert Iosephus, lib. 6. de bello Iudaico, angelorū uocē au ditam esse de tēplo dicentium. Relinqua mus has sedes, qua uoce Iudæi exanimati fugerunt, & capti ab exercitu Romano, dispersi sunt inter gētes. Occasione autē huius queri solet. An uere angeli deserant eos, quos custodiūt, quādo uide int eos ob stinatos in malis? Et certe Orig. ho. 2. super

Aug. Math. 10. Matth. 6. Sap. 12. 22 Gen. 19. Exo. 14. Psa. 77. August. Greg. lib. 25. Moral. in illud Iob. 34. Inducet nocentem et conterentur. Cor. (inquit) peccatoris prioribus malis aggrauatū permittit. scilicet Deus. subsequētib⁹ malis, malorū spiri tum persuasionebus fallit. Hæc Greg. Sic Iudai, qui prius Christum Messiam esse nouerunt, dicentes in parabola. Hic est hær es. paulo post propter peccata sua a Dē mone decepti sunt, permittēte Deo, vt in eo etiam quod prius nouerant, excacare tur: Excacauit enim illos malitia eorum. Sapient. 2. 23 Isai. 35. Hierony. Cyrillus. Ioseph. Quæstio.

Hier. 51. illud Hierem. Fugite de medio Baby lonis adducit illud Hierem. Curauimus Babylonē, & non est sanata, derelinquamus eam, dicens, his verbis Angelos significari, qui deserunt obstinatos. Vide (inquit) homo, ne quādo Angelis præcipiat Deus, vt ad lan gorem animæ tuæ medicaminum empla stra conficiant, & respondeant Angeli. Cu rauimus eam, & non est sanata, derelinquamus eam. Hæc Origen. Eodem modo explicat Glossa. Sed Lyranus non in spiritualibus, sed in tēporalibus afflictionibus derelictā ab Angelis, cognita voluntate diuina Ba bylonem dicit. Derelinquitur itaq; pecca tor interdum ab Angelo custode nō in spi ritualibus, sed in afflictione tēporali, Deo id volente, sicut de Hierusalē Dñs dixit: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta, in spiritualibus vero neq; à Deo dum hic uiuimus, neq; ab Angelo custode penit⁹ de relinquitur, sed si respiscere uelimus, sem per nobis præsto est, & ab angelis, & ab ip so Deo sufficiens auxiliū. Vide conc. Trid. sess. 6. can. 29. Si quis dixerit, eū, qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiā resurgere, &c. anathema sit. Et Paulus: Deus uult omnes homines saluos fieri. Vnde in duodecim portis quæ duodecim Apo stolos signant, duodecim Angeli sunt, vt sciamus cooperatione tā Apostolorū, quā angelorum in cœlum nobis aditū aperiri. 24 Angeli consueuerunt quasi hospites ad illos diuertere, qui hospitalitatē exercēt, vt Apostolus ait ad Hebræos. Hospitalita tis nolite obliuisci, propter hanc enim quidam la tuerunt, angelis hospitio receptis. Vbi Theophy. Abraham inquit, & Loth latuerunt, id est, latuit eos quod angelos reciperent, putabant enim quod homines essent. Di cit præterea Lyran. secundū hebræos, tres angelos ab Abraham hospitio susceptos Michaelē, Gabrielem, & Raphaelē, quod probabilitate non caret. Michael enim princeps Ecclesiæ promisit Abrahe filiū, per quē gētes in Christo erāt benedi cendæ, & ad Ecclesiam conuocandæ. Ga briel, id est, fortitudo Dei fidelē Abrahā roborauit. Raphael uero, id est, medicina Dei, sterili Saræ medellā adhibuit. Ceterū, quod maius est sub triū angelorum typo Trinitatē Dei suscepit Abraham, quia dilectionis proximi propter Deū mādāta seruauit, iuxta quod Dominus dicit. Qui diligit me, sermonem meum seruabit, & pa

ter meus diligit eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Angeli in scripturis sanctis varijs meta phoris significātur, vocātur quippe Astra matutina, Lapidēs igniti: Oculi Dñi: Cedri paradisi, & Abietes & Platani. Rursus Aquilæ, Leones, Boues, Curī ignei, Equi varij, & alibi: Sepes vineæ Dei: multisque alijs coloribus adumbrantur, de quo alias sigillatim dicemus. hæc autē summa laus illorum est quam Christus tangit Matth. 18. Vident faciem patris mei. ¶ De quatuor Angelis tenentibus quatuor uentos, uide in uerbo Angulus. num. 8. Angelorū nomen ad homines etiā extenditur, ad illos uidelicet qui Dei nuntij sunt. Vnde Ioānes Baptista uocatur ange lus. Ecce (inquit) ego mitto angelum meum. Et quidē Origen. Ioannē putauit spiritū suū se cœlestem, contra quem Cyrillus super illud Ioānis. 1. Fuit homo missus à Deo, cui no mē erat Ioānes. Eūāgelico testimonio docet hominē illū fuisse carnē, sed nuntiu Chri sti conuersatione cœlesti. Sic etiam & sacer dotes angeli nominātur, propter offi ciū. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & le gem requirent de ore eius, quia angelus Dñi exercitū est. Et vt supra diximus nō desunt, qui sic intelligant illud Apostoli. Mulieres in Ecclesia uelent caput suum propter Angelos. Nā præter Caietan. quē supra citauimus de sacerdotibus etiā intelligūt hūc locum Amb. & Oecum qui allegat Clemētē Ale xandrinū, quem dicit sic intellexisse locū prædictū. Angeli quoq; uocantur prædicatorēs uerbi Dei. Ite angeli ueloces ad gentē cōuulsam, & dilaceratā. Id est, ad gētes olim à lege Dei, & pacto, quod cū Noe pepige rat cōuulsas, conuertēdas, quales Ægyptij & aliæ gētes remotæ, ut aliqui exponunt, uel certe ad gentē Iudæorū conuertendā, quæ uocatur terribilis, propter prodigia, quæ, ut eā educeret de Ægypto, fecit Deus & nihilominus à lege, & fide Christi con uulsa, & à gētibus dilacerata est. Sic teste Hierony. exponit Eusebius, sic Glossa in terlinealis, & Lyran. atq; Vatablus, quā uis prior expositio magis placeat. De his angelis, id est, prædicatorib⁹ ad Iudæos mit tendis Christus dicebat: Ecce ego mitto ad uos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex eis occidetis, &c. In eodem sensu passim in Apocalypsi angelorum typo prædicatorēs describuntur, ut iam ostendemus.

Enim

27 Apocal. 1. Origen. Ambro. Hierony. Orige. Aretas. Apoc. 2. Apoc. 3. Richard. Rupert. Aug. D. Tho. Matth. 5. Richar. Hiero. 1. Matth. 5. 28 Apocal. 5. Lyra. Beda. Ansel. Rupert. Luc 10. Abbas. Ioachim. Ioan. 1. Apoc. 8. Apoca. 15. & 16.

Enim uero Apoca. 1. ubi in dextera il lius, qui similis filio hominis apparuerat, septē stellæ uisæ sunt, subdit Ioānes: Septē stellæ Angeli sūt ecclesiarum. Vbi Origenes uult esse spiritus uere angelicos, ut habet hom. 1. 2. & 3. in Lucam. Idem sequitur Ambrosius super Lucā. 2. in illud: et pas tores erant in regione eadem uigilantes. Item Hierony. super Michā. 6. quod si quis ro get. quomodo peccata quæ in. 2. & 3. ca. Apoca. ab Spiritu sancto illis obijciuntur, sanctis Angelis quadrare possunt? Dicit Origen. peccata ecclesiarum Angelis obijci nō quod ipse quidē illa commiserint, sed quia custodes sunt illarū ecclesiarū, & de illis quodāmodo rationē reddere debēt. Ita & Aretas Episcopus explicat. Ceterū sustineri non potest hæc sententia nisi im proprijsimè, nam quomodo angelo dici potest. Quia primā charitatem tuam reliquisti. Et iterum. Nomen habes, quod uiuas, & mortuus es. Tenendum est ergo, prælatos ecclesiarum angelos sine dubio nūcupari, sic exponit Richard. Rupert. Aug. D. Th. & plures alij. Dicuntur autem stellæ, quia de illis dictū est. Vos estis lux mundi. Sunt etiā in dextera Dei, quia ut notat Richar. præ dicatorēs. & prælati speciali prouidentia protegentur à Deo iuxta illud. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam. Præterea prædicatoribus dicitur: Non potest ciuitas ab scondi supra montem posita. Quod uero Apoc. 5. post ostensionem libri uitæ signati sigillis septē, Ioānes ad dit, Et uidi Angelum fortem prædicantem uoce magna, quis est dignus aperire librum? Lyra nus putat fuisse Gabrielem, qui fortitudo Dei interpretatur. Sed cōmunis antiquo rum patrum expectatio, & desideriu ad uentus Christi, nomine potius Angeli for tis designatur, ut exponunt Beda, Ansel. & Rupert. iuxta illud: Dico uobis, quod multi Prophetæ, & reges uoluerunt uidere, quæ uos uide tis, & non uiderunt. Abbas Ioachim putat hunc Angelum esse Baptistam, qui dice bat de Christo, qui liber est uitæ signatus. Ego non sum dignus, ut soluam eius corrigiam calciamenti. Quod uero Ioannes dicit. Vidi septem Angelos, &c. & dat e sunt eis septē tubæ. septem sunt prædicatorum ordines, qui bus septem Angelorum principes assis tunt, ut supra dictum est num. 8. sicut & illi septem qui habebant septem phialas iræ Dei, sunt prædicatorēs, qui ab Ange

lis confortati prædicant impēdentes con tra peccatores poenas temporales, & eter nas: temporales quidem, quando expo nunt illud: Surget gens contra gentem, &c. & runt terram otus per loca, & pestilentia, & fa mes. Item. Erunt signa in Sole & Luna, & ali bi. Sol obscurabitur & Luna non dabit lumen suum: æternas uero iuxta illud: Tunc dicit rex his, qui a sinistris eius erunt. Ite maledicti in ignem æternum. Talis etiam est Angelus qui habebat faciem sicut Sol, & iris in ca pite eius, & clamauit, sicut Leo rugit, quia prædicatorēs reprobis minas intentant. Præterea quod Ioannes dicit: Vidi al terum Angelum uolantem per medium cœlum, habentem Euangelium æternum. Angelum na tura uerum à Ioanne uisum esse creden dum est, sed certe in typum prædicatorū illius temporis: homines enim, & non an geli prædicabunt, ut exponunt Beda, Am bro. Ansbertus, Tyconius, hom. 11. An selmus, Rupertus, & alij multi. Per mediū autem cœlum uolat, quia prædicator non debet adhærere terrenis, sed ut uirtutum exemplar, uerbo simul, & opere prædica re, iuxta illud: Qui autem fecerit, & docuerit hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Idem intelligendū est de secundo. & tertio An gelo, qui prædictum secuti esse referunt. Denique postquam Ioannes uidit uerbū Dei in equo cum ueste conspersa cruore, qui uicit Antichristi fautores subdit. Vidi unum Angelum stantem in Sole, &c. qui inui tabat ad cœna n agni, quem aliqui pu tant uerum Angelum: sed probabilior est sententia tenentium esse congregationem prædicatorum, qui eo tempore ole cla riores opere exhibebunt, quod de talibus Christus ait: Vos estis lux mundi. Quia præ dicatio Ecclesiæ, quo magis opprimitur, clari⁹ effulget, ut exponit hoc loco Beda. Angeli uestiti lapide euel linomundo Apoca. 15. quomodo intelligantur, uide in uerbo lapis, num. 6. Angelus uero per excellentiā filius Dei appellatur, quāuis cū addito frequentius, quo significatur altitudo eius. Sic Esai. se cūdū septuag. Et uocabitur nomen eius magni cōsiliij Agnelus, de quo in dictione cōsiliū agimus n. 9. Similiter legimus de filio ei Et statim ueniet ad tēplū sanctū suū dominator, quē uos queritis, & angeli⁹ testamētū quē uos ual tis. Vbi oēs expositores de Christo intelligū dominatore, q̄ solus tēplū habeat, ad q̄ uē

Luca. 21. Matth. 24. Matth. 25. Apoc. 10. Apoc. 14. Beda, Ambros. Ansbert. Tyconius. Ansel. Rupert. Matth. 5. Apoc. 19. Beda. Malach. 3.

nit, vt cōtra Iudæos obseruat Gala. li. 4. c. 10. Dicitur autē angelus testamēti, quia nouum erat testamentum prædicaturus, sicut promissum fuit per Hierem. *Fœdus nouum.* Templum autem humanitatem exponit August. lib. 18. de Ciuita. cap. 35. & Theodoret. Porro Cyrillus vel assumptam humanitatem, vel vterum virginalem, vel materiale Hierusalem. Hieronymus. denique per templum Ecclesiam intelligit. Potest autem cōmode intelligi templum ipsum Hierosolymitanum, ad quod non solum die purificationis Mariæ venit Christus. *Quando tulerunt eum parentes eius, ut sisterent eum Domino.* Sed etiam postquam fuerat digito à Baptista præcurso- re monstratus, & discipulos cœperat congregare, venit in templum, & inuenit vendentes oues & boues, & cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo. ¶ Quis vero sit ille Angelus, de quo in Apocalyp. *Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis,* vide in verbo frons, vbi contra recentiores ostendemus esse Christum, de quo Psal. *Qui ascendit super cœlum cœli ad Orientem.*

Illud postremo controuertitur: An sit Christus ille Angelus, de quo dicitur: *Vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem, &c. & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super eum, &c.* De quo sunt duæ sententiæ: prior est, esse verum Angelum, vel Michaelē, vel similem, qui ex Christi mandato ligauit Satanam post mortē Domini Saluatoris, iuxta illud: *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras,* ita tenet Cœlius in suis collectaneis, sic enim Christus per Michaelē Angelum Antichristum occidet, vt ex Daniel. colligitur. Idem tenet Franciscus Ribera, & allegat Gregor. Altera vero sententia est August. lib. 20. de Ciuit. cap. 7. Christum hoc loco vocari Angelum, & esse quidem illum fortem, de quo. *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet, si autem fortior eo superueniens uicerit eum, auferet arma, in quibus confidebat, &c.* Idē sequuntur Primasius, Haymo, Beda, Anselmus, Rupertus, Richardus, Ansbertus, D. Thomas, & alij plures, quorum sensus legitimus est, & vt certus habendus, quia solus Christus catenam magnam, id est, plenam potestatem habet ad ligandum

tenebrarum principem in manu sua, id est, pro libito, scilicet, vt liget, & soluat, quando libuerit, hoc quippe est habere catenam magnam in manu sua. Angeli vero non nisi imperio diuino ligare Luciferum possunt, vnde in epist. Iudæ. *Michael Archangelus, cum altercatur cum Diabolo de Moyse corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed ait, imperet tibi Deus.* De illo vero quod sequitur: *Misit eum in Abyssum,* duæ quoque sunt expositiones. Altera, vt per Abyssum corda impiorū malitia profunda intelligantur, quā loco citato August. tenet, quia à morte Christi vsq; ad tēpus Antichristi, illud spatium, quantuncunq; sit, millenario quidē numero significatur, quo tēpore sic est in corde reproborū Diabolus coarctatus, vt non impediatur violentia sua Gentium conuersionem, vsq; dum electorum cōpleto numero, iam inde soluatur, & laxis habenis sæuiat in reprobos quando ex eis fuerint electi liberati. Quā sententiā amplexi sunt Primasius cū reliquis paulo ante allegatis. Item Glossa, estq; communis patrū expositio, quā etiā tenet Greg. lib. 3. 2. moral. ca. 12. in illud Iob: *Stringit caudam quasi cedrum.* Sed certe explanatio mystica nonnullis videtur, qui putant principem illum tenebrarum, qui Lucifer dictus est, vere in puteo abyssi re- ligatum vsque ad tempus Antichristi teneri. Ita in sensu historico idem Greg. exponit lib. 4. Moral. c. 12. in illud Iob. 3. *Qui parati sunt suscitare leuiatham.* Sed hunc (inquit) leuiatham electi angelorum spiritus nunc in puteo abyssi clausum premunt, vnde scriptum est. *Vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, &c.* Quē tamen in fine mundi ad apertiora certamina reuocant, & totum contra nos in suis viribus relaxant. Hæc Greg. Quę sententia tanquā historica teneri potest, quia consuetum fuit Christo Domino mittere aliquot dæmones in abyssum inferni, & in ignem gehennæ, sicut legimus: *Et rogabant eum, Subaudi, spiritus immundi, ne imperaret illis, ut in abyssum irent.* Quamuis supra in dictione abyssus priorem expositionem retulimus vt communem. Quā qui tenuerit, in suo sensu abundet.

¶ Quatuor Angeli super quatuor angulos terræ. Apocalyp. 7. quid sint, vide in verbo Angelus, num. 8.

CAPVT XCIII.

Angulus. Angularis.



ANGVLVS hebraice dicitur in scriptura Zauah, & in plurali Zauioth. Zachar. 9. Est autem angulus duarum concursus linearum se inuicem tangentium, vel in puncto acuminato, vel vbi se interfecant: hinc per metaphoram, quod est in remotis finibus regni, vel loci alicuius dicitur esse in angulo. Per oppositum vero dicitur ali- quid esse in medio, quia ex omni parte cōspicuum est, & late patet. Sic intelliges illud: *Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, & in domo communi, id est, melius est sedere in loco solitario, vt explicat Lyranus, vel vitam ducere continentem, vt exponit Beda, quam in coniugio pleno litigijs, ideo Apostoli Christo dixerunt. Si ita est causa hominis cū uxore, nō expedit nubere.* Sic etiā legimus: *Cōsidero ue cordem iuuenē, qui transit per plateas iuxta angulū, graditur in obscuro, &c.* Quia videlicet, *Omnis qui male agit odit lucem.* Ideo quęrit angulos. Sic senes dixerūt calūniantes Susannā: *Porro nos cū essemus in angulo pomarii, uidētes iniquitatem, &c.* Bene itaq; erāt in angulo, qui sanctę fœminę castitati clam insidiabantur. *Insidiatur in occulto quasi leo.*

Angulus etiā rei cuiuscunq; significat extremū: *Faciat simbrias per quatuor angulos palliorum.* Qua nota Iudæi ab alijs gentibus distinguebantur, itē de impio Achaz rege dicitur: *Clausit ianuas templi Dei, & fecit sibi altaria in uniuersis angulis Hierusalem.* Et cōgrue caliginis principi altaria fecit in angulis, sed scandalū, qui paruulis dederit quale dedit infœlix rex iste, audiat filium Dei dicentem. *Væ autem homini illi, per quem scandalum uenit.*

Angulus in scriptura quia fortior est, & duos coniungere parietes solet, per metaphoram duces, & principes populi significat, qui alios inferiores cōnectūt, & roborāt. Significat etiā regnum, quod populos copulat, vt notat Hierony. in illud Esai. *Deceperūt Ægyptium angulum populorum eius.* Idioma (inquit) scripturarum est, vt angulū pro regno ponat, eo quod populos contineat, & quasi in tota domo fortissimum

fit, vnde & Christus duorum parietes populorum connectens, & continens lapis dicitur angularis. Hæc Hierony. Et super illud Esai. *Ecce ego mittam in fundamentis Sid lapidem angularē.* Quia circuncisionis, inquit, & gentium populos copulauit, de quo in Psal. *Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli.* Idem docet Cyrillus super Esai. 28. & ibi Theodoret. vt ergo quasi lapis angularis duos illos populos copularet, dicebat. *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, &c.* Et fiet unum ouile, & unus pastor.

Secundum eandem obseruationem intelliges quod habetur Iud. 20. *Omnes quoque anguli populorum, & cuncta tribus Israel in Ecclesiam populi Dei conuenerunt.* Id est, omnes principes populorum: & alibi. *Dixitque Saul, applicate huc uniuersos angulos populi, & rursus dicit Dominus: Disperdi di gentes, & dissipati sunt anguli earum, id est, principes, vel certe oblique principum voluntates, vt exponit Hierony. Et apud Hierem. de Babylonis excidio legimus: *Dabo te in montem combustionis, & non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta.* Id est, non ædificaberis, vt exponit Lyranus, nec proprium regem habebis, Babylon quippe, propter superbiam in Cyri redacta potestatem, sub alieno rege seruiuit, quæ alijs prius dominabatur. *Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur.**

In eundem sensum exponit Hieronymus vaticinium Zachariæ de prosperitate Iudæorum sub Iuda Machabæo, & successoribus eius. *Domini exercituum regem suum domum Iuda, posuit eos quasi equum glorię suę in bello. Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, & ex ipso egredietur omnis exactor simul.* Iudas (inquit) Machabæus, & omnes qui de genere ipsius principes fuere in populo, & angulus erant, quia regia potestate populum continebant, & paxillus, quia sacerdotes, & exactores tributorum primi Duces. Hæc Hierony. secundum sententiam hebræorum. Nam nostri (inquit) hæc ad perlecutio- nis martyrum, & ecclesię tempora referunt, quem sensum sequitur tanquam historicum Franciscus Ribera super hunc locum, vbi angulum exponit Christum regem, qui de se allegauit in parabola vineæ

Hiere. 31.

August. Theodor. Cyrillus. Hierony.

Luc. 2.

Ioan. 2. Matth. 21. Apoc. 7.

Psal. 67.

3 I Apoca. 20. Quæstio.

Ioan. 12. Cœlius.

Daniel. 12. Frac. Ribera Aug.

Luc. 11. Primas. Haymo. Beda. Anselm. Rupert. Richard. Ansbert. D. Tho.

Iud.

Aug.

Primas. Glossa.

Greg.

Apocal. 10.

Luc. 8.

I 777

Prout. 21.

Lyra. Beda. Matth. 19.

Prouer. 7.

Ioan. 3.

Daniel. 13.

Psal. 9. 2 Num. 15.

2. Paral. 28.

Matth. 18.

3

Hierony. Itai. 19. Regula.

Itai. 28.

Psal. 117.

Cyrl. Theodor.

Ioan. 10.

4 Iud. 20.

1. Reg. 14. Sopho. 6.

Hierony. Hierem. 51.

Lyra.

Luc. 18.

5 Zacha. 10. Hierony.

Fracisc. Ribe.

Matth. 21. illud Psal. Lapidem, quem reprobauerunt edifi-
 Pfal. 117. ficantes, hic factus est in caput anguli. Exa-
 ctiores vero tributorum, qui laudes Deo
 debitas. & complementum mandatorum
 Dei exigunt a populis, sunt Apostoli, &
 prædicatores, quos Dominus elegit, sci-
 licet: *Elegit duodecim ex ipsi. Item. Designa-
 uit Dominus alios septuaginta duos.*
 Luc. 6. Anguli porta est visio Dei per fidem
 Luc. 10. metaphoricè, sic legimus. *Edificabitur ci-
 uitas a turre Hanameel, usque ad portam angu-
 li.* Vbi Hierony. explicat ædificandam
 Hierony. Ecclesiam à turre Hanameel, id est. obe-
 dientiæ vsque ad portam anguli visionis
 Dei, quæ licet videatur initium habere sub-
 lime, quandiu in ista carne subsistimus,
 nec possimus rectam veritatis viam possi-
 dere, tamen in angulo stamus, & fractis
 lineis in ænigmate Deum videmus. Hæc
 ex Hierony. Idem sensus est illius loci
 Zachar. 14. *Hierusalem habitabitur in loco suo,
 etc. vsque ad portam angulorum.* Id est, à lo-
 co obedientiæ mandatorum Dei, vsque
 ad visionis Dei ænigmaticæ contempla-
 tionem, ad quam attingit per pænitentiam
 Luc. 7. mulier in ciuitate peccatrix. *Quia dilexit
 multum.* Neque facit ad hoc propositum,
 Apocal. 21. quod in portis ciuitatis supernæ Hierusa-
 lem, anguli duodecim esse legantur, quos
 Rupert. putauit Rupertus Abbas significare do-
 ctrinam Apostolorum, & doctorum Ec-
 clesiæ, per quam ad Dei contemplationem
 Tyconi. ascenditur. Idem etiam Tyconius cen-
 suit hom. 18. super Apocal. Sed hi patres
 licet eruditi, literas græcas non delibant.
 Constat enim in omnibus græcis codici-
 bus, Angelos legi, non angulos, mendo-
 se autem in aliquibus latinis codicibus le-
 gimus angulos. Sed liquet Primasium, &
 Aretam legisse Angelos ex eorum inter-
 pretatione, & quosdam alios.
 Anguli quoque in malum accipiuntur
 metaphoricè pro vijs peccatorum obli-
 quis, vt notat Hieronymus super illud So-
 phon. *Dies tubæ, & clangoris super ciuitate
 munitas, & super angulos excelsos, id est, super
 opera peruersa, & à recta via Domini de-
 clinantia.* Vnde & à Salvatore arguuntur
 Pharisej, qui orant in angulis platearum.
 Et *arcta uia, quæ ducit ad uitam,* recta est sine
 Matth. 6. angulis caliginosis, quæ vero ducit ad per-
 ditionem lata, quæ tot habet angulos tortuo-
 sos, quot vitia. Hæc ex Hieron. Dies autem
 Matth. 7. tubæ, & clangoris illos terret, qui in angulis

Luc. 21. sunt, nam iustis dicitur. *His autem fieri inci-
 pientibus respicite, & leuate capita uestra, quo-
 niam appropinquat redemptio uestra.*
 Anguli terræ sunt quatuor extrema ter-
 ra, Oriens, Occidens, Septentrio, & Me-
 ridies, de quibus Ioannes: *Et uidi quatuor
 Apoc. 7. Angelos stantes super quatuor angulos terræ
 tenentes quatuor uentos terræ, ne flarent super
 terram.* Hic locus varias habet exposi-
 tiones. Prima communior est patrum
 existimantium, hos quatuor Angelos ma-
 los esse, super quatuor mundi partes alijs
 reprobis spiritibus præfidentes, qui præ-
 dicationem Euangelij per quatuor vêtos
 significatam impedire conantur. Ita ex-
 ponunt Anselmus, Richardus, Ansbertus,
 Ansel. Richard. Ansbert. Glossa. D. Thom. Rupert.
 Glossa, & Diuus Thomas. Secunda
 expositio Ruperti. Esse quatuor Angelos,
 regna quatuor, siue quatuor Monarchias,
 Chaldæorum, Persarum, Græcorum, &
 Romanorum, qui tenebant quatuor ven-
 tos, id est, prædicatores, ne Christi fidem
 prædicarent. Tertia explanatio Bedæ.
 Beda. Esse quidem quatuor prædictas monar-
 chias, sed quia fides Christi non adhuc
 prædicabatur nisi sub quarta Romano-
 rum, ideo non quidam expressæ fidei Chri-
 sti prædicationem impedire voluisse pu-
 tat, sed ne homines respirarent vbique ter-
 rarum, omnes suo comprimebant non
 tam imperio, quam tyrannide. Quarto
 Cælius in collectaneis, quatuor Angelos
 Cælius. putat significare omnes diaboli mini-
 stros, & Antichristi, qui Euangelicam im-
 pediunt doctrinam. Sed Ribera super Apo-
 calypsim existimat satis verisimiliter,
 quatuor hos Angelos veros spiritus esse,
 eosque bonos, qui terram propter scelera
 mundi, & Antichristi maxime fautorum,
 penitus delere decreuerant, ventosque
 tenebant, ne uiuentia respirarent, aut plan-
 tæ coalescerent, sed prohibiti sunt ab emi-
 nentiori angelo, ascendente ab ortu solis,
 vt daretur spatium signandi cunctos ele-
 ctos ad vitam æternam. Deus enim curam
 electorum gerit, vnde & de Antichristi
 persecutione legimus: *Sed propter electos
 breuiabuntur dies illi.* Idque iure optimo,
 quia de illis in mundo adhuc degentibus
 intelligitur illud: *Sic Deus dilexit mundum,
 ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui
 credit in eum, non pereat.* Sed expositio-
 nes superiores non sunt con-
 temnendæ.

CAPVT XCIIII.

Angustum, coangustatum, arctum.



I
מצר

Esa. 49.

Hierony.

Matth. 8.

2
Hierony.
Esa. 28.

1. Corin. 10.

Matth. 6.

Matth. 7.

3
Iob. 36.
Beda.

D. Tho.
Gloss.
Lyra.

Gregor.

NGVSTVS locus dicitur hebraice masar, & angustare, dicitur aiac, per y. Angustum dicitur, quod ad angulum vergit, vbi lineæ coarctantur, arctum vero dicitur, quod constringitur, hinc metaphoricè locus Synagogæ dicebatur angustus, quia vni duntaxat populo designatus erat, inter tot mundi nationes, sic Esa. *Adhuc dicet in auribus tuis filij sterilitatis tue. Angustus est mihi locus, fac spatium mihi, ut habitem.* Vbi Hierony. exponit fac mihi spatium in Ecclesijs, vt habitet latius, & non comprimar blasphemijs Iudæorum, vt totum orbem tua mecum capiat latitudo. Hæc Hierony. de quo Dominus dixit: *Multa ab Oriente, & Occidente uenient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno caelorum, etc.*
 Coangustatum dicitur stratū lex Dei, sic explicat Hierony. illud Esa. *Coangustatum est enim stratū, ita ut alter decidat, & palium breue utrunque operire non potest.* Hoc inquit illum habet sensum, quæ in Apostolo legimus, *Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum.* Loquitur autem sub metaphora mariti pudicissimi, qui adulteræ dicit vxori, vnus lectus me, & adulterum tecum capere non potest, o Hierusalem, quæ fornicaris cum idolis. Hæc Hiero. Eundem sensum habet quod Dominus dicit: *Nemo potest duobus dominis seruire.* Hebraice pro voce Angustū legimus מצר Cazar breue arctum, & recte quia, *Arcta est uia, quæ ducit ad uitam.*
 Angustum os in malum accipitur, igitur subiueabit te de ore angusto latissime, & non habente fundamentum subter. Vbi Beda in hoc (inquit) loco inferorum habitacula describuntur, quæ immensa capacitate sui fundamentum non habent. Ore autem angusto inferi appellantur, eo quod locus amplius sit ad recipiendum, angustus ad dimittendum. Eodem modo exponit D. Thomas in Commentarijs, & Glossa in secunda explicatione, & Lyranus, item Grego. in posteriori expositione eiusdem loci. Quem rapit, inquit, iniquitas, infernus absorbet.

Hæc ille. Propterea Diues ille purpuratus guttam aquæ non potuit obtinere qui ore inferni angusto, ne inde in æternū exiret ab hoste Satana, constringebatur. Confirmat hunc sensum litera Hebræa, quia vbi vulgata vertit, saluabit, vel subleuabit te, est vox מצר gut, submouebit. Et vox מצר, angustum, & hostem significat, id est, de ore angusto, & hostili.

Arctantur gressus virtutis in ipij, quia quod intendit, non assequitur. *Arctantur gressus virtutis eius, & precipitabit eum consilium suum,* Vbi D. Thomas. duobus (inquit) modis innititur homo ad effectum operationis suæ peruenire, vno modo per propriam fortitudinem, & de hoc dicit: *Arctantur gressus,* id est, non habebat pro cessum: alio modo per sapientiam consilium, de quo dicit, *precipitabit eum consilium suum.* Hæc L. Tho. Eodem modo Lyra. & Glossa. Vires (inquit) malitia eius, quam nunc exercet, postmodum pœna constringet. In eundem sensum de impio subdit. *Cum satiatus fuerit, arctabitur, astuabit, & omnis dolor irruet super eum.* Ecce trario vero de iusto dicitur: *Ducam te perjeuitas equitatis, etc. & non arctabuntur gressus tui.* Quod si obijcias illud Matth. *Arcta est uia quæ ducit ad uitam,* ergo & iusti gressus? Expedita responsio est, carnalibus arctam esse viam, sed iustis latam per gratiam fieri, vt iam videbimus.

Legimus ergo apud Matthæum. Arctam esse viam quæ ducit ad vitam, vbi Hieronymus ait. *Angusta (inquit) est, quæ per ieiunia, & labores pæditur, quam & Apostolus ingressus est, &c.* Eodem modo explicat Hilarius sup Matth. 7. & Beda, ite August. libr. 2. de Sermone Domini in monte, deniq; Theophy. secutus Chryl. Arctam (inquit) portam vocat tētationes volūtarias, veluti ieiunium, & alia, & præter nostram voluntatem venientes, vt vincula, & persecutiones. Hæc Theophy. Sed D. Thom. in Commentarijs subtilius ait Arcta porta est charitas, hæc est coarctata lege diuina, & per hanc debemus intrare, seruando legem & præcepta. Hæc D. Thom. Cuius sententiam nemo audebit inficiari, qui audit legem esse charitatis illam à Christo Domino promulgatam. *Diligite inimicos uestros.* Sed gratia (vt dicebamus) dilatat gressus iusti. *Dilatasti gressus meos subter me, etc.* Et rursus,

Luc. 16.
Iob. 18.
D. Tho.
Lyra.
Glossa:
Iob. 20.
Pro. 20.
Matth. 7.
Hierony.
Beda.
August.
Theophy.
Chryl.
D. Tho.
Matth. 5:
Psal. 17.

Pfal. 118. **6** Et ambulabam id latitudine, quia mandata tua quaesivi.

Esa. 30. Arcus panis, & consolatio brevis, est doctrina Euangelica. Et dabit nos Dominus panem arcum, & aquam breuem, & non faciet ultra auolare doctorem tuum. Vbi Hierony.

Hierony. Si ad Zorobabel (inquit): tempora referas, facilis interpretatio est, quod non fuit sub eo perfecta lætitia, &c. Si autem ad saluatoris aduētum, panis arcus, & aqua breuis iuxta Apostolum Paulum Euangelicus sermo prædicitur, qui pro laciniis legis mandatis in vno verbo recapitulauit omnia, dicēs: Diliges Dominum Deum tuum, &c. & proximum sicut te ipsum, hinc tota lex pendet, & propheta

Matth. 22. **7** Coarctari dicebatur Christus apud Lucam. Baptismo (inquit) habeo baptizari, & quomodo coarctor, donec perficiatur. Coarctabatur autē, vt exponit Beda, consummandæ passionis desiderio, in qua suo sanguine baptizandus, siue perfundendus erat. & vt notat Ambrosius, cum non haberet in se, quod doleret, nostris tamenangebatur erumnis, & sub tempore mortis mæstiam prætendebat. Hæc ille. Præuidebat itaque filius Dei omnium peccata super numerum arenæ maris, quæ cor eius tenerum quasi hostes obfidebant, & coarctabant, in quo sensu dicitur: Longe a salute mea uerba delictorum meorum.

Pfal. 21. **8** Coarctare se milites adiuuicem, est ordinem confundere. Sic de Chaldæis Hierusalem expugnaturis dicebatur, Vnusquisque fratrem suum non coarctabit, singuli in calle suo ambulabunt, vbi Hieronymus instar locustarum Chaldæos contra Hierusalem irruisse dicit, quæ ordinate volant, & singulæ sine confusionis ordine singula deuastant. Sic & dæmones in tentandis hominibus ordinem seruant, vt fortius prosterant, quod in tentatione triplici, qua diabolus filium Dei in deserto tentauit, satis ostenditur, prius enim de gula, deinde vero de ambitione, postremo de auaritia laqueum tetendit. Hæc (inquit) omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.

CAPVT. XCV. Anameel.



ANAMEEL turris erat Hierusalē, sic appellata, & secundum Hieronymum super Hierem. interpretatur obedi-

entia, Ergo ædificabitur ciuitas à turre Anameel, ait Propheta. Omnis quippe virtutū ædificatio, quæ ad cælestem pertinet Hierusalem, ab obedientia sumit initium, sine qua dilectio Dei super omnia minime constat, dicente Domino: Qui diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum uenietur, & mansionem apud eum faciemus. Hæc est aurea regula, qua metitur angelus ædificium Hierusalem, de qua Paulus, Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & super Israel Dei.

CAPVT. XCVI.

Anima, Animus.



ANIMA dicitur in scriptura Nephes, Exo. 21. Anima (vt inquit) August. lib. 7. de Genesi. ad literam cap. 21. nō est corpus, sed spiritus vitæ, ideo autem addi-

tur vitæ, quia iste aër plerunque dicitur spiritus, non tamen vitæ. Sed Aristoteles in libris de anima, est (inquit) anima actus corporis physici, organici, in potentia vitam habētis. Animus autem partem denotat animæ affectiuam, nempe voluntatem, Prono animo offerat, id est, voluntate propensa, & iterum, uno animo, eademque sententia.

Anima metaphoricè Deo tribuitur, vt voluntas eius significetur, Solemnitates uestras odiuit anima mea. Vbi Hierony. Non quod Deus animam habeat, sed nostro loquitur affectu, hæc ille. Sic & Iob. Anima eius, subaudi Dei, quodcumque uoluit, hoc fecit, vbi Gregor. lib. 16. Mora. Cum sit (inquit) cunctis mentibus interior Deus, ea ipsa vis eius, qua omnia penetrat, cunctaque disponit, anima illius appellatur, cuius videlicet voluntati neque illa obfistunt, quæ contra illius voluntatem fieri videntur, quia illa etiam ipse permittit. Hæc Greg. In eo sensu pater æternus de filio suo dicit: Complacuit sibi in illo anima mea, & per Hiero. Dominus ait, Erudire Hierusalem, ne forte recedat à te anima mea, id est, voluntas mea. Item Amos ait, Iurauit Dominus in anima sua, vbi Hieronym. In Deo (inquit) caput, pedes, & cætera quæ

dicuntur

dicuntur, intellige non esse mēbra, sed per eorum vocabula efficaciam eorum significari. Sic etiam animam non esse substantialem, sed affectum mentis internæ, per quem Deus suam indicat volūtatem. Hæc Hierony. Est etiam regula hebræorum, in scripturis consuetū esse, ponere animam pro persona, sicut Eccl. Sapientia laudabit animam suam, id est se ipsam. Vnde quod notat Origen. Hom. 16. super illud Leuit. quod Dominus ait, Non abominabitur uos anima mea, Dei animam Christum hominem significari, mysticus sensus est, nō historicus: anima quippe Dei Deus est. Qui vsque adeo non est nos abominatus, vt e contrario Ioannes dicat: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.

Est & regula. 3. Aug. in libro locutionum Exodi, super illud, Assumet uicinum suum, qui coniuñctus est domui suæ, iuxta numerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni, per Synodochem in scripturis animā accipi pro toto homine. Sic dixit rex Sodomæ ad Abraham, Da mihi animas, cætera tolle tibi, Et alibi, omnes animæ, quæ egressæ sunt de femore Iacob, septuaginta. Item, Factum est, ut omnes animæ euaderent ad littus, id est, omnes homines, qui uehebantur in nauī cum Paulo.

Animam portare in manibus, hebraismus est, Animam meam porto in manibus meis. Significat autem exponere illam periculis. Sic explicat D. Thomas in Commentarijs. Illud (inquit) quod in manibus portatur de facili, amittitur, & Lyranus, quod manibus (inquit) portatur, videtur exponi raptoribus, secundum illud Gregor. Homil. 37. sup. Euangel. De prædari desiderat, qui thesaurum in via publice portat. Eandem obseruationem ponit Lyranus super illud Psalm. Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam nō sum oblitus. Animam (inquit) in manibus habere, in scriptura significat in periculo esse, propter quod Iephte, de bello quod contra filios Ammō suscepit valde periculoso, dixit: Posui animam meam in manibus meis, & de prælio Dauid contra Goliath dixit Ionathas Sauli. Posuit animam suam in manu sua, & percussit Philistæum, hæc Lyranus. Eandem obseruationem tangit Hierony. super eundem locum Psal. Quomodo (inquit) in manibus meis, qui paratus sum martyrium sustinere propter te,

Et Glossa ordinaria ibidem. Cæterum August. qui hæbraicas literas non didicerat, pro sua singulari modestia fatetur ingenue, hanc se phrasim scripturarum ignorare. Porro vt Christi Apostoli scirent se animam suam in manibus, id est, in certissimo portare discrimine, dicebat illis Iesus, Ecce ego mitto uos, sicut oues inter lupos. Et uenit hora, ut omnis, qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare Deo.

Animæ iustorum in manu Dei esse dicuntur, iustorum animæ in manu Dei sunt, id est, sub protectione diuina immortalitate fruētes. Vnde Glossa. Nunc, ait, condemnantur stultitiæ, qui sanctos interire putant, quos pro Dei confessione trucidant. Et Lyra. Sunt (inquit) immortales, vt dictum est, & ideo separatæ à corporibus sunt in manu diuinæ misericordiæ. In eundem sensum legimus, Et animas pauperum saluas faciet. Vbi Hierony. Pauperi, (inquit) & inopi, qui abiectionis mundi diuitijs poenitentiam egerunt parcerent, & saluabuntur. Sic rursum, Custodit Dominus animas seruorum suorum. Denique Dominus in Euangelio dicit: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. Illum autē timete, qui postquam occiderit corpus, potest animam mutere in gehennam.

Animam mori, quando legimus in scriptura sancta, non intelligitur quoad substantiam, quæ immortalis est, vt supra diximus, sed quoad uitam gratiæ, & amicitie Dei. Hanc obseruationem ponit Hierony. in illud Ezech. 18. Anima, quæ peccata uerit, ipsa morietur. Non (inquit) abolitio substantiæ, sed ex eius consortio qui dicit. Ego sum uita. Item, Omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum, & infra subdit quod à Balaam dicitur: Mortua anima mea morte iustorum, hunc habet sensum, vt cupiat mori sæculo atque peccato, & uiuere cum animabus iustorum, quorum uita est Christus, & possunt canere, placebo Dño in regione uiuorū. Hæc Hiero. In eundem sensum, de priuatione uidelicet gratiæ, intelligitur illud Sapi. 1. Os quod mentitur, occidit anima. Et illud quod exploratores dixerunt Raab, Anima nostra sit pro uobis in mortem, si tamen non prodideritis nos, quamuis hunc Locum per Synodochem exponat Lyranus, vt accipiatur pars pro toto, & mori animam, sit totum hominem mori. Est ergo certum, quando in

scripturis

I

Hier. 31.

Ioan. 14.

Apoca. 12.

Gal. 6.

I

Ubi

Aug.

Aristotel.

Exod. 31.

Iosu. 9.

2

Esa. 1.

Hierony.

Iob. 23.

Greg.

Esa. 49.

Hiero. 6.

Amos. 6.

Hierony.

Glossa. August.

Matth. 10.

Ioan. 16.

5 Sap. 3.

Glossa.

Lyra.

Psa. 71.

Hierony.

Psa. 99.

Matth. 10.

6

Regula.

Hierony.

Ioan. 14.

Ioan. 11.

Num. 23.

Sap. 1.

Iosu. 2.

Lyra.

Leui. 20. scripturis animam mori legimus, vel de morte peccati intelligendum, vel per synedochem, vt pars pro toto homine intelligatur. Sic accipitur illud Leuit. Anima qua declinauerit ad ariolos, & magos, interficiam eam, id est, homo, & c. interficietur.

Gen. 17. Item, Masculus, cuius præputy caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, id est, delebitur masculus ille. Porro quod anima quoad substantiam sit immortalis, definit Conci. Lateranense in bulla Leonis. Damnamus & reprobamus omnes asserentes animam intellectualem mortalem esse, aut vnicam in cunctis hominibus. Hæc ibi. Vnde & Dominus Martyribus suis dicebat. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de capite uestro non peribit, in patientia uestra possidebitis animas uestras. Et Ambr. lib. de bono mortis. Mors (inquit) finis est peccati & initium immortalitatis.

7
Gen. 2. In animam viuentem dicitur homo factus, sic legimus, Fecit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Hebraice Nismath haijm spiraculum vitæ in plurali. Neque putes Haijm vitæ in plurali tantum declinari vt apud nos Athenæ, sequitur, & factus est homo in animam חַיָּה Haiia, id est, vitæ in singulari. Itaq; Spiraculum vitæ est in homine & anima vna, ex quo testimonio refutatur error eorū, qui plures animas in uno eodēq; homine posuerunt. qui error dānatus est in Conc. Vienēsi, præsens quippe locus ostendit, vnam esse animam essentialē in homine, vnde diuersi quidem gradus vitæ, videlicet vegetatiuæ, sensitiuæ, & intellectiua permanant. Hinc cum Elias pro suscitatio ne pueri Deū oraret. Reuertatur (inquit) obsecro anima pueri huius in viscera eius, & c. Et reuersa est anima pueri. Ecce anima reuersa est, non animæ. Et August. Epistola ad Hieronymum de origine animarum, ad huius veritatis confirmationem allegauit illud Psalm. Qui finxit sigillatim corda eorum, id est, singulis hominibus singulas animas creauit. Ideo Dominus dicebat, Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, anima uero suæ detrimentum patiat? Animæ, non animarum ait.

8
1. Tess. 5. Anima in scripturis ab spiritu suo diuiditur hoc est, non essentia, sed munere, sic Paulus ait. Vt integer spiritus ue-

ster, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini conseruetur. Super quem locum Chrysof. Quid (inquit) spiritus, nisi donū spiritus? Et Theophy. Spiritus autem ait, est charisma, quod accipimus in baptismo. Eodem modo explicant Ambro. & Haymo. Cæterum D. Thomas in Commentarijs, quamuis laudet expositionem prædictam, aliam tamen magis fortasse literalem addit, vt spiritus denotet superiorem animæ partem, quam mentem appellamus, anima vero sit inferior illa portio, quæ sensum præbet, non essentia, sicut diximus, sed operatione distincta: hæc exercebat Martha in rebus externis Christo ministrans, illam vero Maria, Quæ sedens secus pedes Domini audiebat uerbu illius. Et certe hanc distinctionem animæ, & spiritus, siue mentis, satis Dominus expressit in maximo illo dilectionis mandato, Diliges Lominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Vbi cor pro affectu voluntatis accipitur, anima vero pro inferiori portione sensitiua, mens deniq; pro portione superiori, qua Deum contemplamur, atq; cælestia, quia hebraice Medecha, est vehemētia & mentis attentio. Ideo interpres Matthæ recte vertit ex tota mente. Sic explicat hunc locum Matth. D. Thom. 2. 2 q. 44. artic. 5. quamuis Gregorius Nissenus non ita proprie cor ad partem vegetatricem retulerit, alia vero duo modo à nobis explicato. Aug. vero lib. 1. de doctrina Christiana, Toto corde, ad cogitationes refert, sed animam ad vitales operationes, mentem denique ad intellectum. Illud tamen negare non possumus, animam interdum in scripturis affectum cordis significare, iuxta illud. Et non tradat eum in animam inimicorum eius, id est, in voluntatem, & affectum eorum. Et 1. Reg. 20. dixit Ionathas ad Dauid, Quodcumque dixerit mihi anima tua, faciam tibi. Item, Anima Ionathæ conglutinata est anima Dauid. Id est, affectus, & rursus. Dilatauit infernus animam suam, id est, infernales spiritus dilatauerunt affectum ad hominū perditionem. Vel ipsemet locus in ferni metaphoricè in eodem sensu exponit Lyranus quod Salomon ait, Sortitus sum animam bonam, id est, benignum voluntatis affectum: alioquin omnis anima rationalis infecta creatur originali reatu.

9
Anima frequenter in scripturis pro suis

Chrysof.

Ambro. Haymo, D. Thom.

Luc. 10.

Deut. 6. Matth. 22.

חַיָּה

D. Thom. Greg. Niss.

August.

Psal. 40.

1. Reg. 20.

1. Reg. 15.

Esa. 5.

Lyra. Sap. 8.

effectibus

August. Psal. 68. effectibus, & operationibus ponitur, id est, pro vita, & vitalibus functionibus, vt obseruat Aug. super illud Psal. Intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Hanc (inquit) vitam dixit animam suam, quousque ad illum accedere tribulationes sauiendo potuere, & c. Sic intelligitur illud Hier. Peruenit gladius usque ad animam, id est, vsque ad priuationē vitæ. Præterea Paulus dixit. Neque facio animam meam pretiosiore quam me, id est, non pluris æstimo vitam meam corporalem, quam me totum. Sic in Gen. De manu fratris sui requiram animam hominis. Id est, vitam hominis violenter ablatam. Sic nauæ dixerunt apud Ionam. Quæsumus homine, ne pereamus in anima uiri istius, id est, in vita ei ablata. Sic Christus ait. Qui amat animam suam, perdit eam, id est, qui plus nimio contra Dei madata vitam suam diligit temporalem, vt exponunt August. Chryf. & Theophy. Sic intelliges illud Deut. vbi de irrationabilibus animalibus ait, Sanguis eorum pro anima est. Id est, pro vita, seu vitæ nutrimento. Sic credere animam suam periculo, est in discrimine vitam ponere. Exiguu ligno credunt homines animas suas. Quædam autem phrasæ & animam essentialē, & effectum vitæ pariter significant. Sicut tollere animam dixit Elias: Domine tolle animam meam à me, id est, separa animam meam à corpore, & tolle vitam. Sic & dare animam, Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, id est, separari animam à corpore permittit, datque vitam periculo. Sic etiam quæ rere animam alicuius, est vitæ eius insidari. Qui querunt animam meam. Et iterum. Fortes quæ fierunt animam meam. Et alibi psalm. Item ponere animam, id est, vitam cum ipsa anima, iuxta illud. Potestatem habeo ponendi animam meam.

10
Animam de necessitatibus saluare, phrasæ est Psa. Saluasti de necessitatibus animam meam, Hebraice, respexisti Bezarothe napschi, id est, tribulationes animæ meæ. Itaque tribulationes vulgata vocat necessitates. Quod Casiod. exponit de nexibus peccatorū: quia consuetudo mala vertitur in naturam, & necessitatem obtendit. Aug. vero necessitates intelligit infinita mala poenæ, quæ frequenter incurrimus. Sed in historico sensu Dauid in figura Christi de periculis loquitur, & angustijs, quibus premebatur ab hostibus, propterea sub-

August. Psal. 68.

Hiere. 4.

Act. 20.

Genes. 9.

Ionæ. 1.

Ioan. 12.

August. Chrysof. Theophyl. Deuter. 12.

Sap. 14.

3. Reg. 19.

Ioan. 10.

Psal. 39. Psal. 53.

Ioan. 10.

10

Casiod.

August.

Lyra. Ianfen. Aug. Matth. 2. Luc. 2. Ioan. 8. dit, Nec conclusisti me in manibus inimici, ita exponunt Lyranus & Ianfenius, Aug. binus & alij recentiores eruditi: Necessitates ergo erant volūtariæ Christi humano more fuga in Ægyptum, natiuitas in præsepio, contumeliæ Iudæorum, mors in cruce.

11
Anima nostra similiter dicitur pertransire torrentem periculorum, Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. Vbi Hierony. in hebræo legit, torrens pertransiuit super animam nostram, in quo metaphoricè hostilis impetus describitur, in modum torrentis rapidissimi, quæ Dauid Philistæis super eum regem creatum mox irruentibus euasit, vt exponit Lyranus. Sed alia phrasæ est, qua ferrum pertransire dicitur animam alicuius, sicut de Patriarcha Ioseph in carcere victo legimus, Ferrum pertransiuit animam eius, donec ueniret uerbum eius. Denotat autem, vt Hieronymus explicat, ferrea vincula non solum corpus eius vexasse, verum etiam animæ tristitiam attulisse, propter infamiam adulterij, & calumniam iniustam: Quia calumnia conturbat sapientem. Ideo præceptum illud summæ perfectionis est, Orate pro persequentibus, & calumniantibus, & c.

12
Animam in se effundere phrasæ est Psalm. Et effudi in me animam meam, id est, liquefecit animam meam, & in lachrymas illam resolui, & c. exponit Hieron. Liquefacta est (inquit) anima mea, & tabui, id est sequitur Ianfenius hoc loco, & refutat expositionem Lyrani tacito eius nomine, qui putat eundem esse huius phrasæ sensum, qui & illius, vbi, Anima dixit, effudi animam meam coram Domino, sed diuersus est sensus, quia effundere animam coram Domino, idem significat quod illud, Effundite coram illo corda uestra, id est, exponite Deo cuncta desideria uestra, & aperite illi totam animam uestram, petentes omnia necessaria, iuxta illud Ioan. Petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Sed effundere in se animam suam, est illam in lachrymas resolueret.

13
Animam pauimento adhærere, idem est, atque animam corporalibus se desiderijs conformare, Adhæsit pauimento anima mea, vbi Aug. Corpus (ait) quod extra est, non incongruè pauimentum intelligitur, neque coniunctionem solam, sed affectum

Lyra. Ianfen. Aug. Matth. 2. Luc. 2. Ioan. 8.

Psal. 123. Hierony.

2. Reg. 5. Lyra.

Psal. 104. Hierony.

Eccles. 7.

Matth. 5.

Psal. 41.

Hieron.

Ianfen. Lyra.

1. Reg. 1.

Psal. 61.

Ioan. 16.

Psal. 118.

August.

animæ

Lyra, Ianse.
Pfal. 56.
Lyra, Ianse.
I 4
Matth. 16.
August.
Luc. 20.
Chrysoft.
Pfal. 44.
Prou. 6.
August.
Ecclef. 1.

animæ ad corpus significat, qua caro concupiscit aduersus spiritum, eodem modo Lyranus. Cæterum Iansenius non inepte de periculo potius explicat Prophetæ ab aduersarijs, quo iam aggrauata dicitur anima eius vsq; ad puluerem sepulchri, propterea subdit, *Viuisifica me secundum uerbum tuum.* Huic proxima est alia phrasia eiusdem uatis. *Laqueum parauerunt pedibus meis, incuruauerunt animam meam.* Iuxta historiam cecinit, quando absconditus in spelunca abscondit oram chlamydis Sauli, qui eum per prærupta quasi feram persequeretur, ut exponunt Lyra. & Iansen. Et est sensus, sicut venatores laqueis inclinant & incuruant feram, ut perimant, sic isti animam meam vsque ad terram frequenter inclinant.

Animæ detrimentum facere summum fere homini malum est. *Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiatur?* id est, si animam perdat in gehenna, quæ pretiosior est cunctis opibus. De animæ rationalis excellentia Aug. lib. 8. 3. qq. Anima (inquit) rationalis inter eas res, quæ sunt à Deo conditæ, omnia superat, & est Deo proxima, si sit munda. Hæc ille. Dicitur autem Deo proxima, quia licet angelus natura sua superior sit, sed quantum ad dona gratiæ æqualis est. *Æquales enim angelis sunt, & filij sunt Dei.* Item Chrysoft. super Matth. 1. 5. Si omnia (inquit) quæ in orbe sunt, & ipsum orbem offerres, non posses animam unam redimere. Hæc ille. Si ergo sanguis Christi pro animabus effusus infiniti valoris est, propter unionem ad uerbum, quanti debet anima æstimari, quæ tanto sanguine redempta est Dei. Adde, quod neque solem, neque sydera, neque angelos Deus concupiscere dicitur, animam autem concupiscit, *Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus.* Sic intelliges illud. *Pretium scorti uix est unius panis, ipsa autem pretiosam animam uiri capit.* Super quem locum August. lib. de honestate mulierum cap. 3. inquit. Quanta iniquitas, ut animam, quam Christus suo sanguine redemit, luxuriosus pro unius horæ delectatione diabolo vendat, & tradat.

¶ Animofitas est iracūdia. *Iracūdia enim animofitatis, subuersio illius est.*

¶ An animæ separatæ, si purgatæ fuerint, mox in cælo Deum videant, quare in dictione beatitudo, num. 4. ¶ Abominata anima quæ sit, vide in dictione Abominari:

¶ Tristis est anima mea vsque ad mortem, quare in dictione mors. ¶ Non derelinques animam meam in inferno, Psal. 15. Vide in dictione infernus, num. 4.

CAPVT XCVII.

Animal, Animale.



ANIMAL hebraice dicitur in scriptura sancta Chaia, quasi uiuēs. Enim uero animal est, quod uiuit anima sensitua. In lege uero in typum, & figurā quædam animalia dicebantur munda, quædam autē immunda. Sic legimus in Leuitico. *Hæc sunt animalia quæ edere debetis de cunctis animalibus terræ, omne quod habet diuisam ungulam, & ruminat in pecoribus comedetis, quidquid autē ruminat, & habet ungulā, sed nō diuidit eā, &c. nō comedetis illud, & inter immunda reputabitis.* Vbi notat Lyra, nullum animal natura sua immundū esse, nisi forte ab extrinseco, uidelicet quod offerebatur idolis, abominabile reputabatur, & immundum. Corporalem uero immunditiam duobus quidem modis contrahere poterant animalia, uel subiectiue, ut ipse ait, qualia sunt animalia uirulenta, & quæ sub terra degunt, ut serpentes, talpæ, & vermes, siue quæ uescuntur immūdis, & uoluntur in cæno ut sues: uel effectiue nimirū quæ causam præbēt immūditie, quia uel humida nimirū, uel arida sunt, & ideo corporis humani vitiant humores: ergo quæ huiusmodi sunt, in lege plane uocabantur immunda, tam ex quadrupedibus, quam ex alijs animantibus. Sed in lege gratiæ. *Omnia munda mundis, solum peccatum immundum est.*

Animalia per metaphoram in scriptura uocantur Cherubim quæ uel animalium uultu pingebantur, uel ea specie facris uatibus apparebant. Sic Ezech. in medio autem similitudo quatuor animalium. De quibus etiam dicit. *Ipsum animal, quod uidi subter Deum Israel, iuxta fluum Chobar: Et intellexi quia Cherubim essent.* Quod certum

est in

I
I
Leuit. 11.
Lyra.
Tit. 1.
2
Ezech. 1.
Ezech. 11.

Hierony. Greg.
Ambro. August. Nazian. Apoc. 4.
Hierony.
Matth. 1.
Mar. 1.
Luc. 1.
Ioan. 1.
3
Dan. 4.
Pfal. 67.
Cassiod. Glossa.
R. Salo. Auenezra. Homeruf.
AEugub. R. Dauid. Ezech. 10.

est in sensu literali, negare autem non possumus, quin quatuor Euangelistas representent, ut hoc loco Hieronymus explicat, & Gregor. in homil. super Ezech. & ubique patres, Ambr. August. Greg. Nazianz. & alij præsertim: quia in Apoc. eadem fere animalia describuntur plena oculis ante, & retro. *Animal primum simile leoni, & secundum simile uitulo, tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ uolanti, &c.* Et singula eorum habebant alas senas. Quare autem quæ uidit Ezechiel quaternas, quæ uero Ioannes uidit senas haberent, latius explicuimus in dictione ala. De quadruplici uero facie, Hieronymus super Ezech. ait, faciem hominis Matth. esse dicunt, quod scribat quasi hominem, dicens, *Liber generationis Iesu Christi, &c.* Leonis, ad Marcum referunt qui ait, *Initium Euangelij Iesu Christi, &c.* Sicut scriptum est ab Isaia Propheta, *Vox clamantis in deserto: Vituli, ad Lucæ Euangelium, quod à Zachariæ cœperit sacerdotio: aquilæ, ad Ioannes exordium, quod excelsum uolans cœperit, in principio erat uerbum.* Hæc ille.

Animalia in scriptura uocantur homines illi, qui terrenis incumbunt, sicut Dan. *Subter eā subaudi arborem, habitabant animalia, & bestie.* Item iusti quoque uocantur animalia, sicut habes in Psal. *Pluuiam uoluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, &c.* *Animalia tua habitabunt in ea,* id est, iusti, ex gentilitate ad fidem conuersi, ut exponunt Cassiodorus, & Glossa, & ita Lyra. per animalia Dei intelligit gregem Dei. Ita etiam. R. Salomon & Auenezra nam & Poetæ sic locuntur, & Homerus uocat reges *ποικίλους λαόν.* Pastores populorum, & populos greges. Accedit, quod ubi uulgata vertit animalia. Hebraice est *חַיָּוִת* Chaithac, à radice Chai. id est uita. Et ita uocantur in hebræo uiuentia, quod nomen honorabilius est. Nam & Angeli uiuentes appellantur. Vnde non improbabilis expositio est huius loci, *Animalia tua habitabunt in ea,* id est, Angeli in hereditate Dei Israel quæ est Ecclesia. Sic exponit Agubinus secutus R. Dauid. Et fundamentum expositionis est. Quia animalia, quæ uidit Ezechiel, Cherubim erant. Et Deus ipse ab Aristotele appellatur *ζων παράγειον* Animal beatum. Sic ergo in suo gradu angeli sunt ani-

malia beata, quæ habitant in Ecclesia iuxta illud, *Angeli eorum uident faciem patris mei, qui in cælis est.* Ergo recte dicit Prophetæ, *Animalia tua habitabunt in ea: parafti in dulcedine tua pauperi Ieus,* id est, ut pauperem etiam custodiant, & consolentur.

Animalis homo uocatur in scriptura, qui terrena sapit. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* Et in Epistola Iudæ impij uocantur, *Animales spiritum non habentes,* id est, donis Spiritus sancti vacui. Sic & animalis dicitur sapientia, quæ alio nomine astutia mundana uocatur. Ita Iacobi. 3. *Non est (inquit) ista sapientia desursum descendens à patre luminum, sed terrena, animalis, & diabolica.* De huiusmodi ergo sapientibus Dominus dixit. *Constitutor tibi pater, &c.* Quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus.

Animale corpus dicitur quod adhuc est mortale & corruptioni obnoxium. *Se minatur corpus animale, & surget corpus spirituale.* Tale est nunc corpus Christi, de quo Matthæus. *Ubiunque fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ,* id est, ad corpus Christi gloriosum sancti aduolabunt.

Illud tamen controuertitur, quid sibi uelit quod in Abacuc legimus secundum Septuag. *in medio duorum animalium cognosceris.* Vbi uulgata vertit, *in medio amorum notum facies.* Et quidem August. libr. 8. de Ciuit. cap. 32. & in oratione contra Iudæos, & paganos cap. 13. exponit in medio duorum testamentorum, aut in medio duorum latronum, aut in medio Moyfi, & Eliæ in transfiguratione fuit cognitus Christus. Eadem expositiones refert Hieronymus, eligit autem, ut magis uulgo receptam, illam de duobus latronibus. Cæterum magis placet alia expositio quam tenuit Aug. oratione citata contra paganos & Iudæos. cap. 13. ut intelligatur in præsepio inter duo quidem animalia cognitus à pastoribus Christus, ubi de Maria matre legimus. *Et reclinauit eum in præsepio.* Quam expositionem probat Ecclesia in festo circuncisionis, quando canit antiphonas illas, *In medio duorum animalium iacebat in præsepio, & fulgebat in cælo.* Et in officio Natiuitatis. *O magnum mysterium, & admirabile sacramentum, ut animalia uiderent Dominum natum, iacentem in præsepio.* Eandem expositionem tenet Franciscus Ribera super Abacuc. 3.

Matth. 18.
I. Cor. 2.
Iudæ.
Iaco. 3.
Matth. 11.
I. Cor. 15.
Matth. 24.
Abac. 3.
Quæstio.
Aug.
Hierony.
Luc. 2.
Fran. Ribet.

7
Heb. 13.

D. Tho.

Matth. 21.

Præterea legimus. Quorum animalium infertur sanguis in sancta, horum corpora cremantur extra castra. Hic tangit Apostolus sacrificiū expiationis, de quo latius agemus in dictione expiatio, interim notat D. Thomas in commutarijs, decima die Septembris summus sacerdos sanguine vituli, & hirci expiabat sancta sanctorum, semel tantum in anno, & horum animalium corpora, cremabatur extra castra in typum Christi, qui extra ciuitatem passurus erat, sicut in parabola vineæ. Heredem agricolæ eiecerunt extra vineam, & occiderunt, subdit autem Apostolus, Exemus ergo nos extra castra improprium Christi portantes.

¶ Animalia ducta esse ad Adam in paradiso, quare in dictione adducere, item an ad ducta quoque fuerint angelico mī. iste rīo in arcam Noe, vide in verbo Arca.

CAPVT XCVIII.

Anna, & Ioachim.

1
החח



ANNA hebraica vox est, interpretatur gratia vel misericordia, fuit autem prima fœmina inter illustres hoc nomine nuncupata mater Samuelis, quæ primum sterilis, deinde fœcunda fuit nato sibi Samuele, in cuius ortu canticum fecit propheticum, quod explanat August. lib. 17. de Ciuit. cap. 4. Alia fuit Anna, Tobia vxor & alia vxor Raguelis, & in Euangelio Anna Prophetissa ieiunijs, & orationibus in templo vacans, viduarum exemplar singulare.

1. Reg. 1.

August.
Tob. 1. & 2.

Luc. 2.

2
Hierony.

August.

Cæterum Anna quoque dicitur appellata mater Mariæ Deiparæ, quæ, vt Hieronymus refert in libello de eius historia ex hebreo in latinum verso, viro Ioachim fuit copulata coniugio cūque sterilis esset elemosynis, & orationibus filiam impetrauit Mariam virginem Dei genitricem futuram, talis enim esse proles solet, quæ elemosynis obtinetur. Et quidem August. lib. 2. 3. contra faustum cap. 9. Hanc Annæ, & Ioachim historiam Apocrypham vocat, sed notandum à procrisphum appellari, quod in certo scribitur autore, aut quod non habet librorum cano-

nicorum autoritatē, potest nihilominus esse verum, maxime cum ex antiqua traditione, per manus tenetur autorum gratum, qui id affirmant, vt verum, qualis est historia præsens: dicunt enim autores multi, & graues ante septuaginta annos incarnationis Domini, fuisse in oppido Bethlehem virum Estolanū nomine, cum vxore Emerentia similiter Bethlemitide, de stirpe Dauid regia, qui duas filias susceperunt, ex quibus altera fuit Anna postea mater Mariæ Virginis, sicut tradunt Cyrillus Hierosolymitanus Patriarcha, Petrus de Natalibus libro. 6. de Sanctis, cap. 104. Petrus Dorlandus de vita B. Annæ. Ioannes Driedo lib. 3. de Dogmatibus cap. 5. Iacobus faber super Hebr. 7. Natalis Beda in Apologia pro filis, & nepotibus Annæ. Bertrandus de cognatione B. Ioannis Baptistæ, & filiorum B. Annæ. Echius serm. 2. de B. Anna. Et Hierony. in historia.

De Ioachim autē patre Mariæ Deiparæ testimoniū affert Philo. lib. 2. sui Brebriarum, vbi vocat eū Ioachim simul & Heli. Sicut appellatur apud dicā. Iesus, &c. putabatur filius Ioseph, qui fuit. Heli, dicitque idē esse apud Syros Heli, & Ioachim, & idem significare, vtrunque autem nomen dedit R. Hecados patri matris Messia, in responsione ad interrogationem sibi factam à Consule Antonino, vt testatur Galatinus lib. 7. cap. 12. Item R. Hecanas dixit in oppido Bethlehem floruisse Virginem nomine Mariam, cuius pater Ioachim Heli de genere Zorobabel de tribu Iuda. Sed de his satis, illud tamen notandum puto, quod dicere cæperamus, steriles sæpe parentes orationibus, & elemosynis sanctissimam prolem impetrasse: sic sterilis olim Sara filium obtinuit Isaac, sic Anna Samuelem, sic Elizabeth Ioannem Baptistam. Sic denique Ioachim, & Anna Mariam. Te qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Fælix cōcha, quæ talē edidit margaritæ: fælix truncus vndergia Iesse Virga pullulauit, quæ florem peperit Christum: fælix terra, quæ tam pretiosum protulit thesaurum, vnde & Ecclesia militās, & triumphans ditata est, fausta nubes, quæ rorem salutis attulit mundo sitienti: fælix mater Anna, quæ tales habere meruit filiam, & nepotem, qui terræ, mari, cæloque imperant vniuerso.

Cryost.
Petrus de Nat.
Petrus Dorlandus,
Driedo.
Faber.
Beda.
Bertrandus,
Echius.
Hierony.

3
Philo.

Luc. 1.

R. Hecados

Galat.

Luc. 1.

Matth. 1.

¶ Ana

¶ Ana vir fuit qui primus aquas inuenit calidas in solitudine de quo in verbo aqua.

CAPVT XCIX.

Annulus.

אנן



NNVLVS dicitur hebraice in scriptura Chotheā. Gen. 38. Annulū tuū & armillā. Annul⁹ ab anno dicitur. quasi circulus similis anno, Ornamentū autē est digitorū, metaphoricē vero in scripturis certā denotat fidē seu fidelitatē. Vnde Thamar habitu dissimulans meretricio focero suo dixit: Da mihi annulū tuū in pignus, videlicet hædi quem promiserat pro cōcubitu. Annulus etiā ad sigillādas literas valet, quas munit, & authenticas reddit. Hinc Pharaō: Tuli annulū de manusua, deditque Ioseph, quē Egypti proregē instituit, sic Assuerus dedit annulū suum Principi Amā, quem super centū viginti reges sibi subditos exaltauerat. Mystice vero si Pharaō patriarchę Ioseph annulū suū in signū potestatis super Egyptū dedit, quāto liberalius pater æternus annulū potestatis excellētis dedit Christo, id est, gratiā vnionis hypostaticæ: Quē constituit heredē vniuersorū, per quem fecit & secula? Quā potestātē filius Dei adhuc in carne mortali dissimulare noluit, quando dixit: Vt autē sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico, surge, &c. Denique annul⁹ arrabonē denotat hereditatis æternæ, quem baptizatis, & poenitentibus dominus confert, vt explicat Theophy. in illud Luc. 15. de filio prodigo, cui reuertēti pater dixit: Date annulum in manum eius, id est, pignus hereditatis cælestis. Quod hodie quidē inuibile per gratiam datur iustificantem, sed in Ecclesia primitiua sensibile, iuxta illud: Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur, & aemōnia eijcient, &c.

¶ Annuntiare vide cap. 101. ¶ Annure vide in alijs dictionibus coniunctis.

Gen. 38.

Gen. 40.

Esther. 3.

Heb. 1.

Matth. 9.
Luc. 5.

Theophy.
Luc. 15.

Mar. vlt.

CAPVT C.

Annus.



NNVS dicitur hebraice Sanah, vt patet Deut. 14. & Esai. 20. Anni, Senoth, Prou. 4. versu 10.

Annus est circulus dierū, vel reuolutionum cæli secundum motum solarem per zodiacum, continens menses duodecim, hoc est, dies trecentos sexaginta quinque cum quadrante ferē vnus diei. Annus vero lunaris duodecim Lunæ circulos includit.

Anni nongenti triginta fuerunt vitæ Adam: Et factum est omne tempus quod uixit Adam nongenti triginta anni, & mortuus est. Quidā, quos refert Aug. lib. 15. de Ciuit. cap. 14. singulos annos antiquorum triginta sex dies nostros habuisse dixerunt, ita vt decem illorum anni vni ex nostris correspondere. Cōtra quos multa obijcit Aug. & inter alia. Cur (inquit) in scriptura legitur: Et aqua diluuij facta est super terram sexcentesimo anno uitæ Noe, secundo mense, & uicesima septima die mensis, nisi quia tales, quales nunc sunt, etiam tunc erant menses? Nā aliter quo pacto uicesima die mensis incæptum diceretur esse diluuium? Deinde autem subdit scriptura: Vndecimo autem mense prima die mensis apparuerunt cacumina montium. Si igitur tales erāt, tales profecto erant anni, quales nunc habemus. Hæc Aug. Et Iosephus li. 1. Antiquit. cap. 8. & lib. 1. contra Apionem probat testimonio antiquissimorum autorū, primos illos homines mille ferē annos ætatis attigisse. Neque causas tantæ longitudinis vitæ tacet. Primum propter optimam corporū complexionem. Deinde quia benignus erat ea tempestate cælum, & pabula terræ pinguiora. Præterea dispositione peculiari diuinæ prouidētia, vt genus humanum citius coalesceret. Postremo vt præter alias scientias, & artes, naturalem quoque astrologiam multis vsibus vtilem homines addicerent, quæ ante sexcentos annos experientia plenè comparari non potest, totidem enim annis magnus annus compleri dicitur.

Annus ergo magnus celebris est apud autores, de quo Macrobi⁹ super somniū Scipionis varias adducit opiniones de spatio, & magnitudine eius. Lili⁹ Giraldus similiter in libro de annis, & mensibus. Iosephus vero lib. 1. Antiquit. cap. 8. sexcentos, vt dicebamus, annos solares annum

אנן

1

2

Gen. 5.

Aug.

Gen. 7.

Iosephus.

3

Macrobius:
Lilius
Giraldus.
Iosephus.

O

magnum

Plini.

Manilius,

4

Eccle. 43.
Lyra.
Exod. 12.

Pfal. 103.
Ambr.
Basiliius.

Rupert.

Picus.
Mirand.
Strabo.

magnū complecti dicit, cui concordat Plinius lib. 10. cap. 2. vbi asserens, Phœnicē auem Arabiæ annos viuere sexcentos sexaginta, subdit, in huius alitis vita magni conuersionē anni fieri prodit Manilius, iterumque significationes temp estātū, syderumque eadēdem reuerti. Hæc ille. Itaque cum nonū cœlum, quod motu proprio singulis centū annis vnum tantum gradū peragit, sextum gradum peregerit, antequam septimum perficiat, omnes mutationes syderum, & significationes, & varietates cœli denuo incipiunt, propterea hoc tēporis spatium magnus annus vocatur.

Annus vero lunaris, quē duodecim suis circulis luna facit, vt dicebamus, hebræis ad nonnulla festa mobilia celebranda in vsu fuit, vnde in Ecclesiast. legimus: *A luna signum diei festi*, vbi Lyra. festum paschæ intelligit, quod iubetur decima quarta luna primi mensis celebrari, agebatur etiam festum neomeniæ initio cuiuslibet mensis. Ideo propter morē lunaris anni apud Iudæos Propheta dixit: *Fecit lunam in tempora*, sicut tenet Ambrosius lib. 4. Exameron prope finē, vbi asserit apud Græcos etiā consuetudinē anni lunaris, & neomeniæ lōgo tēpore viguisse, de quo & Rupertus lib. 1. de operibus Trinit. cap. 45. vbi nō solum ait, hebræos lunaribus annis vsos fuisse, sed addit, hebræi solos nouerunt lunares menses, & annos. Quod nō existimo vsq; quaque verū, neque enim negandum est, annum solarem hebræis notum fuisse, nā & ipsi annum diuiserunt in trecentos sexaginta quinque dies, & quartā diei partem, vt notat Picus Mirandulanus lib. 11. Astrologiæ cap. 9. Quā a nni mensuram ab hebræis suscepisse Romanos refert Strabo li. 17. suæ Geographiæ, ideoque vt conijcimus, Iudæi lunarem annum, quo vulgo utebantur, per solarem corrigebant, tertio quoque anno, & interdum secundo, mensem intercalantes, atque in vno solari tunc anno tredecim menses lunares concludentes. Quis enim ambigat, annos patriarcharum & regum, tam suorum quā externorum, quando de regno Chaldæorum Persarū & Græcorum agunt, secundum solarem cursum illos describere, mōnimentisque mandare. Et si quando lunaribus uterentur, annos abbreviatos vocabant, vt supra diximus in dictione ab-

breuiare, amphibologiæ tollendæ gratia.

Annus solarem apud Romanos Romulus primus, deinde Numa Pompilius reformare cœperunt, sed valde imperfecte. Propterea Iulius Cæsar dictator, qui primus Romanum vsurpauit imperium, anno septingentesimo & octuagesimo ab vrbē condita, tertio vero imperij sui, item anno tertio Olympiadis ceterisimæ octuagesimæ tertiæ, quadraginta quinque annis ante natalem Saluatoris reformauit annū, ad trecentos & sexaginta quinque dies cum quadrante reducens. Quod autem prædicto tempore hanc reformationem fecerit, ex eo satis constat, quod ille designauerit prima die Ianuarij vnum aut rei numeri, item lunæ primum, qui fuit dies sabbathi, & literam dominicalem posuit B. talis autē aureus numerus, talisque luna, cum prædictis circumstantijs non nisi iupradicto conuenit anno, secundum astronomicam computationem, quam inter peritissimos huius artis docent Paulus Episcopus, & Forus Sempronienensis li. 12. Pauline par. 2. & Ioannes Stophlerius in Calendario pp. 34. Sociauit autem sibi Iulius Cæsar ad hoc munus Sosigenē inter astrologos illius tēporis præclarissimum, quamuis ille quoque astrologiā didicerat in Ægypto. Lege Dionē de hoc lib. 43, & Suetoniū, & Plutarchū in Cæsar's vita, itē Apianū lib. 2. Macrobiū lib. 1. Saturnaliū cap. 4. Pliniū li. 18. cap. 25. Solinū cap. 5. Propter sex autē illas horas vltra, 365. dies anni, cautū est, vt quarto quoque anno dies vnus addatur, & numeretur bis sexto calendas Martij, propterea vocatur annus bisextilis apud vulgus.

Cæterū vt Plinius lib. 18. citato cap. 25. refert, reformatio quoque Cæsar's circuli anni solaris ad vnguē circumscribere minime potuit, ea de causa Sosigenes cōputū sepe correxit, neque ad liquidū potuit, propterea quod minus quā sex horarū spatium sit, quod est addendū supra trecētos sexaginta quinque dies anni. Vnde Hyparchus insignis astrologus cētū & vndecim annis ante Iulij Cæsarē fixerat æquinoctiū vernū vigesima quinta die Martij, Cæsar autē & Sosigenes cū vidissent diē vnū solē anticipasse suū æquinoctiū, fixerūt illud. 24. Martij, vt refert Gregorius caretus in Cōmētarijs de anni circulo Cōpertū itaque est, singulis centū quatuordecim annis præ-

5
Romulus,
Numa,
Pompil.

Paul. Episc.
Forus.

Sosigenes,

Dio.
Suetonius,
Plutarchus,
Apianus,
Macrob.
Solinus,
Plinius:

6
Plinius.

Hyparchus,
Cæsar,

Greg. Caret.

uenire

7

Greg. 13.
Papa.

Pontacus.
Burdegal.
Ioan. Lucidus.
Genebrar.
Alba Regn.
Albumasar.
Alex. Picol.

Greg. Papa.
13.

8

Galenus.

Ptolomæus.

Dion.

uenire æquinoctium die vnō:

Iam vero tempestate nostra anno videret licet. 1580. Quando felicis recordationis Gregorius. 13. annu demum reformauit, inuentum fuit quatuordecim diebus solis æquinoctium esse anticipatum à tēpore Iulij Cæsar's in temporis puncto prædicto, neque uoluit prudentissimus pontifex quatuordecim illos dies integros auferre, sed solos ex illis decem abstulit, uoluit enim reducere æquinoctium uernū ad uicesimam primam diem Martij, ubi erat sub Siluestro papa tempore concilij Niceni, & Constantini Magni, quando religio Christiana ante hos mille trecentos annos, pace reddita, sub vexillo crucis toto capite orbe libere propagari, vt autem in eo statu perpetuo æquinoctium uernum conseruetur, oportet singulis centum quatuordecim annis auferre diem vnum. Quamuis alij autores singulis centum sex annis diē illum vnum auferendum putent, quam sententiam tenent Pontacus Burdegalensis in sua chronologia, Ioannes Lucidus in emendatione calēdarij, Genebrardus in sua chronologia, Albumasar in lib. de scientia stellarum cap. 27. & 52. & 53. Albumasar tract. 1. disp. cap. 3. & Alexander Picolominus de reformatione calēdarij. Cæterum cum Greg. Papa 13. legente me Romæ tunc scripturam sacram consulere fecisset omnes omnium fere totius orbis vniuersitatum peritissimos, prior sententia probabilior uisa est experientia teste, quod ego tunc, pro vt par erat, sub annum sanctum 1575. incollegio nostro Romano, quod idē pontifex in utilitatem totius Ecclesiæ dotauit, & auxit adnotauit.

Ex prædictis colligitur errasse Galenū medicorū facile principē, in cōmentario capituli quarti libri. 3. prognosticorū, vbi ad supradictos sexaginta quinque dies, & quinque horas, dicit nō solū sex illas horas integras annumerari debere, sed & vltra singulis annis addi centesimā partē vnus diei, cū potius illa sit auferenda, sicut supra ostensum est. Sed etiā aliquanto licet minus cespitauit celeberrimus inter astrologos Ptolomæus, qui lib. 3. Almagesti cap. 2. trecentesimā partem vnus diei vltra trecētos sexaginta quinque dies, singulis annis addendā putat, cū sit addenda centesima decima quarta dūtaxat, denique Dion insignis historicus magis adhuc hal-

lucinat est, qui lib. 43. dicit, satis esse ad conformandū æquinoctium, vnum diem singulis mille quadringentis septuaginta annis intercalare, quod experientia supra memoratæ manifestè repugnat.

Annos Mathusalē scriptura numerat nongentos sexaginta nouem de quo Hierony. lib. quæstio. Hebraic. Famosa (inquit) quæstio est, & disputatione omnium Ecclesiæ ventilata, quod iuxta sufficiētē supputationē quatuordecim annos post diluuium Mathusalem vixisse refertur, etenim cū esset Mathusalem annorū centum sexaginta septē, genuit Lamech, rursus Lamech, cum esset annorum centum octoginta genuit Noe, & sunt vsque ad diem natiuitatis Noe anni Mathusalē trecēti quinquaginta quinque, sexcentesimo autē anno vitæ Noe diluuium factū est, ac per hoc habita supputatione per partes, nongentesimo quinquagesimo quinto anno Mathusalem diluuium fuisse conuincitur. cum autem supra nongentos sexaginta nouem annos vixisse sit dictū, nulli dubium est, quatuordecim illis annos vixisse post diluuium, & quomodo verū est quod octo tantum animæ saluæ factæ sunt? Restat ergo vt quomodo in plerisque ita in hoc sit error in numero. Deinde soluens difficultatis nodum Hierony. ait. In hebræis, & Samaritanorum libris ita scriptum reperi. Et vixit Mathusalem centū octoginta septē annis, & genuit Lamech, & vixit Mathusalem, postquā genuit Lamech, septingētos octoginta duos annos, Et vixit Lamech, centum octoginta duobus annis, & genuit Noe. Itaque à die natiuitatis Mathusalē vsque ad diem natiuitatis Noe sunt anni trecēti sexaginta nouem, his adde sexcentos annos Noe, cuius anno sexcentesimo factum est diluuium. Et ita fiet, vt nongentesimo sexagesimo nono vitæ suæ anno mortu⁹ sit Mathusalē: eoque anno caput esse diluuiū. Hæc Hiero.

Annorū septuaginta quinque legimus fuisse Abraham, quādo egressus est de Harā, super quem locū Hierony. in quæstio. hebraicis, indissolubilē esse quæstionē putat, de qua tamē egimus in dictione Abrahā num. 3. & 4. est nihilominus adnotanda regula hoc loco Hierony. Sapē in literis sacris annos ætatis alicuius, quos in peccato transegit, minime computari, sed illos duntaxat, quibus pie, sancte que vixit.

9
Gen. 5.
Hierony.
Quæstio.

Mathusal.
Obijt ante
Diluuium.

10
Gen. 12:
Hierony:
Regula.

3. Reg. 13.

A. Ct. 13.

Luc. 9.

Luc. 15.

Ioan. II.

I I
2. Par. 21.

Hierony.

Hinc dicitur: Filius unius anni erat Saul, cum regnare coepisset, & duobus annis regnavit super Israel, & tamen Paulus Apostolus dixit: Dedit illi Saul filium Cisurū detribu Benjamin annis quadraginta. Quia nimirū duobus tantū annis ex omnibus illis purē vixit, & innocēter. Vnde Hierony. loco citato. Sic (inquit) Saul erat innocens, quando regnare coepit, sicut filius est vnus anni, & in eadē innocentia duobus regnasse annis dicitur. Hęc Hierony. Propterea Christus in Euāgelio peccatores mortuos appellat, quia eorū anni in conspectu Dei quasi nō sunt. Vnde Luc. Sine (inquit) ut mortui sepe liāt mortuos suos. Itē de filio prodigo pater dixit alteri filio seniori: Hic frater tuus mortuus fuerat, & reuixit. Ideoque recte in sensu quoque mystico Lazarus quatuor uanus mortuus peccatorē, cuius anni quasi non sunt, re presentat.

Præterea secundū regulā prædictā, difficilis soluitur quæstio. 2. Par. 21. vbi sic legitur: Annorum triginta duorū erat Ioram cū regnare coepisset, & octo annis regnavit in Hierusalē, in fine autem capitis subditur, quod mortuus sit octauo anno regni sui. Sed capite sequēti legitur: Regnavitque Ochozias filius Iorā regis iudæ, &c. Et additur: Quadraginta duorum annorū erat Ochozias cū regnare coepisset, & uno anno regnavit in Hierusalē. Super quē locum autor nomine Hierony. in. Quæstio. hebraicis. Si (inquit) ita est, Iorā rex duobus annis antequā natus esset genuit filiū suum Ochoziā, quod nisi soluat, quā ridiculum sit simplex lector intelligit. Atqui secundum obseruationē antedictā, sic exponitur. Ioram re ipsa triginta duorū annorum erat, cum regnare coepisset, & octo annis regnavit in Hierusalē, sicut textus ait, tu tamē intellige hos octo annos fuisse primos illos, in quibus innocenter vixit, antequā fratres occideret, deinde vero cum iam esset annorum quadraginta, haberet que filium Ochoziā viginti duorum annorum, vt pote quem genuerat decimo octauo ætatis suæ anno, rursus cum eo simul regnavit alios viginti annos, vsque ad annum ætatis sexagesimum, sed isti anni à regno eius auferuntur, & propter fratricidia, & quia in languibus illos transegit, & tandem sexagesimo suæ ætatis anno mortuus est, cū filius eius Ochozias quadraginta duorum esset annorum, quo tempore defuncto patre, so-

lus ille regnavit anno vno, & sic omnia concordant.

Est & alia regula Hieronymi obseruanda, vt concordare possimus computum annorum regum in scriptura, quam inuenies super Dan. vbi legitur Vidit Nabuchodonosor somnium, præcedit autem: In anno secundo regni Nabuchodonosor, &c. In capite vero primo dicitur, post tres annos postquā Nabuchodonosor præceperat, vt pueri de semine regio nutrentur in palatio cibo regio, &c. introductum esse Danielelem cum socijs ad regem, deinde vero cōtigit somnium Nabuchodonosor. Quo modo ergo dicit Hieronymus, hæc stare possunt, vt anno secundo regni sui Nabuchodonosor videat somnium, & post tres annos antequam videat somnium, introducti sint ad eam pueri cum Daniele? Nisi quod obseruandum est in literis sacris. Quādo quicumque rex victoriam aliquam in signem obtinet, quamuis multis annis antea regnauerit, nihilominus tamen annū illum triumphū eius, primum annum regni eius perhiberi. Dicit ergo Hierony. Hoc ita soluunt Hebræi, secundum hoc loco annum dici regni eius, hoc est Nabuchodonosor, post insignem omnium illarum gentium victoriam, quas Domino concedēte superauerat. Vnde Iosephus in decimo Antiquitatū lib. refert, post annū secundum Ægyptiæ vastitatis, rex Nabuchodonosor vidit mirabile somnium, &c. Hęc Hierony. Itaque anni in otio transacti, sub silentio apud Deum quasi sepulti iacent. Propterea pater familias in parabola dixit operarijs cōplicitis manib⁹ in foro stantibus: Quid hic statis tota die otiosi?

Hęc etiam regula deseruit ad quællionem aliam chronologicam. dissoluen- dam. 2. Paral. vbi legitur: Anno tricesimo sexto ascendit Baasa rex Israel in Iudam, Cōtra quod esse videtur, quod legitur in Regum lib. videlicet: Anno tertio Ase regis Iudæ, regnavit Baasa viginti quatuor annis, ergo si finitum erat regnum Baasa cum eius vita, anno vigesimo septimo regis Ase, quomodo potuit Baasa nouē annis postquam mortuus fuerat, hoc est anno regni Ase trigesimo sexto ascendere in Iudam? Sed respondet Lyranus, iuxta regulā traditā super Paralip. Quod Ase rex anno decimo regni sui, infinitā Aethiopū multitudinē, Deo duce superauerat. Quare ille

I 2

Dan. 2.
Hierony.

Dan. 1.

Regula.

Iosephus.

Matth. 30.

I 3

2. Par. 16.

3. Reg. 16.

Lyra.
2. Paral. 16.

dicitur

dicitur primus annus regni eius, relictis quasi in obliuione decē primis, quos regnauerat. Ab ea vero victoria, tribus annis transactis coepit regnare Baasa rex Israel, hoc est, re ipsa decimo tertio anno regis Ase, qui tamē tertius ratione dicta vocatur. Huic ergo numero tredecim annorū, si viginti quatuor addideris, quibus regnavit Baasa in Israel, triginta sex annos regis Ase complebis: quo nimirum rex Baasa hoc est, vltimo regni, & vitæ suæ anno, cōtra Iudam ascendisse refertur.

I 4
Regula.

3. Reg. 15.

Est & alia regula obseruanda. Annos in teregni, quibus regnū vacat, aliquādo regi præcedēti, aliquādo vero subsequēti in scriptura tribui, vt cōstat in lib. Iudicū de annis, quibus Iudices populo præfuerūt: nōnūquā vero per synedochē pars vnus anni vocatur annus integer, aliquando vero pars anni penitus de numero annorum aufertur. Sicut Abia rex Iuda duobus annis cū dimidio regnavit, & tamen dicitur tribus annis regnasse in Hierusalem. Sic enim legitur: Igitur in octauo decimo anno regni Ieroboam filij Nabat regnavit Abiam super Iudā tribus annis in Hierusalem, quod verificari nullo modo potest, nisi secundū regulā supra dictam, quia sequitur: In anno vicesimo Ieroboam regis Israel regnavit Ase rex Iuda, sub audi. filius Abia, quod quomodo fieri posset, si decimo octauo anno Ieroboam Abia regnare coepisset in Hierusalē, & regnasset tribus annis, vnus enim annus superfluit, nā inter decem & octo, & viginti, certe duo tantū anni sunt, ergo nō tribus annis integris regnavit Abia, sed duob⁹ cū dimidio, atqui dimidius annus quasi integer ponitur, quādo tribus annis regnasse dicitur, deinde vero dimidius ille annus penitus omittitur, quando duo anni duntaxat illi dātur, hoc est, quando dicitur vicesimo anno regis Ieroboam mortuum illum fuisse, & filiū eius Ase regni scepra cepisse post patrem.

I 5
August.

Annorū supputatio ab origine mūdi inter Hebræos, & Græcos multū differt, vt notat Aug. lib. 15. de Ciuitate cap. 13. Cōijcit autē ex negligētia transcribentū, & eorū qui ex bibliotheca regis Ptolomæi scripturas à Septuag. de hebræo in græcū translatae descripserūt, tantā annorū discrepantiā contigisse. Sed siue ista siue alia quacunque ex causa factū fuerit, iudicat Aug. in tali discrimine hebraico potius

fonti fidē esse penitus adhibendā. Nostra vero tēpestare Conciliū Tridentinū, grauissimis de causis decreuit, nostræ Vulgatæ latinæ editioni, in quacūque varietate vel interpretū, vel editionū, vel scripturā rū, quocūque idiomate, vel lingua circūferatur, standū esse, neque aliā pro authentica recipiendā. Porro inter cōputum annorū hebraicæ veritatis, quā sequitur nostra vulgata, & versionis Septuag. hoc discrimen est, atque disidiū, vt ab origine mūdi vsque ad natiuitatē Abrahæ (quod inuenies apud Eusebiū in Chronico) Græci numerēt annos ter mille centū octoginta quinque, Hebræi vero, quos sequitur nostra Vulgata, annos dūtaxat mille nongentos quinquaginta quinque. Et ita supputatio Græcorū, & Septuag. superat hebraicā & nostrā latinā, annis mille ducētis & triginta, quibus etiā quidam addūt annos quadringētos & sexaginta vitæ Cainam, quā neque Hebræi, neque vulgata commemorant, de qua iam nobis agendum est.

Annos vitæ Cainā, & ab Hebræis, & à vulgata latina prætermisissos cogit recipere sacri Euangeliū Lucæ. Vbi legitur: Ipse Iesus erat incipiens quasi annorū triginta, ut putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, & post pauca: Qui fuit Sale, qui fuit Cainam. Cæterū in Hebræo à Noe vsque ad Abrahā decē dūtaxat legitur generationes, prætermisissa generatione Cainā, quam posuerūt Septuag. his verbis. και αρφαξ αδ εγεννησε τον καιναρ και αρ δε εγεννησε τον σαλα. Et Arphax genuit Cainam, Cainam autē genuit Sale. Neque audiendus est hoc loco Caietanus, qui satis libere, vt illū taxat Catherinus, putat Lucā Euangelistā secutū esse opinionē Septuag. nō quasi veram sed quasi quæ vulgo circūferebatur vt vera. Quod absit à fide tātī Euāgelistæ. Multo modestius Beda in Præfatione Actū Apostolicorū suæ tarditati potius ascribit, quod tanti mysterij nebulas minus penetret. Lypomanus vero in Catena super Genes. arbitratur, veram generationē Cainam à Moysē quidem in Genesi fuisse prætermisissam, vt numerum denarium generationum à Noe vsque ad iustum Abraham commendaret, sicut Matthæus sine mēdacio quatuordecim numerat generationes à Dauid vsque ad transmigrationē Babylonis, propter mysteriū Christi, cum fuerint plures. Hanc igitur gene-

Concil. Trident.

Eusebius.

I 6

Luc. 3.

Gen. 11.

Caiet.
Cather Intus

Beda.

Lypoman.

rationem Cainamquam Moyes prædi-
cta causa subtrahit, posuerunt Septuag. &
post eos Lucas Euangelista veram esse
confirmat, quod mihi satis verisimile est,
interim dum alia solutio non se occurrit.

17
Gen. 6.

Hierony.

Annus hominis centum viginti definiun-
tur: Non permanebit spiritus meus in homine,
quia caro est, erunt que dies illius centum uigin-
ti annorum. Quod tamen ita exponit Hie-
rony. lib. quæst. super Genes. videlicet:
Habebunt homines centum viginti annos
ad agendam poenitentiam. Non ergo humana
uita, ut multi errant, in centum viginti annos coar-
ctata est, sed generationi illi centum viginti anni
ad agendam poenitentiam dati sunt. Si quidem
inuenimus, quod post diluuium vixerit
Abrahâ annos centum Septuaginta quin-
que, & cæteri amplius ducentis annis, &c.
quia verò poenitentiam agere contempse-
runt, noluit Deus tempus expectare decre-
tum, sed viginti annorum spatium amputa-
tis, induxit diluuium anno centesimo agen-
dæ poenitentiaæ destinato. Hæc Hierony.
Sic Deus aliquando ante tempus, in me-
dio vanitatum suarum capit impoeniten-
tes, sicut rapuit diuitem purpuratum quia
nec illum clamores pauperis Lazari, ne-
que mors eiusdem ad poenitentiam moue-
rant peragenda.

Luc. 16.

18
Gen. 15.

August.

Annis quadringentis affligendū semen
Abrahæ prædicatur in Ægypto in Genes.
Vbi sic legimus, Cito prænoscēs quod peregrini-
tatem futuram sit semē tuū in terra nō sua, & subsiciēt
eos seruituti, & affligēt eos quadringētis annis.
Cōstat autem neq; fuisse tãto tēpore filios
Israel in Ægypto, neq; ab eo tēpore, quo
in gressi sunt Ægyptū afflictos fuisse, sed
post mortē Ioseph, qui lōgo cū fratribus
suis vixit tēpore in magna gloria. Ad hoc
Respōdet Aug. lib. 16. de Ciuit. c. 24. Nō
intelligendū esse, quod in eadem seruitute
sub Ægyptijs affligentibus totos quadrin-
gētos annos populus erat futurus, sed fuit
quasi diceret Deus, istis quadringentis an-
nis iam futuris à tēpore, quo tecū loquor,
complendū est, quod prædico, nempe se-
men tuū captiuitate in Ægypto, & seruitu-
te vexandum esse, Non quod toto tēpore
quadringētorum annorū vexari deberet,
sed intra illud tempus tota afflictio, & ser-
uitus cōplenda erat: Quod si quis obijciat
hos annos à tempore promissionis Abra-
hæ adhuc fuisse plures quam quadringen-
tos, additi quippe illis fuere triginta, sicut

Apostolus ait: Hoc autē dico testamētum con-
firmatum à Deo: quæ post quadringentos, & tri-
ginta annos facta est lex, nō irritum facit, ad eua-
cuandam promissionem. Ad hoc respondet
Aug. loco citato regulam esse in scripturis
frequenter obseruatam, vt maior nume-
rus ponatur minori relicto, propter nume-
ri plenitudinem, sicut vulgato apud nos
more septuag. duos discipulos, quos, Do-
minus designauit vocamus septuaginta.

Gal. 3.

Aug.

Luc. 10.

19

Amos. 5.

Hierony.
Theod.
Gloss.
Act. 6.

Leuit. 18.

Num. 7.

Aug.
Regula.

Hierony.

Psal. 77.

Deut. 17.

20

2. Reg. 15.
Questio.

Annis quadraginta populus adorasse
dicitur idola, dū per desertum vagaretur:
Nūquid hostias obtulistis mihi in deserto quadra-
ginta annis domus Israel, & portastis tabernacu-
lum Moloch deo uestro, &c. Vbi Hierony.
Theodore. & Gloss. item alij patres super
Act. 7. vbi hoc allegatur, dicunt post ado-
rationem vituli filios Israel adorasse ido-
lū Moloch, & sydus Remphā, quod etiā
testatur Stephanus Act. 7. dicitur autē he-
braice hoc idolum. מלכ Moloch, vel
Moloch, id est regnans à radice מלך
malach, quod est regnare est: vnde Sep-
tuag. interpretes pro Moloch, vertūt αγγε-
λον regnantē leuit. 18. Cæterū difficulta-
tē ingerit quod in dedicatione tabernaculi
ab vniuerso populo Deo Israel sacrificatū
solenniter est, quomodo ergo negat
propheta hostias Deo Israel à populo fuisse
in deserto immolatas? Ad hoc quidā respō-
dēt obseruationē esse in literis sacris, quā
tetigimus, quam q; asserit Aug. q. 47. in
Exo d. Si ad summā perfecti numeri ali-
quid parū defuerit hoc nō obstāte integer
& perfectus numerus ponitur sine mēdacio
quod apud omnes nationes receptissimū
est. Ideo quadraginta quidē anni vocātur
quibus populus nō Deo Israel, sed idolis
immolauit in solitudine, quamuis aliquos
menses defuerint, in quibus dedicatio ta-
bernaculi cū sacrificijs facta est. Hierony.
verò forte subtilius respōdet, populū Isra-
el in dedicationē tabernaculi voce quidē
& signis externis Deo quidē verò, corde
autē non nisi dæmonijs sacrificasse. Cui
responsioni Propheta Regius suffragatur
dicens: Dilexerunt eum ore suo, & lingua sua
mentiti sunt ei, cor autem eorum non erat re-
ctum cum eo, &c. & Moyes. Immolauerunt
dæmonijs, & non Deo, dijs quos ignorabāt, &c.

Post annos quadraginta dixit Absalō
ad regē Dauid: Vadā, & reddā vota mea,
Quæ noui Domino in Hebron, De quo multi,
qui nam sint anni quadraginta de quibus

mentio

Hierony.

Matth. 3.
Luc. 17.

21
Hier. 25.

Hier. 29.

Esa. 45.

Hierony.

Esa. 1.

Luc. 17.

22

mentio fit. Ad quod autor titulo Hiero-
nymy in quæstionibus super libros. Reg-
uum, respondet his verbis. Quadragesi-
mus agebatur annus ex eo tempore, quo
Saul ciuitatem Nobe cum sacerdotibus
oetoginta quinque propter Dauid intere-
mit, ideo hic quidem quadragimus an-
nus ponitur ille idem, vt monstretur iam
iram Dei super Dauid per Absalonem su-
scitari, eo quod Abimelech sacerdotem fe-
cellerit missum se dicēs à Saule, & propter
eum tot sacerdotum cædes facta sit. Neq;
legendum est post quatuor annos, vt alicu-
bi mendose legitur, sed post quadraginta
annos, vt idē autor adnotauit Paruum au-
tē mendaciū Dauid seuerissime punitum
est, quia sacerdoti dictū fuit, cui debetur re-
uerētia quā ipse filius Dei exhibuit dicēs le-
proso, Vade ostende te sacerdoti, & idē Luc. 17
Anni septuaginta captiuitatis populi Iu-
daici prædicuntur: Et erit uniuersa terra hæc
in solitudine & in stupore, & seruient omnes gē-
tes istæ regi Babylonis septuaginta annis. Et rur-
sus. Cū cœperint impleri in Babylone septuagin-
ta anni uisitabo uos, & uisitabo super omnes uer-
bū meū bonū, & reducā uos in locū istū. Quod
vaticiniū cōpletū est ab vrbis desolatione
vsque ad primum annū regis Cyri, à quo
soluta est Iudæorum captiuitas, sicut præ-
dixerat Isaias. Hæc dicit Dñs Christo meo Cy-
ro. Et infra, ipse edificabit ciuitatem meā & ca-
ptiuitatem meā dimittet, quod nō de Christo
Dei filio, vt nonnulli putant dictū est, non
enim dicitur Christo meo kyro, id est,
Dño, sed Cyro. Ita explicat Hiero. Sed ne
cui maneat occasio dubitadi, legat vltimū
cap. 2. lib. Paralip. vbi legitur. Si quis euase-
rat gladiū, ductus in Babylone seruauit regi, &
filijs eius, donec imperaret rex Persarum, ut cō-
pleretur sermo Dñi ex ore Hierē. Et infra: An-
no autē primo Cyri regis Persarū, qui iussit præ-
dicari in uniuerso regno suo, &c. Omnia regna
terra dedit mihi Dñs Deus cæli: & ipse præce-
pit mihi, ut edificarem ei domū in Hierusalem,
&c. Vbi notandum regē Cyrum gratum
Deo fuisse, ideo maiora recepit. Cōtra in
gratos vero clamauit Deus per Isaiā: Filios
genui, & exaltaui, ipsi uero spreuerunt me. Et in
Euangelio. Cum decem leprofos mundas-
set filius Dei, vno tantum ad agendas gra-
tias redeunte, clamauit. Nonne decem munda-
ti sunt? Et nouē ubi sunt? non fuit qui rediret, &
daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

Oetoginta octo annis durasse Regnū Ba-

bylony cum quod à Nabuchodonosor ha-
buit exordiū, cōstat ex scriptura. Pro quo
notandū est. Quando rex Babylonis tē-
plum iussit incendi, & Sedechiā regem ca-
ptū priuauit oculis, dicit ibi scriptura fuisse
annum decimum nonū regni Nabucho-
donosor, sed tu intellige incæptū, non cō-
pletum, cui si addas septuaginta annos ca-
ptiuitatis Iudæicæ, quos prædixit Hierem.
vsque ad destructionem Imperij Babilo-
nici, & primū annum Cyri regis Persarū,
qui cœpit illud, colliges oetoginta octo,
vel nouem annos durasse regnum Babilo-
nicum, cœptum in Nabuchodonosor, &
finitum in Balthasare. Quod cum certum
sit ex diuinis literis allegatis, facile collig-
es pariter ex hoc loco quinque errores
nobiliū autorum in Chronologia, quos &
alij ante nos aduerterunt. Primus error Be-
rosij, qui in lib. 3. de Rebus Chaldæis (vt
refert Iosephus lib. contra Apionē) ab ini-
tuo regni Nabuchodonosor vsq; ad finem
regni Babilonici occiso Balthasare, annos
computat sexaginta quinque, duntaxat. Se-
cundus error Alexandri Polyistoris, qui
apud Eusebiū lib. 9. de Præparat. cap. vlt.
annos numerat tantū sexaginta duos. Ter-
tius error Clementis Alexandrini in lib. 1.
Stromat. & Eusebij in Chronico, quæ secu-
tus est Aug. lib. 18. de Ciuitate, qui cōpu-
tant regni Chaldæorū annos tantummo-
do quadraginta. Quartus error Seueri Sul-
picij lib. 2. sacra Historiæ, qui eiusdem re-
gni Babilonici septuaginta totū annos de-
signat. Quintus error Iosephi, q in alio ex-
tremo in lib. 10. Antiq. ab exordio regni
Nabuchodonosor vsq; ad eius excidiū, an-
nos ponit centū decē & octo. Sed mundū
esse apud Iosephū eo loco putat Beda in li-
bro de sex atatibus mūdi, & merito, quia
lib. vndecimo Antiquit. à captiuitate Iu-
dæorū vsq; ad eius relaxationē sub Cyro,
septuaginta cōputat annos cū Hieremia,
quibus si addas decē & nouem Nabucho-
donosor iuxta cap. vlt. 4. Reg. citatū, ef-
ficatur annorū summa quā initio posuim.
Præterea legimus, Angelum dixisse ad
Dñm. vsq; quo tu non misereberis Hierusaiē,
& urbū Iuda, quibus iratus es: iste iā septuagesi-
mus annus est. Quod dictū est prophetante
Zacharia toto tempore regni Cyri tran-
facto, & anno iam secundo Darij Hylla-
spis filij regis Persarū, quod aperte pugna-
re videt cū loco proxime citato cap. vlt.

4. Reg. vlt.

Errores
autorum.
Berosius.

Alex. Polyf.
Eusebius.

Clem. Alex.
Euseb.
August.

Seuer. Sulpi.

Iosephus.

Beda.

23
Zach. 1.

2, Paralip. vlt. Paralip. in quo dictum est septuaginta Iudaica captiuitatis annos completos esse primo anno regis Cyri. Ad nodum ergo difficultatis dissoluendum, Theodoretus in nonum caput Danielis, & 1. Ezechielis notat hos duos prophetas Hieremiam, & Zachariam septuag. posuisse annos captiuitatis, sed non ab eodem anno numerare coepisse. Nam Hieremias incipit ab anno captiuitatis numerare, quando adhuc stante ciuitate, & templo, rex Ioachim captiuus est ductus in Babylonem, terminat autem captiuitatem illam in primo anno Cyri regis: Zacharias vero incipit numerare captiuitatis annos ab excidio vrbs Hierusalem, & desolatione templi, terminat autem in secundo anno regis Darij Histaspis filij, & sic praefens Zacharia locus cum Hieremia concordat, & a libro Paralip. citato & ab Esdra minime disidet. Hac expositionem sequitur Franciscus Ribera super Zachar. 1. Cui suffragatur Aug. libr. 18. de Ciuitate cap. 26. & Hierony. super Zacharia. 1. & super Ezechiel. 4. & alij nonnulli. Sed haec computatio septem duntaxat annos tribuit regno Cyri, post captam Babylonem: grauisissimi vero auctores triginta illic concedunt, vt ostendemus infra num. 43. Porro magister Canus lib. 11. de humanae historiae autoritate ad 9. argum. existimat dictum Zachariae interrogatiue legi debere, quasi dicat. *Nunquid iste est annus septuagesimus?* Et sub intelligitur, qui coepit ante multos annos tempore regis Cyri, ille inquam septuagesimus tam fauorabilis populo Dei praedictus a Hieremia, ecce adhuc manet desolata Hierusalem, quid ergo profuit annus septuagesimus? Sicut etiam hodie dicere possumus, o Domine iste est annus natiuitatis tuae, in quo praedicebatur mundum saluari debere, ecce transacta sunt tot saecula post istum annum, & tamen multae adhuc gentes in sua manent perfidia, nec saluae fiunt. Et certe haec expositio satis quadrat quidquid de alijs sit.

24
Efa. 61.
Luc. 4.
Orig.
Annum placabilem Dño legimus. Spiritus Dñi super me, eo quod unxerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, etc. ut praedicare annum placabilem Domino. Quod testimoniū in seipso coepit esse ostendit mundi saluator, quando aperiens in synagoga librum legit hunc locum. Super quem Origenes homil. 32. dicit: iuxta simplicem intelligen-

tiam aiunt, vno anno saluatore praedica- se, & hoc esse, quod praedictum est ab Isaiā, vt praedicarem annum placabilem Domino. Et certe, quod vnum annum praedica- uerit tantum, asserit Tertull. lib. contra Iudaeos, vbi ait, Christum cum triginta esset annorum praedicaſſe, & eodem anno crucifi- xum esse, sicut refert Hiero. super Daniel. 9. Tenuit autem hoc Tertull. quod aliter septuag. hebdomadas Danielis ad mortem vsq; saluatoris congrue computare non potuit, nisi in fine trigesimi anni aetatis suae, qui fuit decimus quintus Imperij Tyberij Caesaris, suam Dominus mortalem vitam consummasset. Idem sequitur Origenes loco citato. Qui etiam homil. 1. super Ezech. dicit, mense Ianuario fuisse Dñm in Iordane baptizatum, Lucas autem cap. 3. de Christo tunc baptizato subiungit, *Erat autem Iesus incipiens quasi annorum triginta.* Cum ergo fuerit natus mense Decembri, & baptizatus mense Ianuario, fit, vt coepit anno trigesimo, id est, completo vigesimo nono anno aetatis suae cum paucis diebus coeperit praedicare, & subinde, si anno vno, vt tenet Origenes, praedicauit, certe anno trigesimo aetatis suae completo cum paucis mensibus mortuus fuit, quod non minus absurdum est, quam quod in alio extremo asserit Irenaeus lib. 2. contra Haereses cap. 39. dicens. A quadragesimo, aut quinquagesimo anno declinat homo ad aetatem senioſiorem, quam habes Dominus noster docebat. Haec Irenaeus. Cuius opinionem August. lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 28. suppresso nomine auctoris, ignorantiae tribuit historiae. Quae tenenda est sententia Hieron. Epistola ad Eustochium, in epitaphio Paulae matris, Anno trigesimo tertio suae aetatis incepto Dominum obiisse, quae quidem aetas perfecta est, de qua Paul. *Donec occurramus omnes in uirum perfectum, in mensura aetatis plenitudinis Christi.* Idem tenet Ignatius Martyr Epistola ad Trallianos, & Beda lib. de Computationibus temporum, ca. 46. & B. Tho. super Ephes. 4. & 3. p. est quae communis sensus Ecclesiae definit septima Synodo generali his verbis: Christus Dominus noster ad homines ueniens, & triginta duobus annis, & mensibus fere tribus nobiscum uiuens, & magnum illud, & salutare mysterium operans, ad caelum migravit. Haec Synodus.

Nec difficile est numerum annorum vitam

Tertul.
Hierony.
Orig.
Luc. 3.
Irenaeus,
Aug.
Hierony.
Eph. 4.
Ignatius.
Beda.
D. Tho.
Synod. 7.

mortalis saluatoris, tum ex traditione Ecclesiae, tum etiam ex Euangelio colligere. Nam iuxta communem traditionem sexta die Ianuarij, quando Epiphania celebramus, baptizatus est Dominus, cum esset annorum fere triginta, ab eo ergo die, quo baptizatus est a Ioanne, vsque ad primum Pascha, id est, phase Iudaeorum, quod prima luna mensis Nisam celebratur, qui quamuis Martius partim sit, partim Aprilis, eo tamen anno fuit in fine Martij, tres fere menses interfuere. De hoc Paschate meminit Ioannes, cum de nuptijs Cana Galilaeae, quibus interfuit Dominus, retulisset: *Prope (inquit) erat Pascha dies festus Iudaeorum.* Ergo hoc Pascha fuit anni trigesimi Saluatoris. Deinde cum languidum illum in probatica piscina sanitati restituisset, dicit Euangelista: *Prope erat dies festus Iudaeorum.* Ecce Pascha anni trigesimi primi capiti. Praeterea cum turbas in monte quinque panibus refocillare pararet, dicit Euangelista: *Erat autem proximum Pascha dies festus Iudaeorum,* quod Pascha est anni trigesimi secundi. Postremo post multas res gestas Saluatoris ponitur ultimum Pascha, quod Hierosoly mis transiturus ad patrem cum Apostolis celebravit, quod fuit anni trigesimi tertij iam coepit, sed non completi, quia supra triginta duos annos, tres in super illi menses, nec dum pleni fere transferant, de quibus a principio diximus. Recte igitur septima Synodus Euangelicis fixa testimonijs computauit. Quod ex humana quoque constat historia. Octavianus enim Augustus quinquaginta septem annis imperauit, cuius anno quadragesimo secundo natus est Dominus, sicut demonstramus in dictione Augustus. Erat ergo annorum quindecim filius Dei, quando Octavianus Augustus obiit, cui successit Tyberius Caesar, cuius anno decimo quinto Ioannes baptismum poenitentiae praedicare coepit, quando etiam Dominus a Ioanne baptizatus est, crucifixus autem filius Dei obiit anno decimo octauo eiusdem Tyberij Caesaris: Ergo trigesimo tertio aetatis suae anno iam capto. Sed restat respondere primum ad Tertull. qui hebdomadas Danielis vsque ad trigessimum annum aetatis Christi connumerat. Ad quod respondet Hierony. quod supra notauimus in verbo abbreviare, num. 5. Ad testimonium vero quod no-

Luc. 3.
Ioan. 2.
Ioan. 5.
Ioan. 6.
Luc. 3.
Luc. 3.
Hierony.

bis obiit Origenes Isai. 61. in eius expositione iam respondebimus.

Dicit ergo Isaias in persona Christi: *Ad euangelizandum mansuetis misit me, etc. ut praedicarem annum placabilem Domino.* Vbi notat Hierony. in comment. Annum acceptabilem (inquit) & diem retributionis omne praedicationis eius, quo in carne uersatus est, tempus intellige. Deinde subdit: Si diem retributionis non in meritis bonis, sed in poenis ultionis accipiamus, de tempore ultionis contra Iudaicum populum intelligendum est, in quem post passionem Domini ira defuicit. Eodem modo explicat Euseb. lib. 9. de demonstrat. Euangelica cap. 13. Itaque annus in scriptura aliquando pro vno, aliquando pro multis accipitur, vt in praesenti loco, frequenter enim singularis numerus accipitur pro plurali, & e conuerso. Felices autem qui hoc anno placabili ad salutem animae vsi sunt, qualis mulier quae erat in ciuitate peccatrix, Matthaeus, Zachaeus, & tria millia in die Pentecostes.

Anni regni Graecorum in Machabaeorum libris passim citantur, quos existimat Lyra. super. 1. Machab. 1. ab Alexandri Magni regno computandos esse, eo quod ipse dicatur ibidem primus in Graecia regnasse. Caeterum alij auctores eruditissimi illum aperte redarguunt, & merito. Nam a Seleuco potius Nicanoris, qui annis duodecim post Alexandi mortem, aut certe quatuordecim imposuit sibi diadema regni Syriae, & Asiae, computandos esse conuincit. Primum quidem Eusebius tum in Chronico, tum in libro octauo de Demostrostrat. Euangelica, cuius sententiam sequitur Hieronymus super Daniel. 9. his uerbis. Seleucus (inquit) diadema totius Syriae, & Asiae capiti suo imposuit, anno duodecimo mortuo Alexandro. Et infra: Ab hoc exordio Imperij Seleuci scriptura Machabaeorum regnum Graecorum enumerat. Haec Hierony. Et multo ante Iosephus lib. 12. Antiquit. cap. 7. dicit templum ab Antiocho pollutum anno postquam Seleucus in Asia regnare coepit, centesimo quadragesimo quinto, in primo autem capite primi libri Machab. idem ita contigisse narratur. Ergo idem est initium regni Seleuci, & Graecorum. Idem tenet Seuerus Sulpicius lib. 2. sacrae historiae, & Rabanus super primum cap. libri

26
Efa. 61.
Hierony.
Euseb.
Luc. 7.
Matth. 9.
Luc. 19.
Act. 2.
27
Lyra.
1. Macha. 1.
Anni regni Graecorum computatur ab initio regni Seleuci.
Euseb.
Hierony.
Iosephus.
Seuerus, Sulpicius, Rabanus.

Ioannes Annus,

1: Machab. & diligentissimi etate nostra Chronologi. Hoc autem loco lectorem admonitum volo, ut caueat plusquam temerariam sententiam Ioannis Annij, qui in Comment. super Philonis libro qui in scribitur Breuiarium temporu, dicit libros Machabæorum olim fuisse sine vlla temporum adnotatione, sed postea adiecta temporum distinctione à Iosepho esse corruptos, & apochryphos redditos. Ipse itaq; temere negat temporu illam distinctionem, quam habet vulgata, & aliam de suo capite comminiscitur. Quem sequitur Ioannes Lucidus, & Driedo, & alij plures, quod tamen iam repræsentat censura Concilij Trident. approbantis libros Machabæorum, cum omnibus suis partibus.

Ioan. Lucid. Driedo. Conc. Trid.

28

Quod si roges, quare cum Seleucus non in Græcia, sed in Asia, & Syria regnauerit ab eius regni capite, & non à successoribus alijs Alexandri, qui regnauerunt post eum in Græcia, computum annoru regni Græcorum in Machabæis sumatur? Respondendum est, Seleuci regnu in suis ipsius successoribus diutius durasse, quàm in alijs hæredibus Alexandri. Deinde Seleucum, & posteros eius græco idioma te, græcisque legibus, & moribus semper vsos. Vnde vbicunque terrarum essent, vocabantur Græci. Postremo quia in Syria regnabant, cuius pars est Iudæa, propterea Iudæos scriptores, qui Machabæorum historiam memoria tradiderunt, regnum Seleuci regnum appellauerunt Græcorum.

29

Isai. 34.

Hierony.

Isai. 63. Hierony.

Annus retributionis frequenter in scriptura sacra supplicium denotat, & scelerrum ultionem, sic legimus in Isai. Annus retributionis iudicij Sion. Quod de excidio Hierosolymitano sub Tyto Vespasiani exponit Hierony. Sed indifferenter non nunquam vsurpatur, tam in præmiu, quàm in pœnam. Sic explicat Hieronym. illud Isai. Dies ultionis in corde meo, annus retributionis meæ uenit, id est, vel annus redemptionis per sanguinem meum, & retributionis coronæ iustorum, vel annus punitio- nis non solum populi Iudaici, sed & sceleratorum omnium in fine mundi, quando erit in terra præssura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuum.

Luce. 21.

30

Hiere. 11.

Annus uisitationis frequentius in ma- lum pro tempore supplicij capitur. Inducam malum super uiros Anathoth, annum uisita-

tionis eorum. Vbi Hierony. in comment. per viros Anathoth, quod oppidum tribus milliariis distat à Hierusalem, & interpretatur obedientia, Iudæos omnes intelligit obedientiæ legis subiectos, super quos sæuijt gladius Romanorum, de quo Dominus dixit: Circundabunt te inimici tui uallo. Item Hierem. Afferam super eos mala, annum uisitationis eorum.

Hierony.

Luc. 19. Hierem. 23.

31 Eccles. 11.

Anni qui non placent in scriptura vel sunt anni senectutis, vel temporis iudicij finalis, sic legimus: Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam ueniat tempus afflictionis, antequam appropinquent anni de quibus dicas, non mihi placent. Quod explicat Hierony. de annis de quibus legimus: Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor. Quos Poeta uenustè descripsit:

Subeunt morbi, tristisque senectus. Et labor, & dira rapit inclementia mortis.

Hierony. Psa. 89.

Vel certe locus iste ad finale iudicij refertur, quia subditur: Ante quam obtenebrescat Sol, & Luna, & stella. Quod futurum legimus sub diem finalis iudicij, quando sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, Et, Erunt signa in Sole, & Luna. Lyranus ab hoc loco vsque ad finem capitishuius. 12. specialiter exponit de annis senectutis. Glossa uero ordinaria tripliciter exponi posse dicit, de senectute, de iudicio finali, & de captiuitate Iudaica.

Matth. 24. Luc. 21. Lyran. Glossa.

32 Malach. 1.

August.

Lyra.

Anni antiqui in scripturis vel tempus status innocentie, vel sæculum sanctorum Patriarcharum denotat. Sic legimus: Et placebit Deo sacrificium Iudæ, & Hierusalem sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui. Super quem locum Augustinus lib. 20. de Ciuitate. cap. 26. Fortasse (inquit) tempus illud commemorat, quando primi homines in paradiso fuerunt, tunc enim puri, & integri ab omni labe peccati se ipsos mun- dissimas hostias offerebant. Sed Lyranus per annos antiquos intelligit auream etatem legis nature, quando Abel, Noe, & Abraham gratissima offerebant Domino sacrificia, de quibus hodieque in canone Missæ dicit Ecclesia: Super que respicere, & accepta habere digneris, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, &c. Vbi Lyranus adnotat, particulam (sicut) non

omni-

Ioan. 17.

Hierony.

Luc. 7. Isai. 1.

Hierony.

Matth. 19.

33 Psa. 76. Aug.

Cassiod. Glossa. Euthym. Genebr. Hierony.

Lyra.

Psa. 75.

Matth. 11.

omnimodam æqualitatem significare, sed aliquam potius similitudinem impetrationis, sicut Dominus dixit: Pro his rogo, quos dediisti mihi, ut quemadmodum ego, & tu unum sumus, ita & illi unum sint. Non quidè æqualitate, sed similitudine. Sic etiã Hierony. super Malach. 3. Placebunt (inquit) mihi sacrificia Iudæ, & Hierusalem non ut cunque continuo, sed post pœnitentiã. Sic placuit sacrificium mulieris, quæ erat in ciuitate peccatrix, quæ post lachrymas pedes Domini uinguento ungebat. In eodem sensu intelligitur illud Isai. Et restituum principes tuos sicut prius, & consilia rios tuos sicut antiquitus, id est, sicut in annis antiquis. Vbi Septuag. vertunt: Sicut ab initio. Et Hierony. exponit, quasi Dominus dicat: Dabo principes Ecclesiæ meæ in lege gratiæ similes Moy si, & prophetis. Vbi etiam, similes, & sicut, non denotat æqualitatem sed aliqualem similitudinem, quia non Moy si sed Apostolis dicitur: Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

Anni æterni dicuntur non qui fuerint sine initio, sed qui fuerint antiquissimi: Cogitauit dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Quem locum, quamuis Augustinus super eundem Psa. de uera æternitate velit intelligi, uidelicet de annis, qui stant, qui non uenientibus, & abeuntibus diebus peraguntur, &c. Cuius sententiam sequuntur Cassiodor. Glossa ordinaria & interlin. Item Euthymius, & Genebrar. Ita ut sit sensus, cogitauit dies antiquorum patrum, & etiam æternæ beatitudinis, quæ expositio placet. Sed Hieronym. pro eodem accipit dies antiquos, & annos æternos, uidelicet pro annis, primoru hominum ab initio mundi: Cœpi (inquit) Propheta cogitare ab initio mundi, quando hominem fecit Deus, vsque ad annum meum, ab Adam vsque ad tempus meum. Eodem modo exponit Lyran. dicitque æternos per hyperbolem dici, sicut montes æterni, qui sunt antiqui: Illuminas tu mirabiliter à montibus æternis. De quo nos diximus in dictione Æternitas. Hos annos antiquos, vel æternos si generatio Iudæorum cogitasset, imitata fuisset illos fortasse, qui ab antiquis antiis pœnitentiam egerunt; quales olim Niniuitæ, de quibus Dominus dicit. Viri Niniuitæ surgent in iudicio contra generationem istam, &

condemnabunt eam, &c. Vt autem lector aduertat, quando anni in scriptura uerè denotant æternitatem, attendere debet, si dicantur de re omnimodis æterna, qualis est Deus, & quæ Dei sunt, tunc enim simplicem denotant æternitatem. Sic Iob: Nunquid sicut dies hominis dies tui, aut anni tui sicut humana sunt tempora? quasi dicat non, sed æterni simpliciter sunt. Sic etiam, de Deo Propheta dicit: Et anni tui non deficient: Sic nec beatorum gloriosa uita deficiet, quæ participatio diuinæ æternitatis est. de qua Dominus: Ego uitam æternam do eis, & iterum. Ibunt iusti in uitam æternam, &c.

Iob. 10.

Psal. 101.

Ioan. 10.

34

Matth. 25.

Ioel. 2.

Theodo.

Psal. 60.

Matth. 23.

35

Ioel. 2.

Hieroly.

Anni generationis, & generationis multa secula, vel multas hominum uitas significant, quarum singule septuaginta, vel octoginta computantur annorum iuxta Psa. supra citatum: Dies annorum nostrorum septuaginta anni. Hanc phrasim inuenies Ioel. 2. Vbi de clade quam Iudæis allaturus erat exercitus Chaldæorum dicitur. Similis ei non fuit à principio, & post eum non erit usque annos generationis, & generationis. Quod non denotat usque in finem mundi sed, ut exponit Theodoretus, perinde est ac si diceret, multæ generationes præteribunt, ante quam aliqua natio tam graui ter noceat populo Iudæorum. Enin uero Romani, qui grauius contra Iudæos sequeuerunt, post multas quidem generationes uenturierant, repetitio uero dictionis, generationis, & generationis (secundum phrasim Hebraicam generationum denotat multitudinem, sicut in Psa. vsque in diem generationis, & generationis. Voluit autem Deus plures hominum generationes unã post aliam in mundo succedere, ut memoria præteritarum subsequentes fierent cautiore, quod si generatio Iudæorum seruasset post tot scelera etatum superiorum, non audisset illud: Veniet super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, usque ad sanguinẽ Zachariæ, &c.

Anni quos comedit locusta referuntur Ioelis. 2. Et reddam uobis annos, quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca. Vbi de abundantia principaliter spiritualium bonorum in lege gratiæ, post Mosaycæ sterilitatem sermo est; ut Hieronym. ait in comment. Ioel. quamuis materialis fertilitas illi quoque populo resipiscenti post lapsum promittatur. Sic filius Dei pœni-

tentibus

Match. 6. tentibus dixit: *Quarite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur uobis, id est, temporalia cuncta.*

36 Anni hominis in scriptura sacra nonnumquam prosperitatem humanam, interdum vero contrarium denotant, id est aduersitatem. Et quidem priori modo accipiuntur: *Præcepta mea, cor tuum custodiat, longitudo enim dierum, & annos uite, & pacem apponent tibi, & rursus: Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni uite.*

Prouer. 3. Item: *Mulier fortis oblectat uirum suum, & annos uite sue in pace implebit.* Pro aduersitate vero usurpantur, hæc: *Quoniam defecit in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus, & alibi: Anni nostri sicut aranea meditantur.* Vbi Hiero. Videte (ait) quid dicat, quomodo aranea quasi mittens fila huc illucq; discurrat, & textit tota die, & labor quidem grandis est, sed effectus nullus, ita & uita hominis. Hæc Hierony. Cæterum Propheta subdit: *Dies annorum nostrorum septuaginta anni.* Quod primo quidem obtuitu uideri posset contrarium sententiæ Ecclesiæ istici, ubi legitur: *Numerus dierum hominum centum anni.* Non tamê dissidet, quia Propheta subdit: *Si autem in potentibus octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor.* Vides supra octoginta esse posse. Quia ergo labor huius uitæ magnus est, ut fit uti lis, monet: *Thesaurizate uobis thesauros in celo.*

37 Annos in amaritudine animæ recogitare legitur: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, id est, priores annos, quâuis amarus propter ingentem calamitatem, quæ me premit, quasi foelices reputabo.* Sic explicat Hierony. super Isai. Quia omnis (inquit) foelicitas sæculi dum tenetur amittitur, cum enim tribulationis tēpus aduenerit, omne quod præteritum est, nihil adiuuat sustinentem. Hæc Hierony. Sed aliter Bernar. qui in expositione huius Cantici ad compunctionem animi potius refert. *Recogitabo (inquit) tibi, quia tibi soli peccaui, &c.* Quem sensum approbat D. Tho. in comment. Isai. Multum ergo ad poenitentiam de peccatis mouet cogitare præterita. Sic recogitauit, atque reliquit filius prodigus. Sic & mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. E contrario uero dicitur apud Hiero. *De solatione desolata est omnis terra, quia non est qui recogitet corde.*

38 Anni mille secundum phrasim scripturarum numerum denotat indefinitum, id est, uniuersitatem. Sic Ioannes, postquam dixisset de angelo, qui draconem apprehendit, subdit. *Et ligauit eum per annos mille, id est, in tēpus uniuersum à passione Christi usq; ad aduētum Antichristi, ut exponunt Glossa D. Tho. & omnes fere patres super hunc locū, de quo latius infra nu. 44.*

Anni benignitatis Dei sunt anni redemptionis mūdi, de quibus Propheta regius *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, ubi significat annum foelicem illum, in quo secundum Apostolum, Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei. De qua dicitur: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Et rursus, Quando uenit plenitudo tēporum, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege: ut eos, qui sub lege erant, redimeret.* Ex muliere, id est, ex Virgine Maria, de qua Lucas, *Maria peperit plū suū primo genitū.* Sed quādo? Impleti (inquit) sunt dies, ut pareret. Dies quidem coronæ anni benignitatis Dei, id est, dies, qui coronam quæ ceciderat capitis nostri, ue nobis, quia peccauimus: multo fulgidior nobis restituerūt dies, scilicet, qui præteritos post lapsum hominis annos diabolice seruitutis, regniq; mortis, quæ regnauerat ab Adā usq; ad Moysē, reparauerunt: & deleta culpa, gratiæ gemmis nos coronarunt. Hic itaque annus quasi totius ante acti temporis gloria, & corona fuit. Ita exponunt Hierony. & Glossa inter linealis. Quamuis Gregor. super illud Iob. *Non computetur in diebus anni, putet anni coronam de qua regius Propheta hic loquitur, tempus significare remunerationis iudicij finalis, quando Iudex dicit: Venite benediciti.* Alij uero utrunque sensum mysticum esse dicunt. Quia in hebræo (sicut ad Sophronium Hieronymus uertit) non habetur, *Benedices coronæ anni, sed uoluerit annus in benignitate tua.* Et Chaldaicus, *Coronabis annum bonitate benedictionis tuæ, id est, floribus, & frugibus, ut exponunt Lyranus, Genebrardus, Iansenius, & Paulus Burgensis in additione, qui addit tempore siccitatis, quo pluuia publice petebatur, psalmum hunc olim solitum de cantari. Quod quamuis ita sit, in typum tamen fertilitatis Ecclesiæ, sub Christo corona, & gloria nostra intelligi sine dubio debet, ut notat Iansenius.*

38
Apoc. 20.
Glossa. D. Thom.
39
Psal. 64.
Tit. 3.
Ioan. 3.
Gal. 4.
Luc. 2.
Thres. j.
Rom. j.
Hierony. Interl. Iob. 3.
Matth. 23.
Hierony.
Lyra. Geneb. Iansc. Burgen.
Iansen.

40 Annus annum multis modis superat, sicut legitur, *Quare dies diem superat, &c.* Et, *Annus annum à sole.* Vbi Lyranus. Dies (inquit) diem superat in lōgitudine, sicut dies æstatis longiores sunt diebus hyemalibus. Et lux lucem superat, quia secundum Apostolum, alia claritas solis, alia claritas Luna; alia claritas stellarum. Et annus annum. Enim uero solaris annus lunarem excedit. Hæc ille. Sed melius fortasse Glossa, non tam de inæqualitate durationis annorum intelligit, quam de illa inæqualitate quæ lege fuerat instituta, secundum cæremonias, & ritus legales. Dies quippe Sabbathi iuxta legem alios hebdomadæ dies superabat: & mensis septimus alijs mensibus sacratior erat. Denique quinquagesimus annus Iubilæi cæteris longe præstabat. Sic etiam exponit Iansenius, & ex consequentibus deprehenditur: ubi alios homines alijs sapiētia, dignitate, uel sanctitate præstare subiungitur. Sic ergo etiam in lege gratiæ dies natalis Saluatoris, & ille primus totius anni, in quo circuncisione peracta, uocatum est nomen eius *Iesus*, omnes alios dies, tãquam initium salutis humanæ longe superat, & nobis ad memoriam renouationis uitæ ueteris, commendabilior est.

41 Anni septem interdum, non tam numerum materialem denotat, quam perfectionem annorum, & sanctitatem. Sic legitur, de Gog. & Magog. *Et egrediantur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent & comburent arma, &c. & succendent ea igni septem annis.* Vbi Hierony. mus super cap. 38. Ezech. Gog (inquit) interpretatur greco sermone *doma*, latine testum: & Magog interpretatur de testeo. Omnis igitur superbia, & falsi nominis scientia, quæ erigit se contra notitiam ueritatis, his nominibus demonstratur. Et super cap. 39. Succendent ea, id est, arma, septem annis, de Exodo (inquit) & Leuitico exponendum est hoc, in quibus locis lege præcipitur de septimo anno remissionis, quando seruis hebræis libertas redditur, & possessio dominis, & fruges pauperibus dantur. Itaq; est numerus sacer, atque perfectus, quo numero annorum sacro, hæreticorum amaritudo dispereat. Hæc ex Hieronymo. De quo latius lib. 7. in uerbo Gog.

42 Ab anno ad annum aliquid fieri deno-

tat per singulos annos. Sic legitur, *Omnes qui relicti fuerint de uniuersis gentibus, quæ uenerunt cōtra Hierusalem, ascendent ab anno in annū ut adorent regem Domini exercituum.* Id est, omnes qui relicti fuerint, ut exponit Hieronymus, superstites, in fidelibus eradicatione, ascendent per singulos annos, ut adorent Deum uerum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum. Sed hæc (inquit) Iudæi cassa spe, in mille annorum regno futura promittunt. Sed intelligendum non litera, quæ occidit, imo de Ecclesiâ, quæ cum Propheta dicit: *Quam dilecta tabernacula tua Domine uirtutum.* Ita Hiero. Denotatur ergo gentes ad fidem Christi cōuersas, celebraturas solenniter per singulos annos in Ecclesiâ catholica, festiuitatem dominicæ resurrectionis, in qua nobis tabernaculorum renouatio, id est, resurrectio repromittitur corpori uel gloriosa, & ascensio in mansiones æternas, de quibus Dominus Apostolis dixit: *In domo patris mei mansiones multe sunt.* Et, *eo parare uobis locum.*

43 Annum ad annum addi, significat legalium solennitatum annos supra se ipsos continua successione reuolui. Sic Isai. ubi templi prædicitur desolatio sub Chaldaeis, *Annus additus est ad annum, solennitates euolue sunt, & circumuallabo Ariel.* Vbi Hierosolymitanum templum Ariel uocat. id est, Leonem Dei. Ariel enim hebræis leonem significat, El uero Deum. Dicitur autem ciuitas illa, quæ quondam fortissima fuerat, leo Dei. Sciendum tamen, quod Altare uocatur, *Ariel quatuor cubitorum.* Et per synedochem plane per altare tota ciuitas intelligitur, quæ breui tempore uastanda erat, euolutis paucis annis, & in se solennitatibus replicatis, ut Hieronymus ait. Tunc autem subuerso templo, solennitates erant toto captiuitatis Babylonicæ tempore cessaturæ. Vnde cum hodie per mille quingentos annos templum illud iaceat, & loco illius Mauri & Turcæ sibi domum quam Mezquitam uocant ædificauerint, sine templi Dei Israel reparationis spe, quis dubitat, quin uetus illa lex iam olim cassa cessauerit?

44 Annis quadraginta sex templum secundum legitur ædificatum, dicentibus Christo Iudæis, *Quadraginta sex annis ædificatum est templum hoc.* Et quidem Iansenius in sua concordia. Cæpta est (inquit) ædificatio

Zac. 14.
Hierony.
Psal. 83.
Ioan. 14.
Isai. 29.
Hierony.
Ioan. 2.
Iansenius.

Esdra.6.

Fran. & Iber.

Ioan.2.

Bened. Pererius.

Cicero. Dionisius.

Iustinus. Clem. Alex. Eusebius. Hierony. Orosius. Beda.

Iosephus.

45 Apoc. 20. Quæstio.

anno primo Cyri, consummata vero sexto anno Darij Longimani, vt dicitur Esdrae 6. Porro à primo anno Cyri vsque ad sextu annu huius Darij anni fuere quadraginta sex, nã Cyrus viginti annis imperauit, post hunc. Assuerus etiam viginti annis. Deinde, Darius Longi manus, cuius sexto anno templum consummatum est. Sed in tempore, & enumeratione regum Persarum defecit Ianse. vt postea videbimus. Prius autem disputandum est, an regno Cyri viginti anni merito tribuantur post Babylonem, scilicet, expugnatam? & certe Franciscus Ribera super Zacha. 1. multis testimonijs probat, Cyrum regem capta Babylone septem duntaxat annis imperasse, & filium eius Cambysem, qui dicitur Assuerus cum duobus post eum Magis octo solum annis, deinde Darium Hytaspis filium regnum obtinuisse, cuius sexto anno templum consummatum est: vnde viginti duorum annoru spatio constructum esse templum arbitratur. Quod autem Iudæi dixerunt: *Quadragesima sex annis edificatum est templum hoc*, vel ignorantia deceptos, vel odio, & liuore contra filium Dei putat esse mentitos. Sed Benedictus Pererius super Daniel. libr. 1. 3. tenet quadragesima sex annorum spatio à secundo anno Cyri vsque ad septimum Darij Histaspis ædificatũ esse templum quantum ad sancta duntaxat, & quo ad sancta Sanctorum post tres alios annos consummatum, quod probabilius est. Nam Cyrum triginta fere annos regnasse probat Cicero libr. 1. de Diuinatione, autoritate Dionisij Persarum rerũ scriptoris autentici: Idem tenet Iustinus libr. 1. Item Clemens Alex. libr. 1. Strom. & Euseb. Cæsar in Chronico, Hierony. super Daniel. 7 Orosius libr. 2. Beda in lib. de sex ætatibus mundi. Deinde vero Cãbyses octo imperauit annis, Magi deinceps anno vno, qui bº si addas sex regni Darij Hytaspis, vsq; ad ædificata sancta, & tres vltra annos vt tenet Iosephus libr. 1. 1. Antiquita. vsq; ad templi totius pleniorum consumationem, inuenies annos quadragesima sex, quibus templum ædificatũ est. Neq; hanc Chronologiam poterant ignorare Iudæi quam & Cicero prodiderat, & Dionysius.

Magna vero quæstio est, quid sibi velit, quod Ioannes ait: *Et uidi sedes, & sedentes super illas, & iudicium datum est illis, & anti-*

*mas decollatorum propter testimonium Iesu Christi, &c. & qui nõ adorauerunt bestiam, &c. & uixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis, ceteri uero mortuorum non uixerunt, donec consummẽtur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Huc vsque Ioannes. Et quidem sedentes in sedibus, quibus iudicium datum est, prælati sunt Ecclesiæ, etiam in hac vita secundum probabiliorem sententiam Augustini libr. 20. de Ciuit. c. 9. quibus à Domino dictum est. *Quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligatæ in cælo, &c.* Animas uero de collatorum, quæ uixerunt, quidam olim putauerunt esse iustos, qui ab Antichristo occidendi sunt, deinde in corporibus proprijs resurrecturi, vt regnent cũ Christo in hoc mundo uisibili mille annis, vt refert Aug. libr. 20. de Ciuitate. c. 7. Huius opinionis autor Papias Hieropolitanus esse dicit Ioannis Apostoli auditor, vt refert Eusebius libr. 3. Historie cap. vlt. & Nizepho. libr. 3. Histo. c. 20. & Hiero. libr. de Viris illustribus in vita Papiæ, & vt refert Eusebius loco citato eandẽ sententiã tenuit Irenæus & Tertull. vt dicit Hierony. loco allegato, & ille libr. 3. contra Marcionem. Hoc etiam asseruit Lactantius libr. 7. cap. 2. 3. & 24. & Victorinus, & Apollinaris. Item Nepos Episcopus Ægyptius, contra quem scripsit Dionysius Alexandrinus libr. de Promissionibus futuris, vt refert Euseb. 7. Hist. cap. 22. Eandem sententiã ponit Iustinus in dialogo cum Tryphone prope medium. Sed isti omnes autores aut maxima eorũ pars, nihil meminerunt de uoluptatibus corporeis tunc futuris, & præsertim de indecentibus & inhonestis. Has autem futuras dixit Cerinthus hæreticus, & qui eum secuti sunt. Quamuis tam isti, quam illi eodem uocabulo Chiliastræ, seu millenarij uocantur, quorum errorẽ antequam nasceretur, scriptura refutat dicens: *Regnum Dei non est esca, & potus. Et rursus, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Denique. In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cælo.* His ergo omisissis alij putauerunt hos mille annos significare totam æternitatem, in qua sancti cum Christo regnabunt. Ita Alphonsus de Castro in posteriori expositione huius loci libr. 3. contra Hæreses uerbo Beatitudo secundo. Sed hæc expositio nõ multum quadrat, quia Ioannes ait in eo*

Augusti.

Matth. 18.

Mille annorum error. August.

Papias. Eusebius. Nizepho. Hierony. Euseb. Irenæus. Tertull. Hierony. Lactant. Victorinus. Apollina. Nepos. Iustinus.

Rom. 14. 1. Corin. 15.

Matth. 22.

Castro.

August.

Apoc. 14.

Primasius. Beda. Rupert. Ansbertus. Haymon. D. Thom.

August.

Psal. 104.

Luc. 3. Greg.

dem capite: Et postquam consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas, Ergo non est sermo de æternitate. Tertia sententia est Augustini libr. 20. De Ciuitate cap. 9. ubi ait Animæ decollatorum sunt sanctorũ Martyrum animæ à tempore ascensionis Christi in cœlum, quæ non sunt mortuæ, vt putabant tyranni, sed mortuis corporibus super uiuentes cum Christo regnant. Vnde in hoc libro inquit Augustinus legitur: *Beati mortui qui in Domino moriuntur, &c.* Regnat ergo hoc tempore Ecclesia cum Christo, in uiuis, & mortuis, sed ideo tantummodo martyrum animas commemorauit, quia ipsi præcipue regnant mortui, & à parte (per synedochem) totum etiam intelligimus omnes iustos. *Qui non adorauerunt bestiam, id est, non se subiecerunt infidelitati, Neque imaginem eius, coluerunt, quam adorant simulatores Christianæ religionis exterius, & præuaricatores interiorius. Item, Qui non acceperunt characterem eius in fronte, id est, qui non accipiunt notam criminis in fronte publice peccantes, aut in manu per operationẽ occultam.* Hi ergo regnant mille annis, id est, vsque ad aduẽtum Antichristi, cum Christo in cœlo. Hanc expositionem sequuntur Primasius, Beda, Rupertus, Ansbertus, Haymo, D. Thom. & alij multi, quamuis aliqui ex his in minutis quibusdam discrepent. Quod si roges, quare mille anni uocentur, qui sunt inter ascensionem Domini, & aduentum Antichristi, in quibus animæ beatæ regnant cum Christo? Respondendum est, quia toto hoc tempore reputabatur martyres mortui, ideo referuntur uiuere, & regnare cum Christo, deinde uero quia mox Antichristo mortuo sequitur resurrectio secunda corporum gloriosorum, ideo terminus iste satis apte positus est, vt distinguatur regnum animarum sine corpore à regno earundem cum corpore glorioso. Denique hoc spatium propterea mille anni uocatur, quia vt in posteriori expositione, loco citato docet Augustinus millenarius numerus pro magno frequenter indeterminato ponitur secundum consuetudinem scripturæ, sicut legimus de ueteri lege, *Verbum quod mandauit in mille generationes, cum tamen septuaginta septem tantummodo ponat Lucas ab Adam usque ad Christum. De quo lege Gregorius libr. 35. Moral. cap. 20. Est enim uulgatiffimum mille pro numero perfecto poni.*

Non potuit autem exprimi determinatus plane numerus annorum uel dierum vsq; ad Antichristi aduentum, ne certum esset quando mundi finis pariter adueniret. Cæterum obijcies, Gog, & Magog, cum Antichristo peribunt, & tamen ponitur numerus determinatus septem annorum, in quibus post mortem eorum populus Dei arma Gog & Magog combusturus est, ergo tunc erit finis mundi. Sed respondetur, septenarium numerum positum esse, quia etiam pro indeterminato accipitur, sicut mille anni, ne sciatur, quanto tempore duraturus sit post mortẽ Antichristi, & suorum satellitum mûdus iste corruptibilis. ¶ Annus Iubilei erat quinquagesimus Leuit. 25. de quo in dictione Iubileus. ¶ Diem pro anno dedi tibi. Ezech. 4. explicabitur in dictione, dextera.

46 Eze. 39.

CAPVT. CI.

Annuntiare.



ANNVTIARE dicitur hebraice in scriptura Nagad Gene. 3. & Hierem. 20. Annuntiare compositum est à uerbo simplici nuntiare, & præpositione ante, quasi ante nuntiare, græcè ἀναγγελλω. In quem sensum Plinius libr. 7. cap. 52. mirabilia referens ait. Animã relicto corpore errare solitam, uagamq; è longinquo multa nuntiare, id est, quæ humana ratione, uel tunc uel tã breui sciri nõ poterant. Hinc in scripturis sanctis Christus prænuntiabatur annuntiator plurima præter opinionem, & spem hominum: & Deus pater per Prophetas multa annuntiat. Sic Isai. *Quæ prima fuerunt ecce uenerunt. Noua quoque ego annuntio, antequam orientur, audita uobis faciam.* Super quæ uerba Hieronymus. Est (inquit) sensus, quæ prima fuerunt, id est, quæ locutus sum, & quæ per Moysem, & Prophetas pollicitus sum, uniuersa completa sunt, nunc autem annuntio uobis Euangelium uocationem gentium, passionem Christi, nouitatem fidei. Hæc Hieronymus.

I 73

Plini.

Isai. 42.

Hierony.

Annuntiare pacem dicitur Christus, & per seipsum, & per Apostolos suos. Ego qui loquebar, ecce adsum, quam pulchri super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, & annuntiantis bonum, dicentis Sion recognauit Deus tuus. Super quem locum Hier. Christus (inquit) ipse super montes Euangelium prædicauit, id est, super Apostolos. Et infra subdit. De hoc in psalmo. 71. canitur, Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, &c. Deinde ait: Paulus sequens sensum hebraicæ veritatis in Epistola ad Rom. ponit: Quam speciosi pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem, Apostolos intelligi volens. Hæc Hierony. Hac de causa filius Dei iussit Apostolis: In quamcunque domum intraueritis, dicite. Pax huic domui, & salutas suos post resurrectionem dicebat, Pax vobis, quæ quamuis saluatio vulgaris sit apud hebræos, Salom la, nihilominus tamen non sine causa tam frequenter in ore fuisse Saluatoris ab Euangelistis refertur. De hac pace angeli cecinerunt. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Eodem modo sicut Hierony. explicat Euseb. lib. 3. de Demonstrat. cap. 1. & Chryso. super Rom. 10. & ibi patres, inter quos Origenes: speciosos dicit esse pedes euangelizantis pacem, potius quam os, aut linguam, quando videlicet ambulant per viam vitæ, quæ dicit de se ipsa, Ego sum via, veritas, & vita.

Annuntiat pax etiam temporalis diuino miraculo parta. Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem, vbi de morte Senacherib, per quam pax redita est populo Dei, vaticinium ponitur, de quo vide in dictione Euangelium, nu. 11. Annuntiare quoque præmium futurum iustis dicitur Christus. Tu quoque in sanguine testamenti eduxisti uinctos de lacu, in quo non erat aqua. Conuertimini ad munitionem uincti spei, hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi. Quod Hieron. Cyrillus, D. Tho. 3. part. & recentiores exponunt de Christo, qui de limbo in quo non erat aqua, sanctos virtute sanguinis sui ad confirmationem noui testamenti effusi resurgens à mortuis eduxit. Quod vero subdit, Conuertimini ad munitionem uincti spei, exponit Hierony. dicens hanc munitionem, ad quam cohortatur uinctos sperantes Ecclesie filios, non aliam debemus accipere nisi habitationem paradisi, in quam primus

Efal. 52.
Hierony.
Psa. 71.
Rom. 10.
Luc. 10.
Luc. 24.
Ioan. 20.
Luc. 2.
Euseb.
Chryso.
Origen.
Ioan. 14.
3
Nahun, 1.
Zach. 9.
Hierony.
Cyrillus.
D. Thom.
Hierony.

cum Domino latro ingressus est. Hæc Hierony. Deinde quod ait: Hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi, idem est, quod eidem latroni Dominus dixit: Amen dico tibi, id est, annuntio, Quia hodie ueneris in paradiso, & pro paruo labore conuersionis, & poenitentię duplicia reddam tibi in cælis: vel ut Hierony. ait, omnibus iustis hoc annuntiat Dominus: nam in præsentia, Quod leue est, & momentaneum supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Hæc Hierony. Et certe duplicia hæc, id est, magna præmia Christus omnibus iustis pollicetur. dicens uenite benedicti patris mei accipite regnum, Et rursus: Gaudete, & exultate, quia merces uestra multa est in cælis.

Annuntiare dicitur Christus nomen patris sui: Annuntiabo nomē tuum fratribus meis, vbi alia litera habet, Narrabo, quia filius Dei distinctionem personarum in Trinitate distincte prædicauit Apostolis dicens: Euntes docete omnes gentes, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Apostolos autem fratres suos vocat, ut exponit Paul. Non confunditur fratres eos uocare, Et rursus: Vade ad fratres meos, & dic eis, ascendo ad patrem meum, &c.

Annuntiarum dicitur Domino generatio ventura. Annuntiant cæli iustitiam eius. Quem locum sic vertit Hieron. ad veritatem hebraicam: Narrabitur Domino in generatione, uenient, & annuntiant iustitiam eius. Quia Hebraice non est generatio in recto, sed Lador. in generatione posteriore. Sed duplex fuit olim lectio, & certe sicut antiquior, sic etiam syncerior, quæ legerunt, Septuag. q. vertit γενεα ἢ ἐρχομένη generatio ventura, vbi prædicatur generatio ventura ad fidem Messie conuertenda ita exponit Glossa interlinealis, Annuntiantur Domino generatio uentura, id est, per annuntiationem Euangelij conuertetur. Ita etiam explicat Lira. Item Hieronym. in Comment. subdit. Propheta dicit, generatio ventura, hoc est, populus gentium, qui venturus erat, antequam Christus ueniret in mundum, annuntiabitur ad credendum ei, & annuntiant cæli, hoc est, Apostoli, & doctores iustitiam eius. Hæc Hierony. Sed in litera ista, ut notat Iansenius, duplex esse potest sensus, vel, Annuntiatum Domino generatio, id est, ascribitur, & quasi dedicabitur Domino per fi-

Luc. 23.
2. Cor. 4.
Matth. 23.
Matth. 23.
Luc. 6.
4
Psal. 21.
Hebr. 2.
Ioan. 20.
5
Psal. 117.
Hierony.
Glossa.
Lira.
Hierony.
Iansen.

dem, vel annuntiabitur Domino, id est, annuntiationem accipient Iudæi non tam in utilitatem sui, quam in gloriam Domini. Porro quod sequitur in textu. Et annuntiant cæli iustitiam eius, deficit vox hebræa iabon, id est uenient, & non habetur in hebræo vox cæli, sed absolute dicitur. Annuntiant iustitiam eius. Sed neque Septuag. addiderunt eam vocem, sed Vulgata eam adhibuit explicationis gratia, & forte non dicitur in Psalmo, quinam sint annuntiantur iustitiam Dei, sed annuntiantur absolute, quasi dicatur; Vulgares homines, qui nomen non habent in Republica, neque reputationem, vel generis, vel ingenij, vel eloquentiæ, vel diuitiarum, sed piscatores de sæce vulgi, de quibus. Et elegit duodecim ex ipsis. Et rursus. Designauit alios septuaginta duos. Sed nostra vulgata, quia non erant Apostoli nomen in terris habituri, sed in cælo, iuxta illud, Gaudete quia nomina uestra scripta sunt in cælis, vocat eos cælos, Annuntiantur (inquit) cæli.

Annuntiare quoque dicitur firmamentum, id est prædicare Dei laudes modo suo. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Cæli semper hebraice in plurali dicuntur Samaim, sed firmamentum in singulari Racia. Super quem locum Hierony. ait. Secundum historiam, cælum & terra cum cæteris creaturis gloriam Dei narrant, quia ut ait Pau. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur à creatura mundi, vel à creatione mundi, quia sua pulchritudine cæli docent, creatorem eorum esse pulcherrimum, & omnibus prouidentem. Quod vero legimus. Annuntiauerunt cæli iustitiam eius, duobus modis potest intelligi. Vel quia quemadmodum cæli secundum quandam æquitatis mensuram, creaturis inferioribus plus minus uel, secundum quod plus aut minus capaces sunt, lucem & influentiam communicant, sic & Deus omnia iuste disponit, & ita re ipsa annuntiant cæli iustitiam eius. Vel secundo ut Iansenius ait, cæli fulgurantes, tonantes, & iaculantes fulmina contra hostes Dei, iustitiam eius mani-

Luc. 6.
Luc. 10.
Luc. 10.
6
Psal. 118.
שמים
רָצִי
Hierony.
Rom. 1.
Psal. 96.
Iansen.

festant, sicut quando tenebris obscurantur. Sic prope diem iudicij finalis, Erunt signa in sole, & luna. Id est signa iustitiæ diuinæ iam impendentis. Et Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Quia annuntiantur cæli iustitiam eius. Vel certe cæli metaphoricè vocantur Apostoli, de quo alibi in verbo iudex.

Annuntiare brachium Dei est, potentiam eius diuulgare. Donec annuntiam brachium tuum generationi omni, quæ uetura est, &c. Quæ fecisti magnalia, &c. Vbi Lyranus & Ians. exponunt, Prophetam hæc scripsisse, quando petebat auxilium à Domino contra hostes suos, sub eo prætextu, ut quando esset ab eis liberatus, non sibi attribueret victoriam sed annuntiaret brachium Dei, id est, magnitudinem diuinæ virtutis. Quod in tantum Deo placet, ut propterea mittens Apostolos ad prædicandum diceret: Ego elegi uos, & misi uos, ut catis, & fructum afferatis. Sed ne fructus iste tribueretur eis, sed Deo mittenti dixit. Ecce ego mitto uos sicut oves inter lupos. Et quidem oves uiribus suis resistere lupis nequaquam possunt, nisi pastor auxilietur, unde ait. Sine me nihil potestis facere.

Annuntiare dicitur baculus apud Ose. Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei. Vbi Hierony. in Comment. Propterea (inquit) quasi stupidus, & mirabundus eloquitur populus meus, qui quondam meo vocabatur nomine, lignum interrogauit, & virgas, quod genus diuinationis Græci γαβδομαντῆα vocat. Unde in Ezech. legimus, quod Nabuchodonosor virgas suas misit contra Ammon, & Hierusalem, & exierit virga contra Hierusalem. Hæc Hierony. Itaque iactantes in sublime virgas olim veteres diuinabant, ut exponunt Cyrillus, & Theophyl. super huc locum, de quo etiam meminit Cælius Rodig. lib. 7. Antiq. lectionū. c. 29.

Annuntiare Christum non simpliciter legimus. Quidam Christum annuntiant non simpliciter. Vbi Chryf. id est non pure & syncerè, sed cuius gratia? Subdit, existimantes se afflictionem addere uinculis meis. Hostes itaq; Pauli multa de Christo Hierosolymis crucifixo narrabat in circulis, plateis

Luc. 21.
Matth. 24.
7
Psal. 70.
Lira.
Ians.
Ioan. 15.
Matth. 10.
Ioan. 15.
8
Ose. 4.
Hierony.
Ezech. 25.
Cyrillus.
Theophyl.
Cælius Rodig.
9
Phil. 1.
Chryf.

vt Apostolus puniretur tanquam noui Dei, quæ senatus Romanus non recepit, prædicator.

Ad annuntiandum mansuetis missus est filius Dei. Ita Isai. Ad annuntiandum mansuetis misit me. Lucas vero citat Euangelizare. Pauperibus misit me. Hieronymus autem in Comment. Isaiæ, vtranque recipiens lectionem, ait. Vinctus est Dominus ad euangelizandum pauperibus, siue mansuetis dicens Beati pauperes, Beati timites. Hæc Hierony. Nota autem hebraeam dictionem, Basar, quoties absolute ponitur, non solum esse simpliciter nuntiare, sed euangelizare. Vnde sic eam vertunt Apostoli, quoties occurrit oportunitas. Notandum etiam dictionem hebraeam, Anao, apud Hebræos & pauperem significare, & mansuetum, ita tamen, vt Anao per vau sine Iod sit mansuetus, Ani vero per Iod sit pauper. Nihilominus tamen quia vtrunque nomen ab eadem radice deriuatur, pro eodem frequenter vsurpatur. Quare hebraicæ linguæ imperitus Erasmus temerè dixit, Lucam Euangelistam non recte vertisse pauperibus, cum optimè verterit, quando hebræa dicitio, Anau, vt dictum est, vtrique significat. Accedit, quod Septuaginta verterunt pauperibus, & Euangelistæ græcè gentibus scribentes, græcan Septuag. translationem gentibus allegabant. Denique hæc versio pauperes consolatur, de quibus Dominus. Beati pauperes, quoniam uestrum est regnum Dei.

Annuntiantes Euangelium patientes esse debere testatur Propheta. Et beate patientes erunt, ut annuntient. Hierony. ad veritatem hebraicam vertit. Pingues & fröndentes erunt annuntiantes. Septuag. vero ευπαθόντες, bene patientes, vel bene dispositi, quia eupathia bona corporis dispositio est. Augustinus legit, tranquillii erunt. hebraice est vox verahnannim, id est, virentes, hoc est, in senectute virentes, vt sit eis consilium, & robur. Vnde mihi quadrat expositio Lyrani, qui cum Hebræo concordat vulgatam. Vt pingues sint ex diuina gratia prædicatores, & virentes bonis operibus, vt annuntient vero patientes, & perseuerantes. Sic apud Matth. dicitur. Qui autem fecerit, & do-

cuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorum.

Annuntiare Deus dicitur homini eloquium suum (id est) verbum Dei incarnatum. Sic legimus. Annuntians homini eloquium suum. Vbi Hieronymus pro hoc (inquit) in Septuag. legitur. Annuntians in homines Christum suum, & infra, Deus quasi vniuersitatis Dominus filium suum hominibus repromittit. Itaque eloquium Dei verbum Dei æternum significat hominibus repromissum. Sic in Genes. Non deficiet sceptrum de iuda, &c. donec ueniat silo. Vbi notandum, vocem Silo deduci à radice Sala, id est, mittere vnde, Silo dicitur mittendus. Ideo vocabatur filius Dei Ille venturus. Sic discipuli Ioannis dixerunt Domino. Es tu qui uenturus es? Græcè οὐρανός ille venturus.

Annuntiare Angelum hominis æquitatem, est orare pro illo. Si fuerit pro eo Angelus loquens &c. Vt annuntiet hominis æquitatem. Quomodo autem Angeli pro nobis orent, diximus in verbo Angelus, numero. 16. Annuntiare vero lumen amico suo Iob. 36. est, diem nubilosum propter iustum Dei amicum serenare. De quo supra egimus in verbo Abscondere. Annuntiare eos, qui habent pennas, quæ in abscondito quis sub murmurat, expositum est in verbo Ala, numero. 8.

Annuntiare mane, & nocte idem est quod semper. Bonum est confiteri Domino, &c. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem, id est omni tempore, vt exponit Ianse. Sed præcipue matutino & vespertino, quando maior oportunitas est ad orandum. Et vt notat Genebr. fit allusio ad sacrificium matutinum, & vespertinum iuxta legem. Cæterum symbolice quadrat expositio Augustini, Casiodori, & Lyrani, qui mane prosperitatem, noctem uero tristitiam significare dicunt, in qua ab oratione cessandum non est, mystica videtur. Atqui annuntiare mortem Domini donec ueniat, est illam usque ad diem iudicij representare. Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Dñi annuntiabitis, donec ueniat. Nec est representatio inanis, sed in qua res ripa representata, id est, Christus cõtine-

Chryf. Theopy. Hierony. Dan. 7.

vt exponunt Chrysofomus & Theophy. Representatur autem, vt inquit Hierony. usque ad vltimum aduentum eius, quod enim dicit Daniel. Deficiet hostia, & sacrificium. Intelligitur tempore Antichristi, quando iam iam ueniet Dominus ad iudicium. Vel deficiet hostia in templo materiali Hierosolymitano de solato.

15 Esai. 57.

Hierony.

Ioan. 3.

1. Cor. 4.

Psal. 74.

Matth. 5.

16

Psal. 71.

Lyra. Genebr.

Hier. 6.

Psal. 9.

Matth. 5. Hierony.

Annuntiare dicitur Dominus iustitiã Hierusalem per ironiam apud Isaiam: Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. Vbi Hierony. per ironiam, inquit, legendum est, vt si quis in sceleribus reo deprehenso iudex dicat, vt de bona opera tua: Vnde quamuis. Qui male agit odit lucem, & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius: tamen. Veniet Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, &c. Et forte ita intelligitur illud Psalm. Cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo, id est, distinguam inter veras iustitias, & apparentes. Nam esse distinctionem inter iustitias huiusmodi testatur Dominus dicens: Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Horum ergo cœtui dicit Dominus per Isaiam. Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.

Annuntiare prædicationes Dei in portis est publicè, doctrinã Dñi prædicare. Vt annuntiet omnes prædicationes tuas in portis filie Sion. Vbi Lyra. & Genebr. Notant in Hebræo nõ haberi. In portis filie Sion. In translatione quoque Hierony. ad Hebraicã ueritatem non est, nisi tantum. Vt annuntiet prædicationes tuas. In translatione uero Septuag. ponitur, vel quia illi hoc addiderunt paraphrasticè, quia moris erat Iudæis prædicare in portis. Sta in porta domus Domini, & prædica ibi, vel quia illi à Psalm. 9. hoc mutuauerunt ubi Propheta liberatum se à periculis auxilio diuino significans ait. Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filie Sion, id est publice. Sic prædicatores uerbi Dei non in angulis, sed quasi in portis cum fiducia prædicare debent, quibus Dominus dicit. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Vbi inquit Hierony. iubet ne Apostoli abscondantur ob metum, sed tota libertate se prodant.

Annuntiare à Dan, est aduentum hostium de Aquilonari parte. Vnde erant

Babylonij nuntiare. Vt exponit Hierony. in illud Hierem. Vox annuntiantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim, quia tribus Dan iuxta montem Libani, & urbem, quæ nunc dicitur Paneas, vt inquit, Hierony. ad Aquilonem respicit, vnde uenturus erat Nabuchodonosor, & transiturus per idolum de monte Ephraim, post tribum quippe Dan succedit terra Ephraim, per quam uenit in Hierusalem. Hæc ex Hierony.

Annuntiare quempiam iniquitatem suam, est propria confiteri peccata. Quoniam iniquitatem meam annuntio, & cogitabo pro peccato meo. Vbi Glossa, Confitebor, inquit, iniquitatem meam, & quia non sufficit confiteri, addit cogitabo pro peccato meo, id est, vt sanetur uitium meum, neque enim satis est confessio vulneris, nisi cogitetur de medicina. Sic cum Zachæus confessus esset se defraudasse alios, cogitauit in super pro peccato suo dimidium bonorum suorum dare pauperibus, ultra restitutionem alieni. Sic & Matthæus cum Confessus esset se publicanum, uita cogitauit ad satisfactionem peccati sui, alios publicanos allicere ad pœnitentiam, ad quod & illis, & filio Dei epulas præparauit. Vbi autem uulgata uerit cogitabo pro peccato meo. Hieronymus ad Iophroniũ & Chaldeus uertunt. Sollicitus ero. Quia cum sollicitudine uitandi peccatum agenda est pœnitentia.

Annuntiat speculator gladium uenientem, id est, prædicator iram Dei contra sceleratos. Si ille, subaudi speculator. Viderit gladium uenientem, & sonuerit buccina, & annuntiauerit populo, & ille se non custodierit, sanguis eius super ipsum erit. Vbi Hierony. si prædicator iram Dei uenientem prædicauerit (inquit) & populus audire noluerit, speculator liber erit. Sic Ioannes Baptista ut speculator egregius irã Dei superuenientem prædicauit Herodi. Sed quia infelix speculatorem occidit præcursorem Domini, nihil ei pro fuit sceptrũ regni, quin miserè pœnas dederit.

10 Isai. 61. Luc. 4. Hierony.

Matth. 5. פשוט

עני

עני

Erasmus.

11 Luc. 6. Psal. 91. Hierony.

Augu.

Lyra.

Matth. 5.

Amos. 4. Hierony.

Gen. 49.

Matth. 11.

Iob. 33.

Iob. 36.

Psal. 91.

Ianse.

Genebr.

Aug. Casiod. Lyra.

1. Cor. 11.

Hierony. Hier. 4.

Hierony.

18

Psal. 37.

Glossa;

Luc. 19.

Matth. 9.

Hierony. Chaldæ.

19

Ezech. 33.

Hierony.

Mar. 6.

antemurale.



Ntemurale dicitur Hebraice Chel. Antemurale vallum est ante murum, vel fossa, vel quodlibet munimentum, quod ante murum ædificatur. Per meta-

phoram autem fidem viam significat, vel Angelorum præsidium, vel Dei adiutorium. Sic Esa. Vrbs fortitudinis nostræ saluator, ponitur in ea murus, & antemurale. Vbi Hierony. Vrbs (inquit) fortitudinis nostræ saluator est, idest Iesus, & ponetur in ea murus, & antemurale recta fidei, vt duplici septa sit munimento. Hæc ille. Quod enim in aliquibus exemplaribus legitur. Vrbs fortitudinis nostræ Sion, neque est in hebræo, neque legitur à Hierony. sed saluator, non Sion. Porro Cyrillus vrbem fortitudinis nostræ Ecclesiam sensu etiam historico exponit, murum vero, & antemurale sanctorum præsidium Angelorum cum Dei adiutorio. In hebræo vbi vulgata vertit saluator, est Iesu ah, & finitur in h sicut finiuntur secundum Hebræos nomina foemenina, vt denotetur filius Dei non solum secundum quod verbum æternum est apud Patrem, sed secundum etiam naturam humanam, quæ ad genus refertur foemeninum, nobis promeruisse salutem. Et sic quando sanguinem in circumcisione fudit, in quo denotatur humanitas eius morti obnoxia, vocatur nomen eius Iesus.

Antemurale per metaphoram lugere dicitur, quando tota ciuitas recedente procul Angelorum custodia dissipatur. Luxit antemurale, & murus pariter dissipatus est. Super quem locum Hierony. Murum (inquit) & antemurale Dominus dissipauit, cum Angelorum custodiam, & defensionem, quam olim Dei misericordia, & patrum suorum merito habuerant, ab ipsa secedere fecit ciuitate Hæc Hierony. Aliter tamen D. Thomas in comment. Luxit (inquit) antemurale, idest, destructum ad luctum prouocauit. Mystice vero Glossa Interl. antemurale Christum intelligit, qui tunc quando à Chaldæis Hierusalem destruebatur, qua-

si in typo præuisus est lugere super ciuitatem à Romanis iterum destruendam, de quo Lucas. Videns ciuitatem fleuit super illam.

Antichristus.



Antichristus nomen est generale, de omnibus dictum, qui contrarij sunt Christo. Nā apud Ioan. legimus. Antichristi facti sunt multi, & iterum. Omnis spiritus, qui

soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Item alibi. Surgent multi pseudo-christi. Vnde aliquis suspicari posset, omnem coctum hæreticorum Antichristū dici, neque futurum aliquem vnum, qui sit peculiariter Antichristus. Sed hoc sustineri non potest, quoniam secundum scripturas, & consensum sanctorum patrum, vnus futurus est Antichristus reproborum omnium caput, ad quod facit testimonium Pauli satis expressum. Nisi uenerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, &c. Super quem locum Hieronymus, asserit venturum hominem hunc pestiferum, malorum omnium caput. Idem super eundem locum asserunt Chrysol. Theophylactus, Theodoretus, Oecumenius, Glossa, Lyra, Diuus Thomas, & Irenæus libr. 5. aduersus hæreses, Cyrillus Hierosolymitanus Catechisi. 15. B. Ephrem in sermone de Antichristo, Hippolytus martyr oratione de Antichristo, Lactantius li. 7. diuini instituti. Seuerus Sulp. in Dialogo, cui nomen Gallus, Greg. super Iob. 41. & alibi frequenter, Aug. vbiq; passim. Prosper lib. de promissionibus Dei, Damasc. li. 4. de Fide. c. 37. & omnes expositores super Mat. 24. & super Apoc. 13. & super Dani. 7. Item omnes doctores, scholastici in 4. senten. Quamuis autem vnus sit futurus homo, sub eo tamen erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet.

Illud tamen aliqui disputant, an vere sit homo futurus, vel forte dæmon sub hominis figura? Quod Hippoly. martyr loco citato putauit. Diabolus (inquit) secundum visionē tantū, & opinionē assumet,

& phantastica carnis substantia organi vice utetur. Hæc ille. Quem tamen errorem D. Hierony. tacito nomine autoris refellit, super illud Dani. Ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto. Hoc (inquit) propterea dictum est, ne putemus, iuxta quorundam opinionem, diabolus esse futurum, sed vnum de hominibus, in quo totus Satanus habiturus est corporaliter. Et Damasc. lib. 4. ca. 28. non diabolus (inquit) fiet homo instar humanationis, absit enim sed nascetur homo ex fornicatione, & suscipiet omnem operationem Satanæ, vt Paulus dixit. Hæc Damasc. Denique Paulus refutauit hunc errorem antequam nasceretur, dicens. Et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, quod confirmans subdit: Quem interficiet I. omnis Iesus, &c. Quamuis autem dæmon illum sit possessurus, quantum ad animam, & quantum ad corpus, utetur nihilominus libero arbitrio per lucida saltem interualla. Alioquin non peccaret, neque damnationi esset obnoxius, quia peccatum in tantum est peccatum, in quantum est voluntarium, secundum prouerbialē August. sententiam, quæ est communis omnium patrum, Paulus autem vocat illum filium peccati, & perditionis. Præterea etiam cum illo contra Deum surgent pseudo-christi, & pseudopropheta, & dabunt signa, & prodigia.

Existimant autem multi ex patribus Romanum sub Antichristo imperium finem habiturum, à decem illis cornibus, seu regibus destructum, de quibus mentio fit apud Daniel. & Apocalyp. Sic tenet Optatus libr. 2. contra Donatistas, Lactan. libr. 7. citato. cap. 25. Tertullia. libr. de Resurrectione carnis, & ita quidam illud intelligunt Thessal. Nisi uenerit discessio primum, videlicet à Romano Imperio. Sic Hierony. super eum locum in posteriori expositione, & Glossa, ordin. & D. Thom. Qui tamen obijcit contra hoc, iam diu recessisse populos à iugo Imperij Romani. Respondet autem non esse omnino dissolutum, sed illud Imperium de temporali in spirituale commutatum in potestatem Ecclesiæ Romanæ. Discedent ergo à Romana subiectione omnium fere multitudines reproborum. Porro quod quidam dicunt, Neronem ipsum redduuium ab inferis Anti-

christum esse futurum, refutat Hierony. super Daniel. 11. quamuis illud inter alios tenuerit Seuerus sulphitius in Dialogo, qui dicitur Gallus. Quam tamen sententiam temerariam, & præsumptuosam vocat Augustinus libr. 20. de ciuita. cap. 19. Quorsum enim ad hoc Nero per miraculum suscitandus esset, vel uiuus per tot annorum curricula ad hoc seruandus, quasi non posset alius illo deterior, illo & crudelior nasci? Accedit, quod vt traditio tenet antiqua ex Iudæis Antichristus in Babylone ex nefando concubitu nascetur, vt Irenæus, Cyrillus Hierosoly. & Hippolytus asserunt libris supra citatis. Dicunt etiam ex tribu Dan proditulum, iuxta illud. Dan coluber in uia, cerastes in semita, mordebit ungulas equi, &c. Ita tenent August. lib. quæst. super Iosue, quæst. 22. Prosper lib. de promissionibus Dei, Grego. lib. 31. Moral. ca. 10. Ambros. lib. de benedictionibus Patriarcharum, Ruffinus libro etiam de benedictionibus, Rupertus libro, 9. de Trinitate, cap. 2. Beda super Genes. 49. Eucherius libr. 3. in Genes. in cap. 38. & plures alij autores antiqui, & recentiores. Dicitur itaque Antichristus Dan, idest de tribu Dan, quod nomen iudicium interpretatur: vt coluber in uia propter pestiferum venenum errorum, & vt cerastes, idest, cornutus serpens in semita, propter robur atque potentiam, & mordebit ungulas equi, vt cadat ascensor eius retro, idest omnem faculi potentiam conterat per equum metaphorice significatam, & omnes retro subuertat. Quæ expositio quamuis nihil ali-quando mystica visa sit, cū Romæ Genesim explicarem, nunc tamen historica potius apparet. Tanta enim futura est Antichristi persecutio, vt mundum vniuersum quasi equū robustū, & principes eius quasi equites solo prosternat. Ita ut nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro.

Illud tamen scrupulum ingerit, quod prædicti patres locis supra citatis Antichristum de tribu Dan in Babylone asserunt nasciturum, cum Babylon subuersa fuerit, nec amplius sit reædificanda, de quo latius agemus in dictione Babylon: Vnde quidam, inter quos est Martinez lib. 3. Hypotypos. cap. 2. nomine Babylonis Romam intelligunt, quod nomen illi Petrus in sua prima Canonica,

Hierony. Dan. 7.

Antichristus erit homo, non demon.

Damasc.

2. Thes. 2.

August.

Matth. 24.

3

Dan. 7. Apoc. 11. Optatus, Lactan. Tertul. 2. Thes. 2.

Hierony. Glossa. D. Tho.

Romanū imperium sub Antichristo deficiet.

Hierony. Seuerus Sulpit. August.

Irenæus. Cyrillus Hippoly.

Gen. 49.

August. Prosper. Gregor. Ambros. Ruffinus. Rupertus. Beda. Eucherius.

Antichristus de tribu Dan in Babylone nascetur.

Matth. 24.

4 Questio.

Esa. 13.

Martineus Martineus.

Danic.9. Babylon. in alio loco reedificata.

Surius.

5

Dan.12. Antichristus tribus annis cum dimidio subijciet orbem.

Apoc.11.

Apoc.12.

Apoc.13.

Apoc.20.

Matth.24.

6

Questio.

cap.tribuit vltimo. Nihilominus tamen dici potest desolationem Babylonis vsque in finem in eo sensu ab Isaia prædici, in quo similiter de Hierusalem legimus. Vsq̄ ad consummationē, & finem perseuerabit desolatio. Quod in eo verum est, quod non in eodem loco rursus fuerit reedificata. Vnde Caluarie mons qui milliarij spatio distabat à ciuitate, intra ipsam modo continetur. Sic ergo & Babylon non in eodem loco, vt impleatur Prophetia, sed in alio vicino reedificata esse dicitur, ita vt sit caput hodie Mesopotamiæ, in qua vt Surius refert in commētarijs anno millesimo quingentesimo quarto, ferox ille Turcarum monarcha Solimanus tāquam rex illarum partium à Calipha coronatus est, & hodie viderunt nostri per Babylonem, cuius Turca dominus est, ad Persarum ditionem transitum esse, & è conuerso nisi bellis impediatur. In hac ergo Babylone Antichristus creditur nasciturus.

Adde, quod persecutionem Antichristi, & regnum eius crudelissimum tres annos duntaxat cum dimidio esse duraturum legimus, videlicet in tempus, & tempora, & dimidium temporis, vbi omnes patres exponunt tempus vnum esse annum, tempora duos, dimidiū temporis dimidium anni. Quod infra magis explicat, vbi ait, transibunt dies mille ducenti nonaginta. Similiter Ioannes. Calcabunt (inquit) gentes ciuitatem sanctam per menses quadraginta duos. Similiter mulier idest Ecclesia abscondet se à facie draconis per tēpus, & tempora, & dimidium temporis, & rursus. Datum est illi bellum gerere cum sanctis, & uincere eos per menses quadraginta duos, ergo hoc est illud modicum tempus, de quo dicitur. Oportet eum idest diabolum, solui modico tempore. Concluditur itaque totum regnum Antichristi breue futurum, quia vt dicitur apud Matth. Propter electos breuiabuntur dies illi, idest pauci erunt, in quo summa elucet misericordia Dei circa genus humanum.

Illud autem plures mouet, quomodo tam breui tempore, idest, trium annorum cum dimidio poterit Antichristus totum occupare mundum, & Barbaros, atque Indos Orientales, & Occidentales, ad quos duorum annorum spatium vix possumus nauigare: Ad quod respondere solet, nō difficile hoc Antichristo futurū, qui vtetur ad hoc

cooperatione dæmonum, scientia summa rerum naturalium, largitione munerum, doctrina plausibili, operatione prodigiorum, & tormentorum denique crudelitate singulari. Quæ, vt luculentius explicemus, quædā nobis quasi fundamēta præuia præmittenda sunt. Primum est diabolum eo tempore solū dū cū plena potestate, quā habet natura sua. Hoc Ioā. asserit in Apoc. Et cū cōsummati fuerit mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exhibit, & seducet gētes, quæ sunt super quatuor angulos terræ; ergo operatio eius perueniet vsq; ad vltimas nationes. Secundo sciendū, Angelos tā bonos, quam malos secundū vires naturæ suæ posse sibi ex elementis prohibito formare corpora, quibus appareāt hominibus, sicut constat ex nouo, & veteri testamento. Nā & Christo Dño in deserto ieiunati dæmō corporali specie se se obtulit, vt D. Greg. in homi. & B. Th. super Matth. notauerūt. Ibi Grego. ait: omnis illa tētatio exterius, non interius fuit. Tertio not. ex Aug. li. 3. de Trinit. c. 8. & D. Th. 1. p. q. 110. art. 3. corpora hæc materialia Angelis tā bonis, quam malis obedire ad nutum, quoad motum locale. Vnde de Magi Pharaonis potuerunt applicatio actiua passiuus, cooperatione dæmonum, serpētes veros generare. Sic & multa hominum millia possunt breuissimo tempore de loco ad locū dæmones transportare, sicut Angelus Abacuc de Iudæa in Babyloniam breuissime transtulit. Item diabolus dicitur assumpsisse filium Dei in sanctam ciuitatē. Potest itaque non solū homines, sed & montes transferre, congregare nubes, edere tonitrua, mittere ignem de cælo, & facere, vt statua, & animalia muta loqui videantur, sicut Diabolus per serpentē locutus est, & breuissimo tempore de omnibus terræ venis, vbiunque fuerit argentum, & aurum valebit extrahere, fabricare naues, & transportare quovelit citissime, muros subuertere, homines occidere, sicut nocte vna, omnia Ægypti primogenita sustulit. His ergo præiactis ad quæstionem expedita responsio est secundū Apostolum. Aduentum Antichristi futurum secundum operationem Satanæ in omnibus signis, & prodigijs mendacibus, id est, ad decipiendum compositis. Vnde vt Danielis Prophetæ verbis utar, Veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia,

Apoc. 20. Antichristus auxilio dæmonum uelocissime conficiet omnia.

Matth. 4. Grego. D. Tho.

Augu. D. Tho.

Dan. 14. Matth. 4.

Gen. 3.

Exod. 11.

2. Thes. 2.

Dan. 11.

& infra

Hierony.

7

Apo. 6.

Apoc. 13.

Hippolyt.

8

Dan. 11.

Et infra: Ascēdet & superabit in modico populo, & abundantes, & uberes urbes ingredietur, & faciet quæ non fecerunt patres eius, nec patres patrum eius, rapinas, & prædam, & diuitias eorum dissipauit, etc. Quem locum omnes Ecclesiastici scriptores vt Hieron. ait referūt ad Antichristum. Mittet ergo per fraudem legatos, vel dæmones sub humana forma, vel homines à dæmonibus transportatos ad omnes orbis partium remotissimas gentes, loquenturque legati omnium linguis, & innumerabiles exercitus partim hominum à dæmonibus seductorum, partim verò dæmonum sub formā militum, murosq; ciuitatum subruet, omnes munitiones subuertet, aurum quasi puluerem suis sequacibus largietur, foeminas pulchras, & honores, & insuper & per se, & per suos ministros prodigia faciet in gentia, quibus armis, & auxiliariis copijs non solum tribus annis, sed & tribus mēsis totum poterit mundū occupare.

Hoc autem Ioannes Apost. pulchre depinxit: Et cum aperuisset (inquit) sigillum quartum, ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequetur eum, & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ. Quis enim est equus iste pallidus secundum communem patrum expositionē, sicut explicauimus latius in dictione equus nisi hypocrite, & multido Pseudoprophetarū Antichristi, qui pallido colore desperationē cælestis patriæ præseferunt? Quis sessor huius equi cognomento mors, nisi diabolus assessor Antichristi, & ipse Antichristus etiā quem in seipsum Satanas per affectū, & cooperationē transformat: Infernus autē sequitur eum, quia omnes dæmonū phalanges ei ad nutū seruiēt. Cui imagines vbiq; terrarum erigent, quæ loquentur, & quasi oracula respondebūt, vt habes in Apoc. Et fecit, inquit, signa magna, ut etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominū, Et infra. Et datum est illi, ut daret spiritum imagini bestiæ, & ut loquatur imago bestiæ, & faciet ut quicumque non adorauerit imaginem bestiæ, occidatur. Hæc Ioannes. Legendus est autem Hippolytus martyr li. de cōsummatione mudi, qui multa ex his quæ diximus, fuse prosequit.

Quod autem de largitione munerum supra tetigimus Daniel apperte prædicit. Et multiplicabit gloriam, illis, dabit

potestatem multis, & terram gratuito diuidet. Vbi Hierony. Quos Antichristus, inquit, minis, & terroribus nō subijciet, eos subiugauit avaritia, largietur enim deceptis munera, & terram suam diuidet exercitui. Hæc Hieronym. De copia vero auri subdit in eodem cap. Daniel: Dominabitur thesauris auri, & argenti, & in omnibus pretiosis. De quo etiam ad literam intelligūt D. Thom. & Lyranus illud Iob. Sternetsi bi aurum quasi lutum, de quo vide in verbo aurum numero vltimo.

De Blasphemijs autē eius contra Christum, quas sequaces illius imitabuntur nō solum Daniel meminit dicens: Et sermo- nes contra excelsum loquetur, sed & Ioannes de bestia, quæ habebat capita septem, & cornua decem, ait: Et super capita septem, nomina blasphemia. Vbi patres capita septem totidem regna, in quæ totus orbis tunc diuidetur, & totidem reges: cornua vero decem Pseudo prophetas Antichristo fauētes exponunt. Nomina vero blasphemiarum super capita septem magnas, & expressas blasphemias contra Deū in omnibus mundi regnis esse iactandas, opera quippe dæmonum faciet, vt vel ipsa elementa voces edant, videlicet de cauernis terræ, de fluctibus maris, de regione aeris, & nubibus & de ipso ignis elemēto, quibus quasi Deus Antichristus acclametur, Christus vero blasphemetur, imo & statua lapideæ, & canes, & serpentes laudes diuinas Antichristo canent. Resistentibus autem Antichristo vt ex loco præsentis Apoca. citauimus, ignis de cælo mittetur, qui eos absumet, vel terra viuos deglutiet, aut aues rostro, leones ac feræ dentibus & vnguib; lacerabunt. Hoc est illud bellum de quo Daniel dicit: Et faciet bellum aduersus sanctos, & præualebit eis, & Ioann. Et datum est illi bellum facere cum sanctis, & uincere illos. Erunt enim tormenta eius vsque adeo noua, & prodigiosa dæmonum artificio. Vt in errore inducatur, si fieri possit, etiā electi.

Rogabit tamen aliquis, quomodo Paulus venturum dixit Antichristum in prodigijs mendacibus, si verum ignem de cælo demittet, & feras contra electos incitabit, vt ex Apocalyp. citauimus? Ad quod patres respondēt prodigia in duplici esse differentia, quædam vires naturæ creatæ superant, ipsorum etiam dæmonum, & Angelorum, qualia sunt mortuos susci-

Hierony.

D. Thomas, Tyrannus, Iob. 41.

9

Dan. 7: Apoc. 13.

Omnes creaturas faciet Antichristus blasphemare contra Christum.

Dan. 7: Apo. 13.

Matth. 24.

10

2. Thes. 2. Miracula Antichristi naturalia, & præstigiola.

tare, cæcos à natiuitate illuminare, & ijs si-
milia, quæ re vera non faciet Antichristus,
sed per quafdam præstigias facere se fin-
get, ita vt mortuos non vere mortuos, sed
fictos appareat suscitare, & alios vere mor-
tuos non vere suscitabit, sed per spiritus
immundos cadauera eorum eriget, & qua-
si loqui faciet, & ambulare. Item quod La-
ctant. Iosu. 10. Antichristum iuf-
surum Soli, vt à suo cursu sistat, sicut Io-
sue, fecit, non est intelligendum, quod ve-
re facere hoc possit, quia superat vires na-
turæ, ita vt neque ipse Angelus, qui cœlū
mouet, nisi iussu diuino cessare valeat, sed
faciet hoc per præstigias apparētes vt fal-
lat, & videatur quod non est. Alia vero fa-
ciet applicando actiua passiuus, de quo D.
Thom. lib. 3. contra gentes cap. 103. &
Aug. lib. 10. de Ciuitate ca. 8. Quæ etiam
si vere faciat, ad deceptionem tamen ho-
minum, ne Christo credant patrabit &
ideo vocantur prodigia mendacia, idest,
ad mendacium inducentia. Hoc modo vt
addit etiam Hippolytus: Mortuos suscita-
bit, trāseret montes, suis pedibusambu-
labit super mare, conuertet diem in tene-
bras, noctem in diem, solem circumaget
quocunq; voluerit, (quod etiam intelli-
gendum est modo prædicto) denique
omnia elementa sibi obtēperare demon-
strabit, astabunt illi innumerabiles dæ-
mones in specie splendida angelorū, parati
ad omnia eius iussa capessanda. Hæc Hip-
polytus. Quomodo ergo nō inducet in er-
rorem: aut quomodo nō erit tribulatio ma-
gna sub illo, qualis non fuit ab initio mun-
di neque fiet? Rogabit tamen aliquis, quo
modo Deus summe benignus, & miseri-
cors hæc ab Antichristo permittet? Ad
quod respōdet Paulus. Id permissurum
Deum in pœnā reprobōrū, Cuius aduentus,
(inquit) erit, &c. In seductione iniquitatis, in
his qui perierunt, eo quod charitatem veritatis non
receperunt, ut salui fiant, ideo immittet eis Deus
operationem erroris, ut credant mendacio, &c.
Sed nullus (quod magnæ consolationis
est) ex electis peribit, sed illi dūtaxat, qui
alioquin si Antichristus non veniret perij-
ssent. Nulla ergo fiet electis iniuria, pro-
pter quos etiam, Breuiabuntur dies illi. Im-
plebiturque illud, quod ait Apōsto. Fidelis
Deus, qui nō permittet nos tentari ultra id, quod
potestis. Et illud. Quia non relinquet Dñs uir-
gam peccatorū super sortē iustorū, ut non exten-

dant iusti ad iniquitatem manus suas. Declinātes
autem in obligationē, adducet Dominus cum ope-
rantibus iniquitatem.
Illud tamen queri potest, quæ sunt gētes
quæ doctrinā Antichristi propiores sequē-
tur? Ad quod patres respōdent. Iudei ma-
xime omnium assensum Antichristo dabūt.
Quod Dñs prædixit: Ego ueni in nomine pa-
tris mei, & nō accepistis me, si alius uenerit in no-
mine suo, illum accipietis. Iste alius est Anti-
christus, vt tenet Ire. lib. 5. Damasc. lib. 4.
de fide. c. 37. Chrysof. hom. 40. in Ioan-
nem, Hippolytus loco citato, & Hiero. su-
per illud Danie. Insuper exdux fœderis. Vbi
Hiero. ait: Antichristus simulabit se ducē
fœderis, idest, Mesiā promissum in lege
fœderis Iudæorū. Hæc ille. Quod si se si-
mulaturus est ducē fœderis, cōsequens est
illum facturū omnia, vel certe simulaturū
pro virib⁹, quæ Christus apud Prophetas,
quos acutissime scrutabitur, factururus esse
dicebatur. Porro inter alia prodigia, illud
plane intellige, quod de morte, & resurre-
ctione Dñi prænuntiatur primū tenere lo-
cū, maxime quia de hoc Christiani gloriā
tur. Propterea Antichristus finget se occi-
sum plaga mortifera, & tertia die quasi re-
diuuius apparebit. De quo legimus. Et ui-
di (inquit) unū de capitib⁹ suis quasi occisum in
morte, & plaga mortis eius curata est, & admi-
rata est omnis terra post bestia, & adorauerunt dra-
conē, qui dedit talem potestātē bestia. Ita iuxta
literā exponūt Beda, Rich. Pagninus, Cœ-
lius intellectū D. Tho. & Haymo. qui no-
tat nō dixisse Ioannē: Vidi vnū de capiti-
bus suis occisum, sed quasi occisum, idest, nō
vere, sed per illusionē, secūdem quā patrū
sentētiā bestia intelligitur Antichristus
cū toto suo corpore mystico, idest, cū om-
nibus sequacibus suis: septē vero capita, se-
ptem reges sunt, vel Pseudopropheta, ex
quibus omnium supremū caput erit perso-
na ipsius Antichristi, qui finget se occisum
tertia die resurgere: vnde in maxima erit
admiratione cunctis suis satellitibus, & se-
quacibus. Quod vero subditur: Et adoraue-
runt draconē, qui dedit talē potestātē bestia, qui
dam explicant adoratum à reprobis in ip-
so Antichristo draconē, idest, Diabolum,
ita Primasius, Ansbertus, Haymo, & An-
selmus. Sed si rē altius inspicias, duas ado-
rationes inuenies, alterā datā bestia, idest,
Antichristo, alterā draconi, qui dedit
talem potestatem bestia, quia vt inquit

Quæstio,

Ioann. 5.

Irenæus,
Damasc.
Chrysof.

Hierony.

Iudei sequen-
tur Antichri-
sti uexillū.

Apoc. 11.
Antichri-
stus finget se
mori & re-
surgere.

Beda,
Richard.
Pagninus.
D. Thom.
Haymo,

Primasius.
Ansbertus.
Haymo.
Anselmus.

Beda,

Beda.

D an. 14.

I 3
Quæstio.

Apoc. 14.

Babylon
Metropolis
Antichristi
mystica.

Apoc. 17.

Beda.

Apoc. 16.

Apoc. 17.

Beda, postquam adorauerint Antichristū
gentes, clamabunt, Benedictus Deus qui
talem huic dedit potestatem: sed quia illā
potestatem diabolus illi dabit ad seductio-
nem populorum, ideo diabolus adora-
bunt, non verum Deum. Quidam autem
ex recentioribus dicūt, Antichristum mo-
re Romanorū in singulis cohortibus suis
signum gestaturum non quidem aquilæ,
sed draconis, quod ab omnibus gentibus
faciet adorari. Nec mirum quia & Baby-
lonij draconem adorabant.

Sed maior disceptatio est, & difficilior,
in qua ciuitate caput regni sui constituet
Antichristus? Et vt separemus certa ab in-
certis, non dubium est, quin sit illa ciuitas
Metropolis regni eius, quæ dicitur Baby-
lon, de qua angelus conclamauit: Cecidit, ce-
cidit Babylon illa magna, quæ à uino iræ for-
nicationis suæ potauit omnes gentes. De hac er-
go quærimus, quæ ciuitas sit & qualis? Ad
quod communior patrum sentētia tenet,
esse mobilem ciuitatem nullis mœnibus,
muris ue conclusam, hoc est, esse congrega-
tionem flagitiosorum hominum ubi
que gentium, qui fuerunt ab initio, & erūt
vsque ad finem, quorum caput est Anti-
christus, qui cum illis peribit. Sed huic sen-
tentia multa opponūt. Primū, nō posse
quadrare plura scripturæ loca, nisi de ali-
qua particulari ciuitate sit sermo, cum di-
catur de illa: Cum qua fornicati sunt omnes re-
ges terræ, & inebriati sunt, qui habitant terram
de uino prostitutionis eius. Ergo est aliqua ci-
uitas, vel particularis congregatio, quæ
hos omnes reges inebriauit. Ad quod ta-
men Beda respondet, ipsas gentes omnes
ad inuicem se inebriasse mutuis fornicatio-
nibus, & delictis. Sed id conuenire non po-
test cum eo, quod dicitur: Ideo enim una die
uenient plaga eius, mors, & luctus, & fames, &
igne comburetur. Hæc Ioannes. Vna ergo
die finietur ista ciuitas cum suis, & tamen
sequitur in textu: Et flebūt, & plangent super
illam omnes reges terræ, qui cum illa fornicati
sunt. Ergo alij sunt reges, qui cum Babylo-
ne fornicati sunt, qui & flebunt eam iam
extinctam, cum ipsi adhuc superstites
erunt: cum quæ illi sint mali, & fornicarij,
quia alioquin non flierent illam, non om-
nis multitudo malorum est Babylon. Itē
sic dicit angelus: Decem cornua, quæ uidisti in
bestia, hi odiēt fornicariam, & desolatam faciēt
illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, &

ipsam igni concremabunt. Ecce quomodo est
ciuitas aliqua particularis, sed magna, &
caput orbis, quia sequitur: Mulier quam ui-
disti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super
reges terræ. Hæc est ergo prima conditio
ciuitatis huius, quæ Babylon vocatur à
Ioanne. Secūda, vt sit mater fornicationū,
& idolatriæ gentium. Quod in eodē capi-
te dicitur: Mysterium, Babylon magna mater
fornicationum, & abominationū terræ. Tertia
conditio, vt sit ebria sanguine propheta-
rum, atque sanctorum, quia sequitur in eo-
dem textu: Vidi mulierem ebriam de sanguine
sanctorū, & de sanguine martyrum Iesu. Quarta
conditio vt sit mystice Babylon, hoc est
non ad literam ipsa Babylon, quæ fuit
olim à Nemrod inchoata, sed sit ciuitas
quædam plena confusione linguarum,
& cōtinens gētes diuersas, quia dicit Ioan-
nes: Mysterium, Babylon magna. Ex his qua-
tuor conditionibus, quæ ex textu Ioan-
nis plane colliguntur, aperte deprehendi-
mus solam illam ciuitatem, cui quatuor
prædictæ conditiones conueniant, Baby-
lonem hoc loco ab Apōsto Ioanne vo-
cari. Cum autem omnes istæ conditiones
in vrbe Roma, quandiu Idolatriæ dedita
fuit, manifeste concurrant, recte (vt inge-
nue fatear) aliqui tam ex recentioribus,
quam ex antiquis patribus asseruerunt,
Romam mysticè Babylonem fuisse. Ita-
tenuit Tertull. lib. contra Iudæos, & lib.
3. contra Marcio. Item Hierony. Episto-
la. 17. ad Marcellam, & Epist. ad Alga-
siam in responsione quæstionis. 11. & qui-
dam alij patres. Qui tamen omnes, vt ipsi
se explicant, de Roma, quādo adhuc ado-
rabat idola, intelligendi sunt. Vnde meri-
to Petrus in calce Epistolæ suæ. 1. Romā
idolatram sub Nerone Babylonem appel-
lauit, dicens: Salutatio uos Ecclesia, quæ est in
Babylone collecta. Quod de Roma dixisse
tenet Hierony. lib. de Ecclesiasticis scri-
ptoribus in vita Marci, Euseb. lib. 2. Hist.
Ecclesiast. cap. 5. Nizepho. lib. 2. Histo-
cap. 15. Beda super Epistolam Petri, &
ibidem Oecumenius, & alij.

Tertull.
Hierony.

1. Petri. 5.

Hierony.
Euseb.
Nizepho.
Beda.
Oecumen.

14

Cæterum postquam Constantino ma-
gno ad fidem conuerso cessauit in vrbe
cultus idolorum, & maxime quando Ro-
ma imperium orbis temporale perdidit,
super reges ethnicos & gentiles, desijt que
esse magistra errorum, & potius vt dicit
Leo Papa in sermo. de assumptione sua

Leo papa.

ad pontificatum, quæ fuerat magistra errorum, facta est discipula veritatis, desijt que martyrum cruorem fundere, iam illi conditiones quatuor conuenire non possunt, quiquid garriant hæretici nouatores, quia neque regnum habet super reges terræ, quod vt constat Ioannes dixit de iurisdictione temporali non de spiritali, quam nullam tunc habebat. Neque secundo mater est fornicationum & errorum, sed doctrinæ potius catholicæ: tertio neque est ebria sanguine martyrum iam de inde amplius, nec confusionem continet bestialium gentium sine ordine viuentium, ergo consequens est, Babylonem illam magnam de qua loquitur Ioannes non esse modo Romam. Restat autem quære vbi modo sit ista Babylon? Et quod sit futura Hierusalem terrena?

Hierusalem est dicta Babylon & metropolis Antichristi futura.

15 Hierony.

Malach. 2.

2. Tes 2.

Dan. 9.

lem erit ciuitas magna Antichristi, & caput orbis, ebria sanguine sanctorum, quia non solum conuenit ei, quod Dominus dixit: Hierusalem quæ occidis Prophetas, &c. sed quia ibidem occidunt Henoch, & Elias, qui sunt duo Prophetæ, de quibus agit Ioannes in hoc cap. Præterea quarta conditio conueniet ei, quia in ea erit mystica Babylon, omnium nationum. Dicit enim Ioannes in textu: Et habitantes terræ gaudebunt, &c. Et paulo ante: Corpora eorum id est, prophetarum prædictorum: uidebunt de populis, & tribubus, & linguis, & gentibus. Vbi Tyconius reputans hoc impossibile homil. 8. super Apocal. vt corpora duorum hominum iacentia in plateis Hierusalem viderentur ab omnibus populis, & linguis, qui & gauderent de eorum interitu, videlicet omnes habitates super terrâ spatio trium dierum cum dimidio, dixit non posse ad literam intelligi, sed mystice, in quo deceptus est, quia sicut in die Pentecostes: Erant Hierosolymis uiri religiosi ex omni natione, quæ sub cælo est, ita & multo amplius erunt tunc Hierosolymis in curia Antichristi, tanquã in capite orbis, & de omni natione, quæ sub cælo est, uidebunt cadauera Prophetarum & gaudebunt, & munera mittent ad inuicem. Vnde & Aretas Episcopus super Apoc. 11. Corpora (inquit) eorum, id est, Eliæ, & Henoch insepulta iacebunt in plateis Hierusalẽ, in ea enim regnabit tanquam rex Iudæorum Antichristus. Et Lactantius lib. 7. cap. 15. tempore dicit Antichristi summum regnum in Asia futurum, & Occidentem seruiturum, Orientem vero dominaturum, & cap. 17. dicit hoc regnum in Syria futurum, cuius pars est Iudæa, quæ frequenter à Latinis Syria vocatur. Hierony. quoque super Daniel. 11. dicit Antichristum, vt ex Daniele colligitur, in regione Hierosolymorum tentoria fixurum, & tandem in monte oliueti occidendum, ergo regnabit Hierosolymis. Idem tenet Theodoretus super Daniel. 11. & Irenæus lib. 5. cap. 25. expresse dicit, Antichristum regnaturum in Hierusalem, & cap. 30. addit in templo Hierosolymis sessurum, quando ueniet dominus, sub intellige, vt illi occidat. Hippolytus quoque martyr. lib. de Consummatione mundi templum (inquit) construet Hierosolymis. Idem tenet Cyrillus Catechesi. 15. & Hilarius can. 25. in

Matth. 23.

Tyconius.

A&.

Aretas.

Lactan.

Hierony.

Theodoret. Irenæus.

Hippoly.

Cyroll. Hilarius.

Matth.

Matth. Antichristus (inquit) susceptus à Iudæis in loco sanctificationis subsistet. Et Ambro. super Luc. 21. in illo templo sessurum, ait, in quo & Romam per opprobrium olim porci caput proiecerunt, quod intellige in templo ædificando ab Antichristo super fundamenta alterius à Tito Vespassiani destructi. Sedulius etiam super. 2. Thesl. 2. Templum (inquit) Hierosolymis reficere tentabit. Et Damasc. lib. 4. de fide cap. 28. idem dicit, & Seuerus sulph. Chrysof. Theophyl. Theodoret. 2. Thesl. 2. Robertus Bellarmin. Dan. 12. 2. Thesl. 2. Apoc. 20. Antichristus uiuus in infernum descendet.

Ambro.

Sedulius.

Damasc. Seuerus sulph. Chrysof. Theophyl. Theodoret. 2. Thesl. 2.

Robertus Bellarmin.

Dan. 12.

2. Thesl. 2. Apoc. 20. Antichristus uiuus in infernum descendet.

CAPVT. CIII.

Antiochus:



ANTIOCHVS nomen generale fuit regum Syriæ, & Asiæ, quamuis speciali uocabulo sint ita nonnulli ex illis appellati. Inter quos magis ille uulgatus est in libris Machabeorum, qui dictus est Antiochus Epiphanes, siue illustris, atque post Seleucum Nicanorem Alexandri magni

in Syria, & Asia successorem, qui inquam primus diadema sumpsit, & duodecim imperauit annis, octauo iste loco rex Syriæ numeratur, vt uidere est in Chronico Eusebij, qui regnauit annis undecim. Fuit autem filius Antiochi magni, & frater minor Seleuci Philopatros, non filius ut mēdose legitur apud Hierony. super Daniel. filio quippe fratris sui Seleuci per uolentiam abstulit regnum reuersus Roma, ubi fuerat obses, atque homo priuatus, ut legimus, in lib. Mach. Deinde cum coepisset regnare anno regni Græcorum ceterisimo trigelimo septimo, multa bella gessit, uide licet ad orientem contra Artaxam regem Armeniæ, quem superauit. Item in Perside omnes, qui res nouas moliebantur, bello repressit. ad meridiem quoque regem Ægypti profligauit, cepisset que Metropolitim Alexandriam, nisi prohibitus esset ab eius obsidione iussu Romanorum. Vnde furibundus, totum uenenum quod ibi conceperat, contra Iudæos euomuit, direpta que urbe Hierusalem, & omnibus ornamentis eius ablatis, legis Moysæ obseruationem sub capitali pœna Iudæis interdixit, & in templo Dei prophanato, Iouis statuam collocauit. Sic que ad gentilicos ritus Iudæos compulit, septem que pueros Machabæos crudelissimis affectis supplicij. Propterea sub templo cornu parui magnæ bestię præualuisse dicitur contra fortitudinem cæli. vt exponunt Porphyrius, & Catholici nonnulli, quamuis Hierony. sub figura Antiochi quasi prædecessoris Antichristi totum illud referat ad Antichristum. De quo paulo latius dicimus, quia neque prophetia Danielis, neque libri Machab. sine huius historiæ cognitione intelligi possunt.

Euseb.

Hierony.

Machab. 1.

Dan. 7.

Porphyr. Hierony.

2 Iosephus.

1. Mach. 4.

Ican. 7.

Epiphaniem

Euseb. Sulpit. Hierony.
 1. Mach. 1. & 6.
 1. Mach. 6. 2. Mach. 9.
 Hebr. 12.
 Matth. 11.
 3. Questio. 2. Machab. 1.
 Lyran. Carthusia.
 Strabo. Iustinus.

Epiphanem vndecim annis regnasse secū dum Eusebium in Chronico, & Sulpicium lib. 2. sacræ historiæ, & Hierony. super Danie. 1. intelligendum est de integris annis, qui intercipiuntur inter alios duos non integros, sed inceptos, primum videlicet, & vltimum. Quod necessario nota mus ad saluandam historiæ sacræ verita tam, quia Antiochus regnare cœpisse nar ratur ab anno centesimo trigesimo regni Græcorū, & obiisse anno centesimo qua dragesimo nono. Vnde fit, annos duode cim, vt dictum est num. 1. Denique vltio ne contra illum vrgente diuina, propter mala contra legem Moyfi, & templum Dei perpetrata, mœstitia magna confe ctus, collisis etiam ex lapsu de letica gesta toria in terra membris, vlceribus que foe tidissimis, & vermibus scatens miserri me tandem obiit, vt habetur in lib. Ma chab. Vbi dicit scriptura: *Orabat hic seclitus Dominū à quo non esset misericordiam conse quuturus. Quod sano modo intelligi debet, eo quod ficta esset eius pœnitudo, sicut & pœnitentia quondam Esau, de qua dicitur: Non inuenit pœnitentiæ locum, etiam si cum lachrymis inquisisset eam.* Nam vere pœnitētes recipit Deus, qui in Euāgelio clamat: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos.*

Cæterum magna quæstio est inter au tores de quodam loco. 2. Machab. 1. vbi sic legimus: *ipse, subaudi Deus, ebullire fe cit de Perside eos, qui pugnaverunt contra ciui tatem. Nam cum in Perside esset dux ipse, & cū eo immensus exercitus cecidit in tēplo Naneæ, consilio deceptus sacerdotum Naneæ. Et infra: Cum autem intrassent immittentes lapides per cusserunt ducem, &c.* Hinc ergo difficultas oritur, quomodo Antiochus dicatur hoc loco cecidisse percussus in tēplo Naneæ, & tamen. 1. Mach. 6. & 2. Mach. 9. refe ratur, in montibus ex collisione membro rum, & vlceribus clausisse vitam. De quo sunt tres diuersæ sententiæ. Prima est Ly rani, & Carthusiani super. 2. Machab. 1. hic non agi de morte Antiochi Epipha nes, sed de morte patris eius dicti Antio chi magni, qui voluit compilare templū Beli, vt scribit Strabo lib. 16. vel vt Iusti nus ait lib. 3. 2. deprædari voluit templum Iouis Dedonei, sed recognita, conclaman te populo ad arma, interemptus est. Quā

Canus,
 Iosephus,
 Michael Medina,
 Iosephus,
 Rupertus,
 Iosephus,
 Iustinus,
 Bened. Pererius,
 Danieli Hierony.
 Exod. 14.
 Matth. 2.

sententiam sequitur Canus lib. 2. de locis Theologicis. cap. 11. in solutione quintæ obiectionis. Sed obstat, quod textus loqui tur de Antiocho, qui contra sanctā pug nauerat ciuitatem, atqui teste Iosepho libro. 12. Antiquitatum cap. 3. magnus Antiochus singulari semper beneuolen tia fuit apud Iudæos, neque contra illos vnquam telum iecit. Quare sententia se cunda est Michaelis de Medina lib. 6. de recta in Deum fide. cap. 13. vbi ait, hunc fuisse Antiochum piū, de quo meminit Iosephus lib. 13. Antiq. cap. 15. qui fuit fi lius Demetrii, qui Seleuci Philopatoris filius erat, & ab Antiocho Epiphane reg no priuatus. Nam prædictus Antiochus obsedit aliquando Hierusalem, propter quod etiam Rupertus ante Medinam te nuit hanc sententiam lib. 10. de victoria verbi Dei cap. 6. Sed quid dicemus, cum iste Antiochus nunquam reperiatur tali morte obiisse, imo teste Iosepho li. & cap. citato cū Parthis dimicans prælio occisus est, quod etiā refert Iustinus lib. 38. & Iu dæis ante mortem reconciliatus, pius erga templum dictus est. Est ergo tertia senten tia Benedicti Pererij, & recentiorum sa tis probabilis, hunc fuisse ipsum Antio chum Epiphanes, & tamen non repugna re loca supra citata. Quia. 2. Mach. 1. so lum dicitur cecidisse, & percussus esse, quæ phrasēs vulneratum quidem illum, & à sacerdotibus victum in templo Na neæ, non autem interemptum signifi cāt. Quia de eodem Antiocho Epiphane legimus: *Veniet super eum Trieres, & Ro mani, & percutietur: quod Hierony. expli cat de bello Ægypti, quando iussu populi Romani inde recessit. Percussus inquit Hierony. dicitur à Romanis Antiochus, non quod tunc interierit, sed quod omnē arrogantia perdidit magnitudinem. Hæc Hierony. Ergo percussus, non est idem, quod occisus. Vbi & illud notandū est, Antiochum Epiphanem inter prospe ra nonnūquam fuisse percussum vt resipif ceret, quia tamen renuit, miserri me tandē interijt. Sic Pharaō sæpius flagellatus, quia noluit pœnitentiam agere, submer sus est in mari rubro. Et Herodes, qui (infi diatus est domino lactenti, & innocen tes occidit, Romæ prius accusatus, & à fi lijs insidias passus, quia resipiscere noluit, inter dolores immensos animā exhalauit.*

4
 Euseb.
 Apianus. Hierony. Dan. 11.
 Iustinus. Apianus. Hierony.
 5
 Antiochus.
 Iosephus.
 Dan. 11. Hierony.
 Hierony.

Porrò ne quis sacras literas versans am biguus sit, & quasi in salebris hæreat pas sim, in nomine Antiochi, semel notādū est. Ante Antiochum Epiphanes, de quo hæ tenus egimus, quatuor alios Antiochos in Syria & Asiæ regno fuisse nominatos. Enim vero post primum regē Asiæ Seleu cum Nicanorem secundus rex vocatus est Antiochus Soter, qui secundum Euse bium in Chronico regnavit annis decem & nouem, deinde tertius rex Asiæ dictus est Antiochus Theos, sic autē à Mileijs cognominatus est, quod Limarchum eo rum tyrannum victum expulerit, vt refert Apianus in Syriaco. De hoc exponit Hie rony. illud Dan. *Filia regis Austri ueniet ad regem Aquilonis facere amicitiam.* Id est Bernice filia regis Ægypti Philadelphī, qui ad Austrum regnabat, ueniet ad regem Syria, quæ respicit Aquilonem, hoc est Antiochum Theos, & copulabitur ei in matrimonio. Sed addit Daniel: *Non obtine bit fortunam Brachij,* propterea quod vxor prior Antiochi Theos, veneno mari tum occidit cum sua noua nupta Bernice, vt referunt Iustinus lib. 27. & Apianus lo co citato, & Hierony. super hunc locum.

Iam vero deinde sextus rex Syriae vo catus est Antiochus magnus, qui secundū Eusebium regnavit annis triginta sex, hūc diximus supra num. 3. beneuolum fuisse Iudæis, eius historiam narrat Iosephus lib. 12. Antiquit. cap. 3. cuius necessaria cognitio est ad 11. Danielis caput intelli gēdū. De hoc enim exponit Hiero. illud Dan. capite citato: *Veniet rex Aquilonis, id est, iste magnus Antiochus rex Syriae ad Aquilonem vergentis: Et comportabit agge rem, & capiet urbes munitissimas, subaudi Ægypti: Et brachia Austri, id est Ægypti: Non sustinebunt, quia videlicet Antiochus vicit Scopā, & alios duces regis Ægypti, qui Syriam ei occupauerant. Deinde An tiochus magnus sub reconciliationis præ textu dedit filiam cleopatram vxorem re gi Ægypti Philadelpho, vt occasionem acciperet vniuersam Ægyptum occupan di, de quo subdit Daniel: *Et ponet faciem suam ut ueniat ad tenendum uniuersum regnum eius, & recta faciet cū eo, & filiam seminarum dabit ei, id est filiam suam Cleopatram foe minarum pulcherrimam, vt exponit Hie rony. vel adolescentulam, quæ adhuc sub cura foeminarum educabatur secundum**

phrasim hebraicam, de qua dicimus in di ctione Asina. Deinde cum plures cepisset ciuitates Ægypti, & insulas maris perijt sicut Dan. prædixit: *Et conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas, Et infra: Conuer tet faciem suam ad imperium terræ, & impin get, & corruet, & non inuenietur, vbi clare præuidit Daniel, quod historiæ iam fa ctum de Antiocho isto referunt. Rebella uit enim cōtra Romanum imperiū, quod Daniel vocat imperium terræ, quia vni uersale fuit, vnde missus est contra eum Lucius Scipio frater Scipionis Africani decreto senatus, qui vicit eum, & cum ingē tia illi tributa imposuisset, intra montem Taurum limites regni eius conclusit, de qua victoria Romæ triumphans Scipio Asiaticus vocatus est, vt refert Plutarchus in vita Scipionis, & Theodor. super Dan. 11. & Titus Luius lib. 38. Quod vero præ dixerat Daniel: *Et non inuenietur,* signifi cat, quod hoc loco refert Hierony. & Stra bo lib. 6. nimirum quod cum à Romanis esset victus, contra Elimæos deinde pug nans occisus sit ignobiliter, vel vt inquit Iustin. lib. 32. volens expoliare tēplū Io uis Dodonei concursu ad arma populi ne catus est. Enim vero qui auri seruit cupidi tati, iugum excutit iustitiæ, & quia Deum iustitiæ parentem aduersarium habet, mi sere perit, propterea dominus ait: *Non po testis Deo seruire, & Mammonæ.* Sic Iudas nō potuit Christo seruire magistro, & auari tiæ. Vnde magnum consilium est, si quis il lud capere possit, omnibus renuntiare diuitiis, quod illi præsterant, qui dice bant filio Dei: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.**

CAPVT CV.

Antiochia.



ANTIOCHIA est ci uitas Syriae, quæ ab Antio cho rege, qui eam summē il lustrauit, nomē accepit. De hac in libris Machabæorū frequens mentio fit. Vocabatur autem o lim Hemath magna, vt testatur Hierony. super Amos. *Transite in Hemath magnam.* Hæc (inquit) modo Antiochia nomina tur, magnam vero vocat a distinctiōnem minoris Hemath, quæ appellatur Epipha

Plutarchus. Theodoret. Titus Liu. Hierony. Strabo.

Iustinus.

Matth. 6.

Matth. 19.

Hierony. Amos. 6.

Iosephus. nia, hæc Hierony. Dicitur etiam magna, quia tertia ciuitas fuit toto terram orbe celeberrima, de qua Iosephus libr. 3. de bello Iudaico cap. 1. Paulo ante finem. Vespasianus (inquit) Antiochiam exercitum duxit, quæ Syriæ metropolis est, magnitudine simul, & fœlicitate tertium inter omnes, quæ in Romano sunt orbe locum obtinens, &c. Intelligit autem fortasse post Romam, & Hierusalem tertium habuisse locum, vnde merito Paulus, & Barnabas, anno integro prædicantes ibidem, tantam Christo segetem collegerunt, vt vocarentur primi Antiocheni discipuli Christiani, & B. Petrus Antiochiæ priusquam Romæ sedem Pontificatus sui collocavit, vnde Romam pergens, in illa, quæ totius orbis caput erat; sedem Apostolicam fixit, vt Hierony. ait lib. de scriptoribus Ecclesiasticis cap. 1. Quod expressa Domini reuelatione fecisse testatur Marcellus Papa, & martyr in sua Epistola decretali ad Antiochenos his verbis. Petri sedes caput est totius Ecclesiæ, sed & primitus apud vos fuit, postea iubente Domino Romam translata est. Item Innocentius Papa. I. Episcop. 14. dicit Petrum Apostolum prius Antiochiæ sedem Apostolicam collocasse, deinde vero Romæ. Idem repetit Epist. 60. Vnde festum Cathedralis Petri Antiochenæ mense Februario, & Cathedra eiusdem Romana mense deinde Ianuario in Ecclesia Catholica merito celebratur, quia tunc cœpit domini verbum impleri: Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

CAPVT. CVI.

Antiquus, Antiquitas, Vetus Veterascere.



ANTIQUVS dicitur hebraice Iafas, vnde Iafes decrepitus. 2. Paral. 36. & Iob. 15.

I Cicero. Antiquum dicitur, vt placet varroni, ab ante, & æuum, quasi quod anterioris æui. Sumitur etiam pro bono, vnde Cicero ad Atticum libr. 1. Nihil mihi antiquius nostra amicitia, idest nihil melius. Sic etiam in scriptura sancta plerunque laudantur antiqua, tanquam meliora, & Synceriora. Interdum vero tan-

que corrupta vituperantur, Porro ætas, quæ dicitur aurea, hoc est antiquissima, purior fuit. Hinc dies antiqui commendantur: Interroga de diebus antiquis & Patres nostri, amittiauerunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis, idest in diebus Moyfi, & Iosue, vt exponit Lyranus ite Calsio. & Aug. sic rursus Prophetæ Canit: Cogitavi dies antiquos, idest ab initio mundi, quando in statu innocentie creauit hominem Deus, vt explicat Hiero: Sic & Psalm. 142. Isaias. 51. Malach. 3. & alibi passim. Propterea non solum ad antiquos iustos in memoriam reducendos excitat nos filius Dei, sed & ad peccatores olim poenitentes æmulandos Phariseos prouocabat dicens: Viri Niniuite surgent cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt in predicatione: Ionæ.

Antiquorum sapientia in literis sacris commendatur. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, quod ad longioris experientiam antiquorum refert. B. Greg. illa (inquit) dicta in sapientie radice solidata sunt, quæ per viuendi vsum etiam actuum experimento conualescunt. Hæc ille. Sic in Ecclesia: Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, vbi Glossa interlinealis Patricarcharum (inquit) & Prophetarum, propterea subdit: Et in Prophetis uocabit, quia nimirum sapientia philosophorum, qui aliter vixerunt, & aliter docuerunt, sicut sine radice pullulauit, sic statim emarcuit: Qui autem fecerit & docuerit, sicut Esaias, Hieremias, & alij Prophetæ: Magnus uocabitur in regno cœlorum.

Antiquæ semitæ in bonum accipiuntur: Hæc dicit Dominus, stete super uias, uidete, & rogate, de semitis antiquis, super quem locum Hierony. standum est (inquit) in prophetis, & diligenter contemplandum, & interrogandum de semitis antiquis, siue semipiternis, quæ multorum sanctorum sunt tritæ vestigijs. In eundem sensum consiliarij antiqui laudantur: Et ponam principes tuos sicut prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. Vbi Hierony. restituit (inquit) Iudicum similitudinem, vel post captiuitatem Babylonicam, vt Iudæi volunt, Zorobabel Esdras, Nehemias, & cæteros Principes, vel certe rectius, & verius Apostolos, & qui per Apostolos crediderunt, Ecclesiarumque Principes constituti sunt, Hæc Hierony. De his principibus:

Deut. 4: Psal. 43: Lyra. Calsiodor. Aug. Psal. 36.

Hierony.

Matth. 11.

2

Iob. 12: Grego.

Eccles. 39: Interlin.

Matth. 5.

3

Eccles. 6.

Hierony.

Esa. 1.

Luc. 6. Etelegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit.

4 Eccle. 9. Antiqua amicitia anteponenda dicitur: Ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi, uinum nouum amicus nouus, ueterascet, & cum suauitate bibes illud. Lyranus rationem huius sententiæ reddit, quia uetus amicus probatus est fidelis, nouus autem, nec dum probatus dubium habet exitum, quis autem uel antiquior amicus, uel magis probatus quam Deus, qui tibi dicit: Charitate perpetua dilexite? nulli ergo alteri postponendus est, sed omnibus anteponendus, iuxta illud: Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo.

5 Antiquum ebur pretiosius est, per metaphoram autem igneam denotat zelum prophetarum, & patriarcharum sic Hier. Nazaræi eius niue candidiores, niti diiores lacte, rubicundiores ebore antiquo. Vbi Hieronymus ait. Vbi ruboris nomen imprimitur, sancti desiderij flamma designatur, ebore utique antiquo rubicundiores sunt, qui sæpe ante humanos oculos nonnullis præcedentibus patribus studij feruentioris existunt. Hæc Hieronymus. Porro D. Thomas in commentarijs dicit, locutionem esse hyperbolicam, qua Iudæorum pulchritudo sine mendacio exaggeratur, qui sensus uidetur magis historicus, superior uero spiritualis.

6 Antiqui termini transfiliendi non sunt: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Lyranus explicat de terminis, quibus limites possessionum inter uicinos diuiduntur, sicut præceptum erat in lege: Non assumes, neque transferes terminos proximi tui, quos posuerunt priores in possessione tua. Sed mysticus sensus appositissimus horum uerborum est, quem hic assignat Beda, non transgrediaris terminos fidei, quos catholici ab initio statuere doctores. In quo sensu passim à Concilijs hæc usurpatur sententia, sed maxime cauendum, ne sub prætextu ueritatis, & religionis id fiat. Vnde Dominus ait: Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, &c. Item in expositione scripturæ sacræ non est prætermittenda communis sententia sanctorum Patrum, qui eam tra-

Prou. 22. Lyre.

Deut. 29.

Deut. 29.

Beda:

Matth. 7.

Matth. 7.

Matth. 7.

Matth. 7.

Matth. 7.

Matth. 7.

ditione antiqua tenent. Antiquæ misericordiæ Dei uocantur promissiones de aduentu Christi sicut Propheta: Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine sicut iurasti Dauid in ueritate tua: Vbi Lyranus, & Iansenius dicunt esse promissiones prius Abraham factæ: In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Deinde factæ Dauidi. Propterea de his duobus quibus istæ promissiones expressæ factæ leguntur fit mentio in genealogia Saluatoris, ubi dicitur: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.

8 Antiquitas datur in scripturis per excellentiam Deo, & sapientiæ Dei. Sic Daniel: Et Antiquus dicitur sedes: ubi Hieronymus. Sedens (inquit) & uetus dierum dicitur Deus, ut æterni iudicis habitus demonstraretur. Hæc ille. Quod si iudex æternus est, ut uere est, non dubium quin dare possit pro meritis uel poenam uel præmium æternum, sicut legimus: Et ibum hi in supplicium æternum, nisi autem in uitam æternam.

9 Sapientia similiter Dei dicit: Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis ante quam terra fieret. Vbi Chaldaus uertit, ante mundum composita sum. De quodua sunt patrum expositiones. Prior est Lyranus de generatione uerbi Dei æterna hunc locum explicantis, quod uero ab æterno ordinata dicitur sapientia, ad originis ordinem refert, quia licet pater non sit prior tempore, neque natura filio sibi cœterno qui sapientia eius est, nihilominus prior est origine, quia filius est à patre, & non è conuerso. Quod uero Septuag. uertunt: Dominus creauit me, Hieronymus respondet tomot tertio Epistola ad Cyprianum. Verbum hoc lococreationis neminem mouere debet, cum in hebræo non sit creatio, sed possessio, uidelicet: Dominus possedit me in initio uiarum suarum. Quia in hebræo non est

Bara creauit, sed Canani, possedit, possessio autem significat, quod filius sit semper in patre, & pater in filio, iuxta illud: Ammon creditis quia ego in patre & pater in me est? Sed posterior expositio est communior sanctorum patrum contra Arrianos. Non hic qui

dem

dem

dem

dem

dem

dem

dem

dem

dem

dem

dem

7 Gal. 83. Iyan. Ianseni.

Gen. 27.

Matth. 1.

Dan. 7.

Hierony.

Matth. 25.

Prou. 8. Chaldaus.

Lyra.

Hierony.

Ioan. 14.

dem de sapientia Dei secundum dei tatem, sed potius secundum humanitatem esse sermonem, quia sapientia (idest) Christus secundum naturam humanam præordinatus est ab æterno in diuina prædestinatione & ex antiquis, pro vt antiqua significant operationes diuinas ab æterno, tam dilectionis quam electionis, & prædestinationis. Sic de Christo dicitur: Qui prædestinatus est filius Dei, &c. idest, præordinatus ad vnionem hypostaticam verbi Dei, quæ vno facta est in tempore quando Maria dixit: Ecce ancilla Domini. Hæc explicatio est Augustini, libro primo de Trinitate, cap. duodecimo, & Basilij lib. 4. aduersus Eunomium, & Episto. 141. ad Cæsarianos, & Chrysof. sermone de Trinitate, tom. 3. & Cyrilli in libris Thefaurorum.

10 Antiqui reges in scriptura laudantur interdum, eo quod primi olim reges Philosophiæ, & Astrologiæ naturalis peritissimi fuerint, & maxime apud Persas, & Ægyptios. Sic de rege Ægypti legimus: *Filius sapientium ego, filius regum antiquorum.* Vbi Hierony. ait. Sic appellantur reges Philosophorum. Hæcille. Vnde Magi qui ab oriente venerunt adorare Dominum in astrologia peritissimi, reges quidem fuisse perhibentur, vt tenet Cypria. sermone de stella, & Magis. Hierony. super Psalm. 71. Isidorus in præfatione Missæ Mozarabæ, de quo in verbo Magilatus.

11 Antiqui mores aliquando in malum accipiuntur pro idolatriæ consuetudine. Dijs quoque suis inferuebant iuxta consuetudinem gentium, & usque in præsentem diem morem sequuntur antiquorum. De quo etiam intelligitur illud Psalm. *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, vt Lyranus exponit.* Sic & sapiens idola vocat: *Lapidem inutilem opus manus antiquæ.* Sic intelligitur illud Esaiæ: *Vetus error abiit, vt explicat Hieronymus, idest, error idolatriæ, de quo Paulus: Vetera transferunt.*

12 Antiquus quoque serpens Diabolus appellatur: *Apprehendit (Subaudi Angelus) Draconem serpentem antiquum, idest, illum qui in paradiso seduxit*

Rom. 1.
Luc. 1, Aug.
Basilij. Chrysof. Cyrillus.
Esai. 19. Hierony. Matth. 2.
Cyprian. Hierony. Isidorus.
4. Reg. 17.
Psalm. 78. Lyra. Sap. 13.
Isai. 26.
2. Cor. 5.
Apoc. 20.
Gen. 3.

Euam. Hunc ergo foras eijcere nemo potuit, vsque dum venit magni consilij Angelus, qui dixit: *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcitur foras.* Quomodo autem ligauerit eum, vide in dictione Angelus, numero 31.

Antiqui gigantes in malum sonant: *Non orauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suæ virtuti.* Vbi Lyranus. Gigantes (inquit) erant super terram tempore Noe, qui destructi sunt in diluuiio. Iansenius vero censet, de Sodomitis etiam sermonem esse, quia sequitur in textu: *Non pepercit peregrinationi eorum.* Græcè autem legitur, non pepercit peregrinationi Loth. Quasi diceret, Loth inter illos, vt peregrinus receptus, non potuit illis (vt pote obstinatis) obtinere misericordiam, ideo filius Dei, vt misericordiam paralytico exhiberet, & sanitatem, propter preces & fidem offerentium, ostendit illum non esse obstinatum, sed pœnitentem, dicens: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.*

Antiqua sine addito in scriptura vocari solent, vel quæ ad mundi pertinent creationem, vel prodigia facta ad stabiliendam veterem legem. Sic Esai. *Nolite reminisci priorum, & antiqua ne intueamini, ecce ego facio noua.* Vbi Hieronymus. Ne memineritis, ait, veterum mirabilium, quia in Euangelio sum maiora facturus, nequaquã enim iam in mari rubro, sed in deserto totius mundi reperiam viam. Hæc Hieronymus. In eodem sensu Psalmista. *Domine tu cognouisti omnia nouissima, & antiqua, id est, quæ ab initio facta sunt, quæ vsque ad finem mundi fient, vt exponit Lyranus, Sic vetera poma, & noua vocantur. noui, & veteris testamenti prodigia, tum etiam promissiones. Omnia poma noua & vetera seruauit tibi dilecte mi, vbi Gregorius, quia ita (inquit) nouum testamentum recipit Ecclesia, vt vetus non reiiciat. In quo etiam sensu Hieronymus explicat illud quod Dominus ait: *Sic omnis scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patri familiaris, qui profert de thesauro suo noua, & vetera, idest, mysteria noui, & veteris testamenti.**

Ioan. 12.
13 Eccle. 16.
Lyran. Iansen. Gen. 6.
Matth. 9. Luc. 5.
14 Isai. 43.
Hierony.
Psalm. 118.
Lyran.
Can. 7. Grego.
Hierony. Matth. 23.

15 Vetera vocari solent corrupti mores: *Recedant uetera de ore uestro, quia Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.* Hinc dicitur vetus homo apud Paulum: *Scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est.* Qualis autem sit hic homo vetus, explicat luculenter idem Apostolus: *Deponite (inquit) secundum pristinam conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.* Et alibi: *Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis, &c.* Est itaque vetus homo corrupta concupiscentia non tantum carnis, sed etiam animi, propter reliquias originalis peccati: vt docet August. lib. 14. de Ciuit. cap. 2. Nam & superbia mentis, & inuidia ad veterem pertinet hominem, quem tamen abnegare iubemur: *Si quis uult uenire post me. (Christus ait) abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.*

16 Vetus quoque fermentum metaphoricè corruptela concupiscentiæ nostræ vocatur, iuxta illud. *Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio.* Vbi Chrysof. Fermentum (inquit) vetus & est omnis malitia. Et Hieronymus. Nihil (inquit) in nobis conuersationis pristinæ relinquatur, quod synceritatem possit naturæ corrumpere. Hæc ille. De quo Dominus dixit: *Caute à fermento Phariseorum, in quo sensu: Simanus tua, aut pes tuus scandilizat te, tanquam fermentum uetus expurgare debes: propterea: Abscinde (inquit) & projice abs te.*

17 Veterascit auxiliū, quādo nihil ad salutē animæ prodest, sic Pr. oph. *Et auxilium eorum ueterascet in inferno à gloria eorū.* Vbi Hierony. Habuerunt quidem diuitias, sed cum descenderunt in infernum, euo muerunt illas. Et Lyra. Auxilium carnalium amicorum non profuit illis. Eodem modo Glossa. Hieronymus ad Sophronium non vertit auxilium eorum, sed figura eorum conteretur. Chaldaus uero. Corpora eorum ueterascet ingehenna, sed occasio variæ translationis fuit, quia vox Hebraea *אֲרִיָּה* Sura, idem est, quod figura, & vt notat Genebrardus in carmine ponitur per syncopem Sura pro Suratham: *Imago eorum.* Nihilominus sciendum phrasim hebraicam

1. Reg. 2.
Rom. 6.
Eph. 4.
Col. 3.
Aug.
Matth. 16.
1. Cor. 5, Chrysof.
Hierony.
Matth. 16.
Matth. 18.
Psalm. 48.
Hierony.
Lyra.
Glossa. Hierony. Chaldaus.
Genebrar.
Regula.

esse, vt petra ponatur pro refugio, & auxilio, quia fugientes confugiunt ad petra, vox autem Sura significat etiam petram in Exo. *Percuties petram, Hebraice Sura, quam phrasim melius caluerunt septuag. interpretes, quàm Chaldaus, & Genebrardus, & ita recte uerterunt: Auxilium, quod certe defuit diuiti Epuloni in gehenna, imo & his qui damnatur, neque myriades missarū profunt: Quia in inferno nulla est redemptio, ideo Dominus ait: *Thesaurizate uobis thesauros in caelo, & rursus. Ambulate dum lucem habetis.**

Veterascunt ossa corpore vel spiritu lae uentiū apud Prophet. *Quonia tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamare tota die, idest corporali emarcuerunt langore, vt explicat Iansenius, qui propter adulterium, & homicidium Dauidem morbo percussum putat, quia tamen hoc nullo scripturarum testimonio firmatur, magis placet hoc loco per ossa metaphoricè virtutes intelligi, quæ propter peccata languescunt, & dum pœnitentia differtur, magis ac magis ueterascunt, quod contigisse Dauidi tenent hoc loco Hierony. Aug. Greg. Gloss. Lyra. Burgensis. Sicut etiã in Psalm. dicit: *Nō est pax ossibus meis, à facie peccatorū meorū.* In quo sensu rursus Propheta clamat Psalm. 6. *Inueteraui inter omnes inimicos meos.* Sed Hebraice est *אֲרִיָּה* Ateca, inueteraui in tertia persona, scilicet oculus, denotatque contritum esse & emarcuisse, non ætate, sed dolore. Sed Cassiodo. exponit in ueteris Adam anti qua corruptione permansi, & Aug. sicut uetis uetus neque utilitati (inquit) est, neque decori, sic & ego inter inimicos meos, vel homines, vel demones inutilis, & deformis remansi. Quæ expositio germanior est. Talis profecto & filius erat prodigus inter animalia, quæ pascebat immunda. Sic & de Iudæis dicitur: *Filij alieni inueterati sunt.* Vbi Hebraice legimus Ibbolu, diffluent, ueterascunt, absumentur, hoc est Iudæi, qui se à Christo alienarunt sunt corrupti, vt exponit Hieronymus, & in eodem sensu Daniel adulterum senem castissimæ Susannæ insidiatorem, inueteratum die rum malorum uocauit. Ad Israel dicitur: *Inueterasti in terra aliena.* Sic etiam Dominus dixit: *Nemo mittit commissurā panni rudis in uestimentū uetus, &c. Nec mittit uinum**

Exod. 17.
Luc. 16.
Matth. 5.
Ioan. 1.
18 Psal. 31.
Iansen.
Hierony. Aug. Greg. Glossa. Lyra. Burgen.
Cassiodo. Aug.
Luc. 15.
Psalm. 17.
Hierony. Dan. 73.
Bar. 3.
Matth. 9.

Chrysol.

19
Psal. 101.

Luc. 21.
Hierony.

Hierony.
Ezech. 26.

20
Heb. 8.

79
Psal. 79.

Plin.

non inuistres ueteres. Vbi uestimentum uetus, & utres ueteres metaphoricè discipuli Christi uocantur secundum Chrysol. antequam aduentus Spiritu sancti re nouarentur spiritus nouitate.

Veterascere dicuntur cæli: Omnes sicut uestimentum ueterascunt: de quo uide in dictione cælum, ubi duas ponimus opiniones, alteram, quæ cælum putat corruptibiles, alteram uero, quæ potius tenet, quoad substantiam esse in corruptibiles. Sed quia motus cælorum in die iudicij cessabit, quando, uirtutes cælorum mouebuntur. Propterea ueterascere dicti sunt cæli. Ita Hieronymus super Isai. 34. Veteres solitudines, uel sepulchra in locis desertis, infernaliam dicuntur loca. Sic exponit Hieronymus, quod de Metropoli Tyri apud Ezech. dicitur: Et collocauero te in terra nouissima, sicut solitudines ueteres, cum his qui descendunt in lacum: quod ad eos (inquit) referri potest, qui in angustia huius seculi constituti deducuntur ad inferos. Hæc Hierony.

Veterascere dicta est lex Moyfi (idest) cum honore abolenda sepeliri: unde Apostolus: Dicendo (inquit) nouum ueterauit prius, quod autem antiquatur, & se nescit, prope interitum est.

CAPVT. CVII.

Aper, & singularis ferus.



PER Chazir dicitur Hebraice. Sic legitur de uinea Israel: Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.

Aper est porcus syluestris iracundus, & furor obnoxius, mas dentes habet exertos, fæmina uero minime. Plinius lib. 8. cap. 52. Sic ait. Apris maribus, non nisi anniculis generatio, in India cubitales dentium flexus gemini ex rostro, totidem à fronte, ceu uili cornua exeunt, pilus æreo similis, agrestibus, cæteris niger. Hæc ille: quia uero legitur ut paulo ante dicebamus, de uinea Synagogæ: Exterminauit eam aper de sylua.

Notandum est, aprum genus esse ad varias species, inter quas una uocatur singularis ferus, differt autem à bestia, quæ dicitur solitaria, quæque græce μόνιος uocatur. Sed singularis ferus μόνιος dicitur unde Celi⁹ lib. 2. cap. 39. Sic ait. Aristophanes Grammaticus dicit. Sūt ex suis, qui dicuntur monij, quibus forsitan simili fuerit quem uocant Chlunem, sæuitia & moribus. hæc ille iam uero metaphoricè, ut uult Lyranus, Nabuchodonosor Aper dicitur, qui Hierusalem exterminauit, ut pote qui septem annis inter bestias syluestres errauerit. singularis autem ferus Titus Vespasianus, qui de pastus est eam, & quasi dentibus eradicauit, ita ut non repullulet amplius. de quo præfatus: Iesus uidens ciuitatem fleuit super illam.

Cælius.
Aristopha.

Psal. 79.
Lyran.

Luc. 19.

CAPVT. CVIII.

Aperire, Ad aperire, Apertura.



PERIO hebraicè Bara. Sed latinè ut uult Priscianus dicitur ex præpositione ab, & pario, abiecta, est que idem, quod patefacio, detego, & reuelo. Per metaphora autem Deus dicitur oculos, & labia & denique manus aperire. sic apud Iob: Et dignum ducis super huiusmodi aperire oculos tuos? (idest) super hominē mille refertum miserijs. Vbi Glos. Deū (inquit) aperire oculos super aliquem est iudicia exercere, & uidere quæ feriat: Lyra. uero: aperit (inquit) Deus oculos super hominē ad eius directionem, per prohibitiones, ut à malo retrahat, & per præcepta, ut ad bonum dirigat. Eodem modo exponit D. Thomas in commentarijs. Sed prior positio magis quadrat, quam uis frequenter accipitur in bonum pro eo quod est misereri potius, quā punire. Sic legitur: Super domum Iuda aperiam oculos meos. Vbi Hierony. super domum (inquit) Iuda, quia contra Metropolim suam agere aliquid cogebatur, aperiet Dominus oculos suos, ut eorum misereatur, & eos dignos suo faciat aspectu. Hæc ille. Sic etiā ubi

79
I

Iob.

Glosa.

Lyran.

D. Thom.

Zach. 12.
Hierony.

2. Paral. 6.

Salomon

Baruch. 2.

Luc. 6.

Ioan. 6.

2

Iob. 21.

Greg.

Glosa.
Lyra.

Matth. 5.

August.

Salomon orat ad Deum dicit: Aperiantur, quæso, oculi tui, & aures tuæ attende sint ad orationes, quæ sunt in loco isto. Eodem modo orat Baruch: Respice Domine de domo sancta tua in nos, &c. Aperit oculos tuos & uide. Sic dicitur Dominus, leuare oculos suos ut misereatur. Sic ut legitur apud Lucam: Et eleuans oculos suos in discipulos dicebat: Beati pauperes, eleuabat oculos suos in discipulos, qui prius in sinu patris oculos diuinitatis in populum Iudaicum aperuerat, quando per mare Rubrum sicco illum uestigio traduxerat, Ægyptijs persecutoribus in mare summersis, & aqua de rupe potauerat, panibusque cibauerat de cælo paratis, & legem in mōte per angelos dederat: sed modo non solum oculos deitatis, sed & humanitatis super discipulos eleuat, quibus illi maiorem conciliat gratiam, & potum spiritualem cibumque præbeat cælestem, & non iam timoris ut olim, sed charitatis legem & consilia perfectionis addat, beatos pauperes appellans, quibus non iam terra promissionis esset tribuenda, sed quia: Vestrum est (inquit) regnum Dei. Ita ut non sicut hospites habitetis, sed ut domini, ut eos qui uos fecerint sibi per eleemosinas amicos, recipere tandem possitis in æterna tabernacula. Sic etiam eadem metaphora usus est Ioannes, cū descripturus esset conuiuium illud, in quo multiplicatis quinque panibus, quinque millia hominum Dominus saturauit: Cum subleuasset (inquit) Iesus oculos, & uidisset quia multitudo maxima uenit ad se, &c. Subleuare itaque oculos, est clementer aperire ut misereatur.

Aperit Deus labia sua quando sua secreta iudicia hominibus manifestat, uel suam beneplaciti uoluntatem. Vnde Iob ait: Utinam Deus loqueretur tecum & aperiret labia sua tibi. Vbi Greg. labia sua (inquit) Deus aperit cum uoluntatem suam hominibus per aperta iudicia ostendit. Eodem modo Glosa & Lyranus. Et quia uoluntas Dei est homines ad perfectionem inducere, prædicaturus de beatitudinibus & consilijs in monte: Aperiens os suum docebat eos. Aperiebat itaque os suum, ut Augustinus ait, qui prius aperuerat ora Prophetarum. Orem mirabilem, si rex non solum præcones mit-

teret. Sed ipse quasi præco os aperiret, & legem per se ipsum clara uoce per uias publicas promulgaret, quis non seruaret hanc legem? aperiebat os suum, qui antequam os carneum haberet, sola uoce spirituali cælum sideribus ornat, terram floribus, aquam piscibus, & Angelos gloria, nunc ante spirituale & corporale diuinitatis hypostatice unitum os aperiens quid non efficiet? certe discipulos sicut nouos cælum stellis uirtutum omnium, & sicut nouam terram floribus cõfiliorum ornauit quia aperuit os suum: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientis Dei absconditi.

Aperit Deus manum suam, quando liberaliter omnibus bona distribuit, sicut in Psalmo legitur: Aperiente te manum tuam omnia replebuntur bonitate, pro implebuntur Hebraice est יִשְׁבֹּן Isbun fatiabuntur, pro bonitate uero est טוב Tob, bono. Sic etiam in alio Psalmo, legitur: Aperis tuam manum & implebis omne animal benedictione. Sed quomodo in quiete Lazarus fame, & uiceribus perijit: ad hoc dicunt Augustinus, & Glosa, si non das aliquando, tamen opportune das, differs non auersus. Sic si Lazaro non dedit panem, dedit æternam opportune requiem, si triduo distulit dare cibum quatuor millibus qui secuti sunt eum in deserto, sed opportune multiplicauit illis septem panes, ut omnes pariter saturaret.

Aperire manus in bonum, & in malum dicuntur homines. In bonum liberalitatem denotat. Sic mulier fortis: Manum suam aperuit inopi, per eleemosynam, ut exponit Beda. Sed in malum de auaro dicitur in Ecclesiastico: Aperiendo manus suas letabitur. Vbi Lyranus aperit (inquit) manus ut male accipiat.

Aperire dicitur Deus oculos hominis. Sic de duobus discipulis euntibus in Emaus dicitur: Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Vbi Gregorius, hom. 23. Super Euang. Audiendo (inquit) discipuli præcepta Dei illuminati non sunt, faciendo illuminati sunt. Hæc ille. Sic de Christo dicitur apud Isaiam. Dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum, id est, gentium, quæ Deum non uidebant, ut Hierony. ait. Sic

Colos. 2.

3

Psal. 103.

Psal. 144.

August.

Glosa:

Mar. 8.

4

Pro. 11.

Beda.

Eccle. 40.

Lyra.

5

Luc. 24.

Greg.

Isai. 52.

Hierony.

nouo sydere oculos Magorum aperuit, qui procidentes adorauerunt eum. Matth. 2. Quod vero legis, Deus ipse ueniet, & saluabit nos, tunc aperietur oculi cæcorum, tam de corporalibus, quam etiam de spiritualibus oculis intelligitur: vt exponit Hierony. ibidem. Quod quamuis signorum (inquit) magnitudine completum sit, quando loquebatur Dominus discipulis Ioannis: Cæci uident, claudi ambulat, &c. tamen quotidie completur in gentibus, quando qui prius cæci erant, lumē ueritatis aspiciunt. Hæc Hierony: Sic etiā aperuit filius Dei Apostolis sensum: Vt intelligerent scripturas. Aperire etiam hominem oculos, est diligentiam adhibere. Aperi oculos tuos, & saturare panibus, id est, esto uigil, & diligens in operibus tuis, vt explicat Lyra. vel vt exponit Hierony. aperi oculos cordis ad uigilias sanctas. Cæterum aliquando sero, & sine utilitate homo dicitur oculos aperire. sic legimus: Diues cum dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. vbi Greg. lib. 18. Moral. Oculus (inquit) ob dormiscit in morte, & anima tunc uigilat in uera cognitione, dormit ergo diues, & oculos aperit, quia cum carne moritur, eius anima uidere cogitur, quod uidere cōtempnit. Hæc Greg. sic & diues, qui dū uiueret, neque super Lazarum vlcerosum aperire oculos dignabatur, postea inter flammā cruciatu: Cum subleuasset oculos uidit Abraham, & Lazarū in sinu eius. sed sine fructu, quia sero.

Aperti dicuntur oculi Adam in Genesi post peccatum in suæ nuditatis confusio nem. ita Aug. lib. 11. de Genesi ad literam cap. 31. Aperti ait sunt oculi amborum, quo modo nisi ad concupiscendum, ad peccati pœnam carnis ipsius morte conceptā. & infra: habuerunt iam oculos apertos ad aliquid intuendum, & cogitandum, quod antea non aduerterant. Hæc Aug. hoc autem modo sicut vituperabile est, oculos aperire, iuxta illud: Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Sic oculos claudere laudi datur apud Isaiam: Qui claudit oculos suos, ne uideat malum, &c. iste in excelsis habitabit, id est, in statione secunda, de qua Propheta dicit: Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum, & flagellum nō appropinquabit tabernaculo tuo, &c.

Cor aperire dicitur Deus, quādo mouet auxilio efficaci ad suscipiendam fidem. sic in Actib. Apost. Quædam mulier nomine Lydia, &c. audiuit cuius Deus aperuit cor, & rursus. in Machab. Adaperiat cor uestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacē. Sed rogabit aliquis, si Deus aperit cor peccatoris, quomodo dicit: Ego sto ad ostiū, & pulso: & si quis aperuerit mihi, intra bo ad eum? Itē in Canticis: Aperi mihi foror mea, &c. posset enim sponsa dicere, aperi tu Domine, qui solus potes meum aperire cor. Ad hoc tamen respondendū est, vt trunque requiri, & vt homolibero suo arbitrio gratia Dei præueniente, quæ nūquam deest, confortatus aperire consentiat, & Deus auxilio efficaci. quod agentis, quod in se est nunquam denegat, aperiatur. de quo lege Conciliū Trident. Sess. 6. Can. 4.

Aperit Dominus os, vel labia nostra, id est, dat uerba opportuna. sic legimus: Quoniam sapientia aperuit os muti, & linguas infantium fecit disertas. Vbi Glossa sine sapientia (inquit) Dei nec humana mens aliquid cogitare, neque os proferre potest. Sic Propheta petit: Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. super quem locum Greg. ait illius labia Deus aperit, qui nō solū quod loquitur, sed etiam quādo, & vbi, & cui loquatur attendit. Sapiētia nanque Dei dicit apud Isai. Deus dedit mihi linguam eruditam. Hæc Greg. hoc petebat Apostolus ab Ecclesia, vt supplicaret Deum: Cum obsecratione (inquit) pro omnibus sanctis, & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei. Sic de iusto dicitur: In medio Ecclesie aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientie, & intellectus.

Aperit etiam homo os suum in arbitrii libertate, vel in bonum quidem, vel in malum: In bonum. Aperui os meum, & atraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. ait Dauid. vbi Aug. aperuit (inquit) os petēdo, quæ rēdo, pulsando, & sitiens hausit spiritum bonū. hæc Aug. & certe hoc fecit Propheta, vt uoci Domini obediret præcipienti: Dilata os tuum, & ad implebo illud. Super quem uersum Hierony. quātum (inquit) dilataueris os tuū, accipies, & Glossa interlin. Dilata os tuū desiderio. Denique Lyranus dilata os petēdo utilia. hæc ille. Et certe ille dilatat os

suum qui terrena, & temporalianō petit, sed audit Dominum dicentem: Petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Aperit etiam os suum homo, quando placendi Deo desiderio libere ad nutum obedit Spiritui sancto. Sic Ezechiel dixit spiritus: Comede uolumen istud, & aperui (inquit) os meum, & cibauit me uolumine illo. Vbi Hierony. Non est (inquit) uolentis, neque currentis, sed miserentis Dei: attamen uelle, & currere nostri arbitrii est. Hæc ille. Aperuit itaque os Propheta, & Deo reuelanti futura libere consensit, non solum vt doceret, quæ continebantur in libro, sed vt prius comederet, (hoc est) faceret, iuxta illud: Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum.

Aperire denotat interdum, non excidere uerba temere de ore loquentis, sed confiderate loqui. Sic legimus apud Iob. Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo. Vbi D. Thomas in commentariis. Verba (inquit) quæ sequuntur sunt per rationem prolata, non per tristitiam perturbantem: maledixit autem diei, id est, malum per malitiam culpæ originalis demonstrauit. Et Gregorius. Corda, quæ clauo ore occulta sunt, aperto ore deteguntur: & cum cogitationes sancti deteguntur, os aperire referuntur. Vnde sublimia uerba Domino in monte dicturo præmittitur: Et aperiens os suum, docebat eos. Hæc Gregorius. Sic Sapiens: Aperientur (inquit) labia mea ut recta prædicent. Et alibi iudici consulitur: Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum, qui pertranscunt, aperi os tuum, iudica quod iustum est. Vbi Beda, Pro causa (inquit) pauperum, qui pro se in iudicio eloqui non ualent, ipse loqui memento. Hæc ille. In eodem sensu Daniel: Et aperiens (inquit) os meum locutus sum. Item de eo, qui congruenter orat: Aperiet os suum in oratione. Et certe qui seruat quod Dominus ait: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, hic aperit os suum in oratione. Illius autem uerba de ore decidunt imprudenter, qui petit contra rationem salutis.

Aperit os suum Propheta, quando

cum fiducia loquitur, eo quod impletum sit, quod ante prædixerat. Sic Ezechiel. Et aperto ore meo non silui amplius. Vbi Hierony. Tunc (inquit) aperitur os prophetæ, quando quod prius nuntiauerat, opere monstrat effectum, & tota libertate proclamat, qui nequaquam futura, sed præsentia, vel transacta demonstrat. Hæc Hierony. Contigit autem hoc, quando nuntium uenit captam fuisse Hierusalem, sicut antea Propheta prædixerat. Et in eodem sensu, dicit illi Dominus: Dabo tibis apertum in medio eorum, &c. Vt ibidem Hieronymus ait.

Non aperire os, est, se minime ab inimicis pugnatibus defendere. Sic rex Assyrius apud Isai. se iactabat dicens: Vniuersam terram ego congregaui, & non fuit qui aperiret os, & garriret. Et rursus. Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. Et Isaias ait de filio Dei. Sicut agnus coram tonde se obmutuit, & non aperuit os suum. Et Hierusalem peccatrici prædicitur. Vt recorderis, & confundaris, & non sit tibi ultra aperire os tuum præ confusione. In quo sensu mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, lachrymas fudisse legitur ad pedes Christi, sed præ confusione scelerum non aperuit os suum.

Aperire os super aliquem in malum, est calumniari, vel maledicere. Aperuerunt super me ora sua, percusserunt maxillam meam. Quod Iob dicit tam de Satan, quam de hostibus suis uisibilibus, vt exponit Lyranus. Item: Os peccatoris, & os dolosi super me apertum est, id est, os Iudæ proditoris, vt exponunt Hieronymus, & Lyranus, vel Iudæorum, ita vt accipiatur singulari pro plurali, vt explicant August. & Casiodorus. Hi nanque contra Christum obloquebantur dicentes: In Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia. Item: Samaritanus es tu, & demonium habes. Sic & iuxta literam de Christo explicant Augustinus, Casiodorus. Glossa, & Lyranus illud Psalmi: Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens, quando nimirum in suo concilio dixerunt: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? &c. Item: Reus est mortis.

15

Apoc. 12.

Ansel. Haymo. Ansbertus. Glossa. Beda.

Ioan. 15.

Gen. 4. Num. 16.

16

Luc. 2. Exod. 13. & 34. Quæstio.

Ezech. 44.

Hierony.

Isai. 45.

Hierony.

Psal. 84. Con. Hispalen. August.

Psal. 71. Chrysoft. LaGant.

Luc. 2.

Ezech. 44.

Aperire dicitur terra os suum metaphorice in bonum, & in malum, in bonum quidem in Apoc. Et terra adiunxit mulierem, & aperuit os suum, & absorbit fluvium: vbi terra corpus Christi significat, quod vsque adeo iuuat Ecclesiam, vt fluvium poenarum in se receperit, ne illa periret, sicut explicant Anselmus, Haymo, Ansbertus, Glossa, Beda, de quo vide, quæ supra diximus in verbo Absorbere. Quia ergo in tantum nos filius Dei dilexit, vt nostra omnia supplicia subiret, ait: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Item materialis hæc terra aperuit os suum, & suscepit sanguinem Abel. In malum vero: iuxta illud Aperuit terra os suum, & deglutiuit Dathan, & Abiron.

Aperire vluam dicitur primogenitus, item Deus dicitur aperire vluam sterilis foeminae, cui foecunditatem dedit. Caterum quaestio est, an hæc phrasis partui Mariæ matris semper virginis possit accommodari, vt ad germinandum Saluatorem aperiri in scriptura dicatur, metaphorice saltem? De Maria metaphorice dictum est: Porta hæc clausa erit, & non aperietur. Hanc enim expositionem tanquam pulchram de Maria semper virgine adducit ex aliorum sententia Hierony. super Ezech. quia illi dictum est: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Sed ex alia parte legimus: Rorate cœli de super, & nubes pluuant iustum, aperietur terra, & germinet Saluatorem. Quod, non ad regem Cyrum referendum est, sed (vt inquit Hieronymus super eundem locum) ad aduentum Saluatoris, vbi nubes Prophetæ sunt, & terra illa, de qua: Veritas de terra orta est. Sic in Concilio Hispalensi. 2. cap. 13. explicatur hic locus, & August. oratione de quinque hæresibus cap. 4. in eundem sensum exponit. Item Chrysoft. homil. 1. super Psalm. 71. in illud: Descendet sicut pluuia in uellus. Et Lactantius lib. 4. cap. 11. quod impletum est, quando Maria peperit filium suum primogenitum. Secundum ergo hunc sensum, non est inter hæc duo loca Ezechielis, & Esaia contradictio,

quia non aperienda apud Ezechielem porta dicitur, propter illa claustra virginitatis Mariæ. Sed aperiri terram ad germinandum nobis Saluatorem prædicit Esaias, quasi dicat, non aperiri vluam desidero virginalem, sed consensum voluntatis oblatam matris dignitatem libere recipientis. Et certe aperta est mystica hæc terra, quando dixit Gabrieli: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum.

Apertum cœlum videri à Prophetis exponit in historico sensu Hieronymus super illud Ezechielis: Aperti sunt cœli, & uidi uisiones Dei. Apertos (inquit) cœlos non diuisione firmamenti, sed fide credentis intellige, eo quod cœlestia sint illi referata mysteria. Vnde in baptisate Saluatoris apertos cœlos legimus, quibus referatis panduntur uisiones Dei. Hæc Hieronymus. Secundum hanc regulam intellige loca similia scripturarum. Sic Stephanus dixit: Ecce uideo cœlos apertos. Item Ioannes. Et uidi, & ecce ostium apertum in cœlo. Et rursus. Vidi cœlum apertum. Præterea. Et apertum est templum Dei in cœlo. Vbi quod D. Thomas, & Ansbertus per cœlum Ecclesiam significari dicunt, item Richardus, Gagneius, & alij sacram scripturam intelligi putant, mysticæ sunt expositiones, & ad prædicandum aptissimæ. Quis enim non videat pulchre quadrare, apertum fuisse ostium in cœlo, quando filius Dei mysteria cœli referabat dicens: Beati pauperes spiritu. Et, in domo patris mei mansiones multæ sunt. Et sic de similibus.

Aperire dicitur Deus flumina per metaphoram, idest dona spiritualia, & Euangelicam doctrinam apud Isai. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes, vbi Procopius. Hi fontes (inquit) sunt spiritus sancti, qui manat in Ecclesia aquas uiuificantes, ex veteri, & nouo testamento. Eodem modo Basilus in illud Psalm. Vox Domini concutientis desertum, vnde fluent aquæ de fontibus Saluatoris. Sic etiam explicat Hierony. super Esai. Hos fontes aperuit Dominus paruulis. Et reuelasti ea paruulis, Sed aliter intelliguntur aperte

Luc. 1.

17

Herony. Ezech. 1.

Matth. 5.

Regula.

Act. 7.

Apoc. 4.

Apoc. 15.

Apoc. 11.

D. Thom.

Ansbertus.

Richard.

Gagneius.

Matth. 5.

Ioan. 14.

18

Isai. 41.

Procop.

Basil.

Psal. 28.

Hierony.

Matth. 11.

Nahum. 2.

19

Apoc. 5.

Beda.

Ruper.

Ansbert.

Richard.

Ambr.

Bern.

Luc. 24.

Hierony.

Isai. 22.

Apoc. 3.

Theodoret.

20

Eccle. 43.

portæ fluuiorum. Apertæ sunt portæ fluuiorum, vbi Hieronymus. Apertæ (inquit) sunt portæ Ninie, quæ ad instar fluminum habebat populi multitudinem.

Aperire librum signatum sigillis septē dicitur agnus Dei sicut est in Apocaly: Vicit leo de tribulada, &c. aperire librum, & soluere septē signacula eius. Vbi secundū omnes ferè expositores, liber iste, qui est liber vitæ, sacram de notat scripturā noui testamenti, in qua æternæ vitæ mysteria continentur, & calamitates, quæ nouissimis sunt vêturæ tēporibus: signacula vero septē, Beda putat esse omniamysteria scripturarum, septiformis spiritus gratia conscripta, sic etiam Rupertus, & alij patres plurimi. Sed alia expositio magis ad mentem Ioannis est, quam cap. 6. & 7. per se ipsum explicat ostendens, quæ sint hæc sigilla, dum septem calamitates, seu persecutiones Ecclesiæ ad apertionem sigillorum enumerat. Sunt itaque septem sigilla septem persecutiones nouissimæ, quibus clauditur historia, quæ de Ecclesia militante in scriptura continentur. Aperit autem solus filius Dei mysteria scripturarum, quia solus implet redemptionis mysteria. Ita exponunt Ansbertus &, Richardus hoc loco, & alij quidam. Quæ expositio non excludit alteram communiorē, quæ dicit, solum filium Dei posse diuinas scripturas aperire, vt exponit Ambr. super Psalm. 118. ferm. 8. qui solus scientiæ clauem detulit, ita etiam explicat Bernar. ferm. 14. inter paruos. Sic ipse Christus aperuit Apostolis sensum: vt intelligerent scripturas: Neque sine spiritu Christi aliquis poterit libri scripturarum legitimum sensum aperire, sed ille de quo scriptum est: Vicit leo de tribu Iuda, &c. aperire librum. Ita exponit Hieronymus super illud Ezech. 44. Porta hæc clausa erit & non aperietur. Sic illud Esai. sub typo, Eliachim de Christo exponit idem Hieronymus: Aperit, & nemo claudit, & claudit, & nemo aperit, quod etiam de filio Dei dicitur. Sic etiam Theodoretus exponit de summa Christi potestate.

Aperit Deus thesaurum suum, idest, niues, pluuias, & similia, quæ suo tempore mittit. Sic apud Ecclesiast.

dicitur: Propterea aperti sunt thesauri, & euolauerunt nubes quasi aues. Ita exponit Lyranus, est enim phrasis scripturæ, thesauros vocare niuium, & pluuiæ, quia sicut homines recondunt, & reponunt pretiosa vsque ad tempus, sic Deus quasi seruat repositas pluuias. Ita in Deut. Aperiet Deus thesaurum suum optimum cœlum, ut tribuat pluuiam terræ in tempore suo. Pro thesauro hebraice est nomen Osar, repositorium à radice asar, idest reponere. Sic quando manna dedit populo dicitur. Et iamias cœli aperuit, & dedit illis manna ad manducandum. In quo sensu manus Dei, idest, potentia aperire dicitur arcum cœli versicolorem. Et manus eius aperuerunt illum. Idest apparere fecerunt, vt exponit Lyranus.

Aperire quoque dicitur Deus thesaurum iræ, quam reprimit aliquando, & sicut thesaurum reseruat ad tempus opportunum. Vnde contra Babylonem. Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit uasa iræ suæ. Idest, mala poenæ occulta vsque ad tempus, vt exponit Lyranus. In quo etiam sensu aperit Deus pharetram. Pharetram suam aperuit, & afflixit me. Idest consilium suum occultum in meis flagellis manifestaui, vt explicat Gregorius, Beda, Glossa, Lyranus, & Diuus Thomas. Sic pharetram consilij sui secreti aperuit, quando percussit morte filiam principis duodecim annorum, & filium reguli, vt conuerteret parentes vulnerare filiorum. De quo vide in verbo affligere. Caterum, si quando ira Dei grandis in scriptura describitur, cataractæ cœli dicuntur aperiri, id est, fenestræ siue nubes. Sic tempore generalis diluuij, Cataractæ cœli aperte sunt, hebraice, Arubhoh, fenestræ, quia in magna pluuia quasi fenestræ cœli aperti videntur. Ita & apud Isai Cataractæ de excelsis aperte sunt, & concutientur fundamenta terræ. Vbi Nicolaus, idest, fenestræ (inquit) cœli per metaphoram, vnde omne malum poenæ irruet contra peccatores, quando erunt præsertim signa in sole, & luna. Vel cataractæ fenestræ metaphorice dicuntur, per quas respicit Deus de cœlo flagitia, &

Lyra.

Deut. 28.

Psal. 77.

Eccle. 43. Lyra.

21

Hier. 50.

Lyra. Job. 30.

Greg. Beda. Glossa. Lyra. D. Thom. Matth. 9. Ioan. 4.

Gen. 7. ארבה Isai. 24.

Nicolaus.

Luc. 21.

Hierony. Glossa. 22 Esai. 61. Theophy. Hierony. Tob. 3.8. Greg. Lyran. Beda. Ioan. 12. Iob. 41. Lyran. Luc. 11. Ioan. 14. Esai. 14. Euseb. Cyprian.

scelera nostra, vt puniat, sicut ex ponunt Hierony. & Glossa.

Aperit Christus carcerem vincit, id est patribus de limbo quos eduxit: sicut Isai. ait Spiritus Domini super me, &c. ut predicare captiuis indulgentiam, clausis aperitionem. Quod ita explicat Theophylactus: quamuis de gentibus possit intelligi à suis erroribus per Dei filium liberatis, vt exponit Hierony. Prior tamen expositio de patribus à limbo deductis non displicet. Soli enim Christo conceditur, hoc quod alijs erat negatum, dicens Domini ad Iob: Nunquid aperte sunt tibi portae mortis, & ostia tenebrosa vidisti? Vt exponunt Gregorius, Lyranus, & Beda qui ait, vbi vulgata vertit & ostia tenebrosa vidisti, ab alijs verti: Et ianitores inferni uidentes te timuerunt. Vnde per crucem impleuit quod praedixerat: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum, id est non solum viuentes electos, sed & animas iustorum ex limbo. In quo etiam sensu de portis vultus Leuiatham à solo Christo aperiendis, vt educeret patres de limbo, dicit Iob: Portas vultus eius quis aperiet? Quasi dicat, nemo nisi Dei filius. Et quia sub metaphora magnifici maris Athlantici daemon intelligitur, notat Lyranus, portas vultus ceti dici duas mandibulas superioris, inferioris que partis oris, quae ad instar portarum clauduntur, & aperiuntur, per quas, daemones violentia pariter, & astutia intelliguntur. Sed filius Dei fortior superueniens, vt habes Luc. 11. vicit fortem, & non solum aperuit, sed confregit portas vultus eius, & spolia eius distribuit per Apostolos ad caelestes mansiones, quibus animas sanctorum collocavit, iuxta illud: In domo patris mei mansiones multae sunt. Praeterea Christus, & non daemon limbi portas aperuit, sicut explicant patres praedictum esse ab Esai: Qui urbes eius destruxit, & vinculis eius non aperuit carcerem, vbi sub typo Nabuchodonosor de lucifero sermo est, qui destruxit quidem genus humanum, nec tamen vinculis eius (id est) patribus sanctis aperuit carcerem limbi. Ita exponit Eusebius de demonstratio- ne libro. 4. cap. 9. & Cyprianus libr. 1. Episto. 3. ad Cornelium, vbi de Angelo

apostata explicat: Illud in caelum conscendam, &c.

Aperit ostiarius pastori. Sic Ioan. Qui intrat per ostium, pastor est ouium, huic ostiarius aperit, Hoc loco tria sunt, ostium, pastor, & ostiarius, de quo prima expositio est Chrysof. hom. 78 dicentis, ostium esse scripturas, Christum vero pastorem, & ostiarium Moysen, quae expositio est etiam Euthymij, sed non multum quadrat, quia scripturae ostium non sunt, vbi Christus dicit, Ego sum ostium. Nec Moyses ostiarius congruus tanti ostij videtur. Secunda expositio est Augustin. in tractat. 45. Christum esse ostium, simul & pastorem, quia ipse de se vtrique affirmat dicens. Ego sum ostium, & ego sum pastor bonus. Dicit autem spiritum sanctum esse ostiarium, quia testimonium perhibet de Christo: ipse testimonium perhibebit de me. Cyrillus idem tenet, quamuis & Episcopos Christi vicarios putet etiam pastoris nomine significari. Sic etiam D. Thom. quorum expositio magis placet.

Aperuit Iob radicem suam in prosperitate: Radix mea aperta est iuxta aquas. Vbi D. Thomas temporalem intelligit prosperitatem, quia multum affert fructum arbor illa, quae ad aquas aperit radicem suam. Sed Lyranus eadem metaphoram spiritualem gratiae abundantiam existimat denotari. Mihi autem videtur de vtraque dictum affluentia, quam in Euangelio quoque legimus: Querere primum regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adijcientur vobis.

Aperiri portae dicuntur in scripturis secundum varias phrasas. Primum portae iustitiae, fidei, & sacramentorum: Aperite mihi portas iustitiae, non quidem templi Hierosolymi, tamen, vt secundum corticem literae putat Iansenius, sed fidei viae, & sacramentorum, per quae in Ecclesiam intratur, vt historice exponit Lyranus, & ante illum Hieronymus, in illud Esai: Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, vbi ait, Angelis hoc praecipitur à Domino. Et subdit. Quae sunt istae portae, quae aperiuntur ab Angelis, vt ingreditur? Non populus Iudaeorum, qui abiectus est, sed gens iusta, quae ex fide fidelium nomen accepit: vtique

illae,

illae, de quibus Propheta loquitur. Aperite mihi portas iustitiae. Haec Hierony. Et non cuiusvis iustitiae portae esse debent, sed abundantioris, quam sit iustitia pharisaica de qua Dominus. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum & phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum. Et certe ad ingressum regni caelestis non satis est iustitia fidei mortuae, sed viuae cum dono perseuerantiae usque ad mortem, vt notat August. super eundem Psalmo. Neque mirandum, si Hieronymus dicat, Angelis praecipitur, vt aperiunt portas iustitiae, quia, & Apoca. legimus de duodecim portis Hierusalem, & in portis Angelos duodecim. Quia ipsi viam faciunt, non solum praedicatoribus, sed & Apostolis ad conuertendas animas. Vnde Paulus dicebat. Ostium mihi apertum, vtique ab Angelis hominum custodibus, clientes suos ad fidem viam disponentibus. Et rursus. Deus aperiat nobis ostium, videlicet per Angelos, de quibus. Angeli eorum uident faciem patris mei, &c. Quod vero dicit Dominus. Aperiam coram eo ianuas, intelligitur de ianuis ciuitatum, quas regi Cyro per Angelorum auxilium Dominus aperuit, vt eum monarcham faceret Asiae totius.

Aperire libanum portas suas in malum accipitur. Aperi libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuas. Vbi Hieronymus. Templum (inquit) per Libanum intelligitur Iudaeorum quod à Tito & Vespasiano canitur subuertendum. Haec Hieronymus. Sic in deuastatione hostili apertio portarum mentio fit apud Iob. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me. Vbi Rabbinus vertunt, quasi rumpentes aquam, sed melius vulgata vertit, quia vox Raab perlata rupturam aquae significat. Sic & de Niniue vastanda, Nah. inimicistuis ad apertioem praedentur portae tuae. Quod si ad mores referas, signum destructionis omnium spiritualium bonorum est, sensuum portas patientes relinquere transeuntibus. Tales erant illi, de quibus in parabola dicitur seminantis. Et aliud cecidit secus uiam, id est, in homines instar uiae sensuum portas habentes omnibus cogitationibus peruias, & apertas.

Aperiri portas iugiter in bonum accipitur sic Isaias. Aperientur portae tuae iugi

ter. Quod de uocatione gentium ad Ecclesiam, quae omnes recipit venientes cuiusvis aetatis, & conditionis explicat Hieronymus, Cyril. Procop. & Prosper libro de promissionibus Dei. p. 3. Sed obijciat aliquis locum Ezechiel: vbi legimus de templo illo mystico. Porta atrij interioris ad orientem clausa erit sex diebus, die autem sabbathi aperietur, sed & in die calendarum. Quia videtur hoc loco non iugiter ecclesiae porta patere, vt dixerat Esaias. Inde tamen soluitur quaestio, quod vt exponit Hieronymus, Esaias de Ecclesia loquitur militante, quae aperta Ianua omnes ad fidem iugiter recipit, Ezechiel vero loquitur de triumphante, cuius porta sex diebus, quibus operamur in vita mortalium, vt inquit Hieronymus, clausa est, septima vero die quietis aeternae aperietur, de qua Dominus dicit. Et cum preparauero uobis locum, iterum ueniam ad uos, & adducam uos ad me ipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis.

Aperire lacum, est alterius uitae insidiari. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Pro lacu, Hebraice est, Bor, quae vox significat puteum, sed idem est sensus. Et quidem hunc locum Nicolaus explicat de Saule, qui Philistaeorum armis uoluit saepe Dauidem interficere, sed tamen eorundem ipse sagittis saucius perijt. Hieronymus ad ueritatem hebraicam vertit hunc versiculum. Incidit in interitum quem operatus est. Quia vox hebraea Shacath, interitum significat. Sed vt hoc loco notat Augustinus, vox est ambigua, quae interitus & fouea interpretari potest. Non dissimile Iudaeis quoque contigit, qui in suo concilio dixerunt de filio Dei. Si dimittimus eum sic, uenient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Vnde in eandem foueam inciderunt, uolentes enim Christi nomen Romanorum potentia perdere, ipsi à Romanis subito deleti sunt.

Aperiri libros in die iudicij, phrasit est Dan. Et libri aperti sunt. Vbi Hieronymus. Conscientiae (inquit) & operum singulorum in vtranque partem, vel bonam, vel malam, omnibus reuelantur. In eundem sensum legimus. Et libri aperti sunt, & alius liber, qui est liber uitae. August. libro 20. de Ciuitat. cap. 14. dicit.

Apes.



PES ex insectorum genere fauos mellis fabricat ex rore, vt fertur, & floribus. Sic Ambrosius Exā lib. 5. cap. 12.

Vbi ait. Cōmunis omnibus apibus generatio, integritas quoque corporis virginalis omnibus cōmunis, & partus: quoniam neque vllō concubitu commiscetur, nec libidine resoluuntur, & subito maximum filiorum examen emittunt. Hęc ille. In quo virginum vita repręsentatur, qui frequenter plures filios spirituales exemplo vitę, & verbo prędicationis generant, quam carnali generatione mundani. Porro in scriptura sancta legimus, quod Gedeon habuit septuaginta filios, & totidem rex impius Achab. Denique Hierothymus rex Arabię sexcentos habuit filios, vt refert Iustinus libro 39. neque alium legimus plures habuisse. Cęterum ex his, qui se castrauerunt propter regnum cęlorum, & prudentes virgines imitati sunt, Paulus virginitatis cultor, & Ioannes, qui recubuit in cœna super pectus Domini, innumeros mltar syderum filios cęli spirituales habuerunt.

Apes in scriptura cōmendatura pud Ecclēsi. Nē laudes hominē in specie sua, neque spernas hominē in uisu suo: breue in uolatilibus est apes, & tamē initiū dulcoris habet opus illi. Gręce autem legitur ἀγχι, principatus dulcoris. Sic & de se Paulus. Pręsentia (inquit) corporis infirma. Sed quales ediderit in verbo, & in scriptis epistolis melitos mysteriorum, & sententiarum fauos, vix Angelorum linguę poterunt explicare. Similiter & Dauid, de quo pater dixit Samueli. Adhuc reliquus est paruulus, & pascit gregem. Quos psalmo rum fauos, & quanta suauitate refertos elaborauerit, quis dignē loquatur?

Apes regem habent omnium pulcherrimum, & magnitudinē corporis excellentem, qui tamen vt Ambros. refert loco citato caret aculeo. Sic reges elementes esse debent, crudelitatemque fu-

hos libros esse sanctos veteres, & novos: liber autem vitę, vis (inquit) intelligenda est diuina, qua fiet, vt vnicique sua opera bona, vel mala in memoriam reuocentur. Sed hęc expositio non omnibus quadrat, quia secundum omnes patres liber vitę est ille, in quo sunt scripti omnes prędestinati vt in hoc cap. dicitur. Qui non inuentus est in libro vitę scriptus, missus est in stagnum ignis. Libri autem sunt, in quibus opera singulorū scripta sunt, id est, conscientię vnde ait textus. Et indicati sunt mortui ex his, quę erant in libris. Vt autem per pœnitentiam mala opera deleantur ante iudicium finale, pręmittet Deus Signa in sole, & luna.

30
Eccles. 26. Aperit mulier libidinosā pharetram ad omnē sagittā ita Ecclesiasticus. Sicut uiator sitiens ad fontem os aperiet, & contra omnē palū sedebit, & contra omnem sagittam aperiet pharetrā. Vbi Lyranus, & Iansenius per honestas metaphoras congressum fornicari dicunt. Cęterum aperiri prata metaphoricē dicuntur, quando ineunte vere terra germinat. Aperta sunt prata, & apparuerunt herbę uirentes, &c. Ita Lyran. vnde & Aprilis mensis nomen accepit, q̄ eo tēpore terra germinans aperiat.

31
Amos. 4. Per aperturas exire denotat agustia captiuorum trāsmigrantium Sic Amos. Per aperturas exibitis uera contra alteram. Vbi Hieronymus. Possumus (inquit) iuxta literam intelligere, quando uenerit dies captiuitatis, contra vaccas Samarię, id est, contra carnales, & superbos Samarię dici, quod hostes superent eos in pręlio, &c. & compellant ire in captiuitatem mutuo se uidentes, & trans ferri in Armon montem Armenię, &c. Quia ergo muri ciuitatis perforandi erāt, per aperturas captiui egredi compelluntur. Sic & nulla domus tam firma, quam fur, id est mors, quę vt fur repente uenit, non perforat, & animam peccatricem quasi per aperturas exire compellat, ideo Dominus ait. Si sciret pater familias, quā hora fur ueniret, uigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam.

Amos. 9. Aperturas murorū tabernaculi Dauid reedificare est quod ceciderat in synagoga, in ecclesijs restaurare, vt exponit Hieronym. De quo uide in uerbo reedificare numero .6.

Luc. 27. 30
Eccles. 26.
Lyra. Iansen.
Pro. 27. Lyra.
31
Amos. 4.
Hieron.
Matth. 24. Luc. 12.
Amos. 9.
Hierony.

I

Amb.

Iudi. 8.

4. Reg. 10.

Iustinus,

Matth. 19.

Matth. 25.

1. Cor. 7.

Ioan. ultimo

2

Eccles. 11.

3. Cor. 10.

1. Reg. 16.

3

Amb.

gere Herodianam, qui cum non potuisset Christum infantem comprehendere, myriades innocentium puerorum iugulauit.

4
Esa. 7. Apes in scripturis per metaphoram uocantur Assyrij, qui sagittis quasi aculeis utebantur sic Isai. Et erit indie illa, sibilabit Dominus muscæ, quę est in extremo fluminū Ægypti, & Api quę est in terra Assur. Vbi Hieronymus. Muscas (inquit) Ægyptios uocat propter fordes idolatrię, & apes Assyrios, quorum regnum erat omnium potentissimum, & sagittarum habebat usum. Hęc ille. Apes quoque uocatur Iudæi, qui linguarum aculeis filium Dei pupugerunt, vt docet Augustinus super illud Psalmi. Circundederunt me sicut apes. Quod in persona Christi prophetā dixisse putat. Vnde Ioan. cū ambularet Christus in particu Salomonis. Circundederunt (inquit). Eū iudæi, & dicebāt, quosq; animā nostram tollis si tu es Christus, dic nobis palam. Sic etiam aculeata uerba iactantes dicebāt. Samaritanus es tu, & demoni. im habes.

Hierony.
Aug. Psalm. 117.
Ioan. 10.
Ioan. 8.

CAPVT. CX.

Aporia, Aporiari, Anxiari, Angustiari, Angustia.



PORIA dictio Gręca (ἀπόρεια) est idem quod indigentia, vel perplexitas. Enim uero porus cutis meatus est, per quē sudor exhalatur, A, uero in compositione negat. Eam itaque denotat tribulationem, quę non habet exitum, vt discutatur. Ita Ecclesiasticus. Sicut in percussura cribri remanebit puluis: sic aporia hominis in cogitatu illius. Id est, quemadmodum quando cribrum concutitur, remanent furfures farina transeunte, sic in cogitatu hominis, quo mens agitur, remanet aliquando tristitia quędam, & perplexitas, vt exponit Iansenius. Melius tamen Lyranus ad conscientię remorsum, qui post illicitam manet cogitationem, refert, qui dicitur laboribus quosdam fatiget, experti norunt. Ad quos tamen

I
Ecclē. 27.
Iansen. Lyranus.

Dominus clamat. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos.

Aporiabantur Apostoli, id est, infidelium persecutionibus anxiantur, in angustias sæpe redacti iuxta illud. Aperiatur, sed non destituimur. Ita Hierony. exponit, Aporiamur cęde, & opprobrijs, sed diuino minime desolamur auxilio. Theophylactus uero exponit, aporiamur in summam inopiam incidentes, sed non desperamus, ita & Chrysof. & Ambros. qui pro aporiamur, legit, inopiam patimur. Sed consolabatur illos sententia Domini. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

Aporiatus dicitur Deus metaphoricē propter scelera populi apud Esa. Quia non est iudicium, & uidit Deus, quia non est uir, & aporiatus est, quia nō est qui occurrat. Est autem hoc loco uox hebręa, quę denotat stupentem, & consilij inopem, in quo per metaphoram ostenditur singularis amor Dei erga peccatores, pro quorum anxiatu salute, vnde. Baptismo (inquit Dñs) habeo baptizari, & quomodo confortor, donec perficiatur. Quod etiam ostendit filius Dei, quando. Videns ciuitatem sicut super illam. Et quando super quadridiano Lazaro, qui tū pū habuit peccatoris, lachrymatus est.

Angustiari dicitur interdum, qui cum sit in periculo, non confidit in eo, qui posset iuuare. Quia non amat illū, neque subinde redamari se putat. Vnde Paulus Cor meū dilata ñ est, non angustiamini in nobis, angustiamini uero in uisceribus uestris. Vbi Chrysof. Quamuis impēse uos diligens nimis diligit, angusti estis in uisceribus uestris, quia uos unius capaces estis, ego totius ciuitatis, Et Theophy. Vos (inquit) non potestis latē cupere mē, cum vnus sim. Sed Hieronymus aliter exponit, uidelicet. Non ex nobis sermo nis angustia, sed quia validiorem uos non potestis audire doctrinam, ex uobis angustia causa procedit. Hęc ille. In eundē sensum explicat Ambros. item D. Tho. in cōmentarijs. Notandum, inquit, angustiarie esse concludi in aliquo, vnde non fit exitus euadendi, isti autem erant adeo seducti à Pseudoprophetis, quod non credebant posse consequi salutem nisi in obseruantijs legalibus, ideo angustiatio huius seruitutis non proueniebat

Matth. 11. 2
2. Cor. 4. Hierony. Theophy.
Chrysof. Ambro.
Matth. 5.
Esa. 59.
Luc. 12.
Luc. 19.
Ioan. 11. 4
2. Cor. 6.
Chrysof.
Hierony.
Ambr. D. Thom.

eis ab Apostolo, sed ex visceribus eorum. Hæc D. Thom.

5

Angustia denotat interdum tristitiam naturalem carnis, vitam pondere quodam naturæ appetentis, cum contra spiritus ad maiorem Dei gloriam præligat n. ortem, quæ omnia simul esse possunt sine culpa, & sine defectu, sicut in Christo Domino de quo legimus. De angustia, & de iudicio sublatus est. Vbi Hieronymus, de tribulatione, atque iudicio ad patrem victor ascendit. Hæc ille. Quæuis angustia referri possit ad calumniam, & falsa testimonia, quibus non respondebat, sed permittebat se iniusto iudicio damnari. Sic exponit Origen. homil. 6. in Exodum legens cum Septuag. in humilitate iudicium eius sublatum est, id est, qui vsque adeo humilis fuit, vt falso accusantibus non responderet. Sic exponit etiam, & legit Tertullianus libro contra Iudæos, & Chrysof. homil. aduersus Iudæos, tom. 5. Sic itaque opere docuit quod prædicarat, dicens. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.*

Esa. 53: Hierony.

Orig.

Tertul. Chrysof.

Matth. 11.

6

Angustia vocatur etiam conflictus iustorum cõtra tentationes irruentes Vnde de Susanna dicebat. *Angustia mihi sunt undique.* Eodem modo capitur in scripturis anxietas, & anxari. *Afinibus terræ ad te clamauit, dum anxaretur cor meum.* Quod Propheta dicebat, vt exponit Lyranus, quando ab exercitu Saulis in modum coronæ cingebatur in rupibus ita quoque ait. *Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi, & anxietus est super me spiritus meus.* Quia videlicet latitare in speluncis tenebrosis cogebatur Propheta profugus.

Dan. 13.

Psal. 6.

Lyra. 1. Reg. 13.

Psal. 142.

C A P V T . C I I .

Apostata.

I בליעל



AP O S T A T A hebraice dicitur Belial, vt patet Prouer. 6. Sed Apostata nomen græcum à verbo Αποστατew quod est fugio, ab eo quod cœperam, vel deficio, & resilio ab incepto. Est ergo Apostata,

qui retrocedit à bono cœpto siue fidei, & religionis Christianæ, quales sunt hæretici, vel à statu religionis, quales sunt transfugæ religiosorum. Dicuntur etiam schismatici Apostatæ, qui ab obedientia Ecclesiæ retenta fide orthodoxa recedunt: imo omnis qui deserit obedientiã large dicitur apostatare, iuxta illud. *Initium superbiæ hominis apostatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor eius.* Vbi Glossa. Non est maior (inquit) apostasia, quam creaturam à creatore recedere, quæ merito ascribitur superbiæ. Quod vero initium peccati esse dicitur apostasia, explicat Lyranus, quia noluisse quidem Euam præcepto parere diuino, fuit initium transgressionis. Hæc ille. Ideo vt à tanto nos malo filius Dei deterreret, dixit: *Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.*

Eccles. 10.

Glossa.

Lyra. Gen. 3.

Matth. 18.

2 Prou. 6.

Beda.

3

Iob. 34. Greg.

Esa. 4. Lyra.

Matth. 2.

4

Eccles. 19. Lyra. Gen. 19.

Apostatæ mores describit Salomon: *Homo apostata uir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat.* Vbi Beda. Recte dicitur, quod annuit oculis, terit pede, interior nanque est custodia, quæ ordinata seruat exterius membra, & mobilitate exteriori indicat, quod nulla radice inteiis subsistat. Hæc ille.

Apostatã regem vocat Deus superbũ tyrannum sic Iob. *Qui dicit Regi, apostata: qui uocat duces impios.* Vbi Gregor. Vnquisque enim (inquit) superbus rector toties ad culpam apostasiæ delabitur, quoties præesse hominibus delectatus, honori sui singularitate lætatur, ex imitatione illius, qui despectis angelorum societatibus dixit: *Ascendam super altitudinem nubium.* Hæc Gregor. Sed Lyranus. Deus inquit regi, Apostata, quando iustitiam in bonum commune non seruat, quod est à statu suo apostatare. Hæc ille. Sic apostauit Herodes, qui contra ius & fas pueros innocentes occidit.

Apostatare faciunt mulier & vinũ, iuxta illud. *Mulier & vinũ apostatare faciunt sapientes.* Vbi Lyranus, de vino adducit exemplum Loth, qui inebriatus filias suas stupauit, De mulieribus autem vt omitamus Euam, quæ primum fecit hominem apostatare, recolamus Salomonem

nem

nem sapientiæ claritate conspicuum, qui cum esset senex, à mulieribus demeratus, cultum exhibuit idolis. Ad quod etiam facit illud Osee. *Fornicatio, uinum, & ebrietas auferunt cor.* Ideo in conuiuio Architiolini non multum vini paratum legimus, quod honestos homines sobrietas deceat. Denique Iudæi, qui vino, voluptatibus indulgebant apostatrices gentes appellantur. *Mitto te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me.*

3. Reg. 13. Ose. 4.

Ioan. 2.

Ezech. 2.

C A P V T . C X I I .

Apostolus.



AP O S T O L V S idem est, quod missus, à verbo Græco ἀποστέλλω, id est, mitto. Erat autē apud Athenienses olim dignitas dirigentis naues hoc nomine. Vnde per excellentiam vocati sunt Apostoli, qui accepta ad ædificationem Ecclesiæ immediate (vt Theologi dicunt) à Christo potestate missi sunt, quales fuerunt primi duodecim Apostoli, quos filius Dei elegit. Sic apud Matthæum & Marcum legimus. *Vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit.* De quo legendus est August. libro de qq. ad Orosium. Quamuis autem Petrus sit caput Ecclesiæ Catholice constitutus: omnes tamen Apostoli sub Petro, & cum Petro parem acceperunt à Domino potestatem ad prædicandum Euangelium toto terrarum orbe: tanquam legati Christi à latere, & immediati. vt notat Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, Cyprianus libro de unitate Ecclesiæ, Leo Papa Epist. 8. & Ber. lib. 2. de consideratione ad Eugenium. Nihilominus tamen poterat solus Petrus, vt Ecclesiæ caput, Cõcilium generale congregare, & ad illud cæteros Apostolos vocare, confirmare quoque definitiones conciliorum, & reuocare ad se summas Ecclesiæ causas, quia illi dictum est singulariter. *Pasce oues meas.* Et apud Lucam. *Ego rogauit pro te Petre, ut non deficiat*

Matth. 10. Marc. 6. Luc. 6.

August.

Hierony. Cypri. Leo Papa. Bernar.

Ioan. vlti.

fides tua, tu autem aliquando conuersus confirma fratres tuos. Confirmare autem in fide maioris est.

Luc. 22.

2

Deinde verò præter hos duodecim Apostolos electi sunt ad munus Apostolatus per spiritum sanctum Paulus, & Barnabas, sicut in Actibus Apostolorum legimus. *Dixit autem spiritus sanctus, segregate mihi Saulum, & Barnabam ad opus, ad quod assumpsi eos.* Vnde in Epist. ad Galat. Paulus (inquit) *Apostolus iesu Christi non ab hominibus, neque per hominem, sed per iesum Christum, & Deum Patrem.* Vbi Hieronymus ait, Quatuor autem genera Apostolorum sunt, vnum quod neque ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem est, qualis potest esse Esaias, ceterique Prophete, & ipse Apostolus Paul. aliud quod à Deo quidem, sed per hominem, vt Iesus filius Naue à Deo quidem, sed per Moysem constitutus fuit, tertium quod ab homine non à Deo, vt cum quis hominum fauore ordinatur, quod vitium maxime cauendum est, qui enim hominum fauorem quarit, parum in Deo confidit sine dubio. Quartum, quod neque ab homine, quale est genus Pseudoprophetarum, quibus hodie succedunt hæretici, qui neque à Deo, neque à prælato mittuntur, sed spiritu diabolico ipsi se ingerunt. Hæc ex Hieronymo, qui etiam notat Christum per singularem excellentiam vocatum esse Apostolum. Dicunt (inquit) propterea Paulum in Epistola ad Hebræos. solita consuetudine, nec nomen suum, nec Apostoli vocabulum præposuisse, quia de Christo erat dicturus. *Habentes ergo principem sacerdotum, & Apostolum confessionis nostræ iesum.* Nec fuisse congruum, vt vbi Christus Apostolus dicendus erat, ibi etiam Paulus Apostolus poneretur. Hæc Hieronymus. Sed aduerte Prophetas, quosdam vocatos Apostolos dignitate magis à Hieronymo, quam potestate plena, quam ad sacramenta toto terrarum orbe prædicanda, & ministranda soli Apostoli Christi habuerunt.

Act. 13.

Gal. 1.

Hierony.

Heb. 3.

3

Ioan. 13.

Apostolus non est maior eo, qui misit illum, vt Ioannes ait, in quo denotatur potestas Christi, quæ dicitur excellentiæ, propter vnionem humanitatis ad verbum, propter quam licet missus

à Patre,

Ioan. 20.
Ioan. 15.

4

1. Cor. 12.
Chrysoft.

Theophy.

D. Thom.
Rom. 8.

Luc. 1.
Matth. 12.

5

Acto. 15.

6

Rom. 11.

2. Tim. 1.

à Patre, omnem tamen superat creaturam, & auctoritatem habuit eligendi, mittendique Apostolos, quod vero dixit apud Ioannem, *Sicut misit me pater & ego mitto vos.* Intelligit sicut misit me pater, qui maior me est prout ego homo sum. Sic ego maior vobis, mitto vos, meosque facio toto terrarum orbe legatos. Neque solum legatos sed & meorum passionum participes, & virtutum atque miraculorum patratores & sanctitatis hæredes.

Apostoli inter omnes Ecclesiæ filios primatum obtinent dignitatis, & meriti. Vnde Paulus. *Ipse dedit quosdam primum Apostolos.* Super quem locum Chrysoft. primum (inquit) & secundum hic non sunt vulgariter dicta, sed ordine quid sublimius, quid humilior sit, ostendit. & Theophy. ibidem, principe (inquit) loco Apostolos ponit tanquam omnium bonorum duces. Et B. Thom. super illud Rom. *Nos primitias spiritus habentes.* Primitias ait spiritus habentes, quia cilicet spiritum Sanctum & tempore prius, & cæteris abundantius Apostoli habuerunt. Et infra, ex quo patet, quod Apostoli sint omnibus alijs sanctis, quacumque prerogatiua præfulgeant, siue virginitatis, siue martyrij, siue doctrinæ, præferendi, tanquam abundantius spiritum Sanctum habentes. Hæc D. Thom. semper tamen Dei para virgo excepta sub intelligitur, cui singulariter dictum est, *Aue gratia plena,* quid autem de Ioanne Baptista tenendum sit de quo Dominus dixit: *Inter natos mulierum non surrexit maior,* require in verbo Ioannes.

Apostoli in Hierosolymitano concilio definitiones & præcepta statuerunt præfidente Petro sicut legimus: *Conuenerunt que Apostoli, & seniores, &c.* & infra, *uisum est spiritui Sancto & nobis, &c.* Quo verbo tanquam hæreditario vtitur in concilijs Ecclesia Catholica, licet eadem concilia à Pontifice Romano Petri successore confirmantur: quia spiritus Sanctus præfidet in concilijs legitime congregatis vt latius ostendemus in verbo concilium.

Apostolus gentium vocatur Paul. dicens: *Quandoquidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo.* Et rursus. *Per Euangelium (ait) in quo positus sum ego*

predicator, & Apostolus, & magister gentium. Super quem locum Chrysoft. que nam, inquit, causa est, cur seipsum iugiter gentium magistrum vocat? Persuadere quippe vult, gentes quoque in hæreditatem Dei esse vocatas, quarum se magistrum assidue appellat, & D. Thomas super illud Gal. 2. *Qui operatus est Petro in Apostolatu circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes.* Dicit Petrus non solum Iudæis, sed postea gentibus, & Paulum non solum gentibus, sed Iudæis interdum prædicasse. Primum autem, inquit, Petrus Iudæis prædicauit, & Paulus gentibus, sed quia dicere aliquis posset, vnde nobis constat, quod tibi sit commissum Euangelium in gentibus, ideo interponit dicens, quod per operationem Christi: sicut enim patet, Petrum accepisse Euangelium à Christo propter mirabilia, quæ Christus fecit per eum, ita patet, me accepisse Euangelium ab eodem Christo propter mirabilia, quæ operatus est in me, & per me. Hæc D. Thom. Erant ego Apostolorum miracula simul cum honestissimis moribus patentes literæ Dei, quæ illis auctoritatem apud auditores conciliabant. Iuxta illud, quod apud Marcum legimus: *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur in nomine meo demonia eiicient, linguis loquentur nouis, &c.*

Apostolatus etiã sui signaculum ostendit Paulus dicit: *Nã signaculum Apostolatus mei uos estis.* Vbi Chrysoft. si vult quispiam (inquit) videre me Apostolum esse, vos ego testes adhibeo, omnia namque, quæ Apostoli erant opera, in vobis ostendi, quod etiam alias meminit dicens. *Tametsi nihil sum, signa tamen Apostolatus mei facta sunt super uos in omni patientia, & signis, & prodigijs, & uirtutibus.* Vbi nota primo loco patientiam collocasse, deinde signa, quia patienter omne genus malorum tolerare, & adhuc malefacientibus bene facere, signum signorum est, quod sola Dei charitas hoc præstat, iuxta illud. *Diligite inimicos uestros.* Et illud. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.* Denique Hieronymus super 2. Corint. 12. signa, inquit, Apostolatus sua monstrauit vobis, hoc est patientiam in moribus, & prodigia in signis. Hæc Hieronymus. Multoque magis

Chrysoft.

D. Thom.
Gal. 2.

Marc. vi.

7
1. Cor. 9.
Chrysoft.

2. Cor. 11.

Matth. 5
Cant. 8.

2. Cor. 12.

Hierony.

Aposto-

8

1. Cor. 4.

Chrysoft.

Hierony.

Matth. 10.

D. Thom.

Matth. 20.

1. Cor. 13.

Isai. 53.

Matth. 22.

Psal. 117.

9

Eph. 2.

Theophy.

Hierony.

D. Thom.

Apo. 21.

Isai. 21.

Apostolorum charitas mundum attraxit quam prodigia.

Apostolos nouissimos nominat Paulus se & collegas suos. *Puto autem, quod nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos.* Vbi Chrysoft. Omnium (inquit) nos despectissimum sumus, omnes nos damnant: nam ad calamitates per petiendas semper obicimur. Et Hieronymus: Deus nos, ait, omnium ultimos ad gentes, tanquam ad mortem direxit. Hæc ille. Vnde apud Matth. in eo sensu, Dominus Dixit. *Ecce ego mitto uos tanquam oues inter lupos.* D. Thomas in commentarijs in hoc impletum etiam esse dicit verbum Christi, dicentis. *Et erunt nouissimi primi.* Quia de Apostolis dicitur. *Deus posuit in Ecclesia primum Apostolos.* Et tamen in hominum reputatione nouissimi putabantur. Et quid mirum, si de Christo dictum est, apud Isaiam: *Desiderauimus cum despectum, & nouissimum uirorum.* Qui tamen. *Factum est in caput anguli.* Sicut in parabola vineæ apud Matthæum, ipse dicit allegans locum Psalmi: *Lapidem quem reprobauerunt edificantes, &c.*

Apostoli vocantur Ecclesiæ fundamenta Paul. ait. *Super edificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum.* Vbi Theophy. Perinde (inquit) est, atque si diceret fundamentum positi sunt Prophetæ, & Apostoli, vos reliquam structuram compleuistis, vt omnes vos efficiamini vnum templum. Hæc ille. Et Hieronymus docet (inquit) non excludi Christum, sed ipse, inquit, est etiam fundamentum, & lapis angularis, in quo structura crescit, quod luculentius explicat D. Thom. in commentarijs. *Fundamentum, inquit, ponit duplex, vnum secundarium, quod sunt Apostoli & Prophetæ, & aliud principale, quod est Christus, vt sit sensus super edificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, quorum fundamentum est Christus: idem autem est reipsa Christum esse fundamentum, vel doctrinam Apostolorum, & Prophetarum esse fundamentum, vnde predictæ duæ expositiones in idem recidunt, hæc ex D. Thoma. Nec sine causa Ioannes in muro magno ciuitatis Hierusalem, qui Christus est iuxta illud. *Saluator ponetur**

in ea murus & ante murale, &c. Duodecim vidit fundamenta, & in ipsis nomina duodecim Apostolorum agni. In hoc ergo sensu dixit Apostolis filius Dei. *Sicut misit me pater, & ego mitto uos,* id est, sicut misit me lapidem primum fundamentalem Ecclesiæ: ita vos secundaria mitto fundamenta.

Apostoli absentes corpore videbant, quæ apud discipulos suos alibi fiebant, sic Paulus ait ad Collossenses. *Et si corpore absens sum, sed spiritu uobiscum sum, gaudens, & uidens ordinem uestrum.* Super quem locum Hieronymus habebant (inquit) hanc gratiam Apostoli, vt alibi positi, quid alibi ageretur, agnoscerent. Sicut spiritus Helisæi cum Giezi fuit in via, idem asserunt Ambro. & D. Thomas super eundem locum, quod tunc opus erat, vt nouellas in fide plantas melius ad salutem gubernarent.

Quamuis ante aduentum Spiritus sancti peccata lethalia conmittere potuerunt Apostoli: vt constat de negatione Petri apud Lucam, & de dubitatione Thomæ apud Ioannem, nihilominus tamen post aduentum Spiritus sancti, confirmati sunt in gratia, de qua confirmatione apud Lucam dicitur. *Se dete inuitate, donec induamini uirtute ex alto.* Vbi Beda, de qua uirtute (inquit) id est, de Spiritu sancto, & Mariæ dicit Angelus. *Et uirtus Altissimi, obumbrabit tibi.* Hæc ille. & Theophy. uirtute, ait, non humana, sed cælesti. Nec dixit suscipiatis, sed induamini, integram tutelam spiritualis uelaminis indicans, Hæc Theophy. integram autem tutelam Spiritus sancti habere, est, eius uirtute nunquam deseri, quod Tertullianus appellat plene habere Spiritum sanctum in libro Exhortat. ad castitatem pagina. 4. *Proprie (inquit) Apostoli spiritum Sanctum habuerunt, qui plene habent in operibus Prophetiæ efficaciam uirtutum, & documentum linguarum, non quasi ex parte, quod cæteri &c. denique August. lib. 1. retract. cap. 19. explicans illud Matth. *Beati pacifici.* Inquibus motus carnis contra rationem rebelles domiti sunt, ad iungit & ista quidem in hac uita compleri possunt. Sicut completa esse in Apostolis credimus explicat autem eo modo in Apostolis*

Ioan. 20.

IO

Colos. 2.

Hierony.

4 Reg. 5.
Ambr.
D. Thom.

II

Luc. 22.

Ioan. 20.

Luc. 24.

Beda,

Luc. 1.

Theophy.

Tertulli.

August.
March. 5.

com-

completa quadam perfectione (inquit) cuius capax est ista vita. Hæc August. de quo plenius agimus in verbo Ioannes Baptista quæ ab utero matris in gratia cõ firmatum fuisse putamus: & multo magis Mariam Dei genitricem quam vocat Angelus gratia plenam.

Apostoli secundum Hieronymum varijs in scriptura nominibus appellantur, videlicet sagittæ, vt asserit Hierony. super illud Isaiæ. *Posuit me sicut sagittã electam. Sagittæ (inquit) Prophetæ sunt, & Apostoli, qui toto orbe discurrent, de quibus. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent.* Item pastores iuxta cor Dei sunt Apostoli, vt idem ait super illud Hieremiæ. *Et dabo vobis pastores iuxta cor meum.* De inde architecti sicut Paulus ait. *Quasi sapiens architectus fundamentum posui.* Præterea custodes murorum Ecclesiæ, sicut idem Hieronymus explicat super illud Isai. *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes.* Neque enim solum dum interuiuos essent Ecclesiam custodiebãt sed & in cælo suis precibus apud Deũ protegent. Itẽ speculatores vocãtur, sicut exponit idẽ Hierony. super illud Hieremiæ. *Et constitui super uos speculatores, audite uocem tubæ, & dixerunt non audiemus.* Deinde columnę Ecclesię, vt asserit super illud ad Galat. *Petrus, iacobus, & Ioannes, qui uidebantur columnę esse, dexteræ dederunt mihi, & Barnabæ societatis.* Præterea nubes imbrem roris cęlestis continentes, vt docet super illud Isai. *Et nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem.* Quia Iudæi quidem Apostolos eiecerunt, vnde Spiritu sancto dictante ad prædicandum gentibus recesserunt. Sunt & per metaphorã oues foetæ, vt idem dicit super Isai. *Fœtas ipse portabit.* Possumus (inquit) oues foetas Apostolos, & Apostolicos viros, &c. dicere, qui salutem paruriunt plurimorum. Sunt & lumen mundi, & sal terræ, sicut Dominus illis dixit. *Vos estis sal terræ, &c. Vos estis lux mundi.* Item duodecim margaritæ, & totidem portæ cęlestis Hierusalem vt in Apocalyp. *Et duodecim portæ duodecim margaritæ sunt per singulas,* Vbi Beda Hæc (inquit) portæ Apostoli sunt, idem Ambrosius, Victorinus, Ticonius hom. 18. Haymo, Rupertus, & Aretas, quæ omnia nomina hæctenus à nobis designata

in historico sensu, quamuis per metaphoram tribuuntur Apostolis, sicut & principes apellantur in Psalmo. *Constituit eos principes super omnem terram.* Cæterum in figura de illis Iustinus martyr in dialogo cum Tryphone. *Quin etiam illud (inquit) traditum est, vt duodecim tintinnabula è veste talari pontificis penderent, quod simulachrum erat duodecim Apostolorum, qui vi æterni pontificis Christi incensi sunt, de quibus. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum.* Deniq; Apostoli columnæ cæli sunt amici Dei, fortes in prælio, fulgura charitatis, diaboli triumphatores, operarij messis Christi, & similibus nominibus honorantur.

C A P V T . C X I I I .

Apotheca, cella, cellarium, promptuarium.



POTHECA græce ἀποθήκη locus aptus est vino reponendo: vt cella vinaria, item vbi victui necessaria seruatur, & maximè fruges. Hinc phrasis nata est in scri-

pturis, vt quando apothecæ dissipari dicuntur, vastitas, penuria, & clades denotetur. Ita Ioel. *Demolita sunt horrea, dissipate sunt apothecæ.* Quod Hieronymus exponit de Hierusalem à Chaldæis vastata, de qua dicitur. *Præualuitque fames in ciuitate, neque erat panis populo terræ.* Cæterum aliquando latè apothecę vocantur, in quibus & aromata pretiosa, & thesauri seruantur. Sic legimus de rege Ezechia. *Et letatus est Ezechias, & ostendit eis (sub audi legatis Babylois) cellam aromatũ, & argenti, & auri, &c. & omnes apothecas supellectilis suæ.* Vbi Hieronymus. *Ira Dei iustissima scæuit, quod non solum thesauros suos, atque palatij, sed & templi ostenderit, quod certe fuit potestatis eius, de cuius valuis auri laminas ante iam tulerat.* Hæc Hieronymus. *Uiscitur itaque Deus tẽpli sui profanationem, ideo & filius Dei patrem imi-*

Luc. 1.
I 2
Hierony.
Isa. 49.
Psal. 44.
Hierem. 3
1. Cor. 3.
Hierony. Isai. 62.
Hierem. 4.
Gal. 2.
Isai. 5.
Isai. 40.
Matth. 5.
Apoc. 21.
Beda.
Ambr. of.
Victorinus.
Tyconius.
Haymo.
Rupertus.
Aretas.

Psal. 44.
Iustinus.
Exo. 19.
Psal. 17.
I
Joel. 1.
Hierony.
1. Reg. 25.
Isai. 39.
Hierony.

tatus eiecit vendentes, & ementes de templo.

Cella vinaria, contemplationis denotat arcanum: vnde sponsa dicit: *Introduxit me Rex in cellam uinariam.* vbi Gregor. quid per cellam vinariam congruentius, quàm ipsam arcanam contemplationem æternitatis accipimus, in hac æternitate sancti angeli vino sapientię inebriantur. Eodem modo exponit Glossa. Posterior verò expositio est D. Tho. dicentis: *Cella vinaria Ecclesia est, in qua est vinum Euangelicę doctrine: de quo mysticè dixit Archicicilius sponso: Tu autem bonum uinum seruasti usque modo.* Sed non ineptè Vatablus super hunc locum cellam vinariam uerbum Euangelicũ intellexit. de quo Mattheus: *Vinum nouum in utres novos mittunt.* Sponsa ergo ex gentibus congregata in cellam uini noui Testamẽti introducta est, & ordinata sunt in ea non tã legales obseruationes carnis, quam præcepta charitatis, diliges Dominum Deum tuum, &c.

Cellaria quoq; scripturę sunt sanctę, de quibus eadẽ spõsa dicit: *Introduxit me Rex in cellaria sua.* vbi Gregor. fatetur cellaria, quidem esse sanctę Scripturę mysteria, quę expositio congruit cum illo Prouer. *In doctrina replebuntur cellaria, uniuersa substantia pretiosa, & pulcherrima,* id est, cognitione mysteriorũ sacre scripturę corda replebuntur, vt explicat Lyranus, & ante eum ibidem Beda, qui ait cellaria sunt corda iustorum, quę non nisi doctrina sapientię varijs uirtutibus replebuntur.

Promptuaria plena, diuitias temporales significant. *Promptuaria eorũ plena, eruantia ex hoc in illud, &c. beatum dixerunt populum, cui hæc sunt, beatus populus cuius Dominus Deus eius.* Sed promptuaria plena diuitè epulonem beatum corã Deo facere nequuerunt, cum ex illis in inferno, neque aquę guttam habere potuerit.

C A P V T . C X I I I I .

Apparere, comparere, comparitores,



P P A R E R E Hebraicè dicitur Iaa uideri. Apparere est de improuiso se se ostendere,

quod latebat, vnde pro eo quod est sub visibili forma se præsentare, quod natura sua est inuisibile, frequenter accipitur, sic Deus Abrahę dicitur apparuisse: sumpta uidelicet ex elemento visibili forma. Item: *Apparuit ei Dominus in conualle Mambra.* Hebraicè legitur, visus est ei Dñs. Vaiera Adonai. Raa enim uerbum in passiva uideri, & apparere significat. Sic Exo. 3. *Apparuit Dominus Moysi in flamma ignis.* Vbi in illa specie Deus ostendere uoluit, vt Glossa notauit, quia de materie quidem rubi simulachrum fabricari minime potest: ignis autẽ, vel maximè diuinas refert proprietates, vt docet Dionysius Areopagita, lib. de cęlesti Hierar. c. 15. Hinc etiam. *Apparuerunt Apostolis dispersitæ linguę tanquam ignis:* quibus Spiritus sancti charismata signabantur. dicitur quippe. *Deus noster ignis consumens est.*

Apparuit gloria Dñi in nube. Sic legimus. *In nube apparebo super oraculũ.* Notat autem Theophyl. super Luc. consueuisse Dominum in veteri lege sub nube apparere caliginosa, vt obscuritatem, & uinbrã legis significaret. Porro in lege gratię sub nube potius lucida. *Ecce nube lucida obumbravit eos:* quia transit (inquit) uinbra ueteris legis, & tenebrosa obscuritas. Videtur autem ab Apostolis in nube lucida, uenit enim ueritas, & illuxit gratia Domini, nihilq; nũc tenebrosus est. Hęc Theop. sed Chrysof. super eundem locũ Matth. in ueteri, inquit, lege intentans minas Dominus sub nube caliginosa loquebatur, in lege uerò gratię sub nube lucida misericordiam omnibus pollicetur. Vnde à beatitudinibus incipit prædicare: *Beati pauperes, &c.*

Apparere Deus dicitur in scripturis aliquando sub materiali, & visibili forma, quę corporalibus oculis uideatur. In quo sensu dixit Iacob: *Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Non quod diuinitatem eius uiderit, sed potius sensibilem formam quasi hominis, aliquando in uisione tantum imaginaria, uel in uigilia, uel certe in somniis. Vnde Dominus dicit: *Si quis fuerit inter uos Propheta Domini, in uisione apparebo ei, uel per somnium loquar ad illum.* At non talis seruus meus Moyses, &c. ore enim ad os loquor ei: palã, &

Genes. 12.
Gen. 18.
NY
Exod. 3.
Glossa,
Dionys.
Acto. 2.
Deut. 4.
2
Exod. 16.
Leuit. 16.
Theophy.
Matth. 17.
Chrysof.
Matth. 5.
3
Gen. 32.
Num. 12.

Ioan. 2.
Matth. 21.
2
Cant. 2.
Gregor.
Glossa:
D. Thom.
Ioan. 2.
Vatablus.
Matth. 9.
Matth. 22.
3
Cant. 1.
Gregor.
Prou. 24.
Lyran.
Beda.
4
Psal. 143.
Luc. 16.

D. Thom. non per *enigmata*, & *figuras* Dominū uidet. De quo D. Tho. 2. 2. q. 174. ar. 4. Moyses, inquit, aliis Prophetis fuit excellētor, primo quidē quantum ad visionē intellectuālē: eo quod vidit ipsam Dei essentiā, sicut Paulus in raptu, quod August. dicit lib. 12: super Genes. ad literā. Vnde dicitur: *Non per enigmata, Deū uidet.* Secundo quantū ad imaginariam visionem, quam quasi ad nutū habebat, non solum audiēs verba sed etiā videns loquentem etiā in specie Dei nō solum dormiendo, sed etiā vigilando. Vnde dicitur: *Quod loquebatur ei Dñs facie ad faciem.* Hęc D. Thom. Vnde in apparitionibus imaginariis minimus ferē gradus est, quando auditur vox in somniis, maior autem est, si etiam in somniis videatur persona loquens in forma hominis, vel Angeli, sed tertius gradus altior si in persona Dei in somno: quartus verò multo pręstantior, si in vigilia, & in persona Dei loquentis apparitio fiat.

4 Legimus verò Moysē, & Eliam apparuisse loquētes cū Iesu, *uidelicet in transfiguratione.* Vbi Glof. dicit: Sciendum est, nō animas, & corpora Elię, & Moysi ibi apparuisse, sed in subiecta creatura, idest, in aere illa corpora fuisse formata. Hanc tamen Glossam refutat D. Tho. 3. p. q. 45. ar. 3. ad. 2. ratione verisimili. Nec enim decebat testes veritatis Christi esse alios ab his, qui apparuerunt, nam si oportebat Moysē, & Eliā testimoniū Christo reddere, ipsimet, & non Angeli sub eorum figura testificari debuerunt. Quare tenet D. Tho. Eliam de paradiso venisse, animā verò Moysi sub corpore quidem aereo de limbo ascendisse. Tertia nihilominus sententia Hiero. est Eliam planē in proprio corpore venisse, Moysē verò ad tempus resuscitasse, corpore de sepulchro resumpto. Dat, inquit, Hieronym. super Matth. 17. signum de cęlo, Eliā inde descendente, & Moysē ab inferis resurgente. Hęc Hieron. Idem tenet author libri de Mirabilibus sacre scripturę, lib. 3. cap. 10. quod mihi placet. Vnde non aduertit D. Thom. non esse Glossam illam, quam refutat, autoris libri de Mirabilibus sacre Scripturę, quia hic potius fauet sententię D. Thom. sed fuit desumpta ex August. in libro de Cura pro mortuis agenda.

Apparuerunt multis corpora sanctorum, quę sub Christi mortem resurrexerunt apud Mat. Vbi Hier. notat sanctos, de quibus hic sermo est, neq; resurrexisse quidem, neq; apparuisse multis, nisi post Dñi resurrectionem vt Christus, inquit, esset primogenitus mortuorum. Questio autem inter patres controuertitur, an corpore mortalifurrexerint sancti prędicti: ita vt paulo post rursus obierint? De quo sunt duę sententię contrarię, Prior est mortales quidem surrexisse, vt iterum morerētur. Hanc tenet August. epist. 99. ad Euodiu, & B. Prosper. lib. de Promissionibus Dei. p. 3. Promissione. 29. & Theophy. super Matth. 27. Fundamentum autem huius opinionis est, quod citat Aug. Hebr. 11. vbi de sanctis Patriarchis dicit Apostolus: *Deo pro nobis providente, ne sine nobis consummarentur*, quod explicat, neq; vsq; ad diem iudicij cum omnibus nobis consummatā corporis, & animę gloriā acciperent. Ceterum contraria sententia est Hierony. in Comment. Matthæi, quem citat D. Tho. in Comment. eiusdem Matth. ponitq; fundamentum, ita decuisse, vt testes immortalis Christi resurrectionis immortales resurgerent, nam quæro, quorsum resurrexerint, nō ad manifestandam resurrectionē corporis iterū morituri, ad hoc enim mortales adhuc Christus tres mortuos resuscitaret, ergo ad manifestandā resurrectionē corporum immortalium, ad quod certe immortales resurgere debuerunt. Adde corpus Christi humanū etiam gloriosum habere debuisse ad gloriā accidentalem alia corpora gloriosa, etiam antequā virgo Deipara moreretur, vt cum eis conuerfaretur in cęlo, tenent cum Hierony. non solum D. Tho. sed etiā Beda, Remigius, Anselmus, & Glossa, quos sequitur Caiet. super Matth. & Iansenius. & mihi etiā probabilior hęc sententia semper visa est. Fundamentum verò Augustini non vrget, quia generalis sententia est, cui non repugnat, aliquam habere exceptionem.

Apparere dicuntur Angeli in fauorem iustorum contra impios habitu congruenti. sic legimus contra prophanum Heliodorum in fauorem Onię Pontificis, & templi Dei. *Apparuit equus, terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus, vsq; cum impetu Heliodoro priores calces elia-*

Math. 27.
Hieron.
Questio.
August.
Euseb.
Theophyl.
Heb. 11.
Hierony.
D. Thom.
Beda.
Remigius.
Anselmus.
Glossa.
Caiet.
Iansen.
2. Mach. 3.
2. Mach. 11.

fit, etc. Item cum egredieretur Iudas ad prælium: *Apparuit pręcedens equus in veste candida, armis aurcis, hastam uibrans.* Domino etiam in horto ad Patrem oranti, *Apparuit Angelus de cęlo confortans eum.* Sed istę apparitiones visibiles erant oculis corporeis: sicut & apparitio Angeli Gabrielis Zacharię Pontifici facta à dextera altaris incensi: & quando Angelus Gabriel missus à Deo, ingressus est ad Mariam. Alię verò apparitiones plurimę factę sunt Prophetis in visione tantum imaginaria, sicut apud Ezech. dicitur: *Apparuit rota una super terram iuxta animalia, habens quatuor facies.* De qua apparitione Dionysius, lib. de cęlesti Hierarchia. cap. 15. *Rota*, inquit, quę altę quidem sunt, cęterum in anteriora semper absque vlla conuersione in nullam partem declinando incedunt, vim profecto actionis Angelicę, qua rectam semper viam, atque arduam pergunt, insinuant. Pręterea dicitur: *Apparuit ostium unum, & foramen unum:* deinde verò dicit Prophetam ingressum in templum, imagines idolorum, & omnium reptilium in pariete depictas conspexisse. Vbi Hieronymus ait: *Per hoc ostenditur per parua vitia maiora monstrari, quasi per paruum foramen.* Hęc Hieronymus. Ad quod facit illud Eccles. *Risus dentium, & amictus corporis, & ingressus hominis enuntiant de illo.* quasi dicat, per parua vitia risus immoderati, atque intempestiui, & vestium peregrinarum, atque similibus maiora vitia superbię, luxurię, & huius generis demonstrantur. Quod satis constat in historia diuitis purpurati: de quo nullum aliud vitium legitur, nisi quod *induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide,* & tamen per hoc quasi foramen innumera alia vitia demonstrantur.

Apparuit quoque *signum magnum in cęlo, mulier amicta sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* De quo disceptatio est inter autores, quę nati sit ista mulier? An virgo Maria? an verò Ecclesia in historico sensu? Quia Ecclesia non videtur peperisse Christum, sed illa potius de latere eius in cruce pendens emanauit. Nihilominus tamen cōmunior sententia patrum tenet esse Ecclesiam. Ita Anselmus, Beda, Rupertus, Richardus, Lyranus, Cælius. B. Thom. &

Luc. 22.
Luc. 1.
Ezech. 1.
Dionys.
Ezech. 8.
Hierony.
Eccles. 19.
Luc. 16.
Apoc. 11.
Questio.
Anselmus.
Beda.
Rupertus.
Richardus.

Glossa, quia dicitur fugisse in desertū duabus alis, quasi aquilę magnę, ibiq; latuisse per tempus, & tempora, & dimidium temporis, hoc est, per tres annos cū dimidio, quo tempore Antichristus regnaturus est. Quare Deiparę Virgini in cęlo gaudenti conuenire non potest in historico sensu. Item, quia hęc mulier cruciatur vt pareret, Maria verò sine dolore peperit filium Dei. Quod verò dicitur, peperisse filium masculinum, nō repugnat Ecclesię, quę fuit à tempore Abel iusti, vt notat August. super illum versiculum Psalmi: *Sape expugnauerunt me à iuuentute mea, etc.* Hęc ergo Ecclesia peperit Christum per virginem matrem, quę pars est Ecclesię. In quo etiam sensu, sicut pars intelligitur in toto, & maximē si pars sit precipua, sic intelligi etiam potest virgo Maria, mulier amicta Sole, idest, pars precipua mulieris amictę Sole. Et sic est intelligendus Augustinus lib. 4. de Symbolo ad Catechumenos, c. 1. to. 9. vbi agēs de muliere amicta Sole dicit. Nemo vestrū ignorat mulierem illā Virginem Mariā significare. Vel certe sensus historicus est de Ecclesia, quę lachrymis, & orationibus peperit Saluatorem, & cruciatur vt pareret. Mysticē verò Maria est hęc mulier, quod tenent Aretas, & Bernardus.

Legimus etiam: *Et tunc apparebit signū filii hominis in cęlo:* de quo quærūt etiam patres, quodnam sit hoc signum filij hominis? Et quidem Origenes super hunc locum existimat esse Crucem Christi. Item Hierony. Signum, inquit, hic Crucis intelligimus, vt videant iuxta Zachar. & Ioannem Iudæi, quem confixerunt, aut vexillum victorię triumphantis. Hęc Hieronym. Idem Anselmus, Theophyl. Euthymius, Gloss. interl. & Lyranus: sed contrarium tenet Chrysof. super hunc locum cum his verbis. Quidam (inquit) existimant Crucem Christi ostendendam: verius autem est, ipsum Christum in corpore suo habentem testimonia passionis, id est, vulnera. Hęc Chrysof. quia cū iam omnia in die iudicij igne consumenda sint, non putat probabile Crucem apparituram. Nihilominus tamen probabilissima est sententia patrum, vt vel ignea Crux, non lignea, vel radiis Solis rutilans appareat, simul cum ipso Christo. Vnde D. Thom. in Commentariis, vtrumque

Lyra.
Cælius.
D. Thom.
Glossa.
August.
Psalm. 128.
August.
Psalm. 128.
Aretas.
Bernard.
8
Matth. 24.
Orig.
Hieron.
Ansel.
Theophyl.
Euthym.
Interlin.
Lyra.
Chrysof.
D. Thom.

Ephrem. appariturum probat, & Ephrem lib. de
 Anselmus. Pœnitentia, capit. 4. Anselmus in Elu-
 Hippolytus. cidatorio, Hippolytus oratione de con-
 Clemens. summatione mundi, Clemens Papa lib.
 7. Constitutionum cap. 3. Et rationi con-
 sentaneum est, tam ad terrorem impio-
 rum: de quibus Paulus dixit: *Inimici Cru-
 cis Christi, quorum Deus uenter est: quam
 ad consolationem, & triumphum electo-
 rum, qui obedierunt Domino dicenti:
 Si quis uult uenire post me, abneget semeti-
 ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.*
 Sed querat aliquis, quare dicitur appa-
 rere Christus ueniens ad finale iudicium?
 sic enim legimus: *Cum apparuerit Chri-
 stus gloria uestra, tunc apparebitis uos cum
 ipso in gloria. & cum apparuerit, similes ei
 erimus. Et rursus. Ut cum apparuerit habeam
 mus fiduciam, idest, in die iudicij: ad quod
 tamen respondendum est, tunc appare-
 re dicitur, quia de improviso ueniet, qui
 occultus erat ab oculis nostris. iuxta illud.
 Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret usque
 in Occidentem, sic erit aduentus filij hominis.
 Iusti etiam tunc apparituri dicuntur:
 quia, qui in hac uita mortali uiles reputa-
 bantur, & miseri, apparebunt subito
 gloriosi: ita ut impij dicant: *Hi sunt, quos
 aliquando habuimus in derisum? & Ecce quo
 modo computati sunt inter filios Dei, idest,
 inter Angelos.*
 Apparitio uocatur etiam aduentus fi-
 lij Dei in carne, quia inuisibilis erat
 apud Patrem, & in carne uisus est: *Qui
 erat apud Patrem, apparuit nobis.* Et rur-
 sus. *Apparuit princeps pastorum.* Item:
*Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri om-
 nibus hominibus, erudiens nos, & Apparuit
 benignitas, & humanitas Saluatoris nostri
 Dei. Quæ autem maior benignitas, quam
 recens natum in præsepio reclinari, quia
 non erat ei locus in diuersorio? Iacuit
 itaq; Dominus in præsepio, ut seruos
 collocaret in cælo: porro quando filius
 Dei apparebat in ardenti rubo, & inter
 duo Seraphim in folio excelso: & super
 alas Cherubim, atque in igneo curru ma-
 iestas apparebat, atque potentia: quan-
 do uero in præsepio uisus est pannis in-
 uolutus, & fascia ligatus, ut solueret à vin-
 culis mortis genus humanum: Apparuit
 benignitas planè, & humanitas Saluatoris
 nostri Dei.*
 Apparuerunt fontes aquarum, & re-*

uelata sunt fundamenta orbis terrarum, Psa. 17.
 idest, cum exiccaret Dominus mare
 Rubrum consumptis aquis: ut expo-
 nit Nicolaus, apparuerunt scaturigines
 fontium, quæ sub maritimis undis la-
 titabant, & concaua terræ fundamenta,
 vel etiam excurrentibus aquis fluuij Ior-
 danis in mare mortuum, & exiccato flu-
 minis alueo, apparuerunt fontes in pro-
 fundo. ut explicat Iansenius: phrasis itaq;
 consueta est, ut separatis aquis apparere
 dicatur, quod sub eis latitabat. sic legi-
 mus: *Dixit Deus, separentur aquæ in unum
 locum, & appareat arida: & decrescentibus
 aquis diluuij. Apparuerunt cacumina mon-
 tium.*
 Apparere nonnunquam dicitur, qui
 se quasi aduocatum representat, inter-
 dum etiam quando quis se præbet prom-
 ptum ad obsequendum. De priori phra-
 si exemplum habes de viro sapiente
 propositum: *Et in conspectu præsidis ap-
 parebit:* ut uidelicet in iustitiæ patrocini-
 um dirigat iudicem, ut exponit Lyranus.
 Item de aduocato Iesu, quem habemus
 apud patrem, dicit Apostolus: *Intrauit in
 ipsum cælum, ut appareat uultui
 Dei pro nobis.* Ad exemplum uero po-
 sterioris, dixit Anna de Samuele pue-
 ro. *Ablastetur infans, & ducam eum, ut ap-
 pareat ante conspectum Domini, idest, ut fa-
 muletur Domino in tabernaculo testi-
 monij, & Propheta dicit: Ego autem
 in iustitia apparebo in conspectu tuo.*
 Apparere posse hominē corā Deo mi-
 dum negatur. unde Iob: *Nūquid iustificari
 potest homo coram Deo, aut apparere mun-
 dus natus de muliere? Vbi Gregor. huma-
 na (inquit) iustitia auctori comparata
 in iustitia est, cui tamen ad maiora pon-
 dera accessit culpa, quam serpens intu-
 lit, & mulier persuasit. Hæc ille. Vnde
 de iudicis in igneo curru uenientis ve-
 stimentum esse dicitur sicut nix candi-
 dum apud Daniele, quia sicut candore
 niuis suos prius dealbat filius Dei me-
 rito passionis suæ, & sacramentorum per-
 ceptione, ut apparere possint sub vesti-
 mento eius, sine macula in iudicio fina-
 li, de quibus: *Hi sunt, qui uenerunt de tri-
 bulatione magna, & lauerunt stolas suas, &
 dealbauerunt eas in sanguine agni.*
 Apparet maior plaga, quam culpa,
 quando iustus tribulatur ad meritum, po-*

Iob. 6. *tius quam ad supplicium: Utinam appende-
 rentur peccata mea, quibus iram merui, &
 calamitas, quam patior in statera, sicut arena
 maris hæc grauior appareret.* Vbi Diuus
 D. Thom. Thomas dicere, inquit, non possum in
 me nulla esse peccata: confidero tamen
 non esse mortalia, sed uenialia, & sic ad-
 uersitas incomparabiliter grauior appa-
 ret, quam ipsa peccata, eodem modo ex-
 ponit Lyra. & ante eos Beda. sic etiam
 Lyran. putamus infirmitatem Lazari, & immat-
 Beda. turam eius mortem non ei propter gra-
 uia contigisse peccata, sed tum ad meri-
 tum quidem maius: tum etiam ad glori-
 am Dei, sicut Dominus dixit: *Infirmitas
 hæc non est ad mortem, sed pro gloria
 Dei.*
 Non apparere semitam in pedibus
 currentis, velocissimum eius cursum de-
 notat, sic legimus: *Quis suscitauit ab
 Oriente iustum, &c. Dabit in conspectu eius
 gentes, & Reges obtinebit, &c. persequetur
 eos, transibit in pace: semita in pedibus eius
 non apparebit.* Hieronym. tres ponit hu-
 ius loci expositiones. Nam quosdam ait,
 de Cyro Perfarum intelligere, qui sine
 labore coepit Babylonem. Deinde uero
 alios maxime Hebræos de Abraham ex-
 ponere, qui quatuor Reges uelocissime
 prostrauerit, & spolia retulerit, sed alios
 quorum sententiæ Hieronymus acquies-
 cit, de Christo iuxta literam, qui sine labo-
 re suo gentes per Apostolos fidei iugo
 subdiderit, quibus dixit: *Ego misi uos, ut ea-
 tis, & fructum afferatis, & fructus uester ma-
 neat. & rursus: Prædicare (inquit) Euange-
 lium omni creature.* Eodem modo ex-
 ponunt Cyrill. Procop. & Theodoret.
 quos forte non legerat Lyranus, qui di-
 cit de Abraham exponi hunc locum à
 Catholicis, & Hebræis, quod etiam sequi-
 tur Vatablus.
 Apparitores ministri sunt iustitiæ, &
 satellites iudicij, qui præsto sunt iudici ad
 ligandos, uel plectendos reos. *Saul misit
 apparitores, qui raperent
 Dauid.*
 (.?)

CAPVT CXV.

Appendere.



APPENDERE
 Hebraicè Tachan. Iob.
 28.
 Appendere nonnun-
 quam, idem est, quod
 suspendere. Vnde Pli-
 nius maturas (inquit) uuas ad solem ap-
 pendunt. Interdum uero appendere, est,
 ad stateram ponderare. ut Cicero in An-
 tonium. Appendatur pecunia, non nume-
 retur. In priori sensu legimus de Aman:
*Dixit unus de Eunuchis, qui stabat in mini-
 sterio Regis, en lignum, quod parauerat Mar-
 docheo, stat in domo Aman, cui dixit Rex,
 appendite eum in eo.* Sic de impio dicitur:
*Incidit in foueam, quam fecit: quod & Iu-
 dæis accidit, qui per Romanos uolue-
 runt perdere filiū Dei, & ipsorū ciuitas
 à Romanis deleta est: ita ut non relinque-
 retur in ea, iuxta uerbum Domini: Lapis
 super lapidem.*
 Appendit Deus aquas in mensura apud
 Iob. Vbi Diuus Thomas: Aquas (inquit)
 vaporales appendit, idest, appensas tenet
 in aëre, in nuuibus, in mensura, ne
 supra modum excedentes terram sub-
 mergant, aut si minuuntur, arefiant om-
 nia. Hæc ille. Atqui Lyranus metapho-
 ricam putat esse loquutionem: ita ut per
 aquas intelligatur sapientia, quæ alijs da-
 tur, alijs occultatur. Iuxta illud. *Abcondisti
 hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti
 ea paruulis, quamuis mysticum sapiat hic
 sensus.*
 Appendit super nihilum terram. dicit Iob,
 ubi Lyranus: Aquæ, inquit, fulcimen-
 tum est terra, ultra quam nihil est aliud,
 quo fulciatur ipsa, cum sit infima pars
 mundi, dicitur ergo appensa super nihi-
 lum. Sed Diuus Thomas dicit: Scriptu-
 ram loqui more vulgi, quod putat super
 nihilum esse terram, quæ tamen in cen-
 trum suum in medio constitutum ex om-
 ni parte propendit æqualiter: ideo su-
 per illud fulcitur, quod quia punctum
 quoddam est, pro nihilo reputatur. Quod
 si supra nihilum sustentat Deus terram

125
 1
 Plin.
 Esther. 9.
 Psa. 7.
 Iob. 28.
 D. Thom.
 Lyranus.
 Math. 23.
 3
 Iob. 26.
 D. Thom.

Matth. 16. omnipotentia sua : non ne poterit etiam Ecclesiam supra Petrum sustentare sicut promisit. *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.* Nam quod ad Dei omni potentiam vtrumque referatur, audi Esaiam qui dicit. *Quis appendit tribus digitis molem terræ ?* sub audi. nisi Deus, de Spiritu vero sancto, qui manet in Ecclesia in æternum, in Hebræo, pro appendit est, Cal, quod Septuag. vertunt omnē. Sed si deducatur à Cul דאק id est sustineo, recte vertitur appēdit, scilicet sustentans eam, subdit Esaias ibidem. *Aut quis adiuvit spiritum Domini ?* Vbi si obicias, ergo Petrus, aut successores eius non possunt in ecclesia sustentanda iuvare spiritum Domini? Expedita responso est Pauli dicentis. *Dei enim sumus adiutores, sed vt ministri quidem non quasi roborantes eum, qui est omnipotens.* Vnde Apostolus ait. *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi.*

1. Corin. 3. Appensam habere legem ante oculos, iussit Deus veteri populo, sic legimus. *Et erit quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid ob recordationem ante oculos tuos.* Quod vulgata vertit appensum Hebraicæ Totaphot, quæ fiunt, vsque hodie ex membrana, vbi lex scribitur. Dicit ergo glossa ex Hieron. Hoc male intellegentes Pharisei, phylacteria capitibus alligabant, quæ semper ante oculos mouerentur, in quibus descripta erant decem legis mandata. Ceterum beneficij potius recordationem, & obedientiam requirebat Deus, sicut in lege gratiæ, Eucharistiam ad memoriam passionis suæ instituit in cibum, dicens: *Caro mea vere est cibus.* Vt sicut cibos ad sustentationem vitæ non possumus obliuisci: sic neque mortis eius, & charitatis eximie obliuio nos capiat in æternum.

1. Corin. 4. Appendere pro ponderare varias admittit phrasas. Sic Deus dicitur appendere aliquem in statera iusta, quando iuste iudicat eum. *Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.* Id est, iudicet me secundum regulas iustitiæ suæ, & scire faciat alios simplicitatem meam omni dolo contrariam, vt exponunt Beda, Diuus Thom. & Lyranus. Est enim Regula Augustini in Quæstionibus super Genesim, in illud

Genes. 22. *Nunc cognoui, qui timeas Deum.* Quando Deus denuo aliquid scire, vel cognoscere dicitur, intelligi debet, efficere vt nos illud sciamus. Quod si obicias, maioris esset humilitatis Iob, si cuperet iustitiam suam occultari, quam a Deo manifestari. Respondendum est, si ne vanitatis vitio sanctos interdum cum illo Christi verbo se conformare. *Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum.* Et ideo in Domino se laudant.

6. Appendi negatur argentū pro commutatione sapientiæ, sic Iob. *Nō appendetur argentum pro cōmutatione eius.* Vbi Beda explicat, nullum studium, aut laborem æquiparari pretio sapientiæ, non tamen prohibetur quis argentum appendere, eo modo quo scriptura permittit, ad comparandam veram sapientiam, vt pote, si censum pauperibus tribuat ad impetrandam à Deo sapientiam. Omnis quippe qui perfectus est, sapiens est, & tamen Christus dixit adolescenti. *Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Et Apostoli, vt hanc sapientiam impetrarent, dixerunt Domino. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Imo Esaias nos exhortatur, vt non in alio quam in vera sapientia, quæ cum Dei charitate coniuncta est, argentum nostram impendamus. *Quare (inquit) appenditis argentum & non in panibus, laborem uestrum, & non in saturitate ?* Vbi Hieronymus. *Quidam, inquit, appendunt argentum pro ea disciplina, in qua non sunt panes, & sudant pro his cibis, in quibus nulla saturitas est, quo ostenditur eam esse sectandam sapientiam, quæ non in foliis est, & flore verborum, sed in medullis ac fructibus sensuum, quæ non aurem præteruolat, sed animum reficit.* Hæc ille. Eodem modo Cyrillus, & Glossa: item Vatablus ait. Non inanem sapientiam, sed euangelicam doctrinam esse querendam. Sed Diuus Thomas super Esai. putat hunc sensum esse mysticum, quia incipit Esaias. *Hæc est hæreditas seruorum Domini.* Itaque ad hæreditatem gloriæ cœlestis inuitat: de qua. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis & ego reficiam uos.* Deinde. *Facite uobis amicos*

בב
באק

4
Exod. 13.

מבטו

Ioan. 9.

5

Iob. 11.

Beda.
D. Tho.
Lyranus.
Regula.
August.

de

de mammona iniquitatis &c. ut recipiant uos in æterna tabernacula. Item. *Omnis, qui sitit, ueniam ad me &c.*

7. *Appendunt mercedem meam triginta argenteos:* Zach. ait: *Vbi Hiero. ex ponit pro eo quod elegi eos de medio nationum, & liberaui de Ægypti fornace ferrea, appendunt mercedem meam triginta argenteos pro sanguine meo, dantes Iudæ traditori.* Hæc Hieronymus. *Quales autem fuerint isti argentei. Vide verbo argentum numer. 12. & in verbo figurus.*

8. *Appedit Hieremias Hanamel filio patri sui argētum in statera, & accepit librū possessionis signatum pro agro, quem ab eo emit in Anathoth iuxta Hierusalem.* Cū esset obsessa ciuitas a Chaldeis, quod gestum est ex sermone Domini, vt hoc factō propheta ostenderet post septuaginta captiuitatis annos reedificandam Hierusalem, vt patet apud Hieremias. *Vbi in calce capitis. 32. concluditur. Quia conuertam captiuitatem eorum ait Dominus. Quamuis multo plenius uaticiniū impletum sit in reedificatione ecclesiæ per Christum. Vt Hieronymus hoc loco notat.*

C A P V T. C X V I.

Applicare, Admouere.

A PPLICARE hebraice Laua. Sic legimus Zacha. 2. & *Applicabuntur gentes multe Domino.*

*Applicare est alteri adiungere, vel ad aliquem locum accedere, in priori sensu Iosue. 7. Cum mitteret sortes ad deprehendendū præuaricatōrē, dicitur: Applicuit Israel per tribus suas, id est adiunxit, vt mitteret sortes per singulas, & rursus. Applicabis leuitas coram tabernaculo, id est, adiunges eos. Sic Exod. 28. &. 21. & 22. Item. *Applicabuntur gentes multe ad Dominum indie illa: Vbi Hieronymus: Multæ, inquit, gentes credituræ sunt de quibus dicitur. Postula à me, & dabo tibi**

gentes hæreditatem tuam, & in Euangelio. *Multi ab Oriente & Occidente ueniunt.*

2. *Applicare dicitur Deus aliquos ad se per excellentiam, & maiorem familiaritatem, uidelicet quos facit sacerdotes, & sacris præficit. Sic legimus ecclesiastico. Ex ipsis benedixit, & exaltauit & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicuit.* Vbi Lyranus ait, *Exaltauit Abraham, Isaac, & Iacob, &c. Et sanctificauit, & applicuit tribu Leui, & specialiter Aaron, & filios eius.* Hæc ille. Eodē modo exponit Iansenius.

3. *Applicare arcā Domini est, quando ad iungit illam iuxta se sacerdos ad orandū vt habetur in lib. Reg. Dixit Saul ad Achia sacerdotē applica ad te arcā Dei. Sic & alibi. Applica Ephod. Quod dixit Dauid ad Abiathar sacerdotem, cum consuleret Dominum, an Saul oppugnaturus esset oppidum Ceilam, id est, indue Ephod. Sic & consulturus quoque Dauid de latrunculis, qui vastauerunt Siceleg dixit ad Abiathar, *Applica ad me Ephod.* Vbi non uoluit dicere, indue me veste sacra, quæ dicitur Ephod, sed indue te propter me Ephod deinde sequitur in textu: *Applicuit Abiathar Ephod Dauid, & consuluit Dauid Dominum.* Vbi neque intellegendum est, vt notant Lyranus, & Carthusianus, quod Abiathar sacerdos vestem Ephod sacerdotalem imposuerit Dauidi, neque ipse Dauid per se ipsum intelligendus est, consuluisse Dominum, sed per medium sacerdotem, quia non erat hoc regium, sed sacerdotale munus. Quamuis Beda super hunc locum discrimen ponat inter consulentes ea tempestate Dominum sacerdotes, vel seculares, scilicet, quod soli sacerdotes ad arcam accedere possent, quia sacerdoti dictum est. *Inde præcipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, & de medio Cherubim, cuncta quæ mandabo per te filiis Israel.* Sed alij seculares poterant applicata ad se sacerdotali veste ex ore sacerdotis responsionem Domini querere: hæc est sententia Bedæ. Quomodo autem seculari applicari poterant vestes sacerdotales, non explicat, & forte deosculandam præbebat pontifex vestem suam seculari, vt Deum deuotius oraret, sicut hodie sacerdos manipulum populo munuscula ad altare offerenti deosculandum præ-*

Ioan. 7.

Zach. 11.
Hierony.

Hiere. 32.
Hierony.

Matth. 6.

Iob. 28.
Beda.

Matth. 6.

Esai. 55.

Hierony.

Cyrrillus.
Glossa.

Varablus.

D. Tho.

Matth. 11.
Luc. 16.

Psal. 2.
Matth. 8.

Ecclesi. 33.

Lyranus.

Iansen.

1. Reg. 14.
1. Reg. 23.

1. Reg. 30.

Lyranus.
Carthusia.


Beda:

Exo. 25.

Iob. 40. 4 D. Thom. Nicolaus. Beda. Luc. 21. Ioan. 16. 5 Ezech. 8. Hierony. Theodoret. Symach. Chaldaus. Vatablus. Gal. 4. Lyra. Vatablus. be. Sic ergo Dauid dixit. Applica ad me Ephod, scilicet deosculandum. Applicare gladium Behemoth dicitur Deus. Qui fecit eum, applicabit gladium eius. Vbi D. Tho. & Nicolaus dicunt Gladium Behemoth esse noxiam eius operationem, quauis autem Dæmon ex seipso voluntatem habeat semper nocendi sed effectum non habet nisi permittente Deo qui permittendo applicat gladium eius. Cæterum aliter exponit Beda. Qui fecit eum applicabit gladium eius contra ipsum, vt malo, quo alios premit, ipse puniatur Septuag. vertunt hunc locum aliter, videlicet. Qui factus est, ut illudatur ab Angelis Dei, quæ versio quadrat cum expositione Bedæ. Tunc enim iste Behemoth ab Angelis illuditur, quando gladius eius vertitur cõtra ipsum, verbi gratia gladius Behemoth erat persecutio tyrånorũ contra martyres. Nã eius machinatione fiebat, quod illis Dominus futurum prædixerat. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meũ, & rursus. Absque Synagogis facient uos, &c. Sed quando hæc omnia Angelorum auxilio martyres superabant, cõfusi Dæmonis gladius contra ipsum conuertebatur, & eum magis, ac magis cruciabat, sic ergo vterque sensus in idẽ recidit, & ille quem facit versio vulgata, secundum Bedam & quem facit editio septuaginta. Applicare ramum idolorum cultores ad nares suas, est, cultum idolis exhibere. Sic legimus de viginti quinque viris, quos vidit Ezechiel conuersos ad Orientem adorare solem. Conuersi sunt ad irritandum me, & ecce applicant ramum ad nares suas. Vbi Hierony. Pro eo (inquit) quod nos transtulimus ecce applicant ramum ad nares suas, Septuag. transtulerunt. Et ecce ipsi sicut subsanantes, & ex Theodotione additum est. Extendunt ramum quasi subsanantes. Pro quo interpretatus est Symachus. Quasi emittentes sonitũ in similitudinẽ cantici per nares suas. Hæc ille. Chaldaicus Paraphrastes vertit ipsi applicant confusionem ad faciem suam. Sed recentiores Hebræi, vt refer Vatablus, pro ramo foctorem vertunt, & pro, ad nares suas, transferunt ad nares meas, in quò duplex error est, iste enim est vnus ex locis, quos Rabini corruperunt, ponentes ad nares meas, pro eo quod erat ad nares suas, vt no tãt Galatinus, Lyranus, Vatablus, & Pag

ninus. Deinde in Hebræo vox, Zemoramum aperte significat vt patet ex libr. Num. Absciderunt palmitem cum uua sua, Vbi pro palmite, seu ramo, est Zemora, & ex Ezech. Quid fiet deligno uitis. Id est, de ramo vel palmitẽ vbi est Zemora, & ex Esai. Germen alienum seminabis. Zemora ergo, legendum est ramus, sicut habet vulgata. Applicare autem ramum ad radium solis, deinde vero ad nares, & os, erat consuetudo vetusta adorantium solem tanquam totius terræ foecuditatis autorem, de quo lege Alexandrum ab Alexandro libr. 4. Genialium dierum cap. 17. dicit autem Hieronymus ramum fuisse palmaram, quas Græco sermone ra beta vocant, quia palmae erant arbores foli dedicatae. Sed qui ramum nõ haberet ad manũ, osculabatur respiciens solem manum suã, vt Lucianus ait li. de salutatione. Quid vero tibi grãcas gentes commemorem? postea quã mane e strato surrexerint, & solẽ precibus venera i fuerint, non quemadmodum vos deosculata manu perfectam adorationẽ esse arbitrãtur. Hæc ille. Sed vt ait Hierony. ex lib. Iob satis liquet vbi ait. Si uidi solem cum fulgeret, &c. Et de osculatus sum manum meam, quæ est iniquitas maxima. Scilicet Idolatriæ qua solẽ vt Deũ colebant, non agnoscentes Deum. Qui solem suũ oriri facit super bonos, & malos. Ergo sol non est Deus, sed creatura Deo semper obediens. 6 Applicare quasi clibanum cor suum, est Idolatrię flãmis sponte succendi, sic dicitur de Fribubus Ephraim. Applicauerunt quasi clibanum cor suum. Vbi Hierony. præbuerunt (inquit) regi Hieroboam quasi clibanum cor suum, cum eis infidiaretur, vt eas Idolatriæ flammis ardere faceret. Hæc Hierony. Sic hodie in multis locis plebs stulta applicat Hærefiarchis cor suũ contra quod malum Dominus ait. Attendite à falsis Prophetis, qui ueniunt ad uos inuestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. 7 Applicabuntur eis plurimi fraudulenter, & de eruditis ruẽt plurimi. Hoc ex parte accidit Iudæis tempore Apostatæ Iuliani, vt Hieronymus ait, quia ex gentilibus simulauerunt cum eis amicitias, tanquam templum cum eis Hierosolymitanum reaedificaturi, tempore etiam Antichristi multæ nationes simulabunt cum eis socie

Num. 12. Ezech. 13. Esai. 17. Alexander. Ab Alexand. Hiero. Lucianus. Hiero. Job. 31. Matth. 5. Matth. 24. Ofc. 7. Hiero. Dan. 11. Hiero.

8 Hiero. 30. Hierony. Ioan. 14. Ioan. 10. tatem, videntes illis fauere tyrannum, ideo ruent ex eis, id est, ex Iudæis plurimi, atque peribunt, de quo diximus in verbo Antichristus. Applicare Deum ad se ducem populi Iudaici, est vnire hipostatice humanitatẽ Christi ad verbũ æternũ sic Hiero. ait. Et dux de medio eius produetur, & applicabo eũ, & accedet ad me. Vbi Hiero. Haud dubiũ, ait, quia Dominus, & saluator secundum carnem ex genere Israel, & princeps de medio eius productus est, applicuit enim eum pater ad se, & accessit ad eum, ita vt diceret filius. Annon creditis, quia ego in patre, & pater in me est? Item. Ego, & pater unum sumus. CAPVT CXVII. Apponere.  P PONERE hebraicæ dicitur Laui Hiero. 50. Venient & apponentur ad Dominũ. Apponere est, iuxta aliud ponere, vel ad dere, vel adiungere, unde de apponere cor, est applicare cor ad aliquid, sic de Pharaone dicitur. Nec appositum cor etiam hac uice. Ita & Propheta dicit. Diuitie si affluant, nolite cor apponere. Id est applicare, quasi spem in illis constituentes, sicut explicat Hieronymus. Quia qui in his (inquit) sperauerit, regnum cæleste capere non poterit, & Glossa, Augusti. Non (inquit) Damnat propheta diuitias, sed cor appositum, quod, scilicet, non expendit, sed recondit. denique Lyra. Nolite cor apponere, ponendo ibi vltimum finem, quia ista deducunt ad gehennæ interitũ, hæc ille. E contrario vero Salomon ait. Appone cor tuum ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, cum seruaeris eã in uentre tuo. Id est, in corde tuo. Vbi Beda. Aspera (inquit) sæpe videtur incipientibus doctrinã Sapientię, sed cum eius virtutem intimo corde perceperint, & operibus seruaerint, tunc eam omnibus dogmatibus pulchriorem esse deprehendent, hæc Beda. In eundẽ sensum Eccles. Apposui cor meũ, ut scinẽ sapientiam. Apponit Deus cor suum ergã hominẽ

Hiere. 30. Hierony. Ioan. 14. Ioan. 10. Exo. 7. Psal. 61. Hiero. Glossa. Aug. Lyra. Pro. 22. Beda. Eccles. 8. 2

sic Iob. Quid est homo, quia magnificas eum? Iob. 7. Lyra. aut apponit ergã eum cor tuum. Vbi Lyranus apponit ait cor tuum, per specialem curam, & diligentiam. Quod luculentius exponit D. Thomas. Apponit (inquit) Deus cor suum ergã hominem, dum ei prouidet propter eius bonum, non autem cor apponit ergã singula bruta, quomodo ergã singulos homines, sed tantum ergã bonum speciei, quod potest esse perpetuum. Hæc ille, prouidet autem Deus, & specialiter prospicit singulis hominibus, tum propter animam immortalem, tum etiam quia capaces sunt æternæ beatitudinis. Vnde præstantior est vna rationalis creatura vniuerso mundo rationis experte. Ideo Dominus dixit. Quam commutationem dabit homo pro anima sua. Apponi quempiam ad patres suos, vel ad populum suum, denotat vltimum diem, claudere. Sic legimus de Isaac. Et appositus est populo suo Ienex, plenusque dierum. Et de Iacob. Et appositus est ad populum suum, & de Abraham. Congregatus est, ad populum suum. Vbi Glossa interlinealis explicat ad Angelos, quorum erat ciuis, Lyranus vero inquit, ad limbum vbi populus erat iustorum. Hæc ille, quia vero fides Abrahæ viua inter omnes Patriarchas enituit, & subsequẽtibz quasi quoddam exemplar singulare virtutum data est, totus limbus Abrahæ sinus dictus fuit, unde de diuite purpurato dicitur. Eleuans autem oculos cum esset in tormentis, uidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. Apponi dicitur quispiã populo Dei quã do denuo suscipit fidẽ sic dicitur. Achrior relicto gentilitatis ritu credit, &c. Et appositus est populo Dei. Item. Baptizati sunt, & appositæ sunt die illa animæ circiter tria milia. Præterea prædicantẽ Barnabã Antiochiæ. Apposita est multitudo Domino. Denique. Et apponentur ad Dominum foedere sempiterno. Quod de conuersis ad fidem in lege gratiæ exponit Glossa. Apponere ergo in scriptura frequenter, idem est quod addere. Dixit Dominus per visionem Paulo. Ego sum tecum, & nemo apponetur tibi, ut noceat te, id est nemo ad nocumentum addetur tibi: Sic & in Psal. Vt non apponat ultra magnificare se homo super terram, id est non iterum addet Antichristus magnificare se in terra, tã

Iob. 7. Lyra. D. Thomas. Matth. 16. 3 Gen. 35. Gene. 49. Gene. 25. Interline. Lyra. Luc. 16. 4 Iud. 14. A. 2. A. 11. Hiero. 50. Glossa. A. 18. Psal. 9.

Casiod. Glossa. Lyra. Psal. 88. Lyra. Genebrard. Casiodorus Hierony. Glossa. Ioan. 11. Psal. 76. Glossa. Psal. 68. Augu. Hiero. Matth. 21. 6 Pro. 10. Lyra. 4. Reg. 20. Ioan. 11. Pro. 3. Dan. 13. Esther. 7. Dan. 14. Dan. 3. Acto. 12. Gen. 19. Gen. 7. Luc. 21. 7 Psal. 119.

quam sit Deus, vt exponit Casio. Glos. & Lyranus. Item. *Et filius iniquitatis non apponet nocere ei.* Id est Absalon Non nocēbit amplius Dauidi, vt exponit Lyranus. Vel nullus iniquus subiciet eum, vt explicat Genebrardus. Vel de Christo intelligitur, cui neque Iudas, neque Iudæi nocere spiritaliter potuerunt, vt Casiodorus, Hieronymus, & Glossa intelligūt, & magis quadrat quamuis collegerint cōcilium Pharisei contra Dominum. Denique eadem phrasia est. *Nunquid in æternū proiciet Deus, & non apponet, ut complacitior sit adhuc?* Vbi Glossa qui quasi adhuc (inquit) aliquando placidus fuit in veteri testamento, non addet vt plus sit in nouo per aduentum filij? Quod vero legimus: *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum.* Glossa Augustin. exponit iniquitas eorum, id est, Iudæorum fuit, vt hominē occiderent, super hoc apposuit Deus, vt filium suum occiderent. Glossa vero interlinealis Hieronymi explicat. Appone, id est, permittit apponi, & recte quia Deus non addidit iniquitatem, sed permittit Iudæis, vt qui dixerunt in parabola. *Hic est hæres, uenite occidamus eum,* cognoscetes quidem illum esse Mesiam, ignorantes tamen esse Deum, occiderent filium Dei.

Secūdū eandē phrasiam dicitur in Pro. *Timor Domini apponet dies.* Vbi Lyranus sicut pater (inquit) de rege Ezechia, cui adit sunt quindecim anni vitæ, sic & Lazaro quatruiduano, quem diligebat Iesus, resuscitato appositi sunt dies viginti fere annorum. Ita & Sapiens dicit. *Præcepta mea cor tuum custodiat, &c. Annosuitæ, & pacem apponet tibi.* Vt ergo timentibus se multiplicet Deus dies vitæ eripit eos sepe à mortis periculo. Sic Susannā à calūnia iherauit Mardocheū à suspēdio, Danie lē à lacu Leonum, res pueros à camino Babylonico, Petrum à carcere Herodiana, Lotha Sodoma, Noë à diluuio, denique martyres sepe à tormentis, iuxta illud. *In patientia uestra possidebitis animas uestras.*

Apponere alicui ad linguam dolosam aliquid, est remedium illi contra linguam dolosam adhibere. Sicut dicit propheta. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? sagitta potentis.* De quo reiectis alijs, duæ sunt expositiones præcipuæ, prior est. Quod remedium

dabitur tibi, aut addetur contra linguam dolosam? Vtique sagittæ potentis verbi Dei, sic explicant Hierony. August. Cass. & Glossa. Vnde quamuis filius Dei suos miserit. *Sicut ones in medio luporum.* Dedit tamen illis sagittas potentis verbi Dei quibus Petrus multos Romæ trāsfixit, ita vt super illum fuerit Ecclesia edificata. secundum verbum Domini, & Paulus Myriades gentilium sagittis verbi Dei fauciauerit. Posterior tamen expositio est Lyrani, Vatabli, & aliorum, non esse verba potentis remedium, sed potius vindictam contra linguam dolosam, videlicet sagittas iræ Dei omnipotentis, ita etiam Ianfenius, quia hebraice legitur. Quid dabit tibi aut quid addet tibi lingua dolosa? id est à lingua perfida Babyloniorum vt exponit Nicolaus, & Genebrardus, & doctiores Hebræi, quid mercedis habebis ex tua perfidia? Vtique sagittas Persarum, atque Medorum sub Cyro, quibus misere faucia succumbes. Sed & extendi potest ad omnem linguam perniciosam, quales fuerunt linguæ phariseorum dicentium. *Magister scimus, quia uerax es, &c.* Cū tamen illum occidere uellent.

Apponere pro vt idem est, quod iuxta ponere legitur apud Eccles. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, &c.* Apposuit ei aquam, & ignem. Scilicet libertatem eligendi, vel gloria refrigerium, vel ignem gehennæ, vt inquit Lyranus, & Glossa interlinealis, & Ianfen. Propterea sub conditione Dominus dixit: *Si quis uult uenire post me.* Item. *Vos amici mei estis, si feceritis, que præcipio nobis.* Vt liberum unicuique permittat arbitrium.

Appositiones epularum in sepulchro, erant epulæ, quas Gētiles errore decepti supra defunctorum sepulchra ponebant, quas tamen defuncti māducare non poterāt, his cōparantur docti. Sed pigri addocēdū apud Eccl. *Bona abscondita in ore clauso, sicut appositiones epularum circumpositæ sepulchro.* Sic exponit Lyranus, sed Ianfenius de auaro dici putat, cui bona sua abscondita in ore clauso non magis profunt, quam epulæ mortuis. Vt ergo diuiti profint thesauri, clamat Dominus. *Thesaurizate uobis thesauros in celo.* Sic profuerunt Magis. *Qui apertis thesauris suis obtulerunt ei.* Id est, filio Dei munerā.

Hiero. Aug. Casiod. Glossa. Matth. 10. Matth. 16.

Lyra. Vatablus.

Nicolaus Genebr.

Matth. 22.

8 Eccles. 15.

Lyra. Glossa. Ianfenius. Matth. 16. Ioan. 15.

9

Eccles. 30.

Lyra.

Ianfe.

Matth. 5. Matth. 2.

Quod

10 I. Cor. 10

Luc. 10. Tit. 1.

Matth. 18.

17

1

Psal. 2. Casiod.

17

Lyra.

Hiero.

Vatablus.

Pro. 3. Beda.

Quod uobis apponitur māducate, legimus I. Corin. 10. Quod dicit fidelibus, qui ab Idolatris ad manducandum inuitabantur, ne uidelicet rogarent, an essent carnes immolatiæ, sed tacentes manducarent. Præterea discipulis præceptum est à Domino. *Manducate que apponuntur uobis, omnia enim munda mundis.* Quod si alicui cibi in tempore ieiuniorum ab Ecclesia prohibentur, non damnantur plane cibi, sed abstinentia, & obedientia commendatur. *Quod si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, aut publicanus.* De quo egimus in verbo abstinentia.

CAPVT. CXVIII.

Apprehendere, comprehendere.



Apprehendere Hebraicè dicitur Acas, & tendere. Vnde Mehachem tenēs. Iacob. 2. 6. Est autē Apprehendere capere, & ad se trahere, nonnunquā uero tāgere: uel atrectare. Metaphoricè uero ad intellectum refertur, ita ut apprehendere sit leuius, & minus plene, comprehendere uero plenus percipere significat. Ita tamen, ut apprehendere quamuis non ad plenum, sicut diximus, fortiter tamen & uiriliter capere sit, ita ut non facile id nobis elabatur. Vnde Propheta. *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus.* Vbi Casiod. *Apprehendite (inquit) disciplinam quasi munimen clypei contra uicia noxia profuturum.* Hebraice uero est uerbum *Nafecu*, quod tria præsertim significat, uidelicet apprehendite, osculamini, adorate: & nomen Bar, quod denotat disciplinam, puritatem & filium, ut notat Lyranus hoc loco, unde uarietas uersionum huius uersiculi nata est. Nam Hierony, iuxta ueritatem hebraicam uertit, adorate pure. Vatablus, & quidā alij osculamini filiū. Denique *Se tuag. de a a the pa id n as* Apprehendite disciplinā, quæ uersio à uulgata, & ab Ecclesia ut grauior recepta est: maxime, quia de Sapiencia diuina dicitur. *Lignum uitæ est eis, qui apprehenderint eam.* ubi Beda. Si cut in medio (inquit) paradisi Moyes lignum uitæ esse testatur, ita per sapientiam Dei, uidelicet Christum, uiuificatur Eccle

cia, & per eius disciplinam, quamuis mystica uideatur expositio. Quare Nicolaus in sensu historico dicit: *Quemadmodum esu ligni uitæ prorogabatur in paradiso uita corporalis sine morte: sic sapientia, uel sapientia disciplina ducit hominem ad uitam sine fine, dummodo perseueret in ea.* Propterea subditur in textu. *Et qui tenuerint eam, beati.* Est autem uera sapientia disciplina totis uiribus sequi iustitiam: de qua. *si sequaris iustitiam, apprehendes illam,* id est, si sequaris iustitiam per exercitium operis, apprehendes illam per habitum. *Quæ expositio pulchre quadrat cum eo quod sequitur. Et indues illam quasi poderem.* Id est quasi uestimentum honoris.

Apprehendere itaque est fortiter, & uiriliter capere. iuxta illud. *Apprehende uitam æternam.* Vbi Chryso. Qui coronari (inquit) uotis omnibus cupiunt, nullis cedunt istibus, & libentissime tolerant omnia, spe enim futurarum aluntur, atque excitantur. Hæc Chryso. Et D. Tho. Apprehende, ait, uitam æternam, ut quasi iam tenens tuo certamine uincas. Hæc ille. Ad quod facit illud Matth. *Regnum cælorum uim patitur, & uolenti rapiunt illud.*

Apprehendit sponsa sponsum per fidē uiuā in Cāt. *Quis mihi te det fratru elem meum, ut apprehendam te, & ducam in domū matris meæ.* Vbi Synagoga introducitur mater Ecclesiæ secundum Gregoriū. Apprehensum (inquit) sponsum in domum matris suæ ducit, quia Synagoga Christū Ecclesia prædicabit. Sed D. Thom. matrem Ecclesiæ militantis intelligit cælestē Hierusalem. De qua Paulus. *illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Apprehendit ergo Ecclesia sponsum, & ducit reuertentem in cælum post finale iudicium, quando implebitur illud Ioan. *Et cum abiero, & præparauero uobis locum, iterum ueniam ad uos, & assumā uos ad me ipsum.*

Apprehendere dicitur Deus arma per metaphoram, quando nobis auxiliatur. Sic propheta clamat ad Deum. *Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi.* Vbi Hierony. In armis (inquit) cælesti adiutorium, in scuto diuinam protectionem designat. Itē Nicol. Loquitur, inquit, in perfectione Saulis Dauid de Deo, more humano, quia aliquis uolens

Nicolaus.

Eccli. 27.

2 I. Tim. 6.

Chry. D. Thom. Matth. 11.

3 Cant. 8.

Greg.

D. Tho.

Gal. 4.

Ioan. 14.

4

Psal. 34.

Hiero.

Nicolaus.

auxilium

Iansen. Eodem modo exponit Iansenius, mystice verò, quia arma sunt alterius nature ab eo, qui se illis armat, tunc Deus arma apprehendit, quando semen Abrahæ comprehendit: & pannis inuolutus apparuit in præsepio.

5 Apprehendit malum miseros, quando repente opprimit, & inopinato: sic de impio dicitur: *Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimit eum tempestas.* Vbi Beda, subitam (inquit) prædictis diuitibus egestatem, velut aquam superventuram significat, iuxta illud: *Cum dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, quod contigit diuiti purpurato.* In eodẽ sensu dicitur: *Ipsi uidentes, sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt tremor apprehendit eos, idest, subitus tremor inuasit, vel Reges deuictos à Iosaphat. Iansenius, vel Herodes turbandus prædicitur, & omnis Hierosolyma cum illo, venientibus Magis ab Oriente.* Sicut exponit Lyranus: *Vel turbandi quidem Reges gentium prænuntiantur in prædicatione Apostolorum prodigiis, & virtutibus confirmata, ut intelligunt Hieronym. Cassiod. & Glossa.*

6 Apprehendunt mala suum autorem, iuxta illud: *Noli facere mala, & non apprehendent te.* Vbi Nicolaus: *Nò apprehendent te, ait, per poenã infligendam tibi in die iudicij, vel mortis: eodem modo Iansenius. Sicut etiam Ecclesiast. In uanitate sua apprehenditur peccator, & superbus.* Græcè *ἐν τῇ ἀφροσύνῃ αὐτοῦ*, in stultitia sua. Itaq; quando quis peccat, sententiam contra illum mox fulminat iudex omniscius, mittitq; contra illum quasi lictores, & apparitores suos, videlicet iram, & poenas, quæ comprehendant eum, & ligent. Sic de Iudæis Propheta dicit: *Furor iræ tuæ comprehendat eos, & quidem prius sub Babylonis vastatoribus de Hierosolem dicitur: Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.* De eadem verò sub Romanis propter scelera sua plectenda Dominus dicit: *Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram.*

7 Secundum simile phrasim comprehenduntur astuti in astutia sua, iuxta illud: *Cōprehenduntur in cōsiliis, quibus cogitant, & rursus: Cōprehendam sapientes in astutia eorū, & alibi: In operibus manuum suarum comprehensus est*

peccator. Permittit enim Deus, ut mali suo se gladio iugulent, sicut Iudei Romanorum gladio ceciderunt, quem acuerant contra filium Dei.

8 Cōprehensio diuinorum propriè sumpto vocabulo, negatur hominibus: large verò sumpta voce in scriptura cōceditur. Negatur quidem Rom. 11. *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uis eius.* Et Ecclesiast. 43. *Exaltantes Deum replerunt uirtute, non laboretis, non enim comprehendetis.* Item Iob. *Foris uestigia Dei comprehendes, & usque ad perfectum omnipotentem reperies.* Vbi Hieronym. *Hæc sunt (inquit) uestigia Dei, cum incomprehensibilem intellexeris, & credideris. Sed Diuus Thomas in Commentariis creaturas esse dicit uestigia Dei, unde subdit creaturas perfectè cognoscere non potes, quanto minus creatorem: sic etiam exponit Lyranus, quibus cōcordat Augustini sententia, qui lib. 10. de Trinitate uestigium Dei, qui trinus & vnus est, impressum esse dicit in creaturis, in numero, pōdere, & mensura fabricatis.*

9 Cōprehensionem verò imperfectã diuinorum cōcedit Scriptura: ut explicat D. Thomas super illud: *Sequor uerò, si quo modo comprehendam.* Cōprehendere (inquit) vno modo est includere, sicut domus comprehendit nos, alio modo, idem est, quod attingere, & tenere, primo ergo modo Deus est incomprehensibilis, quia nò potest includi in intellectu creato, qui lux est, & veritas infinita, sed nostrum lumen est finitum: secundo modo, ut comprehendere est attingere, & tenere, dicit Apostolus: *Sequor autem, si quomodo comprehendam.* Hæc ille. Secundum hanc regulam intelliges illud: *Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, sic currite, ut comprehendatis, idest, ut notitia clara Deum attingere, & cognoscere mereamini.* Item: *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, & latitudo, sublimitas, & profundum, idest, clare in verbo cognoscere: de quo egimus in dictione Altitudo.*

10 Eodem modo intelligitur ferè illud: *Si quomodo comprehendam, in quo, & comprehensus sum.* Vbi D. Thomas in Commentariis: *Non omnes, inquit, habebunt æqualem beatitudinem, quia alij aliis cla-*

Luc. 19.
8
Rom. 11.
Eccles. 43.
Iob. 11.
Hierony.
D. Thom.
Aug.
D. Thom. Philipp. 3.
Regula 1. Cor. 9.
Ephes. 3.
Phil. 3.
D. Thom.

rius Deum vident: unde quilibet habebit certam mensuram ex prædestinatione diuina, & ideo dicit: in quo & comprehensus sum, idest, ut in tali mensura Deum videam, in qua prædestinatus sum: ad quod facit illud Ioan. *In domo Patris mei mansiones multe sunt.* Sed Hieronymus exponit: *sequor si quo modo comprehendam meritum Apostolatus, in quo à Christo comprehensus sum.* Denique Chrysoft. tertiam adhibet expositionem: *Sequor, ait, si quomodo comprehendam Christum, sicut ab ipso comprehensus sum: ex pereuntibus enim eram, & suffocabar, eram periturus, apprehendit me, & tenuit, & ego persequor, ut teneam eum, nec dimittam, quæ expositio & pulchra est, & historicum retinet sensum.*

11 Apprehendere semitas vitæ, est tenere præcepta Dei, quibus itur ad vitam: sic dicitur de adulteris: *Non reuertentur, nec apprehendent semitas uitæ, idest, difficile respicient, ut seruata lege Dei vitam consequantur æternam.* ut explicat Iansenius: *Porrò Lyranus de adulteris, idest, de idolatris dictum putat, qui relapsi serò respicient: denique Beda de mortuis in adulterio exponit, qui nunquam reuertentur ad vitam, sed simplicior est expositio Iansenij, quia ergo adulteri difficile conuertuntur, monuit Dominus adulteram dicens: *Vade noli amplius peccare, quasi diceret, quamuis difficilis tibi sit vitæ correctio, tamen voluntatem correctionis habere, & ego te mea gratia iuuabo, quia omnia possibilia sunt apud Deum.**

12 Apprehendere dicitur Deus, quos eligit, & speciali auxilio gratiæ iuuat, sic legimus: *Semen Abraham amici mei, in quo apprehendi te ab extremis terræ.* Vbi Hieronymus. *Duodecim, inquit, elegit Iesus, quos Apostolos nominauit, qui post seruitutem pedagogiæ legis electi sunt in Euangelio, & semen Abrahæ, & amici Dei esse meruerunt, in eo enim apprehendit eos ab extremo terræ, & vocauit Israel: de vniuersis nationibus, congregans primum populum Iudæorum.* Hæc Hieronymus. Eadem phrasim est apud Hier. vbi Iudæis, Dominus dicit: *Feriam cum domo Iudæ, & c. fœdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus uestris, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Ægypti.* vbi apprehendere manum

Ioan. 14. Hierony.
Chrysoft.
I I
Prouerb. 2.
Iansen. Lyran.
Beda.
Ioan. 8.
I 2
Isal. 41. Hieron.
Luc. 6.
Hier. 31.

eorum est, eos iuuare, sicut quando cepit Petrus in mare mergi. *Apprehendit eum Iesus, idest, iuuat.*

Apprehendere proximi manum secundum eandem phrasem est illum iuuare. sic apud Zachar. *Et apprehendet manum proximi sui, & conferetur manus eius super manum proximi sui.* vbi Hiero. *Vt cōserant (inquit) dexteras, & mutua fide, ac necessitudine copulentur.* Hæc Hiero. in Hebræo est: & ascendet manus eius super manum proximi sui, sed eadem est locutio, quasi dicat, ponet manum suam super manum proximi. vbi falsa est cōmentatio R. Dauid, *ascendet manus sicut fumus, & euanescent.* Porrò melius penetrarunt phrasim Septuaginta. *vertetes σωμαλακίσεις* adhærebit cōplexu manus ad manum. Sed auxilium hoc mutuū proximorum tunc vanum erit, quia in malo se contra Hierosolem, idest, contra Ecclesiam frustra iuuabunt sub mundi finem. Ideo non solū dixit filius Dei: *Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem:* quia peccatores in malis se diligunt inuicem, sed addidit: *Sicut dilexi uos.* videlicet ad vitam æternam. vbi Greg. *ad id amate, ad quod amauit vos.*

Apprehendere cornu altaris, erat olim ad sacrarium confugere, sicut hodie rei mortis, ne à licitoribus comprehendantur, ad tēpla confugiunt. sic Ioab. *Apprehedit cornu altaris,* quia tamen duos duces fraudulenter interfecerat, ibidem transfusus est. iuxta illud, quod de huiusmodi præcipitur. *Ab altari meo euellat eum.* Quòd etiã in lege gratiæ, quandoq; seruatur in odiū traditorum, nec iniuste: nã si *quis dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis.* traditor, & homicida quid mirum si ab altari ad supplicium temporale secundum leges euellatur?

Apprehendi virum vnū à septem feminis, raritatē denotat virorum, & desolationem. *Apprehendent septem mulieres virum vnum.* vbi Hiero. *Ob nimiam, inquit, hominum raritatem, interfectis omnibus bellatoribus, ut maritum habere videatur, neque maledicto legis subiaceat. Maledicta sterilis.* Eodẽ modo Cyrill. cōtigit autem in excidio Hierosolymitano sub Romanis. sic etiam exponunt Theod. & Basiliius. Notat etiã Hieronymus. Numerum septenarium, indeterminatè plures significare, quia Hebraica dictio *שבע* Seba, & se-

Matth. 24.
I 3
Zach. 14.
Hierony.
R. Dauid.
Ioan. 15.
Gregor.
I 4
3. Reg. 2.
Exod. 21.
Matth. 5.
I 5
Isal. 4.
Hieron.
Deut. 7.
Cyrillus.
Theodor. Basilii.
Hieron.

Luc. 19. ptem, & plures significat: de hac desolatione, Dominus dixit: *Non relinquent in te lapidem super lapidem.*

15 Apprehendere fimbriam alicuius, denotat auxilij gratia eum tenere. sic legimus: *Apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium fimbriam uiri Iudaei, dicentis ibi mus uobiscum.* Vbi Hiero. Quidam (inquit) ex Iudaeis haec sub Zorobabel, & post Zorobabel, dicit esse completa: nos autem in aduentu Dni Saluatoris, quando de Maria natus est uirgine, rectius & uerius intelligentes. Haec Hier. idem Cyri. qui addit, numerum denarium non quidem praecise capi, sed multitudinem significare. Sicut autem paruuli fimbrias uestimentorum extremas parentum apprehendunt saepe, ne cadant, ita praedixit Zacharias, Gentiles Apostolis adhaeruros. Haec ex Cyrillo, sic Dominus dixit Apostolis: *Sicut misit me Pater, & ego mitto uos, id est, sicut me misit Pater dicens: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam:* ita ego mitto uos, ut eadem gentes mihi datas ad me congregantes adducatis. & iterum: *Ego misi uos, ut eatis, & fructum afferatis.*

16 Apprehendit filius Dei semen Abrahae factus homo ex semine Abrahae secundum carnem. sic Paul. *Nunquam angelos apprehendit, sed semine Abrahae apprehendit,* quod tunc cogit, quando Maria dixit Angelo: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum.* Notat autem Chryl. super Hebr. 2. quare non dixit suscepit, sed isto uerbo usus est apprehendit: utique per metaphoram insequentium eos, qui auersi sunt, & omnia facientium, ut fugientes occupet, & aufugientem ab eo naturam humanam in secutus apprehendit. Haec Chryl. Et recte, iam enim homo non potest fugere Deum, quia obsidem habet pretiosissimum apud Deum, hoc est naturam humanam hypostaticè copulatam filio Dei: nec mirum si prius fugeret cum obsides (Hispane rehenes) non dedisset Deo. Ideo nascente Domino canunt Angeli. *Et in terra pax hominibus.*

17 Apprehendere Deum manum Christi, denotat unionem personalem naturae humanae cum uerbo. sic Isa. ubi Pater loquitur ad filium: *Ego Dominus uocaui te in iustitia, apprehendi manum tuam, & seruaui te, & dedi te in foedus populi in lucem gentium.* ubi Pater, qui maior est filio secundum humanitatem, de qua dixit: *Quia Pater maior me est,* dicit fi-

lio: *Apprehendi manum tuam,* id est, naturam humanam hypostaticè uniu cum meo consubstantiali uerbo. vel ut Hierony. exponit, apprehendi manum tuam, dicit filio pater, quia quidquid operatur filius, operatur & Pater: ideo Christus dicebat: *Pater in me manens ipse facit opera.* de quo uide Eusebium lib. 9. de demonstratione c. 15. & Lactantium lib. 4. cap. 20.

Apprehendit etiam Deus dexteram Cyri Regis, sed per solum auxilium temporale. iuxta illud. *Haec dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram.* Quod multi de Christo ad literam dictum putant, quia Septuag. uertunt. Haec dicit Dominus Christo in eo Domino. Ita tenet Lactantius lib. 4. cap. 12. Tertull. libro aduersus Iudaeos. Cyprian. lib. 1. contra Iudaeos, cap. 21. August. in oratione de quinque haeresibus, Athanas. lib. 1. de unitate sanctissimae Trinitatis in principio. Sed etiam R. Salomon referente Lyrano dicit, antiquos Hebraeos de Messia hunc locum sub typo Cyri intellexisse. Porro de Cyro Rege Persarum exponunt Hierony. hoc loco, Cyrillus, Theodo. Procopius, Gloss. ordinaria, & interlinealis, & Vatablus, quae sententia tenenda est, quia quaedam hic dicuntur, quae neque historiae, neque in figura possunt quadrare Messiae, quale est illud quod sequitur: *Assimilauit te, & non cognouisti me.* Dicit autem e contrario filius Dei. *Si dixero, quia nescio cum, ero similis uobis mendax, sed scio eum, quia ab ipso sum.* Apprehendit autem Deus dexteram Cyri in temporali auxilio.

Apprehendere messium trituram ipsam quoque uindemiam, signum est magnae fertilitatis. sic legimus. *Apprehendet messium trituram uindemiam.* & in eodem sensu apud Amos dicitur. *Ecce dies uenient, dicit Dominus, & comprehendet arator messorum, & calcator uinae mittentem semen.* Vbi Hieron. ut nunquam, inquit, sunt sine frumento, & uino, & gaudio, quamuis spiritualium messium abundantia in lege gratiae secundum historicum etiam sensum significetur, ut notat Hieron. de qua: *Messis quidem multa, operarij autem pauci.* Apprehendit autem messium trituram uindemiam, quando sub Apostolis tyrunculi uix baptizati perfectionis consilia sectabantur, renuntiantes omnibus, quae possidebant, & martyrio vitam profundentes.

Hierony.
Ioan. 14.
Euseb.
Lactantius.
18
Isai. 43.
Lactantius.
Tertull.
Cyprian.
August.
Athanas.
R. Salom.
Hierony.
Cyrillus.
Theodoret.
Procop.
Gloss. ordin.
interlinea.
Ioan. 7.
Leuit. 16.
Amos 9.
Hierony.
Luc. 19.

20
Pro. 26.
Lyran.
Matth. 5.
Eccles. 26.
Lyran.
Iud. 16.
1. Cor. 6.
21
Eccles. 34.
Leuit. 19.
Glossa.
Matth. 1.
Ioel. 3.
Hier. 49.
Glossa.
Lyranus.
Hier. 8.
Luc. 16.
22
Osez. 2.
Hierony.

Apprehendere auribus canem, est sine causa incitare contra nos iracundum. Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui irascit, & impatiens commiscetur rixae alterius. Ita exponit Lyranus propterea Dominus dixit: *Seu mites.* Apprehendenti uero scorpionem assimilatur, qui feminam prauam, & inhonestam retinet. *Mulier nequam, qui tenet illum, sicut qui apprehendit scorpionem.* Vbi Lyranus, quia mulier, inquit, facie blauditur, sed usque ad mortem pungit. sicut Dalila Sansonem. ideo Paulus dicebat: *Fugite fornicationem.*

Apprehendere umbram, apprehendere altitudinem collium, & apprehendere mendacium, phrasae sunt, quae terè in idè recidunt. sic legimus: *Sicut qui apprehendit umbram, & sequitur uentum, sic qui attendunt ad uisa mendacia, secundum hoc uisio somniorum.* Quia ergo demones illudere quosdam in somniis frequenter solent, praecipitur: *Non obseruabis somnia,* ut notat Glossa: quod intelligendum est, nisi aliunde certo constet, somnium aliquod diuina factum esse reuelatione, sicut quando *Angelus apparuit in somniis Ioseph.* & *Ioel. 2. Senes uestri somnia somniant.* Secunda phrasae est non dissimilis primae, ubi Idumaeorum genti dicitur: *Apprehendere niteris altitudinem collium.* luc Glossa, & Lyranus aiunt, Idumaeos, qui in locis saxosis, & excelsis habitabant, supra vires intumuisse, quasi instar altissimorum collium se se erigentes, sed fiducia uana frustrati, à Chaldaeis vastati sunt. Tertia phrasae eiusdem Hieremiae, ubi de Iudaeis putantibus sine poenitentia euadere posse Chaldaeorum manus contra uerbum Domini, dicitur: *Apprehenderunt mendacium, & noluerunt conuerti.* Tales sunt diuites, qui in suis temporalibus bonis confidentes, respiscere ab iniquitate nolunt, vel differunt, isti enim sequuntur umbram, apprehendunt altitudinem collium, atque mendacium, quod diuiti contigit purpurato.

Apprehendere negatur amatoribus suis peccator, qui in necessitate saluari nequit eorum auxilio: in quibus confidebat. sicut dicitur de Hierusalem sub typo mulieris adulterae. *Sequitur amatores suos, & non apprehendet illos.* Vbi Hierony. Amatores (inquit) Hierusalem secundum historiam Assyrios, Aegyptios, nationesque ceteras intelligamus, cum quorum ido-

lis fornicata est, à quibus bellorum tempore, & preuentibus malis frustra sperauit auxilium. Haec Hieronymus, lege Iosephum lib. 10. Antiquitat. capit. 10. ubi narrat obsessum Regem Sedechiam auxilium ab Aegyptiis frustra petiisse, qui uicti sunt à Chaldaeis. Ceterum non plane frustra sed uere apprehendet amicos suos in mortis exitu, qui fuerit sibi pauperes amicos de manumonia iniquitatis, ut recipiant eum in aeterna tabernacula.

Apprehendere, & non saluare est conari, sed non posse liberare suos, sic Mich. *Apprehendes, & non saluabis.* Lyranus dicit de excidio sub Nabuchodonosor intelligi, ubi pro apprehendes in Hebraeo, est tanges, quasi dicat, tanges filios, ut eos eripias de manibus Chaldaeorum, sed non poteris saluare Hierusalem flammis succulam, Hieronymus mysticum sensum allert de haeretis: *Qui uenit in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Apprehendunt enim quasi matres simplices populos, quasi agnos, ut lactent, sed non saluum non saluant, imo peribunt, & dilaniant. Postremo locus ille difficilis est Osee. *Non comprehendet eos in Gabaa praetium super filios iniquitatis.* De quo late in uerbo Gabaa numero. 3.

Appropinquare, uide supra in uerbo Accedere.

Iosephus.
Luc. 16.
23
Mich. 6.
Lyranus.
Hierony.
Matth. 7.
Osee. 10.
CAPVT CXIX.
Aqua.
Q V A In Hebraeo pluraliter dicitur Hamaim, aquae. Est autem aqua unum e quatuor elementis terre contiguum, ex ea uero parte, quae terra humidior est, terra supereminet, ut potest uisus, supereminetque naturae sic dicitur: *Abysus sicut uisus memum anulus eius, super montes sicut unum aquae.* Ita accipiunt Iulianus, Chrysol., Athanasius non de initio mundi, quando omnia opera erant aquis, sed quomodo nunc sunt. Ex alia uero parte, quae ad eximandum terra separatis aquis relicta est ab initio supereminet aquis, unde intelligitur illud Psal. *Qui firmavit terram super aqua.*



Q V A In Hebraeo pluraliter dicitur Hamaim, aquae. Est autem aqua unum e quatuor elementis terre contiguum, ex ea uero parte, quae terra humidior est, terra supereminet, ut potest uisus, supereminetque naturae sic dicitur: *Abysus sicut uisus memum anulus eius, super montes sicut unum aquae.* Ita accipiunt Iulianus, Chrysol., Athanasius non de initio mundi, quando omnia opera erant aquis, sed quomodo nunc sunt. Ex alia uero parte, quae ad eximandum terra separatis aquis relicta est ab initio supereminet aquis, unde intelligitur illud Psal. *Qui firmavit terram super aqua.*

Psal. 193.
Euthy.
Chrysol.
Athanasius.
Psal. 105.

August. aquas. vbi August. terram hanc super aquas firmatam dicit, eam esse terrae partem, quae arida vocatur, & animalia continet: de qua dictum est. *Separantur aquae in unum locum, & appareat arida.*

Gen. 1. 2. Quae tamen est inter autores multum agitata. An aqua maris sit altior, & sublimior quam terra, quae discooperta, & habitabilis est? an humilior ut dicebamus: de quo sunt diuersae patrum sententiae, prima dicit, esse aquas maris multo sublimiores terra habitabili. Hanc tenet Basil. hom. 4. Exameron, quia Darius Rex Persarum, & quidam alius voluit mare Rubrum coniungere mari Aegypti, quod non tentarent, nisi humilior esset terra Aegypti, quam mare Rubrum, Plinius vero lib. 6. ca. 27. Regem quemdam Aegypti refert voluisse mare Rubrum cum Nilo coniungere, quod in idem recidit. tenet etiam cum Basilio, Ambros. lib. 3. Exameron cap. 2. & D. Thomas. 1. p. q. 69. artic. 1. & Catherinus super Genes. 1. Item Dionys. Carthusia. & alij. Hanc opinio habet pro se testimonia scripturarum, & physicam rationem, quae docet maius esse elementum aquae quam terrae, triplo fortasse, quia ex pugillo terrae multi fiunt aquae, ergo non potest incauernis terrae premi, sed surgit altior terra habitabili moles aquarum, quod Propheta canit. *Super montes stabunt aquae.* & *Congregans sicut in utre aquas maris,* Hebraice sicut in aceruo. sicut dicit Ecclesiast. *In uerbo eius stetit aqua quasi congeries.* & alibi. *Tu ligasti mare uerbo praecepti tui.* Rursus: *Quando legem ponebat aquis, ne transiret fines suos.* & Iob. *Quis conclusit ostijs mare, &c. conclusit illud terminis suis, & posuit uectes, & ostia, & dixit, huc usque uenies, & non procedes amplius, &c. Item Hiero. qui posuit terminum mari. & denique. Terminum posuisti, quem non transgreditur, neque conuertentur operire terram.* Accedit quod initio mundi aqua terram operuit uniuersam, & tempore diluuij. *Quindecim cubitis altior fuit aqua super omnes montes, quos operuerat.* Ergo modo in Oceano altior est terra, sed diuino nutu, ne iterum eam operiat, cohibetur.

3. Nihilominus tamen contraria sententia est Caiet. super Gen. 1. Terram uidelicet habitabilem altiore esse Oceano, & aquis maris, ut experientia docet oculorum. Idem tenet Nicolaus super Psa. 32.

Idem omnes Astrologi, & Philosophi quia in littoribus constat humilior esse quam terram: in medio uero proportionatum est littori, neque enim uolenter totum hoc pendet elementum, sed ut, inquit, Aug. lib. 7. de Trinitate. c. 30: sic Deus administrat omnia, quae creauit, ut etiam ipsa proprios motus agere finat: quod etiam scriptura confirmat, nam praeter id quod nu. 1. allegauimus: dicit Propheta. *Ipse super maria fundauit eum,* id est, orbem terrae, etiam alibi dicitur: *Qui descendunt mare in nauibus.* & apud Ionam. *Inuenit nauem, & dedit nauum eius, & descendit in eam.* & ideo haec sententia mihi probabilior est.

Quod si quis roget, quid ergo scriptura tam frequenter exaggerat, imperio diuino aquas maris retineri, ne obruant terram? Responso expedita est, raritatis, & densitatis elementi aquae magnam esse latitudinem, seruata etiam aquarum specie: unde quando initio mundi uniuersam operuit terram, & in tempore diluuij Noe rarissima erat aqua, Deinde uero quando in Gen. *Dixit Deus congregentur aquae in locum unum, & appareat arida,* condensauit elementum non quidem uolenter, sed intra latitudinem naturae aquae, usque adeo, ut in cauernis terrae potuerint comprehendi, ut sub ea densitate non possint naturali profusione terram operire, neque eidem supereminere, nisi rarefiant, quod insinuatur in uoce Hebraea, quam uulgata uertit: *Cogregentur aquae,* Hebraice Cauah, quod duo significat, uidelicet ligari, item voragine ad lineam concludi, quod ante nos adnotarunt Hiero. Oleaster, & Aegubinus in sua Cosmopia, quia a uerbo Cauah deriuatur dictio Cau, quae est linea iuxta illud. *Extendam super Hierusalem Cau, Latine lineam.* Et rursus: *Extendit Cau,* id est lineam. Itaque ligauit & congregauit, id est, condensauit Deus aquas ad lineam, ut in illa naturali condensatione essent in Oceano humiliores, quam terra haec habitabilis: & ita naturalis fuit lex, quam posuit aquis, non miraculosa supra naturam aquae, exaggerat autem illam scriptura locis citatis. Prou. 8. Iob 38. Hiero. 5. & Psalm. 103. & alibi passim, ut innotescat prouidentia diuinæ sapientiae, quae seruata liquidi elementi natura, quando uult rarefacit aquas maris, ut cooperiant terram, sicut in initio, & in diluio Noe, & quando uult condensatas

ad lineam retinet in Oceano humiliores terra: in tempestatibus etiam rarefactas eleuat flatu ventorum supra montes, deinde sedat eas, & condensat iuxta lineam praescriptam. Neque fundamentum contra nos Basilij, Ambrosij, & aliorum urget de rege Aegypti, uel Persarum, qui coniungere uoluit mare rubrum cum Nilo, ut influeret in mare Mediterraneum quia non potuerunt illi reges, quod inepte cogitauerunt, quare potius confirmat sententiam nostram. Denique nobis fauet scripturae praescriptae, quas non est ita facile soluere.

In medio deinde aquarum firmamentum legitur uerbo Domini factum. *Fiat firmamentum in medio aquarum, diuidat aquas ab aquis, &c. & diuisit aquas, quae erant sub firmamento ab his, quae erant super firmamentum.* Vbi magna quaestio est An uere sint aquae super caelum elementares, de quo latius agendum nobis est, libro. 6. in dictione firmamentum interim tamen ne nihil hic dicamus, probabilem duco sententiam Glossae ordinariae ex Augustino, quae super Gen. 1. dicit nubes, & uapores aquae nomine denotari, quae ut firmamentum, id est, in media regione aeris pendunt, quam uis uerius sit caelum crystallinum uocari aquas propter proprietatem aqueam.

Aquas Deus in nubibus ligat, quando nubes ex uaporibus paulatim cogit. *Qui ligat aquas in nubibus suis, ne erumpant pariter deorsum.* Vbi Diuus Thomas fit (inquit) diuina uirtute ut uapores non simul condensentur, ne oporteat eos simul in pluuiam conuersos cadere. In eundem sensum dicitur. *Appendit aquas in mensura.* De quo diximus in dictione appendere num. 2. Atqui Lyranus aquas appensas in mensura putat esse sapientiam, aquarum nomine per metaphoram significatam. Et quamuis sensus mysticus uideatur, quadrat tamen pulchre fati, sic enim filius Dei sapientiae caelestis mysteria in parabolis quasi in nubibus in mensura ligabat, discipulisque dicebat. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, caeteris autem in parabolis.* Quam mensuram iustitia pariter, & misericordia diuina praescribunt sicut in Matth. ubi patri filius dicit. *Abcondisti haec a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, ita pater quia sic*

placitum est ante te. Ecce mensura est beneplacitum Dei cui misericordiam, & iudicium cantat Propheta.

Sub aquis gemere dicitur de danatis, sic legitur apud Iob. *Gigantes genuerunt sub aquis.* Vbi Lyra. tempore, inquit, diluuij dicitur. *Gigantes erant super terram.* Gigantes ergo aquis diluuij submersi genuerunt in inferno. Sed D. Thom. per gigantes superbos intelligit, sic etiam Greg. quia aquas populos exponit iuxta illud. *Aqua multa populi multi.* Elati ergo inquit, omnes dum in hac uita assequi honorum celsitudinem cupiunt sub ponderibus populorum genuerunt. Hanc Greg. quia ergo celsitudo saeculi dignitatum gemitus potius quam quiete parit. Christus discipulis sedere ad dexteram, & sinistram eius, in sublimi dignitatum regalium petentibus. *Nescitis* (inquit) *quid petatis.* Quasi dicat seipso, quam ut quietam desideratis, plena sollicitudinum & gemituum est.

Aquae calidae balnea significare solent, quae languis uiles sunt aliquando, sic legitur. *Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine.* In Hebraeo pro aquis calidis legitur hic iamin, quod eodem modo uertit Sept. *טוואממ* super quem locum Hierony. in traditionibus Hebraicis. Alij (inquit) apud Hebraeos putant Iamin Maria appellata. Iisdem quippe literis scribuntur maria, quibus & nunc hic sermo scriptus est, & uolunt illum dum pasceret asinos patris sui in deserto, aquarum congregationes reperisse, quae iuxta idioma linguae Hebraicae maria nuncupantur, quod scilicet stagnum reperit, cuius rei inuentio in deserto difficilis est. Nonnulli putant aquas calidas iuxta Punicam linguam uiciniam, quae hebraeae contermina est, hoc uocabulo significari. Plerique putant quod equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi, unde mulorum noua contra naturam animalia nasceretur. Hanc Hiero. Atqui nostra uulgata Punicam phrasim secuta est, quia in illa regione fortasse calidae aquae balnearum usus pretiosae reperitur, ubi sunt uenae sulphureae, ut inquit Lyran. Illud autem notandum inuentores rerum in scripturis laudari, Abel, qui primus pastoralis artem inuenit; Noe, qui primus plantauit uinea. Tubal, qui musica primus reperit instrumeta, citharam, & organum: Tubal Cain, qui fuit primus faber ferrarius

ad lineam retinet in Oceano humiliores terra: in tempestatibus etiam rarefactas eleuat flatu ventorum supra montes, deinde sedat eas, & condensat iuxta lineam praescriptam. Neque fundamentum contra nos Basilij, Ambrosij, & aliorum urget de rege Aegypti, uel Persarum, qui coniungere uoluit mare rubrum cum Nilo, ut influeret in mare Mediterraneum quia non potuerunt illi reges, quod inepte cogitauerunt, quare potius confirmat sententiam nostram. Denique nobis fauet scripturae praescriptae, quas non est ita facile soluere.

In medio deinde aquarum firmamentum legitur uerbo Domini factum. *Fiat firmamentum in medio aquarum, diuidat aquas ab aquis, &c. & diuisit aquas, quae erant sub firmamento ab his, quae erant super firmamentum.* Vbi magna quaestio est An uere sint aquae super caelum elementares, de quo latius agendum nobis est, libro. 6. in dictione firmamentum interim tamen ne nihil hic dicamus, probabilem duco sententiam Glossae ordinariae ex Augustino, quae super Gen. 1. dicit nubes, & uapores aquae nomine denotari, quae ut firmamentum, id est, in media regione aeris pendunt, quam uis uerius sit caelum crystallinum uocari aquas propter proprietatem aqueam.

Aquas Deus in nubibus ligat, quando nubes ex uaporibus paulatim cogit. *Qui ligat aquas in nubibus suis, ne erumpant pariter deorsum.* Vbi Diuus Thomas fit (inquit) diuina uirtute ut uapores non simul condensentur, ne oporteat eos simul in pluuiam conuersos cadere. In eundem sensum dicitur. *Appendit aquas in mensura.* De quo diximus in dictione appendere num. 2. Atqui Lyranus aquas appensas in mensura putat esse sapientiam, aquarum nomine per metaphoram significatam. Et quamuis sensus mysticus uideatur, quadrat tamen pulchre fati, sic enim filius Dei sapientiae caelestis mysteria in parabolis quasi in nubibus in mensura ligabat, discipulisque dicebat. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, caeteris autem in parabolis.* Quam mensuram iustitia pariter, & misericordia diuina praescribunt sicut in Matth. ubi patri filius dicit. *Abcondisti haec a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, ita pater quia sic*

placitum est ante te. Ecce mensura est beneplacitum Dei cui misericordiam, & iudicium cantat Propheta.

Sub aquis gemere dicitur de danatis, sic legitur apud Iob. *Gigantes genuerunt sub aquis.* Vbi Lyra. tempore, inquit, diluuij dicitur. *Gigantes erant super terram.* Gigantes ergo aquis diluuij submersi genuerunt in inferno. Sed D. Thom. per gigantes superbos intelligit, sic etiam Greg. quia aquas populos exponit iuxta illud. *Aqua multa populi multi.* Elati ergo inquit, omnes dum in hac uita assequi honorum celsitudinem cupiunt sub ponderibus populorum genuerunt. Hanc Greg. quia ergo celsitudo saeculi dignitatum gemitus potius quam quiete parit. Christus discipulis sedere ad dexteram, & sinistram eius, in sublimi dignitatum regalium petentibus. *Nescitis* (inquit) *quid petatis.* Quasi dicat seipso, quam ut quietam desideratis, plena sollicitudinum & gemituum est.

Aquae calidae balnea significare solent, quae languis uiles sunt aliquando, sic legitur. *Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine.* In Hebraeo pro aquis calidis legitur hic iamin, quod eodem modo uertit Sept. *טוואממ* super quem locum Hierony. in traditionibus Hebraicis. Alij (inquit) apud Hebraeos putant Iamin Maria appellata. Iisdem quippe literis scribuntur maria, quibus & nunc hic sermo scriptus est, & uolunt illum dum pasceret asinos patris sui in deserto, aquarum congregationes reperisse, quae iuxta idioma linguae Hebraicae maria nuncupantur, quod scilicet stagnum reperit, cuius rei inuentio in deserto difficilis est. Nonnulli putant aquas calidas iuxta Punicam linguam uiciniam, quae hebraeae contermina est, hoc uocabulo significari. Plerique putant quod equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi, unde mulorum noua contra naturam animalia nasceretur. Hanc Hiero. Atqui nostra uulgata Punicam phrasim secuta est, quia in illa regione fortasse calidae aquae balnearum usus pretiosae reperitur, ubi sunt uenae sulphureae, ut inquit Lyran. Illud autem notandum inuentores rerum in scripturis laudari, Abel, qui primus pastoralis artem inuenit; Noe, qui primus plantauit uinea. Tubal, qui musica primus reperit instrumeta, citharam, & organum: Tubal Cain, qui fuit primus faber ferrarius

Basil. Ambro:

5 Gen. 1.

6 Iob. 26. D. Thom.

Iob. 28. Lyra.

Matth. 13. Luc. 8,

Matth. 21.

August.

Psal. 113.

Psal. 106. Ion. 1.

4 Gen. 1.

Gen. 1.

hny

Oleaster. Aegubinus.

2. Reg. 21. Isai. 44.

Gen. 1. Gen. 7.

Psal. 100.

7

Iob. 26.

Lyra.

Gen. 6.

D. Tho.

Greg.

Apoc. 17.

Matth. 20.

8

Gen. 33.

Hierony.

יבמים

Lyra.

Inuentores rerum laudantur.

Gen. 4.

Gen. 9.

Gen. 4.

Luc. 3.
Ioan. 3:
Marc. vlt.
Matth. vlt:

9

Lyranus.
R. Salom.

Iosephus.

Dionyfi.

Purgatio
vulgaris.

Fulgofus.

Honorius.
Papa.

Ioan. 3.

10
Num. 8.
Lyra.

& ararius itē Ana, qui primus balnea reperit in deserto aquæ calidæ, sed multo magis Ioannes Baptista, qui spiritu diuino baptismū reperit, quo disponderet homines ad pænitentiam. Et uenit in omnem regionem circa Iordanem prædicans baptismum. Et super omnes filius Dei, qui sacramenta gratiæ condidit efficacia. Nisi quis renatus fuerit.

Aquas amarissimas indices adulterij permittebat lex vetus num. 5. Vbi de de muliere adulterij nota resperfa dicit lex. Potum det mulieri, sub audi sacerdos, aquas amarissimas, quas cum biberit, si polluta est contempto uiro, adulterij rea, &c. inflato uentre computrescet foemur, eritque mulier in maledictionem. Et paulo ante vocat textus aquam hanc sanctam. Vbi Lyranus, ait. dicit R. Salomon quod vocatur sancta, eo quod accipiebatur de labro cæneo de speculis mulierum deuotarum facto. Iosephus uero libro. 3. antiquit. cap. 14. dicit vocari sanctam, eo quod nomen Dei ineffabile in scheda scriptum diluebatur in ea, vel ut inquit, Dionysius Carthu. quia oblata erat in sacrificio in atrio sancto. Amarissimæ uero aquæ dicebantur non propter saporem amarum, sed effectiuè, quia causa erant amarissimi doloris & morbi. Hinc autem & apud fideles olim in lege gratiæ ortum habuit purgatio vulgaris, quæ foemine adulterij nota laboranti adhibebatur, siue in ferro candenti, siue in aqua calida, interdum uero foemina in frigidam aquam manus immittere iuebatur, de quo Fulgofus libro. 18. cap. 1. mirabile narrat exemplum de muliere, quæ cum ad purgationem obiecti criminis in frigidam misisset manum, combustam penè retraxit, non aliter quam si in aquam bullientem eam intulisset, quæ omnia ad imitationem aquæ legalis fieri cœperunt ob zelotypiã, sed Honorij tertij Pontificis maximi decreto prohibita sunt, de purgatione vulgari cap. vltim. in lege quippe gratiæ adulteræ poenitenti parcere potius Dominus docuit, quam contra illam talia machinari, quando dixit adulteræ. Neque ego te condemnabo, &c.

Aqua lustralis memoratur. Tolles leuitas, & purificabis eos iuxta hunc ritum, aspergantur aqua lustrationis, &c. Vbi Lyranus. In hac (inquit) aqua poneban-

tur cineres vaccæ cōbustæ. de qua legitur. Adducant ad te uaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum, &c. comburetque eam sacerdos, lignum quoque cedrinum, & hyssopum mittet in flammis, &c. Deinde iubet colligere cineres, ut sint (inquit) multitudini israel in custodiam, & in aquam asperfusionis. Hæc ergo dicebatur aqua lustralis, quia omnes, qui propter cadaueris, aut reicuiusuis immundæ contactum reddebantur immundi, & quasi irregulares, asperfusionem huius aquæ lustralis mundabantur. unde Apostolus ait. Si cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, &c. emundabit conscientiam nostram ab operibus mortis, &c. Erat itaque hæc aqua figura sanguinis Christi, vocabatur autem lustralis, quia lustrabat, vel illustrabat obscura, & immunda, sicut & apud Romanos spatium quinque annorum lustrum dicebatur, quia singulis quinquenniis urbem luminariis, & quibusdam alijs ceremoniis lustrabant, siue purgabatur. Vnde Lilius lib. 2. Omnes centuriæ, & equites in campum Martium conuocati oue, tauro cæsis immolarunt, quod lustrum est dictum. Sed lege gratiæ aqua baptismi lustramur semel ad salutem. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Aqua uero lachrymarum frequenter purificamur qua se lustrauit mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.

Aquam fluminis percussione virgæ vertit Moyses in sanguinem. Et fuit sanguis in tota terra Egypti. Deinde sequitur in textu. Feceruntque similiter malefici Egyptiorum incantationibus suis. Querit itaque August. in qq. super Exodum, quomodo si fuerat sanguis in tota terra Egypti, postquam Moyses virga percussit fluuium, potuerunt malefici facere similiter, cum nō fuisset aqua relicta, quæ non esset versa in cruorem? Sed responsio ex textu colligitur, quia sequitur foderunt autem omnes Egyptij per circuitū fluminis aquam, ut biberent: hanc ergo aquam ex parte malefici verterunt in sanguinem, ex puteis, quos foderunt Egyptij. Illud autem adnotatione dignum est, magos Egypti plagas Egyptiis à Domino per Moysem inflatas nūquā

Num. 19.

Hebr. 9.

Lilius.

Ioan. 3.

Luc. 7.

11

Exod. 7.

Aug.

abstu-

Matth. 7.

12
Antonius.
Honcala.
Gen. 17.

Diony.

Leui. 14.

Lyra. 14.

Regula.
Apoc. 22.
D. Thom.

Ioan. 4.

Ioan. 7.

Hiere. 2.

Hierony.

Luc. 16.

Hiere. 17.

13
Apoc. 22.

Beda.
Primasius.

abstulisse, sed addidisse multoties, sic & falsi Prophetæ. Qui ueniunt ad uos in uestimenta ouium. Plagas, quas mittit Deus in populum ad scelerum vindictam, augent sæpe, sed auferunt nūquam, unde subdit Dominus. A fructibus eorum cognoscetis eos nunquid colligunt de spinis uuas?

Aqua uiua secundū historicū sensum, ut notat Antonius Honcala Abulensis super illud Genesis. Foderūtque in torrente, & repperunt aquam uiuam. non est collectanea, sed ea quæ de imo fonte manat, uiua enim appellatur, quæ suapte natura mouetur, & ut inquit ibidem Dionysius Carthuf. quæ ab scaturigine salit instar uentis, sic intelligitur illud Leuit. de duobus passeribus offerendis in sacrificio leprosi, e quibus vnū immolari iuebatur in uase fictili. Super aquas uiuentes. Vbi Lyranus aquas intelligit fontium, vel fluminum scaturientes. Ex hoc sumitur in scriptura metaphora, ut illa dona, quæ supra naturæ vires animam purificant, & à Deo tanquā à uiuo fonte promanant, & quasi scaturiunt, aqua uiua in scripturis appellentur. Sic Ioannes. Accipietis aquam uitæ gratis. Id est, gratiam uiuificantem, ut exponit Diuus Thomas ibidem. Item. Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Et de donis Spiritus sancti. Qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Est quippe sanctus spiritus fons omnium gratiarum, unde ait Hieremias. Dereliquerunt me fontem aquæ uiuæ. Vbi Hieronymus. Aduertendum (inquit) est quod fons perpetuus est, & uiuentes habet aquas, &c. Mundus uero transit, & concupiscentia eius: ut Ioannes, ait, & collectaneas habet aquas, quæ mox arescunt, quod sero diues ille purpuratus aduertit, quando in tormentis neque guttam aquæ meruit habere. Et quia noluit in cælis scribi, in terra duntaxat scriptus mansit. iuxta illud. Domine recedentes à te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuentium Dominum.

Secundum eandem phrasim Ioannes ait. Et ostendit mihi fluuium aquæ uiuæ. Vbi in Græco est aquæ uitæ, quomodo etiam legunt ex latinis patribus Beda, atque Primasius, in idem tamen recidit utraque lectio. Hunc fluuium aquæ uiuæ quidam intelligunt abundantiam

significare lætitiæ perennis beatorum, quibus omnia simul affluat bona, iuxta illud. Iuebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons uitæ. Id sentire uideretur Beda. Secunda expositio nihilominus est, hunc fluuium esse baptismum, quod tenent aliqui ex illis, qui non de cælesti Hierusalem hunc locum exponunt, sed de Ecclesia militante, inter quos est Ticonius homil. 17: Porro Haymo dicit esse fluuium doctrinam sacram utriusque testamenti. Idem Cælius in collectaneis. Nihilominus quarta expositio est veterum etiam patrum, hoc fluuium Spiritum sanctum significari. Ita tenet Ambrosius libro. 3. de Spiritu sancto capit. 21. facit autem vim in eo, quod uiderit fluuium Ioannes procedentem de sede Dei, & Agni, nam quid de sede procedit Dei patris & filij, regnat cum patre & filio, quia vnus inquit naturæ, vnus dominationis, vnus etiam potestatis est. Hæc ille, & certe Ioannes alludere uidetur ad illud, quod in suo Euangelio dicit. Cum autem uenerit paraclitus, quem ego mittam uobis à patre spiritum ueritatis, qui à patre procedit, &c. Vnde Rupertus super eundem locum Spiritus sanctus (inquit) est iste fluuius, &c. de quo Ioan. Si quis sitit ueniat ad me, & bibat. Idem Nicolaus tenet, & Dionysius Carthusianus & uidetur expositio magis quadrare.

Aquæ uiuentes diuinæ sunt scripturæ, & diuina sapiëntia, sic explicat Greg. illud Cant. Fons hortorum puteus aquarū uiuentiū. Quid (inquit) per fontem, & puteum nisi sancta Scriptura designatur: quæ sic aqua sapiëntiæ generat, ut potantes semper reficiat, & tamē manare non desinat. Hæc Grego. vel ipsa sponsa nimirum Ecclesia catholica puteus est, ut exponit Theodor. unde aqua sapiëntiæ promanant. in quo sensu dicitur apud Zacha. In die illa exibit aqua uiuæ de Hierusalē, medium earum ad mare Orientale, & medium earum ad mare nouissimū. Vbi Hiero. Aqua inquit, quæ egreditur de Hierusalē, hoc est de Ecclesia, doctrinā indicat saluatoris. De Siō enim exhibit lex, & uerbum Dñi de Hierusalē. Iuxta quod scriptum est. Repleta est terra scientia Domini sicut aqua maris operientis. Harum aquarum media pars ibit ad mare Orientale,

Psal. 35.

Beda.

Ticonius,
Haymo.
Cælius.

Ambros.

Ioan. 15.

Rupertus,

Ioan. 7.

Nicolaus.
Dionys.

14

Cant. 4.

Greg.
Theod.

Hierony.

Isai. 1.
Isai. 11.

id est, ad populum circuncisionis, & media ad mare nouissimū gentiū. Hæc Hieronymus tunc autem implebitur. Et erit unum ouile, & unus pastor. Propterea vocatum est nomen filij Dei Iesus, quia vtrūque populum saluat.

15 Aqua ergo in scripturis per metaphoram Euangelicā doctrinam significat frequentissimè, gratiam quoque in Christo, & baptismum. Sic Ioel dicit. Per omnes riuos iudæ ibunt aquæ. Vbi Hieronymus explicat de lege gratiā dicens. Nihil in eis siccum erit, redundantibus omnibus gratia spiritali, iuxta illud. Deus ipse ueniet, & saluabit nos, &c. Quia scisæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine, &c. Et sitiens erit in fontem aquarum, id est, gentilitas olim deserta. vt exponit Theodor. sitiens caelestem, Euangelicamque doctrinam accipiet: ita etiam explicat Eusebius libro. 9. de demonstratione capit. 6. de quo item Isaias. Egem, & pauperes querunt aquas, & non sunt: ego Dominus exaudiam eos, &c. Ponam desertum in stagna aquarum. Vbi Hiero. Gentium (inquit) populus pauper, & tenuis non habet scientiam veritatis, querit per diuersos magistros, & varia dogmata Philosophorum aquas salubres, &c. sed Deus Israel non in æternum perire passus est, sed aperuit flumina, quæ ex illo fonte duxere principium, qui in Psalm. loquitur. Fluminis impetus latificat ciuitatem Dei. Et in hoc eodem Propheta. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Hæc Hieronymus, qui eodem modo exponit illud Isaiæ. Omnes sitiens uenite ad aquas: de his, inquit, aquis Dominus dixit. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. & rursus. Qui credit in me, &c. flumina de uentre eius fluent aqua uiuæ. Significans Spiritum sanctum. Sed Gregor. Nazianzenus. oratione ad sanctū baptismum, illud Isaiæ specialiter explicat de baptisate, scilicet. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, nō potest introire in regnū Dei. Eodē modo exponit Clemens Alexand. in exhortatorio. Sic etiam de baptismo iuxta literā intelligit Hieronymus illud Ezech. Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. de quo Marcus. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.

Aqua similiter baptismum significat simul cum Euangelica doctrina. Et ecce aquæ redundantes a latere dextro, cum egredieretur uir ad Orientem, qui habebat funiculum, &c. Et mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquam usque ad talos, & rursus mensus est, &c. Et traduxit me usque ad genua, & mensus est &c. traduxit & me usq; ad renes. Sed quādo mensus est quarto, torrēs nō potuit transuadari. Vbi Theodor. docet nos, inquit, per hæc fore vt ab initio Euāgelicum præconium paucos ad salutem adducat: deinde eos duplicet, & triplicet, ac postea totum replet orbem terrarum, secundum illud Isaiæ. Repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operientis. Hæc Theod. item ibi Hiero. duci Prophetam per aquam usque ad talos, est originale peccatum, & primas iniquitates per baptismi sacramentum ablui. Deinde intrare in aquam, usque ad genua, est iam proficere ad diuini cultus incrementa, quo Deo flectimus genua, non mammonæ iuxta illud. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Sed aquam pertingere usque ad renes, est carnis peccata purgari: denique aquæ usque ad collum inundant: quia gaudium nostrum nemo tollet. deinde Hieronymus. Perspicuum est (inquit) aquas saluatoris significare doctrinam, & infra. Istæ sunt aquæ de quibus in Psalm. dicit Ecclesia. Super aquas refectionis educavit me. Et rursus. Apparuerunt fontes aquarum. De quibus in alio Psalm. canitur. Eleuauerunt flumina uocem suam, eleuauerunt flumina fluctus suos a uocibus aquarum multarum. Istæ sunt aquæ Syloe, quæ vadunt cum silentio. de quibus dicitur. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. & alibi. Iste in excelsis habitabit, &c. Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Hæc Hieronymus, ubi notanda est armonica phrasium scripturæ consonantia. Sacra namque doctrina, quam Christus Aperiens os suum. docebat Apostolos, & quam docebat de nauicula turbas & frequenter alibi dicitur secundum Hieronymum aqua refectionis, quia reficit animam, sicut etiam apud Matthæum clamat. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. & ego reficiam uos. Deinde vocatur fontes aquarū: quia fontium instar nunquam arefcit, sed semper

16
Ezech.
Theodoret.
Isai. 11.
Hierony.
Matth. 6.
Ioan. 16.
Psalm. 22.
Psalm. 17.
Psalm. 91.
Isai. 8.
Isai. 11.
Isai. 33.
Matth. 5.
Luc. 3. & 8.
Psalm. 22.
Matth. 11.
Psalm. 17.

Ioan. 10.
Luc. 2.
Ioel. 3.
Hierony.
Isai. 33.
Theodor.
Eusebius.
Isai. 41.
Hierony.
Psalm. 45.
Isai. 12.
Isai. 55.
Ioan. 4.
Ioan. 7.
Gregor. Nazian.
Ioan. 3.
Clemen. Alex.
Hierony.
Ezech. 36.
Marci. vlt.

reficit in tribulatione, & prosperitate, apellatur etiā uoces aquarū multarū. Quia surdos facit audire & mutos loqui. Præterea dicitur Aqua Siloe quæ vadit cū silentio, quia silentiū uitæ docet cōtēplatiuæ, de qua Lucas. Maria optimam partē elegit. Postremo uocatur Aqua fidelis, quia quod promittit scriptura dicens. Beati pauperes spiritu &c. fideliter complet, sicut & omnes alias promissiones.

17 Aqua secundū varias adhuc metaphoras sapientiæ denotat doctrinā. Sic dicitur. Aqua breuis, Aqua de cisterna, Aqua tenebrosa in nubibus, Aqua profunda, Aqua de situla. Aqua breuis apud Isai. Et dabit uobis Dominus panē arctū, & aquam breuem. Id est doctrinā Euangelicā, vt exponit Hiero. quæ in dilectionē Dei, & proximi omne uetus abbreviatū redigit testamentū, vt habes apud Matth. Aqua uero de cisterna legitur in Prou. Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui, deriuentur fontes tui foras, in plateis aquas tuas diuide. Vbi Lyranus de cisterna tua, id est, de sacra scriptura sapientiam haustam alijs communicare per doctrinam. Eodem modo Greg. 3. p. Pastoralis admonitione. 25. Aquam (inquit) prædicator de cisterna sua bibit, cū ad cor suum rediens, prius facit ipse quod dicit, iuxta illud. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno calorū. Præterea, Aqua tenebrosa in nubibus aeris, legitur in psalmo quæ est sacra doctrina prophetis inuoluta mysterijs, vt exponunt August. Hieronymus, & Glossa, quamuis de nubibus, & pluuia materiali iuxta literam explicent Lyranus, Iansenius, & ante eos Theodoretus. Item, Aqua profunda uerba ex ore uiri, habetur Prou. 18. id est, uerba sapientiæ ex ore uiri perfecti sunt sicut aqua profunda, ut ait R. Salomon. Denique Aqua de situla dicitur sapientia populi Iudaici quæ quasi aqua de situla ad multas gētes deriuada erat. Sic Balaā dixit de populo Israel. Fluat aqua de situla eius & semen eius erit in aquis multis. Ita exponunt Lyranus & Carthusianus. Vnde Apostolis de populo Israel dictum est illud. Docete omnes gentes.

18 Aquæ per metaphoram gentium significant multitudinem. Aqua multa populi multi. Et apud Nahum. Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius. Vbi Hierony. multitudinem Niniuitarum significari dicit.

Sic in Eccles. Mitte panem tuū super transeuntē aquas. Vbi Lyranus. Omnibus (inquit) egentibus da cibum, & potum, & maxime transeuntibus peregrinis. In eodem sensu Hierem. ait. Ecce aquæ ascendentes ab Aquilone. Id est, gens Chaldæorū surgens contra Iudæos, vt exponit Theodoretus.

Aquarum multarum uox, secundū eandē phrasim, est sonitus multitudinis hominū, uel Angelorū, seu uox maxima, & ualde tremēda. Sic in Apoc. de uiro simili filio hominis, quē uidit Ioannes. Uox (inquit) illius tanquā uox aquarum multarū. Vbi Richard. uocē intelligit scripturarū, quæ per Apostolos toto insonuit orbe, iuxta illud. Prædicate Euangelium omni creaturæ. Sed mystica est hæc expositio. Iuxta literā uero uox iudicis ad finale iudiciū ueturi de notatur, quæ tā ualida erit, ut uox multitudinis exercitus uideatur, quando dicit. Ite maledicti in ignem æternam. Sic & Ezechiel de quatuor sanctis animalibus. Et audiebam (inquit) sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, & quasi sonum sublimis Dei. Id est, sonum maximum. Quamuis aliter etiam posset intelligi, quod scilicet audierit Angelos per quatuor animalia significatos (vt constat ex eodē Ezech. dicēte. Et sonus Cherubim audiebatur usque ad atrium quasi uox Dei omnipotentis) Quod per rinde sit, atque si Propheta Deū audierit: itē qui audit quatuor animalia, id est, quatuor Euangelistas quasi Deū audit, iuxta illud. Qui uos audit me audit. Historice tamen uox aquarū multarū ut dicebamus uocem multitudinis denotat etiā Apoca. 14. & 19. Audiu uocem quasi tubæ magnæ & sicut uocem aquarum multarum.

Aqua per metaphorā tribulationes significat, & impugnationes hostiles. Sic Propheta. Forsitā pertransisset anima nostra aquā intolerabilem. Id est, tribulationē intolerabilem, ut exponit Lyra. Qui eodē modo explicat illud Psalm. Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. Id est, de impugnationibus Saul, & Absalonis. Itē alibi. Intrauerunt aquæ usq; ad animā meā. Id est, persecutiones & tribulationes, iuxta illud. Adducet super eos Dominus aquas fortes, & multas, regem Assyriorum. Potest autē intelligi uerficul⁹ Psalm. de Christo. quia persecutiones Iudæorū, ut inquit Lyranus, nō solū aureseius tetigerūt, sicut quādo dicebāt ei. Samaritanus es tu, & d. & monū habes.

Eccles. 11.
Lyra.
Hierem. 47.
Theodoret.
19
Apoc. 1.
Richar.
Mar. vlti.
Matth. 25.
Ezech. 1.
Ezech. 10.
Luc. 10.
20
Psalm. 123
Lyra.
Psalm. 177.
Psalm. 68.
Isai. 8.
Lyra.
Ioan. 8.

Ioan. 8. * Sed vsque ad separationem anime à corpore, de qua in Concilio Cayphas dixit. Expedi ut unus homo moriatur pro populo. Sed vt dicitur in cant. *Aqua multa non poterunt extinguere charitatem.* Idest, tribulationes multæ, vsque adeo. vt Sciens iesus, quia uenit hora eius, &c. cum dilexisset suos quierant in mundo in finem dilexerit eos. Neque suos solos Apostolos intelligit, sed omnes electos, inter quos erant aliqui ex illis, qui eum morti tradiderunt. In eodem sensu propheta clamat. *Liberamē de aquis multis.* Sic etiam de Ecclesia primitiua exponit Hieronymus illud Esai. *Si transieris per aquas, tecum ero, flumina non operient te.* Vbi Hieronymus Aquas (inquit) & flumina, ignem, & flammam, persecutorum imperiū, furorē que describit, Hæc ille. De his persecutionibus Dominus dicebat. *Venit hora, ut omnis, qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Et: eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.*

Luc. 21. 21 Aquæ infideles vocantur tribulationes illæ, quæ initio yltimum comminantur exitium, sed sicut nimbus repentinus cito transeunt. Sic de suis tribulationibus dicit Hieremias. *Factum est mihi sicut mendacium aquarum infidelium.* Idest, in modum aquarum transeuntium, vt exponunt Hieronymus, Theod. D. Thom. & Lyranus. Sic transferunt tribulationes meæ, quæ prius videbantur plaga incurabilis. Porro Vatablus vertit & tu (subaudi, o Deus) es mihi, sicut aquæ quæ fallunt, & firmæ esse nesciunt, explicat autem verba esse Hieremiæ quasi parum fidentis de exitu reuelationis sibi factæ, eo quod soleat Deus minas non adimplere vnde subdit. *Si conuerteris, conuertā te.* Quasi dicat Deus o Hiere. si conuerteris ab hac tua diffidētia, conuertā te. Quæ expositio non displicet, quia etiam cum versione vulgata quadrat. Præterea tribulationes suppliciorum pro sceleribus, fellis aqua vocantur teste Hiere. *Potum de di uobis aquam fellis.* Denique aqua turbida vocatur amaritudo fiduciæ vanæ, quādo fallit quia in homine fragili collata fuit: sic idē Hiere. *Quid tibi uis in uia Aegypti, ut bibas aquam turbidam, & quid tibi uis in uia Assyriorum, ut bibas aquam fluminis?* Subaudi Euphratis, vbi Hiero. & Vatablus ex analogia turbidæ aquæ Nilitur-

bandā fiduciā populi Iudaici, quā in auxilio infidelium ponunt, frustandāque prædicat; Sic etiā turbatur & fallit spes in mudi thesauris constituta, ideo Dñs ait *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra.*

Aquæ furtiuæ errores denotant hæreticorum, sic Sapiens. *Aquæ furtiuæ dulciores sunt.* Ita exponunt Beda, Glossa, Lyr. & Greg. super illud Iob. 33. *Abominabilis fit ei in uita sua panis.* Sic intelligitur & illud Isai. *Vinum tuū mistū est aqua.* Vbi Hiero. & Septuag. habēt. *Caupones tui miscent uino aquā.* Pro quo Symma. transtulit. *Vinum tuum mistum est aqua.* Et est sensus, lex Dei pura, atque sincera violata est traditionibus Pharisaorum, quod Dominus in Euangelio docet dicens. *Irritū fecistis mandatum Dei propter traditionem uestram.* Et infra hæretici quoque Euangelicā veritatē corrumpunt, & faciunt de vino aquā, cum è contrario Dñs aquā in uinum cōuenerit. Hæc Hierony. Eodem modo Procopius & Irenæus lib. 4. ca. 25. vbi de traditionibus Iudaicis Euangelio cōtrarijs agit, & Chrysof. serm. aduersus hæreticos tom. 5. deniq; quod Dñs ait. *Qui ueniūt ad uos in uestimentis ouium. de scripturis intelligit, quas heretici sibi circundant, sed corrupte illas in perniciem fidelium exponunt.*

Aqua in scripturis interdum pro iniquitate sumitur apud Hieremias. *Sicut cisterna frigidam facit aquam suam, ita isti frigidam fecerunt malitiam suam.* Itē apud Iob *Qui bibunt sicut aquam iniquitatem.* Denotat etiā aqua uenerā voluptatem, sic dicitur de muliere fornicaria. *Ab omni aqua proxima biber.* Idest uenerā percipiet voluptatē, vt explicat Lyr. & Iansenius. In hoc etiā sensu Iacob filio suo Rubē, qui patris torū violauerat dixit. *Effusus es sicut aqua, non crescas.* Vbi Glossa uoluptatis, inquit, effusus es impetu. Quamuis effundi sicut aquā, denotet etiā uiribus destitui, & exhausti, sic Propheta in persona Christi ait. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Quia bonus pastor animā suā dedit pro ouibus suis. Et vt ipse biberet uitę perennis aquas, ipse uis aqua effusus est, quod de Christo ad literā exponit Hiero. Aug. Casiodor. Theoret. Glossa. Lyranus. Iansenius.

Aqua linguæ fluxū interdū significat iuxta illud. *Qui dimittit aquā caput est iurgiorum.* Vbi Gregor. libro. 7. morali. in illud

Ioan. 8. *
Ioan. 11. Cant. 8.
Ioan. 13.
Psal. 143.
Hierony. Isai. 43.
Hierony.
Ioan. 19.
Luc. 21.
21
Hier. 15.
Hierony. Theodor. D. Thomas. Lyranus. Vatablus.
Hier. 8.
Hierem. 2.
Hierony. Vatablus.

Matth. 5. 22
Prou. 9. Beda. Glossa. Lyr. Grego. Isai. 1. Hierony. Symma.
Matth. 11.
Ecclef. 21.
Iansen. 25
Ioan. 19.
Ionnacen. Papa.
Ioan. 19.
Cypria. Euthym. Theophy.
D. Thom.
August.
Cyrillus. Chrysof.
26
1. Ioan. 5. Glossa.
Luc. 23.
Matth. 5.
Iob. 9.
Titelma.
Beda. Lyr.
Isai. 1.
1. Ioan. 7.
Ioan. 8.
28
Iob. 24.
Beda.
Matth. 25.

Iob. 6. In uerba profertis. Aquā, inquit dimittere, est linguam in fluxum eloquij relaxare, & Beda super eun de locum qui linguam ait non refrēnant, concordiam dissipat. Hæc ille. Vnde lingua solet intergras subuere ciuitates, quia in discordiā diuidit ciues iuxta illud. *Omne regnū in se diuisū desolabitur.* Est autē min⁹ apta expositio Lyr. super hūc locū Prou. Vbi dimittere aquam putat esse, ab aqua abstinere, & indulgere uino, sed phrasia hebraica repugnat, quæ denotat labentis aquæ fluxū sicut in Ecclef. dicitur. *Non des aquæ tuæ exitum, nec mulieri nequā ueniā prodeūdi.* Quod etiam ante nos adnotauit Iansenius.

Aqua uera elementaris exiit de latere Christi sic legimus. *Et continuo exiuit sanguis & aqua.* Vnde cauendus est error ab Innocentio damnatus cap. in quadam de celebratione missæ. quē nouatores ab orco reuocant, tenentes nō aquā uerā, sed humorē fuisse phlegmaticū, definit autē Innocentius uerā fuisse aquā: ad hoc quippe miraculū supra naturā cōfirmandū. Ioannes se testem exhibet oculatum. *Et qui uidit (inquit) testimonium perhibuit.* Ita tenet Cyprian. lib. de duplici martyrio, & Euthymius super Ioan. 19. & ibidē Theophyl. confundantur (inquit) Armenij, qui nō admiscunt in mysterijs aquā, nō enim credunt, vt uidetur, quod aqua ex latere egressa sit, sed sanguis solū, & hoc loco destrunt magis miraculū. Hæc Theo. idē cōfirmat D. Th. 3. p. q. 74. ar. 7. ad tertiū in quo ostensum dicit, corpus Christi uere cōpositum esse ex quatuor elementis. Et Aug. idē tenet tract. 120. super Ioan. Et causas adhibet huius mysterij. Aqua, inquit, illa salutare temperat poculū, hæc lauacrū præstat, & potū. Itaque per aquā significatur baptimus, sicut per sanguinē cū aqua eucharistia, in qua cū specie uini admiscetur aqua, hæc etiam duo sacramēta ibidem repræsentari notant Cyrill. lib. 12. cap. 39. & Chryf. hom. 84. in Ioann.

Aqua dicitur dare testimoniū Christi. *Tres sunt qui testimoniū dant in terra, spiritus aqua, & sanguis, & hi tres unū sunt.* Vbi Glossa. Spiritus, inquit, id est anima, de qua dixit Lucas. *In manus tuas Domine commendo spiritum meū.* Aqua, & sanguis, quæ de latere eius fluxerunt, ex his quippe cōstat saluatorē nostrum ueram habuisse humanitatem, quæ ex anima constat intellectiua,

& corpore ex elementis cōposito. Quod uero addit. *Et hi tres unū sunt.* Intelligitur vnus homo sunt, qui ex his constituitur quantū ad humanitatem ueram, secundum quam dicit. *Quia pater maior me est.*

Aquæ niuiū duobus modis accipiuntur in scriptura, vel vt scholastici dicunt effectiue, vel formaliter. Effectiue capiuntur, prout efficiunt in uestibus niuē candorē sic Iob. *Si lotus fuero quasi aquis niuiū, & fulserint ut mundissima manus meæ, tamē fordibus intinges me.* Vbi Titelmanus de aquis intelligit purgatiuis scilicet uestes lineas instar niuis dealbantibus. Sed Beda, & Lyranus de lachrymis poenitiæ dictū putant, quæ non tam corporalia uestimenta dealbant, quā conscientia, iuxta illud. *Lauami ni, mundi estote.* Neq; enim loquebatur Iob de munditia uestiū corporaliū sed de puritate conscientie, quæ non est tanta in homine uiatore, vt non possit dicere cū Apostolo Ioanne. *Si dixerimus quod peccatum nō habemus, nos ipsos seducimus.* Solus autem Christus inter natos mulierum dicere potuit. *Quis ex uobis arguet me de peccato.*

Aquæ uero niuium frigidæ ad tactum referuntur. Sic Iob agens de adultero dicit. *Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium: & usque ad inferos peccatum illius.* Sed obijciunt Rabini contra uulgatam, in Hebræo aliter haberi, scilicet. *Siccitas, & calor auferunt aquas niuium, inferos uel sepulchrum, peccauerunt.* Sed quis non uideat hoc nullum facere sensum, nisi phrasia Hebræa mutetur in latinam, quod fecit uulgata, hoc modo. *Quia hic est sermo de adulteris, quibus dicit Spiritus sanctus, siccitas, & calor auferet eis aquas niuium, id est transibunt ad nimium calorem ab aquis niuium: & vsque ad inferos Hebræice Sheol. peccauerunt, vel peccatum illius in singulari, deficit enim in Hebræo particula vsque. Iam uero de hac sententia sunt tres expositiones. Prima est Bedæ, intelligitur inquit, esse apud inferos hæc poena, vt à tormento caloris nimij transeat ad sensum quasi frigoris niuium. Iuxta illud Matthæi. *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Vbi stridor dentium de rigore frigoris oritur. Hæc Beda quem omnes fere scholastici doctores sequuntur in 4. sent. cuius hic quoque Lyr. meminit. Vbi nō asserit Beda aquas esse in gehēna, sed quasi aquas. Sed*

Beda.
Luc. 11. Lyr.
Ecclef. 21.
Iansen. 25
Ioan. 19.
Ionnacen. Papa.
Ioan. 19.
Cypria. Euthym. Theophy.
D. Thom.
August.
Cyrillus. Chrysof.
26
1. Ioan. 5. Glossa.
Luc. 23.
Ioan. 10.
Iob. 9.
Titelma.
Beda. Lyr.
Isai. 1.
1. Ioan. 7.
Ioan. 8.
28
Iob. 24.
Beda.
Matth. 25.

Lyra,

Lyra. secūda adhibet expositionē magis historicā. *Maledicta sit pars eius, id est, impij in terra, ad calorem nimium transeat ex aquis nimium.* Vineā, scilicet, eius, sine media tēperie, vt tam repentina de extremo ad extremū mutatione sterilis arefcat. Tertia expositio est. D. Thomæ super Iob, & Pauli Burgenfis, vt adulter, de quo sermo est, permittatur à Domino, de extremo ad extremum transire, id est, de peccato in peccatum, per extremum sine medio virtutes, quę omnes expositiones probabiles sunt, quāuis secunda Lyranī magis literę cohæreat. Vt cunque tamen sit, caueant adulteri, ne maledictione huiusmodi cōprehendantur, quòd ne adulterę proueniret, dixit illi filius Dei: *Vade noli amplius peccare.*

D. Thom. Burgen.

Ioan. 8.

28

Isai. 15. Hier. 48. Hierony.

Aquæ Nenrim desertæ erunt. Legimus in Isai. & in Hierem. *Aquæ Nenrim pessimæ erūt.* Est autē Nenrim, vt ait Hiero. super Isa. oppidū Moā bitarū super mare mortuū, vbi falsæ sunt aquæ, & steriles, alludens ergo ad amaritudinem aquarū dicit vterq; Propheta. Verē aquæ Nenrim steriles erunt, & amaræ, non solū natura suā, sed quia vastabitur à Chaldæis tota regio. Sic omnis voluptas seculi amara est ex natura sua, quia non fatiat, sed fauciat, & quia morte superueniēte magis ingehēna amarescit, sicut diuiti contigit purpurato.

Luc. 16.

29

Super aquas ambulare propriū est Dei per metaphoram tamen Psal. 75. Iob. 9. & Matth. 14. Vbi filius Dei super aquas ambulauit.

C A P V T C X X .

Aquila.



QVILA Hebraice vocatur Nesser Leui. 11. Ezech. 17. Pro. 30. Iob. 39. & alibi passim, sed latine dicitur Aquila ab aquilo colore sub nigro

Plini:

Aquila auis est regia, cuius sex numerat species Plinius lib. 10. ca. 3. clarissima videtur oculorū acie, maximē quę dicitur Halietus, viso enim ē nubibus in mari pisce, librat se p̄cep̄s de alto, & vnguibus p̄cedā rapit, est quippe carniora & sanguinolenta, subdit quę solam hanc alitem fulmine nunquam tangi, parit oua terna, excludit pullos binos, alterum nido pellit t̄dio nutriendi, sed eiectum recipit olsi fragagenus quoddam aquilæ, & nutrit quasi

suum. Atqui Aristot. lib. 9. de historia animalium cap. 32. Alunt (inquit) pullos suos aquilæ, donec potentes volandi fiāt, tuac nido eos expellunt, prius tamen singulos vngue suspendunt, & aduersus intueri cogunt solis radios, quos si conuientes animaduenterint, p̄cipitant, sin minus educant. Hęc ex Aristotele.

Arist.

Aquilæ similitudo in scripturis Deo datur in Deut. *Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.* Quia vero Israeliticus ille populus irreuerberatis solem aspicereluminibus noluit, sed coniuuentibus potius in crudelissimam necem solis iustitiæ declinavit, eiectus est foras, alterque pullus, id est, gentium populus credens in Christum, qui rectis oculis aspexit, educatus est in Ecclesiæ nido, vnde Matth. *Multi ab oriente, & occidente ueniet, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno celorum, filij autem eiicientur in tenebras exteriores.*

2 Deut. 32.

Matth. 8.

Aquila dicitur Christus, sic Sapiēs: *Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro, uiam aquilæ in celo.* Quòd de via Ascensionis Christi in cælum, exponit Lyran. de qua Marcus: *Et postquam locutus est eis, assumptus est in cælum.* Ignorabat autē omnis homo hanc uiam, quia vsque ad filium Dei. *Nemo ascendit in cælū, nisi qui descendit de celo filius hominis, qui est in celo.*

3

Lyra. Matth. 24.

Ioan. 3.

Aquilarum nomine spiritus etiam angelicos, intelligi docet Dionys. lib. de cælesti Hierarchi. cap. 15. ob regiam uide licet dignitatē, motumq; ad superna tendentem, & propter agilitatē, & uisus intellectualis acumē, sic inter Cherubinos *Facies aquilæ, uisa est à Propheta.*

4 Dionys.

Ezech. 1.

Aquila typus est imperij, teste Ezech. duæ Aquilæ duos reges significant, prior Nabuchodonosorem Chaldæorum Monarcham, de quo dicit: *Aquila grandis magnarum alarum uenit ad Libanum, & tulit medullam Cedri, id est, Nabuchodonosor.* Vt exponit Hieronymus, uenit ad templum Dei, quod Libanus appellatur, & tulit Iechoniam Regem, quę uocat medullā Cedri, cū matre, & optimatibus, deinde populū trāstulit in Babylonē. Sub Sedechia. Sed posterior aquila designat Regē Ægypti, de quo in eod. c. subdit Ezech. *Et facta est aquila altera grādis magnis alis, multif*

5 Ezech. 17.

Hierony.

4. Reg. 14.

Iosephus.

Osee. 8.

Hierony.

Dan. 7.

Ioan. 4.

6

Apoc. 12.

Benedict. Arias. Matth. 16.

7

Apoc. 4.

Irenæus. Hierony. August. Gregor. Isidorus. Theophy. Beda. Haymo. Anselmus. Richardus. Glossa. D. Thom.

que plumis: & ecce uinea ista quasi mittens radices suas ad eā, id est uinea populi Iudaici misit ad Regē Ægypti, auxiliū postulās ab eo contra Chaldæos. Vt narrat Iosephus lib. 10. cap. 10. sed nihil profuit. Præterea Regem Nabuchodonosor contra domum Domini ueturum p̄dicit Osee: *In gutture tuo sit tuba sicut aquila in domo Domini, quia transgressi sunt fœdus meum.* Vbi Hierony. p̄dicitur, inquit, Prophetæ exalta uocem tuam, vt tubæ similis sit, & hoc dicitur cum clamore, sicut aquila in domo Domini, id est, ueniet Nabuchodonosor tam raptim, & tam uelociter, vt aquilæ imitetur uolantē, & ueniet ad Hierusalem ad domum Domini, vt destruat eam. Hęc ex Hierony. Idem Rex Babylonius ostensus est Danieli. In prima bestia, quæ ascendit de mari. *Quasi leæna, & alas habebat, ut aquilæ: ubi in facie leæna, & alis aquilæ: & uolans pariter, & regia potestas Nabuchodonosor ostensa est.* Quòd uerò subditur, euulsas fuisse alas eius: *Et cor hominis datum esse ei.* Denotat priuatum fuisse Nabuchodonosor regno septem annis, & more bestię per syuas errasse donec quasi homo resipuit. Sape enim flagella Dei potentes ad meliorem frugem conuertunt: sicut langor filij Regulum traxit patrem ad Christum, deinde ad fidem.

milis aquilæ non planè quiescenti, sed uolanti, quia de diuinitate Christi exordium fecit Euangelij dicens: *In principio erat Verbum.* Deinde quia ueloci quodam amoris uolatu filium Dei prosequatur, vnde ipse dicit: *Cum uidisset Petrus discipulum illū, quem diligebat Iesus sequentem.* Videlicet nō tam corporis gressu, quā amoris affectu: Denique dicitur Aquila uolans propter propositum uirginitatis, quo sequitur agnum uelocissimē: *Quocumque erit.*

Ioan. 1.

Ioan. 16.

Apoc. 14.

8

Apoc. 8.

Oecumen. Aretas. Tyconius. Beda. Glossa. D. Thom. Ruper.

Aquila p̄dicatorem denotat Euangelicum, ita in Apocal. *Et uidi, & audiui uocem unius aquilæ uolantis dicentis uoce magna, uae, uae, uae, habitantibus in terra.* In Græco mendosē habetur vnus Angeli, pro vnus aquilæ, nam Græci expolitores Aquilam exponunt. Vide Oecumenium, & Aretā. Significat autem Aquila hęc p̄dicatores, vt exponit Tyconius homi. 6. Beda, hoc loco, Glossa, D. Thomas, & alij fere omnes. Nam quòd Rupertus Abbas nomine Aquilæ sacram intelligit scripturā, quæ calamitates Ecclesiæ p̄dicit, in idē fere recidit, quia Scriptura sacra à doctoribus explicatur, vt instilletur populo. P̄dicit autem ter uae, id est, tres calamitates magnas superuenturas de cæteris uocibus trium Angelorum, qui tuba erant cantaturi, id est, de tribus aliis tribulationibus, quas alij tres p̄dicatores erant latius promulgaturi. Ita ut iste, qui quasi Aquila cæteris eminebit, dicat: quam uis ego magnas imminere calamitates peccatoribus terrenis, & carnalibus p̄dico: alij tamen, qui post me uenient, magis timendas p̄dicabunt. Illis autem, quorū cū Apostolo cōuersatio in cælis est: & qui thesaurizant thesauros suos in celo, iuxta uerbū Domini. *Nihil erit triste, etiā quando Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, quia illis dictum est: His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra.*

Phil. 3. Matth. 24.

Luc. 22.

9

Matth. 24.

Chrysof. Theophy.

Euthymi. Glossa. Lyran. Hierony. Esai. 40.

Aquilis comparantur electi post resurrectionem corporum apud Matth. *Vbi cunque fuerit corpus (ait) ibi congregabuntur, & aquila.* Sic explicat Chrysof. Sanctos omnes cum corporibus gloriosis resurgentes Christo de celo ad iudicium descendenti obuiam ituros: ita quoque Theophy. Euthymius, Glossa interlinealis, & Lyranus. In eundem sensum explicat Hierony. illud Esai: *Qui autem confi*

dunt in Domino, mutabunt fortitudinem, assumment pennas sicut aquila, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Itaque instar (inquit) aquilarum sancti repuerascunt, & assumpto immortal corpore laborem non sentiunt mortalium, sed respicientur in nubibus obuiam Christo. Hæc Hierony.

Aquila deciditibus plumis decaluat vnde fatis apte pœnitentiam denotat & tristitiam, sic Michæas ait expositore Hierony. Decaluate, & tondere super filios delictuarum tuarum, dilata caluitium tuum sicut aquila, quia captiui ducti sunt. Loquitur autem ad terram Israel. Idem de renouatione spiritali per pœnitentiam similitudine ab aquila renouatione sumpta dicitur: Renouabitur ut aquila iuuentus tua, super quem locum Augustinus ex lib. 10. Plinij citato refert, deficere aquilam non tam annis, quam fame, in tantum superiori crescente rostro, vt ad uncitas ad vefendum aperiri non queat, sed colliso ad saxum, & confraeto illo superfluo rostri, cibos rursus sumere, & iuuenescere, idem refert Aristoteles lib. 9. de historia animalium, cap. 32. Quod vero vltra caluitium alias plumas perdat, aut recuperet, non legimus apud illos, qui de auium scripsere natura, tenet nihilominus Hierony. super Esai. 40. Sæpe (inquit) diximus aquilas reuiescere mutatione penarum, & Euthymius super versiculum præsentis Psalm. solenne ait est aquilis, veteres pennas exuere, nouasque induere, & Ambrosius ferm. 54. adducens prædictum versiculum, aquilam dicit noua pennarum mutatione iuuenescere, denique idem asserit Arias montanus in apparatu biblico in libro Ioseph dicto, lege etiam Hierony. epistola ad Præsidium, vbi refert aquilam in fonte de mergi, & sanatis oculis, resumptisque paulatim pennis iuuenescere. Sic mulier, quæ erat inciuitate peccatrix fonte lota lachrimarum, resumptis virtutum infusarum pennis, per pœnitentiam renouata est.

Aquilis superbi, & violenti comparantur sic Abdias Propheta de populo dicit Idumæorum: Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petrarum, si exaltatus fueris sicut aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te dicit Dominus. Vnde Lucas ait: Omnis, qui se exaltat, humiliabitur.

Aquila præterea volatus celebritatem in conficienda re, & dexteritatem significat, sic de hostibus populi Israel dicitur: Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ, in similitudinem aquila volantis, item de hoste Babylonico: Velociores aquilis equi illius, & rursus: Ecce sicut aquila uolabit, & extendet alas suas ad Moab. Sic & alibi. Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis celi. Quæ omnia in sensu mystico ad dæmones, qui velociter incautos aggrediuntur, referri possunt, vt notat Clemens Alexandrinus in pædagogico cap. 9. Orig. homil. 7. super Leuit. & homil. 11. super Ezech. & Hierony. super illud Ezech. Aquila grandis, &c. Tanta quippe est velocitas dæmonum, & auditas nocendi, vt neque minimam occasionem prætermittat, vsque adeo vt Ioannem, & Iacobum, nacti opportunitatem mox de ambitione dexteræ, & sinistra tentauerint, & Thomam de infidelitate, Petrum de negatione, & ipsum Deifilium in deserto de gula, sed frustra.

¶ Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila. Iob 39. vide in verbo cadauerum. 1.

CAPVT. CXXI.

Aquilo, Auster, Africus.



Quilonaris pars dicitur Hebraice Saphon, Exod. 26. & Iudi. 21.

Aquilo ventus frigidissimus septemtrionalis sic dictus ab aquila, propter celerem volatum, accipitur autem in scriptura frequenter pro parte mundi Septemtrionali quæ lumini opposita est meridiei, de hoc vento iuxta literam intelligimus illud Pro. Ventus Aquilo dissipat pluuiam, quod Philo sophus quoque dixit, & experientia docet: de eodem in Ecclesia. Frigidus uentus Aquilo flauit, & gelauit Cristallus ab aqua, super omnem aquarum congregationem requiescet. Vbi Lyranus, quia congelare (inquit) facit superficiem aquæ, & subdit textus: Et sicut lorica induit se aquis; deuorabit montes, &c. sicut ignem. sed legendum est, sicut ignis, sic enim est in Græco, sic etiam legunt

ter pro parte mundi Septemtrionali quæ lumini opposita est meridiei, de hoc vento iuxta literam intelligimus illud Pro. Ventus Aquilo dissipat pluuiam, quod Philo sophus quoque dixit, & experientia docet: de eodem in Ecclesia. Frigidus uentus Aquilo flauit, & gelauit Cristallus ab aqua, super omnem aquarum congregationem requiescet. Vbi Lyranus, quia congelare (inquit) facit superficiem aquæ, & subdit textus: Et sicut lorica induit se aquis; deuorabit montes, &c. sicut ignem. sed legendum est, sicut ignis, sic enim est in Græco, sic etiam legunt

Rabanus, & Iansenius, & quadrat literæ, est enim sensus, induit se aquis sicut lorica, quia congelat aquæ superficiem, quæ quasi lorica tegit aquas subtus latentes, & deuorat omnem herbam montium quasi ignis.

2 Aquilonis nomine scriptura passim Chaldaeos, Babyloniam, & Assyrios intelligit quorum Metropolis Niniue. Sic de Babylonij legimus apud Hier. Ab Aquilone pandetur omne malū. Id est, à Babylonia, vt ibi notant Hierony. & Theodor. Vnde subdit per Prophetam Deus: Quia ego congregabo omnes cognationes Aquilonis, & uenient, & ponent unus quisque solium suum in introitu portarum Hierusalem. Et rursus agens de reditu populi de Babylone ait: in diebus illis uenient omnes de terra Aquilonis, iuda scilicet, & Israel, quod (inquit) Hierony. proprie in Christi impletur aduentu, quando Erit unum ouile, & unus pastor. De uastatione vero Assyriorum, & Niniue, dicitur apud Poph. Et extendet manum suam super Aquilonē, & perdet Assur.

3 Est ergo ad intelligendas scripturas seruanda Regula Iudæis, Babylonios, & Assyrios esse ad Aquilonem. Quod inde constat quod vt tradit Ptolomæus lib. 5. cap. 16. Hierusalem habet triginta & vnum gradus latitudinis, & quatuor minuta, quod est dicere, distat ab æquinoctiali meridiana linea versus Septentrionem triginta gradus supra vnum. Babylon vero triginta quinque, vt dicit idem Ptolomæus lib. 6. cap. vlt. Niniue autem Assyriorum Metropolis triginta sex gradus, vnde quo magis ab æquinoctiali distant Babylon, & Niniue, tanto ad Septentrionem, & Aquilonem magis accedunt quam Iudæa, ideo Hieremias vbique pro Babylonia dicit Aquilonem: Populus ueniet de Aquilone. Et rursus: Commotio de terra Aquilonis. Deinde: Assumam cognationes Aquilonis. Denique: Adducam uos de terra Aquilonis, item apud Daniele semper vocatur: Rex Aquilonis, qui dominatur in Syria, & Assyriis, vt Antiochus magnus, Antiochus Theos, Antiochus Epiphanes, de quo diximus in dictione Antiochus: sic de aduentu Chaldaeorum contra Hierusalem Ezechiel, dicit: Venus turbinis ueniebat ab Aquilone: & Ioel: Eum qui est ab Aquilone procul faciam à te. Zacharias vero: Equi nigri egrediebantur in terram Aquilonis, id est, Medi, Persæ sub Cyro contra Babylonios, & alij post eos, id est, Græci sub Alexandro Magno contra Dariū, vt exponunt Hierony. m. Theodoret. & alij.

4 Aquilonis latera ciuitatem Hierusalem aliquando significant sicut in Psalm. Fundatur exultatione uniuersæ terræ mons Sion, Latera Aquilonis, ciuitas Regis magni. Vbi notat Lyranus montem Sion esse versus Aquilonem, idem ait Arias Montanus in libro de locis, & nominibus Hebraicis in apparatu biblico, & quidam alij. Sed sciendum contrariū esse verū: Est enim mons Sion in modū semicirculi totū ambitū meridianum ciuitatis ambiens, ita tenet Nicephorus lib. octauo cap. trigesimo Sion (inquit) ad Australē vrbs est sita partem. Idem refert Brocardus. 1. Itinerario. 6. & Genebrardus super hunc versum Psalm. 47. & ibidem Diony. Carthusianus, & deprehenditur ex Iosepho lib. 6. de Bello cap. 6. Vbi templum refert in monte Moria, situm esse in parte Aquilonari, cui oppositus est mons Sion in parte Australi excelior, & cretior, in quo erat arx, & ciuitas superior in eius planicie, quæ uocatur ciuitas Dauid, sed latior ciuitas est, inferior ad latera, vnde sic exponit Genebrardus. Fundatur exultatione uniuersæ terræ mons Sion, & ibi sistitur, quasi dicat, ædificatur mōs Sion exultatione, id est ad exultationem vniuersi orbis, quia ibi Christi Ecclesia primum fundata per Apostolos totum orbem terræ exhilarabit Euangelica prædicatione. Quia de Sion exiit lex. Deinde sequitur, Latera Aquilonis, subaudi sunt, ciuitas Regis magni. Quia Hierusalem ad latera opposita huic monti ædificata est. Fuit autem magna exultatio quādo in die Pentecostes, in hoc monte Sion Spiritus sanctus super Apostolos descendit. Quando capit ibi Ecclesia Christi. Sic intelligunt de Ecclesia quæ capit in Hierusalē, hunc locum patres, Hierony. Aug. Theodoret. Casiodorus, Haymo, Glossa, Beda, Lyranus, Iansenius, Genebrardus, & alij plures, & quidem in monte Sion: Gausi sunt discipuli uiso Domino. Ioan. 20. postquam resurrexerat, vbi dixit eis: Sicut misit me pater, & ego mitto uos, subaudi ad exultationem vniuersæ terræ. Ceterū quia diximus montem Sion esse ad Austrum, opponet nobis aliquis, illud Isai. quod

lonis, id est, Medi, Persæ sub Cyro contra Babylonios, & alij post eos, id est, Græci sub Alexandro Magno contra Dariū, vt exponunt Hierony. m. Theodoret. & alij.

4 Aquilonis latera ciuitatem Hierusalem aliquando significant sicut in Psalm. Fundatur exultatione uniuersæ terræ mons Sion, Latera Aquilonis, ciuitas Regis magni. Vbi notat Lyranus montem Sion esse versus Aquilonem, idem ait Arias Montanus in libro de locis, & nominibus Hebraicis in apparatu biblico, & quidam alij. Sed sciendum contrariū esse verū: Est enim mons Sion in modū semicirculi totū ambitū meridianum ciuitatis ambiens, ita tenet Nicephorus lib. octauo cap. trigesimo Sion (inquit) ad Australē vrbs est sita partem. Idem refert Brocardus. 1. Itinerario. 6. & Genebrardus super hunc versum Psalm. 47. & ibidem Diony. Carthusianus, & deprehenditur ex Iosepho lib. 6. de Bello cap. 6. Vbi templum refert in monte Moria, situm esse in parte Aquilonari, cui oppositus est mons Sion in parte Australi excelior, & cretior, in quo erat arx, & ciuitas superior in eius planicie, quæ uocatur ciuitas Dauid, sed latior ciuitas est, inferior ad latera, vnde sic exponit Genebrardus. Fundatur exultatione uniuersæ terræ mons Sion, & ibi sistitur, quasi dicat, ædificatur mōs Sion exultatione, id est ad exultationem vniuersi orbis, quia ibi Christi Ecclesia primum fundata per Apostolos totum orbem terræ exhilarabit Euangelica prædicatione. Quia de Sion exiit lex. Deinde sequitur, Latera Aquilonis, subaudi sunt, ciuitas Regis magni. Quia Hierusalem ad latera opposita huic monti ædificata est. Fuit autem magna exultatio quādo in die Pentecostes, in hoc monte Sion Spiritus sanctus super Apostolos descendit. Quando capit ibi Ecclesia Christi. Sic intelligunt de Ecclesia quæ capit in Hierusalē, hunc locum patres, Hierony. Aug. Theodoret. Casiodorus, Haymo, Glossa, Beda, Lyranus, Iansenius, Genebrardus, & alij plures, & quidem in monte Sion: Gausi sunt discipuli uiso Domino. Ioan. 20. postquam resurrexerat, vbi dixit eis: Sicut misit me pater, & ego mitto uos, subaudi ad exultationem vniuersæ terræ. Ceterū quia diximus montem Sion esse ad Austrum, opponet nobis aliquis, illud Isai. quod

IO

Mich. 1. Hierony.

Psal. 102.

August. Plinius.

Aristot. Aquila pennas in sentio mutat. Hierony.

Euthy.

Ambro.

Arias. Mont. Hierony.

Luc. 7.

II Abdias.

Luc. 18.

Deut. 27.

Hier. 4. Hier. 48.

Thren. 4.

Clem. Alex. Origen.

Hierony. Ezech. 17.

Math. 30. Ioan. 20. Luc. 22. Matth. 4.

187

I

Pro. 25.

Eccle. 47.

Lyra.

Rabanus. Iansenius.

2

Hier. 1.

Hierony. Theodor.

Hier. 3.

Hierony.

Ioan. 10. Sopho. 2.

3

Regula.

Ptolomæ.

Hier. 6. Hier. 10.

Hier. 25. Hier. 31.

Dan. 11.

Ezech. 1. Ioel. 2.

Zach. 6.

Hierony. Theodor.

4 Psal. 47.

Lyra. Arias Mont.

Nicephor.

Brocard. Genebrard.

Carthusi. Iosephus.

Genebr.

Isai. 2.

Act. 2.

Hierony. Aug. Theodo. Casiodo.

Haymo. Glossa. Beda. Iansen. Genebr.

Isai. 14.

Lucifer dixit: *Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis. Quod duobus modis soluitur à Hieronymo in commentariis eiusdem loci. Primò, montē quidem testamenti vocari templum quod est ad Aquilonem, ad quem vergit ciuitas Hierusalem iuxta literam, & ita in hoc sensu allegat versiculum: Mons Sion, latera Aquilonis ciuitas regis magni. Secundò ad mores, quod Lucifer velit federe super iustos, qui sunt montes testamēti Dei, vt faciat eos latera Aquilonis tenebricosi. Sic voluit federe super Iacobum, & Ioannē, dexteram & sinistram affectantes in regno Dei, & super Thomam dubitantem. Vel vt Leo Castro dicit, polus Arcticus Aquilonaris est suprema cęli pars in orbe noto, vt docet Aristoteles lib. 1. & 2. decęlo. Volebat ergo Lucifer supremum cęli locum.*

5 Aquilonis interdum nomine spiritus malus intelligitur, sicut nomine Austri spiritus bonus. Sic in Cāt. *Surge Aquilo, & ueni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Vbi Greg. Quid (inquit) per Aquilonem, qui in frigore constringit, & torpentes facit? nisi spiritus immundus designatur, qui reprobos dum possidet, à bono opere torpentes facit: per Austrū verò calidum ventum spiritus sanctus designatur, qui electos feruentes facit, vt bona opera, quę desiderant, operentur. Hęc Greg. Et certe Aquilo fugerat, & Auster flabat quando Zachęus dixit: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. Et quando mulier, quę erat in ciuitate peccatrix, pedes domini lacrymis irrigauit, & vnguento vnxit. Denique quando Magi: *Apertis thesauris suis obtulerunt Christo munera.***

6 Aquilonarem cęli partem, in qua sunt multę syderum constellationes, dicit Deus extendisse super vacuum. Iob. 2. 6. idest, super pñctum axis Arctici. Nō enim placet intelligi de terra Aquilonari, vt intelligit Augubinus cum Hebręis, sed de cęlo, quod extendi dicitur Psalm. 103: quia vtrobique est vox Natha, extendere.

Aquilonis Rex post Antiochum vocatur etiā Antichristus, qui regnabit in Syria, & Iudęa, vt diximus in dictione Antichristus. Sic apud Dan. ab eo loco, vt dicit Lyranus, vbi legimus: *Et Deum pa-*

Isaia, 41.
Hierony.
Matth. 20.
Ioan. 20.
Leo Castro.
Aristot.
Cant. 4.
Gregor.
Luc. 19.
Luc. 7.
Matth. 2.
Augub.
Iob. 26.
Psalm. 103.
Dan. 11.

trum suorum non reputabit, per regem Aquilonis iam non Antiochus, sed Antichristus intelligitur, sic ergo dicit: *Et in tempore presinito preliabitur aduersus eum rex Austri, idest, rex Ægypti, quia in toto hoc capite Danielis rex Austri vocatur, eo quod respectu Iudęe sit ad Austrum, vt notant Hierony. Lyranus Theodoret. & alij. Sequitur autem in textu: *Et quasi tempestas ueniet super eum rex Aquilonis, vbi Hierony. contra Porphyrium. Nostri (inquit) extremum huius capituli super Antichristo exponunt. Hęc ille. Et Theodoret. Antiochus (inquit) qui Antichristi typus erat, Aquilonis rex vocabatur, sed multa quę dicuntur hoc loco, Antiocho non quadrant. Hęc ille. Sic & Glossa ordinaria, & interlinealis. Solet enim Spiritus sanctus agens iuxta literam de vna persona, subito ad aliam transire, secundū regulam patrum, quando vna est figura alterius, & vmbra. Sic Esai. cum de Cyro sermo esset, transit ad Christū dicens. *Rorate cęli desuper. Item David cum ageret de Salomone transit ad Messiam.***

8 Auster ventus meridionalis calidus, & humidus, contrarius Aquiloni, gelu ab illo congelatum niuesque dissoluit. Vnde Iob dicit: *Nonne uestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro? Quod ad literam intelligūt Titelmanus, D. Thomas, Lyra, Beda.*

de Iob dicit: Nonne uestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro? Quod ad literam intelligūt Titelmanus, D. Thomas, Lyra, Beda.

de Iob dicit: Nonne uestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro? Quod ad literam intelligūt Titelmanus, D. Thomas, Lyra, Beda.

9 Australis terra respectu Iudęe vocatur Ægyptus, vt numero. 6. diximus. Sed adhuc sciendum, in ipsa terra sancta alias prouincias, & alias ciuitates esse magis ad Austrum. Nam vt videre est in tabula Ptolomęi sub titulo Palesthinę, & in illa, quam Arias montanus in Apparatu biblico descripsit, Palesthina quidem Idumęam complectitur, Iudęam, Sa-

Hierony.
Lyran.
Theodoret.
Hierony.
Theodoret.
Glossa. ordi.
Interline.
Regula.
Isai. 41.
Psalm. 88.
Iob. 37.
Titelman.
D. Thom.
Lyra.
Beda.
Iob. 39.
Luc. 2.
Ptolomęus.
Arias Mont.

mariam, & Galilęam. Ita vt Idumęa, sit omnium maxime Australis. Deinde Iudęa, post Iudęam Samaria est magis ad Aquilonem & multo magis Galilęa, quę clauditur à Septemtrione monte Libano, & Antilibano. Hinc intelliges Bethlehem, quę est in Iuda ante Beniamin, ad Austrum esse respectu Hierusalem, quę est in tribu Benjamin ad Aquilonem: ideo de Christo in Bethlehem nato dicitur. *Deus ab Austro ueniet*, intellige respectu Hierusalem: Ita intelligit Theodoretus. Incarnationem (inquit) Saluatoris nostri prædicit in Bethlehem, quę in consideratione situs Hierosolymitani vergit ad Austrum, & Hierony. Audiui (inquit) Hebraum istum locum ita disserere, quod Bethlehem sita sit ad Austrum, in qua natus est Dominus, atque Saluator, & *Sanctus de monte Pharam*, idest, ille qui in monte Sina iuxta montem Pharam dedit Moyfi legem. Hęc ille. Propterea locum Natiuitatis Domini notauit Matth. dicens: *Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudęe*, subaudi, ad Austrum.

IO Austri ciuitates secundum adnotationem prædictam sunt ciuitates Iudęe, respectu Samaritę, & Galilęe, ad Aquilonem vergentium. sic dicitur apud Hier. *Ciuitates Austri clausę sunt, & non est qui aperiat, vbi Hierony. ait, idest, tribus Iudęe & Hierusalem, quę iuxta solitudinem ad Austrum versa est. Hęc ille. & merito, quia sequitur in textu: *Translata est omnis Iuda transmigratione perfecta. Sic etiam intelligitur illud. Isai: Omnes iumentorum Austri. Vbi Hierony. significat (inquit) tribū Iuda, quę in Australi parte sita est, & infra recte appellantur iumenta Austri, quia repulerunt notitiam Dei. Hęc ille. vnde Dominus dicebat Iudęis: *Est uerus, qui misit me, quem uos nescitis, & rursus. Vos nescitis unde uenio, aut quo uado, &c. Et ibidem. Si mesciretis, & Patrem meum sciretis.***

II Austri regina legitur, apud Matth. *Veniet in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia uenit de finibus terrę audire sapientiam Salomonis, &c. Hęc eadem vocatur Regina Saba, in lib. Reg. vbi legimus: *Sed & Regina Saba audita fama Salomonis, uenit, &c. Quod asserit Hieronymus. super Matth. Sed cur dicitur Regina Austri, cū Saba sita sit ad Orientem quę ri solet, ad**

Abacu. 3.
Theodo.
Hierony.
Matth. 2.
Hier. 13.
Hierony.
Isai. 30.
Hierony.
Ioan. 7.
Ioan. 8.
Matth. 12.
3. Reg. 10.
Hierony.

quod expedita responsio est. Quod nimirum duplex fuerit Saba secundum scripturas: altera est in Arabia, quę vergit ad Orientem: altera vero in Æthiopia in insula Nili, alio nomine dicta Meroe, vbi vrbs est totius Æthiopię antiquissima, quam Cambysses vocauit Meroem de nomine fororis suę ibi defunctę, vt Herodotus refert. Hęc ergo respicit ad Austrum, vbi fœminę regnant sicut testatur Strabo lib. 16. Quę prius Reginę Saba, deinde Meroes, postremo reginę Candacis appellatę sunt, vt scribit Plinius lib. 6. cap. 29. Vnde Lucas. Act. 8. Eunuchū Reginę Candacis à Philippo baptizatū refert, vt vocat Reginam Æthiopum: vt ergo de hac intelligeremus, & non de Saba, quę est in Arabia Iudęis vicinior, dixit filius Dei: *Regina Austri uenit de finibus terrę. Quod si fœmina sexu, & regina dignitate de tam longinquis regionibus uenit, vt mortalis hominis frueretur aspectu, quanta est nostra negligentia, qui non audimus clamantem de proximo filium Dei: *venite ad me omnes, qui laboratis, &c. Qui tamen voluerit tenere Reginam Saba fuisse de Saba iuxta Arabiam, quod tenet Hierony. super Esai. 60. optio datur.**

Auster frequenter in bonum accipitur sic in Ecclesiast. *Si ceciderit lignum ad Austrum, siue ad Aquilonem, ibi erit. vbi Hierony. Quantum (inquit) ego exillimo, semper in bonam partem accipitur Auster: & infra lignum autem, quod in hac vita corruerit, & conditione mortalitatis fuerit excissum, aut peccauit dum staret, & in parte Boreę ponitur, idest, Aquilonis, aut si dignos Austro fructus attulerit, in plaga iacebit Australi. Hęc ille, à Regula tamen generali, qua dicit Austrū Hieronymus semper in bonum capi, excipitur locus Ezech. vbi de Tyro destruenda dicitur: *Ventus Auster contriuitte, idest, impetus hostium Chaldęorum, vt exponit Theodoret. Eodem modo Lyranus, sumpta metaphora ab Austro, qui excitat tempestates.**

Auster bonum denotat spiritum, qui gubernat Ecclesiam, & direxit Apostolos: sic legimus de Ecclesia in lege gratię super Petrum ædificata in Ezech. 40. *Dimisit me super montem excelsum, ubi erat quasi ædificium ciuitatis uergentis ad Austrū.*

Quartio.
Herodot.
Strabo.
Plinius.
Matth. 11.
Hierony.
Eccle. 11.
Hierony.
Regula.
Ezech. 27.
Theodor.
Lyra.
Ezech. 40.

Matth. 16. Huic monti Dominus dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. De Apostolis quoq; dicitur à Christo missis apud Zach. Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Austri, Dominus exercituum proteget eos. Vbi Hierony. Hebraei hunc (inquit) locum ad Machabeorum referunt historiam, &c. nos autem referemus cuncta ad intelligentiam Saluatoris. & infra, vadet in turbine Austri, vel ut vertunt Septuag. in comminatione terroris, & ideo comminatur se illaturum supplicia, ut penitentium misereatur, &c. tuba autem praedicationem denotat verbi Dei de qua Luc. Qui aures habet audiendi audiat. Eodem modo explicat Glossa, & Nicolaus, qui, ait, praedicatione Evangelica idola corruerunt sicut turbine Austri, quod ut ita fieret mittens Dei filius Apostolos ad praedicandum dixit: Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, quasi diceret, accipite ventum Australem vobis propitium, quo flante non solum idola, sed & peccata subuertatis, & scelera mundi.

14. Austro vento iubet Deus ne gentium prohibeat conversionem. sic legitur apud, Isai. Dicam Aquiloni, da, & Austro, noli prohibere, affer filios meos de longe, & filias meas ab extremo terrae, vbi Hierony. Christianos (inquit) praedixit à Domino congregandos ex gentibus, siue à Septentrione, siue à Meridie, siue ab aliis partibus terrae, iuxta illud: Multi ab Oriente, & Occidente venient. Et: Alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili. Et rursus. Quia Iesus moriturus erat pro gente, & non solum pro gente, sed ut filios Dei, qui dispersi erant, congregaret in unum. Sed non displicet, quod quidam curiose rimantur, quare Deus Austro dixerit, noli prohibere, & acute respondent, Torridam Zonam, vnde Auster flat, fuisse olim inhabitabilem reputatam, & ideo non audebant homines ad meridiem ultra torridam navigare, ut refert Greg. Nazianzenus Epist. 17. ad Postumium dicens, post Gaditanam civitatem secundum Pindarum mare esse hominibus innavigabile, idem dicit in oratione funebri Basilij, ultra fretum Herculeum non esse concessum transire. Idem Plinius lib. 2. cap. 68. item Pomponius Mela, & Macrobius, & quod Hercules in columnis sculpsit freti Herculei dicti, Non plus vl-

tra: satis probat hanc fuisse veterum opinionem: post haec igitur omnia ostendit Dominus singulari sua providentia imperatorum Austro, ne navigationem ad inventionem novi orbis prohiberet. quod impletum sua tempestate Carolus V. Imperator, sicut Isaias praedixerat, protestatus est cuedens in argentea pecunia columnas Herculeas cum illa sententia Plus ultra.

¶ Quarti equi, idest, varij egressi sunt ad Australem terram Zach. 6. vide in verbo Equus. num. 13.

Africus ventus est meridionalis vnus ex tribus praecipuis, tres enim venti ab oriente, Vulturnus, Subsolanus, & Eurus, ab occidente, Circius, Zepirus, Favonius, à Septentrione, Corus, Aquilo, Boreas. Denique à meridie, Notus, Auster, Africus, de quo Regius Vates: Transtulit Austrum de caelo, & induxit in virtute sua Africum, & pluit super eos sicut pulverem carnes. Hierony. ad veritatem hebraicam vertit: Abstulit Eurus de caelo, qui ventus est Orientalis. Sed quia vulgata est tenenda. Respondere possumus Austrum orientalem, idest, qui magis vergit ad orientem, quam ad Occidentem, Eurus vocari, ut ante nos adnotavit Iansenius. Hoc ergo ablato induxit Deus Africum aliquatenus contrarium à latere meridionali inclinante ad occidentem, quo flante coturnices compulsi impetu magno in castra Israel, ut satiaret populum carnibus.

¶ Ara ignoti Dei Athenis Act. 17. vide in verbo ignorantia num. 12. ¶ Ara vide Altare.

CAPVT. CXXII.

Arabia.



RABIA vocatur Hebraice Seba, ut patet Psalm. 71. Arabia regio est inter Iudaeam, & Aegyptum, quae triplex esse dicitur, ut refert Plinius lib. 2. Prima est Petraea, sic dicta à Petra civitate vetustissima, haec Arabia est Iudaea, Aegyptoque confinis. Post Petraeam sequitur alia Arabia, quae à Ptolomaeo deserta, à Strabone vero dicitur Sceni-

Zach. 9.
Hierony.
Luc. 8.
Glossa.
Nicolaus.
Ioan. 20.
Isai. 43.
Hierony.
Matth. 8.
Ioan. 10.
Ioan. 11.
Questio.
Torrida zona reputatur olim inhabitata.
Greg. Nazian.
Plinius.
Pomponius Mela.
Macrobius.

Carolus V.
Zach. 6.
15
Venti praecipui à quatuor mundi plagis. Psal. 77.
Hierony.
Iansen.
I
Plinius.

CAPVT CXXIII.

Arare, Aratrum.



tis ἀπό τοῦ σκηνώου, idest, à tabernaculis eo quod gens illa vaga in tabernaculis habitet. Tertia est Arabia foelix, ad meridiem deserta, inter duos maris sinus, Arabicum iuxta Rubrum, & Persicum, videturque peninsula fluminibus scatens, & ut scribit Strabo, tantae fecunditatis est, ut bis feratur in anno, aromata multa, & thus habet, de qua Plinius lib. 6. cap. 28. Quodam (inquit) naturae artificio ad similitudinem Italiae, & ad eius magnitudinem mari circumfusa est situ suo foelix. Arabia vero Petraea, quam diximus Iudaeae esse coniunctam, provincia est Moab, ut testatur Hierony. super Isai. 15: vbi Balac filius Beor Num. 22. conduxit ariolum Balaam, ut Dei populo malediceret, sunt & Ammonitae similiter Arabiae populi, qui originem Arabibus dederunt de Loth, procreati, sicut & Moabitae Gen. 19. ut Hieronymus, ait, super Ezech. 25. quamvis nomen Arabiae non dederint, sed quidam filius Apollinis, & Babyloniae, medicinae in illis partibus inuētor, ut refert Plinius lib. 7. cap. 56. qui Arabus dictus est.

In Arabia fuerunt dominia in plures reges diuisa. de quibus in lib. Reg. & Omnes reges Arabiae tributa, vel dona mittebant regi Salomoni. Sic habes in Paral. Et omnes reges Arabiae, & Satrapae terrarum, qui comportabant aurum, & argentum Salomoni. Quod in figuram Christi praecessit. iuxta illud. Reges Arabum & Saba dona adducent. Item: Et dabitur ei de auro Arabiae: quod de Christo praedictum explicant Hierony. Aug. Calsiod. Theodoret. Glossa, Lyranus, Vatablus, Iansenius, & alij, quod certe initium habuit ab adoratione Magorum: Qui apertis thesauris suis obtulerunt ei munera.

De vastatione Arabiae per Chaldaeos extant Prophetarum vaticinia apud Esai. Onus in Arabia, & apud Hiero. Sume tibi calicem furoris mei, &c. & propinabis de illo cunctis gentibus, &c. Et cunctis regibus Arabiae. Solet quippe Deus Gentiles etiam flagellis ad meliorem frugem conuertere. Sic Regulum conuertit infirmitate filij, & Chananae vexatione filiae, & quasi potione amara sanauit animas eorum.

Strabo.
Plinius.
Hierony.
Hierony.
Plinius.
2
3. Reg. 10.
2. Paral. 9.
Psal. 71:
Hierony.
August.
Calsiodor.
Theodoret.
Glossa,
Lyra.
Luc. 2.
Vatablus,
Iansen.
Matth. 2.
3
Isai. 27.
Hier. 25.
Ioan. 4.
Matth. 15.

RATIO dicitur Charis Hebraice, Gen. 45. & arare dicitur Charas Iudi. 14. Osee. 10.

Arare est terram aratro proscindere, significat autem per metaphoram operari, vel in bonum, vel in malum: in bonum quidem, iuxta illud: Propter frigus piger arare noluit, mendicabit in estate. Itē in Ecclesi. vbi cohortatur ad sapientiam dicens: Quasi qui arat, & seminat, accede ad eam. Et Paulus. Debet in spe qui arat arare. Sic etiam apud Ose: Arabit Iudas & confringet sibi sulcos Iacob, idest, duae tribus Iudaeae & Benjamin operatae sunt iustitiam relictis idolis. ut exponunt Glossa, & Lyranus, quod contigit tempore regis Ezechiae, quia multum ad populi conuersionem, facit regis optimi, vel rectoris exemplum, sed tales operarij, qualis Ezechias, & post eum rex Iosias, pauci sunt. vnde Dominus dicebat: Messis quidem multa, operarij autem pauci, &c. Mortuo autem rege Ezechia. & succedente filio eius Manasse, versum est in idolatriam populi studium. vnde subdit Oseas Paulo in ferus: Ara stis impietatem, comedistis frugem mendacij, quia captiui ducti sunt in Babylonem, quae expositio magis placet: quam explanatio Vatabli, qui sensum alio diuertit.

Arare per tropum dicitur Deus, quando corrigit gentes, ut ferat semine misericordiae: Nunquid tota die arabit arans ut ferat. Vbi Hierony. Deus (inquit) varie genus dispensat humanum, nunc punit, nunc miseretur, nunc corripit, nunc defendit, idest, nunc arat, nunc ferit, nunc maturas fruges metit. Haec Hierony. In die autem iudicij non audietur mentio arandi, neque ferendi, sed metendi. iuxta illud: Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, ut metatur, cuius quidem horae: Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis.

Arari montes dicuntur, quando gens vacat à bellis, & caedibus, & captiuitate. Sic Ezech. Vos montes Israel ramos vestros germinetis, &c. quia ecce ego ad vos, & conuertar ad vos, arabimini, & accipietis sementem.

וְרַשׁ
I
Pro. 20:
Eccle. 6.
1. Cor. 9.
Osee. 10.
Glossa.
Lyra.
2. Paral. 30:
& 31.
Luc. 10:
2
Isai. 28.
Hierony.
Apoc. 14.
Luc. 21:
3
Ezech. 36.
quod

Lyra. quod Lyranus exponit de montibus materialibus, qui colendi erant post reditum populi de Babylone. Eodem modo Vatablus. Sed mirum est, quomodo isti non conuincantur ratione, qua super hunc locum vtitur Hieronymus ad demonstrandum non de materiali Hierusalem loqui Prophetā, sed de Ecclesia Christi, quia subdit: *Et habitare uos faciam sicut à principio, donisque donabo maioribus.* Et paulo post: *Et gentem tuam non amittes amplius.* Sed quomodo verum hoc esse potest de Hierusalem, quæ sub Romanis iterum subuerfa est non remanente in ea lapide super lapidē sicut apud Luc. Dominus prædixit. Ergo ut ait Hierony. nos montes Israel, Prophetas, & Apostolos intelligimus, item Doctores Ecclesiæ tranfacto Martyrū tēpore sub Diocletiano, & aliis tyrannū, quādo postea libere arati sunt vomere verbi Dei, & acceperunt sementē doctrinæ, & virtutū à Doctoribus: qualis August. Hierony. Basilius de quibus dicitur: *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorū.* Mons enim qui non aratur, neque accipit per virtutū exercitiū semen verbi Dei, non potest aliis facile dare, quod ipse non habet.

Ligare Rhinoceros ad arandum ponitur, quasi soli Deo possibile. Sic Iob: *Num quid ligabis Rhinoceros ad arandum?* vbi Beda ex diuersa (inquit) editione transferētium cognoscimus, quod idem sit Rhinoceros quod Monoceros, & Latine intelligitur vnicornis, hoc est super nares cornu habens, sunt autem huiusmodi feræ in Oriēte. Hic ergo Monoceros populi Gētilis imaginem præfiguratur, cuius superbia denotatur in cornu, & Gregorius. Nunquid potentes (inquit) huius sæculi in sua fatua elatione confidētes ad laborem prædicationis diriges? & sub disciplinæ vinculis restringes? subaudi vt ego. Hæc Greg. Nec satis est arare Rhinocerotem, neque id commode facere poterit, si Dei præceptis non ligetur. Quia: *Qui soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cælorū.* Vnde Magi olim tanquam generosi quidam Rhinocerores prius fidei viuæ loris stella duce ligati sunt: deinde intra regiam urbem Hierusalem regem recens natū prædicantes, arare cæperunt. Sed hic sensus est mysticus. Historicus autem D. Tho-

mas, & Lyra. nō esse impossibile apud Deū omne verbū sicut Angelus dixit Mariæ. Arare quoque in bubalis, quasi quid impossibile ponitur, apud Amos. *Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis?* subintellige, in petris quafidicat, in limpidissimis petris neque currere possunt equi, neque arare bubali. Sunt autem bubali bobes Syluestres, magri, paruis, atque retortis cornibus, velocissimifed quamuis olim ad iugum indomiti erant hodie tamen innumeros domitos vidimus in Italia, in petris autem arare nō est possibile. Sic (inquit) Amos ad populi rectores, neque vos poteritis veniam à Deo, & gratiam impetrare, quandiu peruertitis Iudiciū. Ideo dicebat Dominus: *Nolite iudicare (subaudi temere): Et non iudicabimini, Et rursus. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.*

Arare in boue, & asino prohibetur in Deut: *Non arabis in boue, & asino.* Vel ad idolatriam prohibendam, quia vt Guilielmus Parisiensis refert. lib. de fide, & legibus, Gentiles hæc animalia sub eodem iugo copulabant iuxta coniunctiones planetarum, vel vt Iosephus ait lib. 4. de Antiquit. cap. 6. quia non communione quidem dissimiliū natura lætatur. Sed cognatis, & paribus gaudet. Quod si quis obijciat prædictum ab Esaiā sub Messia aduentu: *Habitabit Lupus cum agno.* Respondendum est hoc licere quando gratia perficit, & quasi in vnum charitatis symbolū mutat naturas, quod lex vetus facere non poterat. Sed noua Christi gratia facit quia pastores, & magorum Principes ad idem presepe perduxit in quo Christus natus & reclinatus est. Postremo D. Thomas. 1. 2. q. 102. aliam adhibet huius deuteronomij legis rationem, voluisse legiflatorem significare, non esse in eodem munere stultum sapienti copulandum, qui potius impedit, quam adiumento fit. Vnde Dominus prius designauit, & designando fecit idoneos septuaginta duos, iuxta illud: *Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti, antequā mitteret illos binos ad prædicandum.*

Quid sit illud Amos: *Comprehendet arator messorē,* explicuimus in verbo Apprehendere. Nunc addimus de abundantia spiritualium bonorum hoc intelligere cū Hieronymo Rupertū, qui ad hoc propo-

Vatablus.
Hierony.
Luc. 19.
Matth. 5.
4
Iob. 39.
Beda,
Greg.
Matth. 5.
Matth. 2.
D. Thom.

Lyra.
5
Amos. 6.
Luc. 6.
Ioan. 7.
6
Deut. 22.
Guilielmus
Iosephus
Isai. 11.
Luc. 2.
Matth. 2.
D. Thom.
Luc. 10.
2. Cor. 3.
7
Amos. 9.
Hierony.
Rupert.

103. 4. tū allegat illud quod Dominus dixit Apostolis: *Alij laborauerunt, & uos in labores eorū introiistis, &c.* Laborauerūt itaq; Prophetæ arates, & feminates orationibus, & vaticiniis aduētū Christi, quē Apostoli messorēt: *Et cōprehendit arator messorē,* quando chorus Prophetarū in Ioanne Baptista quasi abbreviatus cōprehēdit messorē, id est, chorū Apostolorū, quem in Andrea misit ad Christū dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, tūc impletū est illud Esaiæ: Lætābitur cor a te, sicut qui lætatur in messe.*

8
Hier. 23.
Mich. 3.
Theodoret.
Psal. 78.
Lyranus.
Euseb.
Matth. 23.
Hierony.
Glossa.
Rupertus.
Luc. 19.
9
Esai. 27.
Hierony.
Matth. 23.
Ioel. 3.
10


Arari aliquā ciuitatē vastationē significat, apud Hier. & Mich. *Sion quasi ager aratur,* de quo vide in verbo Ager, illud tamen adnotandū est, dissidiū esse inter aucthores, de qua desolatione Hierusalem duo Prophetæ loquantur, quia Theodoretus putat loqui de illa, quæ facta est à Chaldæis, de qua dicit intelligi illud Psal. *Et posuerūt Hierusalē in pomorū custodia.* Idē Lyr. Sed Euseb. li. 8. de demōstratione Euāgelica. ca. 3. dicit vaticiniū esse de desolatione Hierusalem sub Tito, & Vespasiano propter fusum Christi sanguinem à Iudæis, quia paulo ante dixerat Michæas: *Va qui edificatis Sio in sanguinibus, & Hierusalē in iniquitate,* de quo Dominus: *Vt ueniat (inquit) super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrā,* ita etiā exponit Hieron. & Gloss. & Rupert. Abbas, quorum sentētia magis placet, quia sub Chaldæis nō mansit Hierusalē à deo destructa, vt aceruus lapidū esset, sicut quando dixit: *non mansit in calapis super lapidem.*

Aratra, & segetes derelinquere signū est timoris hostiū irruentiū, sic legimus apud Esai. *In die illa erūt ciuitates fortitudinis illius deserte, sicut aratra, & segetes, quæ derelictæ sunt à facie filiorū Israel.* vbi Hierony. sicut gentes (inquit) quæ habitabāt terram promissionis, dereliquerūt vomeres, & segetes & acruos in agro atque fugerunt, ne ab hostibus occuparētur. Sic & Iudæa fecit, Romanis eā vastantibus. Hæc Hiero. de hac desolatione Dominus dixerat: *Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.*

Aratra cōcidere in gladios signū est vrgētis belli, sic Ioel: *Accedant, Accedant omnes uiri bellatores, cōcidite aratra uestra in gladios, & ligones uestros in lanceas, infirmus dicat quia fortis ego sum, erūpite, & uenite omnes gētes de circuitu, &c.* *ascendant gētes in uallē Iosaphat,*

de quo sunt varię expositiones. Nā Lyra. putat intelligi de tēpore Machabæorum, quādo illi vlti sunt iniurias acceptas à Tyriis, Sidoniis, & Palæsthinis, qui vēdiderāt filios Iudæorū Græcis. Machabæi autē a ratra cōciderūt in gladios, & filios circū vicinarū gentiū, quas vicerāt, vendiderūt Sabæis. Sed obstat qd hic dicitur de iudicio finali: *Ascendant gētes in uallē Iosaphat,* ideo cū Hebræi etiā veteres teste Hiero. dixerint, hoc nunquā contigisse prius, sed sub Messia futurū. Tenet idē Hiero. Apostolis metaphoricè dici, vt aratra cōcidāt in gladios spirituales verbi Dei, & capiāt, & vendāt spiritualiter filios gentilium, ad fidem eos Christi traducētes, de quo Dominus dixit Apostolis: *Ego posui uos, ut eatis, & fructum afferatis.* Ceterū adhuc obstat quod dicitur: *Ascendant gentes in uallē Iosaphat.* nō de tēpore Apostolorū loquitur, ideo tertia expositio Ruperti, & Vatabli magis quadrat, vt totū hoc intelligatur dici metaphoricè de sanctis vteris ad iudiciū finale, qui gladio sentētiæ finalis impios, à quibus iniurias in vita mortali passi sunt, percutiēt, & Sabæis, id est, dæmonibus vendent filios perditionis. Maxime autē hoc faciēt Apostoli, quibus dictū est: *Sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel:* per quas omnes quotquot iudicandi sunt, intelligūtur, vt exponit, Aug. li. 20. de Ciuitate c. 5. Nō enim (inquit) quia diu est, iudicabūt duodecim tribus Israel, tribus Leui, quæ decima tertia est, ab eis iudicāda nō erit aut solū illas nō etiā gētes ceteras iudicabūt. Hæc Aug. quæ sequūtur Beda, & D. Tho. & omnes scholast. in 4. sēt. *Qui mittit manū suam ad aratrū, & respicit retrō nō est aptus regno Dei.* Sic Lyr. vbi qui laborare in Domino incipiūt: & retrocedūt, metaphoricōs fugillātur, qualis olim Saul rex, & Ioas sub Ioiada sacerdote, & Iudas proditor, qui benè cepit & malè finiuit, vt (inquit) Hiero. Ep. ad Furiā quare Berfer. de sanctis, ait, inter virtutes, sola perseuerantia coronatur.

CAPVT CXXIII.
Arbor.

 RBOR vocatur Hebraicè *עץ* ez. Leuit. 23. & alibi sæpe, latine verò Arbor, est autem plāta maior simplice caudeci, ramis instar brachiorū protensis.

Lyranus.
Hierony.
Ioan. 15.
Rupert.
Vatablus.
Matth. 19.
Aug.
Beda.
D. Thom.
I I
Luc. 9.
1. Reg. 13.
4. Reg. 14.
Hierony.
Bernard.

Leuit. 23

Moyses. Lyra. Vatablus.

Dioscorid. Volaterra. Athenæus. Theophr.

Iosephus.

D. Thom. Carthusi. Hierony.

Dioscorid.

Plinius.

Can. 21

Ioan. 12.

Sic Agar subter vnam arborē proiecit dicitur Ismaelē: Gen. 21. vbi Hebraicē arbores legimus in plurali, nam in singulari est Siach. Arbor autē quēdā in Leu. pulcherrima dicitur, in celebratione quippe festi tabernaculorū quinta decima mēsis septimi, idest, Septembris, iubet legislator: *Sumetisque vobis die primo* (per octo quippe dies festū agebatur) *Fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarū, & ramos ligni densarū frondium, &c.* Et quidē in Hebræo nō dicitur pulcherrimæ sed ponitur propriū nomen arboris, quæ re ipsa speciosa est. Vulgata verò, quia nomē est dubiū, vertit pulcherrimæ, est autem dictio Hebræa Hadar, quæ vt dicūt Moyses Ægyptius, Lyra. & Vatab. arbor est quæ græce *κίτρομελα* (idest) mal⁹ quæ citrea ferre dicitur, & vocatur, vt ex Dioscoride refert Volaterranus. Medica, & persica malus, quæ teste Dioscoride mala coloris aurēi producit prælonga, & odorata, toto anno. Et Athenæus ex Theophrastro Media (inquit) regio, & Persica malū habet Medicū seu Perficum appellatū, quæ folium fert simile auro, spinas acutas similes pyro, fructū nō comedūt, boni alioquin odores, vestes incorruptas foliū eius seruat, fert fructū toto anno, aliū perfectū, aliū incipiētē, aliū medium: hæc ille. Accedit Iosephus, qui li. 3. antiquit. ca. 13. ait iussum in lege vt in festo tabernaculorū Iudæi manibus portarēt ramos myrthi, & salicis, & palmarū ex quibus & mala Persica dependeant. Idē tenet D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 4. ad. 10. & Dionys. super Leuit. 23. Quod si quis nobis Hierony. obijciat, qui super illud Zachar. 1. 4. *Celebrent festū tabernaculorū*, dicit arborē pulcherrimā ab Hebræis cedrū intelligi: sciat pro nobis esse, quia cedrū nō quidē excelsā appellat, sed arborē Persicā, cuius fructus Dioscorides li. 1. ca. 131. vocat cedromela, idest, mala cedri, vel cedronea, siue citronæa græce *κίτρομελα* iubebatur autē cōtra serpentes in deserto populus hæc mala portare, quia vt (inquit) Plinius li. 23. ca. 6. cōtra venenū in vino bibūtur. Deinde in typum crucis Christi, de quo Sponsa: *Sub umbra illius quæ desiderauerā sedi & fructus eius dulcis gutturi meo.* Porro sicut odor, & aspectus mali citronei homines ad se trahit, ita filius Dei: *Si exaltatus* (inquit) *fuero à terra, omniatrahā ad me ipsum.* Myrthus autem mortificatio

nē, salix castitatē, palma victoriā, vt (inquit) loco citato Zachariæ Hierony. significat, quibus festū tabernaculorū gloriosæ resurrectionis celebramus.

Arbor malus, vel crucem similiter, vel Christū denotat, sic legimus dicentē sponsum Ecclesiæ: *Sub arbore malo suscitauit te, ibi corrupta est mater tua, idest, Synagoga quæ in cruce Christi scandalizata fuit sicut exponit Glos. ideo Dominus dicebat: Beatus qui nō fuerit scandalizatus in me, idest, in cruce mea, vt Greg. ait. Sed germanā huius loci expositionē ponimus latius li. 1. verbo Mal⁹, interim D. Tho. B. Greg. & alij per arborē malū crucē Domini Saluatoris intelligūt, de qua Ioā. *Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis, ut omnis qui credit in eū nō pereat: sed habeat uitā æternā*, fructibus itaque vitæ perennis sub arbore malo, idest, sub cruce Domini Ecclesia suscitata est, vbi Synagoga corrupta fuit, de quo vide latius in verbo malus punica num. 3.*

Arbor hominē significat metaphorice apud Matth. *Securis ad radicē arboris posita est*, vbi arborē hominē Hieron. intelligit, securim autē verbū Dei, quod tūc hominē à mūdo succidit, quādo suadet, vt: *Abneget semetipsum.* Iā verò quod in textu subditur: *Omnis arbor quæ nō facit fructū bonū excidetur*, exponit Rabanus quatuor esse arborū species, quāsdā planē aridas, quales in fideles. Alias virētes quidē sine fructu, quales Christiani sunt hypocritæ, qui cum ieiunāt tristitiam simulant. Aliæ verò fructum afferunt, sed virulentum, sicut hæretici, quarta denique species fructum facit bonum. Talis ille vir beatus: *Qui erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.*

Sub eadē arboris metaphora Dominus dicit teste Matth. *Nō potest arbor bona malos fructus facere: & arbor mala bonos fructus facere.* Vbi Aug. lib. 2. de sermone Domini in mōte cap. 36. Eorū (inquit) hic error maxime cauēdus est, qui de ipsis duabus arboribus, duas naturas opinātur, quarū vna sit Dei, idest, bona: altera neque Dei, neque ex deo, idest, mala. Hæc Aug. Fuit autem olim error iste Manichæorum, contra quē scripsit Aug. lib. de duabus animabus, & hoc loco Chrysost. Item Hierony. qui ait. Nos inferimus Iudā arborē quādam bonā fructus fecisse malos, post quā tradidit Sal-

Hierony. 2 Can. 8. Glos. Mat. 11. Greg. D. Thom. Ioan. 3. 3 Mat. 7. Hierony. Mat. 16. Rabanus. Quatuor arborum species. Mat. 7. Psal. 1. 4 Mat. 6. Aug. Chrysost. Hierony.

Theophy. D. Thom. Aug. Cōci. Trid. Mat. 12. 5 Ep. Iudæ: Glos. 6 Lyra. Mat. 7. Apoc. 8. Rupert. Mat. 5. Luc. 10. Mat. 7.

uatoris. Et Saulū arborē malā, eo tempore quo persequebatur Ecclesiam, fecisse postea fructus bonos, quando in vas electio nis de persecutore translatus est. Tandiu ergo bona arbor fructus non facit, malos, quandiu in bonitatis studio perseuerat. Hæc Hierony. Itaque non tollit hic liberum arbitrium filius Dei: sed solum docet malum hominem, in malo voluntatis studio perseuerantem, non posse virtute illius mali propositi bonum facere: neque bonum virum virtute voluntatis bonæ facere malum. Sic etiam exponunt Theophylact: D. Thom. & Aug. qui loco supra citato subdit, Malus si vult bona operari, prius bonus fiat. Quod intelligendum est si vult bene, & meritorie operari: nam in fidelis, & malus bonum potest opus morale patrare, vt fess. 6. Cōcilium definit Tridentinū. Quod autem gratia Dei præueniēte, in nostra sit potestate bonos ex malis fieri, docet filius Dei, dicens: *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malā, & fructum eius malū.* De quo latius in verbo colligere, differemus.

Arbores autumnales in Epistola canonica Iudæ, reprobi atque peruersi vocantur, quia vt notat Glosa. Arbores in Autumno plantatæ tardius fructificant, vel quia potius in Autumno frondes post fructus cadunt, quod si aliquis fructus superest, & crescit adulterinus est. Sunt etiam reprobi arbores eradicatæ à charitate, & bis mortuæ, semel quidem ante baptismū, & post baptismum, vel penitentiam iterum lapsæ, vt recte Lyra. tales erant Pharisei olim, & hodie hypocritæ, de quibus Dominus ait: *A fructibus eorum cognoscetis eos.*

Arborū tertia pars concremata dicitur in Apoc. *Postquam primus Angelus tuba cecinit, facta est grandis & ignis, mista sanguine, &c.* vbi Rupert. Abbas per arbores homines intelligit, quorum tertiā partem damnari putat, sicut ex tribus filiis Noe, Sem, Chā, & Iaphet, Cham, reprobus fuit, sic inter homines quidam prædicant verbū Dei, & faciunt, de quibus dicitur: *Qui autē fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno celo rū.* Alij faciūt, & nō docent, sed discunt, sicut: *Maria sedens secus pedes Domini audiebat uerbum illius.* Alij verò nō faciūt aliquid dignū æterna vita, sicut illi quibus Dominus dicit: *Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatē.* Hæc ergo tertia pars, est quæ dam-

natur. Sic exponūt Tyconius, Beda, Anselmus, & Richardus, ignis autē mista sanguine ira est vindictæ sine fine, in abyssu Gehennæ, sed non intelligas tertiā partem æqualem esse singulis superioribus, cum maior sit numerus pereuntium iuxta illud: *Multi sunt uocati, pauci uerò electi*, multitudo itaque reprobiorū licet pars tertia sit alias partes superat, Iudæi quippe uocati sunt, & hæretici, & mali Christiani, qui ad hanc tertiā pereuntium partē spectant, quam uis D. Thom. super hunc locum tertiā Iudæorum partem damnari exponit, qui uocati, sed increduli remanserunt: ¶ Multa de arboribus explicantur lib. 10. in dictione lignum.

CAPVT CXXV.

Arca.



ARCA vocatur Hebraicē in scriptura sancta Thebach. vt patet Gen. 6. a radice Thib. Arca fit ex ligni materia ad seruāda quæcunq; pretiosa. Fuit autē arca iussu Domini fabricata sub Noe ad seruādas octo animas, idest, Noe cū vxore & tribus eius liberis cū suis vxoribus, & volucris, atque animalibus terræ: *Fac* (inquit) *tibi arcā de lignis leuigatis, trecentorū cubitorū erit longitudo arcæ, &c. quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorū altitudo illius.* Cōtra quod Appelles hæreticus Marcionis olim discipulus, irridens vetus testamētū tanquā à malo conditū Deo dicit, si illas mensuras habebat arca Noe, neque quatuor integros elephantos in latitudine capere potuisset, ad quod respondet Orig. hom. 2. super Genesim, aiebant (inquit) maiores, quos Hebraicarum traditionum magistros grauiore intelligit, quod Moyses omni sapientia Ægyptiorū fuerat eruditus, qui artē geometriæ præcipue calet. Secūdū ergo cubitos geometricos mēsurā arcæ descripsit. Habet autē vnus cubitus geometricus, quantū sex cubiti ex nostris, Hæc Orig. vnde longitudo arcæ secundū has mensuras fuit duorū milliū, & septingentorū pedum, & latitudo quadring. quinquag. denique altitudo ducentorū septing. Idē placet Aug. li. 15. de Ciuit. cap. 27. Si cogitemus (inquit) quod Origenes nō inegatē astruxit, Moysen eruditū secundū sapiētiam Ægyptiorū geometrica cu-

Tyconi. Beda. Ansel. Richar. Mat. 20. D. Thom. I Gen. 6. Origenē Aug.

bita numerare potuisse, quorū vnum, quātum sex nostra valere asseuerat. Hęc. Aug.

Dicitur etiam in textu: *Fenestram in arca facies, & in cubito consumabis summitatē eius, ostium arce pones ex latere.* Hic debet poni punctus, & deinde sequitur: *Deorsum cænacula, & tristega facies in ea, vt recte nota vit Caietanus.* Septuag. verò vertunt: *Inferiora bicamerata, & tricamerata facies in ea,* quod eleganter explicat Origenes loco citato. Tres itaque sunt diuisiones generales à summo cubito: in quo quasi in modum pyramidis terminatur arca, vsque ad imū. Prima pars ab imo vocatur à vulgata deorsum, & à Septuag. inferiora, quę extremētis, & stercorebus animalium erat deputata. Pars verò media vocatur cænacula quę dicitur à Septuag. bicamerata, quia in vna parte pabula, in altera verò animalia in escam illis, quę carnibus vescabantur seruata erant. Postremo suprema pars erat tricamerata, tribus diuisionibus factis ad habitationem hominum, auium, & quadrupedū. Hęc fere ex Origēne, vide ordinē architecturę diuinę, quia *quę à Deo sunt, ordinata sunt*, ideo in Ecclesia cuius typus arca fuit, vt (inquit) Hierony. Epistola de symbolo, & fide ad Damasum graudum ordo seruatur. Nam primum omnium Apostolos Christus elegit, quibus Episcopi succedunt: deinde: *Designauit alios septuag. duos, discipulos, quibus presbyteri substituuntur, &c. alique gradus minores de quibus alias.* Quod verò arca ex lignis leuigatis facta dicitur, pro leuigatis Hebraicē est Gofer, quod, vt quidam Hebraei dicunt, genus est cedri, de quo infra num. vltimo.

De Animalibus quoque mundis, & ex uolatilibus, & ex omnibus, quę mouentur super terrā, duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus & femina. Sic in Gen. vbi quærunt aliqui, an ex omnibus, quę mouentur, hoc est, an etiam serpentes, & reptilia ingressa sint in arcam, ad quod respondet Abulenſis, ea quę sine congressu maris, & fæminę ex putrefactione fiunt, nō fuisse ingressa, quia neque opus erat. Deinde notādum non esse dictū animalia, & volatilia fuisse in arcā introducta, sed: *Ingressa* (inquit) *sunt ad Noe in arcam.* vbi notant Rabanus, Diony. Carthusianus, & alij vel imperio diuino, vel Angelorum ministerio

fuisse animalia congregata, etiam quę in insulis, & non in continente procreantur, aut in locis remotissimis orbis, vt in Piru, & noua Hispania, vbi sunt quędā, quę nisi diuino nutu, & speciali prouidentia conseruari extra regiones suas nequeunt. Est enim seruanda Regula quando vires naturę deficiunt, ad alicuius speciei animalium, vel volucrum conseruationem tunc Angelorum prouidentiam subuenire, ne desint species vniuersi, vt docet D. Thom. 1. p. q. 110. a. 1. ad tertium, de quo egimus in verbo Angelus numero. 21. Eodem autem Angelorum ministerio illa animalia, quę cū egressa essent de arca regredi ad suas insulas natando, propter longissimum tractum minime poterant, neque diutius sine periculo vitę in peregrina regione conseruari trans Oceanū vel ad sua natiaua loca reportata sunt, quod verisimile reputat Augustinus li. 16. de ciuit. Dei cap. 7. vbi quęrens quomodo post diluuium animalia in insulis esse potuerunt, cum deleta fuerint omnia quę extra arcam Noe remanserant, respōdet: possunt quidem credi ad insulas natando transiisse, sed proximas. Sunt autem quędam tam longe positę à cōtinentibus terris, vt ad eas nulla videatur natare potuisse bestiarum. Quod si homines eas captas secum adduxerunt, venandi studio fieri potuisse incredibile non est, Quamuis iussu Dei, siue permissu, etiam opera Angelorum negandum non sit potuisse transferri. Hęc Aug. Quod si Deus curam gerit bestiarum quanto magis hominum propter quem illas creauit. propterea dixit: *Nolite solliciti esse animę uestre quid manducetis, neque corpori uestro quid induamini, &c. Quęrite primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijciuntur vobis.*

Arcam Noe typum fuisse Ecclesię testatur Petrus: *Sicut in diebus Noe cum fabricaretur arca, in qua paucę, id est, octo animę saluę factę sunt per aquam, sic nos saluos facit baptisma, subaudi in Ecclesia.* Sic explicat Orige. homil. 2. super Gen. quia sicut in arca Noe ex omni genere animalium aliqua salua facta sunt, sic in Ecclesia ex omni genere hominum aliqui saluantur, extra Ecclesiam verò salus non est, vt Hieron. ait, qui refertur. 24. q. 1. Cā. Quoniā vetus. Itē Aug. li. 15. de Ciuitate cap. 26. vbi non folius Christi arcam sed &

2

Caiet.

Orig.

Rom. 13. Hierony.

Luc. 6. Luc. 10.

3

Gen. 7.

Questio. Abulenſis.

Rabanus. Diony.

Regula.

D. Thom.

Aug.

Matth. 6.

4

1. Petri. 3.

Orige.

Hieron.

Aug.

Ecclesię typū esse cōfirmat, quę bicamerata est, propter duos populos Iudaicū & gentilicum in eadem fide congregatos, & tricamerata in superioribus dicitur, propter fidē, spem, & charitatē: vel quia in sola Ecclesia sit fructus triplex, seminis feminantis, trigessimus coniugatorū, sexagesimus viduarū, & centesimus martyrum, vel virginum. De eadem Ecclesia intelligit arcā Noe hom. 38. super Euāgelia Greg. Papa.

Arca Noe in inferioribus latior fuit, in superioribus vero: *In cubito consummabatur.* quod hæc figura ad excutiendas pluias aptissima sit, sicut in capitellis turriū altiorū experiētia docet. Deinde ad significandū in Ecclesia plurimos fore, qui via incederent latiori de qua Dominus: *Si uis ad uitā ingredi, serua mādāta.* Pauciores vero qui consilia perfectionis sequerentur, dicentes cum Apostolis: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Quod notat D. Thomas, in illud Can. 2. *Venter tuus sicut aceruus tritici.*

Arca fœderis ex lignis Sethim albis & imputribilibus fabricata legem in duabus lapideis tabulis digito Dei scriptam continebat: eratque auro circumtecta, aurea quoque corona circumdata, ex utroque autem latere duo Cherubim ex auro purissimo stabant, qui alas expandebant super arcam, & tabulam auream sustentabant æqualis cum arca longitudinis, quę oraculum dicebatur: vnde Dominus responsa dabat: de quo Exo. 25. 26. G. 30. A. 35. B. 40. C. Num. 4. A. 10. D. 14. G. Deut. 19. A. Vocatur, autem Arca testimonij, quia legem cōtinebat, quę dicitur testimonium Dei iuxta illud: *Testimonium Domini fidele sapientiā præstans paruulis.* Dicta est etiam arca sanctificationis Ps. 131. *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuę.* Vbi Iansenius, sic appellari putat, quia iusserat eam Dominus sanctificare vnctiōe sacra, de qua legitur Exo. 30. Deinde quia laudabatur in ea à Sacerdotibus, & populo Deus Israel. Vocatur & *Arca fœderis*, propter legem ibi seruata quę fœdus erat inter Deum, & populum, de quo Exo. 24. *Assumenſque Moyses uolumen fœderis legit coram populo, qui dixit, omnia quę locutus est Dominus faciemus.* Deinde cum asperisset Moyses sanguine librū & populum dixit. *Hic est sanguis fœderis, &c.* Constat autem apud Hæbreos idem

Matth. 13. Luc. 8.

Gregor. 5

Gen. 7.

Matth. 19.

D. Thom.

6

Psal. 18.

Psal. 131.

Iansen.

Exod. 30.

Exod. 24.

esse fœdus, pactū, & testamentum: de quo vide in verbo fœdus: sicut ergo dicitur arca fœderis, ita &: *Arca testamenti.* Mysticē verò corpus Christi arca testamenti significabat, vt notant Hilarius super Psal. 131. *Surge Domine in requiem tuam tu & arca sanctificationis tuę.* Quod corpori Domini resurgētī quadrat. Vnde Greg. hom. 2. 2. super Ezechielem Arca (inquit) testamenti ipse nobis factus est: *In quo sunt omnes thesauri sapientię & scientię Dei absconditi:* Arca intra velum est Redēptor noster in cœlo. Hęc Greg. de quo Marci vlt. *Assumptus est in cœlum sedet à dextris Dei.* Idē dicit Ilichius super Leuit. 16. & Cyrillus, lib. 4. super Ioan, & D. Thom. 1. 2. q. 102. ar. 4. & recte dicitur arca fœderis filius Dei, quo nascente Angeli cecinerunt: *Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus, &c.*

Arca testamēti dicit Apostolus: *Erat ex omni parte auro circumtecta.* In qua erat urna aurea habens manna, & uirga Aaron quę fronderat, & tabulę testamenti. Sed de hoc quęstio difficilis est quia cōtra legimus: *In arca nō erat aliud, nisi duę tabulę lapideę, quas posuerat in ea Moyses in Oreb, quando pepigit Dominus fœdus cum filijs israel.* Ad conciliandā ergo hæc duo loca varia dicunt expolitores. Prima sentētia Theophy. qui forte, ait, quādo Hier. abscondit arcā testamēti, misit intra eā quę dicit Paul. quamuis illa nō essent prius ibi, vt dicitur. 3. Reg. & ita duo illa loca cōcordari possunt Secunda expositio D. Tho. super Heb. 9. ex principali intētiōe nō fuisse in arca nisi tabulas legis, quę significatur. 3. Reg. 8. Sed minus principaliter fuisse, quę dicit Apostolus 1. Tert. sentētia est Mart. li. 9. Hypotyposeon Regula. 36. ex tota lege Pētateuchi nō fuisse in arca nisi duas tabulas decem mādatorū, quod significat. 3. Reg. 8. nō tamē excludit alia quę nō pertinebant ad legē, & ita, simul consentit vterque locus, neq; est discordia. Quarto meo iudicio facilius dici potest intra arcā fuisse tantū duas tabulas legis. Sed ad latus arcę supra anulos aureos per quos vectes transibant fuisse virgam & vnam: & ita sicut aurei circuli dicebatur esse in arca licet extra nō intra essent, sic & vna cū virgā, sicut & corona aurea erat in arca, quamuis intra nō essent sic etiā ad latus arcę posuerunt Phylax & cāpselā, in qua erant mures aurei, quos pro delicto exoluerant Deo Israel.

Hilarius. Psal. 131.

Greg.

Colof. 2.

Marci. vlt. Ilichius. Cyrillus. D. Thom. Luc. 2. Hebræo. 9.

7
Questio. 3. Reg. 8.

Theophy. 2. Mach. 2.

D. Thom.

Martinus

1. Reg. 6.

8
Quaestio.

Neque minorē habet quaestione locus ille. 2. Mach. 2. Vbi legimus in tempore. quo populus captiuus ducebatur in Baby lonē, abscondisse Hieremiā in spelūca qua dā arcam testamēti cum aliis pretiosis, & facris, & obstruxisse speluncā ostrū atque dixisse: *Quod ignotus erit locus donec congreget Deus cōgregationē populi, & propitius fiat, tūc apparebit maiestas, & nubes erit sicut Moyfi manifestabatur, &c. & ostendet hęc, &c.* Quæ rūt ergo expositores, quando hoc erit? Nā post captiuitatē Baby lonicā, nunquā habuit illē populus fœderis arcā, neque post liberationē factā à Cyro, neque sub Esdra aut Nehemia, neque tēpore Machabæorū mētio fit de arca testamenti. Abulensis super literā cap. 25. Exod. putat, absconditā fuisse arcam à Hieremia in sepulchro Moyfi: ideo vtrunque mansisse ignotum, sed non potest hoc certo probari. Genebrardus in sua Chronologia allegat quosdā Hebræos dicētes, ab ipso Moyse adhuc viuēte fuisse arcā absconditā: Iudæos vero fecisse aliā, quæ reposita fuit in tēplo Salomonis, & postea abscondita à Hieremia, sed hoc sapit fabulas Iudaicas, & cōtradicit scripturæ. Reg. 8. Vbi eadē esse dicitur arca, his verbis: *in arca non erat aliud, nisi duæ tabule lapideæ, quas posuerat in ea Moyse, in ea ergo nō in alia.* Nauclerus Gen. 53. asserit Romanos in triūpho Titi Vespasiani duxisse arcā testamēti. Sed forte vult dicere fabricasse arcā ad similitudinē Moysay cæ vt suum triūphum illustrarent. Sed testis oculat⁹ Iosephus lib. 7. de bello Iudai co. cap. 24. nō numerat eā inter spolia, sed menlam aureā & candelabrū, quare Nauclerus historiographis, & sibi contradicit, qui Gen. 51. asserit arcā fœderis à Hieremia olim absconditā, vsq; ad diē iudicij finalis, nō esse inueniendam. Iosephus lib. 6. de bello ca. 6. dicit in Sancto Sanctorū suo tēpore nihil fuisse. Vnde fallitur Petrus comestor super Iudith. 13. vbi ait, fuisse à Romanis inter spolia captam.

Et forte ad hoc facit, quod in Apoc. post mortē duorū Prophetarū Enoch, & Eliæ, & prostratū Antichristū. Ioannes dicit: *Et opertū est templū Dei in cælo, & uissa est arca testamenti eius in tēplo eius.* vbi quidā recentiores solū putant hoc loco significari, magna & recōdita mysteria ostensa esse Ioanni, quia arca in Sanctis Sanctorū post velū semel in anno dūtaxat à summo Pōtifice vi-

Abulens.

Genebr.

3. Reg. 8.

Naucler.

Iosephus.

Petrus comestor.

9
Apoc. 11.

debat, in quo verū plane dicūt. Sed quid, vel quale sit hoc particulare mysterium, quod nō solū Ioanni quando scripsit hęc, sed in fine mūdi ostendetur electis, nō explicant. Dicēdū ergo cū Richardo & Gagneio sacrā Scripturā cælum hic appellari arcā verò testamēti Christum sicut exponunt etiā D. Tho. Glossa & Cœlius in colletaneis. Sed nō vtcunque, imo vt in arca testamenti olim sicut in typo figurabatur, in qua, manna Eucharistæ sacramentum significabat, synaxim videlicet, quod Hieremias dixit, quādo materialē arcā fœderis occultauit: *Ignotus erit locus, &c. donec congreget Deus cōgregationē populi*, subaudi ad Synaxim, &c. Et tunc Dominus ostēdet, hęc dicens: *Coro mea uere est cibus.* Itē debet intelligi, ostendet hęc, quando in transfiguratione tribus Apostolis Petro, Iacobo & Ioanni visus est Christus sicut arca testamenti mystica inter duo Cherubim, Eliam, videlicet, & Moysem, in gloria nubis. sicut dixerat Hieremias: *Tūc apparebit maiestas eius, & nubes erit, sicut Moyfi manifestabatur.* Non est autē amplius visa arca testamenti materialis à tempore Hieremiæ, vt dicit Hugo Victorinus li. 4. except. cap. 11. vt cessaturā veterē legē in lege gratiæ perfidi cognoscerent Iudæi.

Richard. Gagneius, D. Thom. Glossa. Cælius.

2. Matth.

Ioan. 6. Matth. 17.

Hugo.

CAPVT CXXVI.

Arcanum, Secretum, Mysterium.



ARCANVM secretū Hebraicè dicitur Sud Psa. 25. Hier. 6. Arcanum dicitur secretum nobis occultum, mysteria verò sunt secreta diuina: de quibus explicat Greg. illud: *Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, idest, oracula & iudicia Dei iuxta illud: O altitudo diuitiarum sapientiæ & sciētiae Dei, quā incōprehensibilia sunt iudicia eius.* Hęc abscondita sunt sapiētibus & prudentibus sæculi, sed reuelata paruulis.

Arcana in Nablis cantabant olim Sacerdotes in Paral. Vbi Glos. Nablū (inquit) Hebraicè, idē est, quod Psalteriū, arcana verò sunt occulta legis gratiæ mysteria, quæ suo tēpore reuelāda erāt. Neq; enim omnia omnib⁹, neq; omni tēpore reuelanda sunt. Vnde Psa. 77. Dominus per Prophetam dicit: *Aperiam in parabolis os meū, loquar propositiones ab initio.* Sic & Christi-

770

I

Greg. Iob. 11. Rom. 11.

Matth. 11.

2

1. Paral. 15. Glossa.

Psal. 77.

stus

Matth. 13. Luc. 8.

Pro. 25. Lyra.

R, Salom.

Dionyf.

3
2. Co. 11. D. Thom.

Ambro. Luc. 6.

Matth. 5.

Ioan. 26.

Matth. 17.

4

Ezech. 7.

Hierony.

stus de quo prædictum erat, populis in parabolis loquebatur, quia non erant vniuersi capaces mysteriorum gratiæ. Nec frustra Dominus parabolas prædicabat, quas auditores minime intelligebant, sed vt Apostoli sensum earum interrogarent, qui capaces erant, & populus etiam quando conuerteretur ad fidem, intelligere cuperet mysteria, quorum iam fieret capax. Itaque quādo expedit: *Gloria Dei est celare uerbum.* Pro. 25. Vbi Lyranus sacræ (inquit) scripturæ secretum celandum est, vt exponit Rabbi Salomon, sicut principia Genesis & Ezechielis velate traduntur, tum vt infideles vt stulti irrideantur, tum etiam vt fideles exercentur, idē docet Dionys. Areopagita lib. de celesti Hierarchia ca. 2. Nō omnes (inquit) homines sacri sunt, neque iuxta scripturæ sententiam omnium est scientia.

Arcana verba: *Quæ non licet homini loqui.* Paulus audiuit quod duobus modis exponit D. Thomas aut non licet homini vt hæc loquatur, quia sunt in comprehensibilia & ineffabilia, vel non licet hæc referre hominibus imperfectis, nisi illis forte qui supra hominem sunt, & diuina sapiunt. Propterea Ambrosius saper illud Luc. 6. *Stetit Iesus in loco campestris.* Aduerte (inquit) omnia diligenter quomodo cū Apostolis ascendat, & descendat ad turbas, quomodo enim turba nisi in hamili Christum videret? non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia, &c. Hęc ille: itaque: *in monte aperiens os suum docebat eos,* idest, Apostolos. Deinde cum descendisset ad turbas, multo pauciora locutus est, quia non erant capaces omnium: imo & ipsis Apostolis dixit. *Multa habeo uobis dicere, quæ non potestis portare modo.* Vnde & transfigurationis mysterium solis Petro, Iacobo, & Ioanni reuelauit.

Arcanū in scripturis interdū denotat tēplū Domini, quod non omnibus patebat. sic Ezech. *Violabunt arcanum meum dicit Dominus & introibunt in illud emisarii,* idest violabūt Sancta Sanctorum. vnde Hierony. ibidem hoc (inquit) quod scimus, & à Babylonis, & ab Antiocho, & à Pompeio & ad extremū factum est sub Tito Vespasiani. Hęc Hierony. tantum autē nefas vt ab impijs sancta violētur, nūquā Deus nisi vehemēter permittit iratus, & maxime

quando ipsi fideles mortua fide rapinis fraudibus & cædibus sacratiores loca violare nō desinūt. Tūc Deus iuste permittit, vt ab infidelibus prophanētur, sicut accidit Iudæis. de quo sapius Dei filius cōque rebatur, dicens: *Domus mea domus orationis uocabitur, uos autē fecistis illā spelūcā latronū.*

Matth. 21. Ioan. 2.

5

Isai. 45.

Hierony.

Arcana secretorū vocari solent thesauri gētium reconditissimi, quos Dominus aperuit & dedit Cyro regi, sicut promisit. *Et dabo tibi thesauros absconditos & arcana secretorū, ut scias quia ego Dominus.* Vbi sic iuxta literā exponit Hierony. illud que notandū nunquā Deum ea intentione diuitias hominibus etiā sceleratis largiri, vt sint illis in animæ perniciē, sed potius vt tēporalibus beneficiis allecti Deū recognoscāt, ideo dixit Cyro: vt scias quia ego Dominus, sibi ergo imputet diues ille purpuratus, si diuitiis in pompam & vanitatibus contempto paupere Lazaro abusus perit.

Luc. 16.

6

Isai. 24.

Pagninus.

Chaldæus. R. Ioseph. R. Salom.

Secretū est sicut dicere capimus quod ab aliorū secernitur cognitione, & occultatur, vnde Esaias cū dixisset: *A finibus terræ laudes audiimus gloria iusti,* subdit: *Et dixi secretū meum mihi, secretū meum mihi.* Pro quo Rabbini legunt: *Macies mea mihi,* vt notat Pagninus in dictione Raza. Addūt tamē Hebræi vaticiniū hoc esse de tēpore Messia, quādo quasi aurū igne conflatum iusti redēpti remanebunt, nihilominus Chaldæus & R. Ioseph, R. Salomon legūt sicut nostra vulgata, est que sensus legitimus. Duo secreta reuelata sunt mihi, alterū vltionis, & redemptionis alterū (quomodo etiā Hierony. exponit) redemptionis per Christū ergo: *A finibus terræ laudes audiim⁹ gloria iusti.* De secreto vero vltionis sub Tito Vespasiani propter necē Saluatoris subiungit Propheta: *Væ mihi, præuaricati sunt: Porro pro laudibus iusti septuag. vertur tēpata* idest, portēta forte vt Hiero. ait, quia quasi prodigium est, vt repudiato populo Iudæorum gentes laudent & recipiant Messiam, de quibus Angeli cecinerunt nato domino: *Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis,* idest. nō obstinatis Iudæis, sed gentibus subditis fidei & Euangelio Saluatoris de quibus Matth. *Multi ab Oriente & Occidente uenient, &c.*

Hierony.

Hierony.

Luc. 2.

Matth. 8.

Mysteriū ergo recipiēdi Christi à gentibus recte septuag. tēpata idest, pro digia uocant, vt dictū est, numero præcedēti;

7

Rom. 16. Vnde & mysteriū tacitū vocat illud Apo-
 stolus Rom. 16. vbi ait: *Secundū reuelationem
 mysterij temporibus æternitaciti, quod
 nunc patefactum est per scripturas Prophetarum,
 secundum præceptum æterni Dei ad obedientiam
 fidei in omnibus gentibus, quod Ambrosius
 exponit de vocatione gentium ad fidem
 Euangelij, & D. Thomas in commentariis
 huius loci subdit, quod mysterium patefactum
 est de conuersione gentium, vnde Eph. 3.
 dicitur: *Aliis generationibus non est agnitus
 filiis hominum, sicut nunc manifestatum est
 sanctis Apostolis, & Prophetis esse gentes
 coheredes.* Hæc D. Thom. Sic & Rom. 11.
 mysterium appellatur vbi Apostolus ait: *Nolo
 uos fratres ignorare mysterium hoc, quod
 cæcitas ex parte contigit in Israel, donec
 plenitudo gentium intra ret.* De eodem dicit
 Apostolus: *Vt impleam uerbum Dei, mysterium
 quod absconditum fuit à seculis, &c. Nunc
 autem manifestatū est sanctis eius.* vbi
 Theophy. Belle (inquit) dixit mysterij huius,
 sunt autem alia mysteria resque arcanæ.
 Cæterum hoc reuera mysterium est quod
 nemo nouerat, quod præter communem
 expectationem est, nempe quod gentes
 assumendæ erant. Hæc ille. Cæpit autem
 mysteriū istud manifestari in die Epiphaniæ
 venientibus ab Oriente Magis adorare
 Dominum. Tunc enim Herode & confortibus
 eius reiectis electæ sunt gentes.*

8
 i. Cor. 2. Mysterium etiam vocatur incarnatio
 & passio Christi, vt Paulus ait: *Loquimur
 Dei sapientiam in mysterio.* Vbi Hieron.
 in Euangelio (inquit) quod continet Na-
 tiuitatem Christi, & passionem, &c. quæ
 est sapietia in mysterio. Et Theophy. my-
 sterium ait, de Christo prædicationē vocat
 Apostolus, nam seruum video & Dominum
 adoro. Eodem modo Ambrosius. Item D.
 Thomas qui addit cum Ambrosio, Neque
 Iudæorū Principes neque dæmones hanc
 Dei sapientiam cognouisse, alioquin: *Nunquā
 Dominum gloriæ crucifixissent.* Quamuis
 enim in parabola vineæ Matth. 21. dixerunt:
Hic est heres. Sed quasi purum hominem
 Christum & Messiam esse cognouerunt,
 non tamen esse Deum & Redemptorem,
 qui à peccatorum seruitute populum posset
 liberare. Hoc enim mysterium cum Saluatore
 occultissimum fuit, de quo Esa. *Verè tu es
 Deus absconditus Sanctus Israel Saluator:* Et

Paulus: *Deus aperiat nobis ostium sermonis ad
 loquendum mysterium Christi:* & 1. Timoth.
 3. *Habentes mysterium Christi in conscientia
 pura.* Ideo non mirandū quod cū Dominus
 ascēderet vltimo Hierosolymā apud Luc.
 & de morte sua secreto cum Apostolis
 loqueretur: *ipsi nihil horum intellexerunt,
 & erat uerbum absconditum ab eis.* Quia
 mysterium erat secretissimum & Angelis
 ipsis admirabile.

9
 Mysterium quoque vocari solet in scripturis
 resurrectio mortuorum in fine mūdi vel
 ad gloriam æternā vel ad supplicium sine
 fine, de quo. 1. Corint. *Ecce mysterium
 uobis dico, omnes quidem resurgemus, sed
 non omnes immutabimur.* Vbi Ambrosius
 Soli (inquit) qui ad gloriam resurgent
 mutabuntur, & Hierony. Soli qui regnaturi
 sunt in gloria mutabuntur. Hæc ille,
 intellige autem in melius, de hoc etiā
 legimus Apoc. *In diebus uocis septimi
 Angeli cum ceperit tuba canere, consummabitur
 mysterium Dei, sicut euangelizauit per
 seruos suos Prophetas.* Vbi Glossa
 mysterium (inquit) idest, resurrectio,
 & remuneratio Iustorum, quā: *Neque
 oculus uidit, neque auris audiuit, & Beda
 mysterium quod nunc euangelizatur, tunc
 consummabitur, quando: *ibunt iusti in
 uitam æternam.* Itē Rupertus hæc (inquit)
 tuba illa nouissima est, de qua dicit
 Apostolus: *Canet enim tuba: & mortui
 resurgent in corrupti.* Sed cū in resurrectione
 sint impij in flāmas mittēdi sempiternas
 quomodo euāgelizatū hoc dicit Ioannes à
 Prophetis quia Euangelium bonum plane
 nuntium est, quale hoc reprobis non est?
 Ad quod Patres respondent, Bonum esse
 iustis nūtiū de gloria sine fine, quod
 satis est, vt euangelizari dicatur. Addit
 etiam D. Tho. in cōmentariis, resurrectionē
 finale dici mysteriū occultū, quia de die
 illo nemo scit neque angeli Dei in celo.*

10
 Mysteriū iniquitatis operari est Antichristū
 repræsentare vēturū. Sic legimus apud
 Paul. *Vt reueletur in suo tempore, nā
 mysterium iam operatur iniquitatis,* quod
 de Imperatore Nerone crudelissimo, qui
 tyrannidem Antichristi repræsentabat,
 intelligunt Chrysof. Theophylactus Oecumenius
 Ambros. Glossa & Lyran. quamuis
 Hierony. exponat de hæreticis qui falsis
 dogmatib⁹ iter planū Antichristo faciūt.

¶ Secretum calami vide in dictione Calamus.

Coloss. 4.
 Luc. 18.
 9
 i. Cor. 15.
 Ambr.
 Hiero.
 Apoc. 10.
 Glossa.
 Beda.
 Rupertus.
 i. Cor. 15.
 D. Tho.
 Matth. 24.
 10
 2. Tess. 2.
 Chrysof.
 Theophy.
 Oecum.
 Ambros.
 Glossa.
 Lyran.
 Hierony.

CAPVT. CXXVII.

Archisynagogus.



I
 Luc. 13.
 Marco. 5.
 Matth. 9.
 Abulensis.
 Deut. 12.

ARCHISYNAGOGUS idem est quod princeps Synagogæ, quales sunt hodie parochi in Ecclesijs, de huiusmodi habes in Luc. & Marco. Aliquando vero archisynagogus vocabatur absolute princeps, sicut de Iairo dicitur apud Mattheum. *Ecce princeps unus adorabat eum dicens.* Vbi notat Abulensis Quod quamuis vnus fuerit singulare templum Hierosolymis olim apud Iudæos, extra quod nemini licebat sacrificare, vt habetur Deuter. 12. nihilominus in singulis oppidis erant synagogæ, quales & hodie habent Iudæi vbique gentium apud quas peregrinantur, in quibus orant, & psalmos si mul conciniunt, & legem audiunt, vnique autem synagogæ præficietur vnus sacerdos quasi parochus, qui curam haberet congregationum, & earum rerū quæ ad orationem & psalmodiam, atque lectionem legis pertinent. hic archisynagogus vocabatur.

CAPVT. CXXVIII.

Architriclinus & Architectus.



I
 Chrysof.
 Ioan. 2.
 D. Tho.

ARCHITRICLINUS idē est quod princeps triclinij, hoc est loci conuiuio destinati qui scilicet conuiuio præest, & omnia disponit, vt notat Chrysof. super Ioan. 2. vbi cum Dominus aquam in vinum conuertisset, ministris dixit *Haurite & ferte architriclino.* vt ipse gustu probaret vini saporem, tum quia præerat, tū etiam quia cæteris bibētibus ille qui præficitur abstemius esse cōsueuit, vt notat super hūc locum D. Tho. vnde melius poterat de saporibus iudicare, quod factis ostendit iudicē siue in temporalibus siue in spiritualibus quasi abstemiū architriclinum alienum esse debere ab iniustitiæ contagio, & à muneribus,

quæ iudicium peruertere solent, ne de illo dicatur illud Isai 1. *Omnes diligunt munerem, sequuntur retributionem, pupillo non iudicant & causa uiduæ non ingreditur ad illos.* Et Psal. *Vsq̄ quo iudicatis iniquitatem, & faciem peccatorum sumitis.*

Architectus vocatur hebraice charas siue choras cap. 3. Prudentem de architectis. Architectus vocatur princeps artificum qui ædificijs præest, per metaphoram autem prædicatores solent architecti vocari, vnde Paulus ait. *Sicut sapiens architectus fundamentum posui.* Idest Christū qui fundamentum est fidei & totius legis gratiæ prædicaui. In eodem sensu intelligitur illud Isaiæ. *Ecce dominator Dominus exercituum auferet à Hierusalem omne robur panis, &c. & sapientem de architectis.* Pro architectis Vatablus intelligit acutissimos acutissimorum ad inuenienda instrumenta bellica, Nicolaus vero exponit principales in mechanicis. Hoc autem Hieronymus de Iudaica vastatione intelligi dicit, quam alij inquit referunt ad Babylonios, alij ad Romanos, sed melius est cūcta referri ad Dominicā passionem, post interfectionem quippe illius omnes gratiæ & donationes sublatae sunt à Iudæis. Hæc Hieronymus. Et Origenes homilia. 12. super Hieremiā explicat hunc Isaiæ locum eodem modo, quia Iudæis ait ita scripturarum eloquia remanserunt vt sapiens intellectus posteriorum non remāserit. iuxta quod Dñs prædixit eis in parabola vineæ. *Auferetur à uobis regnū Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* Vbi regnum Dei uerbum Dei quod ducit ad regnum exponit Hieronymus: non est itaque apud Iudæos sapiens architectus qui fundamenti lapidem angularem & preciosum inueniat Christum in lege & prophetis.

CAPVT. CXXIX.

Arcturus Orion Hyades Pleiades.



ARCTURVS Hebraice dicitur iuxta Rabb. Iona. Chimati Amos. 5. Arcturus est quædam stella in polo arctico circa maiorem vrsam, hæc vrsæ græce dicitur αϰϣϣοϥ

Ifai. 1.
 Psalm. 81.
 2
 i. Cor. 3.
 Ifai. 3.
 Vatablus.
 Nicolaus.
 Hierony.
 Orig.
 Matth. 21.
 Hierony.

quæ constat septē stellis splendidis, & sic
cut axis rotæ versantur ad cæli motū: post
caudam ergo huius maioris vrsæ est quo-
dā fidus, quod vocatur Bootes, vel arcto-
phylax id est custos vrsæ, ita dictū quod
à tergo quasi custos subsequi videatur, hu-
ius imaginis stella quædam dicitur Arctu-
rus, quasi cauda vrsæ.

I
Ad ostendendam autē Dei potentiam
dicunt Prophetæ Deū fabricatorem esse
Arcturi, sic Amos ad decē tribus loqui-
tur. *Et iustitiam in terra relinquitis facientē Ar-
cturum & Orionem.* Vbi dicit iustitiā Dei,
quæ idē est quod Deus, illos prostratam
in terra reliquisse, nam quod iustitia pro
Deo iusto accipiatur, docet Chaldaicus
paraphrastes, qui vertit. *Desierunt timere à
facie Dñi, qui fecit Arcturū & Orionē.* Oriō
autem constellatio est iuxta tauri signū.
Et quidē tā Arcturus quā Orion tempe-
states mouent. Arcturus qui apparet pro-
pe calendas octobris, nā ante non ascēdit
noctū in nostro Emispherio sed claro die:
ideoque nō apparet, nisi cū venerit initiū
octobris, non autem nonis septembris vt
scripsit Columella li. 7. cap. 4 quia muta-
tū est tempus ortus eius propter anticipa-
tionē æquinoctiorū, quæ non fuit ad ple-
nū reformata à Greg. XIII. vt diximus in
verbo Annus. Orion vero apparet siue ori-
tur initio estatis pridie calendarū Iunij.
Quia ergo tēpestates horridas mouēt Ar-
cturus initio Octobris, & Orion initio Iu-
nij, de illis scriptura meminit ad ostenden-
dā potentiā maiestatis Dei, de quo Plini⁹
lib. 18. ca. 28. vbi de horridis agit fideri-
bus. Sic ad eandā omnipotentiam creatoris
insinuandā dicitur Iob. 9. *Qui facit Arctu-
rum & Orionem & Hyadas & interiora Austri
qui facit magna & admirabilia, &c.* Vbi Hy-
ades sunt septē stellæ pluuiosæ in frōte sig-
ni Tauri, vt docet Macro. li. 1. de somnio
scipionis ca. 18. sic Ouid. li. 5. Fastorū ait
Ora micant Tauri septem micantia flammis.

Adeādem manifestandā diuinæ potē-
tiæ magnitudinē rogatur Iob. *Nunquid con-
iungere ualebis micantes stellas Pleiadas, aut
gyrum Arcturi poteris dissipare?* Vbi vt no-
tat Lyran. Pleiades septē stelle sunt splē-
didæ sibi valde propinquæ, quia tamen fi-
xæ sunt in octaua spheræ, non possunt ne-
que puncti distantiam mutare vt magis sibi
appropinquēt. Porrò sciēdū has Pleiadas
septē vocari in capite signi Tauri sed vt in

3
Iob. 38.
Lyra.

Amos. 5.

Chaldaeus.

Columella.

Gregor. 13.
Papa.

Plinius.

Iob. 9.

Macrobius.
Ouidius.

Lyra.

quit Ouidius. *Quæ septē dici, sex tamen esse so-
lēt.* Qui ideo dixit, quia septima vix cōf-
picitur vnquā, has Virgiliae latini vocāt,
oriūtur autē Pleiades siue Virgiliae aperiūt
nauigationē in mēse Maio in principio
mēsis sed Hyades in fine ferē eiusdē mēsis
vt ex fastis Ouidij colligitur li. 5. iā vero
quod Iob dicitur. *An gyrū Arcturi pote-
ris dissipare.* Arctur⁹ accipitur pro tota Vr-
sa maiori, in cuius cauda est stella Arctur⁹
proprie dicta, quia ergo in gyro mouētur
circa cæli axem septem stellæ Arcturi ne-
que vnquā gyrare desinunt, vt notat D.
Thom. in cōmentariis, propterea quasi rē
hominibus impossibilem, soli vero Deo
possibile dicit. *An gyrū Arcturi poteris dissi-
pare.* Mystice vero B. Greg. notat, nomi-
ne Arcturi Ecclesiā figurari, quæ alijs atq;
aliis successoribus Petri sēper sibi succedē-
tibus dissipari nō potest, iuxta illud Mat-
th. *Portæ inferi nō proualebūt aduersus eam.*

C A P V T. C X X X.

Arcus.



ARCVS dicitur Hebrai-
ce caseth vt patet Gen. 9. &
1. Reg. 2. Arcus fortium su-
peratus est. Arcus instrumē-
tum est vulgare, quo sagittæ iaculantur,
dicitur autē ab arcendo quod arceat emi-
nus hostem, vocatur etiam arcus fornix si-
ue curuatura ædificij, vnde Cicero. Atrio
lū inquit & duos arcus absoluerat. Deni-
que in nubibus arcus dicitur, quæ græce
iris versicoloris vocatur. Iā vero ex varijs
huius vocis acceptionibus variæ phrasēs
oriuntur, dicitur enim Deus per metapho-
rā. *Arcum tendere, Arcum habere, Arcum sus-
citare, & Arcum conterere.* De hominis
quoque arcu dicitur. *Arcus extentus, Arcus
prauus, dolosus, amarus.* Item dicimus. *Ar-
cum renouare, superari arcum, dissipari, marce-
scere, præterea, est arcus æreus, arcus fortium,*
De quibus omnibus breuiter dicēdū est.

Primum ergo Deus tendit arcum &
parat: quando secundum iustitiam puni-
re disponit iusto iudicio sic Psalm. *Ar-
cum suum tetendit & parauit illum.* Est autem
sensus vt notat Paulus Burgenfis in addi-
tione, videte ò satellites & complices re-
gis Saul si contra me (sunt enim verba Da-
uid) maliciose machinari persistatis, Deū

Iob. 38.

D. Thom.

Greg.

Matth. 16.

I
Hier.

Cicero.

2

Psalm. 7.
Paul. Burg.

vindi-

Burgenfis. vindictam contra vos parasse, vt iaculetur
mortiferas in vos sagittas, & gladium vi-
bret per manus Philistinorum. Ita etiam
Lyra. exponit Lyranus. Secundum eandē phra-
sim Hierusalem à Nabuchonosor vastata
lamentatur in Thre. *Tetendit subaudi Deus
altum suum quasi inimicus, &c. & occidit me.*
Vbi Hieronymus Tetendit, inquit, arcū
iudicij sui, &c. Item Psalm. *Dedisti metuenti
buste significationē, ut fugiat, à facie arcus.* vbi
Hierony. vt fugiant inquit à futura ira eo-
dem modo August. per tribulationes, ait,
temporales, dedisti metuentibus te signi-
ficationem, vt fugerent ab ira ignis æterni
& infra. quid ergo est iudicium futurum?
arcus est extentus, nonne sagitta in prio-
ra mittenda est: neruus tamen retro extē-
ditur in contrarium, & tanto maiori im-
petu sagitta currit, quid est quod dico? quā-
to magis differtur iudicium, tanto maiori
impetu venturum est. Hæc August. signa
itaque dantur metuentibus Deum, vt fu-
giant à facie iudicij finalis Luc. 21. *Erunt
signa in Sole & Luna, &c.*

Arcum etiam suscitatur Deus id est, post
aliquātulum dissimulationis, rursus com-
minatur iram atque vindictā sic dicit Ha-
bac. *Suscitās suscitabis arcum tuū.* Vbi Hie-
rony. Contra peccata, inquit, sermo Dei
quasi sedens in equis & curribus suis vide-
licet in prædicatoribus intendit fulgoris
sui contraria spicula, & interim non emit-
tit, vt qui ad intentum arcum territus fue-
rit, emissionem non sentiat sagittarum.
Hæc Hieronymus Eodem modo expo-
nit Theodoretus suscitatur itaque Deus ar-
cum comminationis per Apostolos &
prædicatoribus contra sceleratos. Imo &
filius Dei in carne mortali nimis dissimu-
labat cum peccatoribus, & dicebat adul-
teræ. *Neque ego te condemnabo, uade no-
li amplius peccare.* Nunc verò suscitabat ar-
cum comminationum dicens incredulis.
*Moriemini in peccatis uestris, & ecce relinque-
tur uobis domus uestra d. ferta.*

Arcum etiam habere dicitur filius Dei,
verbi Dei sagittas in hostes, vel perdēdos
vel conuertēdos iaculantem, sic Apoc. 6.
*Eccce equus albus, & qui sedebat super eum ha-
bat arcum.* Vbi Rupertus per arcum iudi-
ciariam Christi potestatem intelligit, quia
Ioan. 5. *Pater non iudicat quenquam, sed om-
ne iudicium dedit filio, hoc arcu sagittas
verbi sui omnipotētis iaculatur ad perdē-*

Burgenfis.
Lyra.
Thre. 2.
Psalm. 59.
Aug.
Luc. 21.
3
Habac. 3.
Hier.
Theodor.
Ioan. 8.
Matth. 23.
4
Apoc. 6.
Rupert.
Ioan. 5.

dos obstinatos, vel conuertendos pecca-
tores minis suis perterritos Psalm. 44. Vbi
ad literā de Christo dicitur. *Sagittæ tue
acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorū
regis.* Sic etiā exponit Beda Glossa quo-
que ordinaria Ansel. Richard. Abbas
Ioachim, D. Tho. in Cōmētariis, Tycon-
hom. 5. in Apoca. & allegat illud Zacha-
riæ. 10. de Apostolis à Christo missis ad
conuertendas gentes sagittis Euāgelij. *Et
posuit eos quasi equum gloria, &c. & ex ipso ar-
cus prælij.* Vnde prædicatoribus etiā Christi
ab eo missi tāquā à iudice viuorū & mor-
tuorū arcus eius sunt, per eos enim iacula-
tur & fauciat peccatores de his ergo, &
præsertim de Apostolis, exponunt Cyril-
lus & Lyran, quod Dominus ait in Zach.
Extendi mihi Iudam quasi arcum. Et certe qua-
si arcum extendit Apostolos, quādo apud
Ioan. dixit eis. *Sicut misit me pater, & ego
mitto uos, & apud Matth. Eūtes docete om-
nes gentes, & apud Marc. Prædicate Euan-
gelium omni creaturæ.*

Arcū cōterere est potentiā alicuius frā-
gere, sic legimus Osee. 1. *Conterā arcum Is-
rael, id est, omne robur exercitus Israel, &
Ezec. 38. ad Gog, id est, ad principē Sey-
tharum Antichristi fautorem Dñs ait:
Ego percutiam arcum tuum in manu sinistra tua
& sagittas tuas de manu dextera tua. Id est,
potestatem auferā nocendi filiis Ecclesiæ,
siue à dextris, siue à sinistris. vt Hiero. ait,
de qua potestate dici putat Psalm. 10. *Quo-
niam ecce peccatores intenderūt arcum, paraue-
runt sagittas suas in pharetra.* Pro pharetra
Hebraice est Iether, corda, Chaldaeus ver-
tit neruū, & Hierony. Sed vox æquiuoca
etiā pharetrā significat. De Babylonis quo-
que à Persis & Medis prostratis dicit Hie-
remias: *Emarcuit arcus eorum, id est, poten-
tia bellica: ita de impijs Psalm. Et arcus eorū
cōfringatur.* sic & Psalm. Arcus pro poten-
tia capitur & fortitudine. vbi Propheta di-
cit: *Non enim in arcu meo sperabo, & brachiū
meum non saluabit me.**

Arcum præterea conteri, si in bonū ca-
piatur denotat post bellum reddi pacem,
sic de pace quidē Ecclesiæ ex duobus po-
pulis congregatæ Gētilico, videlicet & Iu-
daico, dicit Osee. 2. *Arcum gladium conterā
de terra, & dormire eos faciā fiducialiter.* Vbi
Hieron in aduentu inquit, Domini salua-
toris post resurrectionis eius triumphos
&c. duo parietes angulari lapidi copulati

Psalm. 44.
Beda.
Glossa.
Richard.
Abbas.
Ioachim:
D. Tho.
Tychonius:
Zachar. 40.
Cyrillus.
Lyra.
Zach. 9.
Ioan. 20:
Matth. vlt.
Marc. vlt.
5
Osee. 1.
Ezech. 38.
Hierony.
Psalm. 10.
Hierem.
51.
Psalm. 36.
Psalm. 43.
6
Osee. 2.
Hierem.

sunt

Theophy. sunt, ab eo. Qui fecit utraque unum etc. Neque erunt necessaria instrumenta pugnantium, cum qui pugnent defuerint. Hæc Hierony. & Theophyla. pacē inquit in terra factā post Dñi aduentum hic sermo prænuntiat. Atqui reuera cunctis fere mortalibus sub vnū Romanum imperiū redactis plerique motus quieuerunt. Hæc Theop. Neque sub Augusto Cæsare solū pax in orbe fuit, sed & sub Nerone, vt Suetonius in Nerone testatur ca. 14. videlicet vt Euāgelium promulgari toto orbe facilius posset. Vnde Zach. 9. postquā dixerat. Ecce rex tuus uenit tibi, etc. subiungit. Et dissipabitur arcus belli, & loquetur pacē gentibus, & dominatio eius à mari usque ad mare. Recte igitur post resurrectionē suā Dominus, tā frequēter dicebat Apostolis, pax vobis apud Ioan. & Luc. Præterea, quod in P̄sal. legimus. Venite & uidete prodigia que posuit Dominus super terrā, auferens bella usque ad finem terræ, arcū conteret & confringet arma. Quāuis Lyra. de pace tēpore Iosue, deuictis ab eo gētibus illis, Iansen. de pace reddita tēpore regis Ezechia intelligant: melius tamen Hierony. iuxta literā de pace toti orbi concessa sub Augusto Cæsare Saluatore nato. quando Angeli cecinerunt. Gloria in excelsis Deo, & interra pax. Aug. vero & Calsio. de pace sub Cōstātino Magno Ecclesia reddita exponunt, à quo Vatab. non dissentit, & Genebrardus suffragatur. Quod autē pax illa Ecclesiæ data nō diutius permanferit: sed sub Apostata Iuliano fuerit interrupta, peccata nostra meruerunt.

7 Arcus extētus denotat perpetuā in bello perseverantiā, sic legimus de his qui de vastatione Hierusalē sub Nabuchodofor fugerunt. Isai. 21. A facie enim gladiatorū fugerunt, à facie arcus extēti. Itē de Tito Vespasiano Hierusalē expugnante Isaias ait. Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extēti. Tales sunt arcus dæmonū ad nocendū extēti in hora mortis, propterea Dñs clamat. Vigilate quia nescitis diem neque horam.

8 Arcus, deinde prauus & dolosus est, qui sagittā contra ipsū iaculatorē conuertit, qua metaphora notantur Iudæi, Osee. 7. Reuersi sunt ut essent absque iugo, facti sunt ut arcus dolosus. Vel vt legit Theophy. arcus inuersus. Contra me dicit Dñs bellum pro idolis gerunt, in eodē sensu in P̄sal. de Iudæis dicitur. Conuersi sunt in arcum prauum.

Quod in ingratos quadrat Iudæos, cū enim Dei filius Iudæorū in carne mortali salutē quæreret, & innumera signa faceret, nō solū nō crediderūt, sed coactō Concilio, de eius nece consultabant dicentes. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, etc. Et Cayphas: Expediit, inquit, ut unus homo moriatur, etc. Itē Arcus amarus legitur P̄sal. Intenderunt arcū rem amarā, ut sagittent in occultis immaculatū. Id est, verba delatoria cōtra iustū iaculati sunt clam, vel contra Dauidē, vt exponunt Vatab. & Iansen. vel contra Daniel. Satrapæ, vt mitterent eum in lacū Leonū, vt vult Lyranus, vel contra Christū Iudæi, vt eū morti traderēt, vt exponūt Aug. & Calsio. neque inusitatum est in scriptura linguam arcū vocari sicut apud Hiere. Extenderunt linguā quasi arcum. Sic tendebant Iudæi arcū dicentes Dño. Dæmoniū habes. Et, in Beelzebub eiicit dæmones.

9 Arcus æreus dicitur vindicta ignis eter ni Iob. 20. Vbi de auaro dicitur: Fugiet arma ferrea, & irruet in arcū æreū. Vbi Lyra. Arma ferrea necessitates tēporales exponit, quia ferrū ærugo consumit, sed per æs quod nō facile consumitur sententia æterna figuratur. Hæc ille: De quo supra in dictione es. Cōgruit autem diuiti, qui dum fugiens inopiam temporalem, neque Lazarō pauperi frustrū porrexit panis, incidit in inopiā æternā. Cæterū arcus æreus in bonū fortitudinem insinuat inuictam, sic Dauid gratias agēs Deo canebat. Posuisti ut arcum æreum brachia mea. Ita exponūt Lyranus & Iansenius.

10 Arcus fortiū denotat mundanā fortitudinē sic, Anna Samuelis in suo Cantico. Arcus, inquit, fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. Quod satis quadrat in Apostolos, quibus Dñs dixit. Ecce ego mitto uos, sicut oues in medio luporū. Et tamen oues Christi mundi vicerunt in uictos. Nā Petrus & Paul. Romanas arcus superarunt, & repugnāte Nerone crucis vexillū in Capitolio fixerunt.

11 Arcū alicuius in forti sedere, est, in Deo suā fortitudinem collocatam habere, sic Iacob de filio suo Ioseph dixit. Sedit in forti arcus eius. Id est, māsit in Deo virtus eius ad præliandū, vel certe māsit in eo, quod Hiero. in qq. Hebraicis, de persona Ioseph dictū exponit, non de posteris eius, in quibus licet fuerit fortitudo non tamē in Dño perma sit, nā de filiis Ephraim dicitur

Ioan. 11.
P̄sal. 63.
Vatablus.
Iansenius.
Lyra.
Aug.
Calsiodor.
Hierem.
Ioan. 8.
Luc. 11.
Lyra.
Luc. 16.
P̄sal. 17.
Lyra.
Iansenius.
1. Reg. 21.
Matth. 16.
Gen. 49.

P̄sal. 77. citur P̄sal. Filij Ephrem intēdentes & mittētes arcū conuersi sunt in die belli. Mystice verō sub typo Ioseph de Christo prædictū est. sedit in forti arcus eius. Secundū Ambr. lib. de benedictionibus Patriarcharū, & Eucherii & Hyppolitū in catena Lipomani, quia vinculis in ortis dissolutis, in virtute arcus diuinitatis è limbo sanctos cōfractis inferni foribus liberauit, & à morte surrexit corpore rediuiuo, vnde sanctis foemnis Angelus dixit apud Marcū. Iesum quem ritis Nazarenum crucifixum surrexit, etc.

13 Arcus instauratur in manu iusti, id est, potentia & fortitudo Iob. 29. Gloria mea semper in nouabitur & arcus meus in manu mea instaurabitur. Hebraice tachaliph, id est, reficietur & restaurabitur arcus, siue potētia & robur meū: vbi D. Tho. instauratur, inquit, potētia in manu iusti, qui cū Apосто lo dicit Philip. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. & Lyra. arcus inquit, id est, fortitudo cōtra tentationū insultus, Beda in typo Ecclesiæ dictū putat in cuius manu semper arcus, id est, virtus bene operandi renouatur, ita vt. Porta inferi non praualeant aduersus eam.

14 Arcus innubibus roridis apparet in signū foederis inter Deū & terrā ne generalis rursus diluuij aquis sūmergatur Gen. 9. Vbi quæstio est quomodo cū arcū in nubibus fieri sit naturale, datū sit hoc in signū foederis: ad quod Glossa respōdet fortitā ante diluuiū non apparuisse arcū, neque pluuisse quod tamen aliis non placet, potuit tamen signū, quod naturale est, dari quasi signū ad placitū, de quo agimus lib. 3. in dictione cōstituere nu. 1. Hinc aliqui regulā deducunt. Quoties Prophetis arcus celestis in uisione ostēditur, pacē Christi quā nos Deo patri recōciliauit significari. De qua cecinerunt Angelinatio Dño. Gloria in excelsis Deo & interra pax hominibus bonæ uolūtatjs Sic Ezech. 1. Et super similitudinē throni, similitudo quasi aspectus hominis etc. uelut aspectu arcus cum fuerit in nube in die pluuie. Vbi Hieronymus. Hic inquit, arcus signum est clementiæ & testamenti Dei, quod fecit cū hominibus, &c. itē in Apoc. quando uidit thronum Dei subiungit & iris erat in circuitu sedis. Vbi Ambro. explicat Dei significari misericordiā & foedus, ne humanū genus deleat iustitia, sed protegat misericordia supplices. Idē Aug. libro. 1. contra aduersarium legis & Pro-

phetarum cap. 20. Vbi ait arcum in nubibus significare quod non perdat Deus orbē diluuiō spirituali, &c. sic in Apoc. Angelus ille qui secundū patres Christi figura est, irim habebat in capite quasi coronam quia corona Christi est opus recōciliationis generis humani ad Deū patrem, vnde & cum circūciditur filius Dei Iesus appellatur, Vbi in Iesu circunciso, quid nisi in nube rorida iris apparet? Iesus autem nomen est. Quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur. Est ergo nomen Iesus corona & arcus vericoloris in capite Christi magni consilij Angeli. Sunt & ex recentioribus qui dicunt iridē in capite Christi omnes sanctos significare, & allegant illud Virgilij libro. 5. Cum nubibus arcus, mille trahit uarios aduerso sole colores. Ideo in mille coloribus sanctorum milia significari putant, quibus Christus coronatur gaudio accidentali. Et certe magnus est honor sanctorum, vt sint Christi corona, de quo honore forte dicebat filius Dei. Siquis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus.

CAPVT. CXXXI.
Ardere Ardor exardescere.

ARDERE dicitur Hebraice in Scriptura Baar neutraliter, & actiue comburere, & succendere Hosæ. 7. Est autē ardere flammis aduri Leuit. 6. Ignis in altari meo semper ardebit. Et quidem per translationem & metaphoram Ardere & Ardor uehemens denotat desiderium vnde Cicero nimio te vidēdi desiderio ardeo.

2 Ardere in bonum in scriptura feruorem denotat deuotionis, sic discipuli euntes in Emmaus dixerunt. Non ne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur in uia. In quo sensu per tropū animalia sancta in Ezech. facies habebant. Sicut facies lampadarum, & sicut carbones ignis ardētium. Super quem locum Greg. homil. 5. Quid inquit nisi carbones sunt, qui & si per foruorem spiritus ardorem habent, siquidem accensi sunt, sed aliis in exemplo luminis non sunt. Hæc Greg. Qui facies ardentium lampadarum habere subdit eos qui & ipsi accensi sunt & aliis præbent

Apoc. 10.
Luc. 2.
Phil. 2.
Ribera.
Virgilius.
Ioan. 12.
Leuit. 6.
Cicero.
Luc. 24.
Ezech. 1.
Greg.

Eccles. 48. exempla virtutum. Sic de Elia dicitur in Ecclesia. *Sermo illius sicut sacula ardebat.* Quia videlicet Elias & in se succ eius erat & aliis bonorum operum exempla monstrabat. Ita & Spiritus sanctus, spiritus appellatur ardoris apud Isaiam. *Cum abluerit Dominus sordes filiarum Sion, &c. in spiritu iudicij, & in spiritu ardoris.* Vbi Hieronymus de quo, inquit, spiritu iudicij & combustionis Ioannes Baptista dixit. *Ipsa uos baptizabit in Spiritu sancto & igni.* Hæc Hieronymus ideo Spiritus sanctus in linguis apparuit ignis, ut ardorem deuotionis & gratiæ prædicatoribus infunderet.

In eodem sensu de Ioanne Baptista Dominus dixit. *Ipsa erat lucerna ardens & lucens.* In greco ponitur articulus. *Lucerna illa.* Vt notat Cyrillus ut ad prophetiam de Ioanne reuocaret Iudæos, quia in Psal. dicitur *Parauit lucernam Christo meo.* Quomodo etiam August. tractat. 23. eandem exponit de Ioanne prophetiam, & ut inquit Gregor. Homil. 11. in Ezechiel, erat Ioannes lucerna ardens per caeleste desiderium, & lucens per uerbum. Et plene Baptista totus ardebat de uotionis flamma, quia meditatione cor suum assidua quasi crebris flatibus succendebat iuxta illud Psal. *In meditatione mea exardescet ignis.* Quod Lyranus ad literam putat intelligi de Dauid pro Absalone filio extincto dolente, ex charitate, inquit quam habebat ad filium, dolebat de eius culpa, multo magis quã de persecutione quam contra illum mouerat. Sed Burgenfis in additione dictum existimat de quocunque poenitente, in cuius corde uerbum Dei fit quasi ignis exarsuans, sicut dicitur Hierem. 20.

4 Ardere vel exardescere dicitur ira Dei in Psal. *Cum exarserit in breui ira eius beati omnes qui confidunt in eo.* Quod uerò dixit in breui duobus modis potest intelligi, uel quod per breue tempus daret ira Dei idest, solum in hac uita, ita exponit Lyra. cui fauet Chaldaeus uertens. *Cum exarserit paululum ira eius.* Sic irascitur Deus contra leuia peccata iustorum, quos punit in hac uita ut Lazarum uclerosum, uel in exitu uitæ, sicut uirum Dei quem occidit leo, uel in purgatorio post mortem 1. Corinth. 3. *Ipsa saluus erit sic tamen quasi per ignem.* Et hic sensus in Hebræo est, quia uox

Kimeat significat ad paululū, uel secūdo in breui, idest, post paululū inopinato ut uertit Hieron. ad Sophroniū & ita exponit sicut & Augu. cū exarserit, repente ira eius sicut quādo. *Media nocte clamor factus est. dormientibus uirginibus. Beati omnes qui confidunt in eo.* Quia oleū charitatis habēt, sic apud Luc. *Beati sunt serui illi, quos cū uenerit Dominus inuenit uigilantes.*

5 Ardentibus sagittis fauciat obstinatos Deus sic legimus Psal. 7. *Nisi conuersi fueritis, &c. sagittas suas ardentibus effecit.* Quod duobus quoque modis, exponi potest uel ita ut ardētibus sit in datiuo ita uertit Chaldaeus ardentibus, idest, contra eos qui ardentur iustos persequuntur sagittas fabricabit, qui sensus, placet Genebrardo, tū quia persecutores iustorum, uocatur ardentibus sic Virgilius. *Instant ardentibus Tyrii, & ardent in arma magis.* Tum etiam quia uox Hebræa דלדל Dalac & ardentibus, & persequentes significat. Nihilominus secūda expositio, est ut ardētibus sit in ablatiuo, scilicet De⁹ sagittas suas ardentibus flāmis & fulminibus effecit & fabricauit, ita uertit Hieron. ad Sophroniū sagittas suas ad cōburēdū operatus est, & Nicolaus sagittarū ferrum igni dicit inflāmari ut magis noceat, unde metaphora sumitur. Item hūc sensum literalē supponit Greg. ad mysticū li. 9. *Moralium, ubi ait sagittas suas Dñs ardētibus subaudi uerbis effecit, quando minas contra peccatores exhibuit, hęc ille, uerbi gratia, quando dicit uirginibus fatuis. Nescio uos. Item: Vae autem homini illi per quem scandalum uenit. Et rursus. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras.* Matth. 22. *Et erunt signa in Sole & Luna.*

6 In eodem sensu dicitur de hypocritis qualis erat ille Phariseus qui despexit publicanum. *Qui dicunt recede a me, & non appropinques mihi, quia immundus es, isti sumus erunt in furore meo ignis ardens tota die.* Isai. 65. Vbi Hieronymus Neque inquit, ira quæ est uisionis libido ita definitur in Deo sicut in hominibus, quia illa materiã habet in uitiis nostris non in Dei uoluntate iuxta illud. *Thesaurizamus nobis iram in die ire.* Et infra de hoc igne perpetuo in Moyfi cantico legimus. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima, deuorabitque terram cū germine suo, &c.* Terram, idest, carnē nostram, & germina eius, idest, carnis desideria eadē flamma

Psalm. 49.
Hierony.
August.
Matth. 25.
Luc. 11.
Virg.
Matth. 25.
Matth. 28.
Matth. 22.
Luc. 21.
Luc. 18.
Isai. 65.
Hierony.
Rom. 21.
Deut. 32.

comburet hæc ille: præterea legimus de igne finalis iudicij in Psal. *Deus manifeste ueniet, Deus noster & non silebit, ignis in cōspectu eius exardescet.* Vbi Hieron. duplicē uirtutē illum ignem iudicij finalis habiturū dicit, alteram illuminandi iustos ad gloriã eorū, alteram uero cōburendi peccatores. Sic Luc. 16. idem ignis illuminabat Lazarū in sinu Abraham & illustrē reddebat diuiti purpurato, & tamen ipsum diuitē cōburebat atrociter: denique de Deo dicitur in Psal. *Exardescet ignis in ira tua.*

8 Ardor etiã in homine inuidiã metaphoricè & odiū denotat. Sic Isai. 33. legimus *Concipietis ardorē, & parietis stipulã, & spiritus uester sicut ignis uorabit uos, &c.* Lyra. & Vatablus contra exercitū Senacherib hæc dicta putant, qui ardebant vastandi Hierusalē desiderio, sed pepererunt stipulã quidem inanē, quia eadē nocte combusti sunt, hæc tamen expositio Rabbīnōrū est. Hieron. uero de Catholicis agens ait. Hoc plerique ad extremã captiuitatē referunt Hierusalē, alij plenius in extremi iudicij tēpore futurū esse confirmant, hęc ille, sed expositio de vastatione Hierusalē magis arridet quã præter Hieron. Glossa ordinaria præfert, eaque tenent Cyrillus, Procopius & D. Amb. libro de benedicti onibus Patriarcharū cap. 11. itaque Iudæi contra Christū conceperunt ardorē inuidiæ, ut exponit Glossa Interlinealis, & pepererūt stipulã quia uani fuerunt conatus eorū spiritus uestri, uidelicet quando dicebant. *Quid facimus, qui a hic homo multa signa facit? Et rursus. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia.* Præterea. *Quando tolerunt lapides ut iacerent in eum. Itē quando duxerunt eum ad superciliū montis, &c. ut præcipitarent, & quando, miserunt ad filium Dei discipulos suos cum Herodianis.* Deniq; quādo dixerūt crucifige, &c. Conceperunt itaque in omnibus his machinationibus Iudæi stipulã plane uanã, & dein de sequitur. *Spiritus uester sicut ignis uorabit uos, & erit populus quasi de incendio cinis.* Idest spiritus uester malus, ut dicit Interlinealis, qui uos ad necem Dñi exacuit, precipites aget in manū Romanorū sub Tito Vespasiani, iuxta illud Lucæ. *Circudabunt te inimici tui uallo.*

9 Ardere est concupiscentiis pessimis inflammari, sic de suggestionibus dæmonis

sub typo Leuiathã dicitur apud Iob. *Haltus eius prunas ardere facit, & flāma de ore eius egreditur.* Sic exponunt Greg. Glossa & Beda, sic inflāmauit ardore concupiscentiæ Dauidē uisa ab eo Bersabee sic & duofenes Babylonis. Itē Holopherne aspectu Iudith. *Erant, inquit, ardens. sub audi Holopherne. in concupiscentia eius. Cui satis cōgruit illud Ecclesiæ. Anima calida quasi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid glutiat.* Quod ut refert Iansen. quidã de quocunque uitioso in quo animæ cupiditates extra modū efferuescunt intelligunt, si autē exēplaria græca cōsulas de fornicario sermo est, quia punctus ponitur post uerbū nō extinguetur deinde passiuè non actiue dicitur *εως αν καταποθη αν θρωπος ποσ ενοσματος σαρκος αυτου.* donec deglutiat homo fornicarius in corpore carnis suæ, idest, non extinguetur ardor carnalis concupiscentiæ, nisi corpore carnis mortalis exhausto, uel languoribus uel extrema quidē morte, & forte languidus ille Euangelij tringita octo annos habebat in infirmitate sua, ut deglutiretur in eo carnalis ardor, ne periret ideoque cum illum Dominus sanasset ait. *Iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid comigat.* Idest, ne morte ipsa deglutiaris: mystica uerò est expositio Glossæ & Rabani, qui animã calidã hæreticorū hoc loco intelligūt, Lyra. uerò exponit de auaro, sed meli⁹ ut dixi de fornicario explicat de quo Eccl. *Propter specime mulieris multi perierunt & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.*

IO Exardescere dicitur punitio diuina contra superbos Hieron. 11. *Oliuã uberē, &c. uocauit Dñs nomen tuū, &c. ad uocē loque la grandis, ignis exarsit in ea & combusta sunt fruteta eius.* Glossa ordinaria grandē loquelã intelligit superbiã populi Iudæorū, propter quã ignis diuinæ uindictæ exarsit contra eū. Eodē modo exponit Hieron. qui ait populi Iudæorum ex superbia non cognouisse creatorē, unde filio Dei dicebant ca elatione delusi. *Nunquid tu maiores patre nostro Abraham qui mortuus est. Et forte sub typo Pharisei qui dicebat. Non sicut ceteri homines. Populus Iudaicus figuratus est.*

II Ardere Aquas igne, in bonū potest & in malū accipi Isai. 64. *Vt uina dirumperes caelos & descenderes, &c. Aquæ arderent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis, a facie tua gentes turbarentur.* Quod Lyra. secundu

Iob. 41.
Greg.
Glossa.
Beda.
2. Reg. 11.
Dan. 13.
Iudith. 12.
Eccle. 23.
Iansen.
Iob. 5.
Glossa.
Rabanus.
Lyra.
Eccle. 9.
Hieron. 11.
Iob.
Hieron. 11.
Glossa.
Iob. 8.
Luc. 18.
Iob. 64.
Lyranus.

Hæbreos in malū de igni punitiois intel- ligit in die finalis iudicij, ad quod allegat Alexand. Halensem qui ita exponēdum putat de maiestate iudicis iuxta Luc. Et tunc uidebunt filiū hominis cū potestate magna & maiestate. Scindetur autē cælū aereū conflagratione præcedenti, iuxta illud Psalm. Deus manifeste ueniet, &c. ignis in conspectu eius exardescet. In eodem sensu accipit Greg. in hom. 1. in Euangelia in illud Luc. His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita uestra quoniam appropinquat redemptio uestra. Quod præuidens inquit Isaias dixit. Utinam dirumperes cælos & descenderes, &c. Sed Hierony. accipit aquas ardere in bonum, id est, gentes conuersas ad fidē amore Dei arsuras in primo Christi aduentu, quia Symmachus vertit. Aquæ maris arderent. Id est, charitate Dei succēs populū. vt etiā exponit Glossa. Itē Iustinus in Dialogo cum Triphone citans hūc locum Isaię dicit aquas Iordanis igne Spiritus sancti tunc quidē arsisse quādo Christo Ioanne Baptizato. Spiritus sanctus descendit in specie columbæ. Præterea. Quando nato Dei filio claritas Dei pastores circumfulsit. Et uenerunt festinantes, &c.

CAPVT. CXXXII.

Arena Sabulum.

ARENA Hæbraice vocatur in scriptura Chol. Deut. 33. The- fauros absconditos are- narum. Arena puluis est aridissimus unde ab ari- ditate dicta est arena, cuius triplex species alia quippe fossilis est, alia fluuialis, alia denique maritima, ex his quæ crassior est sabulū appellatur, adducitur autē in exē- plum in scriptura sancta propter multitu- dinē, grauitatem, uilitatē, instabilitatē, de prima proprietate fit mētio in Psal. ubi di- citur. Nimis honorati sunt amici tui Deus, &c. di numerabo eos & super arenam multiplicabū- tur. De pōdere in Prou. Graue est saxū & pō- derosa arena. De uilitate in Sap. Quoniam om- ne aurum in cōparatione eius arena est exigua. Postremo de instabilitate apud Matth. Qui audit uerba mea, & non facit ea, similis est homini stulto, qui edificauit domum suam super arenam, &c.

Arena maris per metaphorā peccato-

res significat propter proprietates eius, vt. notat Origenes super illud quod dixit Do- minus Abraham. Multiplicabo semen tuum si- cut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in littore maris. Fortasse ait quis dicat cælestis nu- meri figuram Christianorum populo, sed arenæ maris Iudaico conuenire: ego autē hoc magis puto, quod vtrunque exemplū vtrique populo possit aptari, nam & in il- lo fuerunt multi iusti & Prophetæ quibus stellarum cæli merito comparatur exem- plum, & in nostro populo sunt multi, qui terrena sapiunt, quorum stultitia grauior est arena maris. Hæc Orig. quæ ad nota- tio pulchra est, nam in omni lege naturæ, scilicet scripta, & Euangelica. Stultorum in finitus est numerus. Et lata est uia quæ ducit ad perditionem. Item: Multi sunt uocati pauci uero electi. Vnde arena multa est in littore, si- cut stellæ in cælo militantis Ecclesiæ.

Arenarū thesauros legimus Deut. 33 in benedictione duarum tribuum de qui- bus Moyses ait. Latere Zabulon in exitu tuo, & Iachar in tabernaculis tuis, &c. qui inunda- tionem maris quasi lac suggest, & thesauros ab- sconditos arenarū. Vbi Glossa ordinaria, & Lyranus ad literam exponunt, Zabulon in littore maris habitasse. Itē Issachar iux- ta terminos maris & Iordanis fluuij, vt cō- stat ex Gen. 49. unde in portandis oneri- bus ad mare, & in tributis maritimarum mercium, & commutationibus cum his qui nauigabant, thesauros compararunt atque diuitias. Vatablus dicit quosdā hoc referre ad metallorum fodinas, quas in lo- cis arenosis he tribus habebant ex quibus thesauros eruebant absconditos, & qui- dem hoc loco monemur otium fugere, & laboribus incumbere honestis, ne nobis dicatur illud Matth. Quid statis tota Dies otio- si. Item non abscondere in arena thesau- ros sed absconditos debemus & vere & vt lac suggere, quod facimus quidem quā- do illis utimur sicut lacte ad nutritionem uitę corporalis & spiritualis nostrę, & pro- ximorum, illi enim qui in uanis thesauros consumunt, non suggunt illos quasi lac, sed quasi aquam effundunt, sicut fecit di- ues ille. Atqui Zachæus. Qui dimi- dium bonorum suorum paupe- ribus dedit thesauros suos sicut lac. suxit.

Origen. Gen. 21.

Ecclesi. 1.

Matth. 13. Matth. 10.

Deut. 33.

Glossa. Lyra.

Gen. 49.

Vatablus.

Matth. 20.

Luc. 16.

Luc. 19.

CAPVT. CXXXIII.

Arere Aridum.



RIDVS Hæbraicè di- citur Iabas, Iosue. 9.

Aridum est quod humo- re caret, porro humor du- plex est, alius utilis, alius ve- ro pestifer, unde aridum quod humore ca- ret in bonum, & in malum vsurpatur se- cundum qualitatem humoris contra- rij. Vel certe indifferenter aliquando ca- pitur sicut Gen. 1. Cōgregētur aquæ in locū unum, & appareat arida. Hæbraicè Iabas, id est exsiccata. Item quādo apperuit Domi- nus mare Rubrū, vt transfret populus Is- rael sicco uestigio dicitur. Qui conuertit ma- re in aridam, de quo & Sap. 19. Terra ap- paruit arida, & in mari Rubro uia sine impedi- mento. Præterea pro continenti vel terra habitabili, sumitur in Eccli. ubi ait. O præ- sumptio nequissima unde creata es, cooperire aridam malitia? quod de traditore dicit qui se simulat amicum qualis Iudas cui Domi- nus dixit. Amice ad quid uenisti? Et nota mē- dose legere Lyra. cooperire aridam mali- tiam, sed legendum in accusatiuo aridam terrā Græce τὴν ἕρπον, & malitia in ablatiui, quod & ante nos Iansenius ad- uertit. Talis erat malitia Pharisaica quan- do uenientes cum Herodianis vt filium Dei perderent, dicebant. Magister scimus quia uerax est, &c. Licet censum dare Cæ- sari?

Aridum quando accipitur in malum significat animum humore charitatis Dei carentem, sicut Luc. 23. Vbi Dñs dixit mulieribus necem eius crudelissimam de- flentibus. Si in uiridi ligno hæc faciūt, in ari- do quid fiet. Id est in his qui obnoxij pecca- tis maridi sunt spiritualiter, & aridi? Sic etiam de gentilitate humore gratiæ caren- te Dominus dixit apud Isa. Emittam aquā super sitientem, & fluenta super aridam, effun- dam spiritum meum super sementium, &c. Vbi Hieronymus aridam gentilitatem vocari dicit, quæ ex aqua erat, & Spiritu sancto renascitura, iuxta illud Ioan. Opor- tet uos nasci denuo, & nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

Decadem gentilitate apud Isaiam.

Quis scisse sunt in deserto aquæ, & torren- tes in solitudine, & quæ erant arida erit in stag- num, & sitiens in fontes aquarum. Vbi metaphora stagni denotat non solum gentes humorem gratiæ ad fructifican- dum sibi, & gloriam promerendam accep- turas, sed & collectaneas aquas doctri- nę sacræ ad alios quotidie potādos habituras, scriptis voluminibus ad uilitatem fide- lium, & informationem in fidelium, qua- les scripserunt Augus. Hiero. Basil. &c. Et rursus aquas uiuas donorum Spiritus san- cti fontaneas possessuras vt exponūt Cy- rillus, & Procopius, ita vt doctoribus de- gentium stirpe prodeuntibus quadret il- lud Mat. Qui autem fecerit, & docuerit hic magnus uocabitur in regno cælorum. De eis- dem gentibus Isa. 41. legimus. Egeni, & pauperes querunt aquas & non sunt, lingua eo- rum siti aruit. Id est querunt in doctri- nis philosophorum spirituales animæ refe- ctionem, & minime inueniunt, vt Hiero- nymus, & Cyrillus exponunt. Ideo sequi- tur in textu. Ego Dominus exaudia eos, &c. Quod impletum est quando dixit filius Dei Apostolis apud Ioan. Sicut misit me patet, & ego mitto uos, & Matt. vlt. Euntes docere omnes gentes.

In eodem sensu cum propter peccatum gratia deuotionis propheta destitutus es- set dicebat Psalm. Ossa mea sicut cremum aruerunt: & ego sicut scænum arui. Id est for- titudo mihi spiritualis emarcuit, quanto magis caro, vt exponunt Hieronymus, & Augusti. Sic etiam in parabola dicitur se- minantis. Aliud cecidit super petram, & na- tum aruit, eo quod non habebat humorem, sub- audi charitatis, sed fidei mortuæ vix par- uas radices egerat in superficie. Ita etiam intelligitur illud Ioan. Vbi Dominus ait. Siquis in me non manserit mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ig- nem mittent. Quia uidelicet qui separat se à charitate Christi, mittitur foras, desti- tuiturque speciali prouidentia Dei auxi- lio, quo iustifruuntur, & arefcit, quia vt dicit hoc loco Chrysost. Si quid habebat boni à radice, amittet denudatus eius adiutorio, & uita spirituali.

Aridum etiam vocatur quod sibi si- mile nequit generare, sic legimus in Esaia. Non dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum. Quod de illis intelligit. Qui castra uerunt propter regnum cælorum. Ita

Cyrrillus. Proco p.

Matt. 5.

Esa. 41.

Hiero. Cyril.

Ioan. 20. Matt. vlt.

4

Psal. 101. Hiero. Aug. Luc. 8.

Ioan. 15.

Chryf.

5. Esa. 56.

Hiero. Aug. Ambr. Greg. Basil. Apoc. 14. Ioan. 15. Ose. 9. Hiero: Regula: Matth. 22. Matth. 18. Matth. 25. 8. Lyrā. Ianſenus. Iob. 15. D. Tho.

intelligunt Hieronimus August. libr. de sancta Virginitate cap. 23. & 24. & li. 14. contra Faustum in fine, & Ambros. libro de exhortatione ad Virginitatem. Item Greg. 3. p. Pastoralis c. 29. & Basil. lib. de vera Virginitate, & recte virgines qui sequuntur agnu quocumq; ierit, lignū aridū & infecundū esse nō possunt, agnus enim ita fecundos in spiritualibus reddit sequaces suos, vt dicatur eis. Ego elegi uos, & posui uos, ut eatis, & fructū afferatis, & fructus uester maneat. E cōtrario uero qui cōtra Deū eriguntur, & agnū Dei sequi despiciūt, atq; in multitudine carnaliū filiorum gloriauntur, maledictioni Prophetæ Ose. subiciuntur, qui ait, de filijs Ephraim qui posthabito Deo Israel in multiplicatione prolis carnalis confidebant, Da eis Dñe, quid dabis eis? Da eis uulnam sine liberis, & ubera arenaria, & infra: Percussus est Ephraim, radix eorum exsiccata est, & fructum nequaquam faciet. Vbi Hiero. regulā esse dicit diuinæ iustitiæ. Vt qui abutitur donis Dei, priuatur illis: ita tribus Ephraim; que interpretatur fecunda, quia liberorū fecunditate cōtra Deū gloriabatur euasit sterilibus, & apud Assyrios captiua ducta est. Sic illi qui se excusauerunt ne ad filij Regis conuiuui nuptiale uenirent, temporalibus bonis que ab eodem Rege acceperant abusi, & in eis occupati, eisdē bonis merito priuati sunt, & ab exercitibus Regijs prostrati, apud Matth. seruus etiā cui Dominus debitum decem millium donauerat talentorū, quia tanta Dñi liberalitate abusus conseruū pro debito paruo misit in carcerē, omnibus bonis quibus abusus fuerat priuatus est, & missus in yncula, sic deniq; qui talentū Domini absconderat eodem priuatus, & uitra punitus est.

Arefacit ergo Deus, & temporalem eorū prosperitatē marcescere facit, qui in superbiā eriguntur. Sic legimus in Eccl. Radices gentium superbarū arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsi gentibus. Vbi Lyrā. radices gētium diuitias interpretatur, sed melius spem omnem germinādi exponit Iāſenus, ita ut neq; hæredes aut successores habeant, non secus atq; arbor illa quæ radicibus euellit, profus arefcit. Sic de impio dicit Iob. Ramos eius arefecit flamma, & infra. Ante quam dies eius impleantur peribit, & manus eius arescent. Vbi D. Th. hac metaphora omnē spem posteritati im-

pio sublatā significari putat, quia si arbor uidentibus ramis si extirpata fuerit, reparari potest infertis alicubi ramis, quod si ramis quoq; cum radicibus arefcant, actum est de reparationis spe, ramos ergo impij arefcit flāma, quando posteros etiā eius aufert diuina uindicta sic etiā de hostibus Siō materialis dicitur, vt uult Lyrā, vel certe de inimicis Ecclesiæ sub typo Israel, vt exponit Aug. illud Psa. Fiant sicut sententorum quod priusquam euellatur exaruit. quod certe futurum Dñs prædixit de hostibus Ecclesiæ Matt. 16. Et portæ inferi nō præualebunt aduersus eā. Sic de Antichristo qui Dei Ecclesiam persecuturus est, super omnes dicitur Zach. 11. O pastor idolum, & infra. Brachiū eius ariditate siccabitur. Vbi Hiero. iste, inquit, dicitur alio nomine abominatio desolationis, & nō idolorum cultor, sed ipse Idolū nominatur, quia in templo Dei sedebit tanquam sit Deus, sed fortitudo brachij eius siccabitur quia cito finietur, hoc est post tres annos, cum dimidio, quia propter electos Ecclesiæ breuiabuntur dies illi.

Eadem metaphora utitur Ezech. Ad de notādā regni Iudaici destructionē sub Rege Sedeciā, expugnantibus Babylonijs Hierusalem. Ecce, inquit, uinea ista. Id est, regnum Iuda, vt exponit Hiero. Ergo ne prosperabitur, non ne radices eius euellet, & siccabit omnes palmites germinis eius? de quo lege 4. Reg. quomodo vastata sit Hierusalem à Chaldæis.

Sic etiā vastatio significatur Ægypti, vel potius erroris gentiū, in uaticinio Isai. Et arefcet aqua de mari, & flumini desolabitur, atque siccabitur, & deficiēt flumina. Vbi Hieronymus, ait, in Aduentu Christi omnia, hæc ἡγορωκώσ intelligenda sunt, iuxta illud quod supra legimus. Desertum faciet Dominus mare Ægypti. Hæc ille. Ad conuersionem autem celerē Ægypti ad fidem nō parum profuisse credendum est, quod in sua infantia filius Dei filius Herodis persecutionem Ægyptum uisitauerit, de quo apud Matth. Accipe puerum, & matrem eius, & uade in Ægyptum, &c.

De uero sensu scripturarū, & omni gratia & charismate à Iudæis propter necē Christi auferendi, & deuotione gētium legimus sub eadem metaphora Isai. 42. Tacui, se mper filii, &c. Sicut parturiens loquar, dis-

Lyrā. Aug. Psa. 128.

Matth. 16.

Zachari.

Hiero. Matth. 24. 2. Thes. 2. Matth. 24.

Ezech. 17.

9

Hiero:

4. Reg. 17.

10

Isai. 19.

Hiero,

Matth. 2.

11

Isai. 42.

sipabo,

Hiero. Proco. Ambr. Lyrā. Vatab. Matth. 2. I 2. Isa. 27. Hierony. Luc. 23. Hierony: Matth. 28. Marc. 16. Tertul.

sipabo, & absorbebo simul, desertos faciam montes: & colles, & omne gramen eorum exsicabo, ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. Vbi Hierony. describit, inquit, sermo propheticus gloriosum saluatoris aduentum, deinde cum vos ait, o Iudæi à capite usque ad pedes exsiccauero, atq; de leuero, tūc flumina doctrinæ meæ in insulis gentium currere faciam, & stagna uestra, siue paludes redigam in ariditatē, vt in gētibus fiat scientia scripturarū, & in uobis doctrinæ ariditas. Hæc Hieron. Sic etiam exponit Procopius Dominum in passione filuisse, & expectasse quadraginta duos annos, conuersionem Hierusalem, sed tandem per Romanos sub Tito Vespasiani prostrasse ciuitatem, & montes, id est principes, & colles, id est minores destruxisse. Idem tangit Ambrosius libro. 1. de Vocatione Gentium cap. 3. Item Lyrāus, & Vatablus, sic exponūt. Quod autem Iudæis arefcantibus, gentes donis gratiæ Dei abundare deberent, nascente Domino cepit ostendi. Nam Herode turbato Magi Dominum stella duce adorauerunt.

Siccitas messis Hierusalem, vastationem eius à Romanis significat. Sic legimus apud Isaiam. In siccitate messis illius conterentur mulieres uenientes, & docentes eam. Quod Hieronymus iuxta uulgatam explicat de mulieribus, quæ Luc. 23. Christum ad passionem euntem. Lamentabantur, docentes Synagogam quæ facere deberet, ne à Romanis ciuitas vastaretur, & messis arefceret Iudæorum. Cæterum sept. uertunt. Mulieres uenientes abspectaculo uenite huc, illuminate. Vbi Hieronymus. Hoc, inquit, de Maria dicitur Magdalene, & cæteris mulieribus, quæ primæ uiderunt Dominum resurgentem. Hæc ille. Quod uero sequitur. Venite huc, & illuminate: significat sanctas mulieres prædicasse Apostolis Resurrectionem Domini: sicut Matth. 28. iussit eis Angelus. Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit. Idem iussit Marc. 16. &c. Est ergo, hæc translatio Septuaginta, hoc loco prophetia Resurrectionis Domini à mulieribus prædicatæ, quam recipiunt, & ita explicant sicut Hieronymus omnes antiqui patres, Tertullianus libro. 4. aduersus Marcionem, & in expositione symboli, ubi exponit de foemina Resur-

rectionem Christi nuntiantibus, Cyrillus super hunc locum, & Procopius Origenes in illa uerba Matth. Erant autem mulieres à longe, Theophyl. in illa uerba. Erat Maria Magdalena, & altera maria, sedentes contra sepulchrum, &c. Imo nostra uulgata in eodem sensu cum sept. concordari potest, scilicet. In siccitate messis illius, id est quando siccabitur messis gratiarum spiritualium Hierusalem propter necem Domini, conterentur, id est, lassabuntur currentes mulieres sanctæ uenientesque, & docentes Dominicā Resurrectionem: docuerūt autē Synagogā in Apostolis. Nec audiēda est expositio huius loci Lyrā. qui alio desecit sensum huius prophetiæ.

Arefcere messem terræ, metaphora est temporis finalis iudicij, sicut legimus Apoc. 14. Et alius Angelus exiit de templo clamans uoce magna ad sedentem, super nubem, mitte falcem tuam & metete quia uenit hora ut metatur, quoniam aruit messis terræ. Vbi aruit messis, idem est quod matura est, & aptissima messis, quia cōpletus est numerus electorum tempore iudicij finalis, sic exponūt Ambrosius, Tyconius, Beda, Glos. Ordinaria, & Interlinealis, & D. Thomas. Similis metaphora est, Ioel. 3. Consurgant, & ascendant gentes in uallem Iosaphat, quia ibi iudicabo gentes in circuitu, mittite falces quoniam maturauit messis. Idem est ergo aruisse messem, quod maturam esse crescentibus malis ad summum, & bonis similiter. Per Angelos autem fiet cōsummatio sæculi, quia apud Mat. Angeli sunt messores. Ita etiam exponit Gagneus. Præcedent quoque signa in Sole, & Luna, & Stellis. Porro expositio Cælij in collectaneis de prædicatione Christi mystica est.

Siccare uenas mortis est, mortis auferre tyrānidē spe gloriæ Resurrectionis sic legimus Ose. 13. O mors ero mors tua, &c. Et adducet uentū urentē Dñs de deserto ascendēt, & siccabit uenas eius. Vbi Hieron. uentum de deserto ascendēt intelligit Spiritū sanctū Christi, siue Christū in ep. ad Heliodorum, eodem modo Cyrill. qui de deserto ascendere dicitur, id est, ab Austro terræ promissionis, quæ pars filicet. Australis magna ex parte deserta erat, dicitur autem pars Australis, & desertum uetus B. Mariæ Virginis quæ Angelo dixit. Quomodo fiet istud quoniam uirum non cog-

Cyrril. Proco. Orig. Theophyl. Matth. 27.

Lyrā:

I 3

Apoc. 14.

Ambros. Tyconius. Beda. Glos. Ordina. Interline. Ioel. 3. D. Thom.

Matth. 13. Gagneus.

Luc. 21.

I 4

Ose. 13.

Hierony.

Cyrril:

Luc. 1.

nosco, de quo vide lib. 4. in dictione deser- tu. Vel venit ab Austro, vel deserto Chri- stus, idest, de Bethlehem, quæ ad Austru est, respectu Hierusalem, vt diximus indi- ctione Auster. Quia verò Dominus est ille de quo Ioannes dixit. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi: recte venas mortis siccauit, quia peccatum abstulit, & spem Resurrectionis gloriosæ nobis de- dit, de quo apud Ioan. Venit hora, ut omnes qui in monumentis sunt audiant vocem filij Dei & qui audierint uiuent, &c. Et at Cor. Vbi est mors uictoria tua? &c. Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum, &c. Idest, vt gloriosis corporibus resur- gentes de morte sine fine, triumphemus destructo peccato quod erat stimulus, & telum validissimum mortis, & diaboli cõ- tra nos, sicut exponunt super hunc Pauli locum Chryf. Theodo. Anselmus Prima- sius D. Thom. & alij patres.

Ioan. 1.

Ioan. 5. 1. Cor. 15.

Chryf. Theophy. Anselmus. Primasius. D. Thom.

15.

Luc. 11. Matth. 12.

Hieron.

Chryf. Theophy. Euthymius. Cyrillus. Greg.

Beda. Theoph. Rabanus. Glossa. Marc. 9.

cum humani generis aduersario. Ieiunauit quadraginta diebus, &c. Ad hoc facit expositio Hieronymi super illud Psalm. Percussus sum ut foenum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Talem, inquit, poenitentiam egi vt etiam obliuiscerem manducare, desiderium Dei habens, & ipsum solum considerans. Hæc Hierony. est alia expositio Greg. & Gloss. ordinaria, aruisse uidelicet cor Pro- phete, quod fuerit oblitus panem uerbi Dei spiritualiter comedere, ideo peccati māsisse ardoribus exhaustum, & aridum, sed hic sensus mysticus est, neque coheret cum sequentibus, subdit enim propheta: A uoce gemitus mei adhesit os meum carni meæ: Ergo de gemitu poenitentia, & de ie- iunij, & ciborum materialium abstinetia loquebatur: & ad maiorem claritatem ad- dit. Quia cinerem tanquam panem manduca- bam. Sic etiam iuxta literã exponunt Va- tablus, & Iansenius, & Genebrardus dicit esse catholicorum expositionem, cui fauet Chaldæus vertens: Aruit cor meum quia oblitus sum legem. Hinc dices quod quando dixit Christus. Cum ieiunatis nolite fieri sicut Hypocritæ tristes, non pro- hibuerit tristitiam, & afflictionem quam carni nostræ ieiunium infert, vt in exem- plo Dauid præsentis liquet, sed ne tristitiã & maciẽ fingamus, quod etiã super Matt. 5. Chryf. adnotauit de quo vide in uerbo ieiunium, num: 6.

Matth. 4.

Hieron. Psal. 101.

Greg. Glossa.

Vatablus. Iansen. Genebrard. Chaldæ.

Matth. 5.

16

Iob. 7. Psal. 11.

Geneb. Hiero. August.

Thren. 4.

D. Tho.

CAPVT. CXXXIII.

Argentum Argentum.



Argentum Hebraicè dicitur Caleph Græce Asyosior. Vnde latinè argentum.

Est autè post aurũ pretio- sissimum metallum, sitq; in uenis terræ ex argëto uiuo, & sulphure albo, spurta ar- gëti uulneribus utilis esse dicitur, purgatq; lordes cordis. Argëtum infectum dicitur, quod non est laboratũ, signatum autè est argentum ab vrbe condita anno 585. in monetam, aurum uerò post annũ inde se- xagesimum secundũ, per metaphora uero in scriptura sacra argentiũ significat elo- quia diuina, & prudentiæ sermonem. Elo- quia Domini eloquia casta, argentum igne exa- minatum: vt explicat Greg. sup. illud Iob. Qui replent domos suas argento, lib. 4. mor- sic Prou. 10. Argëtum electum lingua iusti. Vbi Beda sanctorum, inquit, prædicatio igne spiritus succensa uelut argentum exa- minata est. Sic Eccl. Mala aurea in lectis ar- genteis, qui loquitur uerbum in tempore suo. Vbi Gloss. ordi. Sacra, inquit, eloquia le- ctis comparantur, quia requiẽ parant au- dientibus, argenteis uerò quia splendida fulgēt uirtutibus patrũ, talia erãt uerba Pe- tri quando Christo roganti: Vos auem quem me esse dicitis, respondit satis oportu- nè. Tu es Christus filius Dei uiui.

192

Psal. 111.

Greg. Iob. 3. Prou. 10.

Beda.

Eccl. 26.

Glossa.

Matth. 16.

2

Regula.

Cant. 3.

Greg.

Theodo. Glossa. D. Tho. Matth. 5.

3

Cant. 8. Lyra. Theodo.

Argentæ colũna, argentea propugna- cula, argëtæ pennæ colũbæ, & argentea uasa metaphoricè prædicatores uerbi Dei, qui moribus, & miraculis uel certe uerbo, & exẽplo nitent in scripturis appellãtur, secundũ regulam patrum, quia nimirũ in argento puritas sonus, & fulgor est lumi- nis, sic legitur in Cant. Ferculum fecit sibi Rex Salomõ, &c. Colũna sciũs fecit argëtæas. Vbi Greg. sup. Cãt. quia Ecclesiæ, inquit, prædicatores, dedit, vt eã exẽplis sustenta- rent, &c. quos nitore eloquẽtiẽ decorauit: eodẽ modo Theod. & Glo. & D. Tho. de talib' autè colũnis uerbo, & exẽplo subdi- tos fulciẽtib' Dñs dixit. Qui autè fecerit, & docuerit hic magnus uocabitur in regno ca- lorum.

Præterea de Ecclesia dicitur. Si murus est, edificemus super eã propugnacula argen- tea. Vbi Lyra. adiugamus, inquit, ei princi- pes ad defensionẽ infirmorũ, & Theodo. propugnacula argentea, idest, eloquia ra-

tionẽ splendẽtia. Eodem modo B. Greg. & Glossa, item D. Thom. si aliqui fuerint ait, ingenio præditi vt defendere possint Ecclesiam, addamus eis eloquia diuinarũ scripturarum. Hæc ille. Tale propugnacu- lum argento munitum se præstitit Apo- stolis Christus contra Pharisæos qui dice- bant. Quare discipuli tui transgrediuntur mã data seniorum? non enim lauant manus cum pa- nem manducant, quibus Dominus. Quare: inquit: & uos transgredimini mandatum Dei propter traditionem uestram? Et cum Phari- sæi discipulis dicerent. Quare cũ Publica- nis manducate magister uester? vt prognacu- lum se opposuit, dicens. Non opus est ua- lentibus medico.

Greg. Glossa. D. Tho.

Matth. 23.

Matth. 9.

4

Aug. Cassiod. Glossa. Psal. 67. Cant. 6.

Matth. vlt. Mar. vlt. Isai. 60.

2. Tim. 2. Chryf. Theophy. Theodo. D. Tho.

5

Prou. 26.

Beda.

Matth. 7.

Matth. 24. Isai. 1. Hiero:

193

Iam uerò pennæ colũbæ deargentatæ secundũ Aug. Cass. & Glo. sup. illud Psal. Si dormiatis inter medios clericos, pennæ colũ- bæ de argentatæ, prædicatores sunt Ecclesię quę est illa colũba de qua in Cãt. Vna est co- lumba mea, his pennis usq; adeo longe uo- lat, vt Dñs dicat ei. Euntes docete omnes gen- tes, & rursus. Prædicare Euãgeliũ omni crea- turæ. Item Isai. Qui sunt, hi qui sicut nubes uo- lant, & sicut colũbæ? Sed de historico sen- su huius uersiculi Psal. uide in uerbo colũ- ba. Deniq; in magna domo nõsolum sunt uasa au- rea, & argentea. Vbi patres uasa argentea electos, uel etiã eruditos intelligunt Chry- sost. Theophy. Theodo. D. Thom.

E contrario uerò prauis, & seductores, argentum sordidum, argentum uersum in scoriam, & argentum reprobum per tropum uocantur, itè hæretici sicut legitur in pro. Sicut si argento sordido ornare uelis uas fictile, sic labia tumentia cum pessimo cor- de sociata. Vbi Beda quid per argentum sordidum nisi scientia corrupta? quid per uas fictile nisi cor carneum designatur? quod per elationem magister erroris fit. Hæc Beda: de huiusmodi Dominus ait. Attendite a falsis Prophetis. Et, surgent Pseu- dochristi, & Pseudoprophetæ. Sic etiam legi- mus in Isai. dictũ esse ad Hierusalẽ. Argen- tũ tuum uersum est in scoria. Vbi Hiero. ait, ad ciuĩ atẽ loquitur Sion, in qua prius re- quieuit iustitia, quod argentũ illius, doctri- na uidelicet scripturarum, uersum fit in sco- riã quod Hebraicè dicitur Syrium rubigo metallorum. Septuaginta autem uertunt argentum reprobum, & certe ad hoc allu- debat Dominus dicens. Irritum fecistis mã datum Dei, Propter traditionẽ uestrã. Sic

Matth. 15. Cyril. Basil. Proco. Irenæus. Hier. 6. Hierony. Matth. 22. 6 Iſa. 55. Hierony. Dion. Clem. Alex. Auguſt. Gloſſa. Matth. 5. 7 Malac. 3. Hierony. Theodo. Ioan. 16. Matth. 10. Zach. 13. Hierony. Pſal. 65. Tertul.

etiam exponūt Cyril. Baſil. & Proco. Itē Irenæus lib. 4. c. 25. Sic dicebant Mat. 5. Dilige amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum: cū hoc ſecundū non ſit in ſcriptura. In eodē ſenſu Hiero. 6. de Phariſæis dicitur. Fruſtra cōſlauit conſlator, malitiæ eorum non ſunt conſumptæ. Argentū reprobū uocatur. Vbi Hiero. Principes, inquit, ſunt in obediētes, qui peruerſe ambulant, & fraudulenter. Hęc Hiero. Vis videre quā fraudulenter. Adducunt diſcipuloſ ſuos cum Herodianis dicentes magiſter ſcimus, quia ueraces, &c. Licet cenſum dari Caſari an non?

Argentū ſolet etiā metaphoricè, ſecularē eloquentiam ſignificare, ſicut Iſa. Quare appenditis argentū, & nō in panibus, ideſt, quare ſtudiū veſtrum cōſumitis circa mūdā ſapientiam. vt exponit Hiero. Item Diony. Carthu. & Clem. Alex. li. 1. ſtomatū, & Aug. ſerm. 1. Dominicę. 5. Poſt octauā Epiphaniæ, vel certe, vt exponit Gloſ. ord. quare circa corticē legis, & mortuā literā laboratis, ſpiritu relicto, & qui in fide uiua, & in charitate cōſiſtit: propterea Dominus diſcipulis ſuis dicebat. Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquā ſcribarum, & Phariſæorū non intrabitis in regnū celorū.

Argentū purgatū, & aurū uocantur iuſti in Mala. Et ſedebit conſlans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Vbi Hiero. & Theod. per filios Leui omnes electos ſacerdotales intelligunt dignitatis, vel Eccleſiaſticos, quia tēpus eſt, vt incipiat iudiciū à domo Dei, vt ergo purgarētur Apoſtoli dicebat illis. Mundus gaudebit uos uerò contriſtabimini, & Ecce ego mitto uos, ſicut oues inter lupos, de quibus, & ſimilibus dixit Zachar. Et ducā tertiam partem per ignem, & uram eos, ſicut uritur argentū, & pronabo eos, ſicut probatur aurū. Vbi Hiero. pereuntibus, inquit, Gētilibus atq; Iudæis, tertia pars eſt Chriſtianorū populus, ipſa quoque tertia pars ne delicata eſſet atque ſecura conſeſſione, quaſi argentū, & aurum per ignē ducitur, & probatur, &c. Et infra: Vnde Apoſtoli igne Dñi in ſpiritu baptizati loquūtur in Pſal. Quoniam probaſti nos Deus, igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum. Hęc Hiero. Eodē modo explicat Tertul. in Scorpiaco contra Gnoſticos. Audi, inquit, alibi dicentē Deū vrā illoſ ſicut uritur aurū utiq; per tormenta igniū, & ſuppliciorū, per tormēta fidei examinatoria. Hęc ille, propterea ſuis Dñs dicebat

Ioan. 16. Venit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur obſequiū ſe preſtare Deo: Et alibi. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Quia certè illud in eis compleri debuit. Tanquam aurum in fornace probauit electos Deus.

Legimus etiā de iuſtis Pſal. Congregatio taurorū in uaccis populorum, ut excludat eos, qui probati ſunt argēto. Vbi Hiero. Tauros Iudæos, vel poſt illos, Hereticos uocari putat qui vaccas ducūt, & ſeducūt populorū, vt ſi fieri poſſit electos etiā excludat à regno celorū qui probati fuerāt, ſicut argētū, ſic etiā Lyra. vt excludant, inquit, fideles non ſolū per tormenta, ſed etiā per blandicias à ueritate fidei tauri cū uaccis congregantur. Eodē modo explicat Theodo. Itē in Hebræo, vt vertit Hiero. ad ueritatem Hebræicā legimus: Congregatio fortium in uittulis populorū calcitrantium cōtra rotas argēteas. Vbi fortes, ſiue tauri principes gētium intelliguntur, qui adorant, vaccas aureas, ideſt idola, quę tamē conuerſi confringēt, quia uox Raaze. Significat frangere, à ra dice Raaz, & Caſeph eſt argentum. Sic enim, & Chaldaicus Paraphraſtes, in uittulis uertit, & Idolis, quę gentes, & multitudine populorū adorāt, ſeu vaccas aureas uenerātur Oſæ. 10. Vaccas Betauē cōluerunt. Tauri uerò ſeu cultores idolorū fortes calcitrabant contra rotas argenteas, ideſt, contra martyres prædicatores, vel defenſores uerbi Dei. Quod eſt argētum igne examinatum, excluderet. Et eijcere eos de mundo. iuxta illud. Beati eſtis cū uos oderint homines, & ſeparauerint uos, & eiecerint nomen ueſtrum, tanquā malum propter filium hominis, & Ioan. 16. Abſque Synagogis facient uos.

Argēteus funiculus uita præſens per tropum dicitur Eccli. 12. Memēto creatoris tui, &c. Antequā rūpatur funiculus argenteus, & recurrat uitta aurea. Vbi Hiero. Funiculus, inquit, argēteus candidā hanc uitā, & ſpiramen, q̄ nobis de cælo eſt, reſcurſus quoq; uittæ auræ animā ſignificat, quæ illuc reſcurrit vnde deſcēderat, hæc ille: neq; intelligas ſecundū errorē Orig. animā in cælo creati, & inde ad corpus deſcēdere, ſed quia nō eſt materia terrena quin poti⁹ à Deo creatore ad quē corpore extincto reuertit̄ ideo Dñs apud Mat. nolite, inquit, timere eos, qui occidūt corp⁹ poſt hæc autē nō habent ampli⁹ quid faciāt, &c. Sed Lyra. funiculū argēteū armoniam exponit elementorū in corpo

Ioan. 16. Luc. 21. Sap. 3. 8 Pſal. 67. Hiero. Lyra: Theod. Hiero. Oſe. 10. Pſal. 11. Luc. 6. Ioan. 16. Eccl. 12. Hiero: Orig. Matth. 10. Lyra.

re humano, qua rupta ſimul uita præſens finitur, & recurrit uitta aurea, ideſt, uita cæleſtis, ſed Lyra. uitam legit per ſimplex t. In quo fallitur quia Hierony. legit per duplex t. vt denotetur non tam uita anima, quam uelut capitis, Hebræicè quippe ut uertit Vatab. Gulath Azahab, eſt phiala aurea uel collectio liquoris aurei, ideſt, mēbrana illa quæ cerebrū continet, quæ eſt ueluti ruſa, & flaua, ideo cōparatur auro. Et recte uitta uocatur, ſept. uerò traduxere. Et cōprimatur aurū electū auri. Calda. uerò. Et ſit conſtractus uertex tuus: interlinealis autē myſticè intelligit animā quę eſt pretioſior auro electo: iuxta quòd Dominus ait apud Matth. Quam commutationem dabit homo pro anima ſua.

I O Argentū pectus ſtatue quā uidit Nabuchodonofor Dan. 2. Monarchiā denotat ſecundā Perſarū atq; Medorū vt exponit eodem loco Hiero. Sicut aurū caput, Monarchiā Chaldeorū. Idē ſentit Theo. ad mores autē, theſauri mūdani in metallis ſtatue Nabuchodonofor reſentantur, in quibus aurū caput pectori innititur argēteo, argentum uerò auro uentri, & deinde cruribus, ſeruum pedibus terreis, quod totum in puluerem uertitur, & uento rapitur ideo Dominus ait, Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, &c.

I I Argentum ſine addito poſitū ſolet omne genus pecunię ſignificare, ſicut etiā quādo cogulantur argentum, & aurum, vt notat Aug. in qq. ſuper libros Iudicū c. 117. iuxta illud Eſa. Sine argento redimemini, id eſt, ſine pretio pecuniæ, & de Abraham dicitur, erat autē diuus ualde in poſſeſſione auri, & argenti de quo uide in diſtione Abraham. n. 3. in eodem ſenſu legimus de Salomonis opulentiā. Præbuitq; Rex argentum, & aurum in Hieruſalē, quaſi lapides, quod hyperbolicè dictū eſt. Sic in Pſalm. Eduxit eos cū argēto, & auro, & apud Ezech. Aurū eorum, & argentū eorum non poterit liberare eos in die furoris Dñi. Idem dicitur Soph. i. Quod diuiti accidit epuloni. Qui cū mortu⁹ eſſet aurū eius nō potuit liberare eū, quin ſepeliretur in inferno, vnde Baruc. Vbi ſunt principes gentiū, &c. Qui argētum theſaurizant, & aurū in quo conſidunt homines, &c. exterminati ſunt, & ad inferos deſcēderūt, quare cōſiliū Chri ſecuriſimū eſt, dicētis, theſaurizate uobis theſauros in cælo.

I 2 Argentū, & auri contēptus plerūq; lau-

dabilis eſt, aliquādo uerò in ſcriptura uita ueratur: laudatur quidē quando perfectæ uirtutis amori poſtponitur: ſic filius Dei Apoſtoliſ dixit. Nolite poſſidere aurū neq; argētū. Vnde Act. 3. Petrus, ait, argētū, & aurū non eſt mihi, uita ueratur autē quando malo ſine deſpicitur, ſicut hæretici quos Aug. Apoſtolicos uocatur libro de Hæreſibus, ad Quod uult Deū, qui auri, & argenti poſſeſſionē illicitam dicebat eſſe Chriſtianiſ. Rurſus ſi propter ſeuitiā, & cupiditatē humani cruoris, aurū deſpiciatur ſicut legimus in Eſa. Suſcitabo ſuper eos Medos, qui argētū non querant, & aurū. Vbi Hiero. tantā, inquit, ſcribit Medorū, Perſarūq; ſauitiā, ut ardore ſanguinis, effundēdi argētum aurūq; contēnāt. Quod ſi Medi propter perdendas animas alienas, cum patre ſuo diabolo aurū argentūq; contēnunt, propter ſaluandas animas proprias nō ne prudentius contēnemus cū Apoſtoliſ, qui ſō filium Dñi complexi dixerūt. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Aut certè eatenus contēnendū nobis eſt, ut ſaltē de ſuperſuo pauperibus erogem⁹, alioquin nobis dicitur, apud Ezech. Argentū eorum foris proicietur, & aurū eorum in ſterquilinū erit. Quod tūc maximè uerū habebit, quādo iuxta literam Antichriſtus, vt explicat D. Tho. & Lyra. ſup. Iob. 40. Sternit ſibi aurum quaſi lutum, ideſt, nullis donis auri placabitur, ſed omnia cōtemnet, ut ſauiat in ſeruos Dei, ita ut. Niſi breuiati fuiſſent dies illi non fieret ſaluus omnis caro.

Argentus nūmus eſt moneta ſignata, de qua Zach. ii. Et appēderunt mercedē meā triginta argēteos. Vbi Hiero. pro meo, inquit, Dñs ſanguine dantes eos Iudę proditori, quomodo etiā exponit Ruſſi. in expoſitione ſymboli. Quāuis autē apud laicos nos argēteus nūmus tantū ualeat, quantū Attica Drachma, & Iulius Romanus, atq; regalis argēteus Hiſpan⁹: apud Hebręos tamen olim duas Drachmas Atticas pen-debat, ut teſtatur Budæus li. 5. de aſſe, uidiſſe q; ait, vnū ex triginta argenteis, quibus uēditus eſt Dñs Pariſiſ in arde S. Ioānis Lateranēſis, pondere duarū Drachmarū q̄ etiā fatētur Hebręi in lib. Miſnaiothi tract. de iuramētis c. 6. uide ergo quā parū argēti cordi Iudę dominari eatenus potuit, ut Dñi celi, & terræ miniſter, & Apoſtolus eſſe cōtempſerit. Vnde Dñs dixit. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ.

Matth. 10. Acto. 3. Auguſt. Eſa. 13. Hieron. Matth. 19. Ezech. 7. D. Thom. Lyra. Iob. 40. Matth. 24. I 3 Zacha. 11. Hiero. Ruſſinus. Budæus. Matth. 6.

I 3
 Cant. 8.
 Glossa.
 D. Thom.
 Matth. 13.

Mille argentei in scriptura premium ob
 seruantiæ perfectę Euangelij significare
 per metaphoram solent, sic legimus in
 Cant. vbi de vinea Dei mentio fit. *Vir
 affert pro fructu eius mille argenteos.* Vbi
 Glossa: Per mille, ait perfectio, per argen-
 tum omne mandatum accipitur, sunt autē
 mille argentei pacifici, quia pecunia pro
 Deo erogata pacem inter Deum & homi-
 nem conciliat. Hęc Glossa, sic & D. Tho-
 mas in Commentarijs: itaque sensus est,
 qui vendit omnia quę habet, & distribuit
 ea pauperibus, seruatque omne manda-
 tum atq; consilium, recipit pro fructu quę
 facit in vinea Domini mille argēteos per-
 fectę retributionis cęlestis. Tale, inquit,
 D. Thomas est illud quod dicitur in para-
 bola Matth. de eo, qui *Vendidit omnia quę
 habuit, & emit agrū,* in quo erat thesaurus,
 idē enim est vinea quod ager idem the-
 sauri, quia fructus vineę thesaurus est eter-
 nus meriti, & premij.

I 4
 Esai. 7.
 Hieron.
 2. Para. 35.
 Cyril.
 Hierony.

Argentei mille magnum etiam pre-
 tium sine tropo significant. Sic Esa. *Et erit
 in die illa omnis locus ubi fuerint mille vites
 mille argentei, & in spinas, & uepres erunt.*
 Vbi Hierony. vaticinium hoc impletum
 esse dicit. Quando sanctus Rex Iosias à
 Pharaone Rege Ægypti occisus est, dein-
 de vero Iudęa vastata fuit ab Assyrijs,
 sicut ait Cyrillus, dicit ergo Propheta
 erit tunc tanta inopia vinearum destru-
 ctis agris, occisisque, & captiuis agricolis,
 vt singulę vites singulis argenteis nūmis
 emantur, in vepres enim, & spinas tota
 terra redigetur. hęc ex Hierony. Sed no-
 ta hoc loco argēteum nūmum sicut esse
 sanctuarij, vt exponit Hiero. secundū trā-
 slationem septuaginta, quantum autem
 valeat sicut vide in dictione sicut, sunt
 enim qui sicut vulgarē drachmas duas
 sicut vero sanctuarij quatuor pendere
 putent.

I 5
 Gene. 20.

Argēteos mille dedit Abimelech Rex
 Palestinę Abrahę, propter Saram, vt ef-
 sent ei ad velamen oculorum comparan-
 dum Genes. 20. Atqui ventillauimus su-
 pra in dictione Abimelech, an peccaue-
 rit ille propterea quod Saram sibi vxo-
 rem copulare voluerat? Nunc autem ex-
 pendendum est, quod Sarę dixit quando
 restituit eā viro suo. Ecce, inquit, *dedi fra-
 tri tuo mille argenteos, hoc tibi erit ad vela-
 men oculorum,* multi quippe nimium esse

putant ad velum emendum quo faciem
 tegetet, mille argenteos dare, ideoque di-
 cunt ad memoriam periculi quod tunc
 euaserat, datum esse argenteum, vt cau-
 tior deinde esset, & ad verecūdiam oculo-
 rum, quę singulare velamen est. Item ad
 venerandum vultum eius, quem minus
 pudicē aspexerat. Sic enim septuag. ver-
 tūt *ταυτα σοι εσαι εις τιμην σου προ-
 σωπον σου,* Hoc tibi erit in honorē vultus
 tui, idest in recōpensationē quod te fixis
 oculis aspexerim. Chaldaicus verò aper-
 tius. *Ecce illud tibi erit in uelamen honoris,
 pro eo quod miserim tollere te.* Quod si gen-
 tilis putauit recompensationē sibi facien-
 dam pro offensione quā ignoranter dede-
 rat, quid facturus est fidelis, cui dicit Apo-
 stolus. *Reddite omnibus debita, & Christus.
 Reddite quę sunt Cesaris Cesari, & quę sunt
 Dei Deo?* Et si Gentilis iudicauit Sarā de-
 buisse faciem velare, ne quis ex eius pul-
 chritudine occasionē acciperet mali quan-
 to maiori cautela Christiana fœmina vela-
 re debet caput, quę audit in Euāgelio. *Va-
 autem illi per quem scandalum uenit.*

¶ De auro & aureo vide plura in di-
 ctione aurum.

CAPVT. CXXXV.

Arguere, & increpare.



ARGVERE He-
 braicē dicitur Iabach. in
 Hiphil increpare Ge-
 nes. 21. & 4. Regum
 19.

Arguere est errātem
 ratione conuincere, &
 imitioribus verbis reprehendere, increpa-
 re verò asperiorē denotat obiurgatio-
 nem, quāuis interdum arguere in scriptu-
 ra acerbiter habet. Sic Deus arguere di-
 citur peccatorem Gene. 31. Iacob socero
 suo Labam dixit. *Laborem manuum mearū
 respexit Deus, & arguit te heri,* idest, in som-
 nis reprehendit te: & 2. Reg. Deus de po-
 steris Dauid, & de Salomone peculiariter
 dixit. *Si inique aliquid gesserit, arguam
 eum in uirga uirorum, & in plagis filiorum
 hominum.* Acerbius autem sonat Psal. 49.
 Vbi de reprobo dicitur. *Existimasti inique
 quod ero tui similis, arguam te & statuam cō-
 tra faciem tuam.* Ibi Theodoretus. Quoniā
 blandis, inquit, patientiæ medicamentis

Chaldaeus.

Rom. 13.
Matth. 22.

Matth. 18.

I
Gen. 31.
2. Reg. 7.
Psal. 49.
Theodo.

curari non potuisti, acerbiores, ait Deus, ti-
 bi medicinas adhibebo. Tales adhibuit cu-
 rationes Hierusalem obstinatę dicens.
Ecce relinquetur, uobis domus uestra deserta,
 in quę sensum intelligitur illud Isa. quod
 de Christo prædicitur *iudicabit gentes, &
 arguet populos multos.* Super quem locum
 Hierony. septuag. inquit, transfulerunt ar-
 guet *πολυν λαον,* idest, populum mul-
 tum, & nota ordinem, gentes iudicabit,
 quia crediturę sunt, qui enim non credit
 iam iudicatus est, populum autem mul-
 tum, qui intelligitur Israel, nequaquam iu-
 dicabit, sed arguet, quia ad se missum filiū
 Dei non recepit. hęc Hierony. vbi argue-
 re acerbissime sumit pro eo quod est, cō-
 uictos Iudęos exemplo Gentilium, qui
 crediderunt, iuste flammis sempiternis tra-
 di. Iuxta quod legimus. *Viri Ninuite sur-
 gent in iudicio cum generatione ista, & con-
 demnabūt eam, quia in prædicatione Ionę pœ-
 nitentiam egerunt, & ecce plusquam Ionas
 hic.*

Rurfus de filio Dei prædictū est Isa.
 11. *Non secundum uisum oculorum iudicabit,
 neque secundum auditum aurium arguet, sed iu-
 dicabit in iustitia pauperes, & arguet in equi-
 tate pro mansuetis terrę.* Quod quidam de
 secundo Christi aduentu ad iudicium ex-
 ponunt, sed Hieronymus nos, inquit, ad
 primum aduentum referimus saluatoris.
 Porrò Sept. transfulerunt non secundum
 gloriam iudicabit, &c. nullius enim perso-
 nam accipiet in iudicio, sed Scribis, & Pha-
 riseis ac principibus libere loquitur dicens.
*Auferetur à uobis regnū Dei, & dabitur genti
 facienti fructū eius.* Neque secundum auditum
 aurium audiet, illis enim dicentibus. *Magi-
 ster scimus, quia uerax es, & uia Dei in uerita-
 te doces.* Respōdebat: *quid me tentatis Hypo-
 critę,* sciens malitiam eorum. hęc Hiero.
 quod verò nostra uulgata vertit arguet in
 æquitate pro mansuetis terrę, item non
 secundum auditum aurium arguet. Ire-
 nęus lib. 3. cap. 10. legit. *Non secundum lo-
 quelam arguebat.* Quia uidelicet tacētibus
 Phariseis dicebat apud Matth. *Vt quid co-
 gitatis mala in cordibus uestris? quid est faci-
 lius dicere, remittūt tibi peccata tua, an di-
 cere: Surge & ambula.*

Arguere dicitur Spiritus sanctus mun-
 dum, idest, conuincere, Ioan. 16. *Cum au-
 tem ille uenerit arguet mundum de peccato, &
 de iustitia, & de iudicio.* Hoc diuersimodē

explicatur à patribus. Dicitur autem Spi-
 ritus sanctus secundum omnes arguere
 mundum, idest, conuincere per prædica-
 tionem, & miracula Apostolorū, de his tri-
 bus supradictis, primū de peccato quod
 duobus modis intelligitur, vel de peccato
 in genere, siue originali, siue actuali, à quo
 nisi per merita Christi liberari nemo po-
 test, in quo totum mundum Spiritus San-
 ctus per Apostolos conuicit ostēdens nō
 esse alium Saluatorem nisi Iesum, & q̄
 ideo in circuncisione fit Iesus appellatus,
 id est Saluator hanc expositionem tenet,
 Cyrillus. Altera expositio est Aug. tract.
 96. quod uidelicet per doctrinā, & prodigia
 Apostolorum conuincet Spiritus san-
 ctus mundum de peccato incredulitatis
 peculiariter, quia audientes Euangelium
 non crediderunt. iuxta illud Marc. *Qui
 uero non crediderit condemnabitur.* Quę
 mihi expositio magis placet, quam etiam
 tenet Chrysof. Theophy. D. Thom.
 &c. Secundo de iustitia quod duobus etiā
 modis exponitur, vel de iustitia credētū,
 quia tam gentes, quam qui ex Iudęis cre-
 diderunt, iustificantur, & mores prauos
 in bonos mutant, quorum exemplo qui
 maneant increduli conuincuntur. Ita ex-
 ponunt Aug. & Cyril. quod verò sequi-
 tur, quia ad patrem vado, est perinde ac
 si diceret conuincetur de iustitia creden-
 tium in me, quem iam non uidebunt vt
 pote in cęlo sedentem, & nō uidentes cre-
 dent, & iustificabuntur. Altera uero expli-
 catio magis cōgruit, vt sit sermo de iustitia
 & innocentia Christi, quem Iudęi tan-
 quam impium seductorem crucifixerūt,
 cum tamen ille ad patrem vadat cęlestē,
 vt Sanctus Sanctorum, & totius sanctita-
 tis largitor. Sic exponunt Chryf. & Theo-
 phyl. Tertiò de iudicio, quia cum sit dia-
 bolus iudicatus, & de mundo eiectus, illis
 partes mundus ad huc sequitur: vt expo-
 nunt August. Glossa, D. Thomas & alij
 plures.

Arguere Deus dicitur homines, vel le-
 niter sine addito, vel cum addito, in ira vel
 furore, & priori quidem modo signum
 est amoris. Apoc. 3. *Quos arguo amo, &
 castigo, & Hebr. 12. Neque Fatigeris cum
 ab eo argueris.* In quem sensum Iob dicit.
*Beatus homo qui corripitur à Domino, &c.
 Vulnerat enim, & ipse medetur, percutit, &
 manus eius sanabunt.* Sic Centurionem per

Luc. 2.
Cyril.
Aug.

Marc. vlt.

Chryf.
Theophy.
D. Thom.

Aug.
Cyril.

Chryf.
Theophy.

Aug.
Glossa:
D. Tho.

Apoc. 3.
Hebr. 12.

Iob. 5.

Matth. 8. cussit in seruo paralytico, & tamen sanauit infirmum: sic corripuit Regulum in filio, quem similiter sanitati restituit. Item Ioan. 4. principē in filia duodenni defuncta quā suscitauit, sed alios corripit ira & furore, quos post vitam præsentem punit: ita exponit Greg. illud Psal. 6. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Scio, inquit Gregor. futuram esse, vt post huius vitæ exitum alij flammis expurgentur purgatoris, alij sententiã eternã subeant damnationis, &c. tu ergo Domine ne arguas me in furore damnationis perpetuæ, neque corripias me in ira expurgantis vindictæ, quia illum transitorium ignem omni tribulatione præsentis existimo intolerabiliorem. Hæc ille. Sic arguet in furore Dominus reprobos dicens: *te maledixi in ignem æternum, quia esuriui, & non dedisti mihi manducare.* Itē sic arguit Dñs seruū ingratum dicens: *Serue nequã omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, &c.* Item in conuiuio nuptiarū rex arguit non vestitum veste nuptiali. In hoc sensu contra Palestinos idolatras Dominus ait: *Faciam in eis ultiones magnas arguens in furore, & scient, quia ego Dominus eum dederò uindictam meam super eos.* & in epist. Iudæ: *Eccc ueniet Dominus in sanctis millibus suis facere iudiciū contra omnes, & arguere omnes impios.* Vnde Hieremias ait: *Corripe me Domine ueruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.*

5 Arguere Deum ipsum in bonum accipitur, & in malum, & quidem in malum denotat præsumptionē illius, qui cū Deo uult ratione contēdere, cuius iudicia abyssus multa, sic amici Iob dicebant ei: *Arguis uerbis eum, qui non est æqualis tui, &c.* idest, Deum infinitæ sapientiæ Hebraicè in infinitiū dicitur. Hocheah arguere, Be dabar in uerbo, sed infinitiū continet omnes modos; & ita recte vertit uulgata. Item ipse Deus Iob dixit. *Qui arguit Deum debet respondere illi, quasi dicat, sicut impossibile est homini, vt ad omnia interrogata sibi à Deo respondeat, sic præsumere neino debet arguere Deum. Nihilominus tamen in bonum tunc accipitur arguere Deum, quando ipse prouocat hominem ad arguendum, sicut Isai. *Lauamini, mundi estote, &c. Venite, & arguite me.* Vbi Hierony. pœnitentibus concedi ex-*

ponit, vt arguant Deum, si non reddiderit eis præmia, quæ pœnitentibus pollicitus est: inter alia uerò præmia illud proponit per Hierem. *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, &c. agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitauit, ut facerem eis.* Quod si roges an remissio peccati præmium dici possit pœnitentis, quia hoc in sinuari uidetur apud Luc. ubi de peccatrice legimus: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Respondendū est, primam iustificationem, quæ fit cum remissione culpæ mortalis non cadere sub merito pœnitentis: remissa uerò culpa mortali, & pœna æterna in temporalem cōmutata multa dilectione meruit Magdalena remissionem pœnæ purgatorij remanentis.

6 Arguit peccantem malitia sua, sic legimus Hier. *Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te.* ubi Hieronym. ait, nota, quod malitia & præuaricatio, postquam fatiauerint præuaricantem, vsque ad nauisem erudiunt pœnitentem. Hæc ille. Arguit ergo remorsus conscientiæ peccantem, sicut in parabola filij prodigi legimus, qui conscientiæ remorsu dicebat: *Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereco.* & rursus: *Pater peccami in calum & coram te, &c.*

7 Arguere debet Doctor Ecclesiæ, atq; prælatus peccantes. sic Paul. 2. Timot. 3. *Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.* Et rursus: *Peccantem coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant:* qui locus dupliciter accipi potest, vel vt particula coram omnibus coniungatur cum uerbo argue, & tunc sensus est, quem in Commentariis super hūc locum assignat D. Thomas. Proceditur, inquit, aliter in correctione fraterna, aliter in iudiciaria, quia iudex gerit personam publicam: & ideo intendere debet bono communi, quod læditur per peccatum publicū, quo multi scandalizantur: & ideo iudex Ecclesiasticus sic debet publicè punire, vt alij ædificentur. sic Salomon: *Pestilente, ait, flagellato stultus sapientior erit:* quod ergo dicitur coram omnibus argue, distinguitur à correctione fraterna, quæ fit secreto, quando peccatum est occultum. Itaq; D. Thomas hūc locum intelligit. De iuridica pœna rei post accusationem, &



Matth. 8. Ioan. 4. Matth. 9. Gregor. Psal. 6. Matth. 25. Matth. 18. Matth. 22. Ezech. 25. Hierc. 10. Iob. 15. Iob. 39. Isai. Hierony.

Hier. 18. Luc. 7. Hier. 2. Hierony. Luc. 15. 2. Tim. 3. 1. Tim. 5. D. Thom. Pron. 19.

Theophyl. Theodoret. Hierony. Caiet. Ansel. Gregor. Matth. 5. Ezech. 1. Apoc. 4. Marc. 6. Matth. 15. Isa. 29. Hier. 7. Nahu. 1. Hierony. Psal. 105. Luc. 8. Marc. 4. Matth. 8. 9

probationem testium, de iuridica etiam increpatione Theophylactus intelligit coram omnibus, inquit argue, quos inquirendo deliquisse compereris. & Theodoret. nec cōdemnemus, inquit, ante probationem. Item Hierony. Coram omnibus, inquit, argue si de illis fuerit comprobatum. Cæterum si particula coram omnibus referatur ad peccates, sicut placet Caietano tunc nō est tantū sermo de iuridica correptione, sed de publica reprehensione publice peccantium: ad quod, inquit, Caiet. non oportet accusationem & testes expectare: sic etiam Anselmus, illa inquit corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius: illa uerò arguenda coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Idem Gregor. lib. 1. 2. epist. cap. 3. 1. Palam, inquit, sunt arguendi, qui palam nocent. Hæc ille. Sed caute & prudenter agendum est: ideo prædicatoribus dicitur: *Vos estis sal terra, scilicet, vt condiant, non destruant, ideo animalia sancta plena oculis esse dicuntur, vt videant quomodo hoc fieri debeat, quando peccator publicus scandalum præbet, neque aliud remedium est ad illud cohibendum, sic fecisse creditur Ioannes cum dixit Herodi: *Non licet tibi habere eam.* sic Dominus fecit quando publicè dixit Phariseis: *Quare uos irritum fecistis mandatū Dei propter traditionem uestram.* Neque est de ira & odio curandum obstinatorum, quādo nullum aliud subest remedium, de quo dicitur: *Argentem in porta supplantabant,* idest, iustos prædicatores, qui in portis templi, vel ciuitatis prædicare consueuerant. vt constat apud Hierem. *Sta in porta domus Domini & prædica ibi.**

8 Increpare dicitur Deus insensibiles creaturas metaphoricè cum imperat eis, & prohibet cum potestate Nahum. 1. *Increpans mare & exiccans illud.* ubi Hierony. *Dei, inquit, potentia describitur, &c. cuius maiestatis sit etiã elemēta mutare.* Hæc ille. sic Psal. *Increpauit mare Rubrū, & exiccatum est.* Sic diuinitatem Christi ostendere uolens, dixit Lucas: *Increpauit uentum & tempestatem.* Et apud Marc. *Exurgens comminatus est uento, & mari dixit tace & obmutescere.* Itē apud Mat. *Imperauit uētis & mari,* idest, quasi increpauit. Increpare dicuntur renes, quando uiscera dolent, sic Propheta in persona Chri-

Psal. 115. Hiero. Theod. Luc. 2. Hebr. 5. Iansenius. Luc. 24. Matth. 5. Ioan. 16. Luc. 22. Psal. 67. Arudo, & in dictione Argentum, num. 7. Zach. 3. Angelus num. 1 2. CAPVT CXXXVI. Ariel.  RIEL Interpretatur Leo Dei, quo nomine appellabatur Hierusalem & Sion, quam expugnauit Dauid, Isa. 29. Væ Ariel Ariel ciuitas, quam expugnauit Dauid, Pagninus vertit ciuitas, in qua mansit Dauid, & Vatablus ciuitas, in qua habitabit Dauid, sed vox Chana raro significat habitare, propriè autem est castra metari, & expugnare: sic etiam uertit septuaginta. Huius expugnationis reiectis à Sion cæcis & claudis habetur historia. 1. Paral. 11. Hierony. 

Aries & Agnus.



ARIES Et Agnus Hebraice dicitur Car, differt autem a veruece, quod iste amputatis testiculis, sed aries est ouium masculus ad generationem aptus gregi; ducendo idoneus, ferit cornu, est iræ obnoxius, animal alioquin in lege mundum, & offerri solitum in legalibus sacrificiis. De quo vide Exod. 29. a. Leuit. 5. d. Num. 7. a & alibi passim. Sacrificium verò arietum omnium illorum, de quibus in scriptura fit mentio. copiosissimum fuit illud Salomonis: in quo obtulit arietum centum & viginti millia, fuitq; ty pus Christi regis pacifici, qui de conuersione gentium, quas erat ad instar arietum patri oblaturus, ad patrē loquitur apud Ioannem: *Pater non tantum pro his rogo, scilicet pro Apostolis, sed & pro his qui credituri sunt per uerbum eorum.* & Ioā. 10. *Alias oues habeo, quæ nō sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere.* Arietes Basan robustiores sunt & pinguiores. De quibus Deut. 32. *Constituit eos super excelsum terram, & comederēt fructus agrorum, &c. cum adipe agnorū, & arietum filiorum Basan.* Est quippe Basan regio fertilissima Galilææ duarum tribuum & dimidiæ: de qua dicemus in dictione Basan: de hac regione seligebant homines religiosi arietes, & oues ad sacrificia, sed carnales ad comestiones & conuiuia: ideo incrassati sunt, & dereliquerunt Deum, de quorum numero fuit homo ille diues. *Qui epulabatur quotidie splendide.* Aries quoq; significat signum illud celesti primum in Zodiaco, quod cum Sol ingreditur inchoat annum mense Martio secundum Astrologos: est & Aries nomen machinæ bellicæ, qua muri quantuntur: de qua Vegetius libr. 4. cap. 14. *Materia, inquit, ac tabularis testudo contextitur, quæ ne flammis exuri possit corio, siue cilicio vestitur, intrinsecus recipit trabem, quæ si adunco præfigitur ferro falx vocatur ab eo quod incuruata est, ut ex muris lapides extrahat, si verò caput ipsius ferro tegitur aries appellatur, quod instar arietini capitis fieri soleat: eo quod*

leo Dei vocabatur redigenda erat in puluerem, postquam à Dei amicitia recesserat. Sic de iusto viro dicitur Prouerb. 28. *Iustus quasi leo confidens.* Cum tamen à Dei gratia recedit, canis vocatur apud Matth. *Non est bonum sumere panem filiorū & mittere canibus.* Subdit per Prophetam Dominus: *Et circumuallabo Ariel, & erit tristis, & mœrens, & erit mihi quasi Ariel.* vbi Hieronymus. Postquam exercitu Babylonico fuerit Hierusalem circumuallata, diruta, & in captiuitatem adducta, in septuag. annis captiuitatis erit mœrens: postea verò relaxata sub Zorobabel captiuitate, reedificabitur, non ut prius Ariel, idest leo fortissimus, sed quasi Ariel, humilioribus ædificiis, quæ habeant, inquit, templi similitudinem, sed magnificentiā, & ornamenta non habeant. Hæc Hieronymus. Alij recentiores explicant, erit mihi altare, quasi altare, quia Chaldaus non vertit Ariel, nisi altare: ita Lyranus & Vatablus, sicut altare plenum est sanguine, & frustris carniū, sic Hierusalem sanguine, & cadaueribus plena erit. Tertia expositio Leonis Castro super hunc locū, erit Ariel, idest leo Dei, quasi Ariel, idest, mihi Deo suo, quasi leo. iuxta illud Hier. 11. *Facta est mihi hereditas mea, sicut leo in sylua.* Quem locū sic explicat Lactantius lib. 4. cap. 2. c. quod Christus dicat: *Præda factus sum hæredibus meis sicut leonibus, qui me ut pecudem immolauerunt.* De quo Luc. 18. *Tradeturenim gentibus, subaudi à Iudæis, & illudetur, & flagellabitur, &c.* quod clarius Matth. narrat. *Filius hominis tradetur Principibus sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eū morte, &c.* quæ expositio elegans est licet mystica, duæ verò superiores literales sunt: deniq; subditur in textu Isaia. *Et circumdabo, quasi spheram in circuitu tuo.* quod Hieronymus ad secundam & vltimā obfidionem Hierusalem refert sub Romanis: de qua, inquit, Dominus plangens loquitur: *Quoniam ueniet dies super te, & circumdabunt te inimici tui uallo, &c.* Hęc ille. **Aridum**, vide in dictionibus aliis coniunctis. Item **Arista**, &c.

Prou. 28.
Matth. 15.
Matth. 7.
Psal. 1.
Hieron.
Chaldaeus.
Lyranus.
Vatablus.
Leo Castro.
Hier. 11.
Lactant.
Luc. 18.
Matth. 20.
Luc. 19.

1
2
Exod. 29.
2. Paral. 7.
Ioan. 17.
Ioan. 10.
Deut. 32.
Luc. 16.
2
Vegetius

habeat

habeat fortissimā frontem, vel quod more arietum retrocedit, ut violentius feriat. Hæc ille. De hac machina legimus apud Ezech. vbi iussit Dominus Prophetæ, ut describeret in laterculo Hierusalem, & vallū atque munitiones, quibus erat proxime à Babylonis obsidenda. *Et pones, inquit, arietes in gyro.* Ponit autem Deus arietes in gyro spiritualiter contra peccatores, quos variis tribulationibus ad poenitentiam pulsat, & quasi his arietibus non materialibus quidem, sed spiritualibus concussit cor Regis Ezechia, quando ægrotanti dixit Isaia: *Dispone domui tuæ, cras enim morieris, & nō uiues.* Quibus ad poenitentia punctus est: hos arietes posuit in gyro contra Regulum, cuius filium ferè ad mortem vsque percussit, & deinde sanauit. Item contra principem Iairum, cuius filiam annorum duodecim extinxit: & deinde resuscitauit. Sed de arietibus, idest, bellicis machinis contra Tyrum dicitur Ezech. 26. *Et uineas & arietes temperabit in muros tuos, & turre tuas destruet.* Vbi Lyranus. Temperare arietes exponit loco suo debito illos disponere, vineas autē machinas esse dicit, sub quibus latentes homines muros perforant. vide Ezech. 21. & 2. Mach. 12. Aries quoq; per metaphoram Rex Perfarum, seu regnum Persicum appellatur. De quo Dan. *Et leuaui oculos meos & uidi, & ecce aries unus stabat iuxta paludem habens cornua excelsa, & unum excelsius altero.* Vbi Hierony. Arietem, inquit, Dariū vocat auunculum Cyri, qui post Astyagem patrē regnauit in Medis: cornu autem vnum excelsius altero atque succrescens ipsum Cyrum significat, qui post auunculum, quem Græci Cyriaxem vocant Medis imperauit & Persis: deinde quod Propheta subdit: *Vidi arietē cornibus uentilantem contra Occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem, nō ipsum, ait, Cyrum intelligi, aut Dariū, sed eiusdem Regni arietem, idest Dariū, alterum, qui vltimus potētia Persicæ Rex fuit, quem superauit Alexander Philippi Rex Macedonum, qui dicitur Hircus Caprarum.* De quo vide in dictione Alexander. Vbi notandum Dariū, non sine causa traditum esse sub pedibus Hirci, idest, Alexandri conculcandum, quia sicut aries iræ erat, & furori obnoxius, om-

Ezech. 4.
4. Reg. 20.
Ioan. 4.
Matth. 9.
Ezech. 29.
Lyranus.
Ezech. 21.
2. Mach. 12.
3
Dan. 8.
Hieron.

nesq; fragiliores populos ad Occidentem Aquilonem & Meridiem, ut in textu dicitur uentilabat, quod si ille propter iræ vitium cum Gentilis esset tam seuerè punitus est, audiat Christianus, quod Dominus dicit apud Mat. *Omnis qui irascitur fratri suo reuertit iudicio.* Iam verò, quod legimus Genes. 22. *Leuaui Abraham oculos suos, & uidit post tergum arietem hærentem cornibus.* In Hebræo non habetur tergum, sed post sine addito. Vbi R. Salomon explicat post uisionem Angeli uidisse Abraham arietem, sed melius vulgata maioris explanationis gratia transfuit, non post præcisè, sed post tergum, quia propterea non uiderat illum prius, quia post tergum erat: refert autem Lyranus Hebræos hoc loco dicentes ab initio mundi arietem illum sexto die ibidem fuisse creatum, quod Iudaicas fabulas sapit. Dionysius Carthusianus refert alios dicentes diuinitus illum ibidem paulo ante fuisse factum, sed melius Alcuinus Angeli putat ministerio aliunde portatum, idem hoc loco tenent Rabanus, & Carthusianus, & Honcala, neque mysterio caruit, quod prophetans Abraham: *Vocauit nomen loci illius Dominus uidebit.* Hierony. in q̄tj. Hebraicis dicit: *Hunc fuisse montem Moria, vbi templum ædificatum secundum Hebræos: de quo in Paralip. Quare probabile est hoc etiam loco, quādo uocauit Abraham Dominus uidebit, reuelationem illum habuisse de Christo, qui natus in carne post dies quadraginta in hoc erat loco in templo præsentatus.* De hac quoq; reuelatione dixit filius Dei Pharisaus: *Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, uidebit & gauisus est.* Caue autem ne cum Burgeni putes, montem hunc fuisse Caluarie locum. Vbi Dominus crucifixus est, quia locus montis Moria, vbi aries pro Isaac immolatus fuit, aliquantulū distat à Caluarie loco, quamuis quibusdam idem mons extensus esse uideatur. Arietem annorū trium iussus est Abraham offerre in sacrificio cū capra & vacca ætatis eiusdem super quem locum Aug. lib. 16. de ciuitate cap. 24. ætatem annorum mūdi in his animalibus denotari putat, quod in tribus ætatibus ab Abraham, uidelicet vsque ad Moysem, & à Moyse vsque ad Dauid augendus erat Israëliti-

Matth. 5.
4
Gen. 22.
R. Salomō.
Lyra.
Dionys.
Alcuinus.
Rabanus.
Carthusi.
Hieron.
2. Paral. 3.
Luc. 21
Ioan. 8.
Burgen.
5
Gen. 15.
August.

cus

Chald. cus populus, vsque ad regni sceptrū. At Chaldaicus paraphraſtes vertit arietes tres, capras res, &c. ſed melius vulgata ad annorum retulit numerum perfectum: vt notat Vatablus, item Carthufianus. Vult enim Deus oblationem perfectam cogitationis, verbi, & operis qualem offerre non poteſt, qui proximum odit, etiam ſi totum offerat mūdum: ideo Dominus *Si offers*, inquit, *munus tuum ad altare.* & ibi: *recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum, &c. & uade reconciliari fratri tuo, &c.*

6 Arietem immaculatum iubet Dominus ſibi offerri in Leuit. in quo denotari expoſitores putant opus noſtrum, vt in ritorium ſit & acceptum Domino ſacrificium, non ſatis eſſe vt bonum & honeſtum genere ſuo ſit, niſi etiam bona intēſione fiat cum debitis circumſtantiis, quarum ſi deſit aliqua non offertur victiua immaculata, vt docet D. Thom. 1. 2. q. 18. art. 3. ideo apud Matth. Dominus dicebat: *Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ tristes.* Erat etiam aries immaculatus figura Chriſti ſine macula, qui hoſtibus ſuis dicere merito potuit. *Quis ex uobis arguit me de peccato?*

7 Arietes in ſenſu myſtico frequenter in ſcriptura Apoſtolos & Apoſtolicos viros ſignificant. ſic Pſalm. 28. cuius titulus eſt in cōſummatione tabernaculi typice legimus: *Afferre Domino filii Dei, afferre Domino filios arietum,* id eſt offerre Domino filios ſpirituales Apoſtolorum, qui arietes fuerunt gregis Chriſti, vt exponunt Hierony. Auguſt. & Baſilius ſuper eundem Pſalmū. Notandum autem Apoſtolos à Chriſto Domino in Euangelio quidem oues vocari: *Ecce ego mitto uos ſicut oues inter lupos.* Nihilominus tamen hi, qui propter māſuetudinem oues ſunt, propter prudentiam in gubernando merito dicuntur arietes. ſic etiam Pſalm. 65. vbi in titulo canticū ponitur reſurrectionis additū quidem, & ab Eccleſia receptū ad denotandam reſurrectionem in Chriſto futuram, quam ſperans Propheta dicebat: *Holocauſta medullata offeram tibi cū incenſo arietum,* id eſt, holocauſta tibi offeram Apoſtolorum, qui pro fide uiua & Euangelica prædicatione ſeipſos in holocauſtum Domino obtulerunt, à Chriſto præmoniti, qui dixit eis: *Venit hora ut om-*

nis, qui interficit uos arbitretur ſe obſequium præſtare Deo: ita exponit Hiero. Arnobius & Hilarius iuxta literam. Item Vatablus, qui addit typice Prophetam de his ſacrificiis legalibus feciſſe mentionem, quibus ſacrificia legis gratiæ ſignificantur, quod inde probat, quia in fine verſiculi: *Offeram tibi boues cum hircis,* Hebraicè ponitur ſela, quæ vox ſignificat in æternum. Ergo ſacrificia legis gratiæ figurantur, per arietes quidem Apoſtoli, per boues ſacerdotes, & operarij Eccleſiæ, per hircos verò pœnitentes, qualis illa mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix Arietes quoq; vocantur Apoſtoli Pſal. 64. *Et indui ſunt arietes ouiu,* ſcilicet letitia in reſurrectione Chriſti, ſicut legimus Ioan. 20. *Gauſi ſunt diſcipuli uſo Dño.* ſic exponit Hieronymus, Hilarius, Caſſiodorus, Auguſtinus & Beda.

Arietes metaphoricè duces populi Iudaici intelliguntur & ſacerdotes, vt explicat Hieronymus ſuper illud Thre. 1. *Et ſunt principes eius uelut arietes non inuenientes pascua.* Item principes Babylonis captæ à Medis & Perſis ſub Cyro Hierem. 51. *Ducam eos, quaſi arietes,* Arietes quoque Nabaioth per metaphoram appellantur gentes ad fidem conuerſe, Iſa. 60. de quo latius agemus in diſtione Cedar.

Arietes quando cum hircis in ſcriptura conferuntur iuſtos ſignificant ab iniquis ſeparandos Ezech. 34. *Ecce ego iudicabo inter pecus, & pecus arietum & hircorum.* Vbi Hierony. Non quidem dignitates iudicaturum ſe Dominus ait, ſed homines iuſtos, & iniquos ſub dignitate prælationis: ita vt prælaſus & Doctor, qui non fuerit aries, ſed hircus ſolueritq; vñ de mandatis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum, id eſt minimè vocabitur, ſed debetur de libro uiuentium, qui autem, ſicut aries fecerit & docuerit. *Hic magnus uocabitur in regno cælorum.*

Agnus arietis proles animal mundum & manſuetum ſacrificiis legalibus idoneum erat, agna verò foemina ad foedus & amicitia adhiberi conſueuit, ſic in Gen. *Statuit Abraham ſeptem agnas gregis ſerſum.* vt uidelicet, cum Abimelech Rege Palæſtinarum foedus iniret, vbi numerus ſeptenarius perfectionem, agnæ ve-

Hierony. Arnobius, Hilarius, Vatablus.
Luc. 7.
Pſal. 64.
Ioan. 20.
Hierony, Hilarius, Caſſiod. Auguſt. Beda.
8 Hierony, Thre. 1.
Hierem. 51.
Iſa. 60.
9 Ezech. 34.
Hierony.
10 Gen. 21.

rò foecunditatem, & pacem ſignificant.

II Agnus paſchalis in memoriam liberati populi Iudaici ab Ægyptiaca ſeruitute iuſſus eſt quotannis immolari. in Exod. *Decimadie menſis huius tolletis unusquiſque agnum per domos, & familias ſuas, &c.* Erit autem agnus abſque macula maſculus anniculus, iuxta quem ritum accipietis, & hædum, & reſeruabitis, uſque ad quartam decimam menſis huius. Vbi magna apud expoſitores quaëſtio eſt. An deberet ille populus vtrunq; animal per ſingulas immolare familias, an agnum tantum, an verò ſolū hædum: de quo prima quorundam Hebræorum ſententia eſt agnum per ſingulas familias, hædum autem vnum ab vniuerſo populo immolari debuiffe, quorum opinionem Lyranus Burgenſis & Carthufianus hoc loco aperte reſellunt, neq; enim totus populus de hædo vno comedere potuiſſet, aut aliquid de eo cremandum reliquum eſſe poterat vt lex dicit: In Hebræo verò ſenſu quidem, non tamen verba habentur de verbo ad verbū, quæ in noſtra vulgata ſunt, ſed vbi noſter vertit interpres: *Iuxta quem ritum tolletis & hædum.* in Hebræo eſt: *De arietibus uel de capris accipietis illud.* Senſus tamen eſt idem, quia qui de capris accipitur hædus eſt, ſicut qui de arietibus agnus, quia tamen in Hebræo ponitur particula vel diſiunctiua, ſatis oſtenditur nō duas oblationes præcipi, ſed vnam duntaxat, vel agni, vel hædi, quando agnus haberi non poſſet. Neq; eſt contra vulgatam, quod Septuaginta vertunt copulatiuè ab agnis & hædis accipietis illud: quia non dixere illos, ſed illud, quodcumq; fuerit accipi poſſet ab his duabus animaliu ſpeciebus, ſcilicet agnis & hædis, quod cōcordat cum ſenſu noſtræ vulgatæ. Vnde reſutatur ſecunda ſentētia contra hoc quā tenet Burgenſis, videlicet neceſſario debuiffe agnū offerri, quia Chriſtus non, ait, niſi per agnū figuratur, quod tamen falſum eſt, quia per hædum quoque adumbratur in lege, ſicut per hircū figurabatur in Leuit. vbi de hircō emiſſario, qui populi peccata portabat fermo eſt. Item in Cant. de ſpōſo Chriſto dicit Eccleſia: *Fuge dilectè mi ſimilis eſto capræ.* Deniq; Aug. in qq. ſuper Exodū. Si agnus deſſet, hædū offerri potuiſſet cōfirmat, idē tenet hiſt. Scholaſt.

Exod. 12.
Quaëſtio.
Lyra. Burgenſis. Carthufia.
Burgenſis.
Leuit. 19.
Cant. 8.
Auguſt. Hiſtor. ſcholaſt.

& Lyran. qui & Hebræos multos aſſerit. Ita ſentire, ſic etiā Carthuf. Poſtremo trãſlatio vulgata, niſi hæc noſtra ſententia vera eſſet vix poſſet ſuſtineri, vt legenti pateat: quia ergo Chriſtus eſt ille: de quo Iſa. nes dicit: *Ecce agnus Dei.* Agnus immolator apud Ioan. Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. Et quomodo hic homo poteſt eſſe à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit? Deſiciente agno hædus in Chriſti ſimiliter typum offerebatur. Nec myſterio vacat, quod quarto die ante immolationē ponitari iubebatur agnus, vel hædus & præparari, quia Dñs quoq; diebus quatuor ante oblationem ſui in ara crucis, ingreſſurus erat Hieruſalem in die Palmarum ſuper pullum aſinæ, turbis acclamantibus ante & retro. *Benedictus qui uenit in nomine Domini.*

Agnus in ſcriptura denotat innoxium & iuſtum. Eccle. 13. *Si communicabitur lupus agno aliquando, ſic peccator iuſto.* Item apud Iſa. de ſignis aduentus Chriſti dicitur: *Habitabit lupus cum agno,* quod non eſt contrarium ſuperiori ſentētiæ: in qua dicitur agnum cum lupo commorari nō poſſe, quia hic de lupo per fidem viuam, & baptiſmum edomito & manſuefacto fermo eſt, qualis olim Paulus, qui cū quaſi lupus ſpirans minarum & cædis iret in Damalcum, nihilominus tamen in via diuina viſione proſtratus & mutatus eſt.

Agni in ſcriptura vocantur, qui ex gentibus ad Eccleſiam, Iudaïs in ſua cæcitate manentibus, vocati ſunt. ſic legimus in Iſa. *Et paſcentur agni iuxta ordinem ſuum, & deſerta in ubertatem uerſa aduenæ comedent.* Vbi Hierony. De toto, inquit, orbe congregati multitudo habitant in Iudæa, eiectis prioribus populis, ideo cæcitas ex parte contigit in Iſraël donec plenitudo gentium intraret. Hæc Hierony. de quo Dominus: *Multis ab Oriente & Occidente uenient, & recumbent cum Abraham, &c.* Et ruruſus: *Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructū eius.* Quod & rō iuxta ordinem ſuū paſcendos aſſerit agnos, denotat ſingulos fideles iuxta gradum ſuum Euangelicæ doctrinæ paſcuis eſſe ſaginandos, alia enim virginum, alia cōiungatorum, alia denique monachorum eſt viuendi ratio, quæ autem à Deo ſunt ordinata ſunt. ideo ſeculari Dominus

Lyran. Diony.
Ioan. 1.
Ioan. 9.
Matth. 21.
I 2. Eccleſia, 13.
Iſa. 11.
Act. 9.
I 3. Iſa. 5.
Hierony.
Rom. 11.
Matth. 8.
Matth. 21.
Rom. 13.

Math. 19. dixit: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Sed Apostolicæ perfectionis uiris: Vos qui sequuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, etc.

I 4
Ma. 40. De eisdem agnis legimus in Isa. Ecce Deus uester in fortitudine ueniet, etc. & in brachio suo congregabit agnos. Et in sinu suo leuabit, foetas ipse portabit. Vbi Hieronymus, Cyrillus, Procopius: foetas oues Apostolos & Doctores sed agnos recens in Christo natos intelligunt, quos congregat omnes brachio suo, idest, uirtute passionis suæ: de qua dixerat Ioannis 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Et rursum, Ipse moriturus erat pro gente, non pro gente tantum, sed ut filios Dei, qui dispersi erant congregaret in unum. De quibus omnibus Petro dixit: Pasce agnos meos.

I 5
Isa. 30. Agni uirgines peculiariter in Ecclesia denotant apud Isai. Pascentur in die illa in possessione tua, agnus spaciōse, & tauri tui & pulli asinarum. Vbi D. Hieronymus. Pascentur, inquit, agni loco spaciōssimo, qui sequantur agnum quocumque vadit; & qui semper ad dexteram sunt. Hæc ille. Neque audiendus est hoc loco Vatablus, qui de tempore quo Senacherib percussus recessit hoc intelligi putat, cum constet nunquam illa tempestate tantam abundantiam contigisse Iudæis, quanta hic promittitur, sed de Ecclesiæ spirituali foecunditate & affluentia sermonem esse, ut etiam exponit Cyrillus, & Lyranus, & Glossa Interlinealis, sed & martyres hoc loco uocantur agni, de quibus apud Lucam: Ecce ego mitto uos, sicut agnos inter lupos. Denique Cyrillus agnos dicit simplices homines, quorum quinque millia quinque panibus, & quatuor millia septem panibus pauit Christus in deserto.

I 6
Ioan. 1. Agnus frequenter in scripturis Dei filius appellatur Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Vbi in græco apponitur articulus: Ecce ille agnus Dei, quasi dicat, ille figuratus in lege quâ do sanguine agni conspersi sunt postes ædium Iudæorum ad primogenitorum salutem, sic enim sanguis Christi salus est omnium electorum, unde cum primum in circuncisione fuit fusus, Iesus, idest Saluator appellatus est. Agnus etiam in lege quotidie mane offerebatur & uespere.

re. Sic & bis solenniter Christus. Deo Patri præsentatus est, prius quasi mane in tēplo adhuc infans quadraginta dierum: deinde in ara crucis quasi uespere, cum triginta trium esset annorum, quo sacrificio salutari peccata mundi sunt quo ad sufficiencyam expiata: ideo Ioannes dixit: Ecce qui tollit peccata mundi, ut notat Orig. ho. 2. 4. in Numeros, & Chryl. ho. 2. 4. in Matt. Additur autē cū articulo: Ecce ille agnus. ut denotetur esse ille ipse, qui fuerat à facris uatibus prænūtiatus. Sic enim legimus apud Isaiam: Tanquam agnus coram tondente se obmutuit. & Hierem. in persona Christi. Ego tãquam agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam. Deniq; ut significetur abolitis uniuersis legalibus sacrificiis hunc solum esse agnum illum, qui potuit propter unionem humanitatis ad uerbum de toto rigore iustitiæ peccata delere: nam ut inquit Apost. Im possibile erat sanguine uitulorum, aut hircorum deleri peccata: ideo in Apoc. de electis dicitur: Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine agni, quasi diceret: nullo alio medio efficaci lauare poterant conscientias suas, & uestem nuptialem, sine qua conuiuū nuptiarū non licet ingredi, nisi sanguine, quasi immaculati agni iuxta Petrus: Sciētes, quod non corruptibilibus auro & argento redempti estis de uana uestra conuersatione, etc. sed pretioso sanguine, quasi immaculati agni, etc.

Controuertitur autē an de solis martyribus dicatur, quod lauerint stolas suas in sanguine agni: quia Aug. ser. 1. 1. de sanctis, de martyribus exponit, & Gregor. ho. 17. in Ezech. & Lyra. super Apo. 7. Accedit, quod ibi dicitur: Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, qualis est martyriū. Nihilominus tamen, quamuis Aug. & Greg. de martyrib. meminerunt, non tamen alios excluderunt electos ab hac albatorum congregatione, imo August. hom. 6. in Apoc. Nō inquit, ut aliqui putant soli martyres sunt, quia nō dixit. Lauerunt stolas suas in sanguine suo, sed in sanguine agni & gratia Christi. Idē tenet Beda eadē ratione ductus. Item de omnibus electis exponit Ansbertus, Haymo, & Ambrosius, qui explicat lauisse illos stolas suas primum per baptismum: postea uero per poenitentiā, & bona opera,

Exod. 28.
Leuit. 14.
Luc. 2.
Ioan. 1.
Origen.
Chrysol.
Isa. 53.
Hier. 11.
Hebr. 9.
Apost. 7.
Math. 22.
1. Petri.
I 7
Quæstio.
August.
Gregor.
Lyra.
August.
Beda.
Ansbertus.
Haymo.
Ambrosius.

quæ per Christi sanguinem vim habet mundandi. Hæc Ambrosius. Nemo ergo in cælum nisi qui detribulatione magna ueniat ingreditur. Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, ideo. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam.

I 8
Agnus quoq; uocatur filius Dei Apocal. 5. Vidi aguam stantem tanquam occisum habentem oculos septem & cornua septem. Dicitur autē. Tanquam occisus. Quia licet sit secundū naturā humanā occisus, sed nō secundum deitatem, deinde qui etiā secundū humanitatem citō resurrexit, ut notant Aretas, Ambrosius, Haymo, & Rupertus qui stantē exponit, idest, regnantē sicut regnare debebat qui pro salute mundi fuerat occisus. Dicente Paulo. In hoc Christus mortuus est & resurrexit, ut & mortuorum, & uiuorum dominetur. Oculos septem ad sapientiā Christi perfectam referunt patres, & ad septem dona Spiritus sancti, quia sequitur. Quia sunt septē spiritus Dei missi in omnem terram. Septem uero cornua plenā Christi potestatem, significant unde apud Iob de illo dicitur. Apud ipsū est fortitudo & sapientiā. Pulchrè autē septē oculis uidet necessitates nostras, & hostiū contra nos insidias, atque septē cornibus nos defendit. Sic septē oculis uidit Apostolos laborantes in remigando, & septē cornibus procillas tēpestatesque discussit sicut & Matth. 14. ergo secundū hanc rationē emphasim habet quod Dñs dicit apud Ioan. Sicut misit me pater & ego mitto uos. Quasi dicat, sicut me pater septēplici gratia Spiritus sancti secundū naturā humanā munitū misit in mundū, quasi septē oculos & septē cornua habentē, sic eisdē armis pollētes ut ad meā fidē gentes adducatis ego mitto uos. Neq; obstat quod apud Matth. Sicut ouis inter lupos. Et apud Luc. Sicut agnos inter lupos eos mittere dicitur, quia sicut ipse filius Dei agnus dicitur propter passionē & ouis: & nihilominus septē oculos, & totidē cornua, idest, dona Spiritus sancti habere de scribitur: Sic & Apostoli oues & agni sūt propter carnis infirmitatē sed munitio culis. & cornibus septē propter septiformē gratiam Spiritus sancti, & propterea de septem oculis agni dicit Ioannes. Hi sunt septem spiritus missi in omnem terram. Quia nimirum Apostoli quibus Matth.

Act. 14.
Math. 5.
Luc. 6.
I 8
Apost. 5.
Aretas.
Ambrosius.
Haymo.
Rupert.
Rom. 15.
Iob. 12.
Marc. 4.
Math. 14.
Ioan. 20.
Math. 10.
Luc. 10.
Isai. 53.

ultimo Dñs dicit. Euntes docete omnes gentes. oculos agni, idest, septiformē gratiā in omnē terrā dilatauerunt, in omnēque parte terrā exiuit sonus eorum.

Agnus etiam dicitur filius Dei Apoc. 6. a. d. & 7. c. d. & 12. c. Item Apoc. 13 Et adorauerunt (inquit) eam, idest, imaginem Antichristi. Omnes qui habitant terram, quorum nō sunt nomina scripta in libro uitæ, & agni qui occisus est ab origine mundi. Vbi significat eos omnes Antichristo subiciēdos, qui non sunt prædestinati in uitam æternam. Sed quæstio est quare, dicatur agnus occisus ab origine mundi, magis quā ab æterno si de occisione in diuina præscientia sermo est, ab æterno enim præsciuit Deus filium suum occidendū: ad hoc quidam patres respondent per hyperbatō dictū à Ioanne, ita ut ab origine mundi non debeat conuigi cum agno qui occisus est, sed cum libro uitæ, in hunc modum. Quorum nomina non sunt scripta ab origine mundi, in libro uitæ agni qui occisus est. Ita expresse Rupertus, Abbas, & Aretas legunt & Tyconius homil. 10. Eandem lectionem approbat Ambrosius. Dicitur liber uitæ continere nomina scripta ab origine mundi, quia tunc coeperunt homines scribi, quando omnes in Adā peccauerunt. Caterum alii dicunt agnū hic dici ab origine mundi occisum præuisione. Cælius in collectaneis sic exponit, quia si Adam primo parenti mox ut peccasset non ei fuisset data spes uenire, per fidem uiuā agni Christi crucifigendi facile desperasset. Fuit ergo ab Adā & posteris eius præuisa occisio agni Dei. Alij ut Ansbertus & Sixtus Senensis lib. 2. Bibliothecæ, &c. Dicunt agnū Dei in figura occisum in suis membris nēpe in Abel & aliis innocētibus, de quibus apud Matth. Ut ueniat, super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrā, à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinē Zachariæ, etc. Vtraque autem expositio probabilis est, sed posterior hæc magis.

Prætera Ioan. a. t. in Apoc. Vidi supra montē Sion aguū stantē, & cū eo cētū quadraginta quatuor millia. Vbicertū est montē Sion quidem terrenum sed cælestem intelligi. Magna uero disceptatio est, an de uirginibus: orpore & mēte sit sermo, de inde an iste numerus formalis & determinatus uirginū intelligatur: & quomodo?

Psal. 18.
Rom. 10.
I 9
Apost. 13.
Quæstio.
Rupert.
Aretas.
Tycon.
Ambros.
Rom. 5.
Ansbert.
Sixtus.
Senens.
Math. 23.
Apost. 14.
20
Quæstio.

Et primum quidem contra reclamantes nouatores, textus ipse palam exponit de ueris virginibus sermonem esse, quia sequitur. *Hisunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati uirgines enim sunt* Nec valet hereticorum argutia, de fornicatione idolatriæ cum Babylonica meretrice debere intelligi, quia non dicit. *Cum muliere non sunt coinquinati.* sed cum mulieribus, denique patres de ueris virginibus explicant Hiero. de laude uirginitatis & apologia ad Pamachium Aug. lib. de uirginitate ca. 27. & 28. & 29. Beda super Apocal. ibi que Prima. Ansel. O Ecumenius. Richar. Ambro. D. Tho. & alij de numero autem horum uirginum uariæ sunt opiniones Hieronym. loco citato in Apologia ad Pamachium contra Iouinianum, dicit esse de singulis tribus Israel excepta tribu Dan cuius loco substituta est, tribus leui Apoc. 7 uirgines esse illo numero præcisos, secunda opinio est Aretæ qui priorē sententiā refutat, ait si de illis tribubus uirgines fuissent, dicendum erat à Ioanne uidi ex illis tribubus. 144. millia quod cum non dixerit, consequens de his, qui crediderunt ex gentibus, eum numerum uirginum posuisse, ut grana seminis uerbi Dei duodecies milles secundum numerum Apostolorum multiplicata in uirginibus esse deprehendantur, iuxta illud Ioan. *Ego elegeris ut eatis & fructum afferatis &c.* Ita ut etiam in hoc uerū sit quod Christus ait. *Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet.* Quia filius Dei prædicans per se ipsum & seminans in terra bona fecit fructum: aliud trigessimū, & aliud sexagesimū, & aliud centesimū: Apostoli uero impulto locupletius, hoc est duodecies millicuplū fecerunt. Tertia sententiā est Bedæ, & comunior patrum accipi numerum determinatum pro indeterminato, sed ais hunc numerum non esse, de illis qui sic accipiuntur qualis esse solet senarius, duodenarius, & millenarius, quare dicendum puto non tam indeterminatum esse numerum, quam mysticum quia centum perfectionem significat. Item mille & quadraginta similiter nec non & numerus quaternarius propter totidē Euangelia, unde perfectionis sectatoribus quadraret, quæ sententiā est D. Thomæ, & aliorum multorum, & mihi placet propter hanc enim perfectionem uirginalis status

denotandam etiam Dñs dixit. *Sunt nonnulli qui se castrauerunt propter regnum caelorum qui potest capere capiat.* Ponitur etiam numerus perfectionis uirginibus beatis quia beati non erunt, si charitas illis desit quæ est uinculum perfectionis, ideo uirgines fatuæ quæ oleum charitatis non habuerunt exclusæ sunt.

De illo præterea quod subdit Ioannes eodē cap. *Virgines enim sunt & se qui agnum quocumque ierit.* magna quæstio est, quia de omnibus sanctis dicit Ecclesia. *O quam gloriosum est, regnum in quo cum Christo regnant omnes sancti & sequuntur agnum quocumque ierit.* Responderi tamen potest de uirginibus hoc specialiter modo dici, quomodo de aliis non dicitur, sicut Ioannes ibidem ait quod. *Canabant canticum nouum & nemo poterat dicere canticum illud nisi isti centum quadraginta quatuor millia.* Quare D. Thomas super hunc locum tenet esse his uerbis significatam aureolam uirginitatis. Sed si hoc solum esset, idem planè de martyribus dici posset, qui distinctas ab omnibus aliis aureolas habent, & tamen nec hoc legimus de illis dictum quod de uirginibus, propterea dicit Aug. lib. de sancta uirginitate cap. 27. & 28. & 29. esse quædam gaudia specialia uirginum, non sunt (inquit) gaudia alijs alia sed non talia, quod sequitur Prima. Beda Ansb. & alij. Cæterum ad huc quæstio est quæ sint illa gaudia. Porro mihi uidetur, omnibus sanctis distinctum: *si quis uult uenire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Et in hoc sensu non solum uirgines, sed & omnes sancti siue uirgines sunt siue martyres sequuntur agnum quocumque ierit ut exponit Richar. Victorinus quia due sunt inclinationes ueritatis: omnium quas qui uicerit, sequi dicitur agnum quocumque. Altera est ad conseruandum esse in diuidui, quam uincunt martyres. Altera uero ad conseruandam speciem, per generationem prolis, quam uirgines superant. Unde Ecclesia per synedochem omnibus tribuit sanctis quod proprium est uirginum, & martyrum ut pote qui sint præcipua sanctorum portio. Quauis prostrato dici posset omnes sanctos, etiam si confessores quoque comprehendas, qui nec martyres nec uirgines sunt sequi agnum Dei quocumque ierit, quia in omnibus faciunt eius uoluntatem, sed familia-

Hiero. August. Greg. Beda. Primasius. Anselmus. O Ecumen. Richard. Ambro. D. Tho. Hiero.

Aretas.

Ioan. 15.

Ioan. 14.

Matth. 13.

Beda.

D. Tho.

Matth. 19.

Colos. 3.

Math. 23.

20

Apoc. 14.

Quæstio.

D. Tho.

August.

Primas.

Beda.

Ansbert.

Matth. 16.

Richar.

Beda. D. Thom. Prim. Ansbertus.

Rupert.

22

Isai. 16.

Hierony.

Matth. 1. Vatablus.

4. Reg. 3. Hiero. Lyra. Vatab.

R. Ioseph.

Hierony. Pagninus. Vatab. Matth. 3.

rius quidem uirgines. Puritas quippe mentis & corporis, cæteris paribus, agno purissimo est amabilior, folique uirgines canticum illud canere ualent, in quo uirginitatis aureola, & gaudium quoddam illorum singulare ut ex Beda D. Thom. Primasio & Ansberto retulimus designatur. Quale nec Beatus Petrus Apostolorum coryphæus habet, qui nuptias expertus est, quidquid Rupertus dicit hoc loco. Fatemur autem ingenue canticum martyrum solis etiam martyribus competere, sicut & aureolam doctorum solis doctoribus, ut omnes scholastici in 4. sent. tenent, cum D. Thom. Verum ideo de uirginibus à Ioanne dictum est hoc singulariter, ut magis homines ad uirginitatis certamen animentur, quod laboriosissimum est, & perpetuum, & Christo Domino familiare cunctæque aulæ cælesti gratissimum.

Agnus Dominator terræ Christus est Isai. 16. *Emite agnum Dñe dominatorem terræ de petra deserti ad montem filia Sion.* Vbi Hieronymus Ruth moabitinam deserti petram esse dicit, de qua legimus in genealogia saluatoris. *Booz autem genuit Obeid ex Ruth.* Vatablus refert Hebræos hunc locum Isaiæ sic exponere, Mittant agnos Moabitæ de ciuitate quæ apud eos Petra uocatur, soluantque tributum dominatori terræ, uidelicet Ezechia regi, si cut soluere consueuerant antequam regnaret Achab, centum millia uidelicet agnorum, ut habes 4. Reg. 3. sed contra istos est Hieron. & communis sententiā patrū, & Lyranus & Vatablus qui tenent prophetiam esse de aduēu Christi de Ruth Moabitide. Multo autem minus audiendus est R. Ioseph qui uertit. *Mitte arietem dominatori terræ.* Id est, bellicam machinam quæ ut supra diximus aries uocatur. Sed fabula hæc sicut nullo nititur fundamento sic facile ab omnibus refutatur. Maxime quia uox Hebræa Car, quauis agnum significet, & arietem, semper tamen pro agno hoc loco ab interpretibus accipitur, sic Sept. uertunt. *Mittā agnum dominatorem terræ.* Et quauis dominatorem in Hebræo possit esse in genitiuo, & datiuo, & uocatiuo, sed etiam in accusatiuo ut uertit Hieron. & ante illū Sept. quare frustra Pagninus uertit in genitiuo & Vatablus in datiuo. Est enim dominator Christus de

quo Malac. *Et statim ueniet ad templum sanctum suum dominatos quæ uos queritis.* Quod in die purgationis Mariæ coepit impleri & ipse ait Matth. 11. *omnia mihi tradita sunt a patre meo.*

Agnus interdum in malum sumitur pro iuene lasciuente Prouer. 7. *Et quasi agnus lasciuens, &c.*

De nuptiis agni uide in uerbo Nuptiæ.

CAPVT CXXXVIII.

Arma, Armatus, Armatura, Armigatus.



Arma Hebraice dicitur Iazan Hiero. 5.

Arma sunt instrumenta militaria, sic dicta, quod ab armis siue humeris pendent.

Arma Dei per metaphoram dicitur uerbum Dei, sic ad Deum clamat Propheta. *Apprehende arma & scutum & exurge in adiutorium mihi.* Vbi Theodor. satis est, inquit uerbum Dei ad infligendam ultimatam poenam unde uerbo suo uenit armatus, quando in finali iudicio clamabit. *Ite maledicti in ignem æternum.* Sed ubi uulgata uertit apprehendere arma & scutum in Hebræo est. Apprehende maghem scutum & zina hastam & ita uertit Hierony. Apprehende scutum & hastam, quauis idem sit sensus de quo Sapiens. *Et accipiet armatura zelum illius.* Sic enim grece legimus in accusatiuo per appositionem, non zelus in nominatiuo, sicut ex errore imperitorum surrepsit. *Et armabit creaturam ad ultionem inimicorum.* Vbi Glossa Armat, inquit Deus creaturam, quando creaturis contra reprobos, quasi instrumentis utitur. Sic legimus apud Luc. *Erunt signa in sole & luna & stellis, &c.* Porro non solum Dei uerbum imo & zelus eius præter creaturas, armatura dicitur Dei. Item ira illius, & iustitia. Quæ omnia uocantur non solum armatura, sed panoplia, sic enim grece legimus loco citato sapietiæ *λν. μετα πανοπλιας τον ζηλον αυτου.* Quod Vatablus uertit. *Pro omni armatura proferet indignationem suam.* Et recte quia zelus hoc loco pro indignatione ponitur, unde subditur. *Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum, &c. acuet autem*

Luc. 2. Malachi. 3

Prou. 7.

I

III

2

Psal. 34. Theodo.

Matth. 25.

IV

Sap. 5.

Glossa.

Luc. 22.

Vatablus.

diram iram in lanceam . Vbi nequis putaret, meram Dei indignationem in iudicio finali dominaturam, iustitiam addidit pro thorace sumendam, & pro scuto similiter æquitatem, vt non passione planè furoris dominante, sed æquitate potius, & iustitia tranquille iudicante dammandos esse reprobos cogitemus, itaque cum in Euangelio legimus sponsum fatuis dicere virginibus . Amen dico vobis nescio uos . Vel seruum, quicentum denarios dimittere conseruo suo noluit, cum decem millia talenta liberaliter ei paulo ante dimissa fuissent à rege, in carcerem mitti. Donec totum dimissum redderet debitum. Aut quando, missis exercitibus suis perdidit inuitatos ad nuptias . quia seruos regios cæciderant . Vel denique quado malos agricolas qui filium Dei interfecerant male perdidit, recolamus hæc regulam, Deum videlicet iocicem cum tranquillitate iudicare, secundum merita singulorum, & iustitiæ leges.

4
Arma in literis sacris in bonum accipiuntur, & in malum, in bonum quidem opera bona arma lucis merito dicuntur sic Paulus. *Induamur, inquit, Arma lucis.* Vbi Hiero. ideo lucis arma vocari putat. Quia Ioan. 3. *Omnis qui facit ueritatem uenit ad lucem ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta .* Quod si quæras quare opera bona dicantur arma : respondet Ambro. super Rom. 13. *Boni actus arma lucis sunt, impugnantes tenebras, quæ sunt vitia carnis: hæc ille. Denique Diuus Thomas in commentariis virtutis, inquit, opera arma lucis sunt, quia lumini rationis sunt consentanea : & vt exemplar luminosum aliis imitanda proponuntur. Et recte plane qui in aliorum oculis, vt soli Deo placeat, recte operatur, exemplo suo quasi splendentibus armis, contra vitia tenebricosa, cunctos armat intuentes. Ideo Dominus dixit. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est.*

5
Arma quoque iustitiæ virtutis opera nominantur. 2. Corint. *Per arma iustitiæ à dextris à sinistris.* Vbi Ambr. Arma inquit, iustitiæ perimunt iniquitatem. Sed Hieronymus arma iustitiæ uari putat, quæ nos defendunt, ne in prosperis eleuemur, aut ne frangamur ad-

uersis. Itaque arma iustitiæ secundum Ambrosium sunt quidem offensiuæ, qualia Iob habuit dicens. *Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferbam prædam.* Et regius vates. *In matutino interficiebam omnes peccatores terra, &c.* Atqui iuxta Hieronymum Arma iustitiæ sunt defensiuæ, quibus hostium ictus retundimus, ne lædamur. Mihi autem videtur, opera iustitiæ vtrunque nobis præstare : Nos quippe defendunt sicut defenderunt olim ab aquis diluuij Noe & à fornace Babylonica tres pueros, & à carcere Ioseph. sed & aduersarias potestates fugant vt constat de Elia. 4. Regum. 1. & de Heliseo 4. Reg. 6. Porro Chrysostomus Theophy. ipsas prosperitates, & aduersitates arma iustitiæ uocari putant, quia ipsis utimur ad iustitiam generalem virtutum omnium, vel comparandam, vel conseruandam quidem, vel augendam, denique D. Tho. in cōmētariis ipsam virtutē iustitiæ arma iustitiæ arbitratur appellari, congruit autē cū eo quod idē Apostolus addit. *Induite ergo armaturā Dei ut possitis resistere in die malo &c. Indulte lorica iustitiæ.* Illud autē notādū parum prodesse lorica iustitiæ, exterius tantū induere, si animus maneat interiorius in ermis, quod contigit olim Pharisæis. Propterea suis Dñs dixit. *Nisi abundauerit iustitia uestra plusquā Scribarum, & Phariseorū, non intrabitis in regnū celorū.* Postremo arma iustitiæ sunt, mēbra corporis nostri in obsequiū Christi sanctificata. *Sed neque exhibeatis mēbra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos Deo tanquā ex mortuis uiuentes, & mēbra uestra arma iustitiæ Deo.* Sic mulier quæ erat in ciuitate peccatrix respiciens, oculos, qui fuerant iniquitatis nuper arma, conuertit in fontes lachrymarū. Item capillos & labia in arma iustitiæ, illis tergens pedes Iesu, his verò deosculans uestigia eius.

Arma militiæ nostræ sunt uerbū Dei & gratia Spiritus sancti. 2. Cor. *Arma militiæ nostræ nō carnalia sunt, sed potētia Deo ad destructionē munitionū.* Vbi Hiero. Arma, inquit, militiæ nostræ nō sunt facta de ferro, nec manu hominis fabricata sed potētia Dei, qua plus uel uerbo agas, quā alij homines carnalibus armis. Muniūt doctrinā suā falsi doctores astutiæ argumentis, sed aereas potestates Apostolus destruit

Iob. 29.
Psal. 100.
Hierony.
Gen. 6.
Dan. 3.
Gen. 41.
4. Reg. 1.
4. Reg. 6.
Chrysol.
Theophy.
Eph. 6.
Math. 6.
Rom. 6.
Luc. 7.
2. Cor. 10.
Hiero.

virtute

virtute gratiæ spiritualis. hæc ille. Certè his armis Dominus Apostolos muniit quando Ioan. 20. dixit. Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Item quando dixit. In quantumque domum intraueritis dicite pax huic domui.

5
Armatura fortium in scriptura uocatur exempla virtutum & doctrina sanctorum sic legimus de Ecclesia in Cantic. *sicut turris David collum tuum, &c. mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.* Vbi Gregor. in clypeis, inquit, Ecclesiæ omnis armatura fortium pendet, quia quisquis hostium cuneis fortiter resistere uult, in eis exempla uidet quibus armatus hostes valeat strenuè superare. Hæc Gregor. & Theodoret. munita, inquit, es o sponsa spiritus armatura, & facile hostes superas, cū omnibus fortium sagittis abundes, eosque modo per Apostolos modo per Prophetas redarguas: & ipsorum detegas imbecillitatem: hæc ille. Recte igitur de Ecclesia Dominus dixit. *Et portæ inferi non preualebunt aduersus eam*

6
Armatus in malum dicitur dæmon. *Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea que possidet.* De quo etiam Iob ait. *Et ipsū, subaudi impiū, rapiet armatus.* Vbi Greg. Antiquus inquit hostis quasi inermis vincitur cum mala aperte suggerens humanæ menti bona omnia simul destruere conatur, sed armatus uenit, quādo bona quædam intacta deserens latenter alia corrumpit. Hæc Greg. sic & Glossa interlinealis Armatus, inquit, est diabolus non aperte sed occultè decipiens. Sic & Glossa ordinaria, quamuis D. Thom. in commentariis iuxta historiam per armatum non malignum quidem spiritum sed hominem potius prædonem intelligat, qui diuiti insidiatu interimit, & spoliat eum, nec profunt tunc ei sed magis nocent diuitiæ suæ, ideo Dominus dicit. *Nolite uobis thesaurizare thesauros in terra.* De forti uero armato qui custodit atrium suum uide in dictione custodire numero. 32.

7
Armatus quoque dicitur impius homo contra Deum Iob. 15. *Cucurrit aduersus eum erecto collo & pingui ceruice armatus est.* Vbi Hieronymus pingui ceruice abundantiam & quasi super effluentē superbiam indicat impij iuxta illud Psalm.

Ioan. 20.
Luc. 10.
Cant. 4.
Greg.
Theodoret.
Math. 16.
Luc. 11.
Math. 12.
Greg.
Glossa.
D. Tho.
Math. 5.
Iob. 15.
Hierony.
Psal. 72.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Hæc ille. Diues ergo iniquus ex diuitiis arma fabricat contra Deū, superbiæ nimirum, auaritiæ, luxuriæ, & uitiorum omnium propterea Dominus dicit. Beati pau peres spiritu, &c.

¶ Arma ferrea quære in dictione æs.
¶ Arma confringet Psalm. 4. uide in dictione Arcus.
¶ Arma Gog. uide in dictione Arcus & in dictione Aquilo.

Armigatum dicitur musicum instrumentum, alligatum armis, idest, humeris 2. Reg. Vbi David percutiebat in organis armigatis, idest, ab humero pendentibus, quamuis Glossa organa quidem armigata perfectè compacta potius intelligat.

Math. 5.
8
2. Reg. 6.
Glossa:

CAPVT. CXXXIX.
Armenia.



Armenia ut refert Plinius libro. 6. cap. 18. duplex est altera maior & altera minor, maior monte Pariedro, & Euphrate amne diuiditur à Capadocia. De Armenia Hiero. de locis Hebraicis, ait, Arat est Armenia, siquidem in montibus Arat, idest, Armeniæ arca post diluuiū sedisse perhibetur Gen. 8. & dicuntur ibidē usque hodie eius permanere uestigia. Meminit horū montiū Hiero. in uisione contra Babylonē. Ioseph quoque in primo antiquitatum Iudaicarū libro sæculariū literariū historias profert, deinde recitat historias quas de hoc allegat Iosephus his uerbis. Berofus, inquit, Chaldæus super diluuiū referēs, hæc locutus est, dicitur huius nauis in Armenia prope montē Cordichū pars aliqua permanere & quosdā bitumen ex ea auellentes circūferre quo utuntur maxime qui lustrantur & se expiant; sed & Hiero. Ægyptius & Manasseas & multi alij: Nicol. quoque Damasc. in. 96. lib. refert, est in Armenia super Myniadem mons nomine Bearis ad quē multos in diluuiū fugisse autumat, ibiq; saluos esse: alios autem in arcæ alueo supernatantes ad eius verticem peruenisse, & vsoue ad

Gen. 8.
Hierony. Iosephus.
Berofus.
Hierony. Ægypt. Nico. Dam.

multas aetates ligna arcae monstrari solita, quos ego puto non esse alios, nisi quos Moyses legisset. Iudaeorum in suis voluminibus edidit. Hæc Hieronymus ex Iosepho, quod si propter foedus, quod cum Noe iusto percussurus erat, octo animæ salutæ sunt indiluuio ad generis humani propagationem, quanto certius in Ecclesia Christi saluabuntur electi propter promissionem filij Dei dicentis. Et porta inferi non preualebunt aduersus eam.

CAPVT CXL.

Armilla & circulus.



ARMILLA & torques dicitur Hebraice Seiroth in plurali Isai. 3.

Armilla vt scribit Lazius Reipublicæ Romanæ lib. 9. cap. 15. militare fuit ornamentum, tegumentum videlicet humeri in brachium deflexum, quod in antiquis sculpturis Leonis capite plerunque describitur, diciturque armilla ab armis græce βραχίοναρια & vt Priscianus ait brachialia ex auro potissimum, olim argentoque fiebant, & ab imperatoribus iis qui res præclare gesserant donabantur. Deinde ornamentum, foeminarum fuit quod ab sponsis donabantur sponsæ, de quo fit metio. & apud Isa. Aufer & Dominus ornamentum calciamentorum, lunulas, torques, armillas. Quod licet aliqui ad Babyloniam referant, captiuitatem, sed Hieronymus de excidio Hierusalem sub Romanis congruentius exponit, nec de foeminis solum expoliatis sed sub typo foeminarum de ciuitatibus intelligit Iudæorum, quæ corporalia simul & spiritualia ornamenta perdidit, de quo præcius filius Dei. Videns ciuitatem fleuit super illam.

Armilla per metaphoram virtutes de notant actiuas qualis est charitas, sic loquitur Dominus ad Hierusalem sub foemina figura Ezech. 16. Ornauit te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis. Vbi Theodoret. a t per armillas, vnumquodque eorum decet moraliter intelligere, quod ex virtutibus ad operandum nos excitat. Et Hieronymus quando bo-

na (inquit) opera dederit nobis Deus, circudat armillas manibus nostris. hæc ille. Has armillas plusquam aureas manibus circudedit Apostolorum, quando apud Marc. in multiplicatione septem panum in quatuor millia hominum, dabat discipulis suis ut apponerent turba. Item quando, dixit eisdem. Ego posui uos ut eatis & fructum afferatis. Hæc est armilla bonorum operum qua perforatur maxilla Leuiathan Iob. 40. Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillas eius? In quem sensum explicat Hieronymus illud Isaia. Auferet Dominus ornamentum, &c. & armillas. Id est, armillarum, inquit, bona opera, quales Rebecca accepit in sponsalibus.

Armilla virtutem verbi Dei omnipotentis metaphoricæ denotat Iob. 40. loco paulo ante, citato de Leuiathan antiquo dicitur. Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillas eius? Vbi sub nomine Hieronymi Beda pro circulo alij captapulum, & pro armilla forcipem dixerunt: circuli, captapuli, forcipis & armilla nominibus intelliguntur sermones diuinæ potentia, quibus superbus atque blasphemus superatus est à Deo, & attritus, hæc ille. Hac armilla perforauit Dominus maxillas draconis antiqui, quando. Erat Iesus eiiciens demonium, & illud erat mutum, & cum eiecisset demonium locutus est mutus. Sic Gregorius libro. 33. moral. Armilla, inquit, Dominus maxillam istius Leuiathan perforat quia ineffabili misericordiae suæ potetia sic malitiæ antiqui hostis obuiat, vt aliquando eos etiam quos iam male cepit, amittat, & quasi ab ore illius cadunt, qui post perpetratas culpas ad innocentiam redeunt. Hæc Gregor. Sic mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, & Zachæus etiam de facibus huius Leuiathan, armilla potentia meritorum Christi perforatis prodierunt in lucem.

Circulum ponere in naribus alcuius est illum inuitum trahere quo velis, quod de Senacherib Dominus dixit Isai. 37. Ponam circulum in naribus tuis, & frenum in maxillis tuis, &c.

Ponere circulum in auribus in bonum accipitur protimore Dei, qui auditum

Matth. 16.

I
שֵׁרֹת

Lazius:

Priscianus, 3

Isai. 3.

Hierony.

Luc. 19.

2

Ezech. 16.

Theodore.

Hierony.

Mar. 3.

Ioan. 35.

Iob. 40.

Hierony.
Isai. 3.

Gen. 24.

3
Iob. 40.

Beda.

Luc. 11.

Greg.

Luc. 7.

Matth. 9.

Luc. 19.

4

Isai. 37.

4. Reg. 19.

5

à malo

Ezech. 16.

Hierony.
Isai. 33.
Theodor.

Lucæ. 8.

6

Prou. 11.

Glossa.

Beda.

Ioan. 8.

Beda.

חֲרָמוֹן

Amos. 4.
Hierony.

Matth. 18.

חֲרָמוֹן

I

Hierony.

à malo custodit & munit, sic sub typo foemina dicit Dominus ciuitati Hierusalem Ezech. 16. Dedi circulos in auribus tuis. Vbi Hiero habet, inquit, circulos in auribus. Qui claudit aures suas non audiat sanguinè & sepit eas spinis. Ne patericeps fiat cui uicidit & detractoribus. Hæc Hieronymus sed Theodoret. super Ezech. sectione. 5. per circulos aurium bonam putat significari doctrinam, & virtutem obedientia, de qua Dominus dicebat apud Luc. Qui habet aures audiendi audiat.

Circulus aureus in naribus suis; pulchritudinem denotat sine prudentia Prou. 11. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua. Vbi Glossa & Beda circulum aureum si naribus suis infixeris, nihilominus in volutabro luti demegit illum. Sic mulier fatua pulchra licet sit, voluptatis se ceno immergit, hæc ille. Sic fecit a dultera quam, ne se rursus in lutum immergeret, Dominus monuit dicens. Vade iam amplius noli peccare.

CAPVT. CXLII.

Armon.



ARMON mons est in Armenia in quem decem tribus captiue ductæ sunt, vt dicit Hierony. Super illud Amos. Et proticiemini in Armondicit Dominus.

Armon autem interpretatur mons numerationis, quia quando post hanc vitam peccatores obstinati quales erant decem tribus, in locum supplicij proiciuntur, omnia eorum peccata ad luendas poenas vsque ad ad vitimum quadrantem numerantur, iuxta illud parabole debentis regi decem millia talenta. Vbi iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus quod ad usque redderet uniuersum debitum.

CAPVT. CXLIII.

Arnon.



ARNON nomen est torrentis & rupis etiam eidem prominentis de qua Hieronymus libro de locis Hebraicis Arnon, inquit, est

tupes quædam in sublimi prærecta in finibus Amorrhæorum inter Moab & Amorrhæos, Moab verò Arabia ciuitas est, quæ nunc Arcopolis nominatur: ostendunt regionis illius accolæ locum vallis in prærupta demersa satis horribilem & periculosum, qui vsque hodie Arnonas appellatur, in quo & militum ex omni parte præsidia distributa plenum sanguinis & formidinis testantur ad ciuitatem ingressum, hæc ille.

Legimus autem num. 21. Non terminus est Moab diuidens Moabitas & Amorrhæos, unde dicitur in libro bellorum Domini. sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon, scopuli torrentium inclinati sunt, ut requiescerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum. Vbi Lyranus magnum miraculum hic narrari dicit, facto quippe terræ motu scopuli montis Arnon inclinati super milites qui aditus custodiebant, ne intraret populus Israel, ceciderunt & opprefferunt eos, sicut fluctus maris opprefferant olim Aegyptios, complanataque via populus transtulit, de quo lege dictione collis num. 12.

CAPVT. CXLIII.

Aroma.



ROMA dicitur species suauiter olens quæ penetrat & confortat, dehuiusmodi frequens mentio in scriptura Hebraice dicitur Basan Exo. 30. Cant. 4. & 5.

In plurali verò dicuntur Basamim. Aromata metaphoricè virtutum opera significant. Sic exponit Gregor. illud Cantic. Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Habent, inquit, aliquando reprobi aromata sua, id est, virtutum moralium opera, qualia Phariseus habuit qui dicebat. Ieiuno bis in sabbato, &c. Item virgines fatuæ: virginitas quippe virtus moralis est, & illi de quibus apud Matth. Qui dicent mihi (ait) in illa die Domine Domine non ne in nomine tuo prophetauimus, &c. & uirtutes multas fecimus, &c. Quia ergo opera reproborum aliquando hominibus placent, Deo autem

Num. 21.

Lyra.

I
בָּסָן

בְּשָׂמִים

2

Greg.
Cant. 4.

Luc. 18.
Matth. 25.
Matth. 7.

X 4 quando

quando sine charitate sunt, minime placet, pulchre de bonis iustorum Ecclesie dicitur. *Odor unguentorum super omnia aromata.* Quia ut Greg. ait, quæ sancta Ecclesia ex charitate conficit, in naribus Dei sine cessatione placent, hæc ille. Et certe frater Dei testimonium dedit, aromata fidei viuæ cum reliquis virtutibus Chananæ super omnia sibi unguenta placuisse cum dixit. *Omnia magna est fides tua* Nec minus flagrantia sensit in fide Ceturionis quado clamauit. *Non inueni tantam fidem in Israel.* Et in conuersione Zachæi de quo dixit. *Hodie salus domui huic facta est.* Denique Magdalene cui dixit. *Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum.*

Aromata myrrhe & thuris opera sunt penitentia & orationis Cant. 3. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut uirgula summi ex aromatibus myrrhe & thuris.* Vbi Gregor. Per myrrham, inquit, carnis mortificatio designatur, per thus vero orationum munditia intelligitur: sancta igitur anima dum carnem suam a putredine vitiorum mortificat, quasi myrrham mortuo corpori adhibet, cum vero se ad caelestia maiori desiderio accendit, quasi thuribulo cor suum coram Deo facit, in quo dum per dilectionem virtutes congregat, quasi carbones accensos in thuribulo coaptat, dumque feruente orationes ad Deum emittit quasi fumum aromatatum è thuribulo educit. hæc Greg. Et profecto Deipara uirgo quamuis rebelles motus non senserit carnis, quos mortificare deberet, ieiuniis tamen & uigiliis corpus ad meritum macerabat cum oratione perpetua: unde Angeli admirantes de illa dicunt, quæ est ista quæ ascendit per desertum? & quauis semper hoc dicere possent sed maxime cum. *Exurgens Maria abiit ad montana cum festinatione.*

Aromata non solas virtutes sed & viros ipsos sanctos virtutum denotant odore flagrantes in Cant. *Messui myrrham meam cum aromatibus meis.* Vbi Gregor. Myrrham inquit sponsus cum aromatibus metit, quando electum suum, mortificatione uitæ ad perfectionem perducta, ab hac refecat uita, & ad horrea caelestia cum bonorum operum opinione perducit. Hæc Gregor. Sic sponsus Iesus adhuc infantulus presentatus in templo cepit metere myrrham suam, quando Simeon senex id in spiritu presentiens dixit: *Nunc*

dimittis seruum tuum Domine secundum uerbum tuum in pace. Sic Petram qui dixerat domino. *Tu es Christus filius Dei uiui:* una cum coapostolo eius Paulo, eadem die Romæ tanquam aromata toto orbe flagrantia falce Neronis inuoluit.

Nec solam aromata iustorum animæ, sed & montes appellantur aromatum in Canticis. *Fuge dilecte mi, assimulare caprea, hinc loque ceruorum super montes aromatum.* Tribus modis fugere dicitur sponsus super montes aromatum: primo ut recedat a peccatoribus obstinatis, & transeat ad iustos, ut exponit Greg. sic reliquit Iudeos, quibus dixit. *Eccce relinquetur uobis domus uestra deserta.* & transit ad conuertendas per Apostolos gentes dicens. *Euntes docete omnes gentes.* Alio modo fugit, quando Mar. ultimo. *Assumptus est in caelum.* ubi est super nouem Angelorum choros quasi super montes aromatum, ut exponit Lira. Dixerat enim sponsus. *Eo parare uobis locum.* Dicit ergo Ecclesia. *Fuge dilecte, para mihi locum, ut tecum gaudeam super montes aromatum.* Tertio modo Ecclesia uidens incomprehensibilem esse sponsum, quia *Nemo nouit filium nisi pater.* quod de notitia intelligit comprehensiuam, dicit, *fuge dilecte mi, non solum intellectus nostri superans acumen, sed & Angelorum captum, sic autem fuge ut saltem crebro uenias, licet non intra comprehensionem intellectus nostri, saltim super, ut aromata nostra inflammes.* Sic exponit Glossa, & certe montes aromatum erant corpus & anima Mariæ uirginis super quæ uenit filius Dei quando dixit illa. *Eccce ancilla Domini.*

Sunt & anime iustorum areolæ aromatum & scripture sancte Cant. 6. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum.* Vbi Gregor. descendit, inquit ad uisitandum hortum Ecclesie & peculiariter illos fouere gratia sua, quos uiderit maiori uirtutum exemplo redolentes. Hæc ille, sic ut numero precedenti dicebamus quando filius Dei natus est in mundo ad areolam diuertit aromatum Mariam uelidelicet & Ioseph. ab illa natus, & ab isto nutritus. Itæ non Herodem in presepio natus sed simpliciores Pastores gregum uisitauit, quibus Angelus dixit. *Quia natus est uobis hodie saluator.* Vata. per areolas aromatum sacros intelligit scripturarum libros, in quibus Christus inuenitur. Vnde scribit

Greg.

Matth. 15.

Matth. 8.

Luc. 19.

Luc. 7.

3
Cant. 3.

Greg.

Luc. 1.

4

Cant. 5.

Greg.

Luc. 2.
Matth. 16.

5
Cant. 6.

Greg.
Matth. 25.

Matth. 26.

Lira.
Ioan. 14.

Matth. 21.

Glossa.

Luc. 1.
6

Cant. 6.

Greg.

Luc. 2.
Vatablus.

& Phar-

& Pharisei, qui Christum recens natum non uiderunt, in sacris tamen scripturis inuenerunt: quando rogati ab Herode: *Vbi Christus nasceretur?* dicebant: *In Bethlehem Iudæ.* Sic enim scriptum est per Prophetam dicentem *et tu Bethlehem terra Iuda, etc.*

Aromata foeminae sanctæ emerunt apud Mar. *Cum transisset sabbatum Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum.* Vbi notandum morem fuisse Iudæis mortuorum & præcipue nobilium corpora multis aromatibus condire, ut constat Gen. 50. ubi Ioseph. *Præcepit seruis suis medicis, ut aromatibus condirent patrem.* Et de corpore filij Dei Ioannes: *Ligauerunt illud linteis & aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.* Sed cum Nicodemus in condiendo corpore Saluatoris Aloes, & Myrrhæ libras centum expendisset, quorsum denuo foemina sancte emerunt aromata? nisi forte maestitia quasi absortæ oblitæ fuerant unctio prioris, vel sancta quadam æmulatione obsequium Nicodemi vincere cupiebant iuxta illud Rom. *Spiritu seruantes Domino seruientes, quod si quis obsequi Domino cupit audiat dicentem: Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis.*

¶ Fluent aromata illius Can. 4. uide in dictione Auster.

¶ Genæ eius sicut areolæ aromatum Can. 5. uide in dictione gena.

CAPVT CXLIII.

Arrhabo.



ARRHABO uel uadimonium Hebraicè uocatur Erabon Gen. 38. Est autem Arrhabo pignus quod datur insignum seruandæ fidei promissionis præcipue inter sponsum & sponsam, de quo Gen. 38.

CAPVT CXLV.

Arrogantia.



ARROGANTIA dicitur Hebraicè Thiphleth. Sic habes Hier. 49. *Arrogantia tua decepit te: Arrogantia pars est su-*

perbia, quæ uel arrogat suis uiribus uirtutem, uel suis meritis bonum quod habet, quæ sunt duæ partes superbiae, quas ponit Greg. libr. 23. Mor. & D. Thom. 22. q. 162. ar. 4. uel. 3. arrogat sibi quod non habet, sicut quidam qui diuinitatem sibi cum essent mortales arrogauerunt, de quorum numero fuit Alexander Magnus qui dici uoluit filius Iouis Ammonij, id est, Arienarij, ut refert Curtius. Item Nabuchodonosor, qui suam ipsius statuam auream iussit adorari, ut Hieronymus ait, & alius Nabuchodonosor in libro Iudith. quorum omnium caput Lucifer est, qui non solum ipse dixit: *Ero similis altissimo,* ut explicat Cyprian. li. 1. Epistol. ad Cornelium: sed eandem arrogantiam primæ foeminae intillauit in paradiso, dicens eritis sicut dii. Quidam etiã cum mortales essent ut sibi apud posteros immortalitatem arrogarent, nomina sua stellis imposuerunt, sicut Saturnus, Iupiter, Mercurius, Venus, Mars, Apollo, Diana, sed hæc nomina tunc demum delenda sunt quando: *Virtutes caelorum commouebuntur, & motus caeli cessabit.*

Arrogantiam spiritus sapientia detestatur. Pro. 8. *Arrogantiam, & superbiam, & os bilingue detestor, & Iob. Omnem arrogantem humiliat,* quod cum non lateret uirginem Mariam, usque adeo fugit hanc diabolicam uanitatē, ut cum tanquam Dei mater ab Angelo saluaretur, illa se uocaret ancillam dicens. *Eccce ancilla Domini,* super quem locum Ambros. Vide (inquit) humilitatem, uide deuotionem, ancillam se dicit Domini, quæ Dei mater eligitur. Hæc ille. Quatum autem Deus arrogantibus resistat, præter illud quod scriptum est: *Deus superbis resistit,* exempla docens scripturarum. Enim uero Nabuchodonosor, qui diuinitatem affectauerat, instar syluestris apri per syluas errauit septem annis. Senacherib; qui per legatum Rabfacem contra Deum quasi potentior illo caput exererat, fugatus est ab Angelo centum octoginta quinque millibus de exercitu eius una nocte peste sublatis. Holophernes à Iudith foemina iugulatus est, qui supra Dei se maiestatem eleuauerat. Abimelech filius Gedeonis, qui regnum sibi arrogabat, lapidis fragmento mulieris manu percussus corruit. Nicanor qui supra templi Dei maiestatem ipse uirtutem sibi arrogarat,

Greg.
D. Thom.

Curtius.
Dan. 3.
Hier.

Isai. 14.
Cyprianus.

Gen. 3.

Luc. 1.
2

Pro. 8.
Iob. 40.

Luc. 1.
Ambros.

1. Petr. 5.
Iacob. 4.

Dan. 4.

4. Reg. 19.

Iudith. 13.

Iudic. 5.

2. Mach. 15. occisus est miserè Goliath, qui fortitudinem sibi singularem tribuebat, ictu lapidis ab adolescente David cæsus est. Denique: Deus de posuit potentes de sede, id est, arrogantes, & exaltauit humiles.

Luc. 1. 3. Arrogantiam Ioannes Baptista clarissimo quodam humilitatis exemplo declinauit, qui legatis Scribarum & Sacerdotum rogantibus an ipse esset Christus? cõfessus est, & non negauit, & confessus est quia non sum ego Christus. Deinde rogatus an esset Elias? respondit non, & an esset Propheta? & dixit non esse, neque dignum quidem se reputans vt Christi solueret calciamentum, vnde merito de illo filius Dei dixit: Quem existis in deserto uidere? Prophetam, &c. dico uobis & plus quam Prophetam. &c. & inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Porro neque: Qui se ipsum commendat ille probatus est sed quem i. eius commendat, quia scrutans corda & probans renes Deus. Fugies itaque Ioannes: arrogantiam, gemma carbunculi pretiosior, matutino Lucifero splendidior, sole fulgētē clarior euasit, Angeli nomen & dignitatem adhuc in carne mortali meruit: item negando se esse Eliam, zelum & sanctitatem Eliæ superauit, & qui se Prophetæ nomine iudicauit indignum, plusquã Prophetæ refluuit: denique ille qui ter se non esse dixit, tantus ore Domini fuit, vt illo maior inter natos mulierum nullus surrexit.

Luc. 18. 4. Arrogantiæ vitium fecit vt opera bona quæ fecerat Phariseus, nihil ei prodesent, quia quamuis dicens: Gratias tibi ago Domine quia non sum sicut cæteri homines, non sibi sed Deo tribuere bona opera videbatur, suis tamen illa meritis obtinuisse singulariter reputabat, quam speciem superbiæ ponit Greg. li. 3. 3. mor. & S. Th. 2. 2. loco num. 1. à nobis citato. Propria verò merita dicit se habere qui primam gratiã gratis accepisse minime recordatur, cum contra scriptum sit: Quoniam prior ipse dilexit nos, & quis prior dedit illi & retribuetur ei? quoniam ex ipso & in ipso & per ipsum sunt omnia, & Psal. Qui coronat te in misericordia & miserationib⁹. Vbi Aug. coronat (inquit) Deus in nobis misericordias suas, & apud Isai. iusti clamant: Domine omnia opera nostra operatus es in nobis, denique viginti quatuor seniores id recognoscētes in Apo. mittebant coronas suas ante thronum Dei, &c.

Arrogantiam Moabitarum incusantes Prophetæ nobis etiam nostram arrogantiam ob oculos ponunt, vt corrigant. Sic legimus Esai. 1. 6. Arrogantia eius & superbia eius plusquam fortitudo eius, & Hier. Quo modo dicitis fortes sumus & uiri robusti ad præliandum, uastata est Moab, & ciuitates eius ascēderunt, & iuuenes eius descenderunt in occisionem, & infra: Audiuius superbiam Moab superbiam eius & arrogantiam eius ego scio, & rursum: Arrogantia tua decepit te. Denique mater Ecclesia initio quadagesimæ ne arrogantia nos nostra decipiat, signas filios suos signo crucis & cinere benedicto dicit: Memeto homo quia puluis est & in puluerem reuerteris. Item ne arrogantia diuitiarum oculos populi claudat in Euãgelio canit. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra. Christus etiã Dñs vt sub nos doceret exẽplo omnẽ arrogantiam excutere, cū sanaret infirmos, eorũ fidei sanitatem tribuebat, sic apud Matth. femina à fluxu sanguinis curata dixit: Fides tua te saluam fecit. Et mulieri Chananæ: Sicut credidisti fiat tibi, præterea leproso mundato Matth. 9. dixit: Vide uimini dixeris. Denique ad patrem omnia referebat dicens: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Item: Pater in me manens ipse facit opera. Denique quam stulta sit hominum arrogantia mors docet vt de Alexandro cecinit Iuuenalis Satyra. 10.

Vnus Pelæo iuueni non sufficit orbis,
Æstuat inf. calis angusto limite mundi,
Cũ tamen à figulis munitam intrauerit urbē,
Sarpophago conuentus erit, mors una fatetur,
Quantula sint hominum corpuscula.

CAPVT CLXVI.

Artaxerxes.



ARTAXERXES, vt scribit Herodotus lingua Persica, magnus bellator dicitur, Xerxes autem bellator, ille autem Artaxerxes, de quo fit mentio. 1. Esdra. 7. Fuit septimus rex Persarum cognomento Longimanus, qui secundum Eusebium in chronico quadraginta regnauit annis, scribit autem Strabo libr. 15. tam longis fuisse brachiis, vt stans rectus manibus genua contingeret, vel vt (inquit)

Plutarchus

Plutarchus, Plutarchus, Longi manus dictus est, quia alteram habuit manum longiorem. Hic ergo in Iudæos extitit humanissimus, vique adeo, vt Esdras & Nehemiam miserit Hierosolymam, sicut apud Esdrã refertur, & Nehemiam. Ab anno autem vigesimo huius regis secundum certior sententiam Danielis hebdomadæ numerantur: de quo diximus in dictione abbreviare num. 3. Putat autem Iosephus lib. 1. 1. antiquit. cap. 6. hunc esse, qui Esther duxit uxorem, sed Eusebius in Chronico argumento valido contradicit, quod cum is miserit Esdras, haud dubium quin de historia Esther mentionẽ alicubi fecisset. Præterea quod Iosephus eodem lib. 1. 1. cap. 5. dicit Xerxes Darij Histaspis filium hunc fuisse Artaxerxes, qui Esdras misit & Nehemiã, stare non potest, quia Nehemias numerat annum trigessimũ quintum sui Artaxerxis. Constat autem Xerxes non excessisse viginti quatuor regni sui annos secundum historias.

2. Artaxerxes generale cognomen fuit Regum Persiæ: ideo Cambyfes filius Cyri Babylonis expugnatoris vocatur etiã Artaxerxes à Grecis, qui scribitur impedisse fabricam templi. 1. Esdr. 4. vt tenet Beda super eundem locum, & Iosephus lib. 1. 1. cap. 2. Eusebius quoq; in Chronico, quidquid dicat Seuerus Sulpitius lib. 2. sacre historie. Nec mirum si uolente Deo sub Cyro Iudæis prospera cuncta successerint, & sub eius filio Cãbyse mox aduersa, miscet enim Deus prosperis aduersa ad meritum patientiæ, quia vt habes in parabola seminantis: Qui corde bono & optimo audientes uerbum retinent, referunt fructum in patientia.

3. Artaxerxes Memnon undecimus fuit Persarum Rex, Memnon cognominatus ob singularem memoriæ tenacitatẽ, cui Plutar. in eius vita sexaginta duos annos regni tribuit, sed uerior sententia est quadraginta solũ annos regnasse, qui & duxit Esther, de quo latius in uerbo Esther. Artaxerxi uero Memnoni successit Artaxerxes Ochus duodecimus Persarum Rex annis viginti sex secundum Eusebium in Chronico, & Bedam lib. de sex ætatibus. An uerò sub hoc Rege historia Iudith contigerit, vt uult Seuerus Sulpitius lib. 2. historie, vel sub Cambyse filio

Cyri. vt putat August. lib. 1. 8. de Ciuita. August. capit. 2. 6. vel alius Rex Persarũ sit post Cambysem & ante Artaxerxem Ochũ, quod uerisimilius est, uidebimus in dictione Iudith.

CAPVT CXLVII.

Artemon & Aruum.

ARTEMON, de quo legimus in Act. nauis. &c. leuato Artemone secundum auræ flatũ tendebat ad littus, non est uelũ nauis, vt quidam minus consideratẽ putarunt, sed vt Vitubrius in libris de Architectura dicit, quem refert Antonius Nebrifensis in suis quinquagenis, machina est ad onera subleuãda, quæ Hispanicẽ Grua dicitur, tres habens trocleas, quas Hispani uocant poleas.

Aruum dicitur ab arando quasi ager aratus, de quo in dictione ager: quod uerò legimus Abac. 3. Et arua non afferent cibum explicatur lib. 3. in dictione cibus num. 10.

CAPVT CXLVIII.

Arundo, Arundinetum, calamus.

ARVND. Hebracẽ dicitur Kaneh.

Arundo crescit iuxta aquas, uacua, leuis, distincta nodis, auræ flatibus cedit. Hinc per metaphorã arundo uento agitata inconstantem hominem & leuiusculum denotat Matth. 1. 1. Quid existis in deserto uidere arundinem uento agitatam? quod turbis super Ioanne Baptista Dominus dixit, ubi Hieronymus. Nunquid ait, hoc existis in deserto uidere, hominem calamo similem, qui omni uento circumfertur, & qui leuitate mentis de eo ambigeret, quem antea prædicauerat? Hæc Hieronymus. Enimuero cum Ioannes de Christo dixisset: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Si hoc in dubium postea uerteret, leuissimus esset. Decet autem sacerdotem Dei, & præconem grauitas morum, quia ciuitas est supra montem posita. Et murus æreus & columna ferrea Hiere. 1. imo

de

Pfal. 34. de omnibus Christianis Propheta canit: In populo graui laudabo te, idest moribus bonis constante.

2 Sap. 3. Arundineto comparantur reprobi in Sapient. Fulgebunt iusti, & tanquam scintille in arundineto discurrunt, iudicabunt nationes. Iustos hoc loco Glossa, & Lyranus Apostolos & Apostolicos viros intelligunt, quibus Dominus ait. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Sententia itaq; Apostolorum scintillarum instar insiliet in reprobos, quasi in arundinetum vento vrente diuinæ iustitiæ iam arefactum, discurrunt autem iusti velocissime per dotem agilitatis, vt Lyranus ait, quando iudicio consummato, cum Christo in cælum ascendent, complente Domino promissione, quam illis fecerat apud Ioan. Cum preparauero uobis locum iterum ueniam ad uos, & assumam ad me ipsum.

3 Matth. 12. Arundo quassata vel calamus quassatus dicitur peccator Matth. 12. Arundinem quassatam non confringet. pro quo Isai. posuit: Calamum quassatum non confringet. Vbi Hieronymus explicat. Non mittet peccatorem poenitentiam agentem in desperationem ueniæ, sed omnibus erit placabilis, sic inquit mulieri peccatrici dixit: Remittuntur tibi peccata tua, & adulteræ: Neque ego te condemnabo. de hoc vide lib. 5. in dictione extinguere.

4 Psal. 67. Arundinis ferè dicuntur potentes beligerantes; quos arundinis instar conterit Deus Psal. Increpa feras arundinis. Hebraicè in singulari dicitur Chaiath, bestiam Kanech arundinis. Sed nescio quomodo, vel vnde Vatablus vertit, increpa exercitum hastatorum. Hierony. ad veritatem Hebraicam transfert: Increpa bestiam calami. Et quidem Vatablus & Ianfenius has feras arundinis, siue exercitum hastatorum Idumæos intelligunt, & Philistæos, qui beligerantes contra Israëliticum populum increpati sunt à Deo, & contriti, sed Lyranus, qui melius de nouo testamento hunc Psalmum exponit, feras arundinis Imperatores Romanos. & tyrannos omnes intelligit, qui vento gloriae vanæ, vel cultus idolorum, quasi arundines vento agitate mouebantur contra martyres Christi, sic ante Lyranū Aug.

de gentilibus exponit, quæ omni vento doctrinæ mouentur. & Genebrard. etiam Hierony. verò hæreticos intelligi putat, qui calamo, & charta scribunt errores suos, quam explicationem sequitur Glossa. Cæterum Chaldaicus paraphrastes non ineptè fortasse in alium sensum vertit, videlicet increpa exercitum peccatorum increpa illos sicut cannam. Sunt ergo feras arundinis potentes seculi contra ecclesiam beligerantes, sed arundinis more conuassandi, in quo sensu Dominus dicebat apud Ioan. Venit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur se obsequium præstare Deo, & hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem, neque me, idest non nouerunt meam, & patris deitatem & omnipotentiam, hæc enim quasi feras arundineas conteret eos. sic & pater mihi in Psalmo dixit: Reges eos in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringes eos. De hoc vide in verbo congregare.

Arundo aurea dicitur mensura, quam metiebatur angelus ciuitatem caelestis Hierusalem in Apocal. Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundinem auream, ut metiretur ciuitatem. Hic primū aduerte Græcè legi τὸν καλαμὸν χρυσοῦν, idest arundinē auream, sicut etiam legit Primasius, mendosè itaq; legunt alii qui mensuram arundineam auream, sed substantiue legendum arundinem, quod si roges, quare uocetur arundo, recole genus quoddam mensuræ ædificiorum calami esse sex cubitorum, & palmi apud Hebræos. sic legimus apud Ezechielem. Et ecce uir cuius erat species, quasi species aris; &c. & calamus mensuræ in manu eius. Et infra. In manu uiri calamus mensuræ sex cubitorum & palmi. de quo agimus lib. 3. in verbo cubitus. Atqui Richardus per ciuitatem Hierusalem Ecclesiam etiam hoc loco intelligit militatē, cui plurima conueniunt eorum, quæ hic ab aliis de caelesti Hierusalē explicantur: vnde hūc Angelum prædicatorum chori typū esse putat, qui arundine aurea, idest doctrina Scripturæ sacræ omnium Ecclesiæ filiorum studia, & actiones metiuntur, sed communior sententia patrum de Ecclesia exponit triumphante & angelū hunc esse Christū, ita Victorinum, Beda, Ambrosius, Rupert. Glossa. & D. Tho. Arundinem uero auream Beda sapientiā Christi esse

Pfal. 34. de omnibus Christianis Propheta canit: In populo graui laudabo te, idest moribus bonis constante.

2 Sap. 3. Arundineto comparantur reprobi in Sapient. Fulgebunt iusti, & tanquam scintille in arundineto discurrunt, iudicabunt nationes. Iustos hoc loco Glossa, & Lyranus Apostolos & Apostolicos viros intelligunt, quibus Dominus ait. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Sententia itaq; Apostolorum scintillarum instar insiliet in reprobos, quasi in arundinetum vento vrente diuinæ iustitiæ iam arefactum, discurrunt autem iusti velocissime per dotem agilitatis, vt Lyranus ait, quando iudicio consummato, cum Christo in cælum ascendent, complente Domino promissione, quam illis fecerat apud Ioan. Cum preparauero uobis locum iterum ueniam ad uos, & assumam ad me ipsum.

3 Matth. 12. Arundo quassata vel calamus quassatus dicitur peccator Matth. 12. Arundinem quassatam non confringet. pro quo Isai. posuit: Calamum quassatum non confringet. Vbi Hieronymus explicat. Non mittet peccatorem poenitentiam agentem in desperationem ueniæ, sed omnibus erit placabilis, sic inquit mulieri peccatrici dixit: Remittuntur tibi peccata tua, & adulteræ: Neque ego te condemnabo. de hoc vide lib. 5. in dictione extinguere.

4 Psal. 67. Arundinis ferè dicuntur potentes beligerantes; quos arundinis instar conterit Deus Psal. Increpa feras arundinis. Hebraicè in singulari dicitur Chaiath, bestiam Kanech arundinis. Sed nescio quomodo, vel vnde Vatablus vertit, increpa exercitum hastatorum. Hierony. ad veritatem Hebraicam transfert: Increpa bestiam calami. Et quidem Vatablus & Ianfenius has feras arundinis, siue exercitum hastatorum Idumæos intelligunt, & Philistæos, qui beligerantes contra Israëliticum populum increpati sunt à Deo, & contriti, sed Lyranus, qui melius de nouo testamento hunc Psalmum exponit, feras arundinis Imperatores Romanos. & tyrannos omnes intelligit, qui vento gloriae vanæ, vel cultus idolorum, quasi arundines vento agitate mouebantur contra martyres Christi, sic ante Lyranū Aug.

de gentilibus exponit, quæ omni vento doctrinæ mouentur. & Genebrard. etiam Hierony. verò hæreticos intelligi putat, qui calamo, & charta scribunt errores suos, quam explicationem sequitur Glossa. Cæterum Chaldaicus paraphrastes non ineptè fortasse in alium sensum vertit, videlicet increpa exercitum peccatorum increpa illos sicut cannam. Sunt ergo feras arundinis potentes seculi contra ecclesiam beligerantes, sed arundinis more conuassandi, in quo sensu Dominus dicebat apud Ioan. Venit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur se obsequium præstare Deo, & hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem, neque me, idest non nouerunt meam, & patris deitatem & omnipotentiam, hæc enim quasi feras arundineas conteret eos. sic & pater mihi in Psalmo dixit: Reges eos in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringes eos. De hoc vide in verbo congregare.

Arundo aurea dicitur mensura, quam metiebatur angelus ciuitatem caelestis Hierusalem in Apocal. Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundinem auream, ut metiretur ciuitatem. Hic primū aduerte Græcè legi τὸν καλαμὸν χρυσοῦν, idest arundinē auream, sicut etiam legit Primasius, mendosè itaq; legunt alii qui mensuram arundineam auream, sed substantiue legendum arundinem, quod si roges, quare uocetur arundo, recole genus quoddam mensuræ ædificiorum calami esse sex cubitorum, & palmi apud Hebræos. sic legimus apud Ezechielem. Et ecce uir cuius erat species, quasi species aris; &c. & calamus mensuræ in manu eius. Et infra. In manu uiri calamus mensuræ sex cubitorum & palmi. de quo agimus lib. 3. in verbo cubitus. Atqui Richardus per ciuitatem Hierusalem Ecclesiam etiam hoc loco intelligit militatē, cui plurima conueniunt eorum, quæ hic ab aliis de caelesti Hierusalē explicantur: vnde hūc Angelum prædicatorum chori typū esse putat, qui arundine aurea, idest doctrina Scripturæ sacræ omnium Ecclesiæ filiorum studia, & actiones metiuntur, sed communior sententia patrum de Ecclesia exponit triumphante & angelū hunc esse Christū, ita Victorinum, Beda, Ambrosius, Rupert. Glossa. & D. Tho. Arundinem uero auream Beda sapientiā Christi esse

Genebrard.
Hierony.
Glossa,
Chaldæus.
Ioan. 16.
Pfal. 2.
5
Apoc. 11.
Ezech. 40.
Richar.
Victor.
Beda.
Ambros.
Rupert.
Glossa,
D. Thom.
Beda.

Ioan. 5. esse putat, quæ singulorum merita nouit, & præmia destinauit, quia Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. ideo dicebat Apostolis: Eo preparare uobis locum: ita & Rupert. quia: De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Preparat ergo omnibus electis in cælo mansiones, iuxta mensuram arundinis aureæ sapientiæ suæ atq; iudicij. Alij uero dicunt mensurā arundineam auream esse eternitatem, quæ mensura est uisionis beatæ sanctorum, habet autem eam Christus in manu sua, qui ut Deus illā confert apud Ioā. Ego uitā eternam do eis. Et ut homo illam nobis promeruit passione sua.

CAPVT CXLIX.
Asa.

ASA Interpretatur Medicus, fuit rex Iuda, & filius Abiam 3. Reg. 15. & initio sanctissime gubernauit, & uixit honestissime, tanquā uerus religionis cultor & pietatis amator, sed in fine in superbiam elatus, quod uitium iustis ualde cauendum est, fœdus iniuit cū Rege Syriæ: de quo cum correptus esset ab Anani Propheta, egre tulit, misitq; Prophetā in neruum, quare diuina ultione per uisus doluit pedes, neq; in infirmitate sua quasi uisit Dñm, sed magis in medicorum arte confusus est: ideoq; sine remedio vitam cum doloribus clausit, cuius contrariū fecit mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, sed in uirtute Christi confusa tactu sibriæ Dominici uerimenti sanata est apud Matth. postquam substantiam suā in medicis columpserat.

CAPVT CL.
Asael.

ASAEEL Interpretatur factura Dei fuit frater Ioab ducis totius exercitus Dauid, Cursor velocissimus, qui in prælio persequutus est Abner principem exercitus Isboeth Regis uidecim tribuū Israël filij Saul, cumq; rogaretur ab Abner, ut declinaret alio, sineretq; persequi tantum ducem fugientem, noluit Asael, donec percussit eum Abner auresa hasta in inguine, occiditq; pertinacē, quo ex-

Ioan. 5.
Ioan. 14. Rupert.
Ioan. 10.
3. Reg. 15.
2. Para. 16.
Matth. 9.
2. Reg. 2.

plodocemur inimicos cedentes non nimis hostiliter persequi, & maximè satisfacere paratos, dicente Domino: Diligite inimicos uestros. Nam effundendi cruoris nimium cupidi sine sepe calamitose per-eunt. iuxta illud Psal. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.

CAPVT CLI.
Asaph.

ASAPH Filius Barachæ princeps cætorum fuit. 1. Par. 6. a. 16. a. Esdrae 2. e. Quādo uero in titulis Psalmorum ponitur intellectus Asaph secundum regulam August. super Psal. 72. & 73. denotatur sub typo Iudaici populi, & Synagogæ aliquod legis gratiæ mysterium contineri.

CAPVT CLII.
Ascendere, Ascensor, con-scendere.

ASCENDERE Hebraicè Iaal est progredi, & moueri ab inferiori loco ad superiorem, sic legimus in Gen. Fons ascendebat de terra irrigans uniuersam superficiem terræ. Sed ubi uulgata uertit fons Hebraicè est יַעַן. ed. quæ uox uaporem significat Theodoretus citat Aquilam uaporem interpretantem, Chaldaicus paraphrastes uertit nubem, sed quomodo fontem significet, uide in dictione fons lib. 6. ubi de hoc latius agimus.

Ascendere cubile alterius est, uxorem eius violare in Genes. ubi Iacob ad Rubem primogenitum dixit: Non crescas, quia ascendisti cubile patris tui. de quo in dictione aqua. interim nota cubile hoc loco uocari Iesui à uerbo Iasa sternere, fiebat autem ex ligno, vel tabulis stratis cubile. Ascendere nouaculam super caput alicuius est tonderi, sicut legimus de Sansone Iudi. 16. Nouacula non ascendet super caput eius, idest erit Nazareus Domino consecratus. Ascendere dicitur clamor in cælum, uel quando uociferatio magna fit qualis esse solet in prælio. 1. Machab. Clamor belli ascendit ad cælum, uel tempore pestis. 1. Reg. Ascendebat uluiatus in

cælum

Matth. 5.
Psal. 54.
1. Paral. 6.
1. Esdrae, 2.
Regula.
יַעַן
I
יַעַן
Theodor. Aquila. Chaldæus.
2
Gen. 49.
יַעַן
Iud. 16.
1. Mach. 5.
1. Reg. 5.

Gen. 18. *cælum*, quod dictum est per hyperbolem, vel quando peccata publica sine Dei timore patrantur, sicut apud Sodomitas olim. *Descendam & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me opere compleuerint, &c.* Ascendere quoque dicitur malitia peccantium coram Deo per metaphoram. sic de Ninie legimus Ioan. 1. *Ascendit malitia eius coram me.* & de Rege Senacherib, Dominus dixit in Isai. *Superbia tua ascendit in aures meas.* Denique metaphoricè dicuntur montes ascendere, quia excelsi sunt, vel fluctus maris ascendunt instar montium. Psal. 103. *Ascendunt montes, & descendunt campi, &c.*

3 Ascendere sermones super cor alicuius indicat indignationem & superbiam secundum phrasim scripturarum, sic de Gog vno de septem gentium Regibus maximè Scytharum, qui sequuturi sunt partes Antichristi legimus apud Ezech. *In die illa ascendent sermones super cor tuum.* Sic explicat Hieronymus, quia sequitur: *& cogitabis cogitationem pessimam.* Licet aliquando ascendere aliquid super cor, denotat recordationem illius. sic Isai. ait. *Et non erunt in memoria priora, neque ascendunt super cor.* Denotat etiam interdum hæc phrasitentationem, quæ ab inferioribus manat, sicut Dominus discipulis de eius resurrectione dubitantibus dixit: *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra.* Vbi Beda. Cogitationes, inquit, nõ desuper descenderunt, sed de ino in cor, sicut herba mala ascenderunt. Hæc ille. Est itaq; regula in literis sacris, quæ mala sunt, vel terra ascēdere vel in homine, vel super hominē dici frequenter, quæ verò de cælo sunt descendere in cor, vel in hominem. ita D. Thom. super illud 1. Corinth. 2. *Oculus non uidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.* Alio, inquit, modo potest exponi secundum, quod propriè dicitur in cor hominis ascendere, id quod ab inferiori prouenit in hominis intellectum, nempe à sensibilibus & infimis, quare clara Dei visio non ascendit in cor humanum, quia non nisi lumine gloriæ descendente potius de supernis datur reuelatione diuina. Hæc ex D. Thom. sic intelligitur illud Iacobi. *Omne datum op-*

timum & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum. sic & Baptista dixit: *Vidi spiritum descendentem, &c.* Secundum regulam prædictam facilius intelligitur locus ille Eccles. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super locum tuum ne dimiseris.* Vbi non est sermo de Spiritu sancto, qui potius descendit in hominem, quam ascendat super eum, sed de spiritu nequam. Vnde Hierony. ibidem. Principem, inquit, mundi istius, & rectorem tenebrarum harū, &c. nunc scriptura significat, quod si in cor nostrum ascenderit, & animus malæ cogitationis vulnus acceperit, non debemus locum vltro tribuere, sed pugnare contra cogitationem pessimam. De quo Psal. *Si mei non fuerint domūti tunc immaculatus ero, & emūdabor à delictis maximo.* Hæc Hierony. Hoc docebat Dominus, quando dicebat: *Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris, id est, quare non resistitis ascendenti cogitationi pessimæ?*

5 Ascendere dicitur secundum eandem phrasim ira Dei, aut fumus in ira Dei, quia Deus natura sua nulla perturbatione mouetur, sed omnis iræ demonstratio, qua punit errantes ab imis coram eo, hoc est à nostris peccatis ascendit. Ita 2. Reg. 22. dicitur: *Ascendit fumus de naribus eius.* Quod metaphoricè intelligendum est, quia *Deus spiritus est.* Sed nates eius denotant iudicium, quo bona discernit à malis, hoc autem iudicium peccatis nostris, quasi cogitur fumum contra nos, & flammæ punitionis emittere. iuxta illud Isaiæ: *Alienum opus eius ab eo, id est opus vindictæ, vsque adeo, vt puniturus ciuitatem propter insignem eius ingrati tudinem tamen illam, id est, Hierusalem fleuisse legatur.*

6 Ascendere dicitur oratio, vel fumus in censi, qui significat orationem in Apoc. *Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli.* Sic de Ecclesia miratus Salomon, ait in Cant. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut uirgula sumi ex aromatibus myrrha, & thuris.* Vbi Theodoret. Aquila, inquit, & Simmachus sermonem nobis perspicuum reddiderunt, dicentes: *Sicut similitudo sumi ex suffumetis.* Nec immerito illam similem sumi suffumeto dicunt, quæ vt ait B. Paul. *Membra sua constituit hostiam uiuentem sanctam Deo*

Ioan. 1.

4
Eccles. 10.

Hierony.

Psal. 18.

Matth. 9.

Luc. 5.

5

2. Reg. 22.

Ioan. 4.

Isai. 28.

Luc. 19.

6

Apoc. 8.

Cant. 3.

Theodor. Aquila.

Symmach.

Rom. 12.

placentem,

placentem, quæ sacrificat assiduo laudis hostiam. Hæc Theodor. Talem Dominus exigebat à nobis affectum orandi quædo dicebat: *Oportet semper orare & non deficere.* & Matth. 5. *Orate pro persecutibus uos.* Item: *Petite & accipietis.* De orantibus tanto mentis affectu, dicitur Psal. *Beatus uir cuius est auxilium abs te ascensionis in corde suo disposuit.* Vbi Theodoret. Ascensiones, inquit, Dei in corde factas, quid nisi pias cogitationes de Deo Propheta nuncupauit.

7 Ascendit etiam Ecclesia de paruo principio Cant. 3. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto delictis affluens enixa super dilectum suum.* Vbi ascensum Ecclesiæ de deserto peregrinationis huius auxilio spõsi Christi per contemplationis delicias in cælū, exponit Gregor. sicut ascēdebat Maria. De qua dicitur: *Maria optimam partem elegit.* Sed Lyr. in sensu historico putat hoc de Ecclesia prædici, quæ in desertis multo tempore sub tyrannorum persecutione latitabat. Deinde vero tēpore magni Cōstantini de desertis ascendente, & delictis pacis Christi fruente. De qua pace in eodem cap. *Et facta, inquit, sum coram eo sicut pacem habens.* Quæ expositio placet, de hoc autem Ecclesiæ tempore Dominus dicebat: *Vos uerò contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium.*

8 Ascendit etiam iusti merito perfectionis vitæ Cantic. 4. vbi sponsus dicit Ecclesiæ: *Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.* Vbi Glossa dicit: *Capillos sponsæ pauperes esse voluntarios, qui capiti Christo pauperi adherentes, & illum ornant, & ab eo ornantur, ex eo enim quod Christus egenus factus pro nobis est, vt sua nos inopia ditaret, ipse vt caput ornat pauperes dicēs: Beati pauperes spiritu.* Et rursus illi Christum ornant, dicentes: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.* Quæ expositio de mente Glossæ pulchra est. Sed Vatablus explicat: *O sponsa sicut mons Galaad ornatur gregibus caprarum, quibus recedentibus, quasi decaluatus manet, sic & tu capillis tuis ornaris, vel vt Lyr. ait, sic ordinati sunt capilli tui, sicut greges caprarū, sed cū spõsa sit Ecclesia, certe sanctis & iustis sub ordine uiuentibus ornatur, quasi flauo capillitio, & martyribus præcipue atq; Apostolis, vt Glossa dixit.*

Luc. 18.

Matth. 5.

Ioan. 16.

Psal. 83.

Theodor.

7
Cant. 8.

Gregor.

Luc. 10.

Lyr.

Cant. 8.

Ioan. 16.

Cant. 4.

Glossa.

1. Cor. 8.

Matth. 5.

Matth. 19.

Vatablus.

Lyr.

Ascendunt etiam prædicatores merito conuersionis gentium Cant. 6. *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis foetibus.* Vbi Greg. Dentes, inquit, Ecclesiæ sancti prædicatores vocantur, quia dum paruulis panē doctrinæ frangunt, quasi matres filii cibum masticant, sunt autem gemellis foetibus, quia in duobus præceptis charitatis omnibus supereminēt, ex quibus tota lex pendet, & Prophetæ. De lauacro autem ascendunt. vt idem Gregor. ait, id est de baptismo. De quo Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei.*

10 Ascendunt quoq; gētes per fidem uiuam ad montem Ecclesiæ. sic Isai. ait. *Ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.* Quod etiam repetitur Mich. 4. quem locum explicat Origenes lib. 5. contra Celsum de conuersione gentium ad montem Ecclesiæ, hoc autem est, quod Dominus dixit apud Matth. *Multi ab Oriente & Occidente uenient.* & alibi. *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere.* Sed B. Hiero. super eundem locum Esaia montem dicit esse Christum additq; in huius typū ascendisse prius Dominum in montem: & deinde octo beatitudines docuisse, quia prius, inquit, discendæ sunt viæ Domini, & postea ambulandum in semitis eius. Hæc ille in eodē sensu dicitur Psal. *Quis ascendit in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus & mundo corde.* Vbi Glossa. Determinat, ait, quibus virtutibus præditi esse debent in Ecclesia. Secunda expositio est montē hic esse iustitiæ culmen. sic explicant Hierony. August. & Cassiodor. Tertio Lyr. nus de ascensu in montem Moria, vbi tēplum Iudæorum erat ædificatum intelligit. Quarto verò Theodoret. de ascensu in montem patriæ cælestis. De quo Paul. *Ascendistis ad Sion montem, & ciuitatē Dei uiuentis,* quæ explicatio magis consonat textui, quia sequitur: *Attollite portas, &c.* quod de ingressu gloriæ communior sententia patrum intelligit: fuit autem hic ascensus figuratus, quando cum tribus Apostolis ad transfigurationis mysteriū Dominus ascendit in montem.

11 Ascendere de terra sine addito in scripturis, idem est, quod crescere & multi-

9

Cant. 6.

Gregor.

Matth. 22.

Ioan. 3.

10

Isai. 2.

Origines.

Matth. 8.

Ioan. 10.

Hiero.

Matth. 5.

Psal. 23.

Glossa.

Hieron.

August.

Cassiodo.

Lyr.

Theodor.

Hebr. 12.

Matth. 17.

11

plicari.

Ofca. 1. *plicari, sic apud Ofca. Et congregabuntur filii Iuda, & filii Israel pariter, & ponent sibi caput unum, & ascendent de terra.* De quo disceptatio est inter expositores, an in historico sensu per filios Iuda, & filios Israel Iudeorum reliquias ex omnibus tribus in fine mundi conuertendas intelligere debeamus? An verò per filios Iuda, & filios Israel non materiales Iudeos, sed Gentiles ad fidem etiã venientes intelligere potius oporteat? hoc autè posterus tenet Aug. lib. 18. de Ciuit. ca. 29. quem Lyran. & multi ex recentioribus sequuntur: imò Hierony. tanquam probabilissimã sententiam hanc potiori loco ponit: quia Apostolus, inquit, omnẽ nobis difficultatem interpretationis abscedit. Quos, inquit, uocauit nõ solum ex Iudeis, sed etiã ex gentibus, sicut in Ofca dicit, &c. Nihilominus tamen posteriorem expositionẽ de reliquiis tribus Iuda, & decẽ tribuum Israel in fine conuertendis ad literam intelligentium vt cumq; admittit Hierony. Quando caput vnũ Christum suscipient, & implebitur illud Ioan. *Fiet vnũ ouile & vnus pastor.* Illud autem simul controvertitur, quid sit iuxta literam: *Ascendent de terra.* Nam quòd Chaldaicus vertit: *Ascendent de terra captiuitatis sue.* Non multum placet, nisi de captiuitate peccati dicere velit, quòd Vatablo placet. Nihilominus Lyran. rectius exponit ascendere de terra sine addito secundum Hebrẽã phrasim esse multiplicari. si supra exposuit illud Cantic. de Ecclesia, quando sub Constantino magno multiplicata est. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum?* Item de populo Babylonico multiplicando contra Hierusalem, & totam Asiam legimus Hiere. 47. *Eccce quæ ascendit ab Aquilone.* Et de Rege Ægypti multiplicato populo surgente apud Hier. dicitur: *Quis est iste qui quasi fluuius ascendit?*

I 2 Secundum regulam prædictam pulchre ille locus Isaiã de Christo iuxta historiam intelligitur videlicet. *Et ascendit sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiẽte.* Vbi Hebraicè legimus Iaal ascendit Caionec, sicut plãta Septuaphanain ante faciem eius. Itaq; quòd vulgata vertit uirgultum in Hebræo est planta. Vbi Hiero. pro uirgulto, inquit, Symmachus ramum interpretatus est, vt assumptum ostenderet hominẽ, qui processit de vte-

ro Virginis de quo addit: *Sicut radix de terra sitiẽte,* pro quo Aquila interpretatus est, inuia, vt virginitatis Maria, quæ terra dicitur inuia priuilegiũ demonstraret. Hęc Hierony. Terra ergo sitiens sine humore & inuia Maria virgo est: de qua ascendit, id est prodit in lucem uirgultum coram eo, id est Christus corã Patre, hoc est acceptus Patri, vt pote uerbo hypostaticè vnitus. Addit Hier. de eodẽ Christo legimus: *Egreditur uirga de radice ioseph, & flos de radice eius ascendet,* vt natiuitatem eius & ascensum significaret in mundo. Hęc ille. Vbi per ascensum filij Dei in mũdo multiplicationem filiorum adoptionis significat: qui vsq; adeo multiplicatus est, vt recẽs natus per Angelũ passores vocet, & per fulgidiorẽ stellam ab Oriẽte Magos ad se trahat dicentes: *Vbi est qui natus est Rex?* Deinde cum elegisset duodecim Apostolos, & septuaginta duos discipulos designasset ad prædicandũ eos, misit primum intra Iudææ limites: deinde euntes ait: *Docete omnes gentes.*

Ascendere dicitur metaphoricè Deus secundum suam deitatem: quia immensitate sua omnia transcendit, neq; est aliquid ita sublime, quo non sit sublimior Deus, & secundũ eandem metaphoram descendere quoq; dicitur, quia nil adeo profundum, quo non sit profundior Deus. Sic dicit Iob: *Excelsior celo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognoscet?* Sic intelliges illud: *Ascendit super Cherubim, & uolauit super pennas uentorũ,* id est, non motu, sed sublimitate nature omnia excedit, mysticè uerò de charitate Christi, qua omnes angelos excedit exponunt Hier. Aug. & Glossa: sed Cassiodo. de ascensu Christi in celũ. Sic etiã in sensu historico de summo Deo etiã secundum deitatem per metaphorã dicitur apud Amos: *Qui adificat in celo ascensionẽ suã.* Vbi secundũ Hebrẽos non motus in Deo qui immutabilis est, sed sublimitas nature celo ipso superior significatur, quamuis Hier. aliter exponat, videlicet Deũ in sanctis suis ascendentibus & edificantibus in celo ascensiones suas ascendere dici, vel edificare ascensiones, quando parat sanctis suis locũ in celo, sicut dixit: *Vado parare uobis locũ.* Sic etiam dicitur Deus ascendere super equos suos in Abac. *Qui ascendit super*

Aquila.

Hierony.

Luc. 1.

Matth. 1.

Luc. 6.

Luc. 10.

Matth. 28.

I 3

Tob 11.

1. Reg. 22.

Psal. 17.

Amos 9.

Hierony.

Ioan. 14.

Abac. 3.

equos tuos, id est, tuis prædicatoribus, quos ad prædicandum per totum orbem mittis, assistis. vt exponit Hieron. Sic quadrige tuæ saluatio, id est, prædicatorum quadrige salutem afferunt mundo, quibus Dominus dixit: Euntes docete omnes gentes, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Marc. 1. vt. sic dicitur filius Dei Zachar. 1. Vir ascendens super equũ rusum: vt ibi Hier. explicat, de quo indictione equi agitur li. 5.

Ascendere dicitur filius Dei in celum uirtute propria secundum humanitatem Psalm. *Ascendit Deus in iubilo, Dominus in uocetuba,* quamuis autem Lyranus de arca faderis explicet, in qua Deus dicebatur triumphator de barbaris terrę promissionis ascendere sub Iosue: & Iansenius de eadem arca faderis, quando introducta est in tabernaculum sub Dauide. Melius tamen exponit Vatablus de Messia secundum sententiam peritissimorum inter Hebræos quod certe completum est quãdo filius Dei. *Postquam locutus est eis, id est, discipulis: Assumptus est in celum & sedet a dextris Dei.* Sic exponunt Hieronymus August. Cassiodor. Glossa & Theodoretus, quando clamarunt iubilantes Angeli: *Tollite portas principes uestras.* De eodem ascensu post mortis occasum prædicitur Psal. *Qui ascendit super occasum Dominus nomen illi.* Sicut explicat Greg. libr. 19. Mora. & Cassiod. super Psal. August. Hiero. & Glossa uel super celũ inuisibile quo sol iste non pertingit Hebraicè A raboth supremũ celum impyrũ: ita Ianse. & Hebræi. Præterea de eodem Christi ascensu legimus Mich. 2. *Ascendit pandens iter ante eos, quod de Christo Hierony. exponit qui suis aperuit uia salutis quando dixit: Vado parare uobis locum.* Sic etiã explicat D. Thomas de ascensione Domini. 3. p. q. 57. ar. 6. Item de ascensione Domini declarat Paulus Eph. 4. illud Psal. *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem,* ait Apostolus. Propheta uerò: *Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem,* de quo egimus in uerbo accipere num. 9. Itẽ in eodem Psal. *Qui ascendit super celum celi ad Orientem,* quod ideo dicitur quia ut hoc loco notant Cassiod. Glossa. Lyranus, & Genebrardus mōs Oliueti unde filij Dei ascendit in celum ad partem Orientalem ciuitatis Hierusalem situs est, quamuis ad Orientẽ exponat Hieronymus, quia per fi-

Matth. 28.
Mar. ult.

I 4

Psal. 46.
Lyra.

Iansenius.

Vatablus.

Mar. ult.

Hierony.
August.
Cassiodor.
Glossa.
Theoder.
Psal. 23.
Psal. 67.
Greg.
Cassiodor.
August.
Hierony.
Glossa.

Mich. 2.

Hierony.
Ioan. 16:
D. Thom.

Psal. 67.

Cassiodor.
Glossa.
Lyra.
Genebrar.

lium Dei in celum ascendente omnes electi oriuntur ad uitã. Deniq; pro ad Oriẽtẽ in Hebræo est Mikedem à principio ut vertit Hieronymus ad Sophroniũ denotatq; celũ impyrũ quod est à principio.

De eodem ascensu in celum Dominus ait ad Magdalenam: *Noli me tangere non enim ascendi ad patrem meum.* Hic locus non mediocrem difficultatem ingessit patribus, maxime propter causam quã Dominus dedit prohibitionis contactus, quia nondum (inquit) ascendit ad patrem meũ, nã si hãc causam subticuisset, reciperemus expositionẽ Chryf. qui sic intelligit. Noli me tangere sicut prius cũ essem mortalis, sed maiori reuerentia, sed quorsum addit nõdum ascendit ad patrẽ? Similem difficultatẽ habet expositio Cyrilli lib. 12. cap. 50. in Ioann. qui exponit ne accedas ad me neque ad Eucharistiam antequã accipias Spiritum sanctum, quem ut ego super ues mittam prius ascendere ad patrem deo. Sed forte Magalena non erat in gratia, ut posset ad Eucharistiã accedere: imò erat ut creditur, & Apostoli ante ascensum Christi ad patrẽ nonne Spiritũ sanctũ acceperunt quibus: *Insufflauit & dixit accipite spiritum sanctum.* Sic ergo poterat spiritũ Christi recipere Maria ante quã ad patrẽ Christũ ascenderet. Tertia ergo expositio est Hiero. q. 5. Ep. ad Hedibiam noli me tangere quia nõdũ tibi ascendi ad patrẽ meum, id est, nõdũ tibi uideor immortalis cũ patre & gloriosus, ideo indigna es meo contactu, sed nõdũ satisfacit, quia aliud est esse immortalẽ & aliud ascendisse ad Patrẽ. Ideo Aug. tract. 121. non tam de immortalitate quã de paritate cũ patre explicat, quasi dicat, nõdũ ascendi in fide tua ad æqualitatẽ patris, ideo indigna es ta tua meo. Quinta expositio Leonis Pape fer. 2. de Ascen. Noli me tangere quia nõdũ plene credis, cũ autẽ ad patrẽ ascendero, si de tãges plena deitatis mea. Sexta expositio Iustini. q. 48. noli me sequi ut prius in uita mortali consueueras, quia nõdũ ascendi ad patrẽ, sed adhuc desideratur aliquid, quia neq; postquã ascendisset ad patrẽ eũ sequi poterat sicut prius, sciẽdũ est ergo aliis sacris foeminis permisisse Dominũ ut eũ tangeret, quia solũ adorare, non autẽ eũ retinere uolebant, Magdalena uerò quia multũ fleuerat ad monumentum putans Domini corpus ablatũ, uoluit eum ne ite-

Gen. 1.

I 5

Ioan. 20.

Chryfost.

Cyrill.

Ioan. 20.

Hierony.

August.

Leo.
Papa.

Iustinus.

rum dispareret & dilaberetur, retinere etiam usque ad mortem cum eo permanens, nam verbum græcum ἀπομαί non solum tangere significat, sed etiam adharere & agglutinare sese, ut in omnibus lexicis reperies, vult ergo dicere. Noli me tangere agglutinata pedibus meis, tanquam ab eis nunquam dum vixeris recessura, quia ascendere debeo sine te ad patrem, ad quem nondum ascendi. Hæc expositio tollit omnem difficultatem, & historica est. Itē græce dicitur ἀπομαί τις πόλεως in deditionem capio civitatem ut Plutarchus ait, volebat ergo quasi captivum retinere Christū Magdalena.

Legimus etiam Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. August. super hunc locum Christum solum ascendisse dicit in cælum, qui cum suis tamen mysticis membris electis, post finitum finale iudicium ascendet, quam expositionem sequitur D. Thomas & alii quidam sed non negatur hic ascensus in cælum de futuro quia non de presenti sed de præterito legendū est. Nemo ascendit græce ἀναδίσκηαι sed ais Christus non dum ascenderat, quomodo ergo dicit nemo ascendit nisi qui descendit? Hæc est huius loci difficultas, recurrēdam tamen est, ad phrasim Hebraicam secundū quam Deus etiam ut Deus est, metaphorice ascendere in cælū, & descendere dicitur in scriptura sine sui mutatione, ratione scilicet infinitatis omnia penetrantis de quo diximus num. 12. Ergo filius hominis propter communicationē idioma tum ascenderat in cælum sine sui mutatione, & descenderat in vterū Virginis factus homo, & erat in cælo sicut & in omni loco ut Deus, qui tamen erat etiam homo, licet non ut homo tunc esset in cælo. Non itaque negat homines ascensuros in cælum, sed ante ipsum neminem tunc ascendisse, nisi solum ipsum, qui ubi que est.

In ferculo Salomonis ascensus purpureus fuisse dicitur in Cant. ubi Glossa accēsus (inquit) purpureus sunt virtutes quibus tanquā vera purpura ornatur anima ut ascendat in currum triumphantis Salomonis, idest Christi regis pacifici. Greg. effusionem sanguinis in præpatione saltem animi putat esse purpureum ascensum ad spem firmā cælestiū gaudiorū de qua Dominus: Si quis vult venire post me,

abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Ascendere ex aduerso Dei est iræ illius resistere, sic Ezech. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murū pro domo Domini. ubi Hierony. legimus (inquit) num. 16. Aaron aduersum ignem Israelis populum devorātem occurrisse, & stetit medium & opposuisset murum pro salute Israelis, & infra ira dei Sanctorum precibus frangitur, sic Moyses repressit irā Dei. hæc Hierony. Et forsitan propterea doctores Ecclesiæ dicuntur civitas supra montem posita, ut non solum quasi murus ascendat ex aduerso, quando irascitur contra populum Dominus, sed sint etiam quasi civitas refugij.

Ascendere in malum quandoque sumitur pro superbia, & nequitia. sic Lucifer. Dixit in cælum conscendam in quo sensu super equos ascendere, superbiæ sæpe datur, sicut Psalmo. Ab increpatione tua Domine dormitauerunt qui ascenderunt equos. Quod Lyranus intelligit de exercitu Senacherib ab Angelo nocte vna delecto: idem de Pharaone dictum est: Equum & ascensorem deiecit in mare. Et Zach. Confundentur ascensores equorum, & rursus Percutiam omnem equum, in stuporem, & ascensorem eius. Quia igitur Dominus superbiā odit, super pallum asinæ ingressus est Hierosolimam. Matth. 21. superbia quoque metaphorice ascendere dicitur, idest, crescere in Psalmo: Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper, idest Romanorum gentiliū Ecclesiam persequentium in dies crudelius. ita exponit Glossa Interlinealis & Burgenis in additione, omnes quippe monarchias elatione singularitatis quæ præcesserant, Romanum superavit imperium: unde Pulchrè in Dan. quatuor monarchiæ totidem bestię esse dicuntur de mari ascendentes. Sed quarta quæ Romanam significat secundum Hieronymum & alios patres, dissimilis erat cæteris bestiis, quia superbiæ singularitatem affectavit, quam expressit in parabola Phariseus dicens: Non sunt sicut cæteri homines.

Ascendere negatur mala bestia super cælestem Hierusalem. sic Esai. Non erit ibi Leo, & mala bestia non ascendet per eam, ita exponit Hiero, vnde. 1. Petri. 5. nō de cælesti Hierusalē sed de hac vita mortali

18 Ezech. 13. Hierony. Num. 16. Exod. 32. Matth. 4. 19 Isai. 44. Psal. 75. Lyranus. 4. Reg. 19. Exo. 15. Zac. 10. Zach. 11. Matth. 21. Psal. 73. Interli. Burgen. Dan. 7. Luc. 18. 20 Esai. 35. Hierony. 1. Petri. 5.

dicitur

16 Ioan. 3. August. D. Thom. 17 Can. 3. Glossa. Greg. Matt. 16.

dicitur: Adversarius vester diabolus tanquā leo rugiens circuit querens quem deuoret. Mala ergo bestia non per naturam sed per malitiā sicut in hac vita omnes inuadit; ita ut & filium Dei in deserto ieiunātem sit aggressus. Sic ē contrario post hanc vitam nec minimum poterit beatum adoriri.

Ascensor asini & ascensor cameli Cyrus dicitur in Esai. Vade pone speculatore & quod cunque uiderit annuntiet tibi; & uidit currum duorum equitum, ascensorem asini & ascensorem cameli. Et quidem hoc loco literalis expositio Hierony. est Cyrum duarum gentiū imperatorem esse ascensorem asini, idest; regni Persarum, quod prius minori floruerat nobilitate, & cameli, idest, regni Medorum quod fuerat ante Cyrum illustrius. Eodem modo exponit Lyranus, vidit ergo speculator, idest, ipsemet Spiritus Esaię Cyrum cū exercitu Persarum atque Medorum contra Babylonem præliaturum, mysticè verò (inquit) Hieronymus, ascensor asini Christus est qui ascendens super asinam intrauit Hierosolimam iuxta Zach. Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator & ipse pauper ascendens super asinam, &c, ascensor verò cameli cōtraria potestas est quæ mortem filio Dei machinabatur Ioā. 14. Venit enim princeps mundi huius & in me non habet quicquam.

¶ Ascendit abies Esai. 55. vide in dictione abies num. 4.
¶ Ascendentes Angeli vide in verbo Angelus num. 17.
¶ Ascendit Deus super nubem: Esai. 19. vide in verbo Ægyptus num. 12.
¶ Ut cadat ascensor Gen. 49. vide Antichristus. num. 3.
¶ Ad prædam filii mi ascendisti vide catulus num. 1.

CAPVT CLIII.

Aser.

ASER beatitudo interpretatur, fuit nomen filij acob ex Zelpha Lię ancilla Gen. 30. cui pater Iacob in benedictione prædixit: Aser pinguis panis eius & præbebit delicias regibus. Gen. 49. Quod illi in sorte dāda erat terra pinguis & fecunda tritici. Notat autem Ly-

ranus in forte Aser quædam rara & pretiosa nascebantur ad magnatum; principumque delicias propterea dictum est & præbebit delicias regibus. Ambrosius lib. de benedictionibus patriarcharum dicit fuisse Aser typum Christi, cuius panis sacramenti regibus delicias præbet idest, illis qui se ipsos regere sanctè nouerunt, quæ autem maior voluptas quam pro nostræ mortalitatis modulo unio-nem illam cum Christo experiri: de qua dicit: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo.

CAPVT CLIIII.

Asia.



ASIA est vna ex tribus partibus terræ, Nilo fluuio ab Africa, Tanai verò amni ab Europa diuiditur latissima est partium terræ & Asiam minorem in se includit in qua primū ab Euāgelista Ioanne fundata sunt Septem Ecclesiæ: quibus scribens in Apoc. Ioannes (inquit) Septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, huius minoris Asiæ Ephesus metropolis erat, in qua Paulus prædicauit & ad eam direxit Epistolam quæ ad Ephesios nuncupatur.

CAPVT CLV.

Asinus, Asina.



ASINVS animal pigrum & rude oneribus ferendis aptū sicut in benedictione Issachar filij Iacob tangitur, de quo legimus in Gen. Issachar asinus fortis accubans inter terminos uidit requiem quod esset bonā, & terrā quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum, & factus est tributis seruiens. Quia nimirum hæc tribus terram iuxta mare sortita est terminos itaque mare ex vna parte & ex altera ripas fluuij Iordanis, ubi est mare Galilææ habebat ut hoc loco notat Lyranus, cum que nauigationibus posset locupletari, maluit tamē humum suam colere, & mercatorum ad naues onera portare, atque tributa soluere domique quiescere, quam fru-

Matth. 4. 21 Isai. 21. Hierony. Lyra. Hierony. Matth. 21. Zach. 9. Ioan. 14.

Ioan. 6. Apo. 1. Gen. 49. Lyra.

Luc. 16. Etibus maris se committens longe peregrina-
ri. Et certe ex peregrinatione longa nihil
boni filius prodigus reportauit: Sed con-
sumpsit substantiam suam uiuendo luxuriose.
Quod patres familias ob oculos habere
deberent sicut iuniores. Denique si hæc
tribus onera portare propter lucrum tem-
porale non erubuit quis erubescet onus
Christi dicentis: Onus meum suauis est & iu-
gum meum leue.

2
Matth. 11. Num. 22. Asina Balaam aperuit os ad loquendū
Angelus Domini ut insipientem Prophe-
tam increparet, qui Deo repugnare tenta-
bat. Quo satis ostenditur animalia muta si
loqui possent voces contra præuaticato-
res legis Dei ederēt & clamores qui Deo
tam perfricata fronte repugnant quasi illū
minime quidem agnoscerent dicente per

Esa. 1. Esaiam Domino: Cognouit bos possessorem
suum & asinus præsepe domini sui Israel autē
me cognouit, & populus meus non intellexit.
Sed qui vocem Christi non agnoscit, ne-
que reueretur, signum habet apertum nō
esse de numero illorum de quibus Domi-
nus dixit: Qui ex Deo est uerba Dei audit &
alibi: Oues meæ uocem meam audiunt.

3
Ioan. 10. Asini sepultura sepeliri denotat exhū-
matum cadauer bestiis & volucris dila-
cerandum exponi sicut in Hier. de rege
reprobo Ioachim dicitur: Sepultura asini
sepelietur. Præterea libidinosi carnes asi-
norum habere dicuntur quod hoc ani-
mal sit ad libidinem propensum Ezech.
23. Carnes asinorum carnes eorum.

4
Iudi. 15. Asini maxilla Samson mille prostras-
se philistæos legitur, Iudi. 15. quo signo
quid aliud ostendit sapientia diuina quam
uiliſsimis etiam instrumentis fortissi-
mos quosque posse deiicere, & totum or-
bem superare, quod satis ostendit quan-
do piscatoribus duodecim illiteratis di-
xit: Euntes docete omnes gentes, & sicut misit
me pater & ego mitto uos. Item alibi: Ego misi
uos ut eatis & fructum afferatis & fructus ue-
ster moneat.

5
Matth. 21. Lyra. Legimus apud Matth. Statim inue-
nietis asinam alligatam & pullum cum ea. ubi
Lyranus notat consuetudinem fuisse ut
pauperibus communis aleretur asina cir-
ca portam ciuitatis. Sed contradicit Euan-
gelicus textus refert enim Lucas cap. 19.
Dominos pulli Apostolis dixisse: Quid
facitis soluentes pullum? Ergo non erat com-
munis pauperibus sed dominum habe-

bat. Dandum est ergo uirtuti Dei eius que
particulari prouidentia: ut dicentibus
Apostolis: Quia Dominus his opus habet.
statim acquieuerint domini iumento-
rum. Vnde & illud patres familias discere
debent si quando filius aut filia cupit Chri-
sto in religione nomen dare & cum Apo-
stolis dicere: Ecce nos reliquimus omnia &
secuti sumus te, facile ut acquiescant tan-
quam sibi dictum audirent: Dominus his
opus habet.

6
Zach. 9. Illud tamen ingerit difficultatem quod
ex Zach. allegat Mattheus: Ut ad imple-
retur quod dictum est per Prophetam dicen-
tem: Dicite filia Sion ecce rex tuus uenit tibi
mansuetus & sedens super asinam & pullum fi-
lium subiugalis, & tamen Marcus, Lucas,
& Ioannes nihil de asina meminerunt
Marcus enim & Lucas de pullo, Ioannes
uero de asello duntaxat. Ad quos faci-
lis responsio est tres prædictos Euan-
gelistas græce ad gentes scripsisse ideo de
asina quæ Iudaicum populum designa-
bat mentionem scientes non fecerunt
sed pulli qui gentilici populi ad fidem uē-
turi typus erat. Illud tamen maiorem ha-
bet quæstionem quod Mattheus alle-
gans testimonium Zachariæ de suo ad-
didit: Dicite filia Sion, cum tamen in He-
bræo non sit sed tantum hæc uerba legan-
tur: Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusa-
lem, ecce rex tuus uenit tibi iustus, & Saluator,
& ipse pauper, ascendens super asinum, & su-
per pullum filium asinae. Quod si dicamus
Mattheū & Ioannem qui hoc etiam cita-
uit testimonium, non tam uerba attendit
se quam sensum paraphrasticè, sicut &
Chaldaeus paraphrastes in ueteri testa-
mento aufert & addit in uerbis, seruat ta-
men sensum. Adhuc tamen restat difficul-
tas quia Mattheus ultra sensum Prophe-
tæ addit de suo: Sedens super asinam & su-
per pullum, cum apud Zachariam tantum
sit: Sedens super asinum non asinam & super
pullum filium asinae, ideo enim Ioannes so-
lum transtulit super asellum. Nihilominus
tamen sciendum est, dictionem Hebræam
Chamor fere semper in masculino asi-
num significare, quamuis in vno scriptu-
ræ loco inueniatur in foemenino. nempe
2. Reg. 19. ubi Miphibofet ait ad Da-
uid: Lixique ei ego famulus tuus ut ster-
neret mihi Chamor asinam, neque obstat,
quod Hieronymus uerterit asinum, Hierony.

Matth. 11

6

Zach. 9. Matth. 11

Mar. 15. Luc. 19.

2. Reg. 19.

Hierony.

quia

Pagninus. quia in textu Hebræo sequitur, & ascen-
dens super eam, in foemenino genere
quod aduertit etiam Pagninus. Mathæus
uero, qui scripsit Hebraice Chamor pos-
uit sicut Propheta Zacharias, interpres
autem transtulit asinam in foemenino,
& rectè, quia filius Dei Apostolis di-
xerat inuenietis asinam alligatam &
pullum, unde intellexit interpres Prophe-
tam etiam sic olim sensisse, quia sicerat
implendum.

7
Zach. 9. Præterea ubi nos habemus in Zach.
Super pullum filium asinae, in Hebræo le-
gimus filium asinarum, ubi quidam di-
cunt plurale poni pro singulari, sed alij
fortasse melius addunt regulam esse ap-
ud Hebræos quando in scriptura nomi-
ni alicuius animalis adiungitur genitiuus
pluralis eiusdem speciei, significari ani-
mal illud nouum esse, & adhuc matrem
sequi, sic in Gen. Mittam tibi hædum de gre-
gibus, Hebraicè est caprarum, id est tene-
rum lactentem, & 1. Esdræ. 6. Et obtu-
lerunt in dedicatione domus hircos caprarum.
Item apud Dan. ut denotaretur Alexan-
der magnus esse adolecens de illo dicitur:
Hircus caprarum ueniebat. Item cap. 11.
de Antiocho magno qui dedit Ptolomæo
Philadelpho filiam suam uxorem dicitur:
Et filiam foeminarum dabit ei, id est ado-
lescentulam quæ adhuc est sub cura foe-
minarum, quam phrasim rectè calentes
Septuag. Zachar. 9. pro pullo asinarum
ueterunt: Pullum nouum, dicitur autem
hædus caprarum vel pullus asinarum qui
adhuc à multis capris vel asinis cum ne-
cessitas urget lac suggit.

8
Quæstio. Hierony. Illud etiam quæstionem facit quomo-
do in tam modico itinere in duobus Do-
minus sederit animalibus, ideo Hierony.
super Matth. probabilius putat super
solum sedisse pullum propter itineris
breuitatem, idem tenet Chrysoſtom. in
imperfecto, item Euthymus & Iansenius
in concordia, alij uero dicunt mysterij
causa prius super asinam deinde uero se-
disse super pullum, ita tenet Chrysoſto-
mus uerus in homil. 65. in Ioannem.
Theophylactus super Matth. 21. Lyra-
nus, super Ioan. 12. & ibi Caiet. quæ sen-
tentia recentioribus merito magis pla-
cet, quia apud Matth. dicitur: Et ad-
duxerunt asinam & pullam & posuerunt
uestimenta sua super eos, & cum de super

Chrysoſt. Euthy. Iansenius. Chrysoſt. Theodor. Lyranus. Caiet. Matth. 21.

sedere fecerunt. Ergo super utrunque pri-
mum super unum deinde super alium,
ut uidelicet utrumque se populum suba-
cturum Dominus significaret, Iudaicum
in asina, & gentilem in pullo signifi-
catur, ut exponit Iustinus in dialogo cum
Triphone, & Orig. Tract. 14. in Matth.
& alij patres iuxta illud: Ipse est pax nostra
qui fecit utraque unum.

9
Ioa. 19. Nec sine causa ingressurus Dominus
Hierusalem quasi triumphans currus
& quadrigas spreuit, quia regnum eius
non erat de hoc mundo. Valeat ergo Iu-
lius Cæsar qui triūphans sub nocte Ro-
mæ pompam inanem quadraginta cum
turribus deauratis & candelabris aureis
atque luminaribus ex utroque latere du-
xit elephantos, ut refert in eius uita Sueto-
nius. Valeat Pöpeius qui trahentibus ele-
phatis auro & margaritis onustis ingressus
est urbem. Valeat Antonius qui leonibus
exoculatis sub iugum aureum missis age-
batur incurru. Quia ut dicitur in Psalm.
Hi in curribus & hi in equis nos autem in nomi-
ne Dei nostri inuocabimus, qui super asellum
sedens mundi contemptum & humilita-
tem docuit.

CAPVT CLVI.

Asmodeus.



SMODAEVS inter-
pratatur destructor, fuit
dæmō libidinis qui septē
Saræ filia Raguelis uiros
antequam eam tangerent
suffocauit Tobia. 3. quem Tobias iunior
consilio Raphaelis Angeli ieiunio & ora-
tione superauit quia iuxta uerbum Domi-
ni: Est quoddam genus Demoniū quod non
eiicitur nisi in oratione & ieiunio. Ideo ut nos
suo contra diabolum armaret exemplo
filius Dei. 40. diebus ieiunauit.

CAPVT. CLVII.

Aspergere, Spargere.



SPERGERE dicitur
Hebraicè Catha, ut patet
Psalm. 50. Asperges me Do-
mine & Num. 19.
Aspergere componitur à uerbo spargo cū

Iustinus. Origen. Eph. 2.

9 Ioa. 19.

Suetonius.

Psalm. 19.

Tob. 3.

Tob. 8. Marci. 9.

Matth. 4.

NUM

I

præpositione ad, est ergo, vel imbrem, vel rorem, vel puluerem, vel simile spargere.

Aspergi hyssopo metaphoricè est à peccatis mundari Psalm. *Asperges me Domine hyssopo & mundabor.* vbi Lyranus. Loquitur (inquit) de emundatione spiritali peccatorum per modum emundationis corporalis, quæ fiebat in lege herba hyssopi. Leuit. 14. Sic & Theodor. Ænigma (inquit) est sanguinis Christi Saluatoris & ligni crucis, quo mundamur, quæ expositio videtur historica, sic exponunt Vatablus, Iansenius & D. Thomas super hunc Psalm. est & alia expositio Moralis Greg. super hunc locum, qui hyssopum typum esse dicit humilitatis, qua purificamur. Item Hieronym. Hyssopus (inquit) terrenus curandis pulmonibus aptus est: ita qui cælesti respersus est hyssopo, idest, humilitate cordis, ab omni superbix malignitate purgatur. Eodem modo August. Sic Dominus hac nos herbam edicinali purgat dicens: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.*

Aspergere Christum gentes est illas suo mundare cruore. sic Isai. ait: *Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum,* vbi Hieronymus Asperget (inquit) gentes multas mundans eas sanguine suo, & baptisinate Dei consecrans seruituti, Septuag. pro asperget, vertunt mirabuntur gentes multæ. Sed Hebraicè est lazech asperget Goim gentes, scilicet Baptismo, quia: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei & Marci. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.*

Aspersus est sanguis super vestimenta Christi apud Isai. *Torcular calcavi solus, &c. calcavi eos in furore meo, & conculcavi eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super uestimenta mea.* Quod duobus modis potest intelligi secundum Hieronymum, vel quod filius Dei solus non Angelus, neque Archangelus crucis torcular calcauerit & potestates ibi aduersarias cõculcauerit & sanguine eorũ, idest, qui eorum suggestionibus fufus est asperferit vestimenta sua, vel quod in vindictam crucis & mortis sub Tito Vespasiani Iudæos cõculcauerit, & per metaphoram more viatoris eorum sanguine vestem asperferit.

quomodo etiam explicat Cyrillus propter hanc ergo vindictam quam sua exigente iustitia de Hierosolymis sumpturus erat. *Videns Iesus civitatem fleuit super illam.* Sed Theodoretus. Sanguis (inquit) eorum aspersus est super vestimenta Christi, idest sanguis Christi, qui dicitur esse eorum, idest Iudæorum, quia pro eis fufus est à quibus crudelissime fundebatur, vt suo nos exemplo Dominus doceret quod ore præceperat: *Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos.*

Spargit Deus nebulam sicut cinerem Psalmo. *Qui nebulam sicut cinerem spargit:* quod ad literam exponit Theodoretus ad ostensionem sapientiæ Dei, qui cum sit eadem aquarum natura partem in cristallum duram, partem in niuem lanæ similem, partem in nebulam instar cineris spargit, partem denique pluuiam rediit, ad varias terræ utilitates, sic & Dei verbum varios fructus parit in corde. Propterea Dominus dixit: *Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud.* Ideo subdit in Psalmo: *Qui annuntiat uerbum suum Iacob, quia uoluit de uerbo Dei similitudinem ponere.*

Aspergere cinere vel puluere caput signum erat luctus & pænitiæ, sic Hester. *Aspersit cinerem capiti,* & apud Hier. dicitur: *Aspergite uos cinere optimates.* Ita amici Iob. *Asperferunt puluerem super caput suum:* in signum mœroris: & Thamar filia Dauid: quem morem usque hodie seruat Ecclesia in feria quarta cinerum, vt ad pœnitentiam filios suos inuitet & ieiunium, neque hæc ceremonia mœroris contraria est uerbo Domini, quod eodem die decantatur: *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrita tristes: quia vt (inquit) Chrysostomus. Non prohibet Christus ieiunantes esse pœnitentiæ gratia tristes, sed fieri, hoc est, fingi tristes ad captandam auram popularem.*

(.?)

Cyrillus.

Luc. 19. Theodoret.

Matth. 11.

5

Psal. 147. Theodor.

Luc. 11.

6

Hester. Hieron.

Iob. 2. Reg. 13.

Matth. 5.

Chryl.

CAPVT CLVIII.

Aspicere, Respicere, Circumspicere, Videre, Aspectus, Prospicere.



SPICERE dicitur in scriptura Hebraice Nabat Isai. 5. Psal. 33. & visio Roeh dicitur.

Aspicere est aliquid oculis cernere, respicere est quasi retro aspicere, prospicere est de longe aspicere, circumspicere est circum circa aspicere, sed videre tam ad oculos corporis quam cordis refertur.

Aspicere per metaphoram dicitur Deus qui omnia penetrat intellectu, & frequenter tam aspicere Dei, quam respicere in bonum illius accipitur quem respicit, ita legimus in Gen. *Respexit Dominus super Abel & super munera eius,* de quo diximus in distione Abel num. 6. In eundem sensum dixit Iacob. *Laborem manuum mearum respexit Deus.* Item in Exod. *Respexit Deus filios Israel & liberauit eos & Deut. Respice de sanctuario tuo, & benedic populo tuo.* Et Psalmo. *Respexit in orationem humilium, ubi pro humilium,* est hebraicè vox Harhar quæ significat myricam hispaniæ retama virgultum amarũ in deserto. Est ergo sensus vt notat Genebrardus non despicit Deus orationem humilis, deserti & amari sicut myrica, quæ nullius est apud homines precij.

Præterea Psalm. *Protektor noster aspice Deus & respice in faciem Christi tui.* Vbi Lyranus, ait, Rabbi Salomon exponit hoc de Dauid per cuius merita populus petiit de Babylonica liberari seruitute, sed quia non potest iste Psalmus conuenienter, exponi de statu populi inter Babylonicam seruitutem & aduentum Christi, ideo melius exponitur de Iesu Nazareno, qui est uerè Christus antonomastice dictus. Eodem modo exponit Hieronymus Respicit (inquit) pater in faciem filij, quando nos per suam gratiam respicere dignatur, quia Christus caput, nos membra sua sumus & Christus in nobis est. Hæc ille. Glossa interlinealis explicat genus humanum protege, & hoc per Christũ, si non propter nos saltè quia

sumus conformes imagini filij tui quod re Æe dicit Glossa quia nullus homo Deo patri placet nisi propter Christum, de quo solo dixit apud Matth. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Genebrardus ait, Chaldeus. R. Kimhi & ceteri fere Rabbi ni de uerò Christo exponunt sic etiam August. Casiodor. Beda, Haymo, Remigius & alij patres.

In eodem sensu legitur hoc est in bonum: *Respexit Dominus Petrum & egressus foras fleuit amarè.* vbi Ambrosius quos Iesus (inquit) respicit, plorant delictum, negauit primum Petrus & non fleuit, negauit secundo & non fleuit, quia adhuc non respexerat Dominus, negauit tertio & respexit Iesus & ille amarissime fleuit, hæc Ambrosius, idem ibidem notat Theophy. & Beda. Secundum eandem phrasim legimus: *Vidit Iesus hominem sedentem in telonio Matthæum nomine.* vbi quid aliud denotatur quam quod visu illum conuertit quem vno uerbo ad se traxit. vbi Hierony. Certe (inquit) fulgor ipse maiestatis occultæ quæ etiam in humana facie re lucebat, primo ad se videntes attrahere poterat aspectu, si enim in magnete lapide ea vis esse dicitur, vt anulos sibi copulet, &c. quando magis creator omnium attrahere poterat quos volebat. Eandem habet emphasim quod legimus apud Matth. *Vidit duos fratres Simonem qui uocatur Petrus & Andream fratrem eius.* Quia visu denotatur, illorum ad perfectionem quidem animos flexisse. Disposuit etiam ad conuersionem suo aspectu Zacheum: *Et suspiciens Iesus uidit illum.* De quo salutaris visu Propheta dicebat: *Respice in me & miserere mei.* Quod si basiliscus aspectu suo quem cernit occidit. Quid mirum si filius Dei qui potentior est in bono quam Basiliscus in malo, aspiciendo uiuificet?

Prospiciebat in Christo diuinitas per oculos humanitatis quasi per fenestras vt nostris necessitatibus subueniret, sic legimus in Cant. *En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras prospiciens per cancellos.* vbi Greg. exponit Christũ quasi post parietem humanæ naturæ suam diuinitatẽ occultasse, nihilominus eandem in miraculosis operibus quasi per cæcellos prodebat interdũ, vt nostris infirmitatibus menderetur, sicut in creatione noni sideris quo Magos duxit ad præsepe, in multi plicatio

Matth. 17. Genebrar. R. Kimhi. August. Casiodor. Beda. Haymo. Remigi.

4 Luc. 22. Ambro.

Theophy. Beda. Matth. 9.

Hierony.

Matth. 4.

Luc. 19. Psal. 85.

5

Cant. 2. Greg.

Matth. 2.

Ioan. 6. Marci. 8. Luc. 7. Ioan. 11. Theodoret. 2. Cor. 5. Luc. 8. Psal. 8. Luc. 21. 6. Aba. 1. Psal. 93. Hierony. 7. ne panum in fucitatione filij vidua iuxta Naim & Lazari quatruidani & sic de alijs, sed Theodoretus aliter exponit hunc locum, putat enim parientem, nostrum esse corpus mortale singulorum, post quod stare dicitur Deus: Quia dum sumus in hoc corpore peregrinamur a Domino, vt Paulus, ait, fenestra vero & cancelli corporis nostri sunt quinque sensus, quos si ad diuina promptius aperimus, per illos nos respicit Deus, v.g. Si audias verbum Dei, respicit te Deus propterea dicebat: Qui habet aures audiendi audiat. Si aspicias caelum desiderio pio aspicit te, ideo Propheta dicebat: Videbo caelos tuos, opera digitoru tuoru. Propterea quoque Christus iubet electis: Respicite & leuate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra. Respicere Deus iniquitatem non potest, Abac. 1. Mundi sunt oculi tui Domine ne uideant malum, & respicere ad iniquitatem non potes. Sed contrarius in eodem textu sibi videtur Propheta, subdit enim: Quare non respicis super iniqua agentes? Ergo videtur posse respicere iniquitatem, ad quod responsio expedita est, potest Deus iniquitatem respicere vt puniat, iuxta illud Psalm. Dixerunt non uidebit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, Qui plan auit aurem non audiet, aut qui finxit, oculum non considerat, qui corripit gentes non arguet: Ceterum non potest Deus ad iniquitatem respicere vt eam approbet, sicut exponit Hieronymus super Abac. dicit ergo: Quare non respicis super iniqua agentes, idest, quare non punis Chaldaeos inique depradantes Iudaeam? negatiue enim legendum est cum vulgata: mendum quippe est in Haebreo, vbi non est hoc loco negatio, sed quia Septuaginta quoque sine vlla negatione vertunt, dicendum accipi quidem in sensu negationem includente, quare respicis iniqua agentes, idest, foues & exaltas, hoc est non respicis ad puniendum? & ideo recte vertit per negationem vulgata, quia vtrunque verum est, respiciebat enim Deus super iniqua agentes Chaldaeos, idest, exaltabat, & non respiciebat super eosde, quia non puniebat eorum iniquitatem ad tempus.

Respicere negatur Deus ad sacrifi-

cia impiorum, idest non approbare illa, sic Malachias: Non respiciam ultra ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manuestra. Vbi & Hieronymus explicat non placuisse deo sacrificia Iudaeorum qui repudiabant vxores, quia Dominus ait: Dico autem uobis quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit machatur. Eodem modo explicant Cyrill. & Theodoretus, quia quos Deus coniungit homo non separet. Quod vt ita esse ostenderet filius Dei adfuit nuptiis Cana Galilae. In eodem sensu, dicit Dominus Iudaeis apud Amos. Vota pinguium uestrorum non respiciam, quamuis alia de causa, quia vt (inquit) Hierony. de rapinis & sceleribus parta offerebant, contra quod Salomon ait: Honora Deum de tua substantia, prius enim aliena sunt dominis suis restituenda & deinde ex propriis sacrificandum, cuius nobis exemplum dedit Zachaeus praclarissimum: Ecce (inquit) dimidium honorum meorum do pauperibus, & si quem defraudau reddo quadruplum, in quo sensu intelligendum est quod Dominus ait: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, hoc est redditis alienis, de eo quod vestrum est facite amicos pauperes vobis.

Respicit Deus vias hominis & omnes gressus illius considerat. Prou. 5. quod scriptum est vt notat super hunc locum Beda, ne reputent adulteri tenebris se noctis posse tegi, aut haeretici sua volumina posse celari, haec ille vbi per vias hominis etiam cogitationes, intelligit quae quasi quaedam mentis viae sunt, de quibus: Videns Iesus cogitationes eorum, idest Pharisaeorum: Dixit ut quid cogitatis mala in cordibus uestris, idem enim filius Dei est de quo Iob attestatur: Ipse fines mundi intuetur, & omnia quae sub caelo sunt respicit. Vbi fines mundi idest terminos intelligit hoc est omnia loca & tempora vt exponit Lyranus. Sic Psalm. 13. Deus de caelo prospexit super filios hominum ut uideat si est intelligens aut requirens Deum, sic dicitur in Sapient. Omnium habens uirtutem, omnia prospiciens, cum ergo prospiciat omnia etiam: Vidit suos laborantes in remigando, erat enim uentus contra rius eis.

Malac. 1. Hierony. Math. 19. Cyrill. Theodor. Ioan. 4. Amos. 6. Hierony. Pro. 3. Luc. 19. Luc. 16. 8. Pro. 5. Beda. Math. 9. Luc. 5. Iob. 28. Lyranus. Psal. 13. Sap. 7. Mar. 6.

Prospicit

9 Psal. 84.

Ianfeni

Aug.

Glossa. Ordina.

Luc. 7. Vatab.

Luc. 2.

Agg. 2. Hiero.

Ioan. 14. Aug.

Cassiod. Lyr.

Isai. 11.

10

Abac. 3.

Hiero.

Aug.

Prospicit iustitia de caelo quando implet promissa sua Deus Psa. Veritas de terra orta est, & iustitia de caelo prospexit. Vbi magna disceptatio est inter autores de literali huius loci intelligentia, Ianfenius enim contendit de iustitia promissionum Dei esse sermonem, de caelo ergo iustitia implet promissa, de terra vero nascitur veritas idest effectus promissionis, quia vere in terra fit quod de caelo virtute recipi, vt fiat secundum promissa, Augustinus vero multo prius tetigit aliqua ex parte hunc sensum dicens, veritas de terra orta est, quando confitetur homo peccata sua, & iustitia de caelo prospexit, quando uenit Dominus secundum sua promissa concedit, quod etiam sequitur Glossa, sic quando mulier quae erat in ciuitate peccatrix non tam uerbis quam lachrymis sua scelera confessata est, iustitia de caelo prospexit dicens, remittuntur tibi peccata tua. Ceterum Vatablus hunc Psalmum dicit secundum peritos Hebraeos continere preces pro aduentu Messiae, quem per Prophetas promiserat Deus. Secundum hoc autem ueritas de terra orta est, quando natus est Christus in terra, & de Maria dicitur. Perperit filium suum primogenitum, & iustitia de caelo prospexit, quia Deus sua impleuit promissa apud Agg. Et ueniet desideratus cum cunctis gentibus. Similiter de Christi aduentu in carne Hiero. exponit. Veritas, inquit, quae de terra orta est ille est, qui ait. Ego sum uia ueritas, & uita. Eandem expositionem prior loco ponit August. ueritas de terra, inquit, orta est, Christus de foemina natus est. Sic etiam Cassiodorus, item, & Lyranus. Quamuis iustitiam referat ad merita Christi de rigore iustitiae. Et vbi vulgata vertit ueritas de terra orta est Hebraice Tifmah. effloruit, scilicet, flos de radice Iesse.

Aspicere Dei est interdum punire, vt obiter num. 5. tetigimus, sic legimus Abacuc. 3. respexit & dissoluit gentes, & contriti sunt montes saeculi. Vbi Hierony. exponit tempore magni Costantini destructa magna ex parte idolatria aspexit Deus, & deleuit gentiliu ritus, & potentiam, quam uis August. lib. 18. de Ciuit. cap. 32. dissolutionem gentium non ad temporalem earum vastationem referat, sed ad spiritua lem subiectionem, & poenitentiam. Itaque dissoluit gentes uinculis peccatorum, quae expositio licet non displiceat, prior

tamen uidetur germanior secundum literae contextum, quia sequitur pro iniquitate uidi tentoria Aethiopiae, subaudi turbata, &c. Et est phrasia scripturae frequens aspicere Dei pro punire sic Amos. Ponom oculos meos super e in malum, & non in bonum. Item in Exo. Et respiciens Deus super castra Aegyptiorum per columnam nubis interfecit exercitum eorum, & Psal. Qui respicit terram, & facit eam tremere. It. Respice inimicos meos. Denique in Abac. Quare non respicis contemptores? Idest quare non punis? Neque. n. Deus hic omnes peccatores punit, sed incipit iuxta illud Mat. Cum cepisset rationem ponere. sed in fine mundi omnes puniet.

Respicere ad sanctum Israel est colere uerum Deum sic Esa. In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, & ad sanctum Israel respiciet. Vbi Hieronym. Quando plenitudo gentium intrauerit, nequaquam homo ad idola manu facta sed ad sanctum Israel inclinabitur. Haec Hierony. e contrario uero de idolis dicitur, apud Oie. Respicunt ad Deos alienos, & Psa. 39. Non respexit in uanitates, & insanias falsas. Vbi Ianfenius intelligit per uanitates Idola uana sic Lyr. in leges gentium Idolatriae deditur, &c. Sed Vatablus, exponit qui non sequitur elatos, sic & Chaldaicus paraphraestes, & Hierony. ad ueritatem Hebraicam, uertit ad superbias pompasque mendacij, sed certe cultus idolorum superbia demonum erat, & popa mendacij, quia Lucifer principem se mundifaciebat mentitus diuinitatem. Contra quae Dns. Nunc, inquit, iudicium est mundi nunc princeps huius mundi eiecitur foras, sic accipitur in Esa. Et non respicient lucos. Quia ibi colebantur idola.

Respicere ad aliquem est spem in illo ponere sic Eccl. ait. Respicens eram ad adiutorium hominum, & non erat, & Thren. 4. Cum respiceremus attenti ad gentem quae saluare nos non poterat, Agg. Respexistis ad amplius, & factum est minus, idest spem uestram in messis tempus retulistis, & fraudati estis in messe uacui, vt exponit Hierony. Sic qui poenitentiam differunt ad senectutem saepe defraudantur spe sua, ideo Dominus dixit operariis. Quid hic statis tota die otiosi, & rursus. Ambulate dum lucem habetis.

Iniquitatem aspicere in corde suo est consciu esse sibi alicuius peccati com-

Amos. 9. Exo. 14. Psal. 113. Psal. 24. Abac. 1. Matth. 18. I I Esa. 17. Hiero. Ose. 13. Psal. 39. Lyr. Vatab. Chaldaeus. Hiero. Ioan. 12. Esa. 17. Ecclef. 5. Thren. 4. Agg. 1. Hierony. Matth. 20. Ioan. 12. I 3

Pfal. 65. Hierony. missi vel committendi, Psal. *Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet Dominus.* Hieronymus ad veritatem Hebraicam vertit. *Si uidi in corde meo, idest confcius mihi fui alicuius iniquitatis. Non exaudiet Dominus, sed quia puritatem cordis mei uidi, petere præsumpsi.* At qui Theodoretus Symmachus, inquit, sic vertit. *Iniquitatem si præuidi, idest si præuidi me facturum iniquitatem post preces, non exaudiet Dominus.* Hæc Theodo. si ergo volumus veniã peccati petentes exaudiri, proponere debemus non amplius peccare, propterea cum internas adulterę preces exauisset filius Dei. *Neque ego, inquit, te condemnabo, sed uade noli amplius peccare.* Denique Cassiodorus, aspiciere iniquitatem in corde intelligit distrahi voluntarię cogitationibus ad peccatum inducentibus inter orãdum quod eneruat orationem.

Aspexi terram, & ecce uacua erat, & uidi montes, & ecce monebantur, dicit Hiere. Vbi Hieron. Cernit Propheta in spiritu quæ futura erant, ut audiens populus terreatur, describit autem ad literam more prophetico vastationem ciuitatis sub Nabuchodonosor futuram, sed multo crudeliorem præuidit ciuitatis eiusdem desolationem filius Dei, quando fleuit super illam, de qua etiam sub Romanis futura dixit Mat. 2. 3. *Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.*

Porrò de Babylonica, quidã intelligunt desolatione illud Mich. *Nũc cõgregatę sunt super te gētes multę quę dicuntur lapidetur aspiciet in Sion oculus noster, idest despiciat Sio oculus noster atque contemnat, sicut a dultera despicitur quando publice lapidatur, ubi Hieron. Nos inquit qui non occidentem literam sequimur, sed spiritum uiuificantem, dicimus aduersus Sion quæ interpretatur Ecclesia multas nationes congregari dæmonum, & insultare ei, & occisione filiorum eius subaudi martyrum gaudere.* Hæc Hieron. Et certe hoc prædixit filius Dei apud Ioannem. *Venit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur se obsequium prestare Deo.* Quod si quis obiiciat Michęam hoc loco ad literam agere de captiuitate Hierusalem à Babyloniis, respõdent Lyranus, & Vatablus Babylonem intelligi Romam, quam eodem nomine vocat Petrus in sua epistola. 2. cap. vltim. Romę quippe martyres occidebantur,

ubi Petrus crucifixus, & Paulus capite truncatus est. Et subdit Propheta confortans Ecclesiam, *sed liberaberis, quia. Porta inferi non præualebunt aduersum eam.*

Aspicere interdum est cum admiratione cernere sic apud Mich. *Aspiciet me inimica mea, & operietur confusione,* verba sunt ciuitatis Hierusalem ad Babylonem, ut exponit Hieron. quæ post captiuitatem, & oppressionē quã à Chaldæis passa est, restituta pristinę libertati, & tãtã prosperitati sit, sub Machabæis præsertim, ut aspiciens eam Babylon iam humiliata confunderetur. Quod quadrat Ecclesię Catholicę prius à tyrannis exagitata sub Apostolis & martyribus, deinde verò sub Constantino Magno glorię suę restituta quę gētibus in admiratione fuit, illud quippe experientia comprobatum intelligere ceperunt, quod filius Dei prædixerat. *Et porta inferi non præualebunt aduersus eam.* Sicut præcedenti numero dicebamus.

Aspicere nuditatem alicuius est illum irridere, sic Habac. ait. *Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians, ut aspiciat nuditatem eius:* pro quo ait Hieronymus, Symmachus, & quinta editio interpretatur. *Vt uideret ignominias eorum:* dicuntur autem, hæc per metaphoram hominis ebrii, qui turbatione nudatur, sic Nabuchodonosor omnes inebriauit calice furoris sui, & redactos in seruitutem irrisit, pro quo, & ipse bibiturus erat calicem iræ Dei. Eodem modo explicant Theodoretus, Theophylactus, & Lyranus, quod quadrat cum illa sententia Matth. *In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis.*

Aspicere est aliquando cum timore, & reuerētia quempiam intueri, sic Zach. ait. *Aspicient in me quę confixerunt.* Ille locus allegatur ab Euangelista Ioanne, de Christo clauis in Cruce confixo: pro quo sept. vertisse videntur. *Aspicient in me pro eo quod insultauerunt.* Ideo quidam ex Græcis putarunt, testimonium hoc à Ioanne citatum in Prophetis minime reperiri, & Euthymius existimauit abrafum esse à Iudæis, nihilominus Hebraice legimus Radu, transfixerunt, & forte sept. similiter verterant, sed deprauatus est locus à typo graphis, disceptatio tamen est apud expo-

fitores

fitores, quando Iudæi aspexerunt cum timore, & reuerentia Christum recognoscentes esse Messiam, quem transfixerunt. Quidam autem respondent id accidisse tempore Hierosolymitanæ vastationis, ita Eusebius libro. 8. de Demonstratione cap. 4. & Cyril. hoc loco, sed si hoc esset, certe illi conuersi ad fidem fuissent, quare certior est sententia dicentium, hoc vaticinium in die finalis iudicii plene esse cõplendum. Ita tenet Hierony. hic, Theophylat. Euthymius, Rupertus, Nicolaus. Item August. libr. 20. de Ciuitate ca. 30. & Theodoretus. Quamuis enim quoties aliqui Iudæi conuertuntur, id verificetur, quod saltem oculis fidei aspiciant Iesum ut Messiam, tamen quando uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna, & maiestate. generale erit omnibus & aspiciere, & plangere se super eum, sicut habes apud Mat. *Et tunc plangent omnes tribus terrę.*

Prospicere in Spiritum sanctum desiderare, denotat diuinitatem eius. sic Pet. ait. *Spiritu sancto misso de celo, in quem desiderant Angeli prospicere.* Vbi Glossa. Cur, inquit, aspiciere desiderant, cuius faciem videre non cessant? nisi quia contemplatio diuinæ præsentia ita Angelos beatificat, ut eius semper uisa gloria faturentur, & eius dulcedinem quasi nouam semper esuriant. Hæc Glossa. Ratio uerò est, quia cum sit Deus infinitus, dum non comprehenditur, sine labore desideratur, & satiando beatum non generat fastidium.

- ¶ *Aspicere thesauros grandinis Iob. 38. uide lib. 7. in uerbo grando.*
- ¶ *Aspectus aris candentis animalium Ezech. 1. uide uerbo æs.*
- ¶ *Aspectus lampadarum, uide in dictione Ardere.*
- ¶ *Aspectus arcus, uide in dictione Arcus.*
- ¶ *Aspectus horribilis in rotis Ezech. 1. uide lib. 16. in dictione horribilis.*

Aspectus quasi lampades denotat Babylonios Nahum. 2. *Aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia.* Vbi Hierony. Cyril. & Glossa, hostes Chaldæos: qui Afsyrios superarunt significari dicunt, ita ut sicut fulgur, solo visu prosternerent aduersarios, antequam mucrone transuerberarent. De Babyloniis etiam cõtra Hierusalem uenientibus dicitur in Ioel. Aspe-

ctus equorum, aspectus eorum. Vbi Hierony. Hiero. mus notat Babylonios à propheta locutis fuisse comparatos propter multitudinem, sed necõtemnerentur subdidit, habere nihilominus aspectus equorum ad prælium irruentium, tales aspectus dæmonum, & multo horribiliores uideri solent obstinati sub hora mortis, ideo dicitur. *Vigilate quia nescitis diem, neque horam, &c. Si sciret pater familias, qua hora fur ueniret, uigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam.*

Aspectu & auditu iustus erat Lot. Quia cum apud Sodomitas habitaret multa scelera uidentis, & audiens, nunquam suam obscurabat innocentiam, & integritatem, ut exponit Glossa. Neque charitas eius ad proximos leniter corrigendos deerat: ideo cõmune flagellum illorum euasit, & similibus dicitur Psal. *Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum.* Meruit ergo qui aspectu iustus erat futurum ciuitatis incendium præscire, & eundem deducuntibus eum angelis, imo de longe aspexit in columnis: denique in scriptura Prophetę uocantur aspicientes, quia imagines sæpe futurorum aspiciunt Esa. 30. *Qui dicunt uidentibus nolite uidere, & aspicientibus nolite aspiciere nobis, quæ recta sunt.* Vnde Septuaginta uertunt, & uisiones aspicientibus, &c.

CAPVT CLIX.

Aspis.



SPIS Hebraicè uocatur Acfob Psal. 140. Item phetem Psalmo. 58. & Iob. 20.

Aspis serpens est modicus tardioris uisus, tam præfens habens uenenum, ut nullum sit morsus remedium, nisi pars læsa mox absindatur. Amat comparem suam, sine quo uix uquam uagatur, & ut refert Plinius lib. 8. ca. 26. Si quis comparem eius occiderit, furore persequitur occiforem, neque ullis spatiis aut obstaculis impeditur, nisi amne transmissio, uel celerrima fuga, in Africa nascitur, & Lucanus ait, lib. 9.

Ipsa caloris egēs gelidū, nõ trāsīt in orbem. Sponte sua, Nilog; tenuis metitur arenas.

Ælianus

AElianus. Aelianus lib. 9. cap. 20. agit de multiplici aspidum specie.

2 Aspidum venenum in sanabile vocantur opera quibus se oblectant peccatores. Fel draconum uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Ita exponit Vatablus, quia quando voluptatibus allesti peccata frequentant, cōsuetudo vertitur in naturam, & quasi in sanabilis euadit, quadrat etiam hęc sententia Iudæis de quibus à Moyse prædicta est, qui uinum blasphemiarum contra filium Dei ex torculari cordis sui bibentes, & alijs minoribus propinantes dicebant. In Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia, item Samaritanus es tu, & demonium habes, &, quid facimus quia hic homo multa signa facit.

3 Aspidum oua rumpere, est suggestionibus dæmonis in corde consentire, sic Elai. ait. Oua aspidum ruperunt, &c. Qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confortum est erumpet in regulum. Hoc Procopius exponit de Iudæis, in quorum cordibus aspis, idest diabolus semina suæ malitiæ iecit, rumpebant autem illi passim oua, quando consilium contra Iesum capiebant, sicut quando miserunt ad eum. Discipulos suos cum Herodianis rogantes, licet censam dare Casari? Et quando assentiebant Caiphæ dicenti. Expedi ut unus homo moriatur pro populo. Item quando cæperunt lapidare eum. Comederunt autem turbæ de ouis eorum, quando clamauerunt, crucifige Ioan. 19. Denique quod confortum fuerit erupit in regulum, quando in suis sceleribus obstinati Romanos contra se prouocarunt, à quibus tanquā à regalo delati sunt sub Imperatore Tito de quo præscijs. Iesus uidens ciuitatem fleuit super illam. Sic B. Gregor. allegans hunc locum Esaiæ super Iob. 20. Vbi de aspide fit mētio dicit, oua aspidum rumpere esse malis cogitationibus à diabolo feminatis præbere consensum Sed D. Thom. super eundem loc Esaiæ luculentius exponit. Aspidum, inquit, oua concipere, est malum cogitationem admittere, oua autem rumpere, est peccatum opere manifestare, confortum autem ouum erūpere in regulum, est alijs scandalum præbere mortiferum, de quo Mat. 18. Vx autem homini illi per quē scandalum uenit.

4 Aspis furda typus est eorum qui uerbo Dei aures obturant, Psal. Furor illis se-

cundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, ut non exaudiat uocem incantantium. Tales fuisse Iudæos, & Saulem contra David explicant Lyran. & Ianfenius, sed de eisdem Iudæis contra filium Dei, & discipulos eius instar aspidum furentibus exponunt August. Casiodorus, & Glossa. Nam illis Dominus dixit. Qui ex Deo est, uerba Dei audit, propterea uos nō auditis, quia ex Deo non estis: & quando prædicabat Stephanus, ut notat hic August. Continuerunt aures suas Iudæi. Ad-dit etiam non probari hoc loco ab scriptura incantationes quibus Marsi serpentes incantare solent. Sed referre consuetudine, Marsus enim dum incantare suis carminibus nititur aspidem, illa præsentiens alteram aurem allidit terræ, alteram uero prout potest cauda quidem obturat. hęc ille. Hęc etiam Euthymius. Idem Lyran. Vnde Propheta similitudinem duxit apertissimam. Sic etiam Virgilius. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Deniq; Plinius lib. 28. ca. 3. Præterea de Iudæis dicitur: Venenum aspidum sub labijs eorum. Vbi August. uenenum, inquit, dolum dicit, aspidum autem quia præcepta legis sicut aspidem audire nolunt, quasi uerba incantantis. Ideo filius Dei clamabat. Qui habet aures audiendi audiat.

Aspidū fel est amaritudo quæ in morte nascitur ex cōsciētia peccatorū Iob. Panis eius in utero ipsius cōuertatur in fel aspidum in trinsec⁹. Hebraicè propane est vox Lachē quæ denotat quidquid pascit sicut esca eibus. Pro felle uero aspidum est Merorath amaritudo Phetanim aspidum, sed idem est sensus. Vbi D. Thomas. Sicut solet, inquit, cibus indigestus in uenenosos humores conuerti, sic bona impij temporalia non digesta misericordiæ calore, couertētur ei in mortis amaritudinem, vnde amarior est mors illius qui cordis affectu bonis temporalibus adhæret, talis fuit mors diuitis purpurati, qui sepultus est in inferno, eodem fere modo exponit Greg. latinitia, inquit, temporalis cum peracta fuerit, deglutitur ad pœnam.

Aspidum caput suggerere est diabolicam suggestionem frequenter suscipere sic Iob dicit. Caput aspidum suggest, & mordebit eum lingua uiperæ. D. Thomas legitur get contra eum, sed in Hebræo non habemus surget, sed suggest, ita vertit Vatablus

Lyran. Ianfen. Aug. Casiod. Glossa. Ioan. 8. Aug. Acto. 7. Euthy. Lyra. Vergi. Plinius. Psal. 19. Aug. Luc. 8. Iob. 20. D. Tho. Luc. 16. Greg. Luc. 20. D. Tho. Vatab.

Chaldeus. & in blibijs Complutēsis ita legitur, & Chaldaicus paraphrastes vertit: capita aspidum suggest. Denique in Hebræo est vox אֲשִׁפִּי Inac quæ est suggerere, sic Deut. 32. vt suggeret mel. Item sept. θυμὸν δὲ δράκοντος ὠνήσθηεν. Hoc est. Eurorem draconum sugat. Vbi Grego. exponit aspidum caput suggest, idest blandam initio dæmonis suggestionem, quæ postea in consuetudinis rabiem conuertitur, & uolenter cruciat nisi obediatur ei, mordetq; sicut vipera. Propterea omnis blanda tentatio longe. mox arcenda est, sicut filius Dei nos suo docuit exemplo, qui tentatori de gula suggerenti statim repellendo dixit. Non in solo pane uiuit homo.

7 Super foramine aspidis delectari, est charitatis deuotione de obsessis corporibus demones expellere Elai. Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis. Vbi Glossa, & Lyranus infans ab ubere ablatos intelligit Apostolos à carnalibus delectationib⁹ abstractos, qui de obsessis immundos spiritus expellebant. Item D. Athanasius libr. de Pafsione, & Cruce, hanc, inquit, potestatem dedisse filium Dei discipulis calcandi super serpentes. Sed non minus sancti prædicatores de corde prædicatoris aspidem extrahunt uirulentam, sicut cerui generosi qui flatu serpentes exufflant de cauernis, & necant, atque dirumpunt. Sic intelligit Cyrillus hic, & Tertullianus contra Marcionem lib. 4. Sic filius Dei de his serpentibus dicit. Non ueni uocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam, Luc. 15. subiungit. Ita gaudiū erit in celo coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente, &c. Delectatio ergo prædicatoris nō debet esse in affectatione eloquentiæ, sed in abigenda procul aspide Satanæ.

8 Super aspidem ambulare, est blandas tentationes diaboli suppressere, Psal. Super aspidē, & basiliscū ambulabis, & cōcūcabis leonē, & draconē. Vbi Glo. interlinealis aspidē tentationem intelligit quæ occulte percussit, qualis illa qua tentator Domino dixit esuriētis: Dic ut lapides isti panes fiant. Basiliscus eadem Glossa dicit, Rex est dæmonum qui flatu necat, idest, tentatio superbię diabolicę, qua scilicet, tentati Iacobus & Ioannes dexteram, & sinistram regni Christi petebant, Matth. 20. Leo uero uolentatentatio tyrannorum est contra

Greg. Matth. 4. Isai. 11. Glossa. Lyra. Athanas. Luc. 10. Cyril. Tertul. Matth. 9. Luc. 15. Psal. 90. Glof. interl. Matth. 4. Matt. 20.

martyres, ut inquit, Glossa Ordinaria de qua Ioan. Venit hora ut omnis qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Deniq; draco astutia est occulta hæreticorū, ut Gloss. notat de qua Dominus dixit. Attendite à falsis Prophetis, &c. Sunt enim dracones pulcherrimi, vnde Solinus cap. 30. draco scyialis, inquit, tanta refulget tergi uarietate, & notarum gratia, ut uidentes retardet. Et miraculi sui capiat stupentes. Hęc ille, tales sunt hæretici.

¶ Assumere uide indictione accipere.

Glof. ordi. Ioan. 16. Matth. 7. Solinus. Dan. 7. D. Tho. Greg. Iob. 25. Psal. 2. Iob. 1. Greg. Glof. D. Tho. Lyra. 3. Reg. 17. 3. Reg. 10. 2. Para. 9. Tobia. 12. 2. 2. Tim. 4. Sap. 9.

C P V T C L X.

Astare Assistere.



SSISTERE, & astare dicitur Hebraicè Amad Gene. 19. & Zacha. 3.

Assistere, & astare idē est quod coram alio stare, in obsequium uel honorem illius, vnde apud Dan. de Angelis in obsequium Dei paratis dicitur, Millia millium ministrabant ei, & decies millies cētena millia assistebant ei. Vbi assistentes dicuntur qui non huc ad nos facile destinantur, sed manent circa thronum Dei, quique primæ, & summę sunt Hierarchię ut tenet D. Thom. 1. par. q. 122. artic. 3. & Grego. super illud Iob. Nunquid est numerus militum illius. Assistere etiam uel astare primores dicuntur in concilijs, Psal. Astiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in unum, & Iob ait. Cum uenissent filij Dei ut assisterent coram Domino. Idest parati ad obsequium Domini, ut exponunt Greg. Glossa D. Thom. & Lyra. ita dixit Elias. Viuit Dominus Israel in cuius conspectu sto. In quo sensu Salomoni dixit Regina Saba. Beati uiri tui qui assistunt coram te: denique Raphael Angelus Tobia dixit. Ego sum Raphael Angelus, unus ē septem qui astamus ante Dominum.

Astare dicitur Deus in auxilium suorum, & patrociniū metaphoricè vnde dixit Apostolus: Dominus mihi assistit, & Salomon: Da mihi ait, sedium tuarum assistri cem sapiēciam. Scilicet uel quæ tibi assistit, tanquam regia assistunt sapiētes. Vel quia regnum Israel dicitur Regnum Dei, iux-

1, Para. 29. ta illud. Seditque Salomon super solium Domini: ideo petit sapientiam Dei, quæ assisat regno eius, vt possit sapienter gubernare, ita exponit Lyranus. Hæc sapientia assistit Magis ne deciperentur ab Herode. Nā responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuersisunt. Dicitur præterea in Sap. Honorasti populum tuum, & non despexisti in omni loco, & tempore assistens eis. Idest auxilium eis præbens vbicunq; opus fuit, vt notat Lyranus. Nam in mari Rubro, & in deserto in tempore fitis, & quando peribant morsu serpentium, præfens tulit illis adiutorium. Quid ergo dubitant hæretici de perpetua Dei assistentia in Ecclesia Christi, de qua dixit. Et porta inferi non præualebunt aduersus eam: Cum semper assisterit Israelitico populo ingrato, & murmuranti contra illum? Assistit sapientia Dei abundanter electis, sic Eccl. ait. Qui emittit disciplinam sicut lucem, & assistens quasi Geon in die uindemiæ. Vbi Lyranus Geon, inquit, est quartus fluuius paradisi, videlicet Nilus, qui quâuis abundet aquis, maxime tamen tempore vindemiæ, sic ergo Sapientia copiosissime iustis assistit, illis præsertim qui humilitatis excellunt virtute, iuxta illud. Quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudētibus, & reuelasti ea paruulis: tēpus autē vindemiæ per metaphorā in scripturis tēpus est mortis, quando sapientia Dei abundantius electis assistit, sicut credimus assistisse mendico, de quo Luc. Factū est ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis: Sed multo copiosius Deiparæ Virgini, quæ optimam partem elegit, sicut illi applicat Ecclesia. Item beato Stephano assistit morienti. In eodem fere sensu dicit filius Dei se cūdum humanitatem se adiutum ab eterno patre Pfa. Qui assistit à dextris pauperis, ut saluam faceret à persequentibus animam meam. Porrò de Christo iuxta literā hunc Psalmum intelligunt Hierony. August. Cassiodorus, Glossa, Lyranus, & Genebrardus, Hugo, Beda. Cum Petrus, Act. 1. De hoc Psalmo sumpserit testimoniū dicens. Viri fratres oportet impleri scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, &c. Episcopatum eius accipiat alter. Itaque Christus dicit sibi vt homini patrem assistisse, vt saluam faceret à persequentibus Iudæis, & Iuda traditore ani-

mam eius, ita vt tertia die resurgeret, propter vnionem quidem ad verbum propria virtute. Fuit autem pauper Christus in hac vita mortali. Qui cum esset diues egenus pro nobis factus est, ut nos sua inopia daret. Nec audiendi sunt Vatablus, & Ianfenius de Doeg inimico Dauid hunc Psalmum exponentes. Astare quoque nobis dicuntur Angeli vt consolentur, & adiuuent, sic de sanctis foeminis sepulchrum Domini visitantibus dicitur. Ecce duo uiri astiterunt iuxta illas in ueste fulgenti. Et ascendentem in cælū Dominum aspicientibus Apostolis. Ecce duo uiri astiterunt iuxta illos in uestibus albis. Astare ad honorem Dei à dextris eius dicitur Ecclesia triumphas Psal. Ajitū regina à dextris tuis in uestitu deaurato circumdata uarietate. Vbi pro uestitu deaurato est Hebraicè Bekethè Ophir. Idest in massa aurea Ophir sed Kethem massa auri est, & significat uestem totam auream, quod explicat Basilus de Ecclesia electorum. Et eodem modo Hieronymus in expositione eiusdem Psa. Ad Principiam Virginem. De quo legimus. Venite benedicti patris mei, accipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi. Tunc stabit Ecclesia sanctorum à dextris iudicis Christi diadmate gloriæ coronata, tunc implebitur illud Sap. Accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini. Eodem modo super eundem Psal. exponunt Chrysost. & Theodoretus. Cæterum de B. Maria virgine intelligit Sophronius Patriarcha Constantinopol. Quæ astat à dextris filij, sic etiam Athanasius super Euangelium de sanctissima Dei genitrice. Item Adelfonsus in sermone de Assumptione B. Mariæ, & quia mediatrix, & aduocata munere pro nouis fungitur, non tam sedere quam astare dicitur, quod munus adhuc in vita mortali suscepit, quādo in nuptiis Cana Galilææ dixit vino deficiente conuiuui: Vinum non habent. Stabit ergo Maria Virgo à dextris filij, honoris gratia super omnes Angelos neque obstat quod Hebraice non est regina sed, Shegal coniux, vt vertunt Aquila, & Hierony. quia mater, & sponsa Christi est Maria. Assistens Pontifex pro nobis dicitur filius Dei, Hebr. 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorum. Et certe dum inter

Lyra. 2. Cor. 8. Luc. 42. Act. 1. Psal. 44. Basil. Hiero. Matth. 46. Sap. 51. Chryl. Theodo. Sophoni. Athanas. Adelfon. Iosa. 2. Hiero. Hebr. 9.

Luc. 6. ris erat nobis orando etiā assisitebat. Quando erat pernoctans in oratione Dei: post ascensionē vero in cælū aduocatus noster est. Siquis peccauerit aduocatum habemus apud patrem. De quo in dictione aduocatus, & in dictione interpellare.

CAPVT CLXI. Assuerus.

I אשור



ASSVERVS non est nomen proprium sed appellatiuum, & significat magnū caput quomodo Perfa olim suum Monarcham appellabāt, de quo fit mentio apud Dan. Anno primo Darij filij Assueri, &c. Qui Darius simul cū Cyro Babylonem cepit, & quidem patrem huius Darij putauit Melchior Cano. li. 11. de locis Theologicis ca. 3. ad nonum fuisse nomine proprio Assuerum appellatum, & illum extitisse qui duxit uxorem Esther. cuius opinio stare non potest, hic enim regnauit ante Cyrum anno vno in Babylone sed Assuerus maritus Esther fuit post Cyrum, quia idem ipse vocatur Artaxerxes in libro Esther, quod nomen apud Persas fuit planè post Cyrum introductum. Deinde maritus Esther metropolim regni sui habuit Susan, constat autem non solum post Cyrum, sed & post Cambysem filium eius, & post duos magos, Darium Hystaspis filium primum inter Reges Persarum sedem sibi regiam constituisse Susan, vt refert Plini. li. sexto ca. vigesimo septimo. Infra, inquit, est Susiane, in qua vetus regia Persarū Susa à Dario Hystaspis filio condita. Postremo de marito Esther. legimus capit. 10. Rex uero Assuerus omnem terram, & cunctas maris insulas fecit tributarias. Reges autem Persarum ante Darium Hystaspis non ceperunt maris Insulas. Ergo Darius filius Assueri nō est filius mariti Esther, sed filius Astyagis Regis Medorum potentissimi qui propter potentiam vocatus est Assuerus, id est magnum caput. Ita tenent Iosephus libr. 10. Antiquita cap. 13. & Hierony. super Dan. 5. & 9. & ibi Theodor. Beda quoque in lib. de sex ætatibus mūdi, quos

Dan. 9. Canus. Dan. 11. Esther. 11. Plini. Ioseph. Hiero. Theodo. Beda.

sequitur Lyranus, item Hystoria Scholastica.

Assuerus alius fuit Persarum Rex post annos multos maritus Esther: de quo agimus in dictione Esther, libro. 5. Hic fecit in tertio anno regni sui grande conuiuium in typum Christi Domini, de quo habes in libro Esther. Vbi super 127. Prouincias Rex dicitur: neque alienum est à figura, & mysterio filij Dei, quod tertio fecerit anno conuiuium, quia neque in lege naturæ, neque in lege scripta, sed in lege gratiæ Christus Rex regum, & Dominus dominantium in escam omnibus Christianis corpus suum, & in potum sanguinem pretiosissimum dedit, de quo dixit. Caro mea uere est ci-bus, & sanguis meus uere est potus. Hoc autem epulum uerus Assuerus quem pater dedit caput super omnem Ecclesiam in vestibulo horti fecit, qui regia manu constitus erat, id est in vestibulo paradisi, quæ est Ecclesia militans, quam super Petrum ædificauit.

Assuerus quoque vocatus est Cambyfes filius Cyri, qui apud Esdram fabricam templi à Cyro patre concessam, impio impediuit edicto, vnde in expeditione Ægyptiaca male periit. Aduersarios enim templi sui disperdit Deus, & flagellat seuerissime, sicut Heliodorum & Anthiochum. Vnde & filius Dei: Zelus, inquit, ad patrem, domus tuæ comedit me. Ideo & ementes atque vendentes eiecit de templo.

CAPVT CLXII. Assur, Assyrius.



ASSYRII dicti sunt ab Assur filio Sem. vt uult Iosephus libr. 1. Antiquit. cap. decimoquarto, quod & nomen ipsum Assyrium indicat. Græce quippe, & latine Assurij nominantur, & Syria usque hodie Suria dicitur vulgo, nam. y. apud Græcos idem est, quod. v. apud Latinos. Sic legimus 4. Reg. Venit Theglathphalsar. Rex Assur, id est, Assyriorum, & Psal. Etiam Assur uenit cum illis, & Esai. Væ Assur uirga furoris mei. Sed non medio

Lyra. Scholasti. Historia. 2 Esther. 1. Ioan. 6. Ephe. 1. Matth. 16. 3 1. Esdr. 4. 2. Mach. 3. 1. Mach. 6. Psal. 68. Ioan. 2. Matth. 21. Ioseph. 7. 17. 4. Reg. 15. Psal. 82. Isai. 10. Questio. Gene. 10.

cris oritur quæstio quod cum Assur inter filios Sem numeretur Gene. 10. his verbis. Filij Sem, Ælam, & Assur, & Arphaxad Lud, & Aram: nihilominus tamen in eodem capite paulo ante, ubi de filiis Cham mentio fit, & de Nemrod qui capit in Babylone regnare subdit textus. De terra illa egressus est Assur, & edificavit Niniuem. Quæritur ergo an iste Assur sit ille filius Sem, & si filius est Sem, quomodo egressus est de terra Sanaar, ubi est & Babylon? de quo sunt duæ sententiæ prior est Iosephi qui loco supracitato dicit, Assur filium Sem illum eundem esse qui edificavit Niniuem, & Assyriis nomen dedit, quod sequuntur Hieronymus libro de traditionibus Hebraicis, Augustinus libr. 16. de Ciuitate cap. 3. Historia Scholastica, Lyranus super Genes. 10. Vatablus & alij plures: quare autem Assur de terra Sanaar, & Babylone dicatur egressus, variæ sunt coniecturæ. Aug. loco citato dicit Assur filiū Sem occupasse aliquot ciuitates Nemrod in terra Sanaar, & in de exiisse vt Assyros conderet, non tam ipse quam posterius eius. At qui Historia Scholastica putat Assur inuasisse terræ Nemrod, indeque ab eo pulsum, & edificasse Niniuem. Denique Lyranus, & Vatablus existimant Assur cum pacifice ageret apud Nemrod, propter idolatriam tamen eius inde exiisse, & Niniuem edificasse.

Cæterum contraria sententia est Ioan. Anij qui in suo Beroso lib. 4. ait Assur filium Sem condidisse Assyrios, sed post multos annos fuisse alium Assur de stirpe Nemrod, qui alio nomine appellatus est Ninus, hic exiit de patria terra Sanaar & venit in Assyrios expulitque inde Assur filium Sem, aut certe posteros eius, cum occupasset regionem vniuersam, & edificavit Niniuem. Hic itaque fuit filius Beli filij Nemrod qui dictus est Saturnus, cum autem cepisset Assyriam, eam coniunxit cum Babylone, & ex vtraque fecit Monarchiam. Eandem sententiam tenent recentioribus viri quidem eruditissimi super Gene. 10. & Franciscus Ribera super Ose. 5. neque sua probabilitate caret quia communis sententia est, Niniem filium Beli Niniuem edificasse, cuius tempore secundum Eusebium in Chronico natus est Abraham. Eo autem tempore

Assur pater filius Sem diem clauserat vt credere par est.

Assyriorum & Chaldaeorum vel Babyloniorum diuersa sunt regna diuersisque limitibus circumscripta, quia tamen vnus frequentius vtrique regno imperabat Monarcha, scriptura sacra alterum pro altero vsurpat interdum, sicut 1. Esdræ. 6. & alibi de quo agimus latius libro. 2. in dictione Babylon. Sed Hieronymus quoque super Esai. Regem Assyriorum ibi intelligit Nabuchodonosor Babylonium, qui destruxit Hierusalem.

Assyriorum opem Iudæi postulabant necessitate famis aut belli, maxime quando ab Ægyptiis bellum imminerebat, & e contrario si ab Assyriis bellum vrgeret, tunc Ægyptiis fæderabantur, & diis eorum, Deo autem verò nihil fidebant, propterea derelicti sunt ab eo, vt dicit Hieronimus. *Ægypto dedimus manus, & Assyriis ut faceremur pane.* Quod non solum fecit tribus Iudæ & Hierusalem, sed idem prius fecerant decem aliæ tribus quæ dicuntur Israel, & Ephraim, de quibus apud Oseam. *Ægyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt, & cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum.* Item. *Ephraim, etc. fædus cum Assyriis inuit.* Putabant enim, & Deo Israel, & Diis Ægyptiorum atque Assyriorum posse simul in seruire, sed contra Dominus dicit. *Nemo potest duobus dominis seruire.* Vnde quando fame vel bello premittur fidelis, non debet quidem ad inimicos religionis facile confugere. *Sed querite.* ait Dominus. *primū regnū Dei & iustitiā eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* De quo lege Hiero. super Thren. 5. & Ose. 7. & ibi Lyran.

Assur & assyrii in scripturis comparantur apibus aculeatis, propter vsum sagittarum, & Monarchiam, cuius speciem referunt apes. Vt notat Hiero. super illud Isa. *In die illa sibilabit Dominus muscæ quæ est in extremo fluminū Ægypti.* Id est Ægyptiis in star muscarum immundis, & api quæ est in terra Assur. Vbi de Ægyptiis impletum est, quando occiderunt regem Ioham de Assyriis vero, quando Nabuchodonosor cepit Hierusalem, sic exponit Hiero. de quo vide in dictione Apis. Dabat autem Dominus victoriam tam Ægyptiis quam Assyriis contra populum suum, vt illum flagellis humiliaret, & istos beneficiis ad virtu-

tem alli-

Ioseph.

Hiero. Aug. Schol. Hist. Lyra. Vatab.

Aug.

Schol. Hist. Lyra. Vata.

2

Ioan. Anij.

Fran. Ribera.

Euseb.

tem alli-

CAPVT CLXIII.

Astaroth.



ASTAROTH Nomen est idoli Sydoniorum estq; pluralis numeri, quia varia huic dæmoni simulachra dedicabatur, sicut etiam in plurali legitur Baalim, propter eandem causam. Existimant autem viri eruditi Baal, Iouis, & Astaroth, Iunonis simulachra esse secundum gentium religionem, vt refert Aug. q. 16. in librū Iudicum, sic enim legitur: *Seruirent Baal & Astarothibus:* ita enim vertunt Sept. *u'bi r'as' a' s' d' p' r' i' s.* Solet, inquit, dicit Baal nomen esse apud gentes illarum partium Iouis. Astarte autem Iunonis, quod lingua punica putatur ostendere. Nam Baal Punici videtur dicere Dominum, vnde Baal Sammen, quasi Dominus cæli, Sammen quippe apud eos cæli appellantur, Iunq; autem apud illos sine dubitatione Astarte vocatur. Et quoniam istæ lingue, scilicet, Hebræa & Punica, non multum inter se differunt merito creditur de filiis Israël hoc dicere scriptura, quod Baal seruirent & Astaroth, id est Ioui & Iunonibus. Deinde subdit August. in plurali dici à septuaginta Iunonibus propter simulachrorum eius multitudinem. Secundum hanc regulam facile intelliges loca plura scripturarum, in quibus de Astaroth mentio fit, & scies, quare simul coniungantur Baalim & Astaroth frequentissime, sicut Iudicum 3. b. & 2. c. & 10. b. 1. Reg. 1. a. b. & 1. Reg. 12. b.

Astaroth quoque interpretatur nemora, quia hoc Iunonis idolum in nemoribus & syluis colebatur, ubi concurrentibus foeminis cum obsecris viris occasio dabatur libidinum immaniumque scelerum. Ideo cauendum est honestis foeminis, ne etiam religiosæ peregrinationis prætextu, sine decente comitatu loca deserta, ubi viri quoque frequentes sunt adeant: propterea Dominus cum pauisset turbæ quinque panibus in deserto: celeriter dimisit omnes in domos suas, quia cum viris foeminae quoque conuenerant. iuxta illud Ecclesiastici: *In medio mulierum noli commorari.*

ארתות

Aug. Iud. 2.

Regula.

2

Ioan. 6.

Ecclesi. 42.

Matth. 5.

6

Ezech. 31.

Isa. 10.

Isa. 30.

Luc. 18.

Iacob. 4.

1. Pet. 5.

Hierony.

4. Reg. 20.

Matth. 25.

7

Isa. 31.

Hierony.

4. Reg. 20.

Hier. 50.

Matth. 23.

tem alliceret: ita erga hostes suos Deus charitatem ostendit, sicut dicitur apud Matth. *Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & super iustos & iniustos.*

Assyrii destructi sunt à Babyloniis Niniue capta propter suam insolentiam & crudelitatem erga populū Israël: de quo plura sunt vaticinia Prophetarum Ezechiel. 31. a. Nahum. 3. d. Sophon. 2. d. Zachar. 10. d. ubi legitur: *Humiliabitur superbia Assur.* Item Isa. 10. *Vt Assur uirga furoris mei.* & cap. 30. g. ubi Propheta dicit: *A uirga enim Domini pauebit Assur uirga percussus: recte autem uirga percussur caput superbi, quod erat erectum: quia omnis qui se exaltat humiliabitur.* & Deus superbis resistit. Addit autem Isa. de Assur postquam dixerat uirga percussus. *Et erit, inquit, transitus uirgæ fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum.* Vbi Hierony. sub typo Senacherib Regis Assyriorum ab angelo percussus, ubi centum octuaginta quinque millia Assyriorum perierunt, æternam diaboli damnationem intelligit cum omnibus reprobis, quasi uirga profundius in dorso damnatorum infixæ, atque fundata, quam nunquam excutient. iuxta illud: *Ita maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis suis.*

De Assyriorum etiam strage sub Senacherib dicit Isaias, expositore Hierony. *Cadet Assur percussus gladio non uiri:* quia exercitus eius non ab homine, sed ab Angelo prostratus est. Preterea Hier. 50. legitur: *Ecce ego uisitabo Regem Babylonis, sicut uisitauit Regem Assur, id est, sicut Assyrii deuicti sunt à Babyloniis propter suam arrogantiam, sic & Babylonijs destructur à Cyro Perfarum Rege.* Enimvero quauis in hac uita mortali non omnes quidem peccatores puniat Deus, puniturus post hanc uitam, cum aliquibus tamen propter exemplum aliorum incipit, quasi rationem ponere. iuxta illud. *Simile est regnum cælorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis, & cum cepisset rationem ponere oblatus est ei unus, &c.* incipit itaq; hic rationem ponere, sed quod defuerit nunc, complebitur in finali iudicio.

Asturoth nomen proprium est loci: de quo fit mentio Genes. 14. a. Deut. 1. a. Iosu. 9. b. 12. b. 13. b.

CAPVT CLXIII.

Astyages.

Astyages Rex semel in sacra Scriptura memoratur, Dan. 13. his verbis: *Et Rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnū eius.* Erat autē Daniel eo tempore plusquam nonagenarius: nā septuagesimo anno captiuitatis expleto cōepit regnare Cyrus, vt constat ex postremis verbis libri Paral. 2. Fuerat autē cum Iechonia Rege translatus in Babylonem, vndecim annis ante captiuitatē Sedechiæ Regis, & desolationē Hierusalem: ergo licet puer tunc decē fuisset annorum: iam quidē excefferat nonagenariū ætatis annum, quando Babylonicum Cyrus suscepit Imperium. Quæ runt autem expositores, quorsum hoc loco exordij regni Cyri mortisq; Astyagis mētio fiat: Et quidē Hect. Pint⁹ super Dani. putat, in exordio regni Cyri historiam Susannæ contigisse. De qua in hoc cap. 13. mentio fit. Et eodē tempore auunculum Cyri Astyagē apud Medos obuisse, eiq; in regno Medorum Cyrum hærēdē successisse: veruntamen hæc sententia stare nullo modo potest, quia historia Susannæ tempore Nabuchodonosor multo ante præcessit, cū adhuc Daniel puer translatus fuisset in Babyloniā. Sic enim legimus: *Excitauit Dominus spiritum pueri iunioris cui nomen Daniel.* vbi non solū pueri dicitur sed additur iunioris. Astyages autem Medus in Chronico. Euseb. regnauit in Media post mortē Nabuchodonosor, qui Nabuchonosor anno octauo regni sui tulit Iechoniam in Babylonem cū Daniele, & regnauit postea annis triginta quinque compleuitq; quadraginta tres annos regni sui, quomodo ergo potest cōstare sententia Pincti.

Porro secunda sententia tenet mentionē de morte Regis Astyagis Dan. 13. factam non ad historiā pertinere Susannæ, quæ ibi narratur, sed ad historiā cap. 14. sequentis: vbi agitur de idolo Bel, & de dracone, quæ Daniel occidit: ita tenēt Ly-

ranus, & Dionys. Carthusi. sed neq; hoc sustineri potest, quia ex ipsa historiæ narratione colligitur, adhuc quando Daniel Draconē occidit, Babylonicum sub propriis regibus imperiū floruisse, neque ditioni Cyri fuisse subiectum, alioquin non diceretur occiso à Daniele Dracone: *Babylonii indignati sunt uehementer, & congregati aduersum regem dixerunt, Iudæus factus est rex, &c. Et dixerunt, trade nobis Daniëlē alioquin interficiemus te.* Atqui cōtra Cyrum Babylonijs prostrati, neq; hiscere ausi fuissent. Quare vt Pererius super Daniel. adnotauit, mentio mortis Regis Astyagis pertinet ad caput 9. Danie. vbi legimus: *Anno primo Darii Assueri, qui imperauit super regnum Chaldæorum anno uno regni eius, &c.* quia vnum duntaxat annum in Babylone regnauit Darius, quo mortuo regnum eius suscepit Cyrus, vocatur autem Darius hoc loco Astyages.

Sed rogabis fortasse, quare Darius, Medus, Astyages appelletur? Ad quod respondemus duas esse de hoc Dario opinionones, qui in Babylone capta vno anno regnauit. Quidam enim dicunt fuisse filium Astyagis Regis Medorum, qui cū Darius vocaretur dictus est etiam Ziarares à Græcis, & cognomē eius fuit Astyages, cuius sententiæ inter authores Ethnicos solus fuit Xenophon in sua Cyropædia: de quo latius agemus libr. 4. in dictio ne Darius. Altera sententiā est Astyagem nullum habuisse filium marem, sed filiā, quæ fuit mater Cyri, & hunc ipsum regē Mediæ potentissimum auum Cyri: eodem Cyro Babylonem cōpisse, & ibi dē vno anno regnasse: fuisse verò alio nomine dictum Darium, hic ergo defunctus narratur Dan. 13. & vtrumq; regnū Medorum, videlicet, & Chaldæorum cū Babylonia nepoti suo Cyro reliquisset: qui secundum istam sententiam regnare quidem cōepit in Media trigesimo quinto anno captiuitatis Babylonicæ, regnauit autem, vt in libro 1. refert Herodotus annis triginta quinque, vsque ad completum annum septuagesimum captiuitatis, sub finē autē huius anni defunctus est: & certe vtrinq; sententiā, vt probabilem sepe inculcat Hiero. maximē super ca. 5. Danielis: concordat & Eusebius in Chronico. cum posteriori sententia, qui Astyagem vltimum Regem ponit Medorum,

Lyran. Carthusi.

Bened. Pererius. Dan. 9.

Xenophon.

Herodotus.

Hierony. Eusebius.

& post

Herodot.

Iosephus.

4

Hierony.

& post eum Cyrum. Quod si quis obiciat, quod Herodotus tradat Astyagem auum Cyri ab ipso Cyro victum fuisse, & in Carmaniam relegatum: respondendum est scripturam sacram de hoc, quod per violentiam factum est nō curare, sed reconciliatum Astyagem cum nepote suo Cyro regnasse in Babylone, & ibi defunctum referri, quanuis certe prior sententia Hieronymo magis aridet super Dan. 5. & 9. quam etiam tenet Iosephus lib. 10. antiquitatum capit. 13. vbi Dariū vocat Astyagis filiū, qui tamē ait alio nomine vocabatur à Græcis, videlicet Ziarares, cui manebat cognomen Astyagis.

Cæterum adhuc nodus difficultatis prioris, quorsum de historia mortis Darij Astyagis, quæ propria erat capit. 9. Danielis, agitur in capite 13. Ad quod respondendum est, librum Danielis vsque ad caput 12. finitum lingua Chaldæa legi literis Hebræis, vt in præfatione Danielis refert Hieronymus. Græcus autem interpres Danielis non fuit ex septuaginta viris, vt ibidem Hieronym. ait, sed quidam alius, qui post 12. caput duo sequentia, scilicet 13. & 14. ab initio Græcè scripta à perito lingua tunc Græcè inter Chaldæos, cum aliis duodecim primis capitibus, sine ordine posuit postremo loco: quæ tamen ponenda erant ante 11. caput, quia res gestas intermissas continent: ideo per recapitulationem de morte Darij cognomento Astyagis fecit mentionem in cap. 13. sed de hoc satis.

CAPVT CLXV.

Athalia.

תלחיה



ATHALIA Vxor fuit Regis Ioram, mater Regis Ochoziæ, quæ ambitione, & cupiditate regnandi, mortuo filio suo Ochozia, omne perdidit semē regium, præter Ioas, qui absconditus euasit. Is cum adoleuisset Rex industria Ioiadæ summi Pontificis creatus est: ab eius autem satellitibus occisa infœlix Athalia, pœnas fusi sanguinis dedit, quia *qui fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius*, quantum au-

4. Reg. 8.

Gen. 9.

tem fugiendum sit homicidium, Dominus in Euangelio docuit. vbi non solum, qui occiderit, reum futurum dixit in iudicio, sed & *qui dixerit fratri suo satue, reus (inquit) erit gehennæ ignis.* Fugiendam etiam esse ambitionem docuit, quæ cœdium mater est, & exitij, quando contentibus aliquādo Apostolis, quis eorum videretur esse maior: ostenso paruulo infante. *Nisi conuersi (inquit) fueritis, & efficiamini, sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cælorum.*

CAPVT CLXVI.

Atrium.



ATRIVM Vocatur Hebraicè Chafer Exod. 27. & 40. & 3. Reg. 6. *Ædificauit atrium interius.*

Atrium significat primam domus partem, quæ continet mediam arcam, in qua collectæ ex omni tecto pluuie descendunt. Continet etiam vestibulum: & quidem in tabernaculo fœderis erat area ante tabernaculum sine tecto, vbi sacrificia offerebantur: de quo in Exod. præcipitur, vt longitudo eius ab Oriente ad Occidentem esset centum cubitorum: ita vt plagam Australem occuparent columnæ viginti, vnde cortinæ pendebant centum similiter cubitorum: latitudinem verò à Septentrione, ad Meridiē ex vtroque latere quinquaginta cubitorum eius mensuræ cortinæ similiter ambiabant. Post atrium hoc erat vestibulum tabernaculi: & deinde tabernaculum in duas partes diuisum, quarum prior sancta, posterior verò Sancta sanctorū appellabatur. Erat autē altare holocaustorum, & hostiarum inter atrium & vestibulum. De hoc atrio fit etiam mentio in Exod.

De atrijs verò templi in monte Moria postea ædificati sepe fit mētio in scriptura: putamus autē duo fuisse atria à Salomone ædificata, exterius, & interius: sed Herodem addidisse locum vulgus de quibus egimus in dictione Altare: Est autem regula seruanda quotiescunque in scriptura sacra de atrio Domini, vel de atrijs domus Domini mentio fit, semper quidem de atrio tabernaculi, vel atrijs templi sermonem esse, vel per me-

Matth. 5.

Matth. 18.

תלחיה

1

Exod. 28.

Exod. 40.

2

2. Reg. 6.

Regula.

taphoram de atriis gloriæ cælestis in im-
pyreo cælo: vbi tres Angelorum Hie-
rarchia: sç liciter habitant, quæ charita-
tis spatii, quasi atria latissima dilatan-
tur, aut certe sermo est de latitudine mi-
litan-
tis Ecclesiæ, quæ fide Trinitatis to-
to longe lateq; terarum orbe patet. Sic
in Psalm. dicitur: *Beatus quem elegisti, &
assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis.* Vbi
iuxta literam Theodoretus, & Lyranus
vocem esse dicunt Iudæorum de Ba-
bylonia redeuntium, qui beatum iudi-
cabant eum, qui in atriis templi ædifi-
candi moraretur, sed Hieronymus vo-
cem hoc loco agnoscit Ecclesiæ, beatum
potius appellantis eum, qui in illis cæ-
lestibus mansionibus reciperetur. Eo-
dem modo Cassiodorus, & Glossa. De
atriis quoque Ecclesiæ militantis expo-
nit Genebrardus. Item Vatablus, sed
melius refertur ad mansiones æternæ pa-
triæ, simulque prophetia est de regno
Christi militante, & triumphante, de
quo dicit Christus: *In domo patris mei
mansiones multæ sunt.* Præterea Prophe-
ta clamat: *Concupiscit, & deficit anima mea
in atria Domini.* Quod Iansenius iuxta
corticem literæ de Dauid intelligit, quan-
do post fugam propter Absalon, reddi-
tum ad Hierosolymitanum templum
desiderabat, sic & Genebrardus, & Va-
tablus, sed Augustinus, & Glossa, & Be-
da, item Lyranus, Hieronymus, &
Cassiodorus, de desiderio cælestis habi-
tationis explicant, sicut & Gregor. lib. 8.
Moral. super illud Iob. *ibi requieverunt
fessi robore.* Quorum sententia magis pla-
cet, quia in eodem Psalm. dicitur: *Me-
lior est dies una in atriis tuis super millia,*
Quod per metaphoram dictum quidem
est de die æternitatis, quæ omne tempus
comprehendit. Quod verò dicit Pro-
pheta deficit anima mea Hebraicè est
vox חלל Chala, id est, præ desiderio cõ-
ficitur vsque ad deliquium. In his atriis
secundum naturam deitatis erat filius Dei,
qui dixit: *Qui mihi ministrat, me sequatur,
& ubi ego sum, illic & minister meus erit.*
Vbi cum esset in carne mortali præsens
in terra de præsentis dixit: *Vbi ego sum,
videlicet quatenus portione superiori glo-
riosus clare diuinam intuebatur essen-
tiam.*

te in Psalm. *Adorate Dominum in atrio
sancto eius.* & præcedit in Psalm. *Tollite
hostias, & introite in atria eius.* Tolli-
te hostias, & introite in atria eius. mox se-
quitur: *Adorate, &c.* Quamuis autem ti-
tulus Psalmi sit, quando domus ædifica-
batur post captiuitatem: nihilominus ta-
men de Ecclesia ex gentibus congregata
sermonem esse, dicunt Hieronymus, Au-
gustinus, Cassiodorus, Theodoretus, Ly-
ranus & Genebrardus. Et verba planè
Psalmi conuincunt, vbi dicitur planè
post: *Dicite in gentibus, quia Dominus regna-
uit.* & ita Vatablus conuictus re ipsa fate-
tur. De qua gentium vocatione Domi-
nus dixit: *Multi ab Oriente & Occidente
uenient, &c.* Accedit quod vox Hebræa
מִיָּמִין minha, hostias significat ex fari-
na, quas dicit Propheta, vt tollant in al-
tum sacerdotes, id est Eucharistiam, vt ait
Genebrardus. De eadem vocatione ad
Ecclesiam intelligunt illud quoq; Psalm.
*Introite portas eius in confessione, atria eius
in hymnis.* Hieronymus, August. Cassio-
dorus, Theodoretus, & Glossa, id est, de
introeuntibus in Ecclesiam per portas ba-
ptismi, & fidei, de quibus: *Nisi quis renatus
fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest
intrare in regnum Dei.* Quamuis Lyranus,
Vatablus, & Iansenius de templo Hiero-
solymitano dictum existiment, quando
populus gratias agebat, sed melius Gene-
brardus putat de Ecclesia prædici: & alle-
gat Rabbi Iohana, qui explicat de nouo
Testamento, vbi sunt pasqua Eucha-
ristiæ.

De atriis quoque Ecclesiæ Catholice
in latitudine fidei, spei & charitatis, aut
de latitudine cælestis patriæ, cæliq; im-
pyrei, in quo tres hierarchiæ versantur
Angelorum, intelligitur visio Ezech. vbi
ædificium illi templi monstratum est in
visionibus Dei, & atria quoque tria, sicut
explicant Hieronymus, Gregorius, &
Theodoretus, quia templum illud mate-
riale vix esse potuit, sicut ibi describitur,
aut nullo modo potuit, sed sunt illæ man-
siones: de quibus Dominus dixit Aposto-
lis: *Vado parare vobis locum.* vel certe per-
tinent ad ædificium: de quo ipse dixit:
Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.
Quod verò subditur apud Ezech. quod
atriola quædam erant in quatuor an-
gulis atrii exterioris. *Duxit (inquit)
me ad atrium exterius, & circumduxit me*

Atrium pro Ecclesia capitur militan-

*per quatuor angulos atrii, & ecce atrio-
lum erat in angulo atrii, atriola singula
per angulos atrii.* Quæ quatuor atrio-
la, inquit Hieronymus. quatuor mundi
significat plagas, in quibus in sudore
vultus nostri comedimus panem. Hæc
ille. Itaq; dum in templo sumus Ecclesiæ
militantis, non est nobis otio indulgen-
dum, ne dicatur nobis: *Quid statis tota die
otiosi?*

*Atrium, quod foris est templi, eiice foras,
& ne metiaris illud, quoniam datum est gen-
tibus,* dictum est Ioanni, cui prius dictum
erat: *Surge metire templum, & altare, &
adorantes in eo.* Vbi notandum est Ioan-
nem, ita de Ecclesia Catholica Christi
agere, ac si templum illud Hierosolymita-
num præsens haberet, in quo erat san-
cta, & Sancta sanctorum, & altare, &
atria: vnum vulgi, ad quod Gentiles in-
gredi poterant: deinde atrium aliud,
quod vocabatur exterius, vbi omnibus
Iudæis versari licebat, sed infideles mini-
me permitterentur: & aliud interius, ad
quod solis sacerdotibus patebat aditus,
ibiq; erat altare victimarum, vt diximus
in dictione Altare: denique intra illud
templum propriè dictum erat Sancta, &
Sancta sanctorum. Dictum est ergo
Ioanni, vt metiretur templum, id est, san-
cta, & sancta sanctorum, per quæ signi-
ficati sunt viri sanctitate conspicui: præ-
terea, vt metiretur altare, quod erat ex-
tra in atrio interiori, & adorantes in eo,
id est, sacerdotes de altario viuentes, vt ex-
ponit Richardus. Deinde nota metiri
hæc omnia nihil aliud esse, quam mo-
res singulis debitos, decentesq; describere,
atque præscribere, sicut docet D. Tho-
mas in Commentariis, & D. Gregor. su-
per Iob. 38. in illud: *Quis posuit mensu-
ras eius si nosti?* Et certe mensura fide-
lium omnium est illa Domini: *Si quis
vult venire post me, abneget semetipsum, &
tollat crucem suam, & sequatur me.* Sed per-
sectorum mensura est illa apud Mat-
thæum. *Sunt quidam, qui se castrauerunt pro-
pter regnum cælorum, qui potest capere ca-
piat. & Ecce nos reliquimus omnia, & sequi
ti sumus te.*

Cæterum, quod subiungit textus:
Atrium, quod foris est templi, eiice foras,
duplicem habet lectionem, vt in adno-
tationibus suis refert Erasmus: enimue-

ro aliqui codices habent, quod intus est
Græcè εσωθεν: alij verò, quod foris
est, Græcè εξωθεν, quæ lectio præfe-
renda est, quia ad atrium templi exte-
rius alludit. Sic etiam legunt Victori-
nus, Augustinus, siue Tychonius, Prima-
sius, Beda, & Hieronymus epist. ad Mar-
cellam, cuius initium est, *Mensuram cha-
ritas non habet.* & Gregor. homil. 12. in
Ezechiel. Hoc ergo atrium, quod foris
est, quidam intelligunt solos hæreticos,
qui sunt extra Ecclesiam, sic Rupertus, &
Ansbertus, sed accomodatior sensus est,
vt omnes reprobi intelligantur, siue hæ-
retici, siue Christiani obstinati. sic expli-
cant Tychonius hom. 8. Beda, Richardus,
Anselmus, & D. Thomas, qui ait,
sicut atrium extra templum ad templum
pertinere videtur, cum tamen sepulchris
mortuorum plenum sit: sic tum hæretici,
tum reprobi Catholici Ecclesiæ quidem
per baptismi sacramentum videntur hæ-
rere, sed exterius foetent corruptione vi-
tiorum: de quibus apud Matthæum. *Si
quis Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut
Ethnicus & Publicanus,* id est per excom-
municationis sententiam foras eicere cu-
ra. B. Gregor. super locum citatum Iob.
Quis posuit mensuras eius? per atrium ex-
terius latitudinem dicit significare vitæ,
quæ ducit ad mortem. Datum autem,
dicitur atrium hoc exterius gentibus, id est
Antichristo, & satellitibus eius, qui deci-
piet homines huiusmodi.

Atrium materialis templi Hierosoly-
mitani intelligitur illud, ad quod non
tam corpore, quam in visione spirituali
portatus legitur Ezechiel. capit. 8. & 9.
& 10. Item illud, de quo Hierem.
Sta in atrio domus Domini. Et alibi vbi
Hieremias dicitur fuisse clausus in a-
trio, &c.

¶ Attollite portas. Psal. 23. vide in verbo
eleuare, num. 11.

¶ Attendere, vide in aliis dictionibus
coniunctis.
(.2.)

Victori-
August.
Primasius.
Beda.
Hierony.
Greg.

Rupert.
Ansbert

Ticonius.
Beda.
Richard.
Ansel.
D. Thom.

Matth. 18.

Greg.
Matth. 7.

7

Ezech. 8.
Hier. 26.

Hier. 38.

Attrahere.



ATTRAHERE, dicitur Hebraicè in scriptura Masach. Psal. 9. Dum attrahit eum. Et Cât. 1. Trabe nos post te.

Attrahere est ad se, trahere siue blande, siue violenter. Vnde Attrahere dicitur Deus misericordia miseris, sic apud Hierem. Charitate perpetua dilexisti te: ideo attraxi te miserans tui. Vbi Hieronymus. Quia offenderat (inquit) Israël Dominum dicens: Nō habemus regem nisi Cæsarem. Item. Venite & interficiamus eum, & nostra erit hereditas. Propterea Dominus post multum tempus apparuit ei, &c. id est in fine seculi: de quo vide in dictione Apparere, itaq; de reliquis Israël, quæ conuertentur in fine mūdi, hanc attractionem Hieronymus intelligit, quia propter scelus in Christum commissum, vsque ad illud tempus differtur eorum salus.

Attrahere spiritum, est, ex animo spiritualia diligere. Sic David: Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Vbi Augustinus. Aperuit, inquit, os petendo, quærendo, pulsando, & sitiens hausit spiritum bonum: vnde faceret, quod per se ipsum non poterat. Hæc Augustinus, & Ambrosius ibidem lex (ait) dicit: Diliges proximum tuum, Euangelium dicit: Diligite inimicos vestros. Ergo David, qui dilexit inimicos, aperuit os, & attraxit spiritum Euangelij.

Attrahere ventum amoris sui est, amoris proprii periphraſis. sic Hierem. de Hierusalem dicit: Onager assuetus insolitudine, attraxit ventum amoris sui. Vbi Hieronymus. Vno (inquit) apud Hebræos nomine Ruah, & ventus appellatur, & spiritus, sic Hierusalem toto impetu ad desiderium libidinis ferebatur, & idolorum amore feruebat, vt nullus eam suis monitis posset ab hoc impetu auertere. Hæc Hieronymus de his ergo, qui male se diligunt, Dominus ait: Qui amat animam suam, perdet eam. sicut onager, qui dum amore ventris pascua quarit vberiora, fit præda leonis.

Attrahere iugum linguæ nequam est, illius se subdere obsequio, qui linguosus est. sic Salomon ait: Beatus qui tectus est a lingua nequam, qui iracundiam illius non transiuit, & qui non attraxit iugum illius. Lyranus beatum dici putat, qui non capitur persuasione linguæ peruersæ. iuxta illud. Fili si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Iansenius beatum vocari existimat eum, qui non cogitur obedire imperio linguæ peruersæ, talis erat lingua Herodis, qui tribus Magis dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renuntiate mihi: sed illi beati qui non fufceperunt iugum linguæ nequam: sed admoniti quidem in somnis per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.

Auaritia.



VARITIA Vocatur Hebraicè Basaa, Exod. 18. Et qui oderunt auaritiam Iud. 5. Psalm. 118. Prouerb. 28.

Auaritia est auiditas, vt docet Isidorus in suis etymologiis, & auarus est auens aurum. Latè uero sumpto vocabulo cupiditas immoderata cuiuscunque rei dicitur auaritia, Græcè πλεονεξία a verbo πλεονεξύν, quod est plus habere, quomodo vsurpatur à Paulo in fine capit. ad Rom. ubi ait: Plenos iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, Græcè pleonexia. sic alibi. Qui desperates semetipsos tradiderunt impudicitiae, immunditiae omnis, &c. in auaritia, seu pleonexia. Interdum autè, ubi Græcè est πλεονεξία interpres vertit fraudulentiam, quia auarus fraudatis aliis, plusquàm debet sibi vsurpat. Nonnunquam uero vertit rapinam: sapius tamen auaritiam, in quo sensu Hugo de Sancto Victore dixit: Eux peccatum fuisse auaritiam, id est cupiditatem plus a quo sciendi.

Auaritia specialiter sumpta Græce dicitur Philargiria φιλαργυρία. De qua Hugo libro 2. de clauſtro animæ. Auaritia, inquit, est sua illicite retinere, & alie-

na concupiscere. De quo D. Thom. 2. 2. quæst. 118. arti. 2. ubi diuidit auaritiam in generalem illam habendi cupiditatem, quæ ad honores & scientias extenditur: de qua tractat Augustinus lib. 3. de libero arbitrio: & in speciale auiditatem possessionum, quæ nomine pecuniæ designantur, quæ nimirum speciale peccatum est liberalitati contrariū. Vnde Aristoteles in Moralibus. Huius specialis auaritiæ tres ponit species, quæ sunt turpe lucrum, tenacitas, & illiberalitas, turpe lucrum est, quando quis per fas lucratur, & nefas sine pudore, tenacitas quando in rebus honestis cum opus sit expendere non expenditur, illiberalitas uero expendere quidem, sed minutatim, tetroq; vultu, & cum tædio, vel ex probatione.

Auaro autem nihil est scelestius, dicit Ecclesiasticus. quæ sententia inter Doctores scholasticos iure cõtrovertitur, quia quædam alia peccata grauiora censentur, vt puta blasphemia, odium Dei, infidelitas Nihilominus tamen pulchrè D. Thom. 2. 2. quæst. 118. dicit auaritiam secundum aliquid, non tamen absolute grauissimum esse delictum, quia in peccato & auersio est à Deo, & conuersio ad creaturam, & quidem ex parte auersionis à summo bono grauius peccatum est: oliū Dei & similia. Ceterum ex parte conuersionis ad creaturam grauissimum delictum omnium est auaritia, quia vilissima est omnium creaturarum auri materia, vel argenti, vt puta insensibilis, quam homo præponit summo Deo. Vnde Chrysostomus super Matth. 25. Virgines fatuas iure dicit, vt fatuas esse damnatas, quæ cum nobiliorem creaturam religionis gratia & castitatis amore contempserunt, nempe virile consortium, & prolem, vilissimæ tamen pecuniæ cupiditati seruiuerunt, oleum charitatis contempnentes, & præceptum Dei minimè curantes.

In hoc sensu Paulus cum dixisset: Mortificate membra uestra, quæ sunt super terram, addidit & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus. & ad Ephes. Auarus, quod est idolorum seruitus. Non quod auaritia sit vt Theologi loquuntur, formaliter idolatria, sed quod ad similitudinem eorum, qui aurea vel argentea colunt simulachra, & illis se subiciunt, sic auarus: sicut si

Deus esset aurum, sic illud amat, & illi seruit. Vnde & filius Dei: Non potestis, inquit, Deo seruire & mammonæ. & Ecclesiasticus dixit: Nihil est iniquius, quam amare pecuniam, animam enim suam uenalem habet, id est vendit animam suam, quasi mancipium pro pecunia. Hinc Cicero libr. 1. Offic. ait. Nihil est tam angusti animi, tantumquam prauum, quam amare pecuniam. Et Antisthenes Philosophus dixit: Auarus nemo bonus esse potest, neque rex, neque liber: quia nimirum seruis suarum efficitur cupiditatum. Præterea Hesiodus quantumuis, inquit sapientem animum lucrum uolenter vincit. Et uincta est atque ligata sapientia lucro. Item B. Hieronymus. super Matth. 6. Qui seruis, inquit, est diuitiarum, custodit eas vt seruis, qui uero seruitutis discussit iugum, distribuit eas egentibus. Hinc eleganter Prophetas: Dormierunt, ait, somnum suum uiri diuitiarum, id est serui diuitiarum, & nihil inueniunt in manibus suis. Describit autem Bernard. serm. 39. captiuam animam in auaritiæ uehiculo his uerbis: Auaritia rotis uehitur quatuor uitiorum, quæ sunt pusillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, & mortis obliuio: porro duo equi trahentes sunt tenacitas & rapacitas, & his unus auriga præsidet habendi ardor. Hæc Bernard. Et certè magis erat seruis pecuniæ quam Dei, qui in parabola Matth. Cum remissionem debiti decem milliū talentorum à Domino liberaliter impetrasset, ille pro centum denariis conseruum in carcerem, ideoq; punitus est seuerissimè.

Auaro etiam nihil esse scelestius dicitur alia ratione, quia uidelicet ferè nullū aliud est vitium, quod in plura sceiera hominem impellat, quodq; adeo noxium sit proximis & reipublicæ. Iuxta illud, Radix omnium malorum cupiditas. Græcè philargyria. & Cicero 2. Reth. Auaritia, inquit, ad omne malum hominem impellit. In quo sensu Menander quoque dixit: Auaritia mort. alibus est maximum malum. Et Euripides: quisquis ambitiosum, aut auarum ingenium habet, nihil iusti sapit, neque agit? Bias quoque unus de septem sapientibus ait. Auaritia metropolis est totius improbitatis. Quod satis Semyramis Assyriorū regina ostendit, quæ moriens in monumento suo ius-

יָצַח

1

Hier. 31.

Hierony.

Ioan. 19.

Matth. 21.

Isai. 10.

2

Pfal. 118.

Aug. Ambros. Matth. 6.

3

Hier. 2.

Hierony. יָצַח

Ioan. 12.

4

Prouerb. 1.

Lyra.

Prouerb. 1 Iansenius.

Matth. 1.

118

1

Isidorus.

Rom. 1.

Ephes. 4.

Hugo. Victor.

2

Hugo.

D. Thom.

Aug.

Arist.

2 Eccles. 10.

D. Thom.

Chrysoſt. Matth. 25.

4 Coloss. 3. Ephes. 5.

Matth. 6. Eccles. 10.

Cicero.

Antisthenes

Hesiodus.

Hierony.

Pfal. 75.

Bernard.

Matth. 18.

5

1. Timot. 6. Cicero.

Menander.

Euripides.

Bias.

Semyramis.

fit inscribi quicumque rex pecuniis indiguerit, aperto sepulchro quantum voluerit capiat, cumq; aperuisset Darius, pecunias quidem nullas inuenit, sed in scriptura incidit, quæ dicebat: Nisi vir malus esses, pecuniarum inexplebili siti laborans, mortuorum loculos minimè commouisses. Sic & Timon ille Missantropos duo malorum omnium elementa posuit, ambitionem & auri cupiditatem. Hinc est, quòd de diuite illo, qui epulabatur quotidie splendide: nullum aliud graue scelus narratur, nisi quod auaritia quidem superatus, nec frustrum panis pauperi Lazaro dare voluerit: & tamen cum mortuus esset sepultus est in inferno: satis enim erat auarum illum describere, vt omnibus vitiis scateret constaret, cum radix sit omnium malorum cupiditas. Ideo Propheta clamabat: *Inclina cor meum Domine in testimonia tua, & non in auaritia.*

4 Auaritia omnia conturbat, sicut Salomon ait. *Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam, qui autem odit munera uiuet.* Quia nimirum cum in tot scelera propter auaritiam quotidie labatur homo conscientia turbata miserè torquetur. Deinde sollicitus est auarus, vt acquirat, & timet ab omni parte ne quid amittat. Vnde Herodes hoc morbo laborans, cum à Magis audiret Messiam esse natum: *Turbatus est, & omnis Hierosolyma cū illo.* Sic Isidorus lib. 3. de summo bono, qui bona, inquit, mundidiligat, velit, nolit timoris & doloris poenæ succumbit. & Gregorius libro 20. Moral. Auaritia, inquit, latenter oritur in mente, sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in operatione. Hæc ille. Vnde recte Dominus dixit: *Diuitiæ sunt spine.* & August. lib. 3. de libero arbitrio, de auaritia, inquit, omnium peccatorum spinæ producuntur: in quo sensu Antiphanes, quoque Philosophus dixit. *Lucra male quaesita uoluptates parit breues, longam uero deinde tristitiam.* Et Euripides ait. *Qui male contrahit diuitias, Messem ipsarum in foelicitatem metet.* Diogenes quoq; aiebat. *Auarus semper uita sua tanquam gladio utitur, quo dum uiuit seipsum sauciat, & alios percutit incessanter.* Est ergo uita in manu auari, sicut gladius in manu furiosi. vide Herodem cupidum quot millia occidit infantium.

Sint mores sine auaritia contenti presentibus. Heb. 13. hoc docet Apostolus omnes fideles, cui consonat Christus: *Nolite, ait, thesaurizare thesauros in terra.* Primum, quia latronum uolentia, & furum obnoxii sunt rapacitati. Deinde, quia uita breuis paucis eget. Vnde Gregor. hom. 32. in Euangelia. *Longa, inquit, nostra desideria incerpant uita breuis.* Hæc ille. Vnde Euripides: *Si uiueres, inquit, longum certui tempus, aut cornicis, aliquando in colligendis opibus ueniam haberes, sed cum breui sis moriturus: cur te crucias in acquirendis thesauris, quibus alij imprudenter uisuri sunt? Et planè hoc spectat, quòd Ptopheta canit. Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur, thesaurizat & ignorat, cui congregabit ea.* De quo uide in uerbo imago num. 9.

6 *Auarus non implebitur pecunia.* Eccles. 5. Vnde Ambros. libr. de interpellatione Iob. Modum, inquit, non habet auaritia, nec capiendo expletur, sed incitatur. & Gregor. lib. 15. Moral. Auaritia, ait, desideratis rebus non extinguitur, sed augetur more ignis, qui cum ligna, quæ consumit acceperit, excrescit. Hæc ille. Diogenes Philosophus auarum hydropicis comparabat, qui quo plus bibunt ardentius sitiunt, & Pittacus vnus ex septem sapientibus quæ situm aiebant lucrum esse inexplebile. Plato dixit auaro. *Improbe si uis repleti, non studeas augere censum, sed minuire cupiditatem.* Cū Pyrrhus Epirotarum Rex Siciliam, Carthaginem, vrbeinque Romam, suo arderet Imperio subiugare, Gyon Ceneas uir prudens illi dixit: *O Pyrrhe postquam hæc omnia occupauerimus, quid inde fiet? Respondit ille uiuemus quietè, tunc Ceneas incipiamus ergo ille ait, sine tantis molestiis quiete uiuere: quòd consilium de ore Christi ceperunt, qui dicebant: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quia certè uerum dixit ille Poëta.*

Crescit amor nūmi quantum ipsa pecunia crescit. & *Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ.* Auaritia Iudæorum frequentissime diuinam excitauit contra eos iram. Sic Isai. cum dixisset. *Omnes bestie agri uenite ad deuorandum.* ubi bestias Romanos intelligit Hierony. mox subdit Propheta. *Omnes in uiam suam declinauerunt,*

5
Hebr. 13.
Matth. 5.
Gregor.
Euripides.
Psal. 38.
Eccles. 5.
Ambros.
Gregor.
Diogenes.
Pittacus.
Plato.
Ceneas.
Matth. 19.
Isai. 56.

CAPVT. CLXIX.

Audire, Auris, Auscultare



Vris in sacra pagina dicitur Hebraice Azen Iob. 12. duale azenim unde azan Auscultari. •

Audire est auribus percipere Gen. 3. *Domine uocem tuam audi.* Significat etiam obedire & credere sicut in Gen. dixit Dominus Abraham. *Omnia quæ dixerit tibi Sara audi uocem eius.* Item dixit populus Moysi. *Loquere tu nobis & audiemus.* Id est obediemus. Item Psal. *Israel si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum, & non audiuit populus meus, id est, non obtēperauit.* Isai. 29. *Audient in illa die iudicia uerba libri, id est, credent fide uiua, quod impleri cœpit quando dicente Domino Simoni & Andrea. Venite post me, & c. relicti retibus secuti sunt eum.* Et dicente Iesu. *Sequere me surgens* Matth. 9. *secutus est eum.* & Ezechieli Dominus dixit Propheta. *Nolunt audire te, quia nolunt audire me: in quo sensu Dominus clamat, Qui habet aures audiendi audiat.* Et in transfiguratione uox patris insonuit. *Hic est filius meus dilectus, & c. ipsum audite: id est ipsi credite, & eidem obedite, tanquā magistro, Doñque & legislatori.* Deniq; *Qui uos audit me audit, qui uos spernit me spernit.* dixit Apostolis & prelati filius Dei, quia personam Dei representant quod non attendunt nouatores nostri temporis nolentes audire prælatum.

Secundum eandem phrasim dicitur. *Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud.* Hoc autem donum audiendi uerbum Dei quantum supernaturale sit, datur tamen uolentibus & petentibus, quia necessarium est ad salutem in quo deesse non legitur. *Qui uult omnes homines saluos fieri.* De hoc dono Salomon ait. *Aurem audientem & oculum uidentem Dominus fecit utrunque.* Super quem locum Hieronymus, & Beda Aurem, inquit, audientem dicit auditorem obedientem. oculum autem uidentem doctorem eruditum, & infra Deus dat unicuique gratiam secundum mensuram donationis suæ, uidelicet qui dat doctori donum docendi, dat auditori donum audiendi &

Gen. 3.
Gen. 21.
Deut. 20.
Psal. 80.
Isai. 29.
Matth. 4.
Matth. 9.
Ezech. 3.
Matth. 13.
Luc. 8.
Matth. 17.
Luc. 10.
Luc. 11.
2. Timo. 2.
Prou. 20.
Hieron.

Isai. 57. *unusquisque in auaritiam suam.* Et cap. 57. *Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum.* Ite Hier. *Extendam, inquit, manum meam super habitantes terram, dicit Dominus, à minore quippe usque ad maiorem omnes auaritiæ student.* De Ioachim quoque filio Iosie dicitur. *Tuum autem cor ad auaritiam & sanguinem innocentem fundendum, & c. propterea hæc dicit Dominus ad ioachim filium Iosie, non plangent eum sepultura asini sepelietur putrefactus & proiectus extra portas Hierusalem.* Sic & Amos: *Vidi, inquit, Dominum stantem super altare, & dixit percutite cardinem, & commoueantur superliminaria, auaritia enim in capite omnium.* Et certe suam auaritiam prodiderunt Iudæi quando facto contra Iesum concilio dicebant. *Si dimittimus eum sic, uenient Romani & tollent locum nostrum & gentem.* Quia ergo auaritia principis excæcati metuerunt, si Christum reciperent, temporalia bona Romanis irruentibus amissuros, propterea dicit Propheta. *Percutite cardinem & ruat templum.* Romanis ipsis uastatoribus, sicut exponit Hierony. quod autem ait. *Auaritia in capite omnium.* Significat caput omnium conuassaturam quidem poenam peccati auaritiæ, quod eos impulit vt dicerent. *Crucifige: & sanguis eius super nos.* Nec audiendus est hoc loco Ruffinus, qui hoc uaticinium Amos contra decem tribus explicat, cum constet pro Hieronymo facere quod Propheta de altari loquitur, & de cardine & superliminariis templi Hierusalem ruituris, sicut Dominus dixit. *Ad terram prosternent te.* Quod autem Iudæi propter summam auaritiam Christum habuerint exofum constat, quando eiecit e mentes & uendentes de templo. Item quando dixit eis. *Irritum fecistis mandatum Dei.* Videlicet de parentibus honorandis, vt scilicet fraudatis parentibus egenis, bona filios templo dare compellerent. Denique Dominus de auaritia notabat eos passim Matth. 23. & Luc. 16 sed quia respicere noluerunt. *Ecce inquit relinquetur nobis domus uestra deserta.* (2.)

Isai. 57.
Hier. 6.
Hier. 8.
Amos. 9.
Ioan. 11.
Ioan. 19.
Ruffinus.
Luc. 19.
Ioan. 2.
Matth. 21.
Matth. 23.
Matth. 23.
Luc. 12.
Matth. 23.

Psal. 44. discendi, & vtrunque donum Dei est. Ita Glossa & Lyranus ibidem, iuxta hoc donum audiendi dicitur Ecclesia. *Audi filia & uide & inclina aurem tuam, &c. & concupiscet rex decorem tuum.* Nihil enim ferre pulchrius in oculis Dei quam hoc donum audiendi quo rationalis creatura in omnibus docibilis redditur Deo, & obsequens exactissime ideo excitat concupiscentiam amatoriam Dei. Item etiam qui docet eum qui audit libenter, Deo quoque summe placet iuxta illud. *Margaritum fulgens qui arguit sapientem & aurem obedientem.* Item Eccle. *Beatus qui inuenit amicum uerum, & qui enarrat iustitiam auri audienti.* Ideo Dominus loquebatur Mariæ quia illa. *Sedens secus pedes Domini audiebatur uerbum illius, fide scilicet uiua & actiuosa.* Eadem quoque de causa libenter loquebatur ad turbas unde. *Loquente Iesu ad turbas extollens uocem quædam mulier de turba dixit illi beatus uenter qui te portauit.*

3 Audire, itaque uerbum Dei uiua & actiuosa fide quæ parit obedientiam, donum est supernaturale Dei unde Dominus ait. *Qui ex Deo est uerba Dei audit, propterea uos non auditis quia ex Deo non estis.* De quo tres sunt explicandi modi, nam primum Aug. tract. 42. super Ioan. & Greg. homil. 18. in Euangelia hæc uerba de prædestinatis & reprobis exponunt, ita ut prædestinati audiant & reprobi quales erant Iudæi non audiant, quæ tamen expositio à quibusdam refutatur, quia sunt quidam prædestinati qui aliquando non audiunt, quales aliqui fortasse ex illis ipsis Iudæis erant qui postea ad prædicationem Petri conuersi sunt fere tria millia. Secunda sententia est D. Thomæ filios Dei adoptiuos per gratiã iustificantes ex Deo esse, & ita libenter audire uocem illius aquo regenerati sunt Ioan. 19. *Omnis qui est ex ueritate audit uocem meam.* Sed eodẽ modo posset hæc sententia refelli, quia contingit aliquando illum qui est in gratia non audire in consiliis uocem Christi, sicut iuuenis ille qui seruauerat omnia mandata, & tamen cū audiret. *Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, &c.* abiit tristis, neque audiuit uocem Domini. Quare tertia sententia est Origenis super Ioan. 10. 2. scilicet, omnes creaturas quantum ad naturã

ex Deo esse, neque enim aliqua creatura mala est, cum sit scriptum. *Uide Deus cum & quæ fecerat & erant ualde bona. Et omnia per ipsum facta sunt.* Neque malum Deū dicimus autorem malorum sicut Marcion delirando tradidit: ex Deo autem esse dicitur hoc loco non solum qui prædestinatus est, neque omnis qui prædestinatus est, neque solum qui in gratia est iustificante, sed qui spiritu Dei super naturaliter agitur iuxta illud. *Qui spiritu Dei aguntur hi sunt filij Dei.* Quia ergo tunc Iudæi spiritu Dei non agebantur dicti sunt ex Deo non esse, quæ expositio legitima est, & ad sensum eius priores apta de.

4 Audire dicitur Deus gemitum poenitentium & iniuriam sustinentium, idest, exaudire sic in Exodo. *Ascendit clamor eorum ad me, audiuitque gemitum eorum.* Et Psal. *Dominus de celo in terram aspexit, ut audiret gemitum compeditorum.* Quod de Iudæis in Babylone captiuis explicant Theod. & Iansen. & Vatablus sed de iustis efflagitantibus aduentum Dñi in carne, exponunt Hiero. Aug. Greg. super hunc Psal. Beda, Cassiod. Lyran. & Geneb. ex quibus fuit Simeon senex, qui responsum acceperat ab Spiritu sancto non uisurum se mortem, nisi uideret Christum Domini: unde tanquam compectus iam solui se petit dicens. *Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum uerbum tuum in pace, &c.* Quod autem Palmus iste. 101. sit de Christi aduentu desiderato Paulus Hebr. 1. testatur qui de Christo allegat uerbum huius Psal. 101. nu. 21.

5 Audire uel exaudire dicitur Deus de celo, quia quantum sit ubique per essentiam, presentiam, & potentiam, in celo tamen est per excellentiam ubi se beatis clare manifestat. Sic in Gen. *Exaudiuit aurem Dominus uocem pueri, uocauitque Angelus Domini Agar de celo.* Itẽ 3. Reg. *Tu exaudies in celo, & infra, exaudi & dimitte.* Item. *Tu de celo exaudies nos.* Et Psal. *Exaudiet illum de celo sancto suo.* Itẽ quia in templo quoque suo materiali per quãdam peculiarem assistentiam habitat Deus legimus 2. Reg. *Exaudiet de templo sancto suo uocem meam.* Itẽ Psal. *Et exaudiuit me de monte sancto suo.* Vbi per montem Iansen. celũ, Lyra. uel celum uel templum intelligi putat: Genebra. propiti-

Gen. 1.
Ioan. 1.
Rom. 8.
Ex. 2.
Psal. 101.
Theodo. Iansenius.
Vatablus.
Hieron. Aug. Greg. Beda. Cassiodor. Geneb. Luc. 2.
Heb. 1.
Gen. 21.
3. Reg. 3.
2. Paral. 6.
Plal. 1.
2. Reg. 22.
Psal. 3.
Iansenius.
Lyra. Geneb. Aug. Hiero.

torium uel celum, sed melius celum quia ponitur sela in æternum & templum nondum erat & propitiatorium finem accepit ideo melius addunt Aug. & Hieronymus montem filium Dei esse, in quo nos pater exaudit, quia in illo sibi bene cõplacuit sepe, neque nisi per illum aliquis ei mortalium placet aut placuit in æternum: ideo in monte uox patris auditur. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

6 Audire dicitur interdũ Deus ea quæ notat, ut suo tempore puniat, sic in Exodo. *Audiuit enim murmur uestrum.* Et Psal. *Audiuit Dominus & distulit, & ignis accensus est in Iacob.* Item Sap. 1. *Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmuratiõnũ non abscondetur.* Et Hier. *Audi Domine intende uocem aduersariorum tuorum.*

7 Ex audire dicitur Deus, idest ea quæ postulantur concedere, sic legimus apud Ose. *Et erit in die illa dicit Dominus exaudiam celos, & illi ex audient terram, & terra exaudiet triticum, uinum & oleum, & hæc exaudiet Iezrahel.* Vbi exaudire late usurpatur, pro eo quod est quod appetit, uniceque dare, quãuis nulla interfit uocalis petitio, sed propensio tantum naturalis. Cæli enim appetunt influere terris abundantiam, quos tunc Deus exaudit, quando concedit affluentiã: terra similiter in bres cæli desiderat, triticum præterea & fructus terræ calorem appetit & humorem. Iezrahel denique abundantiam cupit spiritualium & temporalium, idest, electi qui Iezrahel, idest, semen Dei appellantur, quæ Deus omnia in lege gratiæ per Christum daturum se pollicetur, ut exponunt Hiero. Cyrillus, Rupertus, Glossa, & Lyranus, atque Vatab. Vnde non placet expositio Theodoretæ & Rufini, qui abundantiam temporalium bonorum Iudæis de Babylona redeuntibus hoc loco promitti putarunt. Est enim sermo de lege gratiæ, in qua Apostoli metaphoricè dicuntur cæli quibus dicitur Ioan. *Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis.* Vobis dicit qui estis lux mundi: petere autem debent prælati Ecclesiæ quod Dñs iubet apud Luc. *Regate Dominum messis, ut mettat, operarios in messem suam.* Item. *Petite inquit & accipietis, ut gaudiũ uestrũ sit plenu.* Est autẽ plenitudo gaudiij in conuersione peccatorũ

Aug. Hierony.
Matth. 17.
Exod. 16.
Psal. 77.
Sap. 1.
Hier. 18.
Ose. 2.
Hierony. Cyrillus. Rupert. Glossa. Lyranus. Vatablus. Theodor. Ruffinus.
Ioan. 16.
Matth. 9.
Luc. 10.
Ioan. 16.

Luc. 15. & in uisione beata omnium electorum.

8 Audire in aure est audire in silentio Matth. 10. *Quod in aure auditis predicare super tecta.* Audire quasi magistrum Deũ est summa Dei familiaritas, qualis est per uisionẽ hypostaticã uerbi ad Christi humanitatẽ, de qua asserit contra Iudæos Greg. Naziaenus in fine sui Apologetici & Glossa ordinet interlinealis & Hiero. intelligendũ illud Isai. *Mane mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum.* Hebraice in plurali ut audiam Calmadim, quasi magistros subaudi tres personas & unum Deũ in Trinitate. Præterea audire uerbum post tergũ monentis Dei est in hac uita mortali quando non uidemus eũ facie ad faciẽ, ab eo dirigi, Isai. 30. *Et erunt oculi tui uidentes præceptorẽ tuum, & aures tuæ audient uerba post tergum monentis, hæc est uia.* Quod Hierony. de Spiritu sancto intelligit, qui docet hominem scientiã, & assistit Ecclesiæ prælati, per quos docet filios Ecclesiæ. Luc. 10. *Qui uos audit me audit, & si Ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.*

9 Auditus sapientie uocatur reuelatio facta Prophetis, non quidem per modum uisionis, sed per modum uocis, siue in somno uox audiatur, siue in uigilia, quæ uocatur etiam auditio sic Iob: *Auditu aurium audiui te, nunc autem uidet te oculus meus.* & Propheta: *Auditui meo dabis gaudium & letitiam.* Abdias: *Auditui audiui uocem a Domino exercituum.* Item Isaias: *Quis credit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est?* & Abacuc: *Domine audiui auditionem tuam, & timui:* quia uidelicet de iudicij finalis seueritate per reuelationem audierat, totus exhorruit. Sic etiam & Paul. 2. Corinth. 11. *raptus in tertium celum: Audiui, inquit, arcana uerba, quæ non licet homini loqui.* Sed & illud notandum aliquando auditum, non tam propria auditione capi, quã pro rebus auditis: sicut 1. Reg. Heli sacerdos filiis suis dixit: *Non filii mei, quia non est bonus auditus quem ego audio, idest scelera sunt pessima, quæ audio uos patrare.*

10 Auditur autem à Propheta, quod ei per uocem reuelatur diuersimodè, nam si reuelatio sit de rebus altis, sed sub modo & mensura, sonus uocis lenioris auditur: si uero sit de rebus horrendis, uox quoq;

Luc. 15.
Matth. 10.
Hieron. Isai. 30.
Isai. 30.
Luc. 10.
Matth. 18.
Iob. 42.
Psal. 50.
Abdias. 1.
Isai. 53.
Abacu. 3.
2. Cor. 11.
1. Reg. 2.
10.

quoque auditur iugentior & terribilior, prioris exempla sunt in Iob. *Vozē, inquit quasi aurē lenis audiuī, nunquid homo comparatione Dei iustificabitur, &c.* Vbi Greg. lib. 5. mor. vox inquit Dei quasi aurē lenis auditur, quia in hac vita adhuc positus contemplatoribus suis, nequaquam se diuinitas sicut est, sed tenuiter demonstrat ponitque exemplum de Elia qui in monte Dei Oreb occurrens Deo audiuit quasi si bilis aurē tenuis. Exemplum posterioris est illud Iob. *Super hoc expaui cor meum & emouit est de locofuo, audiet auditionē in terrore et?* Vbi reuelatio iudicij finalis exprimitur, quē animū rapit in eccliam, vt Greg. ait lib. 2. 7. mor. Auditio, inquit, Dei prius in terrore fit, vt postvertatur in dulcedinem, quia ante dilicti nos iudicij timore castigat, vt iam castigatos superne dulcedinis consolatione reficiat. Hęc Greg sic Abacuc vt Paulo ante citauimus, eū de terrore iudicij finalis dixisset. *Audiui & conturbatus est uenter meus, &c.* Sed post minas terroris consolationē subiecit dicens. *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo iesum: o.* Sic & in Euangelio prius terret nos Dominus dicens. *Erunt signa in Sole & Luna, &c.* Deinde consolatur iustos cum addit. *His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra.*

I I
Iob. 42.
Hiero.
Matth. 15.
Hilarius, Matth. 12.
Luc. 18.
I 2
Can. 2.
Greg.

Audiri foris negatur vox filij Dei apud Isai. *Et non auuictur uox eius foris.* Quod Hierony. ad illud refert, quod nūquā ex professo extra Galilēā aut Iudēā in carne mortali predicauit. Nā quando filiam sanauit Chananae occulte ingressus est ciuitatē. Sed Hilarius. Can. 1. 2. in Matth. super illud. *Curauit multos. Et praecepit eis ne manifestum eū facerent.* Gloriantur inquit, de se declinauit iactantiam & nihilominus cognitionem sui praestitit, quia hoc positum erat signū, quo erat Christus agnoscendus, taciturnitas, mansuetudo, & silentij obseruantia. Hęc Hilarius itaque tunc auditur vox tua foris, quando te ipsum iactas, sicut ille Pharisaeus qui clamabat in tēplo. *Ieiuno bis in sabato &c.*

Audi a vox turturis desiderium iustorum significat patriae caelestis sic Cant. 2. *Vox turturis, audit & est in terra nostra.* Vbi Greg. quid per turturē nisi Ecclesia? quid per

terrā spōsi nisi vita illa beata designatur? eū ergo desiderio suo sancta Ecclesia deprecatur, à Christo in carne clementissime exauditur. Hęc Greg. sed Glossa vox inquit, turturis vox est predicatorum ad poenitentiae gemitus exhortantium, qui conuersationē sicut turtur fugiunt hominum, dū in mūdo corpore positi conuersationē habēt in caelis. Hęc Glossa. Et certe de his praedicatoribus dicitur. *Qui autem fecerit & docuerit hic magnus uocabitur in regno caelorum.* Sed praedictae expositiones mysticae videntur, est autē literalis, quē textus indicat describens hyemē iusti delictis praeteriisse, vernum autē conuersionis gentium in lege gratiae aduenisse, quā do vox turturis, id est, Spiritus sancti, *audita est in terra nostra* per os Elizabeth, quae repleta Spiritu sancto, *clamauit dicens ad Mariam. Benedicta tu, &c.* Et per Si meonē dicentē. *nunc dimittis, &c.* Quando oratibus indie Pentecostes Apostolis. *factus est repente de caelo sonus.* Sic Vatab. & quando Angelus missus ad Mariā dixit. *Spiritus sanctus superueniet in te.* Vt pulchre Rupertus abbas exponit ad quē remittimus lectorem. Fuit etiam vox turturis vox Baptiste. Vere legis gratiae iam ineūte, iuxta illud. *Vox clamatis in deserto*

Audire vocem sponsae desiderat sponsus in Cāt. *Quae habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire uocem tuam.* Vbi Gregor. sponsa, inquit in hortis habitat, quia Ecclesia vel quaelibet anima sancta in operatione virtutum versatur, cuius vocē spōsus audire desiderat, quia in hoc sum mopere Christo placet, vt perfectus quilibet vir infirmos quosque verbo sanctae praedicationis admoneat. Deinde ait Greg. Et notandum quia amicus est qui auscultat, quia qui ex Deo est, verba Dei audit quauis alias huius loci expositiones habes in dictione amare, & amicus.

Audire auribus grauitur, est moleste audire vel ad spiritualia surdum fieri Isai. *Et auribus grauitur audierunt.* Quod etiam habetur apud Zach. *Aures suas aggregauerunt ne audirent.* Quod allegatur Matth. 13. & Rom. 11. quod iuxta literam cōpetit Iudaeis vt Hieronymus, ait & Euangelium Matth. hoc illis applicat vt dicebam ideo Psalm. de illis scriptus est. *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surda, &c.* Vt Aug. & Casido.

Glossa.
Matth.
Luc. 2.
Act. 2.
Vatablus.
Luc. 1.
Rupertus.
Isai. 40.
Luc. 3.
I 3
Cant. 8.
Greg.
Greg.
Ioan. 8.
I 4
Isai. 6.
Zach. 7.
Matth. 13.
Hierony.
Psalm. 75.
August.
Calsiodor.
Ioan. 6.

exponunt vnde Dominus dixit eis. *Propterea uos non auditis quia ex Deo non estis Ioan. 8.*

I 5
Psalm. 131.
Lyra.
Iosue. 18.
1. Reg. 6.
1. Reg. 7.
Caiet. Iacobus de Valen. Iansen.
Vatablus.
Luc. 2.
Matth. 2.
Hierony.
Mich. 2. 5.
Theodo. Calsiodor. Glossa.
I 6
Iob. 28.
Glossa.
D. Thom. Lyra.
Iacob. 2.

Audita est Arca Dei in Ephrata, id est Christus natus in Bethlehem. Psalm. 131. Vbi Lyra. cū Hebraeis putat de arca foederis dici. *Ecce audiuius eam in Ephraim, inuenimus eā in campis Sylue, introiimus in tabernaculū eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.* Explicat autem nomine Ephrata intelligi Silo quae est in sorte Ephraim Iosue. 18. *Congregati sunt omnes filij Israel in Silo & ibi fixerunt tabernaculū & arcam foederis, &c.* Quae mansit ibi trecentis annis: vsque dum capta fuit à Philisteis 1. Reg. 6. deinde posita est in Cariathiarim 1. Reg. 7. quia verò Cariathiarim interpretatur ciuitas syluarū dicit Lyranus ad literā intelligi. *Ecce audiuius eā* id est, arcā foederis. in Ephrata. id est in Silo quae est in sorte Ephraim. *Inuenimus eā in campis Sylue.* id est in Cariathiarim ita etiā tenent Caiet. & Iacobus de Valētia quibus contradicit Iansen. super hūc locū, quia arca foederis nunquam legitur fuisse in Bethlehem quae est Ephrata, nec Silo vnquā in scripturis uocata est Ephrata. Ideo putat Iansen potius Ephrata uocari montē Moria ubi post à Salomone templū edificatū est, sic autem appellari propter fertilitatē loci. Vatablus uero aliter euadit has angustias, exponens uerba esse Dauid dicentis. *Ecce audiuius eā in Ephrata, nō quod ea esset in Ephrata, sed cum nos, inquit, pueri essemus in Ephrata, quae est Bethlehem, audiuius eā alicubi esse, & postea inuenimus eā in campis sylue.* Sic isti laborant auferre uolētes uaticiniū de Christo in Bethlehē nato. Est ergo tenenda sentētia Hiero. Ephratam esse Bethlehem ubi Ecclesia primū est audita, hęc ille. Et certe Magi primitiē gentium audierunt Hierosolymis ab Herode in Bethlehē Mesiā esse querendum testimonio Mich. 5. Ita explicat etiā Theod. Calsiod. Glossa & alij plures.

Audierunt mors & perditio famā sapientiē apud Iob. *Mors & perditio dixerunt auribus audiuius famam eius.* Vbi mors & perditio sunt demones & homines dānati, qui audierunt de sapientia Christi, sed non se illi accōmodarunt. Ita exponunt Glossa D. Thomas in cōmentarijs, & Lyranus quia. *Demones*

credunt & contremiscunt.

Audire sanguinē negatur in scriptura de iusto in signū innocentiae apud Isai. *Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem.* Vbi 70. vertunt. *Ne audiat iudiciū sanguinis.* Et Hiero. ibidem omnis, inquit, iniustitia & oppressio iudicium sanguinis est, longe autē à iudicio sanguinis erat filius Dei, qui dixit adulterae. *Nec ego te condēnabo, uade noli amplius peccare.*

Audiri clamorē ieiunantiū in excelsophrafrasis est iactantia significans apud Isai. *Nolite ieiunare sicut usque in hanc diē, ut audiatur in excelsis clamor uester.* Vbi Hiero. *Ne uelitis, inquit, uocē in excelsis cū Pharisaeo eleuare dicente. Ieiuno bis in sabato* qui iudicio Domini condēnatus est, neque opera uestra praedicetis. hęc Hiero.

Audiri negatur iniquitas alicuius in terra, quando iā illi est omnino dimissa quoad culpam & poenā iuxta Isai. *Non audietur ultra iniquitas tua in terra.* Quod de Ecclesia dici putat Hiero. ita ut iniquitas omnis ante baptismū commissa, in baptismo sit illi condonata, & sit in Christo nata denuo, iuxta illud. *Oportet uos nasci denuo.* Sed ut dicit Glossa de Ecclesia post diē iudicij hoc cogimur intelligere, quia sequitur. *Non erit tibi amplius Sol ad lucendum.* Ita etiam Lyranus. Item Basilius super illud Psalm. *Fiuminis impetus letificat ciuitatem Dei.* Tum implebitur quod Dñs dixit apud Ioan. *Iterum uidebo uos & gaudebit cor uestrum & gaudium uestrum nemo tollet à uobis.*

Auditorū se ultra cantica Iyræ Synagoge Deus negat apud Amos. *Et cātica Iyræ non audiam.* Quod Hiero. contra tribū Iuda dictum existimat, & contra illos peculiariter qui offerentes Deo hymnos & hostias adhuc idolis immolabāt, quia Deo placere non potest duplex cor iuxta illud. *Non potestis Deo seruire & mammonae.* Vnde & in Matth. Dñs dixit pharisaeis. *Hypocrite bene prophetauit de uobis Isaias, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me.*

Audire dicūtur caeli & terra per metaphoram iuxta illud Isai. *Audite caeli, & auribus percipite terra.* Vbi alludere uideatur ad illud Moysi. *Audite caeli quae loquor audiat terra uerba oris mei.* Itaq; caelos in animas tanquā animatos contestatur ad exaggerationē scelerū illius populi, quan-

Iacob. 2.
Isai. 33.
Hiero.
Ioan. 8.
I 7
Esai. 58.
Hiero.
Luc. 18.
I 8
Esai. 60.
Hiero.
Ioan. 3.
Glossa.
Lyra.
Basilius.
Psalm. 45.
Ioan. 1. 6.
I 9
Amos. 5.
Hiero.
Matth. 6.
Matth. 15.
I 20
Esai. 1.
Deut. 32.

Proc. uis Procop. per caelos habitatores caeli, sci licet Angelos, & per terram homines intel ligat. Hieronymus vero per caelos spiri tuales, per terram animales homines de notari putat, qui inuitantur, vt audiant in gratitudinem Israel.

21 Aures Deo per metaphoram tribuuntur dicitur autem Deus audire aure, vel inclina re aure quando cocedit quod rogatur Psal. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, praeparationem cordis eorum audiuit auris tua. In Hebraeo, non est praeparatione eorum sed praeparasti eos, & cor eorum audiuit auris tua, vt denotetur gratia praeueniens iuxta illud sine me nihil potestis facere. vnde Psal mo. Oculi Domini super iustos, & aures eius in precibus eorum. Item: Auribus percipit lacrimas meas. Item 4. Reg. 19. Inclina aurem tuam & audi, sed de his alibi passim.

22 Aurē alicuius reuelare dicitur Deus, id est suā illi voluntatē manifestare Iob. 36 Reuelabit quoque aurē eorum vt corripiat, & loquetur ut reuertantur ab iniquitate. Item 2. Reg. dixit Salomon. Tu Domine reuelasti auriculam serui tui, &c. Praeterea. Dominus reuelauit auriculam Samuelis.

23 Audiuius laudes Isai. 24. vide in verbo Arcanum. Aures aptare seu perforare alicuius, est illum perpetuae mancipare seruituti. sic legimus in Exo. de seruo qui vult Domino suo perpetuo seruire. Perforabitque aurē eius subula, & erit ei seruus in saeculum. In quē sensum de filio Dei secundū humanitatē, qua minor est patre legitur Psalm. Sacrificium & oblationē noluiisti, aures autē percipisti mihi, videlicet ad obediendū vsq; ad mortē crucis, vt exponunt Aug. Hiero. Glossa, Casiod. Lyra. &c. Quāuis Septu. vertunt. Corpus autē aptasti mihi. Quorum translatione vtitur Paul. Hebrae. 10. Sed idē est sensus. In Hebraeo autē aures legimus, ita vt sit allusio ad ceremoniā praedictā serui perpetui, quia. Exinanit filius Dei semetipsum formam serui accipiens. In qua forma se obtulit holocaustum in ara crucis, quia vetera pecudū holocausta mi nime placere.

24 De humo audiri eloquium Isai. 29. vi de lib. 5. in dictione Eloquium. In auribus Dei loqui familiaritatis signū est, sicut 1. Reg. Audiuit Samuel omnia uerba populi, & locutus est in auribus Domini. Item in Can. sponsus dicit sponsae. So

net vox tua in auribus meis, id est nō in alie nis, quod fit quando praedicator non ad aurā popularē sed in gloria Dei loquitur. vt exponit Gre. vel vox intelligitur gra tiarū actionis & confessionis, vt explicat Rup. sic sonuit Marię in aurib⁹ Dei, quā do dixit. Magnificat anima mea Dominum, sed & quando respondit Gabrieli. Ecce ancilla Domini, quae vox humilis confessionis fuit.

Quando in scripturis haec duo simul po nuntur audire, & auribus percipere, no tat Hier. secundū phrasim scripturarum audire ad cordis intelligentiā referri, sed ad materialē aurium sensū pertinere, quod latini dicunt auribus percipere. sic expli cat super illud Ioel. Audite haec senes, auri bus percipite omnes habitatores terrae. Quod etiā probat ex illo Isai. quōd cepi mus explicare supra nu. 20. Audite caeli & auribus percipite terra. Vbi audire, id est, corde penetrare datur caelis, id est viris spi ritualibus, auribus autem percipere datur terrae, id est hominibus terrenis: propte rea quoque in Apoc. dicitur. Qui habet au res audiendi audiat quid spiritus dicat eccle siis, id est penetret, ne sola verba in super ficie aure percipiat. Postremo aures tin niētes pauorē & terrorem significat 1. Reg. Ecce ego uerbum faciam in Israel, quod qui audierit timēnt ambae aures eius.

Audi filia Psal. 44. vide in dictione Concupiscere.

Vox in Rhama, videi n dictione Con solari.

CAPVT. CLXXI:
Auertere, Aversio.

Auertere dicitur Hebraice in scriptu ra Sabab Gen. 42. Auertitque se pa ruper & fleuit.

Auertere est aliquid à conspectuali cuius amouere, Deus autem proprie ocu los suos nō auertit, cū omnia cōspiciat, per metaphorā autē dicitur, auertere faciem suā ab aliquo, si vel quando permittit eū cū tribulationibus conflictari, vel à statu gratiae in culpā cadere, vel quando perde re sine fine vult quēpiā in peccatis obli natum, sic Antichristus putatur diciturus quod praedicit de illo Propheta. Dixit in corde suo oblitus est Deus, auertit faciem suam ne videat in fine. Ita exponit Lyra. dicitur illum filiū perditionis, Deus nō cu rat res humanas, neque retrahit quemquā à peccatis, nec defendit innocentē à tyrā

Greg.
Rupert.
Luc. 2.
Luc. 1.
25
Hierony.
Ioel. 1.
Isa. 1.
Apoc. 1.
1. Reg. 1.
22
23
1
Psal. 9.
Lyra.

Casiodor. Hiero. Psal. 12. August. Hierony. nis sic & Casiod. & Hiero. David quoq; in tribulatione constitutus clamat in Psal Vsq; quo auertis faciem tuam à me. Vbi August. Auerte, inquit, dicitur Deus fa ciem, dum non dat animae notitiam sui. Sed Hierony. Ecclesiae clamorem esse i cit. At Hebraei. quia à quatuor monar chiis, passi sunt Iudei persecutionem, scilicet à Babyloniis, Persis, Graecis, & Roma nis. Ideo quater dicit vsq; quo vsq; quo. Itē Propheta ait. Auertisti faciem tuam à me. Et factus sum conturbatus. Praeterea. Vt quid repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me. Quod Hierony. dictum fuisse putat à Christo, quando ad patrem ora bat in horto. Sed Theodoretus & Lyra. existimant vocem esse populi in Babylo nica seruitute. Sed expositio Hiero. magis quadrat quia Hebraice, non est vt quid repellis orationē meā sed Napfi & graecē ὕψυ μού vt quid repellis ani mam meam, scilicet, vt moriar in cruce & animam dem pro mundo, & pro inimi cis crucifigentibus me.

Secundum eandem phrasim Deut. 32 Dominus ait populo suo ingrato. Auertam faciem meam ab eis, & considerabo no uissima eorum. Itaque cum sit fons vitae Deus, quando faciem à uiuentibus auertit, mori permittit. Sicut Psalm. Auerten te autem te faciem turbabuntur, auferes spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum conuertentur. Sic etiam à martyribus ad modicum faciem Deus auertebat, vt in tormentis vitam finirent Psalm. Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopia nostra & tribulationis nostrae? Ita exponit Hieronymus & Glossa & recte quoniā Apostolus de hoc Psalmo testimonium ad martyrum tribulationes exaggerandas sumit dicens. Quoniam propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oves occisionis. De quo Dominus. Ecce ego mit to uos sicut oves in medio luporum. uenit hora ut omnis qui interficit uos, arbitretur se obsequium praestare Deo. Neque contra hanc expositionem est, quod de septem Martyribus Machabaeis hoc dictum existiment Theodoretus, & Lyranus, quia omnes martyres pro fide Christi certamen subierunt etiam illi vt docet Gregor. Nazianzenus oratione. 20. in Machabaeos.

3 Auertere dicitur Deus retrorsum, quos

Casiodor.
Hiero.
Psal. 12.
August.
Hierony.
Psal. 29.
Psal. 87.
Hiero.
Theodo.
Lyra.
2
Deut. 32.
Psal. 103.
Psal. 43.
Hierony.
Glossa.
Rom. 8.
Matth. 10.
Ioan. 16.
Theodor.
Lyra.
Gre. Nazia.

permittit ab aliis affligi siue ad meritum siue ad poenā, & ad meritum quidē siue Machabaei siue omnes vbique martyres dicunt. Auertisti nos retrorsum post iniuicos nostros. Vbi Hierony. ad veritatē hebraicam transtulit. Vertisti terga nostra obisti. Quasi dicat victos nos hosti tradidisti sic exponit etiā Casiodor. Glossa, Beda, Haymo & Genebrard. de electis in vtro que testamento & de Martyribus quod in bonum Deus permittit electorum, vt Hierony. notat in commentariis eiusdē loci, vnde & Dominus dixit suis. Et critis odio omnibus hominibus propter nomen meum & beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. In poenam verō legi tur Psalm. Auertantur retrorsum, & con iunguntur cogitantes mihi mala. Quod quāuis August. in bonum accipiat, quasi dicat Propheta hostes mei sequantur, non praecedant, obediunt potius quam imperent. Sed secundum phrasim hebraicam in ma lum accipit Hierony. videlicet non proficiunt, sed destruuntur hostes Ecclesiae, vel vt exponit Theodoretus hostes David Saul & Doeg. Eodē modo Psal. Auertantur retrorsum & erubescant, qui uolunt mihi mala. Vbi Hierony exponit. Non cōmu tentur in melius in resurrectione cū san ctis. Quod si obicias, quomodo Christus iubet contra hoc. Orate pro calumniatibus & persecuentibus uos. Respondendū est nō esse verba odio prosequenti Propheta sed futura vaticinantis, sicut praedixit Dominus Phariseis. In peccato ue stro moriemini.

Auertere Deum faciem suam à peccatis nostris, & auertere iram suam à nobis phrasēs sunt quae idem significant. Sic Propheta clamat. Auerte faciem tuam à peccatis meis. Quam petitionem insinuauit mulier in ciuitate peccatrix Quando accessit retro secus pedes Domini, quasi declinās ab eius aspectu. De poste riori phrasi habes 2. Paral. Auerte à nobis furorē irae tuae. Et 1. Esdrae. Auertetur ira Dei. Item Psal. 77. Abundauit ut auer teret iram suam. Sic etiam dicitur Deus Auertere captiuitatem Iacob, id est rela xare.

Auertere Deū adiutorium, est non ad iuuare Psalm. Auertisti adiutorium gladij eius & non est auxiliatus ei in bello. Sic etiā auertere dicitur Deus dexteram suam,

Psal. 43.
Hiero.
Casiodor.
Glossa.
Beda.
Haymo.
Geneb.
Luc. 21.
Matth. 5.
Psal. 34.
August.
Hiero.
Theodo.
Psal. 69.
Hiero.
Matth. 5.
Ioan. 8.
4
Psal. 50.
Luc. 7.
2. Paral. 29.
1. Esdrae. 10.
Psal. 77.
Psal. 84.
5
Psal. 88.

Thre. 2. ne nos adiuuet Thre. 2. *Auertit Deus dexteram suam a facie inimici.* Et Psalm. *Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem? Vbi Lyranus exponit Auertis manum adiutorij tui quasi in sinu retinens.*

6
Baruc. 2. *Auertere se peccatorem a dorso duro, denotat poenitentia & resipiscencia, Baruc. 2. Et auertent se a dorso duro & a malignitatibus suis.* Idem est peccatorem auerti a via sua impia Ezechie. 5. *A contaminationibus uestris auertite facies uestras, & cum auerterit se impius ab impietate sua, &c.* Ipse anima sua uiuificauit. Et apud Malachia. *Multos auertet ab iniquitate.* Subaudi summus sacerdos qui typus erat Christi, & cuiusvis doctoris sancti, de quo Matth. *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno celorum.* Similis phrasia est Ecclesi. *Ne spernas hominem auertentem se a peccato, id est, penitentiam agentem, quod Phariseus feruare noluit, sed contempnit publicanum. Qui percutiebat pectus suum dicens: Domine propitius esto mihi, &c.* Neque Simon Phariseus, qui peccatricem spreuit ad pedes Domini lachrymantem.

7
Ezech. 18. *Auertere se iustum a iustitia sua contrarium significat, hoc est a Dei gratia recedere Ezech. si auerterit se iustus a iustitia sua & fecerit iniquitates morietur in eis.* Similes phrasia sunt Ecclesi. 27. *Qui querit locupletari auertit oculum.* Subaudi a iustitia, vt exponit Lyranus. Item Sophon. *Auertuntur de post tergum Domini, id est, ne sequantur Dominum, vt exponit Hieronymus.* Et Zach. *Auertunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauauerunt, ne audirent.* Que phrasia similis est illi. ad Timoth. *A ueritate quidem auditum auertent.* Et Isai. *Auersi sunt ne irent post tergum Domini.* Et 3. Reg. *Iratus est Dominus Salomoni, eo quod auerisset mens eius a Domino.* Vbi nota cor omnibus dominari potentiis, vnde auerso corde a bono auertuntur oculi, aures, tergum, & totus homo, & e contrario corde a peccato se se auertente omnes sensus, & membra quoque auertuntur, & quia in parte intelligitur totum, quando iubet Deus, vel iustus desiderat vnam sui partem a malo auerti, intelligit totum cor auerti, verbi gratia, Prou. 4. *Auerte*

pedem tuum a malo. Ecclesi. 9. *Auerte faciem tuam a muliere compta.* Et Psalm. *Auerte oculos meos ne videant unitatem.* Vbi in parte totam intelligendum est. Propterea sequitur. *In uia tua uiuifica me.*

8
3. Reg. 9. Hiero. *Auersio absolute vocatur mortale peccatum. 3. Reg. Si auersi auersione fueritis uos & filij uestri non sequentes me.* Et Hiero. *Auersio tua inerepabit te.* Vbi Hieronymus. *Quia deserit, inquit, timorem Domini, malo & amaritudini traditur, hac ille, quod ideo dicit quod non sola maneat culpa lethalis, sed etiam conscientia remorsus in corde peccantis, vel quia poenas tandem luet, vt exponit D. Tho. Itē apud Hiero. *Sanabo auersiones uestras, id est, vulnera peccatorum.* Vbi Hieronymus. *libenter, inquit, Deus suscipit poenitentes, sicut pater occurrit filio prodigo.* Proterea auersio contentiosa est peccatum obstinationis & malitia. Sic Hiero. ait. *Quare ergo auersus est populus iste in Hierusalem auersione contentiosa? Vbi Hieronymus. Quanto magis ego, inquit, eos ad poenitentiam prouocaui, tanto illi plus recesserunt a me, non tam peccandi studio, quam me superandi. Hec Hieronymus. tales erant Iudaei de quibus Dominus dicebat. *Hierusalem Hierusalem quae occidis Prophetas, &c. Quoties uolui congregare filios tuos, &c. & noluisti.***

9
Prou. 14. *Auersio paruulorum significat ignorantiam, vel destitutionem pauperum indigentium. sic legimus Prouerb. 1. *Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos.* Vbi septuag. uerunt. *Quoniam iniuriam fecerunt paruulis interficientur, id est auersio, qua auerterunt a se paruulos in spiritualibus, ne docerent eos quos tenebatur, vel in temporalibus, ne alerent esurientes, interfectionis eorum, id est mortis eterne causa erit, iuxta illud. *Quod uni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis.* Sed iuxta Hebraicam ueritatem, quam tenet uulgata paruali Hebraice uocantur Pethaim innocentes, infantes, quia Pethi est infantia, Prou. 1. *Vsque quo paruuli diligitis infantiam?* Et cap. 14. *Innocens credit omni uerbo, id est stultus, sic ergo auersio paruulorum, id est, stultorum a via Dei interficiet eos, id est ipsos met paruulos & stultos, qui non excusantur ignorantia sua crassa, quia noluerunt audire sapientiam clamantem Si-***

8
3. Reg. 9. Hiero.
Hiero.
D. Thom. Hiero.
Luc. 11.
Hiero.
Hiero.
Matth. 23.
9
Prou. 14.
Prou. 14.

quis est paruulus declinet ad me, & in Euangelio. *Siquis sitit ueniat ad me & bibat.* Sic exponit Hiero. & Beda. Est alia expositio Lyra. dicentis sunt qui imitantur paruulos, id est peccates per ignorantiam, qui interdum prosperantur, & hec auersio paruulorum, per quam scandalizantur, interficiet eos in aeternum.

10
Auertit Deus mala inimicis nostris, quando mala que cogitant contra nos in ipsos retorquet, sic Propheta clamat. *Auerte mala inimicis meis: & in uoluntate tua disperde illos.* Quod uaticinando dicit.

11
Auertere hominem in humilitate, est poenitentem sine spe uenie dimittere. Sic exponit Hiero. & Lyra. illud Psalm. *Ne auertas hominem in humilitate, & dixisti conuertimini filij hominum.* Vbi & ponitur pro quia, hoc est: *Quia tu dixisti conuertimini filij hominum: quauis Hieron. ad ueritatem Hebraicam sine ulla negatione translulerit. *Tues Deus conuertes hominem usque, ad contritionem, & dicens reuertimini filij Ada.* Sed uulgata sequitur uersionem sept. quae in eundem sensum recidit. Sic Dominus non auertit mulierem, que erat in ciuitate peccatrix, sed conuersam recepit, sicut & pater conuersum filium prodigum non auertit. Neque Christus in cruce latronem, in eodem sensu Psalm. dicitur. *Ne auertatur humilis factus confusus.* Id est non auertatur a tua misericordia humiliatus, vt explicant Lyra. Cassiod. & Glos. Hebraice uero pro humili est contrafactus, id est contritus. Dach. a uerbo Doch, id est terere, vnde contritus in temporalibus est pauper, sed in corde est poenitens, Chaldaeus uertit miser.*

12
Auertere quod Deus operatur nemo potest hoc est irritum facere, sic exponit Hiero. illud Esa. *Operabor, & nemo auertet illud.* Sic etiam explicat Proco. Gazaeus, allegatque illud quod filius Dei dixit apud Ioan. *Ego uita aeterna do eis: subaudi ouibus meis. Et nemo rapiet eas de manu mea: sic operatur Christus in aedificanda Ecclesia. Et porta inferi non praeualebunt aduersus eam.* Quia quod ipse operatur nemo auertet illud.

13
Auertit sponsa oculos ab sponso in hac uita ne curiose deitatis eius immensitate scrutetur Cat. 6. *Auerte oculos tuos a me, ipsi enim auolare me fecerunt.* Vbi Grego. magis ait Deus sponsum dicit sponsam, quia quo magis ab ea uideat eo magis inuisibilis esse cognoscitur, & Theod. per inde est, ac si dicat sponsum

Hiero. Beda. Lyra. Psal. 53.
10
Psal. 53.
11
Hiero. Lyranus.
Hiero.
Luc. 7.
Luc. 15. Luc. 23. Psal. 73.
Lyra. Cassiod. Glossa.
Chaldaeus.
12
Hiero. Esai. 43. Proo.
Ioan. 10.
Matth. 16.
13
Cant. 6. Greg.
Theodo.

Caue immoderatus in me oculos intendas, & aciem oculorum hebetiorem reddas, ea nanque lucis natura est, vt sicut oculum illustrat, sic etiam laedat, sic quoque D. Tho. exponens hunc locum allegat illud Psalm. *Acce det homo ad cor altum, & exaltabitur Deus: id est quantumcunque homo ad uidentium Deum cor suum subleuat, exaltatur Deus ostendens se esse incomprehensibilem, unde in transfiguratione Apostolos, ne ultra quam uiderant scrutari praesumerent: nubes lucida obumbravit eos.*

14
Auertere semitas in quietem est, semitas peccati in requiem bonae consuetudinis commutare per doctrinam euangelicam, sic exponit Hiero. illud Esa. *Vocaberis edificator sepium auertens semitas in quietem: de his semitis concupiscentiae reflexis Baptista dicebat. *Rectas facite semitas Dei nostri: & Esai. *Erunt parua in directa.* Sic certe semitas auaritia Matthaei auertit Dominus in quietem, quando dixit illi: *Sequere me: sic explicat Procopius super Esaiam, & Ambr. super Luc. 3. de Iesu baptizato.***

15
Auertere a sabbato pedem est festa seruare, sic legimus in Esa. *Si auerteris a sabbato pedem tuum, facere uoluntatem tuam in die sabbato meo, &c. tunc delectaberis super Dominum: Id est delicta tua erunt praecipua Dei, iuxta illud quod hoc loco allegat Hieron. ex Psalm. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Vbi notat Cyrillus libr. 7. de spiritu, & litera Sabbatum hic quidem significare Christi tempora, quando cessatur ab oneribus legis, & peccati, & Basilii super Psalm. 33. *Sabbatum intelligit requiem caeli sed mystice, quia nomine sabbati omne festum intelligit vt Vatablus ait.**

16
Nullus auertere potest obstinatum in malis, sic Hiero. 2. de Hierusalem dicitur idolorum cultrice. *Nullus auertet eam.* Vbi Hieron. Non inquit, quod impossibilitas hoc fecerit Prophetarum, sed malitia peruersa cupientis. Hec ille: *Quia ut ait Basilii super illud Psalm. In cathedra pestilentiae non sedit, inueterata consuetudo peccandi ferre immedicabilis fit, quia uertitur in naturam, ideo etiam semen feminantis incidat in haec corda consuetudine peccandi petrosa, natum mox arefcit.*

Quia radices non habet. fidei uiuax.

D. Tho. Psal. 63.
Matth. 17.
14
Hiero. Esai. 58.
Luc. 3. Esai. 40.
Matth. 9. Proco. Ambr.
15
Esa. 58.
Hiero. Psal. 36. Cyril.
Basil.
Vatabl.
16
Hiero. 2. Hiero.
Basil. Psal. 1.
Luc. 8.

Auferre Ablatum.



AVFERRE & tolle re dicitur Hebraice in scriptura Asaph Genes. 30. Iob. 27. Psal. 103.

Auferre est ab aliquo aliquid tollere. Dicitur autem Deus auferre ab hominibus aliquid vel in malum eorum, vel in bonum, vel in differenter, & quidē in malum auferre dicitur vel spiritum absolute, vel animam, vel Spiritum sanctum, coronam, vocem gaudij, praterea hominem atque iumentum, equos, factionem lasciuientium, regnum Dei, messem, doctrinā senum, & sic de similibus, vt iam ostendimus.

Auferre itaq; dicitur Deus spiritum viuentium. Id est occidere Psa. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Vbi Lyra. auferes vitam, & spiramen quo viuunt animalia, sic alibi. Qui auferit spiritum principum. Eodē modo dicitur auferre animā Psa. In te speraui, ne auferas animā meam: quod duobus modis exponitur, videlicet ne auferas animam meā a corpore per insidias Saulis, vt ad li teram exponit Theodo. Vel ne auferas animam meā ab spe gloriæ cælestis, vt explicant Glos. Cassiod. & Lyra. melior tamen est expositio prior, tum quia vt Genebr. ait hoc dicit Dauid in persona Christi, deinde quia vox Hebraea Thehar est, idem quod auferas, & effundas vt aquam, id est ne effundas vitam meam.

Auferre dicitur Deus Spiritū sanctum, vel quoad gratias gratis datas, vel quoad gratiā iustificantiē, Psal. spiritū sanctum tuū ne auferas a me. Vbi Hiero. intelligit spiritū prophetiæ, sed Aug. Greg. Theodo. & Cassiod. spiritum gratiæ sanctificantis, & vt Genebrad. ait vtroque modo potest intelligi, quia Hebraice Ruah aliquando tertiam personam, id est Spiritum sanctum, & aliquando eius donum significat. Iuxta eundem modū auferit Deus spiritum disciplinæ sanctum Sap. 5. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet

ret se & cogitat ionibus que sunt sine intellectu. Grace απο λογισμων αυουετων a cogitationibus imprudentibus, quales sunt sensuales contra legem Dei, quibus cōsensu adhibetur, vt Lyra. ait & Carhusi. eūdē sensum habet illud Ose. Vident ad quem rendum Dñm, & nō inuenient, ablatu est ab eis. Vbi Hiero. causam adhibet, quia ē recedētib; ipse recessit, quod similiter Dñs dixit Iudæis: Quæretis me, & in peccato uestro moriemini, & quo ego uado uos nō potestis uenire.

Auferre solet Deus ornamenta foeminarum in signum captiuitatis, & seruitutis, sicut in Esaia legimus. Auferet Dominus ornamenta calciametorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelides, siue ornamentū pendēs ab humero usque ad crura, &c. Quod Hierony. explicat de captiuitate, Iudæorū sub Tito Vespasiani, vel sub nomine foeminarum putat ciuitates intelligi, quæ suis omnibus fuerint ornamentis spoliatæ, subditque. A butē dum est etiā hoc testimonio aduersus Ecclesiæ foeminas, quæ ambulant extento collo, & nutibus loquuntur oculorū, & tripudiant pedibus, nec naturā sequuntur, histriones redimunt præceptores. Hæc Hieronym. de quo lege Cyprianum libr. de Habitu virginum, Chrysof. homi. 17. in Mattheum Ambr. lib. de Exhortatione ad Virgines, Clem. Alexand. in pedagoga ca. 11. li. 3. Item Cyrillum, & Basilium super hunc locum Esaia, & profecto foemina que sic ornantur filiam Herodiadis imitantur, ideo dicit Isai. Et erit pro suaui odore factor, pro crine crispante caluitium, pro zona funiculus.

Auferre ab aliqua ciuitate validum, & fortem destructionis, & ruinæ signum est, apud Esaia. Auferet dominator Dominus a Hierusalem, & Iuda ualidum & fortem, & omne robur panis, & omne robur aque, & uirum bellatorem, & iudicem, & Prophetam, & senem. Quod non solum sub Baby loniis, sed multo magis in excidio Hierusalem sub Tito Vespasiani iuxta literam Hierony. intelligi putat, neque solum vt sonant ista completa esse dicit in cortice literæ, sed etiam spiritualiter, quia ubi vulgata uertit fortem sept. uertunt gigantē, Hebraice uerò vox Guibor ambigua est quæ utrū que significat, id est uirum auferet spiritua

le, vt exponit B. Amb. super Psal. 118. in illud

Matth. 21. Hiero.

Cyri. Basil. Proco. Tertul. Euseb.

6 Hiero. 16.

Theodo. Hierony. Glosa. Lyra. Hiero. 43.

Luc. 76. Matth. 25.

7 Ose. 13.

Chaldaus. Hiero.

4. Reg. vlt. Hierony. 2. Tim. 1.

8

Psal. 118.

Glosa. Greg.

Matth. 5.

Glosa.

Illud. Principes persecuti sunt me gratis. Vt adimpletū sit in Iudæis quod Dñs dixit. Auferetur uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Nam vt inquit, Hiero. supra citato loco, habent hodie Iudæi panem sed non robur panis, habent aquas, sed absq; robore, legunt enim scripturas, sed non intelligunt. Eodem modo exponunt Cyrill. Basil. Proco. praterea Tertu. li. 3. aduersus Marcionē, & Eusebius lib. 2. de Demonstratione cap. 37. cum enim Iudæis ablatu sit Christus simul cum eo omnia spiritualia perdiderunt.

Auferre dicitur Deus vocem gaudij, Ecce ego auferam de loco isto in diebus uestris uocem gaudij uocē sponsi, & uocem sponsæ: quod de captiuitate sub Nabuchodofor intelligitur. vt notant Theodo. Hiero. Glos. Lyra. & alij, &c. Simili etiam phrasi vastationem Moabitarum significat Hierem. dicens. Ablata est letitia, & exaltatio de Carmelo, & de terra Moab, uinū de torcularibus sustulit. Quod mystice quidem aptari potest cōtra mundanos, in quorum immatura morte omnis aufertur lætitia. Sic ablata est diuiti epuloni, ideo Dominus in Euangelio clamat uigilate quia nescitis diem neque horam.

Auferit Deus regem in indignatione ad cladem regni peccantis apud Ose. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea: legunt autem de præterito, dedi tibi regem Sept. Chaldaus, & Hiero scilicet regem Saulem in furore dedit Deus Iudæis, & abstulit regem Sedechiam ad vltimum excidium in indignatione, vt exponit Hieron. Ideo pro regibus orare iubet Paulus ad Timotheum scribens.

Auferit Deus uerbū ueritatis ab aliquo, quando iusto iudicio permittit eum falsa vel discere, vel docere, ideo Propheta rogabat. Ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaque. Ita Glos. & Greg. lib. 11. Moral. cum sacerdos, inquit, non agit bona quæ loquitur, etiam sermo subtrahitur, ne loqui audeat, quod non operatur. Hæc Greg. quod plane cōtigit Pharisaïs apud Matth. Vbi Dominus ait. Auditis quia dictum est antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum: quod vt notat Glos. in nulla legitur scriptura. Item Matth. 25. Vbi Dominus obiicit eis irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem uestram. Vbi falsa de subtrahendo parentibus

egenis alimento docebant. Auferit Deus iugum ty ranni, & inuasoris à seruis suis, sic dicitur Regi Ezechia, & Hierusalem sub eo per Esaia. Auferetur onus Assur de humero tuo. Id est onus regis Senacherib, quando percussit Angelus 185. millia de exercitu eius, vt exponit Hiero. Idem est uaticinium Esa. Quomodo mente tractaui sic eueniet, ut conteram Assyrū in terra mea, & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur: quod iuste Dominus fecit, quia Esaia. 10. Dicit Assur abstulit terminos populorū. Id est plurima regna vastauit vt Hiero. ait, quod mystice fecisse diabolus intelligitur à Christo in cruce punitus. De quo Dominus dixit. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eycietur foras: propterea enim princeps huius mundi uocatur, quia iactat se dicens abstulit terminos populorū, & principes eorū depradatus sum, sic exponit, Proco. Cyril & Basil. de Satana se iactate.

Auferri terram, & auferri lunam, phrasēs sunt mundi sinē denotantes, sicut Esaia. ait. agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & auferetur sicut tabernaculum unius diei. Quod Hiero. explicat non quod terra post iudicij diem nusquam compareat, sed quod. Prætereat figura huius mundi. Itaque substantia terræ manebit, sed omne quidē ornamentum mixtorum, & quod ad generationem & corruptionem pertinet auferetur. Sic etiam legimus de luna, Psa. Donec auferatur luna. Quod intellige nō quoad substantiam: sed quoad motum, & augmentum luminis quotidianum de quo apud Luc. 21. Erunt signa in Sole, & Luna, &c.

Auferri paxillum qui fixus fuerat in loco fideli est sacerdotium auferri ueteris legis plantato, & fixo sacerdotio Christi nouæ legis pro eo. Sic intelligitur locus difficilis Esaia. Vbi de Sobona prapposito templi dicitur Esaia: vt dicat ei. Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te: deinde quia loco prædicti pontificis substituit Dominus alium nomine Eliachim: subdit. Et erit in die illa uocabo seruum meum Eliachim filium Helcia, & dabo clauem domus Dauid super humerum eius, &c. Et figam illum paxillum in loco fideli. Sed infra quidem facit difficultatem quod sequitur. In die illa dicit Dñs exercitūū auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli, &c. an intelligatur de illo ipso Eliachim, ad q̄ in sensu

9 Esai. 10.

Hiero. 4. Reg. 20. Esai. 14.

Isai. 10. Hiero.

Isai. 12.

Proco. Cyril. Basil.

Esai. 24.

Hierony. 1. Cor. 7.

Psal. 77.

Luc. 21.

Esai. 22.

Varab. R. Salomon Nicolaus. historico respōdent Vata. & Rabbi Salomon, quem citat hoc loco Nicolaus, paxillum hunc, qui fixus fuerat in loco fideli, qui dicitur auferēd⁹, esse Sobonā, de quo prius dixerat quod esset deponendus a sacerdotio, & nō Eliachim, & mihi quadrat, repetitur autē Sobonē depositio, quia cū esset fixus in loco fideli, infideliter se gesserat, pro quo eligitur Eliachim: sed Hiero. qui sub typo Eliachim figuratum Christū intelligit, deinde quoque tenet in posteriori loco de eodem Christo dici, *Et auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli: nō quod regnum Christi pereat, quod est æternum, sed quod tēpore Antichristi sit auferendum sacrificium de templo, & qui Christo adhibebant, huc & illuc, sint dispergendi. Cæterum quia generaliter dicitur. Et frangetur, & cadet, quod pepēderat in eo. Pependerat autē in eo Ecclesia Catholica de qua in Matt. Et porta inferi non preualebunt aduersus eam: pretermissa hoc loco expositione Hieron. magis placet expositio Glos. ordin. quæ tenet, sub typo quidem Eliachim sacerdotiū Christi intelligi, de quo Psa. Tu es sacerdos in æternū secundū ordinem Melchisedech: per paxillum autem auferendū intelligi vetus sacerdotiū Aarō, quod prius sub typo Sobonē, & in fine sub metaphora paxilli de loco fideli auferendi significatur, iuxta illud Matt. Auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.*

¶ Ablata est messis Esa. 17. vide in verbo messis.

¶ Auferetur zelus meus a te Ezech. 16. vide in dictione zelus.

¶ Auferent cor vide in verbo Cor.

¶ Auferet lachrymā Esa. 25. vide in verbo lachrymæ.

¶ Auferetur ab impio lux sua: vide in verbo lux.

¶ Auferētur clauī ei⁹ vide in verbo clau⁹.

¶ Auferet ab eo talentum: vide in verbo talentum.

¶ Auferā cor lapideū: vide in verbo Cor.

¶ Auferat a me virgam suam Iob. 9. idest cesset me castigare.

¶ Sublatus de angustia Christus Esa. 53: vide in verbo angustia.

Aufert Deus equos, quando bellicam destruit superbiā apud Mich. 5. Et erit in die illa auferam equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas, &c. & auferam malefici-

cium de medio tui, & non adorabis ultra opera manū tuarum. Hoc vaticiniū iuxta literam impletum intelligit Hiero. in reliquis Israel, primum in Apostolis de quibus ait apud Matth. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Id est non in equis superbis, & post excidium Hierosolymitanū, quando in populis dispensi, ex Iudæis multi cōuersi sunt ad fidem. Eodē modo exponit Theodor. Rupert. Glos. &c. Non est iam Iudæus qui adoraret idola, de quo vide latius in verbo idolum.

Aufert de Ecclesia Deus multa mala quæ sub variis metaphoris promiserat per Prophetas, scilicet malas bestias, spiritū immundum, & stannum. Et primū quidem in Leuit. Auferam malas bestias, & gladius non transibit terminos uestros, id est auferam demonū tyrānidem, de quo videli. 2 in verbo. Bestia, quod certe cepit Dominus facere, quando ieiunans quadraginta diebus in deserto diabolus profugauit. Et quando erat Iesus eiciens dæmonium. Vbi dicebat: Si indigito Dei eicio dæmonia, profecto peruenit in uos regnum Dei: De quo per Zacha. Spiritum immundum auferam de terra: Vbi Cyril. non solum dæmonia eiciēda prædici putat: de quibus Marc. vlt. In nomine meo dæmonia eicient, sed ultra cultum idolorum, & responsa dæmonis, quæ iam tēpore Traiani Imperatoris defecisse scribit Plutarch. lib. de Defectu oraculorum.

Aufert Deus stannū ab Ecclesia, hoc est superbos, & adulterātes legitimū scripturā sensum Esa. 1. Aufer a omne stannū tuū. Sic exponit Proco. quia pro stanno sept. vertunt, καὶ ἀφελίω πάντας ἀνέμου. Auferam omnes transgressores legis: Ita Hieron. quoque exponit, & subdit in Euāgelio sub alia metaphora. Idē sensus ostenditur, scilicet Matt. 3. Purgauit aream suam, &c. paleas autē comburet igni in extingui bili. Hæc ille. Alia quoque metaphora idē significatur in Psa. Sicut cera quæ fluit auferentur. Et Hiero. ait de peccatoribus, & superbis in Babyloniā traducendis, vt exponit Glossa. Auferte propagines eius, quia nō sunt Domini. & Amos. Auferetur factio lacientium. Id est eorū qui conuiuuiis, & potationibus vacabant, de quibus erat ille. Qui epulabatur quotidie splendide.

Aufere sepein a vinea est omne præsidium supernum tollere a Iudæis, vt a Romanis vastarentur, sic Dominus in Esaia.

Hiero. Matth. 10. Theodor. Rupert. Glos. 13 Leuit. 26. Matth. 4. Luc. 11. Zachari. Cyril. Marc. vlt. Plutar. 14 Esa. 1. Proco. Hiero. Psa. 67. Hiero. 5. Glos. Amos. 6. Luc. 16. 15 Matth. 22.

Matth. 21. Auferam sepein eis, & erit in direptionem de quo filius Dei: auferetur a uobis regnum Dei.

16 Auferre stillas pluuię est siccitatis indicium, sic apud Iob. Qui abstulit stillas pluuię, & effudit imbres ad instar gurgitum. Vbi Glos. ordinaria legit: qui auferit stillas pluuię, & beatus Gregorius: stillas quoque legit, sed Septuaginta interpretes, stillas vertūt, quia Græce σαγῶρες stillę sunt, & Chaldaicus: quia cohibet guttas aquarum: Sic Nitepe legitur Hebraice stillas, guttas pluuię, sic etiam legunt, & explicant Beda, Lyranus, Vatablus, &c. Lyranus autem dicit vtrumque constituisse tempore Elię, quando non pluit tribus annis cum dimidio: deinde verò copiosissime pluit, mysticē autem vt exponit Beda: pluuię doctrinę spiritualis stillas Deus abstulit a Iudæis, & pluuias ad instar gurgitum Euāgelicę prædicationis effudit per Apostolos quali per nubes gentibus, dicens. sicut misit me pater, & ego mitto uos. Preterea. Euntes docete omnes gentes: & Marci vlt. Prædicate Euangelium omni creaturæ.

17 Auferre verba sua negatur Dominus, id est cōminationes aut promissiones suas implere, sic Esa. 1. Ipsc cum sapiens adduxit malum, & uerba sua non abstulit. Vbi Hiero. explicat, Dominus adduxit malum contra Hierusalem, scilicet, Nabuchodonosor, vel malum pœnę, & uerba sua, quibus cōminabatur per Hieremiam excidiū ciuitatis, non abstulit, quin impierentur. In eundem sensum explicatur alia phrasia, Amos. 3. Nunquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit? Vbi laqueus est sententia comminatoria vt vult Lyranus, vel promissio præmij vt putat Rupertus, vel vtrumque, iuxta illud Psa. Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Item per Esa. Dominus ait. Verbum meum non reuertetur ad me uacuum: manet ergo quasi laqueus uerbum Dei in terra, donec capiat gentes de quibus: Multi ab Oriente, & Occidente uenient. Item mansit laqueus comminatorius contra Hierusalem. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta, & rursus alibi. Et ad terram prosternent te, quod completum est sub Romanis.

18 Aufert Deus iudicium alicuius duobus modis, vel sic vt causa eius non iudicetur, sed sine iudicio innocens puniatur ad maius meritum, vel è contrario cum sit alioquin reus, parcitur ei, & aufertur iudi-

cium eius ne puniatur ex clementia: prioris exemplū est apud Iob. Vbi legitur. Iob. 27. Viuit Dominus, qui abstulit iudicium meum. Quod dixit vt Lyranus ait, quia sentiebat se innocentem puniri, exemplum posterioris est in Soph. Lauda filia Sion, iubila Hierusalem, &c. Abstulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos. Quod erit vt Hieron. ait, quando in fine mundi. Reliquie Israel conuertentur: tunc auferet Deus iudicium populi Iudæorum, & saluabit eos, & implebitur illud Ioan. Et erit unum ouile, & unus pastor: potest & peccatoribus conuersis hoc applicari, vt mulieri quæ erat in ciuitate peccatrix, cui dimissa sunt peccata multa, quoniam dilexit multum, quia tunc abstulit Dominus clementissimus iudicium eius.

19 Auferre dicitur Deus opprobrium vel Ægypti, vel sterilitatis, quia duplex hoc opprobrium erat legale, & quidem opprobrium Ægypti erat non fuisse circumcisum populum, 40. annis in deserto, sed mansisse ad modum Ægyptiorum, ita Iosue. 5. quando post 40. annos circumcisus est populus natus in deserto, dictum est a Dño. Hodie abstuli opprobrium Ægypti a uobis. Vbi Orige. homil. 5. super Iosue. Nisi quis inquit, fuerit per Euangeliū spirituali circumcissione purgatus non potest deponere opprobriū Ægypti. Hęc ille. Vt ergo nos ad spiritualement circumcissionem Dñs prouocaret, sine qua salus esse non potest, octauo die circumcisus, & Iesus appellatus est. Deinde verò de sterilitatis opprobrio dixit Rachel suscepto filio Ioseph. Abstulit Dñs opprobrium meum. Sic & uastata Hierusalē a Romanis propter virorum paucitatem: septem mulieres: id est multę vt exponit Hiero. uirum unū, scilicet ambientes cōiugem, apprehendent, dicentes aufer opprobrium nostrū. Videlicet ne sine liberis relinquamur, quanto verò maius opprobriū est sacerdotis qui filios nō habet spirituales: quales habet qui fecerit, & docuerit hic enim: magnus uocabitur in regno celorum.

20 Auferre dicitur Deus alicui coronam duobus modis, videlicet vel ad maius meritum vel ad supplicium: prioris exemplum est Iob, qui flagellatus a Domino dicebat. Abstulit coronam de capite meo. Id est gaudium, & regium sceptrum, sed auferebatur illi exterior plane corona ad augmentum interioris, & æternæ,

Iob. 27. Lyra. Soph. 3. Hiero. Esai. 10. Ioan. 10. Luc. 6. Iosue. 5. Orige. Luc. 22. Gene. 30. Esai. 4. Hiero. Matth. 5.

Matth. 6. *quam nos petere Christus docuit* Matth. 6. *Adueniat regnum tuum, & cap. 5. ipforum est regnum celorum.*

2 I *Exemplum vero posterioris fuit impius Rex Sedechias cui loquitur Ezechiel. Tu autem prophone impie Rex Israel cuius uenit dies in tempore iniquitatis presignita. Hæc dicit Dominus, aufer cidarim, tolle coronam, &c. iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam, & hoc non fiet, donec ueniat cuius est iudicium, & tradam ei.* Vbi Hieronymus.

Hiero. *Non semel o Sedechia, nec iuxta Sept. bis. Sed tertio iniquitatem ponam tibi in perpetuum, quæ non statim tibi reputata est, sed donec ueniat Christus, cuius est iudicium, & tradam ei subaudi regnum, & sacerdotium.* Hæc Hieronymus, & Glossa, item etiam Theodoretus sect. 8. Vbi ait prophetiam esse de Christo de quo in Genes. *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius donec ueniat qui mittendus est.* Nam licet ablata fuerit Sedechiæ Regi corona propter tres iniquitates quas ut exponit Lyra commiserat contra Deum, contra subditos, & contra fidelitatē debitā Regi Babylonis, tamen duces manserunt de tribu Iuda usque ad Machabæos, qui ex linea materna fuerunt de tribu Iuda, & durauerunt usque ad Herodem, cuius diebus natus est Christus cuius est iudicium iuxta illud Ioannis. *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, & Psal. Deus iudicium tuum regi da, quare decepti sunt Lyranus super hunc locum Ezech. & Vatablus qui cuius est iudicium exponit esse iudicium Nabuchodofor Regis: sed certe non illius est iudicium sed Christi. Preterea quod iniquitatem, iniquitatem Vatablus vertit obliquam, obliquam minus recte vertit, quia in Hebræo non sunt nomina denominatiua, sed obliquitatem non obliquam.*

Glossa. Theodo. Gene. 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius donec ueniat qui mittendus est.*

Lyra. *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius donec ueniat qui mittendus est.*

Matth. 2. Ioan. 5. Psal. 71. *Deus iudicium tuum regi da, quare decepti sunt Lyranus super hunc locum Ezech. & Vatablus qui cuius est iudicium exponit esse iudicium Nabuchodofor Regis: sed certe non illius est iudicium sed Christi. Preterea quod iniquitatem, iniquitatem Vatablus vertit obliquam, obliquam minus recte vertit, quia in Hebræo non sunt nomina denominatiua, sed obliquitatem non obliquam.*

2 2 *Auferre pallium sponsæ est, amputare sæcularia Cant. 5. Vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum. Vbi Grego. prædicatores, inquit pallium sponsæ tollunt, quia siquid residuum est pompæ sæcularis in corde, tollant: & interiora nostra, & occulta quæ non cognoscimus detegunt. Hæc ille. Sic docuit prædicatores filius Dei, ut tollant pallium sponsæ dicentes illud uerbum Domini. Si quis uult uenire post me abneget semetipsum,*

Matth. 16. *Si quis uult uenire post me abneget semetipsum,*

Luc. 22. *Abneget semetipsum, & accipiat crucem suam, & sequatur me. Qui non accipit crucem suam, & non sequatur me, non potest esse meus discipulus. Qui negauit me coram hominibus, ego negabo eum coram patre meo, qui sedet ad dexteram potentis. Qui negauit me, & non seipsum, negabo eum coram patre meo, qui sedet ad dexteram potentis. Qui negauit me, & seipsum, negabo eum coram patre meo, qui sedet ad dexteram potentis.*

Luc. 22. *Abneget semetipsum, & accipiat crucem suam, & sequatur me. Qui non accipit crucem suam, & non sequatur me, non potest esse meus discipulus. Qui negauit me coram hominibus, ego negabo eum coram patre meo, qui sedet ad dexteram potentis. Qui negauit me, & non seipsum, negabo eum coram patre meo, qui sedet ad dexteram potentis. Qui negauit me, & seipsum, negabo eum coram patre meo, qui sedet ad dexteram potentis.*

2 3 *Auferre iubet Angelus uerimenta sordida à Iesu, de quo uidetur in uerbo Angelus num. 1 2. Auferre fortitudinem Damasci, est gentes ad fidem conuertere, sic Esaias. Antequam sciat puer uocare patrem aut matrem auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Ommissa uero expositione Rabbinorum de filio Esaiæ, sensus est, antequam filius Dei recens natus in Bethlehem sciat secundum formam humanam loqui pro ætate, auferetur fortitudo gentium, quæ per Damascum tropice significantur ita cepit impleri, quando. Magi Ab Oriente uenerunt adorare Dominum. Sic exponunt Iustinus martyr in Dialogo cum Tryphone, Tertullianus lib. contra Iudæos, Augustinus, ser. 4. de Epiphania, Chrys. super Matth. 2, Ambros. super Luc. 3. de Genealogia Christi Epiphanius li. 3. in compendio fidei. Est nihilominus secunda sententia prædictum sensum esse mysticum licet aptissimū, iuxta literam uero Damasci, & Syriæ nec non, & decem tribuum Israel captiuitatē prædici per Assyrios, de quo ponitur tanquam medium uaticinium de Natiuitate Christi de Maria Virgine, qui inuocandus erat, ut inimici Hierusalē qui erant tunc Syri, & decem tribus Samariæ ab Assyriis superarentur, & caperentur, scilicet. Antequam sciat puer, Christus, uocare patrem aut matrem, Id est antequam homo fiat capietur Damascus ab Assyriis, ita explicant Hiero. Lyranus, & Vatablus, ergo Christus antequam natus sit in mundo, dat uirtutē ad conterenda regna Gentilium, & decem tribuum, unde non est purus homo, sed etiam Deus, quo testimonio Athanas. li. 1. de Incarnatione uirget Iudæos, sic solus Ch's natus est Deus, & Rex Iudeorū.*

2 4 *Auferre fortitudinem Damasci, est gentes ad fidem conuertere, sic Esaias. Antequam sciat puer uocare patrem aut matrem auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Ommissa uero expositione Rabbinorum de filio Esaiæ, sensus est, antequam filius Dei recens natus in Bethlehem sciat secundum formam humanam loqui pro ætate, auferetur fortitudo gentium, quæ per Damascum tropice significantur ita cepit impleri, quando. Magi Ab Oriente uenerunt adorare Dominum. Sic exponunt Iustinus martyr in Dialogo cum Tryphone, Tertullianus lib. contra Iudæos, Augustinus, ser. 4. de Epiphania, Chrys. super Matth. 2, Ambros. super Luc. 3. de Genealogia Christi Epiphanius li. 3. in compendio fidei. Est nihilominus secunda sententia prædictum sensum esse mysticum licet aptissimū, iuxta literam uero Damasci, & Syriæ nec non, & decem tribuum Israel captiuitatē prædici per Assyrios, de quo ponitur tanquam medium uaticinium de Natiuitate Christi de Maria Virgine, qui inuocandus erat, ut inimici Hierusalē qui erant tunc Syri, & decem tribus Samariæ ab Assyriis superarentur, & caperentur, scilicet. Antequam sciat puer, Christus, uocare patrem aut matrem, Id est antequam homo fiat capietur Damascus ab Assyriis, ita explicant Hiero. Lyranus, & Vatablus, ergo Christus antequam natus sit in mundo, dat uirtutē ad conterenda regna Gentilium, & decem tribuum, unde non est purus homo, sed etiam Deus, quo testimonio Athanas. li. 1. de Incarnatione uirget Iudæos, sic solus Ch's natus est Deus, & Rex Iudeorū.*

2 5 *Auferre pallium sponsæ est, amputare sæcularia Cant. 5. Vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum. Vbi Grego. prædicatores, inquit pallium sponsæ tollunt, quia siquid residuum est pompæ sæcularis in corde, tollant: & interiora nostra, & occulta quæ non cognoscimus detegunt. Hæc ille. Sic docuit prædicatores filius Dei, ut tollant pallium sponsæ dicentes illud uerbum Domini. Si quis uult uenire post me abneget semetipsum,*

2 5 *Abstulit Deus de spiritu Moyfi sine diminutione eius, quando Dominus dixit ei. Auferam de spiritu tuo, tradamque eis: id est septuaginta uiris. Ut susten-*

Aug. Glo. 8a. *Augere est siue in corporalibus, siue in spiritualibus incrementum suscipere, sic Abimelech rex dixit Isaac. In pace dimisimus te auctum benedictione Domini. Id est diuitem factum diuino fauore, quia cum tent tecum onus populi. Vbi Augustinus quem citat Glossa super hunc locum, notat apud Sept. legi. Auferam de spiritu qui super te est. Itaque de spiritu supernaturali auferendum Dominus dixit, neque ita ut in Moyse Spiritus sanctus minueretur, sed ut in alios quoque diffunderetur. Hæc ex Augustinos, quod Lyranus adhuc luculentius explicat, sicut inquit, ex vna candela inflammatur alia, ita de spiritu, quo Moyse illuminabatur, desumptum est, & emanauit donum quo alij sunt illuminati, non ut effectiue quod aiunt spiritus participatus supernaturalis Moyse efficeret donum quo alij sunt afflati, sed per modum impetrationis. Nec audiendus est Burgenfis qui hoc loco redarguit Lyranum, conaturque probare potuisse Moysem per modum causæ effectricis septuaginta senioribus donum Spiritus sancti præstare. De quo lege Dionysium Carthusianum super hunc locum de quo nos latius li. 1 6. in uerbo Spiritus.*

2 6 *Maria non auferetur optima pars quam elegit Luc. 10. Vbi D. Augustinus optimam partem, id est meliorem exponit, quia uita contemplatiua ex obiecto perfectior est quam actiua, ut pote quæ circa summum bonum occupatur, quæ ideo non aufertur à contemplante, sicut ab actuoso aufertur actiua, quia opera uitæ actuosæ cum hac uita simul deficiunt, contemplatio uero in clara uisione Dei temporali uita finita perficitur in æternum.*

C A P V T C L X X I I .

Augere.



2 7 *V G E R E dicitur Hebraice Phara Psal. 104. Et auxit populum suum uehementer.*

2 7 *Augere est siue in corporalibus, siue in spiritualibus incrementum suscipere, sic Abimelech rex dixit Isaac. In pace dimisimus te auctum benedictione Domini. Id est diuitem factum diuino fauore, quia cum*

seminasset apud Palesthinos, collegit centuplum, sic etiam auxit Deus populum suum, multiplicauitque illum inter Ægyptios. Habebat Israel in Ægypto, auctusque est, & multiplicatus.

2 *Auget Deus fidem, & gratiam quam solus infundit, quia donū Dei est. ut Paulus ait, ita legimus apud Lucam. Et dixerunt Apostoli, Domine adauge nobis fidem: quod intelligi potest, vel de fide Catholica quæ facit ea credere quæ diuinitus sunt Ecclesiæ reuelata, quomodo exponit Theophilactus. Item Augustinus quia potest augeri fides, & quātum ad intentionē ut sit magis radicata, & quātū ad extensionē ut plura explicite credenda comprehendat. Sed Iansenius explicat de actu fiduciæ in Deum, qui coniunctus fidei auget illam usque ad patranda miracula. Iuxta illud Apostoli. Si habuerō omnem fidem, ita ut montes transferam. Hæc enim assimilatur grano sinapis: in hoc ipso contextu, ego uero existimo de his distinctionibus fidei minime tunc Apostolos cogitasse, imo de fide indiscriminatim fuisse locutus, & maxime de fide uiua atque formata, quæ mirabiles parit effectus, quando fuerit cum spe certa coniuncta. Quod autem Deus augeat iustitiam nostram, & merita cum fide uiua, habes Ephes. 4. Crescamus in illo per omnia qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, &c. augmentum corporis facit, in edificationem sui in charitate, & alibi. Et auget incrementa frugum iustitiæ uestire. Item Salomon. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum.*

3 *Augere siclum est mensuras ponderum ad accipiendum plus iusto mutare. sic legimus apud Amos. Inimiamus mensuram, & augeamus siclam. Vbi Hieronymus, id est minorem in uendendis mercibus mensuram faciamus, & maiora pondera in accipiendis, & quidem minuere Iudæi mensuram facile poterant: quomodo autem augere siclum priuata possent autoritate dubium est, quia ut inquit, Iosephus li. 3. antiquit. ca. 9. siclus nūmi genus est apud Hebræos. quales sunt tetradrachmi Attici, hoc est sunt quatuor drachmæ Atticæ, vel quatuor reales argentei Hispanici. An uero siclus sanctuarij maior esset aut minor quam siclus communis, dicemus in dictione siclus, sed*

Augur Augurari.



VGVRARI Hebraice dicitur Nachas quæ vox significat cū sonitu incantare, vel ex sonitu diuinare.

Vnde Augur dicitur qui ex cantu, pastu, vel gestu auium futura diuinat, sic Augur dicitur ab auium garritu vt Festo placet, habent autem frequentius, augures cum dæmonibus pactum vel explicitum quidem, vel implicitum, ideo cum execratione in scriptura & auguria damnantur, & augures, Deutero. 18. Non inueniatur in te, &c. qui ariolos sciscitetur, &c. Et Leuit. 19. Non augurabimini. 4. Regum. 21. a. 2. Paralytic. 37. B. Numer. 23. D. Eccles. 34. à Esai. 28. b. 47. D. Hierem. 27. b.

Auguratrix vocatur Hierusalem apud Esai. 57. Fili Auguratricis, semen aduulteræ, & fornicariæ, super quem iustitias? Vel quia vere ciuitas illa festabatur auguria, vel quia dæmones consulebat, quorum adorabat simulachra, vt exponit Hieronymus, illuserant autem Christum filiū Dei dicētes dæmoniū habes apud Ioā. & scimus quia hic homo peccator est. Item quādo irriferunt saluatorem Iudæi veste albā indutum ab Herode, & purpura deinde à militibus. Sic exponunt locum Ilaiz de Christo à Iudæis irriso Cyrillus, Procopius, Theodoratus, & Iustinus in dialogo contra Tryphonem Iudæum. Quare caute legendi sunt Vatablus, & Isidorus Clarius qui secuti Rabbinos nō de irriso Iudæis Christo, à sed de idolatria exponunt, qua Iudæi Deum irridebant.

Augurandi scientiam an habuerit Ioseph Patriarcha disputant expositores su per illud, Gene. Vbi ipse fratribus dixit, Cur sic agere uoluistis: An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientiæ Hebraice, an nescitis quod Naches Renaches Afer Camoni, idest augurio auguratur vir sicut ego. sed vulgata phrasim Hebræam vertit in latinum. Dispensator quoque dixit, Cyphus ipse est, in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari solet. Quamuis de his quæ dispēfator

ut
Festus
Esai. 57
Hier.
Ioan. 8.
Ioan. 9.
Ioan. 19.
Cyrill.
Procop.
Theod.
Iustinus.
Vatab.
Isido. Cl.
Quæstio.
3
Gene. 44
dixit

Deut. 35
Matth. 23
Matth. 5
4
Eccles. 12
2, Reg. 3
Hier.
Marc. 6
Matth. 2
5
Num. 32
Matth. 15

interim sciendum, antiquos non solum pecuniam numerare consueuissent, verum etiam appendere. Genes. 23. & Hier. 32. Ergo mercatores auari diuersa habebant pondera, leuiora quidem ad dandas merces, grauiora vero ad appendendos siclos argenti, quos pro mercibus recipiebant, contra prohibitionem Deutero. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius, & minus, neque erit in domo tua modius maior, & minor. Contra quod spiritualiter agunt doctores illi de quibus, Matth. Alligant onera grauiā, & importabilia, & imponunt ea super humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Sed doctor ille: qui fecerit, & docuerit magnus uocabitur in regno cælorum. Quia æqualia quidem pondera portat.

Augere solent homicidia fraudulentum Eccli. 11. Ab una scintilla augetur ignis, & ab uno doloso augetur sanguis. Vt satis constat, & de Ioab, qui occidit Abner, & postea Amasam, Herodes quoque fraudulenter contristatus de petitione capitum Baptistæ, expositore Hieronymo, auxit sanguinem, capite illius amputato. Item alius Herodes pater huius fraudulenter Magos misit vt interrogarent diligenter de puero Iesu, & auxit sanguinem occisis tot innocentium myriadibus.

Postremo augent iram Dei, qui augent peccata, Numer. 32. Vos surrexistis pro patribus uestris incrementa, & alumni hominum peccatorum, ut aueratis furorē Domini contra Israel. Vbi nota furorē Domini ab intrinseco non quidem augeri, cum Deus sit infinitus, & immutabilis, sed ab extrinseco, quatenus augentur nostra peccata, augentur autem peccata filiorum imitatione peruersi parentum exempli, ideo Chananaea cum filia suā peteret sanitatem dicebat. Misere mei Domine filij Dauid. Quasi diceret parce peccatis meis quibus auxi peccata filie meæ, vt his remissis dæmon ab ea propulsetur.

Augustus.



VGVSIVM dicimus quod ueneratione dignū est, & magnum qui latq; diuinū repræsentat, vnde hoc cognomē datū primū est Romæ Octauiano Casari, qui auiculo suo Iulio dictatori successit. Deinde quasi hereditario iure subsequētib; mansit Imperatoribus. Natus est autē Octauianus Augustus Consulibus Cicerone, & M. Antonio vt tradit Paterculus lib. 2. Nono calēdas Octobris ante Christi Natiuitatem annis circiter sexaginta duobus. Cumque vigesimum attigisset annum per vim extorsit consulatū, & eodem anno hoc est biennio post necem Iulij Casaris factus est triumphator cum Lepido & Antonio, secundum Apianum lib. 4. de bello ciuili. videlicet duobus aut tribus mensibus post consulatū, gessit autem triumphum per annos duodecim, vt testantur Tacitus, Orosius, & Suetonius. Neque enim tenetur Iosephus qui lib. 18. Antiquit. cap. 4. quatuordecim annos in triumphu peregrisse dicit. Mortuo uero Antonio Octauianus, adeptus est monarchiam, anno ætatis suæ trigesimo secundo, cum bella quinque ciuilia gessisset, primus quidem Mutinensē contra Marcū triumphator fratrē: secūdū cōtra Brutum & Casium interfectores auunculi sui, tertium Perusinum cōtra Lucium Antoniū, quartum Siculum contra Sextum Pompeium filium magni Pōpei, quintum contra Marcum Antonium triumphatorum anno duodecimo post initum cum eō triumphum uiratum, quem uicit prælio nauali contra promontorium Actiacum, vnde bellum Actiacum appellatum est, quod circa initium Olympiadis centesimæ octuagesimæ septimæ contigit vt colligitur ex Iosepho lib. 15. Antiquit. & tradit Dion. initio libri. 51. Vixit autē Annos septuaginta quinque, & menses decem, & dies viginti sex. Anno autem ætatis Augusti sexagesimo secundo natus est Christus post triumphum eius initium quadagesimo secundo anno. Quo tempore vt Luc. 2.

Caieta;
Abulensis;
Aug.
Carthusi.
Hier. 9.
D. Thom.
Aug.
Matth. 5.

dixit nihil sit omnino curandum, quia mētitus est, nec in cyphis auguria captantur, sed in auium garritu vel volatu, sicut dictum est. De Ioseph uero putat Caietanum quod fuisset cum lethali culpa pernitiose mētitus, nisi quia forte in de excusatur, quod de quadam naturali diuinatione locutus fuerit, quæ fit in cypho, certo quodam artificio fabricato secundum quasdam astronomicas figuras. Sed non quadrat hæc sententia, cum hæc etiam diuinandi ratio tanquam illicita & nefaria ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis spe damnata sit & prohibita. Secunda ergo sententia est Abulensis, mentium quidem fuisse Ioseph. sed officiose, quod nō fuerit plus quam ueniale peccatum. Tertia sententia est Aug. in qq. super Gen. fuisse ioco dictum, nec subinde mendacium, sicut qui augurum in fabula repræsentat, non dicitur profecto mentiri. Quarta sententia est Diony. Carthusiani uere Ioseph. fuisse peritum artis augurandi quātum ad speculationem, non autem practice illam exercuisse, sicut de Moyse quoque dicitur, quod fuerit eruditus omni sapientia Ægyptiorum. Imo licite potuit minuta quædam, & naturalia artis augurandi exercere, quatenus garritu auium nimio, mutationes temporum pluuiarū & ventorum significantur, quæ naturali quodam instinctu præsentantur aues sicut apud Hier. legimus: Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia cognouerunt tempus aduentus sui, &c. Non tamen præsentantur quæ ex libero pendent arbitrio, sed quæ naturali conseruationi suæ conueniunt, ex cælestibus influentiis & naturalibus causis, quæ scire, & exercere, nullum peccatū est, vt docet D. Thom. 22. q. 95. Cæterū auguriis uti in his quæ ex libero pendent arbitrio lethale crimen est, & mihi hæc sententia placet, sicut sententia quoque Augusti. hoc autem iocoso artificio uoluit Sanctus Patriarcha fratres suos ad pœnitentiam prouocare, quod & consecutus est, dicentibus illis: Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum. Itaque prius dilexit inimicos quam tuba sonaret Euangelica: Diligite inimicos uestros. (2.)

Patercul.
Apianus.
Tacitus.
Orosius.
Suetonius.
Iosephus.
Luc. 2.

criberetur uniuersus orbis. Anno videlicet trigesimo suæ monarchiæ post victoriam Actiacam. Et recte quâdo mundi rex mûdum fecit tributarium natus rex cæli iuxta Prophetas mundum à peccatorum soluit tributo Esai. 9. Iugum enim oneri scius & uirgam humeri eius, &c. superasti.

Quod si quis nobis obiiciat Irenæum lib. 3. contra hæreses capi. vigesimo quinto, & Tertullianum lib. contra Iudæos dicere: Anno quadragesimo primo Augusti natum esse Dominum, exponendum est, anno quadragesimo primo completo, & quadragesimo secundo capto. vt tenet Eusebius in Chronico. & lib. 1. historiæ Ecclesiæ cap. 5. Epiphanius hæresi quinquagesima prima, Beda lib. de sex ætatibus mundi. Orosius. lib. 7. cap. 2.

Pax etiam à Prophetis circa natiuitatē Christi prædicta est, ab Esaia: Et cõstabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces, nõ sumet gens contra gentem gladium, &c. & Micheas: Non discent ultra belligerari, &c. & Psalm. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, quod per hyperbolem dictū est, impleri cœpit in diebus Augusti. Nam vt Suetonius Tranquillus ait, in eius vita, ca. 2. 2. tẽplum Ianibis tantum ab vrbe cõdita clausum tertio clausit, breui tempore pace terræ marique parta, ab hac autem pace temporali initium habuit spritualis, de qua præcipue Angeli nato Domino cecinerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis: de qua Dominus quoque: Pacem (inquit) meam do uobis, pacem relinquo uobis, &c.

Augustus mensis dictus est ab Augusto Cæsare, qui prius sextilis vocabatur, quod eo mense obierit, cumque iam esset morti vicinus, vt refert Suetonius, assidentes rogauit amicos, an eis uideretur commode vitæ fabulam transegisse, itaque fabulam iudicauit esse prosperitatē huius vitæ iuxta illud Apost. Præterit figura huius mundi.

CAPVT CLXXV.

Auis.



VIS Hebraicè dicitur Ooph, per 7 sic 2. Reg. 21. & Gen. 1. & 6. dicitur à verbo vuph volare vnde veoph. volatile.

Auis genus est ad omnia volatilia quæ pariunt oua, pennis que & plumis ornantur, ductū que est nomē auis ab auis, seu in viis, quia talibus locis volatilia delectantur.

Aues de aquis ne fuerint procreatae. An verò de terra, magna inter autores disceptatio est, super illud Gen. Producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile super terrā, sub firmamento cæli. videtur autem esse communior sententia patrum ex aquis esse volucres generatas, sicut sonare videtur præfens textus, sed ex qualibus aquis dissidium est. nam quidam ex liquidis vndis atque fluentibus productas esse putant. quod tenet August. Egubinus in Cosmopœcia Hierony. epist. 3. quam scripsit ad Oceanū, & Ambrosius autor hymni, quem canit Ecclesia feria quinta in vesperis: Qui ex aquis ortum genus partim remittis gurgiti, partim leuas in aera, &c. alij verò dicunt ex vaporibus aqueis volatilia fuisse procreata, ita Augustinus li. 3. de Genesi ad literam. cap. 3. Rupertus super Gen. 1. D. Tho. 3. p. 9. 71. ar. 1. est que cõmunis sententia scholasticorum. Cæterum contrarium tenent pauci quidam, ex terra videlicet cet volucres esse productas. Quod tuetur Caiet. item Catherinus. Et Hieronymus Vuelmus libro. 2. 2. super Exameron, quorum fundamentum est, quod Hebraicè aliter legitur quā vulgata vertit, nimirum: Reperere faciunt aquæ reptile animæ uiuentes, & auis uolet super terram, Veoph volatile Ieophoph uolet albaarem super terram: at non dicit nisi vt auis uolet super terrā. Præterea, quia Moyses dicit: Formatis igitur Dominus Deus ex humo cunctis animantibus terræ, & uniuersis uolatilibus cæli, adduxit ea ad Adam. Ergo aues ex humo formatæ sunt. His uis sententiis dicere possumus, in scriptura etiam iuxta uersionem vulgatam nõ esse discordiã, opiniones autem doctorum facile posse concordari duobus modis: primo si dicamus ex aqua limosa fuisse aues formatas, ubi & aqua & terra sunt: vnde verum est ex aqua fuisse formatas. vt habes Gen. 1. & ex humo fuisse productas. vt legimus Gen. 2. Deinde si teneamus non solum ex vaporibus aqueis, sed simul ex terræ exhalationibus fuisse productas. Itaque ex liquida fluenti pisces, ex humo autem grauiori quadrupedia, ex aqua uero simul & terra in vapores & exhalationes resoluta

aues

Esai. 9. 2 Irenæus. Tertullian. Eusebius. Epiphanius. Beda. Orosius. Esai. 2. Micheas. 4. Psal. 71. Suetonius. Luc. 2. Ioan. 14. 3 Suetonius. 1. Cor. 7.

עופ עופ

I 2 Gen. 1. Quæstio. Aegubina. Hierony. Ambrosius. August. Rupert. D. Thom. Caiet. Catherin. Hierony. Vuelmus. Gen. 2.

aves sunt procreata.

Auis metaphoricè denotat Christum Esai. 46. Vocans ab Oriente iustum, ubi Hieronymus Septuag. (inquit) vertunt: Vocans ab Oriente auem; & vt Hebræi volunt Cyru regē Persarū, sed vt nos vere conuincimus Dominū Saluatorē, de quo Balaã uaticinatus est: Orietur Stella ex iacob, & Zacharias: Ecce uir oriens nomen eius. Hæc Hierony. eodem modo explicat Glossa. Denique Bethlehẽm ad Orientē est, respectu Hierusalem, & ideo inde uocat filium patei ad legis gratiæ promulgationem, quam ibidem Magis promulgare cœpit iuxta illud Matthæi: Cum natus esset Iesus in Bethlehẽm Iudæe Ecce Magi, &c. promulgauit autem per stellam.

Auis ignorat semitas iuxta mare mortuū & quæ super uolitant statim emoriuntur, de quo Iob. dicit: Semitam ignorauit auis. Enim uero vt Titelmanus exponit & D. Tho. Sodoma igne subuersa in lacum bituminis & aquæ pestiferæ conuersa est, cuius exhalationes aues etiam præter uolantes occidunt, uocatur autem palus Asphaltitis, idest, bituminis, de qua Iosephus libr. 1. Antiquit. cap. 17. Quod uero Greg. serm. de assumptione auem Christum intelligit cuius semitam ad cælum ascendentis populus ignorauit incredulus Iudæorum, mysticum est, quod sequitur Glossa. præterea in textu. Auis non est in genitio. Sed in recto, vnde Septuag. οὐκ ἐγγνω αὐτὴν πτερνῶν Non nouit eam uolatile. Chaldæus uero: Semitam arboris uitæ nullasciuit auis. ubi etiam ab eo ponitur auis in recto quamuis in alio sensu, eodem modo legit Lyranus & Vatablus & alij quare ipsum mysticum sensum vt non diffideat à fundamēto literæ pulchre Beda correxit, vt auis sit in recto & significet populum Iudæorum, qui fuit instabilis in lege neque cognouit semitā per quam iret ad Christum, qui surrexit, & cælos ascendit, de quo Ioan. Quia non nouerunt patrem neque me. Sed & de hoc conquerebatur Christus dicens Philippo. Tanto tempore uobiscum fui & non cognouistis me, &c.

Aues metaphoricè iusti uocantur Ose. 11. Auolabunt quasi aues ex Aegypto. Quod de Iudæis ex Babylonica seruitute redeuntibus explicat Theodoretus. Sed contra Hieronymus hæc (inquit) Hebræi ad aduentum Christi referunt, quem sperant esse

se venturum, nos iam transacta conuincimus, quia de Aegypto & de Afsyriis auolarunt vt dicitur Matth. 8. multi ab Oriente, & Occidente uenient, &c. Sic etiam de uocatione gentium ad Ecclesiam Christi exponunt Glossa; Rupertus, Lyranus, & Vatablus. Habet etiam emphasim quod quasi aues auolauerint ex Aegypto conuersi ex gentibus, quia quædam aues in Aegypto habentur sacre & conseruantur illæ, sic ergo quasi sanctificati & illæsi permanserunt multi ex gentibus ad fidem conuersi, ita vt sint nobis quasi quoddam sacrum uirtutum exemplar. Sicut Chanana conuersa. Centurio credens. Et Regulus qui credit ipse & domus eius tota, pluresque alij.

Auis discolor, idest, pauo populum tropice significat Iudæorum. Hier. 12. Numquid auis discolor hæreditas mea, nunquid auis tincta per totum? Quia populus Iudaicus externis iustitiæ operibus quasi pauo plumis uersicoloribus gloriabatur, sine fide uiua & charitate, vnde Apostolis Dominus dixit. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquã Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnū cælorum, & certe Phariseus suorum iactator ieiuniorum despecto Publicano, quid nisi auis erat variegata?

Auibis plenæ decipulæ asimilatur Synagoga Hier. 5. Quia inuenti sunt in populo meo insidiantes quasi aucupes, loquacos ponentes & pedicas ad capiendos uiros, Sicut decipula plena auibus sic domus eorū plenæ dolo. Quod satis quadrat in Phariseos, quando tentabāt filium Dei dicentes: Licet censum dare Cæsari? &c.

Auis cadens in terram dicitur ille qui de statu gratiæ labitur in peccatum. Sic Amos. Nunquid auis cadet in terrā absque aucupe. Vbi Hierony. iuxta (inquit) est, ruina peccatorum, quicum haberent pennas columbæ, pondere suarum iniquitatum ad terram depressi sunt, & uicio suo adherent visco, de quo Apostolus. 1. Cor. 6. qui adhæret meretrici, vnū corpus efficitur. Hæc Hierony. Aucupes ergo sunt omnes qui scandalum præbent, ideoque uitandi, iuxta illud: Si manus tua aut pes tuus scandalizat te, abscinde illū & proijce abste, uicinus autem est mulier compta, iucrum turpe, & commestationes.

Aues etiam peccatores appellantur Ecclesia. 9. Sicut aues laqueo comprehenduntur.

3 Esai. 46. Hierony. Num. 24. Zach. 6. Glossa. Matth. 2. 4 Iob. 28. Titelman. D. Thomas. Iosephus. Gregor. Glossa. Chaldæus. Lyran. Vatablus. Beda. 5 Ose. 11. Theodoret. Hierony.

Matth. 8. Glossa. Rupertus. Lyran. Vatablus. Matth. 8. Ioan. 4. 6 Hier. 12. Matth. 5. Luc. 18. 7 Hier. 5. Matth. 22. 8 Amos. 3. Hierony. 1. Cor. 6. Matth. 18. 9 Ecclesi. 9.

Hierony. sic capiuntur homines tempore malo, cum ex templo superuenerit. vbi Hierony. diem malum intelligit diem iudicij finalis, de quo Lucas: *Et in terris pressura gentium.* Lyranus verò putat diem mortis repentinæ significari, qualis diuiti superuenit purpurato: *Qui sepultus est in inferno.* Item Hierusalem, quamuis quasi auis versicoloribus quidem ceremoniarum plumis gloriaretur, non cauit hunc laqueum absconditum sicut Dominus non sine lachrymis prædixit ei: *Quoniam si cognouisses et tu, et hæc nunc abscondita sunt ab oculis, etc.*

IO
Auis volans dicitur siue homo, siue res, quæcunque fugit nos, neque illam possumus comprehendere. Ecclesi. 27. *Sicut qui dimittit aem de manu sua, sic reliquisti proximum tuum, non eum sequaris.* vbi Lyranus & Iansenius explicant relinquere proximum esse fidem ei violare, quod animum eius valde quidem auertit. Item promissa mendacia volantibus auibibus conferuntur à Salomone. *Qui inmittitur mendaciis, pascit ventos, ipse autem sequitur aues volantes.* Prosperitas quoque bonorum temporalium eadem similitudine fugax describitur, in lib. Sapient: *Diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia ista, etc. tanquam auis que transuolat in aere.* Celeritas quoque captiuitatis decem tribuum aui volanti comparatur, apud Oseam. *Ephraim sicut auis auolans.* Sic exponit Theodoretus. Eadem similitudine prædicitur Moabitum sub Assyriis captiuitas in Esaia. *Et erit sicut auis fugiens, et pulli de nido auolantes, sic erunt filij Moab.* Ita etiam diuitiarum iactantia & humana gloria Hierusalem auolauit sub Romanis. de qua Dominus: *Ecce relinquetur vobis domus uestra deserta.* Sic denique splendor auolauit diuitis purpurati.

II
Aui auolanti, quæ semel emissa reuocari non potest assimilatur execratoriu verbum & maledictio Pro. 26. *Sicut auis ad alta transuolans sic maledictum frustra prolatum.* vbi Beda in alta (inquit) volare dicitur maledictum, quia Deo iudici fittitur, qui maledicos à regno cælorum excludit. 1. Cor. 5. *Maledici regnum Dei non possidebunt:* tales erant olim Iudæi, qui filio Dei dicebant: *Samaritanus es tu et demonium habes.*

I 2
Aues volantes per medium cæli vocari ad deuorandum cadauera, denotat iuxta literam stragem magnam futuram. So-

lent enim occisorum in prælio nuda cauera bestiis, & volucris deuoranda relinquitur ad terrorem atque vindictam. Sic intelligitur illud Apoc. *Et vidi unum Angelum stantem in sole, et clamauit voce magna dicens: Omnibus auibibus, quæ uolabāt per medium cæli, uenite et congregamini ad cænam magnam, ut māducetis carnes regum, et equitū, et equorum.* Similis phrasus est apud Hier. de strage Iudæorum sub Nabuchodonosor: *Et erit morticinum populi huius in cibum uolucris cæli.* Et apud Ezech. de eadem clade: *Dic omni uolucris, et uniuersis auibibus, etc. Conuenite et properate, concurrite undique ad uictimam magnam Domini, etc. ut comedatis, etc.* Sic ergo deuicto Antichristo & uniuersis auxiliariis eius occisis, vocat ad deuorationem cadauerum Angelus aues in Apoc. quod & spiritualiter intelligi iuxta literam potest, ut aues per metaphoram viri spirituales intelligantur, qui non quidem humi adherent, sensibilibus amore capti, sed per medium cælum libera contemplatione volant, hi quasi ad prandium vel cænam inuitantur ut gaudeant de vindicta quam Deus de impiis sumpturus est, iuxta Psal. *Lætabitur iustus cum uiderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Ita exponit D. Thomas, augebitur quod hoc gaudium quando sedebunt Apostoli: *super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.* Nam expositio Rupertii qui aues volantes per medium cæli Apostolos intelligit, qui comederunt carnes regum & equitum conuertentes eos ad fidem, iuxta quod Act. 10. Petro dictum est, in visione quadrupedum & reptilium, *Occide et manduca,* mystica quidem est superiores autem historicæ.

CAPVT CLXXVI.

Aurichalcum vel Orichalcum.



AVRICALCVM legimus Apoc. 1. in visione Ioannis que vidit: *Similem filio hominis, etc. et pedes eius similes Aurichalco.* Antonius Nebrisenfis in suis quinquagenis, quinquagena. 3. cap. 4. dicit Aurichalcum non esse nomen satis latinum quia non componuntur nomina latina ex Græ-

ca & latina voce, aurum quippe latinum est, Chalcos verò græca vox, quæ idem est quod æs quod quasi aureū est, Hispanicè Latō, quod à Cicerone vocatur Orichalcū idest, montanum æs, quod splendet quasi aurum, ita libr. 3. officiorum siquis (inquit) aurum videns Orichalcum se putat videre, &c. Conicit autem Nebrisenfis vulgatam vertisse iuxta quod græce legimus: *Pedes eius similis Chalcolibano.* Quod significat Thus masculum, qui suauem quidem odorem emittit, de quo Vergilius in Buccolicis: *Verbenasque adole pingues et mascula Thura.* Dicit autem in vetustissimis latinis codicibus se legisse pedes eius similes aurichalco libano, vnde putat ab imperitis forte typographis additū auri, & ab aliis ablatum libano & ita mendose legi aurichalco pro chalcolibano, Pro hac sententia facit, quod Beda, Haymo, & Anselmus dicunt aliam translationem habere aurichalcolibanum, græce autem legitur, ut diximus, Chalcolibanū ita legit & exponit Aretas Græcus. De quo postea: interim pedes Christi affectus amoris eius significant, qui sicut Thus masculum in camino ardenti suauissime redolent charitatem illam, de qua apud Ioanē, dicitur: *Cū dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Et alibi: *Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.*

2
Caterum probabilius est vulgatam vertisse, *Pedes eius similes Aurichalco in camino ardente,* vel ut Beda legit Orichalco, quia Cyprianus antiquior quam nostra vulgata & satis latine peritus Aurichalcum legit libr. 2. aduersus Iudæos cap. 25. *Et pedes (inquit) eius Aurichalco similes, & August. siue Tychonius homil. 1. super Apo. legit: Pedes eius similes Aurichalco libani, ut in fornace ignis.* Præterea vox Aurichalcum, ut cum bona venia Nebrisenfis dicimus, non est barbara sed latina, qua vtitur Plinius lib. 34. cap. 2. *Mox (inquit) vilis præcipua scilicet æris, reperto in aliis terris præstantiore, maxime Aurichalco.* Item Sextus Pompeius aurichalcum explicat æs aurum referens, neque dicit non esse latinum in suo dictionario sic ergo legendum.

3
Pedes autem Christi Apostolos significare qui per orbem euangelizantes percurrerunt tenet Aretas hoc loco & Gre-

gorius Theologus & Victorinus quos citat Gagneius item & Tychonius, hi ergo igne tribulationis probati refulserunt, de qua tribulatione prædixit eis filius Dei: *Mundus autem gaudebit uos uerò contristabimini.* Et Luc: *Eratis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & alibi: Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum.* Secunda exstio pedes Christi esse Ecclesiam quam tenent Haymo & Anselmus quamuis autem igne tribulationum probetur, sed portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Denique tertia expositio recentiorum est, pedes Christi humanitatem eius significare, sicut caput denotat deitatem dicente Apostolo: *Caput uerò Christi Deus.* Ergo pedes eius similes aurichalco in camino ignis tribulationum fulgorem virtutum omnium emiserunt, quando fugit in Aegyptum. Cum posset Herodem facile obruere. Item quando lapidibus impetitus seminine vindicauit. Præterea quando coram iudice accusatus nihil respondit. Sed de hoc satis.

CAPVT CLXXVII.

Aurora.



AVRORA & Lucifer Hebraicè dicitur in Scriptura *Sahar Esai. 8. & 14. & Psal. 109.* Aurora prima pars est diei luce dubia, sic dicta, quod luce solis subrutilante aer iam incipiat auferescere, ut Varroni placet, de aurora dicitur Psalmo. 73. *Tu fabricatus es auroram et solem,* sed hic pro aurora Hebraicè est luminare.

Aurora surgens resurrectionis Christi tempus significat. Sic explicat Beda illud Iob. vbi noctem natiuitatis suæ propter originale peccatum maledicens ait: *Non uideat ortum surgentis auroræ.* Quia resurrectionem Christi in aurora nox præuaricationis non uidit. & Greg. Ortus (inquit) auroræ est noua natiuitas resurrectionis, quam neque oculus uidit se cundū Apostolum. Eodem modo Glossa. Videtur autem quibusdam hæc expositio mystica. Sensus autem historicus est quem tradunt D. Thomas & Lyranus desiderasse

Luc. 21.
Lyran.
Luc. 16.
Luc. 19.
Ecclesi. 27.
Lyran.
Iansen.
Pro. 10.
Sap. 5.
Oseam.
Theodoret.
Esaia. 16.
Matth. 23.
Luc. 16.
Pro. 26.
Beda.
1. Cor. 5.
Ioan. 8.
I 2

Apoc. 19.
Hier. 7.
Ezech. 29.
Psal. 17.
D. Thom.
Matth. 9.
Rupert.
Act. 10.
I
Apoc. 1.
Nebrisenfis.

Greg. Naz.
Victorius.
Gagneius.
Tychonius.
Ioan. 16.
Luc. 21.
Matth. 10.
Haymo.
Anselmus.
Matth. 16.
1. Cor. 11.
Matth. 2.
Ioan. 8.
Ioan. 10.
Ioan. 19.
I
I
Varro.
Psal. 73.
Beda.
Iob. 3.
Greg.
1. Cor. 2.
Glossa.
D. Thom.
Lyran.
Iob

Iob ne nox illa in qua natus est, ad auroram vsque vitam eius protrahere potuisset, imo sifteret nox æterna, ne ad tantas ipse miseria nasceretur, & planè vox hæc sensuualitatis erat non rationis, vt exponit D. Thom.

D. Thomas,

3

Lyran. Iob. 38.

D. Thom.

Aurora locum suum ostendere, est cur sum solis designare sub signis Zodiaci. Sic explicat Lyranus illud Iob. *Aut ostendisti aurora locum suum*, id est fecisti vt sic appareat ortus solis in diuersis punctis Orientis secundum temporum varietatem, nam alibi æstate nascitur, alibi hyeme & alibi temporibus æquinoctij & D. Thomas in commentariis considerandum (inquit) quod claritas auroræ diuersificatur secundum diuersas partes eleuationis signorū, quia cum est Sol in signo velocioris & agrioris ascensionis, cum quo oritur, parum durat aurora, quando autem est in signo tardæ ascensionis, amplius durat, est autem in cælo determinata mensura loci, vnde de sole inibi existente incipit claritas diluculi apparere, quæ loca tu (inquit) o Iob fortasse disposuisti? Hæc ex D. Thoma. Quod si non potest homo tempus auroræ longius aut breuius facere, quomodo periodum vitæ suæ poterit immutare? aut longiorem reddere? Sed Nec Cræsus quidem opulentissimus tyrannus Neq; Midas Phrygiæ rex, neque diues purpuratus qui epulabatur quotidie splendide, vel horulam termino vitæ suæ superaddere cunctis suis thesauris poterunt.

Luc. 16.

4

Cant. 6.

Glossa.

Gregor. Theodoret.

Aurora metaphorice vocatur Ecclesia dum agit in terris, de qua in Cant. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens*. Vbi Glossa Ecclesia (inquit) in iudicio agens, adhuc aurora, sed in regno dies est, vbi plenum visum veri Solis habebit. Eodem modo exponit Greg. Sed Theodoretus ante aduentum Christi putat Ecclesiam fuisse quasi lunam. Deinde sub aduentum Domini quasi auroram. Sed post resurrectionem mortuorum quasi solem, pulchre autem Ecclesia militans auroræ, quæ semper lumine crescit vsque ad plenum diem comparatur, semper enim Ecclesia crescit in cognitione, & amore. Porro Spiritus sanctus qui Ioan. 10. expositore August. ostiarius dicitur, aperit Ecclesiæ secundum temporum exigentiam ostium luminis, sicut filius Dei

Ioan. 10. Aug.

promisit. Spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ipse uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcumque dixerō uobis. Vnde experientia docet in conciliis quando hæresum erroribus oppugnatur Ecclesia lumine supernaturali recepto, clarius ad definienda fidei decreta fulgere. de quo latius in verbo Ecclesia libr. 5. num. 7.

Ioan. 14.

CAPVT CLXXVIII.

Aurugo & Rubigo.



VRVGO vel Rubigo Hebraicè dicitur in sacra Scriptura Selsal Deut. 28.

Hebr. 28.

Aurugo morbus est segetum pallorem inducens coloris aurei vel ærei vt dicebamus in dictione ærugo, prouenitq; ex nimio segetū humore, quo vitiatur culmi: de quo Deut. 28. & 3. Reg. 8. D. 2. Paral. 6. Pf. 77. Eccl. 12. B. Hier. 30. A. Baruch. 6. Ezech. 24. B. Iacob. 5. A. de hoc etiam legimus Amos. 4. *Percussisti uos uento urenti, & in aurugine*. vbi Septuag. vertunt *ικτερος* icteros, qui morbus etiā hominibus magnum pallorem inducit, ita vt & album oculorum palleat, hispane (tiricia) hanc eandē pestem Dominus in memoriam populo reducit apud Aggeū: *Percussisti uos uento urenti & aurugine*, & c. vbi ventus vrens vocatur vredo, quo segetes adustæ rediguntur in cineres. Præterea quamuis Rubigo metallorum morbus sit, inde etiam transfertur ad segetes, quas simile vitium destruit, hæc autem mala Iudæis ob sua euenisse peccata legimus tēpore Eliæ, quibus & iusti cautiore fiant ne thesauros suos in terra recondant iuxta illud Matthei: *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi ærugo demolitur et tinea*.

I

Amos. 4.

Agg. 1.

3. Reg. 8.

Matth. 1.

2

Ioel. 1.

Hierony. Rupertus.

Autigo comedit residuum Bruchi Ioel. 1. quia vt exponunt super eundem locum Hierony. & Rupertus abbas exercitus Romanus instar auruginis Iudæorum vires dissoluit, capta & destructa Hierusalem, itaque quod ait Ioel. *Residuum cruce comedit locusta, & residuum locuste comedit Bruchus*, & residuum Bruchi comedit rubigo. hunc sensum habet secundum

prædictos

prædictos patres. Primum Afsyrij atque Chaldæi velut eruca: deinde Medi & Persæ sicut locusta, postea Macedones & Asiani vt bruchus, prostromo Romani sicut aurugo Iudæos & Hierusalem super quam Dominus etiam sleuit, contriuerunt. Peccatores enim qui prioribus flagellis non resipiscunt, postremis tandem atteruntur, & pereunt, ideo Dominus languido quem in piscina post triginta & octo annos infirmitatis sanauit dixit: *Noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*.

Luc. 16.

Ioan. 5.

3

Pro. 25.

Beda.

Act. 9.

Rubigo super argentum est iniustitia in corde gubernatoris, Pro. 25. *Aufer rubiginem de argento, & egredietur uas purissimum, aufer impietatem de uultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius*. Sic exponit Beda, sic etiam ablata sœuitia Pauli persecutoris egressum est vas purissimum de quo Dominus dixit: *Vas electionis est mihi iste*.

CAPVT CLXXIX.

Aurum & Aureum.



VRVM Hebraicè Zaab quod est obrizū vel purissimum græce χρυσιον Gen. 2.

Est autem aurum metallorum omnium pretiosissimum, & sic dicitur ab auro siue splendore, cor latificat, & ad ictum mallei super omnia metalla perseverat, reperitur autem tribus modis in Piru & orbe nouo vt refert Iosephus Acoستا scriptor Indicæ historiæ & rerum naturalium illarū partium, videlicet in paruis glebis quantitatis nucleorum amygdalæ, de quo fit mentio apud Iob: *Gleba illius aurum*, inueniuntur præterea aurei lapides, ita vt vna pars sit aurum & altera lapis, tertio puluis auri scatet sicut arena, & quod mirum est aurum igne non consumitur, sed purificatur & vlcera sanat, de quo addimus hoc loco quæ prætermisimus supra in dictione argentum & aurum.

Iosephus Acoستا,

Iob. 28.

2

Deut. 7. Esai. 2.

Matth. 10. Iob. 32. Bar. 3.

Aurum diuitias sæpe significat Deut. 7. *Non concupiscas argentum & aurum*. Item. 2. Reg. 20. A. Psalmo. 104. D. Esai. 2. *Repleta (inquit) est terra eius argento & auro*, & Matth. *Nolite possidere aurum*. Item Iob. *Si putauit aurum robur meum*. Et Baruch.

Qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines, confidunt autem, quia vnde dicit Ecclesiast. *Pecunie obediunt omnia*. Sed potentior est Deus de quo Iob. *Deus cuius ira nemo resistere potest*, cui neque resistere valuit diues ille, qui induebatur purpura & bysso & epulabatur quotidie splendide.

Ecclesi. 10. Iob. 9.

Luc. 16.

3

Iob. 28.

Psal. 18.

Psal. 118.

Pro. 3.

Ecclesi. 6.

Ioan. 15.

Matth. 17.

Ioan. 17.

Ecclesi. 7.

Matth. 5.

4

D. Thom. Iob. 37.

Aurum ponitur in comparatione rerum pretiosarum etiam spiritualium, sicut id quod est super omnia secularia & mundana pretiosum, sed omni spirituali bono inferius: sic sapientia quidem auro antefertur Iob. 28. *Non dabitur aurum obrizum pro ea*, id est preciosior est cunctis opibus sensibilibus per aurum significatis, Psalmo. *Iudicia Domini recta, iustificata in semetipsis, desiderabilia super aurum*. Sic etiam Propheta testimonio diuinæ legis dilexit: *super nullia auri & argenti, & super aurum & topazion*. Et Salomon ait *Melior est acquisitio eius, scilicet sapientiæ, negotiatione auri & argenti*. Et amicus fidelis præfertur auro Ecclesi. 6. *Non est digna pondus ratio auri & argenti contra bonitatem fidei illius*. Græcè luculentius *κ' α' ο' κ' ε' σ' ι' ε' α' θ' μ' ο' s' τ' η' s' κ' α' λ' λ' ο' υ' s' α' υ' τ' ο' υ'*, non est pondus pulchritudinis eius, quia ergo amicus superat omne temporale pretiosum, si sit fidelis & honestus, filius Dei non solum duodecim elegit Apostolos, quos amicos vocauit dicens: *Vos autem tenui uocauit amicos*. Sed ex illis tres magis familiares selegit quos duxit ad montem in quo transfiguratus est, & ex tribus vnum, qui desecit. *Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus*. Denique omnis virtus vt super omnia temporalia significetur amanda, super aurum dicitur eligenda. Sic de verecundia fœminæ sanctæ dicit Ecclesi. *Verecundia eius super aurum*. Item de silentio discreto Ecclesi. 2. 3. *Aurum tuum est & argentum tuum consilia & uerbis tuis facito statera*, id est pluris facito silentium quàm omne aurum: *Quia qui dixerit fra tri suos faciat, reuserit gehennæ ignis, tantum refert moderari linguam*.

Aurum abundat in regionibus Aquilonaribus vt notat D. Thom. in cominentariis Iob: 17. *Ab Aquilone aurum uenit, & a deo formidolosa laudatio*. Quia calore (inquit) propter circumstantis frigus recurrente ad viscera terræ, abundantius aurum gignitur. Sicut ergo in caliginosis regionibus

fulgida n

fulgidū metallum copiosius inuenitur, sic in obscuris & ignotis hominibus atque pauperibus aurum sæpe sapientia & diuinarum laudum locupletius abundat iuxta illud Psal. *Pauper & inops laudabunt nomen tuum.* Ita D. Thom. exponit, formidolosa verò laudatio dicitur, quia nemo potest digne laudare Deum, vt exponit Lyranus.

5 Aurum igne probatum iusti per metaphoram intelliguntur, vnde Iob. ait: *Probauit me sicut aurum, & Sap. Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus.* Item Ecclesi. *In igne probatur aurum, homines autem receptibiles in camino humiliationis.* Ita Pro. 17. *Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Dominus.* Sic probauit Apostolos quibus dixit: *Ecce ego mitto uos sicut oves in medio luporum, Et uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur se obsequium prestare Deo.* Denique: *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.* Sed sicut aurum igne non consumitur, sed potius purificatur, ita martyribus dicitur: *Beati eritis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint.* Quia non consumitur corona uestra, sed clarius fulget igne persecutionis, de qua Paulus: *Reposita est mihi corona iustitie.*

6 Aurum metaphoricè denotat sapientiam & charitatem vt notat Rupertus super illud Apo. 3. *Sua teo tibi emere à me aurum ignitum ut locuples fias.* Græce legimus aurum ignitum ex igne, quasi dicat aurum id est puram charitatem igne tribulationis probatam, vt exponit Beda, vel additum est ex igne vt puritas & feruor pariter charitatis denotetur. Sic exponunt Aug. & D. Thom. Nam sicut aurum omnibus prestat metallis, & igne non consumitur, ita charitas omnibus prestat virtutibus & nūquam excidit. 1. Cor. 13. solus autem ille qui conseruat aurum charitatis vere locuples est, quia thesaurizat sibi thesauros in cælo, secundum præceptum Domini. Hanc charitatem vt aurum pauper Lazarus thesaurizauit. Et quidixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia.*

7 Aurum tropicè significat multa etiā in historico sensu, vt docet Greg. li. 34. *Moral. super illud Iob. 41. Sternat sibi aurum quasi lutū.* Appellatione (inquit) auri in sacro eloquio aliquādo diuinitatis claritas, aliquādo splendor supernæ ciuitatis, ali-

quando charitas, aliquādo nitor gloriæ secularis, aliquādo pulchritudo sanctitatis accipitur, de quibus omnibus exēpla subiungit, Aurū quippe diuinitatē denotat in Cant. *Caput eius aurū optimum,* quia caput Christi Deus. 1. Cor. 13. *Auri etiā nomine splendor supernæ ciuitatis accipitur in Apoc. ipsa ciuitas aurū mundum simile vitro mundo.* vbi patria cælestis auro cōparatur quia metallorū omniū pretiosissimū est, & vt initio dicebamus ex Plinio lib. 33. cap. 3. nihil illi deperit, vsu non atteritur sicut metalla reliqua, nulla illi rubigo nō ærugo nō aliud ex ipso quod consumat bonitatē minuatur pondus, lanæ modo netur, & textitur, & misceri potest omnib⁹, & omnib⁹ vsibus accomodari. Hæc ex Plin. quare patria superna iure optimo cōparatur auro, quia pretiosissimum bonū est, & æternū, quod nec tēpore nec vlla rerū vicifitudine aut qualitate contraria deteratur, aut defloretur, & omnibus omnia fiat cū gaudio perenni: de quo Dominus: *Et assumam uos ad me ipsum, & gaudebit cor uestrum & gaudium uestrum nemo tollet à uobis.* Quod verò dicitur simile vitro mūdo græce *ω λισκουια.* Similis ciuitas vitro dicitur, & ita legunt Aretas & Primasius, alij verò aurum simile vitro legunt, sed in idem recidit, ita Tychonius & Greg. qui hunc locū explicat lib. 34. *Mor. vbi hac metaphora splendorem diuinæ cognitionis in superna patria significari dicit, de qua: beati mundo corde quoniam ipsi Deū uidebunt.* Gloria etiā unicuique propria nota erit & aliorum quoque beatitudinem clare videbit, nam vt (inquit) Aug. Quid nō videt qui videntem omnia videt: propterea simile vitro mundo dicitur aurum claritatis cælestis Hierusalem.

Aurum non solum charitatem erga Deum vt numero. 6. diximus sed et charitatem erga proximum in scripturis significat, vnde Apoc. 1. ille visus à Ioanne similis filio hominis: *Præcinctus erat ad mamillas zona aurea,* vbi Rupertus per zonom auream regiam Christi dignitatem significari putat, & quia inter mamillas cor est, ad mamillas præcingi signum vitæ immortalis esse docet. Melius tamē B. Greg. lib. 34. *Moralium vbi hunc locum explicat in corde quidem sedem amoris esse dicit, zona verò ad mamillas præcinctus, charitatem significat, qua & Angeli se*

& nos propter Deum diligunt, ideo & Apoc. 15. *Septem Angeli præcincti erant zonis aureis circa pectora sua.* Quia charitate gen⁹ profsequuntur humanū, & maxime post quā Dei filius natus est homo, vnde pax inter Deum & homines firmata est, de qua cecinerunt, *Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.* Sed quæret fortasse quispiam, quare in lege veteri non legimus Angelos auro ad mamillas vel pectora fuisse præcinctos, sicut in lege gratiæ, nam de Gabriele habes apud Daniel. *Et præcinctus erat ad renes auro obrizo.* Ad quod Richardus respondet in lege quidem veteri opus immundum in renibus prohiberi, in lege verò noua uoluntatis etiam cordisque consensum, ideo in veteri renes, in noua cor cingitur. Sed certè in lege veteri præceptum etiam erat, non concupisces, quare melius dicimus renes in lege veteri fuisse præcinctos, quia timoris erat lex, quare renes reprimebantur, sed tempore gratiæ lex charitatis cor potius astringit & amor, ita Greg. super illud Iob. 31. *Peperit factus cum oculis meis,* & lib. 21. *moralium cap. 2. vbi allegat citatum locum Apoca. Præcinctus erat ad mamillas zona aurea.* Quia Christus, quem ille Angelus representabat summa generis humani charitate factus homo, cū ad huc peccato res essemus nos dilexit, ad mortē vsque, ideo dicebat. *Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi uos.* Item uerbo & exemplo clamabat. *Diligite inimicos uestros.*

9 Aurū nitorem gloriæ mundanæ significat iuxta illud Hier. *Calix aureus Babilō.* Sicut etiam è contrario splendorem quoque significat sanctitatis, vnde Hieremias hac metaphora populum Iudaicum ab splendore sanctitatis ad peccati caliginem deuolutum amarè deplorat dicens. *Quo modo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, &c.*

10 Aurum quoque mysticè in his, quæ ad cultum diuinum in lege veteri pertinebant sanctitatis fulgorem, & sapientiæ claritatem cum charitate significabat. Ita legimus Exod. 25. duo Cherubim ex auro fabricati qui vt docet Origenes duo testamenta se mutuo respicientia præfigurabant, quæ omnem uirtutum splendorem emittunt & ubique do-

cent duo illa præcepta. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. & proximum sicut te ipsum, hinc tota lex pendet & propheta.* Aureum etiam candelabrum denotat Christum Dominum, vt docet Beda, quem citat Glossa Exo. 25. qui omnibus suæ summæ charitatis exemplum exhibuit, iuxta quod, dixit Apostolis. *Exemplum dedi uobis, ut quem admodum ego feci uobis, ita & uos faciatis.* Deaurata quoque mensa, vt Glossa dicit, sacram designat scripturam, quæ charitatem super omnia commendat, iuxta illud. *Super omnia autem charitatem habentes quæ est uinculum perfectionis.* Et Dominus ait. *Hæc mando uobis ut diligatis inuicem.* Quasi dicat omnia mandata hoc vno comprehenduntur, denique quid est quod eodem capite Moyse dicitur. *Parabis & acetabula, & phialas, thuribula, & cyathos, &c. ex auro purissimo?* nisi quod nihil in diuino culto sine charitate Deo placet, iuxta illud. *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut aes sonans, &c.* Ideo omnia in templo laminis aureis tecta erant etiam parietes intra sancta & sancta sanctorum & omne uas aureum quia nullum sacrificium aut libamen operis, uerbi, aut bonæ cogitationis, nisi in aureo uase charitatis Deo placet. Ideo Dominus ait. *Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, &c. relinque munus tuum ante altare, & uide reconciliare fratri tuo.* Denique iusti & sancti uiri aureis uasis comparantur sic in Eccli. de Simone magno legimus. *Sicut uas auri solidum ornatum omni lapide pretioso.* Et Paulus ait. *In magna domo sūt uasa aurea & argentea, quæ Dei electos significare dicunt Hierony. Chrysoftom. Theophy. super eandem locum.*

Aurū saum uocat aliquando Deus aurea uasa tabernaculi, & ornamenta sacerdotalia, quæ dedit populo Iudaico, ex quo ille cæcus & ingratus conuulsit idola. Sic exponit Hiero. illud Ezechiel. *Et tulisti uasa decoris tui de auro meo, & de argento meo quæ dedi tibi, & fecisti imagines masculinis, & fornicata es in eis, id est fecisti ex illis idola, vt iuxta literam Lyranus, & Vatablus exponunt. Origenes uero*

Matth. 18.

Ose. 2.

Ioel. 3.

Ioan. 10. Eccle. 14.

12 Matth. 2. Psal. 17. Chaldaeus.

Psal. 71.

אבא

13 Matth. 2.

Esai. 60.

super eundē locū hæreticos dicit ex auro diuinā scripturarum adulterato hæreses suas conflare, sed quia isti se Ecclesiæ censuræ subiicere nolūt excludendi sunt foras, iuxta illud, Si Ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. In eodem sensu decē tribubus Israel Dñs dicit apud Oseā. Argentū multiplicauit ei, & aurū que fecerunt Baal, idest ex eadē materia idolū Baal conflauerunt. Itē Ioel. 3. Argentum meū & aurū tulistis, & desiderabilia mea & pulcherrima intulistis in delubra uestra. His non sunt dissimiles forte mercenarij doctores populi, qui auro sacrarū literarum abutuntur, ad episcopatus animarum per ostentationē obtinendā, nō vt oues Christi sed vt se ipsos pascāt, & pompā mūdi, quā supra Deū diligūt, sectentur, auferūt etiā aurū & argentum sacrorū reddituū, vt primogenituras instituāt, & faciant ex eis Baal, idest Dñm successorem, hi cū vident. Lupū uenientem fugiunt quia mercenarij sunt. Quibus etiam congruit illud Ecclē. Viro cupido & tenaci sine ratione est substantia: & uiro liuido ad quid aurum. Liuidū autē vocat qui inuidet animā suā, & animabus proximorū, in quorū spiritualē & corporalē eleemosynā ecclesiasticos redditus qui sanguine Christi madent expensurus erat.

Aurū inter alia Magi Dño recens nato legimus obtulisse. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurū thus & Myrrham. quod sine dubio prædictū est Psal. Vbi de Messia vaticiniū textitur, vt Hebræi cōfiteantur & Chaldaic⁹ paraphraſtes vertit primū versiculū. Deus sententiam iudiciorum tuorū regi Christo da. In hoc Psal. dicitur. Reges Tharsis & in sulā munera offerent, reges Arabū & saba dona adducent. In hebræo verò scribitur pro reges Arabū, & Saba, reges Scheba & Seba, prior vox Arabiā foelicē, posterior Æthiopiā significat. Itē & dabitur ei de atro Arabiæ cōstat autem Christo non nisi in natiuitate hæc munera à regibus Arabiæ & Æthiopiæ data, quanuis postea conuerſæ per Apostolos ad fidem gentes & reges hæc munera contulerunt Ecclesiæ multo locupletius.

Ceterū quæstio est: An de Magis quos Ecclesia reges vocat, & Matth. adorandi causa ab oriente venisse narrat, intelligi iuxta literā possit vaticiniū Isai. 60. Om-

nes de Saba ueniēt aurū & thus deferentes, & laudē Dño annuntiantes. Vbi pro Saba Hebraic⁹, legitur Seba quæ est Arabia foelix, nōnulli enim putāt de generali gentiū cōuersione debere intelligi, quia nō omnes de Saba, & c. uenerūt ad incunabula Christi Bethlehemitica, sed vt numero colligitur triū munerum tres fuisse dicunt Nihilominus tamen probabile fati est, hoc Isaię vaticiniū de tribus Magis prædictū tanquā de primitiis multarū gentiū qui postea venturi erant ad fidem. Omnes enim pro multis accipitur, tres autē multi dici possunt cū regio comitatu & camelo rū copia, præterea vbi vulgata vertit omnes, est Hebræa vox Culā, quæ si dictionaria Hebræa consulas, non simpliciter omnes significat, sed cū restrictione relativa, scilicet omnes illi, dixerat autem de camelis & dromedariis cum suis fessoribus, & subdit, omnes isti de Saba uenient, deniq; de tribus Magis explicant Chrysoſt. super Matth. 2. Prosper lib. de promissionibus Dei p. 3. promissione. 6. & Eucherius Lugdunensis ideoq; in die Epiphaniæ hanc prophetiam canit Ecclesia.

Aureum reclinatoriū in ferculo fecit sibi rex Salomon Cant. 3. sed vbi vulgata vertit. Ferculū sibi rex fecit Salomō delignis Libani. Vatablus vertit vmbra culū tentorium, Chaldaicus vero paraphraſtes tēplum fecit sibi rex Salomon, vnde satis cōmode significat Ecclesiā vt Vatab. ait, & subdit aurum hoc loco charitas est, ex qua aureum reclinatorium sponsus facit, idest vt Greg. exponit animas sanctitatis & charitatis splendore fulgentes reddidit in quibus reclinatur Deus, iuxta illud. Qui diligit me sermonem meū seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniamus, & mansionem apud eum faciemus. Item. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Eodem modo exponit Theodoretus & apud eundem Gre. Nissenus B. Nilus & Maximus. Altera expositio est B. Thomæ aureum reclinatorium requiem esse beatitudinis, & mansiones eter nas de quib⁹ Dominus ait. In domo patris mei mansiones multe sunt. In his electi requiescunt à laboribus suis.

Aureæ manus sponsi virtutes operationis eius sunt, sicut exponunt Gregorius Nissenus, Nilus & Maximus apud Theodoretum, & dicuntur virtu-

tes operadi secundū naturā humanā atq;

Chrysoſt.

Prosper.

Eucherius.

14

Cant. 3.

Vatab.

Chaldaeus.

Greg.

Ioan. 14.

1. Ioan. 3.

Theod.

Greg. Nisse.

Nilus.

Maximus.

D. Th.

Ioan. 14.

15

Greg. Nisse.

Nilus.

Maximus.

Theod.

Glossa.

Vatablus. Rupertus.

Ioan. 10.

Ioan. 15.

Ioan. 5. Ioan. 11. Matth. 8. Ioan. 4.

Ioan. 14.

16

Cant. 5.

Greg. Glossa.

Chaldaeus.

Greg. Nisse. Nilus. Maxim. Theodoret.

Matth. 22. Rupertus.

Psal. 100.

Luc. 19.

atq; diuinā, quæ aureæ sunt, idest pretiosæ: eodem modo explicat Glossa, quia inquit virtutes quas Dominus in homine fecit, auro gratiæ diuinitatis perfecit, quæ nos ad amorem cælestium excitāt, sic & Vatab. manus aureæ opera, inquit, eius sunt perfectissima, & Rupert. in quo ait manus eius tornatiles aureæ? Nimirū in faciendo miracula: ita vt constanter dicere possit. Si mihi nos uultis credere operibus credite. Et alibi. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nemo quippe alius manus in faciendis signis & prodigiis tā tornatiles, & ita aureas habuit, neque plura, neq; citius & uelocius miracula fecit. Quis fatiuit quinque panibus quinque millia hominū sicut ille? Quis suscitauit solo verbo quatradianū? Quis absens corpore sanauit seruū Ceterionis, & filiū reguli? Quis sine numero demonia eiecit tot claudorū, debiliūq; myriades solo verbo sanauit, & se ipsū excitauit à mortuis. Deniq; manus aureæ diuinitatem denotant, de qua Ioan. 14. An non creditis, quia ego in patre & pater in me est? alioquin propter opera ipsa credite.

Aureæ bases super quas crura sunt spon si fundata, stabilitatem Christi denotant Cant. 5. Crura eius columnæ marmoreæ super bases aureas. De quo varia sunt expositiones Greg. & Glossa bases aureas vaticinia Prophetarū intelligūt, quibus Apostoli & prædicatores, vt crura sponsi fundati sunt, cōcordat Chaldaicus paraphraſtes, qui crura iustos & bases aureas uerba legis vertit. Secūda expositio Gre. Nisse. Nili, & Maximi, apud Theod. bases aureas duo esse præcepta charitatis. Diliges Dominū Deū tuum, & c. ex quibus mandatis. Vniuersa lex pendet, & Propheta. Tertia expositio Rupertiana Christi opera eius esse iustitiæ & misericordiæ quia Psalm. Iudicium & misericordiam cantabo tibi Domine psalam, & intelligā in uia immaculata quando uenies ad me. Bases uero esse consilia immobilia diuinæ sapientiæ, vnde flere, inquit super Hierusalem Dominus potuit. Ex misericordia tamen animi suum inducere non potuit, vt auerteret iram iustam ab ea, quia non qualis esset humana sua uoluntas, sed iustitiæ diuinæ rationes quasi bases firmas attendebat. Denique mihi quoque probabile est bases aureas esse uelut opera

Christi in uita mortali firma & charitatis fulgore clarissima, qualis fuit institutio sacramenti Eucharistiæ, quæ firma fide manet, usque ad mundi finē, & in qua summa charitas resplendet. Quæ enim maior charitas quā quæ dicit. Caro mea uerè est cibus? Aut quæ firmitior basis quā quæ nūquam fallit, etiā si sacerdos uerba sacra cū debita intētionē dicens sit omnium hominum sceleratissimus? Itē lotio pedū discipulorū de qua dixit. Exemplū meū dedi uobis. Scilicet bases posui firmas charitatis & humilitatis: quibus tota Christianorū uita firmatur, denique mors crucis basis fuit aurea & basis quoq; resurrectio: quibus tota fides nostra fundata omnes vincit errores.

Aurei torrentes augmenta donorum Dei sunt apud Iob. Dabit pro terra silicem & proflicet torrentes aureos. Sic exponit D. Tho. in cōmentariis & Lyrano. Dabit inquit Deus conuersis ad se pro terrenis cælestia, pro temporalibus sempiterna, sic Magdalene peccatrici pro lachrymis quibus Dñi pedes lauit, & unguento quo uixit dedit silicē fortitudinis, & torrentes aureos charitatis copiosissimę dicente Dño Remittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multū. Similiter & Matthæo pro terreno teloneo & turpibus lucris dedit silicē constantiæ in conuersione sua, & torrentes aureos non solū gratiæ iustificatiōis & charitatis heroicæ, sed & charismatū spiritaliū euangelistæ, martyris, & Apoli. Similis est promissio, Isai. 60. quæ sit Ecclesię. Pro arc afferā aurū, & pro ferro afferā argentum. Vbi Hierony. Promittitur, inquit Ecclesię ad fidē conuersę bonorum omnium augmentū, & in melius cōmutatio. Sic Andree & Simoni piscatoribus pisciū irrationabiliū dicitur. Venite post me, & facti eritis uos fieri piscatores hominum.

¶ Vasa aurea Iob. 28. quare libr. 3. in dictione commutare.

¶ Aureum candelabrum Zachar. 4. uide in dictione candelabrum num. 1

Aurū quasi lutum denotat immensam fere copiā auri Iob. 41. Sternat sibi aurum quasi lutum, quod de diabolo dicitur, pro auro tamen in Hebræo est Charum uox æqui uoca, quæ significat acutum quasi dicitur, acutas petras sternat sibi Leuiathā quasi lutum molle, quæ expositio placet Augubino sed eadē uox significat aurū, & ita vertit Chaldaeus. estq; sesus, Leuiathā

Ioan. 6.

Ioan. 13.

17

Iob. 22.

D. Thom. Lyrano.

Luc. 7.

Matth. 9.

Isai. 60.

Hiero.

Matth. 4.

18

Iob. 41.

אבא

August.

cubat in mari super venas aureas, vel aureas arenas iuxta Rabbinos, sed quis vicquam maris profundi arenas aureas vocavit, aut venas auri? ideo melius de diabolo exponitur qui Antichristo aurum copiosissimum dabit, de quo vide in verbo Antichristus num. 8.

CAVTV CLXXX.

Azymus.



Azymum dicitur Hebraice Masah Exo 12. & Leuit. 2.

Azymus panis dicitur qui ex farina fit absque fermento, dies autem Azymotum in Euangelio vocantur illi, in quibus panem fermentatum neque edere, neque in domibus habere licebat, secundum legem Exo. Septem diebus vesceris azymis, in die septimo erit solennitas Domini. Videlicet agni paschalis, idest de cima quarta Luna mensis Nisam, qui apud nos partim Martius est, partim Aprilis, & in memoriam exitus ab Aegypto celebrabatur, eo namque tempore propter festinationem prodeundi ex Aegypto pa-

nem sine fermento comedit populus.


Azymi panes mystice quidem vitae significant nouitatem secundum Apostolum dicentem. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiae aut nequitiae, sed in Azymis sinceritatis, & veritatis. Theophyl. exponit, idest, in vita sincera siue pura, vt opponitur malitiae. Ambrosius vt sinceritas, inquit, vitam mundam faciat, veritas autem omnem fraudem excludat, eodem modo Glossa, & D. Thom. super eundem locum. Quae plane preparatio idoneos nos reddet celeberrati paschali, vt sicut Christus resurrexit in gloriam patris, videlicet immortalis, splendidus, agilis, & subtilis, ita & nos in nouitate vitae ambulemus dote mysticae immortalitatis, idest, perseverantiae in bono. Item dote splendoris boni exempli, dote agilitatis quae nos faciat diligentes in bonis actibus, iuxta illud Psalm. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Postremo dote subtilitatis qua omnia impedimenta penetremus & praetergrediamur, dicentes cum Apostolo. Nostra autem conuersatio in caelis est.

2
1. Cor. 5.
Theoph.
Ambros.
Glossa.
D. Tho.
Psalm. 118.
Phil. 3.

1
נאמן
Matth. 22.
Marci. 14.
Luc. 22.
Act. 12.
Exo. 13.

LAVS DEO.

Finis primilibrī Thesauri diuinarum scripturarum.



THESAURI
DIVINARVM SCRIPTURARVM.

Liber secundus.

DE ANTIQVIS SACRAE SCRIPTURAE
interpretibus, & de necessitate translationis latinae vulgatae.

PROEMIUM AD LECTOREM.



MULTVM refert (amicice Letor) cum scriptura sacra lingua peregrina scripta sit Hebraea, videlicet, Chaldaea, & Graeca, certam eius habere interpretationem, de qua nulla sit haesitatio, sed certissima fides. Propterea Ecclesia catholica Concilio de muni Tridentino Sessio. 4. latinae versionem vulgatae iure quidem optimo approbavit, & reliquis omnibus vt pote non authenticis tanquam vere authenticam solam preferendam censuit. Quia tamen ad genuinam scripturae interpretationem Septuaginta, interpretes & alios antiquos citare solemus, quos passim Hieronimus citat, in hoc proemio quantae sint Septuaginta interpretes auctoritatis, item Theodoretus, Symmachus, Aquila, & editiones quinta & sexta paucis exponam.

Conc. Trid.
Hieron.
2
Elias leui.
Onchelos.
Ionatham.
R. Ioseph.

Septuaginta interpretes in graecum fuisse versos, quod manifeste conuincitur ex Iosepho lib. 1. contra Apionem. Vbi refert Hecataeus, qui vixit tempore Alexandri magni, multa in graecum de sacris libris translulisse, cum enim postea Ptholomaeus Philadelphus rex ille Aegypti, qui conuocauit Septuaginta familiarum suam Demetrium Phalereum rogasset, quomodo librorum Hebraeorum auctores historici graeci in suis libris non citassent. Respondit ille, quosdam ex graecis seuerius, irato Deo, fuisse punitos quod inter scripta sua prophana sacras hebraeorum historias interponere, & deflorare tentassent, vsque adeo vt Theopompus in hoc pertinacius haerens in phraesim fuerit lapsus, Theopompus vero acie oculorum amiserit: vnde constat ante magnam quoque Alexandri graecae libros sacros ex parte fuisse vulgatos. Imo Alexander non nisi graece vt pote qui Hebraicum ignorabat, vaticinium de seipso capite Daniel. octauo perlegit referente Iosepho propter quod & Iudaeos honorauit. Sed quia translationes illae & mutilae, & corruptae plane circumferebantur. Ptholomaeus rex ab Eleazaro pontifice summo multis muneribus & precibus viginti quoque millibus Iudaeorum libertate donatis Septuaginta viros Hebraice & graecae peritissimos impetrauit, qui scripturae veteris testameti de Hebraeo in Graecum traduxere, de hac translatione meminit Iose-

Iosephus.
Theopompus.
Theodo.

Iosephus Eusebius. plus libro. 12. Antiquitatum cap. 2. & Eusebius de preparatione. Evangelica li. 8. cap. 1. idē quoque in Chronico refert translationem Septuag factā circa olimpiadē centesimam vigesimam quintam, anno Domini secundum computationē Græcorum quater millesimo nōgentesimo vigesimo, cū ergo secundū illius computationē natus sit Dominus anno mundi quinquiesmillesimo cētesimo nonagesimo nono, cōstat ante Christi natiuitatē annis ducētis septuaginta, & eo amplius Septuag. viros suā translationē edidisse.

3 Aquila. Cæterū post Christi natiuitatem annis centum penē viginti Aquila Ponticus, qui sub Adriano imperatore ex Iudæo Christianus fuit: & deinde factus apostata, non satis syncerē scripturā Græcē traduxit. Deinde tertiam editionē fecit Symmachus Samaritanus, anno cētesimo nonagesimo à natiuitate Christi, cū quæ fuerit Marcionista neque ipse fideliter transfuit. Quarta fuit Theodotionis Ephesij anno ducentesimo à Natiuitate Domini. Quinta verō editio sine nomine authoris inuenta est in dolo Hierico sub Caracala imperatore filio Seueri. Sexta quoque sine autore inuenta est Nicolipoli, siue Emaus, ex his autē editionibus fecit Origenes exapla sua, & octapla miro vt refert Hiero. artificio, de quo lib. de scriptoribus Ecclesiasticis, & in prologo Paralipomenō ad Cromantiū, octo quippe columnas per singulas paginas ita distinxit, vt in prima columna scripta literis Hebraicis Hebraica legerentur, in secunda idem Hebraus textus characteribus Græcis, propter eos qui Hebraice legere non didicerant: tertio deinde loco posuit Aquilæ translationem, in quarto Symmachi, in quinto Septuaginta virorū, in sexto Theodotionis, deinde verō quintā & sextam editionem columna septima & octaua, vt omnes diiudicare facile possent, in quo singulæ translationes ab Hebraica veritate dissiderent, & in quo cum ea pariter conuenirent.

4 Origenes. Lucianus. Hierony. Atqui postea Origenes septimam reperit editionem, quæ dicitur esse martyris Luciani, de qua Hieronymus ep. ad Summā & Fretellam, breuiter, inquit illud admoneo vt sciatis aliam esse editionē, quā Origenes & Eusebius Cæsariensis καὶ κοινῶν idest communem appellant

& à plerisq; nunc Luciani dicitur, & aliā Sep. interpretū, quæ reperitur in exaplis codicibus, & à nobis in latinum sermonē versa est, & Hierosolymis atque in Orientis Ecclesiis decantatur. Hæc Hierony.

Iam verò illud considerandū est quantum authoritatem editio Septuag. habuerit in Ecclesia, & quare postea nostra vulgata latina iussu Damasi Papæ facta sit. Et quidem quantum ad Septuaginta versionem attinet, legendus est Augustinus libro decimo octauo de ciuitate Dei cap. quadragesimo tertio, qui asserit spiritu diuino factam esse, & summam habuisse in Ecclesia authoritatem, omnibusque aliis suo tempore fuisse prælatam. Idē tenet Hilarius super Psalm. 2. Perfecta inquit horum Septuag. interpretū autoritas manet, &c. Accedit quod quauis miraculū illud de separatione Septuaginta interpretum in septuaginta cellis, & de concordia translationis singulorum seorsum scribentium, ita vt neque latum vnguem, vel in apice dissentirent, non credat Hierony. sed reputet fabulosum in libris contra Ruffinum, & in præfatione libri Paralipomenon nihilominus tamen cōmunis sententia patrum è contrario miraculū illud probat in testimonium veritatis interpretationis illorum. Ita tenet Aug. lib. 18. de ciuit. cap. 43. Irenæus lib. 3. contra hæreses cap. 25. Isidorus lib. 1. de officiis ecclesiasticis cap. 12. Iustinus martyr in apologetico, vbi testatur vestigia domuncularū quibus separati erant, propriis oculis in Ægypto vidisse. Clemens etiam Alex. lib. 1. Stromatum, Cyrillus Hierosoly. Catechesi. 4. Philo Iudæus in vita Moyfi, Epiphani. lib. de ponderibus & mensuris historia Ecclesiastica lib. 5. cap. 8. Nicephorus lib. Histo. 4. cap. 14. Quod vero Iosephus de hoc mirabili nō meminerit, facit hoc fortasse ne gentiles rerū mirabilium non capaces irrideret.

Accedit quod ipse Hiero. etiā si miraculū non credat prædictum, nihilominus Septuag. Spiritu sancto plenas scripturas traduxisse testatur, cuius verba sūt in præfatione libri Paralip. *Septuaginta interpretes Spiritu sancto pleni ea quæ uera fuerūt transfulerunt.* Hæc ille. Præterea Christus Dominus si interpretatio Septuag. falsa contineret, redarguisset illā, sicut mendacia & fallacias reprehendit Scribarum,

5 Septu. interpretes.

August.

Hilarius. Septuag. interpretes singuli seorsum transfulerunt in cellis suis

Hiero.

Aug. Irenæus. Isidorus. Iustinus. Clem. Alex. Cyrillus. Hierosoly. Philo. Epiphanius.

Nicephorus

6 Hiero.

August. & Phariseorum Deinde Apost. græce scribentes & Euangelista Lucas testimonio scripturarum secundum versionem Septuag. frequenter citant, vt scribit Augustin. ep. 3. ad Hierony. & asserit Hierony. in prologo super quatuor Euāgelia, postremo Ecclesia ab Apostolis, vt que ad tempora Hiero. nullā aliā authenticā versionem habuit. Neque falli debuit Ecclesia, quæ est firmamentum & columna veritatis. Quod verò quædam quæ sunt in textu Hebræo non transfulerint Septuag. alia verò non secundum literæ corticem, sed secundum sensum transfulerint, neque malitiosè, neque negligenter factum ab eis fuisse testatur Hierony. in præfatione Pentateuchi, sed pio prudentique consilio quædam sacramenta Christi occultare gētibus voluerunt, ne illa cōtemnerent, quæ est illud Isai. 9. *Vocabitur nomen eius admirabilis, cōsiliarius, Deus &c.* Pro quo solum reddiderunt. *Magni consilij Angelus.* In aliis verò non discrepant sensu ab Hebraica veritate, licet interdum in verbis discordent, & maxime quia voces Hebraicæ plerunque plura significant, vnde illi in vna significatione & alij in alia verterunt.

7 Iosephus. Hiero. Cæterum disceptatio est, an solum illi quinque libros Moyfi verterint, an verò totum testamentum vetus, quia Iosephus in prologo librorum de antiquitatibus solos libros legis refert à septuaginta fuisse græce redditos. Idem tenere videtur Hieronymus super illud Michæ. 2. *Mulieres populi mei eiecistis.* Interpretatio, inquit, septuaginta, si tamen septuaginta est, Iosephus enim scribit & Hebræi tradunt, quinque tantum libros Moyfi ab eis translatos hæc illi. Idem tenet in proemio questionum Hebraicarum. Nihilominus tamen historia scholastica dicit primum Sep. vertisse quinque libros Moyfi, & abiisse, deinde verò reuersos in Ægyptum alias scripturas græce transfuisse. Idē tenet Chrysost. super Gen. 1. homil. 4. pag. 17. & 18. Item Irenæus lib. 3. contra Hæreses cap. 25. citato Prophetas à Sep. esse translatos dicit. Petrus, inquit & Ioan. & Matth. & Paul. & reliqui deinceps horū sectatores prophetica omnia ita annūciauerūt, quæ admodum seniorum interpretatio continet: hæc Irenæus. Hiero. quoque quan-

August.

1. Timo.

Hierony.

Isai. 9.

7

Iosephus.

Hiero.

Historia scholastica.

Chrysost.

Irenæus.

Hierony.

uis dubius fuerit aliquando, semper tamen in scripturas & prophetarum exponitoracula, Septuag. translationē, tanquam quæ illorum sit explicat denique Apostoli hanc allegabant, neque alia erat authentica græce quam allegare possent.

Iam verò causa reddenda est quare cū authentica fuerit editio Septuag. Damasus Papa decreuerit vt translatio Hiero. vulgaretur, de quo Hieronymus ipse rationem reddit in prologo libri Paralipomenon ad Chromatium. Septuaginta, inquit, interpretum si pura, & vt ab eis in græcum versa est, editio permaneret, superflue mihi Chromati episcoporum sanctissime imperares, vt tibi hebræa volumina latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupat, & nascentis Ecclesiæ roborauerat fidem iustum erat nostro silentio comprobari, &c. Erat ergo translatio Septuag. pluribus in locis corrupta. Et quauis apud paucos in corrupte citaretur, difficilimum tamen erat imperitis hebræe linguæ discernere, quid integrum, quid ve mutilum, quid syncerū aut quid corruptum in ea legeretur, deinde quædam quæ Septuaginta transferre propter scandalum infidelium noluerāt, iam gentibus ad fidem conuersis in eadē fide confirmandis in lucem erant emittēda, postremo illa in quibus Septuag. sensu magis quā verba reddiderant, erāt ad verbum quoque vertenda, quia propter illa nos quotidie hebræi tanquā falsas allegantes scripturas redarguebant & infamabant apud gentes. His ergo & similibus adducta rationib⁹ Ecclesia catholica diuino spiritu afflata decreuit, vt de Hebræis fontibus vbi incorrupti seruabatur partim apud Hebræos, partim verò apud Samaritanos, nō nullis etiam ab ipsis Septuaginta retētis, in quibus incorrupti manebant, scriptura sacra in latinum idioma conuerteretur, vt liberius, consentibus Hebræis translationem nostram, cum Hebræo concordare, eosdem redarguere & conuincere possemus, & maxime si quid corrumperent, sicut re ipsa corrumperunt ex Hebraica veritate Hebræi, deprehendere & diiudicare omnia atque eosdem falsitatis accusare non esset difficile.

Quā verò necessaria quā & utilis hæc fuerit translatio latina vulgata, res ipsa mox docuit. Nam tēpore Gregorij Papæ

8

Hiero.

huius nominis primi cum editio septuaginta latinè reddita, & editio nostra vulgata ex Hebræo fonte traducta simul in vsu versarentur, iudicio tum catholicorū qui periti erant, tum etiam Hebræorum nostra latina vulgata præponebatur alteri. Sic enim Gre. ait in præfatione Moralium Nouam translationem dissero, sed cum probationis causa me exigit nunc veterem nunc nouam pro testimonio assumo, vt quia sedes Apostolica cui auctore Deo præfideo vtraque vitur, mei quoque labor studij ex vtraque fulciatur. Deinde lib. 20. Moralium cap. 24. de hac nostra vulgata sic ait, sed quia hæc noua translatio ex Hebræo nobis Arabico que eloquio cuncta verius transfudisse perhibetur, credendum est, quod in ea dicitur, & oportet vt verba illius nostra expositio subtilius rimetur: Hæc Greg.

Accedit quod non solum à tempore Gregorij sed etiam à tempore Hieronimi & Augustini nostra Latina vulgata contra hæreticos in conciliis, & in omnibus definitionibus ad fidem pertinentibus per millecentum annos vsa est Ecclesia, quæ falli non potest dicente Domino. Et por-

te inferi non præualebant aduersus eam, & quæ est columna & firmamentum veritatis. Vnde prouidentissimè Concilium Tridentinum hanc editionem latinam solum tanquam authenticam cum omnibus suis partibus approbavit Ses. 4. vnde excluditur error Sixti Sinenfis qui lib. 1. suæ Bibliothecæ dicit Concilium de veris partibus loqui non de additamentis. ideo additamenta posteriorum capitū libri Esther non recipit, quod si dicere liceret multa additamenta & partes sacrorum amputare mus Danielis, Marci, Lucae, & Ioannis, imo nihil inconcussum in sacra pagina remaneret, quod hæretici non possent sub hoc prætextu conuellere dicentes esse additamentum & non veram partem scripturæ, quare huic malo prouidit concilium dicens. *Siquis autem libros ipsos integros cum suis partibus adiunxitq; prout in Ecclesia catholica legi consueuerunt, &c.* Legitur autem in Ecclesia cap. 13. Esther intermissarū solemnia feria. 4. post


Dominicam secundā Quadragesimo & in aliis temporibus ex ca. 14. sed de hoc satis.

Matth. 16.
2. Tim. 3.
Conc. Trid.

Sixtus
Senensis.

Grego

10



THESAURI
DIVINARVM SCRIPTURARVM.

Liber secundus.

CAPVT I.

Babel, Babylon.

בבל

I

Hierony.

Genes. 11.

Iosephus.

Sibylla.

Herodotus.
Diodorus.
Strabo.
Pomponius
Mela.
Iustinus.
Hierony.



ABEL, Quæ & Babylon dicitur, vt notat Hierony. libro de locis Hebraicis. Interpretatur confusio, erat autem ciuitas regni Nemrod, filij

Chus, filij Cham, filij Noë, sic enim legitur in Gen. Porro Chus genuit Nemrod ipse cepit esse potens in terra, &c. Fuit autem principium eius Babylon, in hac autem ciuitate eorum, qui ædificabant turrim confusæ sunt linguæ, horum principem fuisse Nemrod Iosephus affirmat libro 1. antiquit. cap. 9. qui & subdit de hac turri, diuersis que vocibus hominum hoc nomen Sibylla dicens: *Cum omnes homines unius uocis existerent, quidam turrim ædificauerunt excelsam, tanquam ascensuri per eam in cælum, Dii uero immitentes uentos euerterunt turrim, & uocem propriam unicuique partiti sunt, & propterea Babyloniam contigit uocari ciuitatem.* Hæc Iosephus. Post Nemrod, & successores eius cum inueterata esset Babylon, & semidiruta inundatione Euphratis reædificauit eam Semiramis, vel potius ampliavit, & mœnibus circumdedit: propterea ab autoribus eam dicitur ædificasse. ita tradit Herodotus lib. 1. Diodorus lib. 3. Strabo. lib. 16. Pomponius Mela lib. 1. c. 11. Iustinus lib. 1. Hierony. super Osee. 2. sed isti autores,

reædificationem, vt diximus ædificationem uocant, nam à Nemrod, & gigantibus primum condita fuit, post multum uero temporis Nabuchodonosor post Semiramidem instaurauit, & dilatauit mirum in modum Babylonem. Ideo quoque dicitur eam ædificasse. sicut apud Daniel. ipsemet ait: *Non est hæc Babylon ciuitas magna, quam ego ædificauit?* Hæc autem Babylon est apud Assyrios, quæ multum distat ab alia Babylone, quæ est in Ægypto, & hodie uocatur Cayrum: de qua nihil dicemus, sed de Assyria tantum.

Et quidem de Babyloniam urbis magnitudine Plinius lib. 6. cap. 26. sexaginta, inquit, millia passuum complexa, muris ducentenos pedes altis, quinquagenos latis, interluitur autem magno flumine Euphrate, qui lætificat, munit, & foecundat ciuitatem. Item Herodotus lib. 1. refert urbem in planitie sitam, forma quadratâ, centum habuisse portas æreas in muris: Megasthenes uero citatus à Iosepho libro 10. antiquitatum cap. 13. refert 4. Indicorum libro, Nabuchodonosorem ad veterem Babylonem nouam addidisse, uidelicet extrinsecus circum circa, interiori quoque triplici muro, & totidem extrinsecam munisse, idque diebus quindecim, & in edibus regalibus lapides posuit, quorum similitudo erat ad instar montis, & plantauit diuersas arbores, fecitque hortum quod suspensile dicebatur, eo quod uxor eius id desiderasset. Hæc ex Iosepho & Megasthene. Propterea cum exaltatum esset cor huius tyranni in furiam uersus,

2
Plinius.

Herodotus.

Megasthenes.
Iosephus.

Luc. 18.

3

quasi bestia per sylvas septem erravit annis, quia omnis qui se exaltat humiliabitur. Est itaq. Babylon ab autoribus celebrata Mesopotamiæ totius & Chaldææ prouintiæ metropolis, vnde pro eodem accipiuntur in scriptura Reges Babylo- nij, & Reges Chaldæorum, qui Nabuchodonosoris olim cogno-mento gloria- bantur, sicut & Romani vocabulo Cæsaris, vel Augusti.

4

Cæterum Babylonij, siue Chaldæi ab Assyriis regibus longè differunt: sicut Chaldæa differt ab Assyria. Enimvero, vt in verbo Assyrij dicebamus ab Assur filio Sem dicti sunt Assyrj, quos Ninus ædificata Niniue Assyriorum metropoli multum illustrauit. Distant autem limi- tes vtriusque regni Babylo- nici, & Assyrij longe inter se. Lege Ptholo- mæum lib. 5. Geographiæ cap. vltimo, & lib. 6. cap. 1. vbi terminos vtriusque regni inter se di- stantes circumscribit, & Pomponius Me- la lib. 1. cap. 2. sed quia termini non mul- tum distant, & sæpius Monarchia ad Ba- bylonios transit ab Assyriis, apud expo- sitores scripturarū nonnulla confusio est, qui vtrunq; Imperium pro eodē nonnū- quam vsurpant. Sacra verò scriptura ple- runq; distinguit: Nam Assyrios vocat Assurin, Chaldæos verò Chaldin. Quā- uis negare non possamus, quin etiam in Scriptura sancta vtrunq; regnum inter- dum confundatur, & vsurpetur pro eo- dem: vt dicebamus libro primo in dictio- ne Assyrij, sic in Isaiâ: Et sibilabit Dominus apī, quæ est in terra Assur. Vbi Hierony. intelligit sub metaphora apis, quæ est in terra Assur, Nabuchodonosor & Chal- dæos, qui vastaturi erant Hierusalem. & apud Michæã ad Hierusalem dicitur: In die illa usque ad te ueniet de Assur. Vbi Assur vocat Babylonem, imo & Regem Perfarum Darium Hytaspis filium, qui in Babylone dominabatur, scriptura vo- cat Regem Assur in libro Esdræ, vbi legi- mus: Quoniam letificauerat eos Dominus, qui conuertit cor Regis Assur, ut iuuaret eos, quia Darius secundo anno regni sui iussit templum ædificari.

Ptholom.

Pomponius Me- la.

Isa. 7. Hierony.

Michæ. 7.

1. Esdr. 6.

5

Hier. 51.

Isa. 13.

inclata in superbia Chaldæorum, sicut subuer- tit Dominus Sodomam & Gomorrhã, non habitabitur usque in finem, & non fundabitur usque ad generationem & generationem, &c. De hoc ergo magna quæstio est, quia in Babylone à Cyro & Medis capta regna- uit primū Darius anno vno: deinde Cy- rus longiori tempore, fuitq; ciuitas opu- lenta, etiam postquam capta fuit ab his, quos prædixerant Propheta, quomodo ergo subuertenda prædicitur, sicut Sodo- ma, &c. Hæc quæstio coëgit quosdã ex- positores ad allegorias confugere, quos Hierony. super Isai. 13. merito reprehendit. Est ergo regula seruanda. Præsumpta nonnunquam à Prophetis excidia ciuitatū, non simul eodemq; tempore, sed paulatim eue- nire, sicut Babyloniæ contigit, expectan- te Domino poenitentiam eius. Primum enim à Cyro capta perdidit monarchiã: deinde post annos quadraginta rebellans à Dario Hytaspis iterum capta, muricq; solo æquatis robur amisit, vt narrat He- rodotus libr. 3. & Iustinus lib. 1. Post hæc autem condita iuxta eam Seleucia à Re- ge Seleuco, & à Parthis non longè con- structa Ctesiphonte, vt refert Plin. lib. 6. cap. 26. suis ciuibus ad noua illa oppida transmigrantibus, vacua ferè mansit. Iam verò deinceps sub Adriano Romanorū Imperatore nihil in ea reliquum fuit præ- ter muros, vt testatur Pausanias libr. 8. Deniq; Hierony. super Isai. 13. asserit, tempestate sua neque pecora in Babylone pasci potuisse, solisq; feris dedisse la- tibula, quia venationibus fuit in syluam redacta à principibus deputata, sic com- minationes diuinæ in eos, qui flagellati non respiscunt si non subito quidem, ni- hilominus paulatim implentur: dilatio verò prolixior comodiorum præbet poe- nitentiæ locum, quòd etiam in Hierusalē post quadraginta duos annos à prædi- catione Christi destructa, constat ex cap. Luc. 19. vnde Paul. An ignoras, ait, quòd benignitas Dei ad poenitentiam te adducit, tu autem secundum duritiam tuam & impeni- tens cor, thesaurizas tibi iram in diem iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei?]

Quæstio,

Hierony. Regula,

Herodotus. Iustinus.

Plinius.

Pausanias. Hierony.

Luc. 19. Rom. 2.

6

Psal. 136.

Babylonis flumina significat Euphra- tem fluum accipitur enim plurale pro singulari, sic Psal. Super flumina Babylonis illic sedebimus, & fleuimus, dum recordare- mur tui Sion: quòd iuxta literam de popu-

Lyran. Vatablus. Ianfenius.

Genebrar.

Isa. 13.

Hierony. Cassiodo. Glossa.

Luc. 7.

1. Cor. 9.

7

Isa. 21.

lo Iudayco in Babylone captiuo intelli- gitur, sicut exponunt Lyranus, Vatablus, Ianfenius & Genebrardus. Constat autē solum Euphratem per mediam interla- bi ciuitatem. Nam Tigris fluius non tan- git Babylonem, quanuis non longè à ter- minis eius præterlabatur, vel Babylone accipitur pro tota prouincia, vt ait Gene- brar. iam verò in eodem Psalmo destru- ctionem prædicit Propheta Babylonis per Cyrum & Persas, subdens: Filia Baby- lonis misera, beatus qui retribuēt tibi retribu- tionem tuam, quam retribuisti nobis, beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad pe- tram, id est beatus Cyrus Rex, nam aper- te de Cyro Persarum Rege prædicitur, qui coepit Babylonem vltis iniurias ab ea factas Iudæis. Dicitur autem Babylō misera Hebraicè Hasedudah, vastata, quæ deuastranda es, est enim in vocatiuo. sed Daud in hoc Psalmo vocat Cyrum beatum, id est in multis præliis fœlicem futurum, vt Genebrardus notat. Sub Cy- ro itaq; Imperatore Medi paruulos Ba- bylonis ad petram alliserūt, sicut expres- se prædixit Isaias. Ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non querant, neque au- rum uelint, sed sagittis paruulos interficiant, & lactentis non misereantur. Mysticè ve- rò Hiero. Cassio. & Glos. dicunt Iudæos captiuos super flumina Babylonis seden- tes typum esse iustorum, qui non adhuc peccatorū inūdatione rapiūtur, sed super flumina cōcupiscentiæ sedent suspirātes, & aspirantem ad cælestem Hierusalem. Beatus autem dicitur, qui primos concu- piscentiæ carnalis motus, tanquam paru- los Babylonis allidit ad petrā Christi, vt carni retribuat per poenitentiam suppli- cium debitum pro inuentiis, quibus nos attraxit ad culpam, quòd faciebat Maria foror Marthæ, quando ad pedes Domini copiosas lachrymas fudit, & Paulus qui di- cebat: Castigo corpus meum.

Babylon casura prædicitur apud Isai. Cecidit, cecidit Babylon, præteritum pro futuro ponitur, sed ante casum dicitur: Babylon dilecta mea posita est mihi in mira- culum Hebraicè in pauorem, quia pauendum est illis, qui prosperitate munda- na, tanquam dilecti alliciuntur ad virtu- tem, quia si non respiscant, quò altius af- cenderant, eo terribilius corruent in mor- te, sicut diues ille, qui induebatur purpura &

byssa, & epulabatur quotidie splendide, qui mortuus est & sepultus in inferno.

Descende, sede in puluere uirgo filia Baby- lon, non est solium filia Chaldæorum. Legi- mus de Babylone apud Isaiam. vbi Hie- rony. sub persona captiuæ mulieris, quæ quondam regina fuerit, Babylonis serui- tus indicatur, diciturq; ei, vt descendat de regni superbia. Virgo verò dicitur, vel propter naturam quæ bona est, & à Deo facta, vel propter delicias, quia cum esset vetustissima, & occasui proxima, quæsi puella voluptatibus indulgebat. Hæc Hierony. Tales sunt & illi qui nunquam se putant morituros, neque audiunt illud. Securis ad radicem arboris posita est. Tales sunt virgines fatuæ, quæ nunquam pu- tant sponsum esse venturum, neque lam- pades oleo nutrire curāt. Ideo Dominus ait: Beatus ille seruus, quem cum uenerit Do- minus eius inuenit uigilantem.

Babylon pro gentiliū populis ad fi- dem venientibus interdum accipitur in Psal. Memor ero Raab & Babylonis scientiū me. In hoc Psalmo fermo est de Ecclesia Catholica sub nomine Sion, de qua dicit: Dilexit Dominus portas Siō super omnia ta- bernacula Iacob, vt exponūt Augustinus, Hierony. Cassiodorus, Glossa, Lyranus, Ianfenius & Genebrard. relicto interim Vatablo cum suis Rabbis hoc loco dis- cordante, dicit ergo Dominus in Sion, id est in Ecclesia, non solum memor ero Iudæorū, sicut in lege veteri, sed & Raab, id est Egyptiorum; vt vertit Chaldæus paraphrastes, quia non est hic nomē pro- prium Raab illius meretricis, de quo legi- mus Matth. 1. sed appellatiuum denotat superbos, vt vertit Hierony. ad veritatem Hebraicam, & exponunt Rabbi Daud apud Genebrardum, & R. Abraham. & R. Salomō, & omnes Hebræi. Item ex- ponit Lyranus: Memor ero Babylonis, id est gentilis nationis eorum, qui credūt in me, sed quod Raab significet superbū, habes Isai. 51. Nunquid non tu percussisti Raab, id est, superbum dicit ergo: Memor ero Ægypti superbi, & Babylonis, vt mittam Apostolos ad eorū conuersionem, sicut stellā ad Magos, qui querāt. Vbi est qui na- tusest Rex. & Chananeā, regulū que cō- uertā, qui credit ipse, & domus eius tota, sed pro eo quod vulgata vertit scientium me, est in Hebræo Lidehai, & Græcè τοῖς

Luc. 16.

8

Isai. 47. Hierony.

Matth. 3.

Matth. 25.

Luc. 12.

9

Psal. 86.

August.

Hierony.

Cassiodo.

Glossa.

Lyranus.

Ianfenius.

Genebrar.

Vatablus.

Chaldæ.

Matth. 1.

Hierony.

R. Daud.

Genebrar.

R. Abraham.

R. Salomō.

Lyranus.

Matth. 2.

Matth. 15.

Ioan. 4.

וְיָבִיטוּ

γινώσκουσι με sciētibus me in datiuo, id est memor ero, vt benefaciā sciētibus me.

¶ Egressa est iniquitas de Babylone Daniel. 1. 3. vide libr. 17. verbo Susanna.

¶ Quenam sit Babylonia. de qua 2. Petr. vlt. vide verbo Antichristus, num. 1. 2. vbi ostendimus esse Romam orbis caput propter confusionem gentiū in ea.

¶ Qua sit Babylonia. de qua Apocal. 1. 4. 1. 6. 1. 7. & 1. 8. vide in verbo Antichristus à num. 1. 2. vsq; ad 1. 6. vbi ostendimus primum fuisse Romam, dū adhuc idola coleret: sed tempore Antichristi, futuram esse Hierusalē: vbi Antichristus caput sui regni constituet, & adorari se in templo faciet.

CAPVT II.

Baculus & Virga.



BACVLVS Et virga Hebraicè dicitur Meshā, & aliquādo vocatur Sebeth.

Est autem baculus scipis, vel scipio, quo fenes, vel imbecilles, aut viatores ad solatium, vel sustentaculum gressus vtuntur. Vnde in Gen. dixit Iacob: *In baculo meo transiui Iordanem istū.* Vtūtur etiā baculo, seu virga pastoris ad regendum gregem, & peregre euntes ad percutiendum inuaforem cuspidē ferrea in summitate virgæ.

Est autem questio inter doctores, quomodo cōciliari possint duo loca Euangelij, quæ primo quidem obtuitu de baculo, seu virga ab Apostolis in itinere portāda contraria esse vidētur. Enimvero apud Matth. legimus: *Nolite possidere aurum, neque argentum, &c. nō peram in uia, neque calcamenta, neque uirgam.* E conuerso uerò apud Marcū dicitur: *Præcepit eis, ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum, non perā, non panem.* De quo prima sententia est August. Christum Dominum partim in sensu proprio, partim uerò in sensu nonnunquam metaphorico uocabulis uti. Ergo apud Matthæum materiale prohibuit Apostolis uirgam, apud Marcum uerò spiritualis potestatis in subditos uirgā benignæ cōcessit. Secūda expositio Euthymij, distinguenda esse tēpora ne præcepta discordent, in principio enim prohibuit Dominus Apostolis uirgā, vt Mat-

theus dicit: postea uerò iam recedētibus indulgentiæ causa permisit, vt Marcus ait. Tertia sentētia est M. Martinez. lib. 10 Hypotyposeon, mendum esse Græcè & Latine Matthæus enim, vel eius in terpes scripsit. *μὴ γὰρ βόλον, id est, non uirgam, eodem modo & Marcus, sed in textu Marci ignorantes typographi unum addidere iota, scribentes *ἰ μὴ γὰρ βόλον, nisi uirgam, sed quomodo Hieronymus, qui se asserit nouum iussu Damasci testamentum emendasse, in omnibus exemplaribus Græcis & Latinis hoc sine lima reliquisset? Quarta sententia est Iansenij dupplicem esse baculum, seu uirgam, ad nitendum, uidelicet sine ferro, & ad percutiendum cum ferrea cuspidē, qua uirga frequēter Cantabri utuntur, & uirga, quæ solum ad gressus regendos seruit Hebraicè uocatur *מֶשְׁכָּה* Mescham, à uerbo *שָׁכַח*, quod est inniti & Latine frequentius baculus dicitur, quæ uerò ad percutiendum cuspidē acuminatur Hebraicè dicitur *שֶׁבֶת* Sebeth, de qua Psal. 2. Reges eos in uirga ferrea, id est ferro acuminata. Cōcessit ergo Deus Apostolis baculū Mar. 6. vt debiles artus sustinerent, negauit autem cuspidē ferrea, quasi iaculum, uiros portare pacificos, & pacis Euāgelicæ præcones. Græca uerò lingua, quæ in alijs uocibus luxuriatur, in hac una dictione tāta penuria laborat, vt utrunq; *βόλον*, hoc est uirgam appellet, à *πασι γινωσκου*, quod est percutere, uel à *πασι τὸς γὰρ δὲ γινωσκου*, quod est facile ambulare: unde sibi constat Euangelium, & hæc sententia legitime soluit difficultatem iudicio meo.**

Baculus panis, uirga panis, firmamentū panis, in scriptura pro eodem usurpatur, denotantq; corporalem sustentationem & alimentum, quod nomine panis intelligitur, indefumpta metaphora, quod sicut lassos artus baculus & uirga, sic panis cor hominis confirmat, tam uisualis, quam supersubstantialis Eucharistiæ, sic legimus in Ezechiel. *Fili hominis ecce ego conteram baculū panis in Hierusalem.* Vbi Hieronymus: Cum præmississet loqui Prophetam de tempore obsidionis Hierusalem à Chaldeis, subdit uerbum Hebraicum Mateth, quod prima editio Aquilæ baculū, Symmach. & Theodot. *שֶׁבֶת* id est firmamentum interpretati sunt: & infra, illo tendit Prophetam, vt in ediam

Martinez.

Hieron.

Iansenius.

Psal. 2.

3

Ezech. 4.

Hieron.

Aquila, Symmach. Theodotio.

ciborum in Hierusalem, & aquæ penuriā incredibilem attestetur. hæc iuxta literā. Misticè uerò subiungit. Nihil tam uescētis animum roborat, quomodo panis uitæ. de quo scriptum est Psal. *Panis cor hominis confirmat.* Hæc Hieronymus. Quanta igitur fames opprimet hodie hæreticos Germaniæ & Angliæ populos, quibus subtractus est baculus panis uitæ, de quo Dominus: *Qui manducat hunc panem uiuet in æternum?*

Eadem metaphora utitur scriptura Leuit. 26. vbi de fame, qua Dominus obstinatos erat puniturus ait. *Postquam confregero baculum panis uestri, id est omne panis sustentaculum abstulero, ut exponit Lyranus. sic in Ezechiel. Conteram uirgam panis eius, id est Hierusalem. & immittam in eam famem:* quod de tempore vastationis sub Tito & Vespasiano exponit Hieronymus. nec solum de cibo uisuali, sed etiam de spirituali, quia Iudæi propter incredulitatem sunt Eucharistiæ fide, & uirtute priuati. de qua Dominus Ioan. 6. *Caro mea uere est cibus.* Denique de fame, quæ tempore Ioseph accidit in Ægypto. legimus in Psal. *Et omne firmamentum panis cōtriuuit.* sic & alibi de Messia dicitur: *Et erit firmamentum in terra in summis montium.* vbi in Chaldaico legitur: *Erit substantificus panis in terra.* Hebraicè uerò est *Pisfath bar* particula frumenti, & alij uertūt, erit placentula panis, quod ad Eucharistiā referunt, quia & aliud targum uertit: *Erit sacrificium panis in terra.* de quo sacrificio Dominus ait. *Hoc facite in meam commemorationem.*

Baculus senectutis uocatur ille, in quo merito parentes sperant solatium, sustentationem & protectionem, sic Anna Tobij de filio procul destinato dixit: *Baculum senectutis nostræ tulisti.* Idem repetitur capit. 10. E contrario uero baculus arundineus uocatur homo, uel quæuis res terrena, in qua frustra quis maiorem, quam in Deo fiduciā ponit. sic dixit Rapsaces, in quo cōfidis, ut audeas rebellare? an speras in baculo arundineo, atque confracto Ægypto, super quē si incubuerit homo, comminutus ingreditur manum eius? idem refertur in Isai. Præterea Ezechiel. *Et scient omnes habitatores Ægypti, quia ego Dominus, pro eo quod fuisti baculus arundineus Israël, eo quod apprehenderunt te manu,*

& confractus es. Vbi Hieronymus. Ut scire, inquit, ualeamus, quis sit baculus arundineus, super quem domus Israël credere non debet, è contrario baculo, & uirga Domini intelligere poterimus: de qua ad Dominum dicitur. *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Hanc uirgā habuit Aaron, quæ dracones Ægyptios deuorauit. & infra de hac uirga, & numero. 17. quod floruerit, & amygdala & nucēs germinauerit, & qui Pascha celebrabat, baculos tenebat in manibus, sine quibus agni carnes comedere nō poterat: hæc est uirga de radice Iesse. Hæc Hieronymus. Itaq; non in creaturis, sed in creatore spes & fiducia nostra cōstituenda est. De qua Dominus Apostolis Marc. 6. dixit: *Confidite, quia ego sum.* Et rursus: *Habere fiduciam, ego sum, nolite timere.* Item paralytico dixit: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Denique Apostolis: *Confidite, quia ego uici mundum.*

Baculus & uirga pro regia potestate, uel pro dignitate quauis superiori, frequēter accipitur, unde Hieronymus de regno Moab à Chaldeis deuastando dicitur: *Quomodo confracta est uirga fortis, baculus gloriosus?* sic & de Babylónico Rege à Persis & Medis cōterendo prædixit Esai. *Contriuuit Dominus baculum impiorum, uirgam dominantium.* Vbi Hieronymus. Baculus, inquit impiorum, qui fuit sceptrū & uirga regalis, &c. Sed Athanasius libro de Passione & Cruce hunc locum explicat de regno diaboli per Crucem Christi cōfracto. De quo apud Ioan. *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Eodem modo Remigius super Zach. 9. ad hoc facit illud Psal: *Quia non relinquet Dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.* Vbi Hieronymus. Pro uirga, inquit in Hebræo sceptrum habetur, hoc est ergo quod petimus. *Et ne nos inducas in tentationem, quam sufferre non possumus.* Hæc ille. De eodē sceptro & regno tenebrarū in Isai. dicitur: *Iugū enim oneris eius, & uirgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti.* Vbi Hieronymus. Tu, inquit, Dñe Creator atque Saluator iugū oneris eius, hoc est diaboli, qui prius exultabat in mūdo, & uirgā eius superasti, &c. eodē modo explicant Cyril. & Basil. Præterea

Hierony.

Psal. 22.

Exod. 7.

Num. 17.

Exod. 12.

Isai. 11.

Marc. 6.

Matth. 14.

Matth. 9.

Ioan. 16.

6

Hier. 48.

Isai. 14.

Hierony.

Athanasius.

Ioan. 12.

Remigius.

Psal. 124.

Hierony.

Matth. 6.

Isai. 9.

Hierony.

Cyrril. Basil.

Hierony. Nah. 1. de imperio diaboli sub typo regis Assyriorum Senacherib explicat Hierony. illud quod Dns dicit Hierusalē Nah. 1. Afflixite subaudi, o Hierusalē, & non affligam te ultra, & nunc conueram uirgam eius de dorso tuo. Sub eodem etiā typo Assyriorum, dicitur de Satana in Isa. V. Assur uirga furoris mei.

à Hierusalem. Dicitur autem uirga virtutis, ut notat Cassiodorus ibidem, quia per eam dominatur in medio inimicorum, videlicet per uerbum Dei, & signa uirtutum. Dicitur & uirga vigilans, quia omnium cogitationes, uerba, & opera iudicat, sic Hierem. ait. Virgam uigilantem ego uideo. Vbi Hieronymus. Quidam, ait, uirgam uigilantem, atque nuccam intelligunt Dominum, quia in Isai. dicitur: Egredietur uirga de radice Iesse: Et uirga Aaron, quæ putabatur emortua, in resurrectione Domini effloruisse narratur, dicentibus Angelis: Surrexit Dominus, idest, rex regum, & Dominus dominantium. Ergo recte Magi rogabant: Vbi est qui natus est rex? Et recte Angelus Mariæ dixit: Et regnabit in domo Iacob in aeternum.

Cassiod. Hier. 1. Hierony. Isai. 11. Num. 17. Apoc. 19. Matth. 2. Luc. 1. Hiero. Zach. 11. Hierony. Theodoret. Iud. 6. August. Glossa. 3. Reg. 18. Lyrani. Glossa.

August.

Aug. Luc. 12. August. unde Dominus dicebat: Ignem ueni mittere in terram. Et in die Pentecostes: Ignem misit Spiritus sancti super Apostolos. Act. 2. Virgula fumi uocatur Ecclesia, uel quæcunq; anima sancta in Cant. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut uirgula fami, ex aromatibus myrrhæ & thuris? Vbi Gregor. ait. In deserto huius mundi Ecclesia, uel quælibet anima uiuit exul à regno. & infra. Bene autem, ut uirgula fumi ascendere sancti dicuntur, quia per myrrham carnis mortificatio designatur, per thus orationum munditia. Sed ut notat Vatablus, thus non mittit odorem sine igne, sic Ecclesia primi iua suauissimo flagrabat odore, quando in martyr bus implebatur illud Ioan. Venit hora, ut omnis, qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare Deo. & Beati eritis cum maledixerint uobis homines. Postremo, quædo implemus præceptum illud Matth. Diligite inimicos uestros, &c. Orate pro persequentibus, &c. tunc sicut thus redolemus in igne.

sed postea baculo sui adiutorij utrunque retinuit, & consolatus est. Postremo mysticè Hugo Cardinalis. Virga, inquit, idest Maria uirga de radice Iesse, & baculus Crucis Christi ipsa me consolata sunt. Virga florere dicitur in malum, quando conminatio punitionis opere completur, sic Ezechiel. ait. Floruit uirga, genuinauit superbia, iniquitas surrexit in uirga. Non ex eis, non ex populo, non ex sonitu eorum, Vbi Hieronymus explicat hunc locum, de excidio Hierusalem sub Tito & Vespasiano. Contracta est, inquit, dies, abbreviata est, floruit uirga, quæ multo nobis tempore minabatur, & de flore fructu plagarum parturiit: quia completum est, quod filius Dei minabatur Iudæis: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Et rursus. Non relinquent in te lapidem super lapidem. Et super uirgam iniquitatis, qua subditos sine causa Iudæi cædebant surrexit grandis iniquitas crucifixionis Christi, quando non ex eis, non ex populo, non ex sonitu eorum, sed à persuasionem principum, sacerdotum & Phariseorum commotus est populus, ut clamaret ad Pilatum: Crucifige, crucifige eum. Ideo sanguis Christi uenit in uindictam, ut uirga super eos, usque in præsentem diem: ita Hieronymus. Secundum prædictam metaphoram exponitur illud Michææ. Pasce populum tuum in uirga tua, gregem hereditatis tuæ habitantes solos in saltu. Vbi Hieronymus. Hæc, inquit, dicit pater ad filium Dominum nostrum Iesum Christum, qui pastor bonus est, & ponit animam suam pro ouibus suis: pascat populum in uirga sua, & infra. Tam populus quam oues indigent uirga pastorali: de qua loquitur Apostolus: Quid uultis, ut in uirga ueniam ad uos? Et infra. Habitantes solos in saltu. De his possumus accipere, qui se ab Ecclesia separantes conuiuuii dedunt, ut qui habitat in saltu uitiorum uirga corripendus sit. Hæc ille. Vnde rebellis Ecclesiæ uirga, iubente Domino, percutitur excommunicationis: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Virga superbiæ est lingua contumeliosa. Vnde Salomon: Virga superbiæ

Hugo Card. I 3 Ezech. 39. Hieroni. Matth. 23. Luc. 19. I 4 Mich. 7. Hierony. Ioan. 10. 1. Cor. 4. Matth. 23. Prou. 14.

in ore

in ore stulti, quia videlicet superbus stulte loquens verberat alios lingua sua, & contumeliis afficit. vt exponit Lyranus, & ante eum Beda. Tales erant Pharisei, qui Domino dicebant: *Samaritanus es tu, & demonium habes*. Quamuis Ianfenius aliter exponat, nimirum in ore stulti verba superba sunt, propter quæ frequenter à potentioribus verberatur eius superbia, quæ expositio consonat cum illo Prouerb. *Qui seminat iniquitatem, metet mala, & uirga iræ suæ consummabitur*. Vbi Beda. *Qui iniuste, inquit, in alios fræniunt, ipsa fræuitia ipsi sibi in se interitum consciscunt*. Hæc ille. Tales erant Pharisei, quibus Dominus dixit: *Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram*.

Virga in scriptura pro verberatione sæpe ponitur, siue manu fiat, siue loris, aut quouis modo. si legimus in Michæ. *In uirga percussit maxillam principis Israël*. Vbi primum omnium sermo est, non vt quidam recentiores putant, de vastatione Hierusalem à Chaldæis; quia nullam haberet connexionem cum mysteriis Christi: de quibus mox Propheta loquitur dicens: *Et tu Bethlehè terra Ephraim, &c.* Vbi & de conuersione gentium ad Ecclesiam primitiuam ex Apostolis congregatam in toto capite sermo est, quare de vastatione loquitur Hierusalem sub Romanis, in ultionem necis Christi, vt exponunt Hieronymus, Glossa, Rupertus, Lyranus, Vatablus, &c. Iam uero, de quo iudice Israël prædixerit Michæas: *in uirga percussit maxillam principis Israël*, quæstio est, & quidam tenent accipi singulare pro plurali, vt sit sensus, percussit fuisse principes & sacerdotes: ita exponunt Lyranus, & Vatablus, sequenti Chaldaicum paraphrasticum. Sed alia expositio de verberatione intelligi, qua Christus rex regum à Iudæis in maxilla percussus est. Neque obstat, quod non legatur virga in facie percussus, sed alapis, quia virga pro verberatione & correptione accipitur, sicut quando dicitur in Psal. *Visitabo in uirga iniquitates eorum*, idest in verbere & punitione: itaq; in uirga percussit maxillam, idem est, quod in verbere uel istum percussit. Ita tenet Hierony. super hunc locum, qui Deum patrem inducit hic loquentem ad Hieru-

salem filiam latronis, scilicet Adæ vastandam, propter iniurias Deo factas. *Tu (inquit) & filii tui obfidionem posuerunt super me, & super filium & spiritum meum*. An non contumelia trinitatis est, quando te faciente percussit Romani caput iudicis Israël, dicentes. *Propheta Christus, quis est qui te percussit?* siue quando vnus de ministris tuis percussit eum in maxillam, dicens: *Sic respondes pontifici?* Hæc Hieronymus. Eodem modo iuxta literam exponit Glossa ordinaria. Item Rupertus Abbas, & B. Isidorus ad Sororem, & est sensus legitimus, quidquid alij reclamant.

Virga dicitur metaphoricè B. Virgo Maria. sic intelligit Hieronymus. illud Isai. *Egredietur uirga de radice Jesse*. Virgā, inquit de radice Iesse B. Mariam intelligimus, &c. Dicitur autem virga solida, non vacua more calami, sed gratia plena. Item. Virga recta non obliqua, castitatem enim quam promiserat, seruare uolens Angelo dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco?* Quasi diceret, non est animus flectere ad dexteram, neque ad sinistram à sancto proposito, denique virga humilis in oculis suis, quamuis sublimis in oculis Dei, unde dixit: *Ecce ancilla Domini*, cum mater Dei salutaretur.

¶ Baculus eius annuntiabit ei Osee 4. vide libro 1. in verbo Annuntiare.

CAPVT III.

Bala.

BALA Interpretatur deglutio, vt inquit Philo. Iudæus de congres. &c. quæ fuit ancilla Rachelis, quam dedit uxorem marito suo Iacob, vt ex ipsa susciperet liberos. *Habeo (inquit) famulam Balam, ingredi ad illam, ut pariat super genua mea, & habeam ex illa filios*. Sic & prælatus Ecclesiæ si senserit se prædicationi minus idoneum, ita ut filios generare spirituales non possit, substituatur sibi præ-

dicatio

Lyran.
Beda.
Ioan. 8.
Ianfenius.
Prou. 22.
Beda.
Matth. 23.
16
Mich. 5.
Hierony.
Glossa.
Rupertus.
Lyranus.
Vatablus.
Lyranus.
Vatablus.
Chaldæus.
Psal. 88.
Hierony.

Matth. 26.
Ioan. 18.
Glossa.
Rupertus.
Isidorus.
17
Hierony.
Isa. 11.
Luc. 1.
Philos.
Genes. 30.

dicatorem zelo Dei succensum, vt fructum faciat in Ecclesia. Sic Valerius olim Episcopus præbyterum substituit sibi Augustinum. unde quod Dominus dixit: *Posui uos ut eatis, & fructum afferatis*, intelligit perse & per alios substitutos.

quit) Balaam Propheta Dei, & demonum. Vbi notandum Balaam uoluisse duobus Dominis seruire, vt puta Deo & dæmoni, sed minime potuit, iuxta illud: *Nemo potest duobus Dominis seruire*. Matth. 6.

CAPVT IIIII.

Balaam.

Num. 24.
Que stio.
Aug.



BALAM, idest, uelustas populi fuit ariolus, de quo Num. 24. Sed an fuerit Propheta quæstio est: Augustinus enim uocat illum Prophetam libro. 4. qq. super Numer. Idem tenet libro. qq. ad Simplicianum. q. 1. Afina (inquit) locuta est, in qua sedebat Balaam Propheta. Nihilominus tamen tenendum est non fuisse proprie Prophetam, licet aliquando spiritu diuino prophetauerit, quia non uocatur aliquis Propheta ex vno vel altero actu, sed ex habitu. Quod ipse Augustinus, declarat loco citato, dicens non fuisse illum proprie Prophetam. Non enim (inquit) si quis aliquid sapienter dixerit, continuo sapiens existimandus est, neque si quis aliquid prophetauerit, iam inter Prophetas numerabitur, idem tenet. 2. p. qq. noui testamenti q. 39. Explicans illud. *Orietur stella ex iacob*. Hæc (inquit) prophetia est Balaam, non quia fuit Propheta, sed Deus causam populi sui fecit per illum. Et sicut prophetasse inueniuntur missi à Saul, & ipse Saul, cui dictum est: *Nunquid Saul inter Prophetas?* Præterea B. Ambrosius in illud. 1. Cor. 13. *Si habueris prophetiam, existimat fuisse ariolum*. Nam & Balaam (inquit) prophetauit, cum Propheta non esset, sed ariolus. Origenes quoque super Numer. homil. 13. Dicit Balaam prophetare solitum spiritu dæmonum, vt pote magum & ariolum. Denique Lyranus, super illud Numer. 22. *Castrametati sunt in campetribus Moab*. Fuit (in-

Num. 24.
1. Cor. 10.
Ambros.
Orige.
Lyran.
Num. 22.

CAPVT V.

Balsamum.



BALSAMUM Hebraicè dicitur Panag, vt legimus Ezech. 27.

Balsamum est succus pretiosus suauiter olens in modum olei, de quo Plinius libro 12. cap. 25. Omnibus (inquit) odoribus præfertur balsamum, vni terræ Iudææ concessum, quondam in duodus tantum hortis utroque regio. Ostendere arbusculam hanc urbi Imperatores Vespasiani. Viti similior est quam myrto, implet colles vinearum modo, quæ sine adminiculis se ipsæ sustētant, folium proximum rutæ, perpetua coma proceritas intra bina cubita subsistit. Semen colore ruffum, saporis vini, ramus crassior quam myrto. Inciditur vitro, lapidè, ossifue cultellis, nam ferro læditur interius percussa, & emoritur protinus: ideo ultra corticem incidere non debet, succus è plaga manat, tenuis gutta lanis colligitur in cornua, mox in vase nouo fictili, est que oleo crassiori similis, prius candens, deinde rubescens durefcit: ter omnibus percuitur a statibus: purum in veste maculas non facit, prima gratia lachrymæ, secunda semini, tertia cortici, minima ligno. Hæc ex Plinio.

Quando autem nulli alteri liquori miscetur, balsamum quidem pretiosissimum est. Vnde sapientia dicit: *Et quasi balsamum non mixtum sic odor meus*. Vbi Glossa interlinealis quia nullam (inquit) habet in se erroris maculam sed puram & synceram doctrinam, quæ profert odorem virtutum omnium, & spiritualem gratiam infundit mentibus fidei. Hæc interli. Hunc odore Christus

Matth. 6.

Plinius.

Ecclesi. 24.

Glossa.

Cc dedit

Balthasar.



BALTHASAR

fuit vltimus rex Babylonie, sub quo ciuitas à Cyro capta est fuit autem variis nominibus ab scriptoribus appellatus, in Hebræo enim Balthasar dicitur, & Balsasar. Item Hieremias. 50. appellatur Merodach, vbi legimus: *Capta est Babylon, cuius est Merodach.* Nominatur etiam Nabooan & Nabonidus vt patet apud Berofum, Alexandrum Polystorem, & Alphæum, apud Iosephum lib. 10. Antiquitatum cap. 13. & libr. 1. contra Apionem & apud Eusebium libr. 9. de præparatione Euangelica. cap. 9. Denique Labintum vocat illum Herodotus libr. 1. Constat autem prædictos omnes auctores loqui de Balthasar excircumstantiis, quia vltimum illum regem Babylonis esse dicunt sub quo Cyro duce à Medis & Persis capta sit ciuitas, circa olympiadem quinquagesimam quartâ.

Quod verò illum in conuiuio, vino & dapibus indulgentem calamitas oppresserit, non solum Esaias prædixit: *Pone mensam, &c.* Sed & Daniel testis narravit oculatus. Et Iosephus libr. 10. Antiquit cap. 13. Item Xenophon libr. 7. Herodotus lib. 1. Solent enim perditissimi homines cum in summo vitæ discrimine versantur, soluto, & quasi tranquillo animo, voluptatibus indulgere. Propterea Dominus ait: *Vigilate, quia nescitis diem neque horam.* & in Luca: *Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum.* Non tamen desunt, quidam inter auctores, Balthasarem eo die conuiuui vacasse, quod faceret Belo, quem inter Deos suos Babylonij præcipuum habebant protectorem, addunt prætera tam munitam fuisse Babylonem muris, militibus, & armis fluuio quoque magno Euphrate, qui interluit urbem, vt nullus ab hostibus subesset timor, cæterum non est munitus locus contra iram Dei, de qua Iob ait. *Deus cuius ire nemo resistere potest.* Dicit autem D. Tho. libr. 3. de regimine Principum, diuino

I
N
U
E
R
I
T

Dan. 5.

Hier. 50.

Berofus.
Alexand.
Polystor.
Alphæus.
Iosephus.
Eusebius.

Herodotus.

2

Esai. 21.

Dan. 5.
Iosephus.
Xenophon.
Herodotus.

Matth. 25.

Luc. 12.

Iob. 9.

D. Thom.

Matth. 5.

Matth. 5.
Matth. 6.
Glossa.

Luc. 2.

3
Ezech. 27.

Hierony.

Matth. 7.
Matth. 15.

2. Tim. 2.

dedit vt pote sapientia Dei incarnata quindo: *Aperiens os suum docebat dicens beati pauperes, &c.* Et quando dicebat: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, &c.* Et rursus: *Querite primum regnum Dei & iustitiam eius.* Addit autem Glossa, ordinaria super locum citatum sicut balsamum (inquit) non mixtum odor meus. Nam Christus sicut arbuscula balsami aromatizans odorem dedit, quia humilis in carne sed plenus gratia & virtute, vulneratus est propter iniquitates nostras, & nobis vitæ & salutis sacramenta profudit. Hæc Glossa. Sic ergo in circuncisione cultro lapideo caro eius incisa guttulas salutaris balsami statim effudit. Ita vt merito: *Vocatum sit nomen eius Iesus.* Id est Saluator.

Legimus etiam in Ezech. vbi de insula Tyro quondam opulentissima Propheta loquitur: *Iuda & terra Israel ipsi in fructores tui in frumento primo, balsamum & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis.* Super quem locum Hieronymus, Cum manifesta sit litera iuxta spiritualem (inquit) sensum dicemus, non debere terram confessionis, id est, Ecclesiam deferre Tyro prædicta, & in fra, audiamus Domini verba dicentis: *Non lite sanctum dare canibus, & quod Mulieri Chananæ respondit: Non est bonum sum-re panem filiorum, & mittere canibus.* Sed quia exierat de finibus Tyri & Sidonis, & appropinquabat terræ Israel, idcirco quod rogauerat consecuta est. Hæc Hieronymus, infidelibus itaque irrisoribus non est balsamum mysteriorum fidei aut frumentum effundendum, si tamen conuerti velle videantur, aut scire veritatem sitiant: docendi plane sunt, quia vt Apostolus ait:

Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

(2.)



repente miraculo exiccatos fuisse duos fluuios, Tigrim, & Euphratem, eaque ratione potuisse Cyrum sicco vestigio cum exercitu suo ciuitatem peruadere. Sed certum est Tigrim fluuium à Babilone longiusculè abesse: Euphratem verò, qui interluit urbem, nescientibus Babylonis, in multas circum circa fossas à Cyro factas diuisum: sicquè attenuatum esse, vt facile milites illum transuadarint, vt narrat Herodotus. Sic ergo securam somnoque deditam percussere ciuitatē. Quo quidem exemplo monemur omni hora nobis prospicere: *Quia si sciret pater familiæ qua hora sur ueniret, uigilaret utique, & nō sineret perfodi domum suam.*

Dicit in superscriptura apud Dan. post conuiuium & prodigium sententiæ diuinæ descriptæ in pariete mirabiliter, contra Balthasarem, interfectum illum fuisse ab hostibus irrupentibus eadem nocte. De quo Zonaras Christianus scriptor dubitare non veretur, contra fidem scripturæ. Quæ uis enim inter prophanos auctores non desint Ethnici, qui id negent, quos refert Iosephus libr. 1. contra Apionem. Nihilominus tamen sunt ex eisdem gentilibus scriptoribus, qui id affirmant, de quorum numero est Xenophon libr. 7. de Cyri institutione, cui concordat autoritas scripturæ sacræ, quæ humanis quidem omnibus anteponenda est. Splendet autem admirabilis prouidentia & misericordia Dei, quæ regem barbarum, tanto prodigio scriptæ in pariete sententiæ præmonuit, vt respisceret: quod quia facere cōtempnit, misere periit. Quid ergo mirum si Deus qui vnum tyrannum oppressorem populi sui, & sacrorum vasorum violatorē, signo visibili quasi à somno excitauit, etiam vniuerso mundo sub diem finalis iudicii perituro signa præmittat: *In sole & Luna & Stellis. Deus enim vult omnes homines saluos fieri.*

Quærun etiam patres quot reges Babylonie vltimum hunc Balthasarem antecesserint: de quo multis interim opinionibus intermissis, probabiliorrem putamus sententiam Hieronymi, super illud Dan. 5. *Nabuchodonosor pater tuus.* vbi ait Sciendum est, Balthasarem non fuisse filium Nabuchodonosor, sed iuxta Berofum & Iosephum, qui eum sequitur libro. 10. de antiquit.

13. cap. post Nabuchodonosor qui regna, uit annis. 43. successit in regno eius filius eius Euilmeredach, cuius in fine suæ prophetiæ meminit Hieremias, cui successit filius eius Neglissar, post quem regnavit filius eius Labosardach, quo mortuo regnum tenuit filius eius Balthasar. Hæc Hieronymus. Sed obiiciunt aliqui contra istam sententiam dictum Hieremias, vbi Dominus ait: *Ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & seruiet ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec ueniat dies terræ eius, &c.* Ergo Balthasar vltimus rex debuit esse nepos, & non abnepos regis Nabuchodonosor. Ad quod respondent quidam, Neglissar non fuisse filium Euilmeredach naturali progenie, sed adoptiuum, fuit enim Neglissar maritus filie Euilmeredach, apud quem mansit paruulus Balthasar, cumque regnum Neglissar violenter occupasset reliquit sceptrum moriens filio suo Labosardach, qui cum postea moreretur sine liberis, restituit regnum Balthasar cuius erat proprium. Sic ergo quæ Iosephus scripsit secutus Berofum, à vaticinis Hieremias non discordant. Fuit enim Balthasar nepos, & non pronepos Nabuchodonosor regis, modo prædicto.

Cæterum vrgebit fortasse quispiam dicens, Balthasarem non fuisse nepotem regis Nabuchodonosor, sed filium. Sic enim legimus non solum Danielis. 5. vbi Daniel dixit: *Balthasari: O rex Deus altissimus regnum & magnificentiã dedit Nabuchodonosor patri tuo, &c.* Sed & Baruch refert scripsisse Iudæos, qui transmigrauerant cum Iechonia rege Iuda in Babylonem, illis qui remanserant Hierosolymis. *Orate pro uita Nabuchodonosor. & filij eius Balthasar.* Hoc autem ante Hierosolymitanum excidium scriptum est. Ergo Balthasar Princeps erat inclytus in Babylone viuente patre suo Nabuchodonosor, ante septuaginta captos captiuitatis annos, quomodo ergo nepos eius fuisse dicitur? Ad quod respondendum est in Babylonia multis fuisse cognomen Balthasar. vnde existimatur filius Nabuchodonosor Euilmeredach, cognomento dictum fuisse Balthasar, De inde verò vltimum regem sub quo capta

Herodot.

Luc. 12.

3
Dan. 5.

Zonaras.

Ioseph.

Xenophon.

Luc. 21.
Matth. 24.
2. Tim. 2.

4

Hierony.
Dan. 5.

Berofus.
Iosephus.

Hier. 27.

Dan. 5.

Baruch. 1.

CAPVT VIII.

Baptismus Baptizare.



APTIZARE dicitur Hebraice Tabal. intingere & lauare. 4. Reg. 3. Laui septies in Iordane.

Baptizare est lauare, & Baptismus ablutio, quamuis pro sacramento ablutionis frequenter accipiatur, de quo iam dicemus.

Baptizabat Ioannes Baptista in aqua tantum: quia baptismus eius corpus duntaxat abluebat, non animam.

Vnde Luc. 3. dixit: Ego baptizo uos in aqua, uenit autem fortior me post me, &c. ipse uos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Vnde Hæretici Seleuciani, & Herminiani perperam hunc locum intelligentes, non aqua sed igne suos baptizabant. Cæterum non esse hoc loco, de igni materiali sermonem, ex verbo Christi constat apud Ioan.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Vbi de aqua solum elementari mentionem facit, non de igne, quare ignis apud Lucam, metaphorice sumendus est, ut authoritas Euangelij, & usus Ecclesiæ Catholicæ docet. Et quidem Cyrillus libr. de recta fide ad reginas, per ignem Spiritus sanctus intelligi putat, de quo Dominus apud Lucam: ignem (inquit) ueni mittere in terram. Et maximè cum in die Pentecostes super Apostolos in linguis igneis apparuit. Eodem modo Beda super Lucam, Potest (inquit) idem Spiritus sanctus per ignem significatus intelligi. Sic & Glossa interlinealis & antea Chrysofost. & Hieronymus, super Matth. 3. Secunda expositio est, per ignem purgationem, quæ per tribulationes fit, designari: quam etiam tenent Beda, & Glossa interlinealis. Tertia sententia est Origenis homilia. 24. super Lucam, per ignem quidem vel iudicij finalis, vel purgatorij flammam intelligi. Stabit (inquit) in igneo flumine Dominus Iesus, ut eum, qui post exitum vitæ huius ad paradysum transire desiderat, & purgari indiget, hoc anne baptizet. Hæc ille, quam expositionem Hierony. secundo loco ponit, super Matth. 3. in præfati inquit sæculo

spiritu

spiritu baptizantur, in futuro igni, & Hilarius super Matth. 3. de igne intelligit iudicij. Prima tamen expositio magis quadrat.

Baptizari pro mortuis phrasis est Pauli. 1. Cor. 15. ubi ait: Si omnino mortui non resurgunt, ut quid baptizatur pro mortuis? Quod Hierony. de baptismo exponit sacramentali, in hunc sensum, non solum baptizantur, ut remissionem peccatorum accipiant, sed etiam ut gloriosi post mortem resurgant in æternum, & hoc est pro mortuis baptizari, id est, pro fide resurrectionis mortuorum. Sic & Chrysofost. dicit, baptizandos de more Ecclesiæ rogari, an credant mortuorum resurrectionem? deinde baptizantur. Vnde Paulus hic ait, si super hac fide resurrectionis mortuorum baptizantur, quomodo non credunt mortuos resurgere? eodem modo Theophy. Altera uero expositio est, quam referunt Chry. Theop. Ambr. & D. Thomas, docuisse Marcionem Hæresiarum, si aliquis sine baptismo contingeret ex catechumenis mori, satis illi ad salutem æternam fore, si alius pro eo baptizaretur, quo supposito, dicit Paulus, quorsum pro mortuis quidam baptizantur, si mortui non resurgunt? sed prior expositio præponenda est: quia hæc posterior non retinet vim rationis Pauli, diceret enim quispiam baptizatur uiui pro mortuis, ut animæ illorum requiescant, licet non sit resurrectio futura.

Baptismi sacramenti materiam esse aquam naturalem Dominus instituit, apud Ioan: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, &c. Ita decreuit fide esse tenendum Victor Papa & martyr huius nominis primus, Epist. ad Theophilum Episcopum Alexandrinum. Si necesse (inquit) fuerit, quocumque loco vel momento, siue in flumine, siue in mari, siue in fonte, tantum confessione diuini nominis Christianæ credulitatis sanctificata, baptizentur. Sic etiam definitur Concil. Lateranense cap. firmiter de sancta Trinitate & fide Catholica. & Concil. Florent. in vnione Armenorum, postremo Concil. Trident. sess. 6. cap. 2. Item idem habetur in cap. in quodam de celebratione missarum. Accedit formam baptismi esse: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. vel quæ toleratur apud Græcos, ut habes in Conci. Florent. Baptizetur seruus Christi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quæ Trinitatis inuocatio habetur explicita Matth. ult. Docete omnes gentes, baptizate eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ad materiam uero baptismi referuntur multa Prophetarum uaticinia, de mundatione per aquam. Isai. Omnes sitientes uenite ad aquas. expositore Hierony. mo, & Ezech. Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquamentis uestris, & cap. 47. Ecce aqua redundantes à latere templi. & Zach. Erit fons patens domui Dauid, &c. de quo uide in dictione Aqua. Quod si quis obiciat de forma baptismi, satis esse quempiam baptizari in nomine Iesu, vel in nomine Christi, ut habetur de more quo baptizabant Apostoli: Baptizati (inquit) erant tantum in nomine Domini Iesu. Ad hoc respondet D. Thom. 3. p. q. 66. ar. 6. fuisse factum dispensatione diuina, ne odiosum esset Christi nomen, sed cunctis potius honorabile, hodie tamè fieri minime posset, de quo latius agunt doctores scholastici. 4. sententia.

Baptismus aquæ sacramentum est nouæ legis, sed ultra sunt alia baptismata, quæ non sunt plane sacramenta, baptismus, uidelicet fluminis, & baptismus sanguinis. Baptismus fluminis est, quando adultus fide uiua, & igne charitatis inflatus à peccatis purgatur, cum uoto baptismi aquæ nondum illum recepit. Et si copia non adsit baptismi aquæ, sufficit ad salutem, sicut definitum est, in cap. de bitum, de baptismo & eius effectu. & cap. ad Apostolicam, de presbytero non baptizato, & de consecrat. dist. 4. Can. Catechumenum, & Can. Non debito. Idem tenet Ambr. lib. de obitu Valentiniani, & Aug. li. 14. cõtra Donatistas ca. 22. Concil. Trid. sess. 6. Can. 4. ubi per uotum baptismi intelligit baptismum fluminis. Baptismus autem sanguinis est martyrii, de quo apud Luc. Christus dixit: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, usquedum perficiatur. Quod si quis sine copia baptismi aquæ martyrium subeat, fortiori ratione saluatur, quam qui solo baptismo fluminis obiit, quia in baptismo sanguinis ille includitur re ipsa implicite vel explicite, ut Theologi dicunt, de quo meminit Aug. li. 4. cõtra Donatistas ca. 21. hæc ergo tria baptismata, modo à nobis expl.

cos, ut habes in Conci. Florent. Baptizetur seruus Christi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quæ Trinitatis inuocatio habetur explicita Matth. ult. Docete omnes gentes, baptizate eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ad materiam uero baptismi referuntur multa Prophetarum uaticinia, de mundatione per aquam. Isai. Omnes sitientes uenite ad aquas. expositore Hierony. mo, & Ezech. Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquamentis uestris, & cap. 47. Ecce aqua redundantes à latere templi. & Zach. Erit fons patens domui Dauid, &c. de quo uide in dictione Aqua. Quod si quis obiciat de forma baptismi, satis esse quempiam baptizari in nomine Iesu, vel in nomine Christi, ut habetur de more quo baptizabant Apostoli: Baptizati (inquit) erant tantum in nomine Domini Iesu. Ad hoc respondet D. Thom. 3. p. q. 66. ar. 6. fuisse factum dispensatione diuina, ne odiosum esset Christi nomen, sed cunctis potius honorabile, hodie tamè fieri minime posset, de quo latius agunt doctores scholastici. 4. sententia.

Baptismus aquæ sacramentum est nouæ legis, sed ultra sunt alia baptismata, quæ non sunt plane sacramenta, baptismus, uidelicet fluminis, & baptismus sanguinis. Baptismus fluminis est, quando adultus fide uiua, & igne charitatis inflatus à peccatis purgatur, cum uoto baptismi aquæ nondum illum recepit. Et si copia non adsit baptismi aquæ, sufficit ad salutem, sicut definitum est, in cap. de bitum, de baptismo & eius effectu. & cap. ad Apostolicam, de presbytero non baptizato, & de consecrat. dist. 4. Can. Catechumenum, & Can. Non debito. Idem tenet Ambr. lib. de obitu Valentiniani, & Aug. li. 14. cõtra Donatistas ca. 22. Concil. Trid. sess. 6. Can. 4. ubi per uotum baptismi intelligit baptismum fluminis. Baptismus autem sanguinis est martyrii, de quo apud Luc. Christus dixit: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, usquedum perficiatur. Quod si quis sine copia baptismi aquæ martyrium subeat, fortiori ratione saluatur, quam qui solo baptismo fluminis obiit, quia in baptismo sanguinis ille includitur re ipsa implicite vel explicite, ut Theologi dicunt, de quo meminit Aug. li. 4. cõtra Donatistas ca. 21. hæc ergo tria baptismata, modo à nobis expl.

est à Cyro Babylon, nomine proprio uocatum esse Balthasar, qui nepos fuit Nabuchodonosor, quomodo supra dictum est. Alioquin si ante aliquot annos quam capta esset Hierusalem, Princeps fuisset, iam fuisset quando Babylon capta est usque adeo senex, ut non posset comestationibus ebrietatibusque vacare, de quibus meminit Daniel. Illud postremo notandum, non sine causa calamitates in conuiujs accidere, ubi immoderata sunt potationes, qualis contigit huic misero regi, qui vitam eadem nocte cum florentissima perdidit monarchia. Illa uero conuiuia probantur, in quibus uinum potius desit, quales conuiuia illud fuit nuptiarum Cana Galilææ in quo Dominus aquam mutauit in uinum, in alijs autem dæmon uinum mutat in uirus.

CAPVT VII.

Balthus.



BALTHEVS in sacris literis uocatur. Hebraice habet Isai. 22. Exod. 21. dicitur etiã Chagorah.

Balthus cingulum militum, regum, & Sacerdotum, de regibus Iob. Qui balthum regum dissoluit, & præcingit sine renes eorum. De Sacerdotibus Leuit. 8. Tollis Aaron, &c. & accinges eum Baltheo. De militibus. 3. Reg. 2. Posuit cruorẽ prælij in baltheo. Significat autem in regibus moderationem in perturbationibus edomandis & passionibus quæ rectum peruertere iudicium solent, de quo Psal. Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram, &c. apprehendite disciplinam. Christiana itaque disciplina balthus regum est. Sacerdotum uero Balthus continentia de qua Luc. Sint lumbi uestri præcincti. Denique Balthus militum timor Dei est, qui refrænât amalo, & inducit ad bonum. Ecclesi. 15. Qui timet Deum faciet bona. Qui plura de his uelit legat Origene. hom. 6. & 9. in Leuiticum & Hierony. super Esai. 11.

Bananius unus ex uiris fortissimis Dauid fuit qui occidit leonem in cisterna de quo in uerbo Cisterna numc. 2. agimus.

Dan. 5. Ioan. 2. Iob. 12. Leuit. 8. Psal. 2. Luc. 12. Orig. Hierony. 2

Hilarius: 3. 1. Cor. 15. Hierony. Chrysof. Theophy. Ambr. D. Thom. 4. Ioan. 3. Victor Pap. Concil. Lat. Con. Flor. Con. Trid.

Matth. ult. Isai. 55. Hierony. Ezech. 36. Ezech. 47. Zach. 13. Act. 8. D. Thom. 5. Ca. Debitum de Bapt. Ca. ad Apostolicam. Ca. Catechumenum. ca. Non debito. Ambro. Aug. Con. Trid. Luc. 22. Aug.

Barac.



BARAC interpretatur fulgur, fuit autem iudex Israel, quem Debora prophetissa vxor Lapidoth de monte Ephraim con-

יָרָא
Iud. 4.

Heb. 11.

Luc. 10.
Matth. 23.

Barabbas.



BARABBAS quifnam fuerit, scriptura Narrat. Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium missus in carcerem, & apud Ioan: Erat (inquit) Barabbas Latro. Si ergo Barabbas Latro seditionis & homicida antepositus est filio Dei, & melior illo reputatus, recte dicitur: Beati eritis cum maledixerint vobis homines & persecuti vos fuerint & dixerint omne malum aduersus vos.

Barachias.



BARACHIAS interpretatur benedicens Dominum, de quo quaestio est inter patres super illud Matth. 23. Vbi Iudæis Dominus dixit: Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariae filij Barachiae, quem occidistis inter templum & altare. Queritur ergo quis sit iste Zacharias filius Barachiae, de quo Hieron. super Matthæum tres refert opiniones. ex quibus vna est istum Zachariam

בְּרַכְיָא
Questio.
Matth. 23.

Hierony.

fuisse

Ioan. 15.

6

1. Cor. 10.

Iudith. 12.

Hebr. 9.

Eccle. 34.

Ioan. 2.

Isa. 1.

Matth. 27.

Matth.
Luc. 6.

fuisse patrem Ioannis Baptistæ qui ideo dicitur occisus à Iudæis, quod cum Maria in die purificationis ingressa esset templum collocavit eam in locum virginibus separatum, dicens: Virginem post partum permansisse: propter quod inter templum, & altare à reliquis Sacerdotibus sit occisus. Ita ex patrum traditione se tenere dicit Origin. homil. 26. in Matth. & Basilius homilia de natiuitate Christi, & Chrysostom. allegatus à D. Thoma, super Matth. 23. & alij Græci, quos allegat Leo Castro in suo Apologetico, sed Hieronymus, dicit hoc esse Apocryphum. Deinde non est verisimile quod Maria quæ ne lapidaretur à Iudæis voluit purificationis seruare legem Luc. 2. suam celans ad tempus virginitatem, voluerit se tunc cum virginibus collocare, & tantas de sua virginitate post partum excitare turbas, vt Zacharias occideretur. Est ergo secunda opinio, hunc Zachariam esse vnum ex duodecim Prophetis, qui vocatur filius Barachiae; ita tenent Chrysostomus in homilia natiuitatis S. Ioannis Baptistæ quæ est in. 2. tomo, & Vatablus & Franciscus Ribera super Zach. 1. numero. 1: neque caret sua probabilitate, primum quia iste est filius Barachiae: deinde quia Luc. 11. Christus loquitur de sanguine fuso Prophetarum, quorum iste ferè vltimus est, & quia Christus incipiens numerare ab Abel debuit in vltimo Propheta occiso finire qualis iste est. Nā post illū aliū Zachariae filius Ioadae, occisus est Isaias & Hieremias. Nihilominus tamen contra hanc sententiam facit, quod non potuit iste Zacharias occidi in ser templum & altare, cum tempore quo prophetauit non fuerit templum reedificatum, nec valet dicere Zachariam anno. 4. Darij regis filij Hystaspis prophetaisse, vt ipse cap. 7. scriptum reliquit, templum autem absolutum esse anno. 6: eiusdem Darij. vt constat Esdra. 1. cap. 6: Quia saltem incertum est, an vsque ad illud tempus Zacharias Propheta super vixerit: ite nescitur an interfectus sit ibi, aut alibi, aut vnquā à Iudæis: itaque est de incertis velle diuinare, vnde restat tertia sententia omnino certior Hierony. quod iste fuerit Zacharias lapidatus inter tem-

Orig.

Basili.
Chrysost.

Leo Castro.

Luc. 2.

Chrysost.

Vatablus.
F. Ribera.

Luc. 11.

Zach. 7.
1. Esdra. 6.

Hierony.

plum & altare iussu regis Ioas, vt habemus. 2. Paralip. 24. quia hoc est certum. ita tenet Hieronymus hic & Hilarius, Iansenius, D. Thomas in cōmentariis, Remigius, Anselmus, Lyranus & Beda super Luc. 11. & Albertus Magnus, & alij, & ad rationes in contrarium respondetur, quod in Euangelio Nazaraeorum. vt Hierony. ait, dicitur filius Ioadae: item quod Barachias interpretatur benedictus Domini qualis fuit Ioada, quod verò de solo Abel & Zacharia Christus meminit, & non de Isaias vel Hieremia, ideo fuit, quia iste fuit occisus in tēplo summus Sacerdos & cum occideretur petiuit iuste vindictam dicens, Videat Dominus & iudicet, ideo vidit filius Dei & iudicauit vt iudex hoc loco.

2. Paral. 24.
Hilarius.
Iansenius.
D. Thom.
Remigius.
Anselmus.
Lyran.
Beda.
Albertus.

Barathrum.



BARATHRVM locus est profundus, à quo qui delapsus fuerit non euadit, qui erat Athenis putei modo, in quem noxios detur babant, cuius fauces hiatusque præcipientes. de quo Iud. 5. Barac vestigia sunt sequuti, qui quasi in præceps in barathrum se discrimini dedit. vbi Lyranus dicit Barac dum fugientes persequitur inimicos, in præcipitia se fortiter immisisse, vnde euasit victor, Glossa verò interlinealis in torrentem Cison dicit se dedisse præcipientem, vt hostes persequeretur, quod magnæ fortitudinis fuit, & fiducia in Deo, qui victoriam per Prophetissam Deborah illi promiserat. Sed multo fortior Paulus qui dum animas Christo lucratur nocte, inquit, & die in profundum maris fui. 2. Cor. 11. & fortissimus Christus, qui vt bonus pastor animam suam posuit, vt oues de barathro liberaret. (.)

Βαράθρον
Iudic. 5.
Lyran.
Gloss. Inter.
2. Cor. 11.
Ioan. 10.

CAPVT XIII.

Barba.



BARBA Hebraicè dicitur Zecan vt habes Psalm. 132. Græce verò vocatur...

Isai. 7. Hierony. Luc. 8: Matth. 11. 2 Leuit. 19. Glossa. Lyran. Baruch. 6. Ioan. 12. Hier. 4. 1. Hier. 4. 8. Ezech. 5.

duces per caput tuum & barbam. Ita Esdras penitentiam agens pro peccato populi...

Barbam lauare, & odoriferis vnguentis vngere, signum est latitiæ, & solennitatis...

Cæterum disceptatio est inter quosdam An quod Leuit. 19. dicitur: Non radetis barbam...

1. Esdr. 9. 4. Psal. 132. 4. Lyran. R. Salom. Glossa. Luc. 21. Ioan. 16. Matth. 10. 5. Leuit. 19. Questio. Act. 18. Act. 21.

faciunt qui barbam radunt, & tonsuram faciunt in capite. Quod si aliquando patres vituperant eos qui barbam radunt...

Hierony. Epipha. Clem. Alex. Isidorus. Anicetus. Papa. Cœc. Carth. Cœc. Tol. 4. 1. Cor. 11. Beda. Ioan. 16. Ioan. 15. Isidorus.

CAPVT XIII.

Barbarus.



BARBARVS vocatur Hebraice Loer. Psa. 113. de populo barbaro, & solum ibi reperitur.

I

uiter ac dure verba proferentis, more barbarorum, qui impedita sunt lingua. Vnde Græci olim de lenitate, & legantia sua...

Priori verò acceptione quædam Pauli loca intelliguntur, sicut illud Roma. 1. Græcis, & Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum.

Cæterum D. Tho. paulo aliter explicat vocem Barbari loco citato. Aliqui inquit, dicunt, quod omnis extraneus Barbarus est.

Plautus. Rom. 1. 2. 3. D. Th. Isidor. 2. Matth. 15. Gal. 113. Matth. 2. Marc. 6.

CAPVT XV.

Bariona.



BARIONA vox est Hebraea, & Syra interpretaturque filius columbae, ut Hieronymus adnotat, super illud Matt. Beatus es Simon bar-iona: quo nomine vocatus est, quia Spiritu sancto inspiratus confessus est Iesum dicens. Tu es Christus filius Dei uiui. Sicut enim sol in momento, quo in nostro se ostendit Hemispherio, omnes depellit tenebras, sic Petrus hac vna voce omnes qui de Christo esse poterant, refutauit errores, etiam futuros: Iudaeorum quidem errorem, qui neque Messiam, neque legitimum Dei filium confitentur: item haereticorum, qui vel non de natura patris filium esse, vel non personam a patre distinctam putauerunt, sed & Gentilium ignorantiam refellit qui Deos mortuos Iouem, Saturnum, & similes venerantur, Deo uiuo relicto.

erat uir bonus, & plenus Spiritu sancto. Et apposita est multa turba Domino. Ecce quomodo super aquas gratiae Spiritus sancti plantatus, nunquam desinit facere fructum, qui plene confidit in Domino, iuxta illud Esa. Qui autem sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilae. Et vere sicut aquilae Barnabas pennas accepit, ut electus ab Spiritu sancto cum Paulo simul Apostolus, per totum fere volaret orbem, & praedam innumerabilium animarum ad nidum Ecclesiae reportaret. De eius ergo electione in Apostolatu legitur in Act. Dixit illis Spiritus sanctus segregate mihi Saulum, & Barnabam ad opus, ad quod assumpsi eos, &c. Fuerunt autem Paulus, & Barnabas ultra numerum duodecim Apostolorum, Apostoli gentium figurati per duos illos lapides pretiosos, quos super duos humeros summus olim sacerdos portasse legitur, ultra duodecim quos habebat in rationali Exo. 28. & bene super humeros portat filius Dei sacerdos in aeternum Apostolos duos, quos ad praedicandum non tam Iudeis, quam gentibus toto terrarum orbe diffusis destinauit, ut duo praeccepta dilectionis fidei pariter traderent. ¶ Bartholomeus vide cap. 20.

CAPVT XVI.

Barnabas.



BARNABAS interpretatur filius consolationis, qui vendidit agrum, quem habebat Hierosolymis, & attulit pretium ad pedes Apostolorum, in quo satis ostendit, se non sperare in pecuniae thesauris, sed in Domino, unde illi quadrat benedictio de qua Hiero. 17. Benedictus qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas: quod ad humorem mittit radices suas, &c. nec aliquando desinet facere fructum. Quod quam copiose in illo fuerit impletum, legitur Act. 11. Miserunt Barnabam usque ad Antiochiam, qui cum peruenisset, & uidisset gratiam Dei, hortabatur eos, in proposito cordis permanere in Domino, quia

CAPVT XVII.

Basan.



ASAN par quaedam est Galilaeae gentium, pertingens Arabiam, in qua olim regnauit Og de stirpe gigantum, stature mirabilis, quem Moyses uicit. Num. 21. post Sehon Regem Amorrhoeorum. de quo legitur in Psal. Occidit Sehon Regem Amorrhoeorum, & Og Regem Basan, & omnia regna Chanaan, & tradidit terram eorum hereditatem populo suo. Ergo Basan, quae pingue solum habuit, & foecundissimum interpretatur pinguis, & confusio, hinc fit ut in scripturis aliquando fertile denotet, aliquando superbiam, quae ex abundantia prorumpit. Vnde Hiero.

CAPVT XVIII.

Basiliscus.



ASILISCUS Hebraice eodem nomine vocatur quo Aspis, scilicet Phethem ut patet Psal. 90. Basiliscus rex est inter serpentes virulentissimus, solo flatu, & visu necans, de quo locum scripturae habemus insignem sub hoc nomine Psal. 90. Super Aspidem & Basiliscum ambulabis. quem explicuimus lib. 1. in verbo Aspis. Caetera dicemus sub nomine Reguli lib. 16. verbo Regulus.

CAPVT XIX.

Basis.



ASIS fulcimentum dicitur cui vel columna vel aedificium innititur, Hebraice Can, & etiam vocatur Iesod, basis fundamentum a verbo Iasad, id est fundare, sic Exo. 29. iuxta basim altaris. Hinc in scriptura sacra metaphoricè Bases terrae legimus Iob. 38. Vbi eras, quando ponebam fundamenta terrae? & infra, super quo bases eius solidatae sunt: Vbi Lyranus, Basis, inquit, terrae est centrum terrae, & D. Tho. eodem modo, omnes quippe terrae partes gravitate sua tendunt ad centrum, id est ad punctum medium: tam quae sunt in nostro Hemispherio, quam quae versus antipodas, & quae ad latera: manetque terra cum aqua simul quasi pensilis in aere: quod non intelligens Lactantius irrisit lib. 3. diuinarum institutionum cap. 24. Mirum autem est, quod etiam August. illum sequatur lib. 16. de Ciuit. cap. 9. Quamuis antipodas esse concedat Tom. 1. lib. de Categoriis columna. 9. Nam & Antipodes, inquit, nostri, qui nobis dicuntur figere aduersa vestigia, caelum super se habent. Haec ille. Ad quod facit illud Iob. Qui appendit terram

Esa. 33.

super illud Esa. Concussa est Basan, & Carmelus. ait, pro Basan sept. transfulerunt Galileam prouinciam, pro vno loco prouinciae, quia Basan pars Galilaeae regio trans Iordanem est: quam duae tribus, & dimidia possederunt. quae interpretatur vberima, & pinguis, & infra. Quia igitur Apostolorum sermonem recipere noluerunt: Basan, & Carmelus concussi sunt. Haec Hieronymus: Accidit autem praedicta vastatio sub Tito, & Vespasiano. Ideo Dominus dicebat Matth. 8. Fili autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Propterea super eadem vastatione Luc. 19. videns Dominus Hierusalem fleuit, & Matt. 23. dixit. Ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram. De qua in Zac. legitur. Vultate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus. Id est templum Hierosolymitanum ab exercitu Romanorum contritum est, ut exponit Hiero.

Matth. 8.

Luc. 19: Matth. 23.

Zacha. 11.

Hierony: 2

Hiere. 22.

Hierony.

Ioan. 8.

3

Nahu. 1.

Hiero.

Luc. 21.

De vastatione quoque Iudaeorum quae facta est a Babylonis Dominus dixit apud Hierem. Ascende Libanum, & clama, in Basan da uocem tuam. Clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amatores tui, locutus sum ad te in abundantia tua, dixisti non audiam. Haec uia tua ab adolescentia tua, quia non auisti uocem meam. Vbi Hierony. Haec omnia sub nomine Basan, id est pinguis, & fertile, ad Hierusalem dicta censet, quae a teneris unguiculis non audiuit uerba Dei. Ideo Dominus ciuibus eius dixit. Propterea uos non auditis quia ex Deo non estis.

Basan non solum, pro pingui terra Iudaeorum quae cunque illa esset, siue pars, siue tota natio usurpatur: Sed & pro fertili regione Afsyriorum Nahum. 1. Infirmitus, inquit, est Basan, & Carmelus, & flos Libani elanguit. Vbi Hieronymus. metaphoricè tenet Afsyriorum montes uberes, & pingues significari. Imo totius mundi consumptionem sub eadem metaphora praedictam nonnulli quoque intelligunt, arescentibus hominibus praetimore, & expectatione, quae superuenient uniuerso orbi, quamuis, haec posterior mystica videatur expositio; prior uero literalis.

¶ Dixit Dominus ex Basan conuertam Psal. 67. vide lib. 3. in verbo Conuertere.

(*)

Hiero. Matth. 16,

Acto. 4. Hiero. 17. Act. 11,

Esa. 40.

Act. 13.

Ioan. 15,

I Iob. 26,

Num. 21: Psal. 134,

Hiero.

Iob. 26,

I

Iob. 26,

Iob. 26,

Exo. 29,

Iob. 28

Lyra.

D. Tho.

Lactantius,

Aug.

Iob. 26,

super nihilum, idest super punctum indiuisibile centri: quod quasi nihil esse reputatur. De quo vide in verbo appendere, nu. 3. denique experientia nos docet esse antipodas, ad quos nostri nauigatione longissima peruenere.

tichristi. De quo diximus libro. 1. in verbo Amphora.

CAPVT XX.

Bartholomæus.



Bartholomæus interpretatur filius suspendentis aquas fuit vnus ex illis duodecim de quibus Luc. 6. Et ut factus est dies uocauit discipulos suos & elegit duodecim

ex eis, quos & Apostolos nominauit. Ponitur autem ab omnibus Euangelistis sexto loco Bartholomæus. Vnde disceptatio est inter expositores, an sit ille qui post quatuor primos, Simonem, Andream, Iacobum & Ioannem, & deinde post Philippum quinto loco ad Dominum adductum, sexto vocatus est? Sed obstat, quod ille sexto loco vocatus Nathanael appellatur, nihilominus eundem esse Nathanaelem, & Bartholomæum opinatur Rupertus Abbas super Ioan. 1. Tum quia sextæ uocationi sextus congruit locus Bartholomæi: tum etiam, quia videtur nomen appellatiuum Bartholomæus, idest filius suspendentis aquas: preterea quia Nathanael qui confessionem fecit egregiam dicens Domino. Rabbi tuus filius Dei. laudatus est à saluatore, & uocatus. uir Israelita, in quo dolus non est. Vnde uidetur probabile ut sit etiam ad Apostolum ascitus, quod cum Ruperto aliqui recentiores tenent, sed in contrarium est August. qui tracta. 7. in Ioannem de Nathanaele inuestigat, quare cum talem confessionem fecerit, non fuerit electus à Domino inter Apostolos, & respondet fuisse legis peritum. Voluisset autem filium Dei potius ad Apostolatium illiteratos uocare, ut sapientiam mundi confunderet. Quæ ratio est Pauli. Quæ sunt stulta huius mundi elegit Deus ut confundat sapientes. Sed ultra est alia causa ne propter merita, sed ex gratuito potius dono Dei Apostolatus culmen conferri constaret. Prostrè ò Bartholomæus semper ab Euangelistis in cathologo Apostolorum sic ap-

2 Bases argenteæ pulchritudinem firmitatem, & animi pondus, cum matura de notant grauitate, sic in Eccles. Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Vbi Lyranus, & Iansenius morum grauitatem in femina significari dicunt iuxta literam. Mystice uero Glossa interlinealis prædicatorem Ecclesiæ super Catholicæ fidei firmitatē fundatum intelligit per hanc mulierem. Porro mulieres & ancillæ in scriptura prædicatores uocantur, Prouer. 9. propter cogitationem, quam habere debent propriæ infirmitatis, dicente Domino. Sine me nihil potestis facere. Idem etiam prædicatores uocantur è contrario columnæ marmoreæ super bases aureas firmissimæ in charitate Canti. 7. de quo vide in verbo Aurum. Basis uirtutis studium est sapientiæ cum perseuerantia. iuxta Eccle. Et erunt tibi compede seius in protectione fortitudinis, & bases uirtutis. Vbi Lyranus. Adhæsiō, ait, & unio sapientiæ inseparabilis facit nequis aduersitate frangatur. Hæc ille. quamuis autem hodie in Græco non legatur: Bases uirtutis, putamus nihilominus in antiquioribus exemplaribus fuisse olim, unde uulgata sic uertit. Est ergo Basis uirtutis in lege Domini meditari die ac nocte Psal. 1. Sed in lege Domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Neque enim satis est legere, sed ut Dominus ait. Qui legit intelligat. Hoc mystice significant bases argenteæ columnarum tabernaculi Exo. 36. & 48. & Bases æneæ decem, quæ decem significabant præcepta decalogi. Qui nititur itaque super has bases facit, & docet. iuxta illud. Qui autem fecerit, & docuerit hic magnus uocabitur in regno celorum. Basis impiorum uocatur Antichristus, unde Zachar. 5. Amphora quæ portabatur à duabus mulieribus, ideo portari dicebatur in terram Sennaar, idest in Babylonem mysticam ut poneretur ibi super basem suam, idest populus Iudæorum obstinatus portatur propter peccata, permittente Deo, ut partes sequatur An-

Eccle. 26. Lyra. Iansenius. Glos. interl. Prou. 9. Ioan. 15. Cant. 5. Eccle. 6. Lyra. Psal. 1. Matth. 24. Exod. 36. & 38. 2. Reg. 7. Matth. 5. Zach. 5.

I Luc. 6. Luc. 6. I. Ioan. 1. Rupert. Aug. I. Cor. 1.

pellatur: & nunquam Nathanael, quod si Binomius esset, id Euangelistæ explicuissent, sicut de Matthæo Leui, & Thoma Dydimio expresserunt, ut constaret Ecclesiæ Dei numerus, & nomen singulorum Apostolorum: neque pastores grex ignoraret. Denique ita tenet communis sententia patrum, cui standum est.

Cæterum alia Quæstio est: An Bartholomæus fuerit nobili loco natus vel de stirpe regia gentium? an uero pauper, & idiota sicut & alij uidecim? quidam enim aiunt fuisse Gentilem parentibusque regalibus, sed apocryphum est. Costat enim duodecim Apostolos fuisse Iudæos. Vnde Act. 2. cum Spiritus sanctus in linguis ignis super Apostolos descendissent, & illi uariis linguis loquerentur. Stupebant omnes, & mirabantur, dicentes nonne hæc omnes isti qui loquuntur Galilæi sunt? Et quomodo nos audiuimus unusquisque linguam nostram, &c. erant ergo omnes Apostoli Iudæi, sed & pauperes ut Iacobus ait. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites autem in fide? sic apud Matth. Vbi uulgata uertit: pauperes euangelizantur: multi patres in sensu actiuo intelligunt: pauperes euangelizant.

Fuit Bartholomæus ut antiqua traditio tenet, orationi maxime deditus: & dæmonibus ualde terribilis. Vnde in festo eius canit Ecclesia Euangelium Luc. Et erat Iesus pernoctans in oratione Dei: Recte autem qui orationi uacabat, dæmones cõterebar: quia oratio nos Deo, & Angelis familiaris facit, quorum præsentia dæmones fugantur. iuxta illud Psal. Quoniam Angelis suis madauit de te, ut custodiant te in omnibus uis tuis, &c. Super Aspidem, & Basiliscum ambulabis, conculcabis Leonem, & Draconem. Idest dæmonem qui ut iustos supplantet varios induit bestiarum mores. Nihil autem potentius homine orante, ut in homilia de oratione Chryf. ait.

Accedit quod cum Ioannes in Apoc. dicat ciuitatis supernæ Hierusalem esse fundamenta duodecim, subdit: & ipsi duodecim nomina duodecim Apostolorum agni. Sextum autem fundamentum in quo scriptum est nomē Bartholomæi, dicitur Sardi, qui Exo. 28. ponitur in rationali Pontificis, & Hebraice uocatur Odem, idest rubeus itaque ut uult Hieronymus Oleaster, quemcunque lapidem pretiosum rubei coloris significat. Sed interpres Sardiū

2 Quæstio: Acto. 2. Iacob. 2. 2. Matth. 11. 3 Luc. 6. Psal. 90. Chryf. Apoc. 21. I. Io. 28. Hiero. Oleaster.

uertit, quem Plinius libro. 37. Et Georgius Venetus, & Aretas super Apoc. 4. acuerunt dicunt ingenia: & timorem belluis atque monstris ingerere, quare satis denotat uirtutem specialem Bartholomæum sub typo huius gemmæ, contra dæmonum accepisse monstra. Qui & uelut Sardi quidam pretiosissimus, rubeo sanguine fusus, de tracta pelle, Ecclesiam militantē, & triumphantem pariter ornauit. Quod si Bartholomæus pellem dedit ut cæli ianuam ingrederetur, quomodo qui non solum pellem, & sanguinē dare recusat, sed neque frustum panis pauperi porrigit, ut suis uoluptatibus, & uanitatibus indulgeat, cælum intrabit?

CAPVT XXI.

Bartimæus.



Artimæus nomē est illius hominis cæci quem egressus à Hierico Dominus illuminauit: de quo Marcus. Bartimæus cæcus sedebat iuxta uiam mendicans. De

eodem apud Mattheum & Lucam legimus clamasse. Iesu fili Dauid, miserere mei, & qui præibant, & qui sequebantur increpabant eum, ut taceret, ipse uero magis clamabat. Ibi Chrysol. super Matthæ. Nouit inquit fides omnibus repugnare, & in omnia triumphare. Vtile enim est pro cultu diuino pudorem deponere, nam si causa pecuniæ nonnulli sunt impudentes, nonne decet bonam induere impudentiam? Hæc ille. Tropologice autem Anselmus, turba inquit ista quæ impedit clamantes ad Iesum, carnalia sunt desideria, quæ bonum solent impedire affectum. Et Beda super Luc. 18. Quanto inquit, grauiori tumultu carnalium cogitationum præmimur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Hæc Beda.

Plinius. Georg. Vetus. Aretas. Marc. 10. Matth. 20. Luc. 18. Chryf. Anselmus. Beda.

CAPVT XXII.

Batus Batillus.



ATVS est mensura liquidorū de qua Ezech. Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit omnibus uobis. Vbi Hierony. ait. Corus tri ginta habet modios in

vtraque mensura tam aridorum quam li quidorum: Batus mensura est liquidorū, puta olei, vini, &c. Decima ergo pars co ri in liquidis vocatur batus. Hæc ex Hie rony. Difficillimum autem est mensuras antiquas nostris adaptare, cum maximè discursu temporum, & consuetudine gen tium varientur: Arias Montanus librum edidit de Mensuris in apparatu Biblico, ubi ait Log siue lagenā apud Hebræos tantum capit. quantum sex oua. Nempe octo fere vncias. Batus autem septuaginta duo Login, siue lagenas, idest quātum ex cipiunt oua 432. idest Vncias 576. plus minus ve.

Ex hac adnotatione intelliges quæ dam scripturarū loca: sicut 3. Reg. 7. Vbi de mari fusili æreo dicitur. Duo millia, in quit, batos capiebat, & tria millia metretas. Sed tria millia metretas in Hebræo mo do non legimus, ideo putat Arias Monta nus loco citato, additum esse ab interpre te gratia explicationis, quia legimus apud Cambiū. Vas quod capit bis mille batos liquidorum, posse tenere termille arido rum cum cumulo super labiū vasis, quia cumulus ille excrefcens super labium ex aridis mediæ parti totius quantitatis in tra vas contentę equalis est. Ideo cum ma re illud æreum, quod fecit Salomon, ca peret duo millia batos liquidorum: con sequens est, vt caperet tria millia arido rum. Hinc poteris conicere quæ sit illa mensura superestfluens, quā Dominus pollicetur misericordibus. Mensuram, in quit, bonam, & confertam, & coagitatam, & su perestluentem dabunt in sinum uestrum. Est enim vera sententia theologorum Deum præmiare vltra cōdignū quia. Non sunt con dignæ passiones huius temporis ad futuram glo riam, quæ reuelabitur in nobis. Vnde. Beati mi sericordes, quoniam ipsi misericordiā consequē

tur. idest præmiū vltra cōdignū. Ideo ergo mare fusile capit vis mille batos, & termil le quia vis mille denotat præmiū cōdignū bonæ voluntatis per mare fusile sig nificatæ, & ter mille præmiū vltra con dignum. Et quidem Reges terræ limitata largiuntur munera, sicut Artaxerxes rex iussit dari Esdræ. vsque ad vini batos cen tum, & vsque ad olei batos centum, Deus autem mare cordis nostri dilatans capere facit batos bis mille, & ter mille. Bis mille duarum naturarum Christi, & termille trium personarū in Deo, notitia quidem clara sed apprehensiuā, vt Theologi di cunt: Sed de hoc satis.

¶ Batillus vas erat ad portandas pru nas, vt in thuribulum mitterentur Num. 4.

CAPVT XXIII.

Bdellium.



DELLIVM Hebraice dicitur Bedo lah vt habes in Gene si ca. secundo. Est au tem Bdellium arbor nigra, de qua Plinius libr. 12. cap. 9. in Ba Ætriana Bdellium, in

quit, est nominatissimum, quæ arbor ni gra est: magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici naturaque, dicit deinde Plinius nasci quoque in Arabia, & Me dia, & Babylone vnde quidam de hac ar bore intelligi putant, quod legimus Gen. 2. de primo flumine paradisi. ibique nasci tur Bdellium, & lapis onychinus: Sed progem ma quidem accipiunt septuaginta, dicen tes: ibi nascitur carbunculus, & lapis Prasinus. Hinc Hieron. in lib. traditionum Hebrai carum ait, vbi apud sept. est carbunculus, & lapis Prasinus, Bdellium, & Onix alij transtulerunt. Sed Pagninus explicans hunc locum, sic ait, in dictione Bedolah, quæ est in loco citato. Bedolah sicut qui dam dicunt teste Rabbi Dauid in libro ra dicum, est lapis pretiosus, qui altero nomi ne dicitur Iahalom, idest Iaspis, alij dicūt quod est margarita, Hieronymus allu dens voci Hebrææ Bdellium transtulit,

quod est genus arboris nigrae secundum Plinium, vnde non videtur quadrare, cū sit genus lapidis pretiosi, & ex sacris lite ris habetur albi coloris esse. Quanquam puto D. Hieronymum non intellexisse de Bdellio, sed Hebraicum dimisisse non interpretatum Bedolah. Targum quoq; dimisit, transferens Bedalha, Haghoan, Rabbi exponit margaritam, &c. Vnde margarita est recta interpretatio, non iaspis neque crystalus, vt quidam putauer. Hæc Pagninus, & recte iudicio meo, est ergo mendum vbi legimus Bdellium, pro Bedolah. Quod autem sit margarita vel vnio tenent super Genes. 2. Hieronymus Oleaster, & August. Augubinus, & colligitur ex libro Num. ca. 11. Vbi legimus: manna erat sicut semē coriandri coloris Bdellij. Hebraice Bedolach. Hispanice vero dicitur Perla. De qua Matth. 13. Simile est regnum calorum homini querenti bonas mar garitas, inuenta autem una pretiosa margarita, uendit omnia quæ habuit, & emit eam: pul chre verò margarita virginitatis inueni tur in Phison, de quo Eccli. Qui ad implet ut Phison sapiētia. Enim vero, in virginibus fatuis margarita virginitatis quia non fuit cum sapientia, & prudentia cōiuncta, nul lius quoad promerendam illis vitam eter nam pretij fuit.

CAPVT. XXIII.

Beatus, Beatitudo, Beatificare.



EATVS Hebraice in plurali tantu m dicitur Asehère, idest beatitudines Græce verò μακάριος qua si immortalis, sed latine beatus, dicitur quasi bene auctus vt

vult Remigius super illud Psa. 1. Beatus uir, vel vt existimat Cassiodorus super eun dem Psalmum Beatus est quasi bene ap etus cui omnia bene desiderata proueniunt. Nam vt inquit August. lib. 13. de Trinitate capit. 5. Beatus non est nisi qui habet quæ vult, & nihil mali vult. Boetius lib. 3. de Consolatione. Beatitudo, inquit, status est omnium bonorum congregatio

ne perfectus. Quare in hac vita nemo potest esse plenè beatus, vt inquit, August. li 19. de Ciuit. cap. 10. Hic autem, inquit, dicimur esse beati, quando pacem habemus, quantulacunque esse potest in hac vi ta: Sed hæc beatitudo illi finali compara ta, prorsus miseria reperitur. Hæc August. Quamuis autem in scriptura sacra pluri mis de causis capaces beatitudinis beati ef se dicatur, sed ad septē fere modos beatitu dinis acceptiones reducere licet. Est enim beatus natura sua, & beatus participatio ne duntaxat, rursus ille qui participatione beatus est, vel absolute quod aiunt be. tus existit, vel imperfecte. Deinde ex his qui sunt imperfecte beati, alij quidem beati dicuntur quoad ius tantum, alij ve rō quoad ius, & primos beatitudinis fru ctus siue salutis semina, item quoad simi litudinem. Deinde alij beati quoad æsti mationem sapientium, alij verò quoad opinionem vulgi, qua distinctione facta plura scripturæ loca luculentius intelli ges.

Primum ergo natura sua beatus est Deus, immensus, & infinitus solus, sic intelligitur illud Pauli. Beatus solus potens rex regum, & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem. Idest natura solus immortalis est, & beatus. Vbi Hie ronymus, ille solus propriè habet qui Angelis, & hominibus dedit habere. Nos autem nec soli, nec nobis habemus, vt ille.

Beatus per participationem quamuis perfectè solus ille dicitur, qui Deum clare videt, vt docet Diuus Thomas. 12. quæstion. 1. articul. 8. de quo Ioannes. Cum apparuerit similes ei erimus, & uidebimus eum sicuti est. Et Augustinus sermo. 19. super illud Psalm. 118. Veniant mihi miserationes tuæ, & uiuam. Tanquam sola, inquit, vita beata dicenda sit, in cuius comparatione ista, quam ducimus, mors sit potius appellanda quàm vita. Hæc Augustinus, & Lyranus super illud Psa. Satiabor, cum apparuerit gloriata. Hæc inquit, satiat appetitum humanum, eo quod ibi habeat bonum infinitum. Hæc ille. De hac perfecta beatitudine intelli gitur illud Psalm. Beati qui habitant in do mo tua Domine, in secula seculorum lauda bunt te. Vbi non mystice vt vult Ianse nius, sed iuxta literam de cælesti beati

Ezech. 45. Hiero.

Arias Montanus.

3. Reg. 7.

Arias Montanus.

Luc. 6.

Rom. 8.

Matth. 5.

1. Esdr. 7.

Num. 4.

ברכה

Plinius.

Gen. 2.

Hiero.

Pagninus.

R. Dauid.

Chaldaus.

Hierony: Oleaster. AEugubi. Num. 11.

Matth. 13.

Eccl. 24.

Matth. 25.

ברכה

Remigius, Psa. 1. Cassiod.

Aug.

Boetius.

Aug.

2

1. Tim. 6.

Hiero.

3

D. Tho.

1. Ioan. 5.

Aug.

Psal. 118.

Lyra.

Psal. 16.

Psal. 83.

Iansenius.

Aug.
Calistodo.
Gloss.
Beda.
Haymo.
Remig.
interli.

Hiero.

Lyranus.

Ioan. 14.

Matth. 25.

4
Apoc. 14.

Gloss. inter.

Lyra.

D. Th.

Haymo.
Ambro.
Beda.
Richardus.
Hebr. 4.

Psal. 126.

Psal. 11.
Luc. 14.

5
Questio.

tudine sermo est, quia dicitur in sæcula sæculorum, quæ verba diximus veram æternitatem à parte post significare. Item quia ponitur sela in fine versus quæ vox denotat æternitatem, sic exponunt Augustinus, Calistodus, Glossa Beda, Haymo, Remigius & Glossa interlinealis: Beati qui habitant in domo cælesti: ubi non est timor. Eodem modo Hugo Cardinalis, & Augustinus. Vbi, inquit, quidquid volens erit, & quidquid noles non erit: ubi erit Deus omnia in omnibus. Ita etiam exponit Hieronymus. Qualis erit, inquit, illa lætitia, ubi dabitur semper gaudere, & nunquam deficere. Et Lyranus de cælesti explicat beatitudine. De hac ergo domo Dei dicebat mundi Saluator. *In domo patris mei mansiones multæ sunt: in hanc etiam domum prudentes virgines intraverunt. Et clausa est ianua.*

Eadem participatione perfecta beatitudine Ioannes ait in Apocal. *Beati mortui qui in Domino moriuntur: sequitur enim: amodo iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis.* Animæ verò iustorum quæ adhuc igne indigent purgatorio, nondum planè requiescunt à laboribus suis, quare de animabus sine dubio iam beatis sermo est. Vnde Glossa interlinealis vt requiescant, inquit, nec amplius patiantur. Et Lyranus quia in beatitudine cælesti ait, appetitus omnino quietatur. Eodem modo Diuus Thomas in Commentariis. Dicit autem: *amodo dicit spiritus, ut requiescant: id est ab hora mortis si purgatæ iam exeant animæ, sic intelligunt hoc loco Haymo, Ambrosius & Beda: item Richardus. De hac requie sanctorum ait Paulus ad Hebr. 4. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus, &c: Ad eandem beatam requiem pertinet ille de quo Psal. 126. Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis. Quia. Desiderium iustorum omne bonum. Item de eodem intelligitur illud Luc. *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Quod quamuis ille, homo qui hoc dixit, minus fortasse intellexit, tamè si recte intelligatur scilicet de pane inuisibili Angelorum, certe ille proprie duntaxat, qui panem supersubstantiali clarâ visione percipit, beatus est.*

Cæterum illud olim disceptatum est. An iustorum animæ quæ fati ex hac vita purgatæ prodeunt, mox sint clara Dei

visione beatæ. Quia Bernardus sermo ne. 4. de festo omnium sanctorum, dum explicat illud Apocalypsis, *Vidi sub altari Dei animas intersectorum: dicere videtur: vique ad iudicij finalis diè animas sanctorum martyrum solutas à carne differri, ne statim videant clare Deum: quod hæretici nostri temporis libentissime completuntur. Sed dicendum est Bernardum non plene legisse, quæ ad hunc articulum pertinebant, & ita fuisse hallucinatum. Est autem certa fide tenendum animas ante corporum resurrectionem adhuc à corpore exutas, statim clara Dei visione beati, si purgatæ fuerint: Ita definitum est in Extrauagante Benedicti Papæ. 11. quæ sic ait, Apostolica auctoritate definimus quod secundum communem Dei ordinationem, animæ sanctorum omnium, & aliorum fidelium, post sacramentum baptismi susceptum defunctorum, in quibus nihil fuit purgandum, vel post purgationem, &c. videbunt, vident, & videntur diuinam essentiam immediate, clare, & aperte se illis ostendentem. Idem definit Concilium Florentinum in vniõne Armenorum, item est definitio Innocentij Tertij capitul. ad Apostolicam de præbytero non baptizato, & Concilij Trident. Sessio. 25. capit. de inuocatione Sanctorum, & merito quia Dominus latroni dixit. *Hodie mecum eris in paradiso: neque de terrestri potuit intelligi, cum vsque ad tertium diem fuerit in limbo, ergo de visione beata. Præterea Paulus ait. Quandiu sumus in hoc corpore peregrinamur à Domino: audemus, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad Dominum. Sed præsentem esse ad Dominum facie ad faciem, est clare Deum videre, sic autem Paulus dicit post hanc vitam se Deum uisurum. Videmus nunc per speculum in enigmate, postea autem facie ad faciem. Hanc clarâ Dei visionem vocat Ioannes claritatem Dei Apocal. 21. *Ciuitas, inquit, non eget Sole, & Luna, ut luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eam: & lucerna eius est agnus. Sic & Esai. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te: Sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Eadè phrasi vtuntur sancti patres, ad clarâ Dei visionem in patria significandam.***

Bernard.

Apoc. 6.

Extravag.
Benedicti.

Conc. Flor
Inno. Papa

Conc. Trid

Luc. 23.

1. Cor. 5.

1. Cor. 13.

Apoc. 21.

Esa. 60.

Ita

6

Irenæus.

Greg. Naz.

Chrysoft.

Epiph.

Ioan. 14.

Eusebius.

Aug.

Prosper.

Cyprian.

7

Apoc. 6.

Gregor.

Psal. 50.

Anselmus.

Matth. 21.

Ita Irenæus lib. 1. contra hæreses c. 2. Iustis, inquit & æquis, & præcepta eius seruantibus, &c. incorruptelâ Deus loco muneris confert & claritatem æternâ circumdat. Item Greg. Nazian. in oratione ad Basilium. Obiter ait è cælo nos respice, vel iube discedere, vel adiua, & horta re me æquo animo ferre, vt hic demum discedentem me in æterna tabernacula recipias: vt beatam trinitatem, eo quo est modo, tecum pariter contemplari valeâ. Hæc ille. & Chrysoft. homil. 3. in epist. ad Philip. Iusti, inquit, siue hic, siue in futuro sæculo fuerint, cum rege sunt, illic ta men magis & proprius, non per ingressum & fidem, sed facie ad faciem. Hæc Chrysoft. Item Epiph. hæresi septuage sima octaua. Sancti, inquit, sunt in honore, qui es ipsorum in gloria, fors ipsorum in beatitudine, in mansionibus sanctis tri pudiât cum angelis. De his autè mansionibus Dñs dixit: *in domo patris mei mansiones multæ sunt, id est diuersi gradus videntium clare Deum. Item Euseb. libr. 4. historiae capit. 15. Polycarpum martyrem dicit per mortem immortalitatis præmia iam adeptum. At quæ est, inquit, ista quæ præmij loco datur animæ natura sua immortalis, nisi beatitudo? Deinde B. Aug. super illud Psal. 16. *Neumibi, quia incolatus meus prolongatus est. Ibi, inquit, omnes iusti & sancti fruuntur verbo Dei, sine lætione, sine literis: quod enim nobis est per paginas scriptum, per faciem Dei illi cernunt. & B. Prosper. de eadem beatitudine lib. 1. de vita contemplatiua capit. 1. & Cypri. li. de exhortatione ad martyres cap. vlt. & alibi sæpe, idem repetit.**

Quod verò ex Apocalyp. nobis obiici solet: *Vidi sub altari animas intersectorum, &c. B. Greg. explicat super illud Psal. 50. Auditui meo dabis gaudium & lætitiâ. Quid, inquit, est singulas stolas albas tribuere, nisi animabus eorum beatitudinis æternæ immortalitatè conferri? &c. Dicuntur autè animæ esse sub altari, id est sub Christo vt exponit Ansel. Nō quod Christus obumbret eas, ne Deū clare videât: sed quia in visione clara, inferiores sunt Christo. Secūsus locus qui difficultatem posset in gerere, sumitur ex parabola vineæ Matth. vbi dicitur: *Cum serò factum esset, uocauit pater familias procuratorem suum, & ait ei: uoca operarios, & redde eis mercedem. Porro**

(serò) significat ibi finem mundi, sed expe dita responsio est, nomine mercedis in illa parabola integrū animæ & corporis gloriosi præmiū denotari: quod ad finē vsq; mundi non datur, sed antea datur singulis animabus visio Dei clara tanquã stola quædã alba Apoc. 6. Tertio nobis obiicitur illud Hebræo: *Hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatã esse sanctorum uitam: ergo non est patefacta ad cælum via, sed ad hoc respondent Primasius, Theophyl. Anselmus, Oecumenius, & alij patres, lo qui Paulum de tempore legis veteris, in qua neq; iustis ad cælum via propalata erat, vsq; ad Christum: qui de sinu Abrahamæ & limbo, animas ad cælum ascendens, patefacta via, secū duxit. quod satis ostendit Aug. tract. 49. in Ioanē exponens illa verba Hebr. 11. *Et hi omnes testimonio fidei probati non receperunt promissionē, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut nō sine nobis consummaretur. vbi non dicit Apostolus, vt non sine nobis præmium beatitudinis consequeretur, sed vt non sine nobis consummarentur, videlicet gloria corporis & animæ simul, sed de hoc satis.**

Beatus dicitur filius Dei etiã ante mortis supplicium in terra. Psal. *Beatus quæ elegisti, & assumpsisti, id est Christus adhuc in carne mortali, vt exponunt Arnobius, & Hilarius, quia licet viator esset, quoad vires animæ inferiores, sed quantum ad portionem superiorem comprehensor erat, & diuinam essentiam clare videbat. In eodem sensu Glossa de filio Dei dictum putat illud Psal. *Beatus uir qui non abiit in consilium impiorum.* Item ibidem Remigius: *Christus, inquit, beatus dicitur, id est bene auctus, quia Ioan. 1. Non ad mensuram dedit Deus spiritum, Pater diligit filiū, & omnia dedit in manu eius. De eodem exponit Eusebius, vt habes in catena Græca super Psalmos. & bene quadrare putat Christo, quia in Hebræo legimus. *Beatitudines uiri, solus autem Christus beatitudines habuit, vt Deus, scilicet, & vt homo, quia solus est Deus & homo: cæteri autem vnanimè essentialè beatitudinem habent, sicut & naturam vnã. Solus etiã multas beatitudinis mansiones nobis promeruit, de rigore iustitiæ, ideo dicebat Ioan. 14. *Vado parare uobis locum.****

Beatus quo ad ius tantum dicitur quicunque homo, qui per baptismum, vel

Apoc. 6.
Hebr. 9.

Primasius.
Theophyl.
Anselmus.
Oecumen.

August.
Hebr. 11.

8
Psal. 64.

Arnobius.
Hilarius.

Glossa.
Psal. 1.

Remigius.
Ioan. 1.

Eusebius.

Ioan. 14.

Pfal. 31. aliud sacramentum, vel certè compun-
 ctione cordis, ex impio fit pius: antequã
 aliquid boni, vel mali post primam iusti-
 ficationem fecerit: quia gratia nihil aliud
 est quam ius ad gloriam, de huiusmodi
 specialiter intelligitur, illud Psal. *Beati*
quorum remissa sunt iniquitates, & quorum
tecta sunt peccata, quod Paulus exponit ad
 Rom. 4. *Sicut David, inquit, dicit beatitudi-*
nem hominis, cui Dominus accepto fert iusti-
tiam sine operibus: Beati quorum remissa
sunt iniquitates, &c. Hoc etiam modo,
 qui lugent vera compunctione cordis
 peccata sua beati dicuntur apud Matth.
Beati qui lugent. De quibus etiam expo-
 nunt Augustinus & Glossa, illud Psal.
Beatus qui intelligit super egenum & paupe-
rem. Et infra: *Dominus conseruet eum, & ui-*
uificet eum, & beatum faciat eum in terra.
 Vbi viuificet iustificando per gartiam ex-
 ponit Cassiodorus: quod contigit olim
 Zachæo, qui dixit: *Domine, ecce dimidium*
bonorum meorum do paupribus, & si quæ de
fraudaui, reddo quadruplum: cui Dominus:
Hodie, inquit, salus huic domui facta est. De
 huiusmodi legimus in Apocal. *Beati qui*
lauant stolas suas in sanguine agni, ut sit pote-
stas eorum in ligno uitæ, & per portas intræt
in ciuitatem. Vbi Beda. *Portas intelligit*
iustitiæ. de quibus Psal. *Aperite mihi*
portas iustitiæ. Ex quibus prima est iusti-
 ficatio per pœnitentiam. De his denique
 dicitur Apocal. 19. *Scribe, Beati qui ad cœ-*
nam agni uocati sunt, quod Beda hoc loco,
 & Gregor. homil. 2. 4. in Euangelia. Non
 de quacunq; intelligunt uocatione, sed
 de efficaci, vsque ad finem vitæ perseue-
 rante, idest, vsque ad cœnam, quæ fit in
 fine diei. Ad hanc uocati sunt Simon &
 Andreas, & Matthæus.

I O
 Beati quarto modo dicuntur, qui bea-
 tos, & Deum beatitudinis fontem in ali-
 quo supernaturali bono repræsentant. sic
 legimus apud Matthæum. *Beati miseri-*
cordes, quia nimirum Dei misericordiam
 imitantur. Item: *Beati pacifici, quoniam fi-*
lii Dei uocabuntur. Præterea: *Beati mundo*
corde, qui Dei munditiam repræsentant,
 qui mundissimus est, & speculum sine ma-
 cula. Sic etiam legimus Psal. *Beati immacu-*
lati in uia. & in Ecclesiast. *Beatus diuus qui*
inuentus est sine macula. & Salomon. *Qui*
miseretur pauperibus beatus erit. Item Act.
 20. *Beatius est magis dare quam accipere.*

Denique, quia Deus est summa sapiëntia,
 ideo sapientes beati dicuntur Prouerb. 3. *Prou. 3.*
Beatus uir qui inuenit sapientiam. & Eccli.
Beatus uir qui in sapientia morabitur. Item,
 quia Dei est facere iudiciũ & iustitiã qui in
 hoc ei assimilantur beatitudinis nomẽ ac-
 cipiunt. Psal. *Beati qui custodiunt iudiciũ,*
 & *faciunt iustitiam in omni tempore.* Cate-
 num singulariter beatitudinis titulo gau-
 det, quæ singulariter Deum imitatur, qui
 cũ sit munditiæ fons nõ tamen sterilis est
 sed filiũ generat sibi similem, sic & Maria
 uirgo callissima, uirgo permanens genuit
 filium Dei: ideo clamat: *Beatam me dicent*
omnes generationes, quia fecit mihi magna
qui potens est. Hinc & beatus uenter eius
 dicitur: *Beatus uenter qui te portauit,* qui si-
 militudinẽ habuit Dei patris, qui ab eter-
 no genuit filium suum.

I I
 Beati quasi in femine reputantur, qui
 femina vitæ beatæ recipiunt, qualia sunt
 audire legem Dei, meditari & custodire
 uerbum Dei, est & semen timor Dei, qui
 initium est sapientiæ & patientia. Itẽ fi-
 des, spes: de quibus omnibus per Hier.
 Dominus ait: *Ego te piantauit uineam electã*
omne semen uerum. & Paul. *Qui seminat in*
spiritu, de spiritu metet uitam æternã, in hoc
 ergo sensu de recipientibus semen uerbi
 Dei dicitur Psal. *Beati qui scrutantur testi-*
monia eius in toto corde exquirunt eum. &
 Prou. *Beatus uir qui audit me.* Itẽ Luc. 11.
Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt
illud. Sic in Apoc. *Beatus qui legit & audit*
uerba prophetiæ huius & seruat ea. & c. 2. 2.
Beatus qui custodit uerba prophetiæ huius.
 Item: *Dominus conuersus ad discipulos suos*
dixit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis
 & Ioan. 13. *Si hæc scitis beati si feceritis ea.*
 quãdo ergo legimus: *Semẽ est uerbũ:* intelli-
 ginus uerbũ Dei semen esse beatitudinis
 æternæ, quod facit nos beatos in semine.

I 2
 Beatum quoque reddunt in femine fi-
 des & spes Luc. 1. *Beata quæ credidisti.* &
Beati qui non uiderunt & crediderunt. Item
 Psal. *Beatus uir qui sperat in Domino.* Vbi
 Gloss. nõ in hominibus, nõ in se, sed in eo
 quem iam habet in spe. vnde Psal. *Beatus*
uir cuius est nomen Dñi spes eius: & non res-
pexit in uanitates, & in anias falsas. & Dñe
 Deus uirtutum, *beatus homo qui sperat in te*
 Itẽ Isa. ait. *Beati omnes qui expectant eum.*
 Ad hanc ergo initialem beatitudinem
 prouocabat Dominus Apostolõs di-

Prou. 3.
 Eccli. 14.
 Psal. 105.
 Psal. 127.
 Pro. 28.
 Eccli. 34.
 Eccli. 25.
 Apoc. 16.
 Luc. 12.
 Luc. 11.
 I I
 Hier. 2.
 Gal. 6.
 Psal. 118.
 Prou. 8.
 Luc. 11.
 Apoc. 4.
 Apoc. 22.
 Luc. 10.
 Ioan. 13.
 Luc. 8.
 Luc. 1.
 Ioan. 20.
 Gloss.
 Psal. 39.
 Psal. 83.
 Isa. 30.

Ioan. 14. cens: *Creditis in Deum, & in me credite.*
 De femine quoque beatitudinis, qui
 est timor Dei, Psal. *Beatus uir qui timet Do-*
minum. Vbi Lyr. quia nulla, inquit, eter-
 na sunt gaudia, nisi quæ fuerint Dei timo-
 re præparata. Sic Psal. *Beati omnes qui ti-*
ment Dominum, quod præcipuè intelligi-
tur de timore filiali. Item Prouerb. *Beatus*
homo qui semper est pauidus. & Eccles. *Timẽ*
tis Deum beat est anima. quod ideo dicit
 Spiritus sanctus, quia Ecclesiast. *Qui timet*
Deum faciet bona. & Apoc. 16. *Beatus qui*
uigilat. & Luc. *Beatus ille seruus quem*
cum uenerit Dominus inuenerit uigilantem.
 timor quippe Dei facit vigilare.

I 3
 Beatitude quoc; semen generosum
 est patientia. de qua: *Beati qui persecutio-*
nem patiuntur propter iustitiam. & *Beati eri-*
tis, cum maledixerint uobis homines, & perse-
quuti uos fuerint. Item. *Si quid patimini*
propter iustitiam beati. & certè patientia
 fructum parit immortalitatis, & beatitu-
 dinis, Luc. 8. *Et reserunt fructum in pacien-*
tia, &c.

I 4
 Beati secundum opinionem ueram sa-
 pientium quidam dicuntur in scriptura:
 sic legimus de his, qui in rebus spiritali-
 bus toto corde latantur Psal. *Beatus popu-*
lus, qui scit iubilationẽ. & de muliere forti.
Surrexerunt filii eius, & beatissimam prædi-
cauerunt. Item de spõsa Christi, quæ est,
 uel Ecclesia, uel uirgo Maria. *Viderunt eã*
filie Sion, & beatissimam predicauerunt,
 quod Rupert. de Maria Deipara meritõ
 exponit. Quis enim non laudet eam, quæ
 cum mater Dei saluaretur ab Angelo, di-
 xit: *Ecce ancilla Domini.* sed Glossa, & Gre-
 gor. & D. Thom. exponunt de Ecclesia
 Catholica, cuius uitas beatificatur: *Beata*
 quoc; dicitur terra, *cuius rex nobilis, & cui-*
us principes comedunt in tempore suo. Eccle-
 siast. 10. Item: *Beatus qui habitat cum mu-*
liere sensata: & qui lingua sua non est lapsus:
 & *qui non seruiuit indignis se:* & *beatus qui*
inuenit amicũ uerum. Ecclesiast. 25. Hęc
 omnia secundum opinionem sapientium
 foelicem in hac uita faciunt hominem, in
 gradu suo. sic & Regina Saba Salomo-
 ni dixit: *Beati uiri tui, & beati serui tui, qui*
stant coram te semper, & audiunt sapientiam
tuam. Præterea Dominus dixit: *Ecce dies*
uenient, in quibus dicent, beati uentres qui non
genuerunt. Dicent, uidelicet secundũ æsti-
 mationem rectam secundum quam Apo-

stolus ait de uirgine: *Beatior erit si sic per-*
manerit, secundum meum consiliũ.
 Beatus secundum opinionem vulgi,
 non uerè beatus, sed in apparentia dicitur
 Isa. 3. *Popule meus, qui te beatum di-*
cunt, ipsi te seducunt. Et Psal. *Non est*
ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor
in plateis eorum, beatum dixerunt populum
cui hæc sunt. Deniq; Malach. *Ergo nunc*
beatos dicimus arrogantes: siquidem adifica-
ti sunt facientes impietatem. Sed mendaciæ
 sunt hæc hominum: de quibus Psal. *Ego dixi*
in excessu meo, omnis homo mendax. quod
 satis modo compertum habet diues ille,
 qui induebatur purpura & bysso, & beatus
 frustra vocabatur.

I 6
 Beatum dicere, & beatificare uerbis,
 idem est, Iob. *Auris audiens beatificabat*
me: idest beatum dicebat. Sic Iacob. 5.
Beatificamus eos, qui sustinuerunt. Cate-
 rum beatificare, pro eo quod est re ipsa
 uerè beatum per participationem facere,
 solius Dei est. Si Ecclesiast. 47. *Beati-*
ficauit illum in gloria, idest Dominus
 Aaron fecit gloriosum, in hac uita, & in
 futura.

CAPVT XXV.

Behemoth, uel Behema.



BEHEMOTH vox
 Hebræa numeri pluralis
 significat bestias, & ta-
 men secundum phrasim
 Hebraicam facit sensum
 numeri singularis cum energia, signifi-
 cat enim maximam bestiarum, quæ cor-
 poris mole, quasi multas contineat. Sed
 Iob 40. ubi legimus: *Ecce Behemoth,*
quem feci tecum, non significat irrationale
 iumentum, quia quauis quidam expo-
 nant hoc loco iumenta significari cum
 homine facta, quia sexto die creata sunt:
 in quo & homo ex eadem humo forma-
 tus est. Nihilominus tamen non po-
 test dici de iumentis, quod sequitur: *pse*
est initium uirum Dei, hoc enim non com-
 petit nisi angelo, qui non sexto die ut iu-
 menta, sed primo die creatus est. Vnde
 Glossa ordinaria. Hunc, inquit, pri-
 mum Deus condidit, quem eminenti-
 orem reliquis Angelis fecit, eodem
 modo exponunt Gregor. & Beda, quod

ergo dicit quem feci tecum, ad naturam intellectualem similitudinem referendum est. Ita ut verum habeat intellectum. Nam quod Lyranus Elephantem dicit proximum esse intellectuali propter subtilem aestimatiuam, & allegat Aristotelem, nihil curandum est: quia non est intellectus naturalis naturae, & quasi infinite distat: quod verò daemon fenum sub nomine Behemoth comedere dicitur, metaphoricum est: sicut quando dicitur serpenti: Terram comedes. quod explicatur à Petro. Aduersarius uester diabolus, tanquam leo rugiens circumit quem deuoret. Deuorat autem eos, de quibus dicit Isaias. Omnis caro fenum, quales Iudaei, quibus Dominus dixit: In peccato uestro moriemini.

CAPVT XXVI.

בעל Bel, Baal, Baalim, Beelzebub, Baalberith, Beelsephom, Beelphegor.

BEL & Baal in singulari, & Baalim in plurali nomina sunt idolorum, aut eiusdem, vel omnis idoli, ut aliqui volunt. Nam Theodor. super Hierem. 32. in illum locum, ubi ait: Et edificauerunt excelsam Baal, quae sunt in ualle filii Emon. Baal, inquit, nomen est idolorum generale, quia significat Dominum in genere, à בעל quod est dominari. Ceterum Iosephus lib. 9. antiquit. ca. 6. ait. Hic itaque Baal Tyriorum fuit Deus: idem confirmat Hieronymus super Hierem. 33. In nomine, inquit Baal, quod proprie Sydoniorum est idolum, siue Babyloniorum, & vicino nomine appellatur Bel. Praeterea Hieronymus super illud Osee. c. 2. Et erit in die illa, ait Dominus uocabit me uir meus. Primum dicit: Omnia Asiae regnasse Ninum Beli filium, omnes Graeciae & Barbariae narrat historiae: qui apud Assyrios sui nominis Ninuem condidit ciuitatem. Huius uxor Semiramis muros Babylonis extruxit, &c. Hic aduersus Zoarastrem Regem Baetrianorum forti certamine dimicauit: & in tantam peruenit gloriam: ut patrem suum Belum referret in Deum: qui Hebraice dicitur Bel. Et infra. Huc Sydonij & Phaznices appellant Baal: eadem enim inter ב & ש literas consonantes פ vocalis litera ponitur: quae iuxta

illius linguae proprietate nunc Beel, nunc Baal legitur. Haec Hieronymus, qui ut confirmet Bel Assyriorum à Belo eorum rege dictum, & adoratum ut Deum ad Sydonios genere cognationis transisse: adducit uersum Virgilij 1. Aeneid.

At regina granem gemmis auroque poposcit, impleuitque; mero patram, qua Belus et olim, A Belo soliti, etc.

Super quem locum Seruius dicit: Belum patrem Didonis reginae Assyriorum fuisse. unde religio idoli Bel & Baal duxit originem apud Sydonios. Ceterum illud obiter notandum est, cum idolatria adorationis Belii Assyrios innumera imbibisse flagitia: de quibus omnibus, mirabile dictu, predicante Iona poenitentiam egerunt, quod Dominus commemorauit Matth. 12. & tamen Christiani multi uentri suo seruietes, ad predicationem Christi & eius ministrorum non respiciunt.

Baalim saepe legitur in plurali apud Prophetas ad varia eiusdem idoli similitudina significanda: quae Iudaei à Sydoniis, ut dicebamus acceperunt: sicut Sydonij ab Assyriis. de quo lege Hieronymus super illud Osee. 8. Proiectus est uittulus: imo cum Assyrij & Babylonij loge lateque in tota Asia dominarentur: plurimae nationes ab illis hoc idolum mutuatae sunt: ita tamen ut pro uarietate locorum (quae regula obseruanda est) varia eidem idolo cognomina dederint. Sicut apud nos, ut tamen cum reuerentia dictum sit, uirgo Maria, vel Lauretana, vel Montis Serrati, vel de Rupe Gallica, vel Abanne lupi: secundum locorum uarietatem cognomen accepit. Sic apud gentes olim idem idolum Baal, siue Beel diuersimode cognominatur u. g. Beelsephom, idest Bel Aquilonis, de quo Exod. 14. Contra Beelsephom. & Num. 33. Quae respicit Beelsephom. De quo lege Orig. homil. 7. super Numer. Item Beelphegor dicitur Bel, qui colebatur in monte Phegor. de quo in Num. Et initiatum est Israel Beelphegor. Item Psalm. Et initiatum sunt Beelphegor. Et Osee. Ipsi uero intrauerunt ad Beelphegor. Sicut autem appellabatur à Moabitibus in Arabia detectis uirilibus ad prouocandam libidinem, & lasciuiam. Unde Hieronymus super Osee. 9. Possumus, inquit, Beelphegor Priapum appellare. Haec ille. Quia Priapus Deus erat hortorum, magnis detectis uirilibus ad instar ferè asini: cui & asinum

Virgil.

Seruius.

Matth. 12.

2

Hierony.

Regula.

Exod. 14. Num. 33. Origenes.

Num. 25.

Psalm. 105.

Osee. 9.

Hierony.

Lyra.

Genes. 3.

1. Petr. 5.

Isa. 40.

Ioan. 8.

I

Theodoret.

Iosephus.

Hierony.

Hier. 33.

Osee. 2.

CAPVT XXVII.

Belial.

BELIAL, ut inquit Hieronymus super illud Isai. Indie illa uisitabit Dominus inus super Leuiathan. Satan, hoc est diabolus appellatur Belial, idest apostata, prauaricator, & absque iugo. & infra. ubi cum septuaginta filios pestilentiae ponunt, in Hebraico habetur filij Belial, & quod Psalm. canitur de Salvatore: Et filius iniquitatis non apponet nocere ei, in Hebraeo dicitur filius Belial. Haec ille. Deducitur autem hoc nomen à בלל Belial, quod interpretatur sine, & יגל hal, iugum, idest sine iugo. Secundum quam aethy mologiam, scripturae loca declarantur. Iud. 19. Veniunt uiri ciuitatis illius, filij Belial. Vbi adiecit noster interpres, idest absque iugo, & septuaginta filij παρανομων, filij prauaricatorum. Item 1. Reg. Filij Heli filij Belial, nescientes Dominum. ubi septuaginta uidi λοιμων filij pestilentes. & 2. Regum 26. Egredere uir sanguinum, uir Belial septuaginta παρανομων, idest transgressor. Item 3. Reg. Adducis duobus uiris filiis diaboli, Hebraice filiis Belial. Praeterea, ubi legimus in Prouerb. Homo apostata uir inutilis, Hebraice habemus homo Belial. Ex quo intelliges quod dixit Apostolus: Quae conuentio lucis ad tenebras, aut Christi ad belial, idest ad diabolum, uel ad transgressorem, & apostatam, idest, quae conuentio inter illum, qui tulit iugum semper obedientiae factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, cum illo qui mox ut fuit in gratia creatus, obedientiae iugum excussit: unde suis Dominus scitatoribus dicit: Tollite iugum meum super uos, idest, quod ego portauit ad mortem usque. Denique blasphemus & impij per antonomasiam uocantur filij Belial, Nah. 1. idest, o Iudaea, non transibit ultra per te Senacherib rex blasphemus. ut exponit Hieronymus & Lyranus. Mystice uero dicitur animabus iustis eorum, qui in Domino moriuntur: A modo iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Ne transeat per eas Belial, qui usque adeo audax est, ut vt Christus in deserto tentare ausus sit.

Hierony.

Isa. 27.

Psalm. 88.

Iud. 19.

1. Reg. 2.

2. Reg. 16.

3. Reg. 21.

Prou. 6.

2. Corint. 6.

Matth. 11.

Nah. 1.

Hierony. Lyra.

Apoc. 14.

Matth. 4.

Ioan. 12.

3

4. Reg. 1.

Varablus.

Eusebius.

Hierony. Isai. 46.

Psalm. 77.

Luc. 11.

Matth. 10.

Luc. 8.

4 Iud. 9.

immolabant: sic lasciuiam excitabat. Vbi notandum quanta carnalibus hominibus libido dominetur, qui diuinos honores impudicitiae suae consecrarent: ut corpus suum & animam perderent. Iuxta illud Ioan. Qui amat animam suam perdet eam, idest, qui turpes amat voluptates, perdet eam in aeternum.

Beelzebub idem idolum dicebatur muscarum, propter muscas, quae ad eius sacrificia plurimae conueniebant. De quo 4. Reg. Consulite Beelzebub Deum Accaron. Est autem Accaron ciuitas Palaesthinorum, ubi colebatur Beelzebub deus muscarum. Dicit autem Varablus super 4. Regum 1. doctiores Rabbini dicere, sic appellatum, quia cum ciuitas Accaron plurimis infestaretur muscis, inuocatione huius idoli Beel, quod colebant, demonum opera muscae fuerant extinctae. Ideo Beelzebub deinceps appellatum esse. Dicebatur autem maximus deorum, quia sic Assyrij suum Belum uocabant, existimant autem quidam Belum fuisse Saturnum, ut docet Eusebius lib. 9. de preparatione Euangelica capit. 4. & Hieronymus in Isai. 46. super illud: Confractus est Bel. Quem Graeci inquit Belum, idest Saturnum uocant, cuius tanta fuit apud ueteres religio, ut ei non solum humanas hostias captiuorum ignobiliumque mortalium, sed & suos liberos immolarent. Haec Hieronymus de quo Psalm. Et immolauerunt filios suos, et filias suas demonijs. Unde postea Iudaei Beelzebub principem demoniorum uocabant Luc. 11. In Beelzebub principe demoniorum eiicit demones. Ideoque filium Dei, quod super omnes Prophetas priores miracula faceret, Beelzebub appellabant apud Matth. Si patrem familias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticus eius? Ideo praedicatores uerbi Dei ad opprobria perferenda patientes esse oportet: quia terra bona non nisi in patientia fructum refert Luc. 8.

Baalberith, de quo mentio fit Iudic. 9. idolum fuit Sichimorum, & interpretatur Baal foederis, siue pacti, quia ibi forte foedera sua iurabant.

(. .)

CAPVT XXVIII.

Bellum, Bellare, Prælium, Præliari, Miles, Militare.

מלחמה
במלחמה
במלחמה

BELLVM Hebraicè dicitur Milchamah, Leu it. 20. si exieris ad bellum.

Est autem bellum pugnantium, & pro pugnantium conflictus, solet autem pro tempore quo hostilis durat discordia capi. Prælium vero pro ipsa congressione. Vnde Liuius asserit Romanum populum nullo bello, multis autem præliis fuisse superatum. Sunt qui putent bellum per antiphrasim dictum, quasi minime bellum, sicut Prisciano placet. Alij vero bellum appellant, quia non nisi belli, idest boni causa suscipiendum est: tunc enim tantum licite geritur, quando bella de causa ab habente auctoritatem, quales solent esse reges, & qui rempublicam summa potestate gubernant, ordine debito indicitur. Nec solum tempore legis veteris, sed in lege gratiæ modo prædicto fas est bellum gerere. Sic enim in lege naturæ bellum gessit Abraham contra quatuor reges. Item legimus in Exod. Bellum Dierit contra Amalech. Et in Deuterio. Si exieris ad bellum contra hostes tuos, &c. non timebis, quia Dominus Deus tuus tecum, &c. Appropinquante autem iam prælio, stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum: Audi Israël: Vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, nolite metuere, &c. quia Dominus Deus uester in medio uestri est, &c. Sic Moyses prælia gessit contra Amorrhæos, & alias nationes iussu Dei, & Iesus Naue, & Gedeon, & Iephte, & Dauid, & Machabæi non minus vitæ sanctimonia, quam armis illustris. De quibus Paulus Hebr. 11. Sancti per fidem uicerunt regna: operati sunt iustitiam &c. Vnde August. libr. 2. contra Faustum. Nec bella, inquit, per Moysen gesta miretur, aut horreat Faustus, quia & ille diuina sequutus imperia, non læuiens, sed obediens fuit, & ibidem ca. 77. quasi præuidens Aug. heresim Oecolapadij, & Cornelij Agrippæ atq; Erasini, qui bellum saltè in lege gratiæ prohibitum esse stulte putarunt, subdit etiã in noua lege fas esse cum debitis circumstantiis prælia-

Gen. 14.
Exod. 17.
Deut. 20.

Hebr. 11.
August.

Luc. 22.

ri, testimonio Christi, in Luc. ubi ait: Qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui habet tunicam, uadat & cingat gladium. Et cum dixissent discipuli Domine: Ecce duo gladij hic: ille respondit: Sufficit. Itè Ioannes Baptista, rogantibus uiris militaribus, quid ad salutem consequendam facto opus esset, non prohibuit militiam, sed contenti, inquit, estote stipendiis uestris. Luc. 3. Præterea Centurio qui Domino dixit: habere se sub semilibres, tantum abest, ut fuerit à militia deterritus, ut è conuerso Dominus mirabilem fidem eius Israël fidei prætulit. Legendus est etiam Augustinus epist. 50. ad Bonifacium, & epist. 48. ad Vincentium. & Leo Papa epist. 80. ad Coensem Episcopum. & epist. 93. ad Turbium Episcopum. Et Gregor. Papa epist. 72. ad Genadium. ubi iubet, ut hereticos armis persequatur. Idem definitur 33. quæst. 4. Can. Quando. & Can. Qui peccat.

Cæterum scripturas quoque quas circa præsentem articulum hæretici nouatores adulterant, explicemus necesse est. Obiiciunt enim de tempore Messiae prædictum esse apud Isaiam. Non leuabit gens contra gentem gladium, neque exercebuntur ultra ad prælium. & Mich. Non sumet gens contra gentem gladium, & non discet ultra belligerari. Item Psalm. Videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella usque ad finem terræ. & Zacha. Dissipabitur arcus belli. sic Osee 2. Arcum, & gladium, & bellum conteram de terra. & Psalm. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna. Denique Saluator sectatoribus suis dixit: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis.

Ad hæc testimonia legitimè intelligenda variè sunt patrum expositiones, quas breuiter præstringam. Prima expositio est Iustini martyris in 2. Apologetico pro Christianis significatum esse à Prophetis, & ab Euangelio, fidem Christianam non esse armis & præliis uolenter introducendam, sed pacifice effusione potius sanguinis proprii, quam alieni: sicut Dominus dixit Apostolis apud Mattheum: Ecce ego mitto uos, sicut oves in medio luporum. Sed hæc expositio ad quædam ex locis scripture supra allegatis accommodari potest, non ad omnia.

Luc. 3.
Matth. 8.
Aug.
Leo Papa.
Gregor.
33. quæst. cap. Quando. ca. Qui peccat.

Isa. 2.
Mich. 4.
Psalm. 45.
Zach. 9.
Ose. 2.
Psalm. 71.
Ioan. 14.

3
Iustinus,
Matth. 10.

4

Euseb.
Chrysof.
Orig.
Theodor.
Lyran.
Nah. 1.
Theodoret.
Psalm. 71.
Euthymius.

Matth. 5.
Psalm. 67.
Glossa.]

5

Secunda generalior expositio est Hieronymi. plerique ex testimoniis citatis intelligi de pace, quæ toto terrarum orbe fuit sub Augusto Casare, circa Dominationem. Sic etiam explicat Eusebius libr. 1. de præparatione Euangelica capit. 1. & de demonstratione libro 9. capit. 17. & Chrysof. homil. 20. super Matth. 6. Orig. contra Celsum libr. 2. Theodoretus super Mich. 4. loco citato. Quod si post aliquot annos bella rursus insurrexerunt, cum Prophetæ prædixerint non ultra bellum nasciturum, figura est hyperbole, ut notat Lyranus super Isa. 2. sicut Nahum 1. Senacherib exercitu ab Angelo deleto, dictum est ciuitati Hierusalem. Non adiciet ultra, ut transeat per te Belial, & tamè post aliquot annos Nabuchodonosor ciuitatem cepit. Vel intelligendum quidem est eo modo, quo Theodoretus exponit illud Psalm. 71. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna. Non quod omnia bella sint auferenda, sed quod etiã notat Euthymius super eundem Psalmum apud Christianos, qui iuxta legem Euangelicam uiuent ex variis gentibus ad fidem conuersi, tantum erit pacis & iustitiæ Christianæ studium, ut nunquam bellum moueant sicut olim gentiles ad iustitiam, vel iniustitiam per fas & nefas dominandum, vel rapiendum, vel iniuriam uiscendam, sed necessitate cogente, ad melius pacem stabilendam. Cumque omnis actio nomen & specie n, secundum Philosophos, accipiat à fine: consequens est, ut huiusmodi bella, neque sint bella, neque uocari debeant hoc nomine, sed potius remedia pacis conciliandæ. Iuxta illud Matthæi. Beati pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur. ubi Græcè legimus: Beati pacificatores, quales illi planè sunt, qui non studio bellandi, sed firmandi pacis cum debitis circumstantiis bella gerunt. Contrarij uero sunt Euangelicæ pacis illi: de quibus Prophetæ clamat: Dissipantes quæ bella uolunt. Vbi Glossa. Qui non correctioni, sed contentioni student.

Bellum in sacris literis, siue prælium dicitur graue, seu aggrauatum. Item durum, potens, magnum, forte, nouum, longum, siue longi concertatio. Præterea bellum Dei, prælium Dei, unde variæ phrasæ oriuntur, quas iam explicare nos oportet.

Et primum incipiamus à bello Dei, quod quidem sic appellatur in scriptura, quando sola religionis causa præcipue suscipitur, vel etiam quod maximum est: sicut dicuntur montes Dei, & cædi Dei, ad magnitudinis, vel altitudinis exaggerationem, & utroque modo dicitur aliquando. sicut Exod. 17. Manus solius Domini, & bellum Domini erit contra Amalech, à generatione in generationem. Ecce duas causas adhibuit, quia pro religione Domini, & quia diuturnum erat futurum. In eodem sensu Saul dixit ad Dauid: Tantum modo esto uir fortis, & præliare bella Domini, idest causa religionis, vel prælia magna. Abigail Dauidi quoque dixit: Quia prælia Domini Domine mi tu præliaris, quasi diceret, ne maculaueris gladium tuum sanguine innoxio, qui bella soles religionis tantum causa suscipere. Sic & sancti Ecclesiæ Doctores bella Domini præliantur, quando iaculis scripturarum hæreticos transuerberant: ideo uocantur Matth. 5. Ciuitas supra montem posita, quæ ideo non potest abscondi, quia Domini bella contra religionis hostes suscipere debet. De his prædicatores legimus: Lectulum Salomonis sexaginta fores ambiunt, ex fortissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Tenent quippe in manibus, idest in opere gladium uerbi Dei, sicut exponunt Gregor. Glossa, D. Thom. Richardus, Vatablus, & alij multi, unde competit illis. Qui autem fecerit, & docuerit hic magnas uocabitur in regno celorum. Hi ambiunt lectulum Salomonis Christi, idest Ecclesiam. Quam ab impugnantibus defendunt.

Bellum graue vel ingrauari dicitur, quando recentes milites in auxilium eorum, qui defatigati sunt frequenter succedunt, & omnes contra hostem conglomerati feruntur. Sic legimus Iudic. 20. Ingrauatum est bellum contra filios Benjamin, & non intellexerunt, quod ex omni parte illis intraret interitus. Sic in hora mortis bellum malignorum spirituum contra iam egredientem animam ingrauat. Virum iniustum mala capient in interitu. Propterea Dominus dicit: Beatus ille seruus quem cum uenerit Dominus inuenit uigilantem. Et Vigilate, quia nescitis diem neque horam.

Exod. 17.
1. Reg. 18.
1. Reg. 25.
Matth. 5.
Cant. 3.
Gregor.
Glossa.
D. Thom.
Richard.
Vatablus.
Matth. 5.

6
Iud. 20.
Psalm. 139.
Luc. 12.
Matth. 25.

7 Bellum potens dicitur, quod tota virtute & vniuersis geritur copiis. sic 1. Regum 14. *Er at autem bellu potens aduersus Philisth eos omnibus diebus Saul.* Ita, & in die finalis iudicij bellum potens erit iudicis Christi contra mundum & sectatores eius, quia modo vnam, aut alteram phalangem, vel famis, vel pestis, vel tempestatum, aut similibus calamitatum contra sceleratos mittit tunc autē. *Pugnabit cū illo orbis terrarū cōtra insensatos: Et erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, & in terris pressura, &c. Et uirtute scelerum movebuntur.*

8 Bellum durum appellatur, quod pertinaciter geritur, ita vt neutra pars vel minimum alteri cedat. Sic legimus 2. Regum duodecim milites ex parte Abner, & totidem ex contraria parte Ioab ducis Dauid manus conseruissent inter vtranque aciē singuli singulos æmulos fixis in pectore aduersarij sui gladiis ceciderunt: ita vt neque vnus euaserit & subdit scriptura: *Et ortum est bellum satis durum in die illa.* Tale est bellum eorum, qui perpetuam pro Christo seruantes virginitatem ad mortem vsque anima eorum cū carne confligit, neque cessat, vsque dum caro ex vna parte & anima ex alia dissoluitur in morte corporis. Nam virginitas quidem sancta diurnū quoddam martyrium est, & durum utiq; bellum, propterea Dominus ait: *Qui potest capere capiat.*

9 Bellum forte dicitur, quod nequit superari. *Isa. 42. Et effudit super eū indignationē furoris sui: & forte bellū:* quod Hieronymus contra Iudæos dictū exponit, quibus Romanorum misit exercitū sub Tito & Vespasiano: vnde subdit Propheta: *Et cōbustit eū in circuitu, & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit.* Ideo quando fleuit Dominus super ciuitatem dixit: *Quoniam si cognouisses & tu.* Quia radix totius ruinæ Hierusalem fuit ingratitude, & ingratitude. Ideo *Isaia* clamabat: *Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepem Domini sui, Israël autem me non cognouit.*

10 Bellum plure super aliquem, est abundanter impugnare sine intermissione. *Iob 20. Pluat super illum bellum suum.* Vbi Gregor. lib. 15. Moral. Bellum, inquit, Deo plure est, iniqui vitam districtis sententijs desuper ad interitum vrge-

re. & Lyranus: Est, inquit, emittere super impium pœnas in abundantia, sicut de cælo cadit pluuia, &c. Sic pluit bellum Dominus sanguinolentum super Hierusalem. de qua dixit: *Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, &c.* quia ipsi dixerunt: *Sanguis eius super nos.*

Bella noua vocantur insolitā præter humanam cōsuetudinem. Vnde *Iud. 5. cū Debora prostrasset hostes populi Dei,* in cantico cecinit. *Noua bella legit Dominus, & portas hostium ipse subuertit* Tale fuit etiam bellum *Iudith.* contra *Holophernem,* & *Esther* reginæ contra *Amā,* & *Mariæ* matris *Dei* contra serpentem, qui seduxerat *Euam:* cuius caput virgo contriuit: quando *Gabrieli* respondit. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum.* Deniq; tale fuit bellum innocentium infantium, qui se tanquam murum occidentibus opponebant pro filio Dei.

In prælio stare in die Domini est orare mundo corde, ne contra peccatores sequiat ira Dei. in *Ezechie.* ait. *Neque opus iustis murum pro domo Israël, ut staretis in prælio in die Domini.* Ita exponit Hieronymus. *Falsi,* inquit, *Prophetæ non possunt stare in die Domini, vt pro populo precibus dimicent, &c.* Hæc ille. Stetit autem *Moyses* & auertit iram Dei à populo: sic stetit, vt nobis daret exemplum filius Dei. de quo *Luc.* ait. *Et erat pernoctans in oratione Dei.*

Bellum scientes dicuntur experti, & exercitati in re militari *Baruc 3. Vbi fuerunt gigantes nominati, illi qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum.* De quo latius in verbo *Gigantes* lib. 7.

¶ Qui docet manus meas ad prælium, vide lib. 4. in verbo *Docere.*

¶ Conuertit in die belli est terga hostibus uertere *Psal. 77. Fili Ephræ, &c. conuersi sunt in die belli, quādo decem tribus captæ sunt ab Assyriis.*

Obumbrare super caput alicuius in die belli est illū protegere *Psal. Obumbrasti super caput meum in die belli.* Quod ideo dicit, quia nisi Deus in bello specialiter iuuet, nulla fortitudo potest obtinere victoriam. iuxta illud *Eccles. Nec fortis est bellum.* Vnde vt ostendatur Deus gratuito quodam dono victoriā quibus ille vo-

Lyran.
Matth. 23.
Matth. 27.
I I
Iud. 5.
Luc. 1.
Matth. 2.
I 2
Ezech. 13.
Hierony.
Exod. 32.
Luc. 6.
I 3
Baru. 3.
I 4
Psal. 17.
Eccles. 9.

luerit in bello concedere, per Prophetas aliquando prædixit victorias, quas gentibus etiā regibus dedit: sicut de *Cyro* per *Isai.* prænuntiauit. *Vt subiciam, inquit ante faciem eius gentes.* Item de magno *Alexandro* *Daniel* sub visione arietis & hyrci prædixit victoriam eius contra *Darium.* Sic & *Machabæis* victorias dedit insignes, vnde & Angeli iuuantes eos in bello visi sunt. Ideo pro regibus Christianis prælia gerentibus orationes in Ecclesia fiunt.

15 Bellum contra hostes sanctificare, est quasi diuina quadam ceremonia bellum contra hostes indicere, cum fiducia auxiliij obtinendi cælestis. *Hiere. 6. Sanctificate super eam bellum.* Vbi Hieronymus parate, inquit contra eam, id est contra *Hierusalem* bellū à *Chaldeis:* Domini enim imperium est. Et *Ioel.* *Clamate hæc in gentibus, sanctificate bellum* Vbi *Lyranus,* id est, firmate, quia in vna significatione sanctum dicitur firmum, id est sanctum. Itē *Michæas* de pseudopropheta dicit. *Et si quis nō dederit in ore eorum quippiam: sanctificant contra eam bellum.* Vbi *Glossa* interlinealis, autoritate, inquit, prophetali minantur. Est autem in his locis vt ante nos *Lyranus* ad notauit verbum *Hebraicum æquiuocum,* quod parare & sanctificare significat: vertit autem vulgata potius sanctificare, alludens ad morem indicendi bellum tam apud *Hebræos,* quam etiam apud *Romanos* consuetum. Et de more quidem *Hebræorum* tetigimus num. 1. morem autem *Romanum* *Varro* hunc esse refert. Mittebant quatuor oratores (quos *foeciales* vocant) qui sanctè Romanum ius conseruari debere prænantiantes, si audire hostes nolent, contra contumaces bellū indicebant, quod quia religionis specie gerebatur, iustum & sanctum bellum fore dicebant de quo *Cicero.* 7. in verrem *Habemus* inquit hominem in *foecialium* manibus educatum, vnum præter cæteros in publicis religionibus *foederum* sanctum, ac diligentem. Hinc ergo nata est phrasis sanctificandi bellum, ceterum hodie (proh dolor) inter hæreticos præsertim, & iniquos sine religionis specie, seditiones & bella grassantur, de quibus Dominus prædixit. *Cum audieritis prælia & seditiones, &c.*

Bellator & præliator fortis est Deus,

Isai. 45.
Daniel. 8.
2. Mach. 10.
I 5
Hiere.
Hierony.
Ioel. 3.
Lyra.
Mich. 3.
Glossa.
Lyra.
Varro.
Cicero.
Luc. 21.
I 6

Hiere. 20. Dominus mecum est quasi bellator fortis, id est in auxilium meum. Item contra hostes *Isai.* *Dominus sicut uir fortis egredietur, & sicut uir præliator suscitabit zelum, uociferabitur & clamabit: contra inimicos suos confortabitur.* Quod *Hieronymus* de primo Christi aduentu exponit, maxime quando non credentibus *Iudeis* impleuit quod dixerat *Luc. 19. Circumdabunt te inimici tui uallo,* id est *Romani* sub *Tito.* Et rursus. *Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.* De tempore uerò iudicio finali proximo dicit *Zach. 14. Et egredietur Dominus & præliabitur contra gentes illas sicut in die certaminis.* Vbi non est intelligendum, vt *Hierony.* notat, visibili Deū specie præliaturum, sed inuisibili potentia, sicut quando dicitur *Abac. 3. Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo.* Cum ergo talis præliator sit pro Ecclesia decertans, quid impossibile putant hæretici quod de Ecclesia *chatolica* scriptum est. *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam* Ideo etiam dixit. *Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri.* Quia ipse præsens adest. Item, *Nolite timere pusillus grex.*

Bellum & certamen dicitur uita præsens, tot tentationibus pulsata, & tot calamitatibus obnoxia. Sic *Iob* Dominus dixit. *Memento belli, & ne adicias loqui,* id est memento ex hac tribulatione quam sit terribilis hostis ille malignus, cum quo decertas, & ne addas uerba quibus ab eo capiaris. Ita exponunt *Greg. Beda* & *Lyranus,* & certe bellum est uita mortalis, in qua & filium Dei hostis antiquus inuasit. Sic *Iob.* *Militia,* inquit, *est uita hominis super terram.* Et *Paulus* ad *Timotheum.* *Non coronabitur, inquit, nisi qui legitime certauerit.* Et rursus *Paulus.* *Bonum,* inquit, *certamen certauit.* Vbi notat *D. Thomas* tria concurrere debere, vt certamen uitæ præsentis bonum fuisse dicatur, primo si bona de causa certetur, vt puta pro iustitia *Iud. 11. Necessè habui scribere uobis, deprecans super certari semel traditæ sanctis fidei.* Et *Ecclesiasticus.* *Pro iusticia agonizare pro anima tua, & usq; ad mortē certa pro iustitia.* Secundo vt modus certandi sit legitimus vnde *Apostolus.* *Sic pugno non quasi aerem uerberans, sed castigo corpus meum, &c.* Tertio bonum, id est magnum & difficile dici

Hier. 20.
Isai. 42.
Hierony.
Luc. 19.
Matth. 23.
Zach. 14.
Hierony.
Aba. 3.
Matth. 16.
Luc. 12.
I 7
Iob. 40.
Grego.
Beda.
Lyra.
Matth. 4.
Iob. 7.
2. Tim. 2.
2. Tim. 4.
D. Thom.
Iud. 11.
Eccli. 4.
1. Cor. 9.

1. Cor. 10.

Ioan. 16.

Matth. 10.

Luc. 11.

tur Sap. 10. Et certamen forte dedit illi, ut uinceret. Vbi nota nunquam dare nobis Deū forte certamen, ut vincamur, sed ut vincamus, iuxta illud. *Fidelis Deus, qui non permittet uos tentari, supra id quod potestis.* Vnde Apostolis ait. *confidite, quia ego uici mundum.* Quasi dicat quauis audiatis. *Ecce ego mitto uos sicut oves in medio luporū & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & absque synagogis facient uos.* Sed confidite quia ego uici mundum ut vos mundi faciā triūphatores. Ideo Paulus ad Timotheum. *Certa, inquit, bonum certamen fidei.*

Militia, & Militare, quanuis eundem fere sensum habeant, quem bellum & praeliū, sed specialiter de his agemus lib. 1. 1. in verbo Militia.

CAPVT XXIX.

Benadad.



Enadad fuit rex syrię aduersarius Israel, inter pretaturque filius sonitus de quo fit mentio 3. Reg. 15. vbi rex Asa foedus fecit cum Benadad rege Syrię contra regem Israel Baasa, de eodem fit mentio 3. Reg. vbi cum triginta duobus regibus & innumera multitudine, venit contra Achab regem Israel, à quo uictus est incipientibus praeliari contra eum pueris pedisequis principū. Sic mystice in lege gratiæ pueri innocentes praeliari contra diabolū cœpere suo cruore apud Matth. 2. & uictoriam reportauere de hoste superbo. Denique 4. Reg. prædicente Heliseo mortuus esse refertur. Vbi difficultas est, quia cum rogaretur Heliseus ab Hazael an Dominus eius sanari deberet, respondit Heliseus, dic ei sanaberis. Porro ostēdit mihi Dominus, quod morte morietur in quo mētutus esse uidetur Propheta, Ad quod respondet Vatablus quosdam Hebręos legere negatiue, non sanaberis. Et ita tenet Lyranus quia particula lo apud He-

3. Reg. 20.

Matth. 2.

4. Reg. 8.

Questio.

Vatablus.

Lyranus.

braos si scribatur per Lamed & Vau significat ei: si uero scribatur per S & N significat non, ita autem olim legebatur non uiues, Sed si hoc admittamus, uulgata non transtulit uerum, quare potius diceadum cum Vatablo, non imperatiue, sed permissiue dixisse, dic ei uiues, vel sanaberis, si tibi placet. Sed ostendit mihi Dominus quod morte morietur. Permissiue id facere proposuerat: ne gratiam domini sui perderet: quia tantum uiuere desiderabat, ut miserit Heliseo, ut pro uita eius oraret, munera quadraginta camelorum, cum omnibus bonis Damasci. Sic multi non audent diuitibus agrotantibus dicere mortem eis adesse uicinam, ut se disponant, ideo sæpe sine preparatione moriuntur, sicut diues ille purpuratus qui mortuus est, & sepultus in inferno, ideo Dominus dicit. *beatus ille seruus quē cum uenerit Dominus, inuenit uigilantē.* Et rursus. *Vigilate, quia nescitis diē neque horā.*

Vatablus.

Luc. 16. Luc. 12. Matth. 25.

CAPVT XXX.

Benedicere, Maledicere, Benefacere.



Benedictio Hebraice dicitur Baracha quæ uox etiam genus flexionem significat.

Est autē benedicere bonū alicui imprecari, differt autē inter benedicere hominis & Dei. Quod hominibus benedicit optādo, uel laudādo, Deo autē benefaciendo, & multiplicando. Vt notat Augustus, super illud Psalm. 66. *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis.* Cum benedicit nos, inquit, Deo crescimus, &c. Hinc cum die quinto creasset Deus omnia aquatilia, subdit textus. *Uidit Deus quod esset bonum, benedixitque eis dicens, crescite & multiplicamini.* Neque enim Deus uerba protulit materialia, quæ aerē istum uerberarent, sed benedicere Dei fuit uirtutem creaturæ conferre, ut non solum esset, uerum etiam indies magis multiplicaretur & cresceret. Vnde Hebraice Barach & bene optare significat, & benefacere. Sic cum creasset hominem

ברכה I

Psalm. 66. August. Gen. 1.

marem & foeminam dixit Benedicens eis. *Crescite & multiplicamini, & replete terram.* Vbi pro crescite, uox Hebræa significat fructificate, est enim humana proles quasi fructus Psalm. *De fructu uentris tui ponam super sedē tuam.* Et Elizabeth uirgini Deiparę dixit. *Benedictus fructus uentris tui.* Vnde tales educare filios parētes deberent, ut fructus eorum in æternis cęli tabernaculis presentari Deo possent.

Psalm. 88.

Luc. 1.

2

August. Psalm. 66. Psalm. 27.

Glossa. Hiero.

Hilarius. Geneb. Hiero.

Psalm. 28. August.

Matth. 25. Psalm. 103. Aug. Hiero. Cassiod. Beda. Act. 1.

Eccli. 1.

Lyra.

Eccli. 33.

3

Isai. 61.

Cyrillus.

Matth. 5.

Isai. 65.

Benedictio Dei præcipua, non tam in augmento corporalium bonorum, quam spiritualiū consistit, ut docet Aug. super illud Psalm. 66. *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis.* Item Psalm. *Benedicat tibi Dñs ex sion, & uideas bona Hierusalē.* Vbi Glossa interlinealis de æterna exponit benedictione, sicut etiam Hiero. intelligit de illa cęlesti Hierusalem, quæ est mater nostra. Sic & Hilarius imo & Hebręi notat Genebradus de restitutione intelligūt Hierusalem per Messiam. Sic & in Psalm. 5. Quoniam tu benedices iusto Beatus Hierony. in futuro inquit, differtur beatitudo, & super Psalm. 28. Dominus benedicet populo suo in pace. Aug. hic inquit, & in futuro, quando dicturus est. *Venite benedicti patris mei.* Item super illud Psalm. *Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* quod August. Hierony Cassiodorus Beda & plures alij de Iuda explicant prodicere, de quo citatur à B. Petro. *Noluit inquit benedictionem Iudas, idest Christum, in quo est æterna benedictio.* De hac spirituali benedictione dicitur Eccli. 1. *Timent Deum bene erit in extremis: & in die defunctionis sue benedicetur.* Vbi Lyranus Benedicetur ait, & à Deo, & ab hominibus. Eodē modo exponit illud Eccli. *Ex ipsis benedixit, & exaltauit.* Nempe Abraham, Isaac, & Iacob, quibus tam in temporalibus, quam in spiritualibus bene dixit.

De spirituali quoque benedictione intelligitur illud Isai. *Omnes qui uiderint eos, cognoscent illos, & dicēt istud est semē cui benedixit Dñs.* Quod uaticiniū specialiter de Apostolis, & discipulis eorum, & prædicatoribus legis gratiæ Cyrillus exponit: de quibus Dominus dixit. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: & uos estis lux mundi.* De eisdem dicit Isaias alibi. *Et seruos suos uocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terram, benedi-*

ctur in Domino Amē. Vbi Cyrillus. Nos, inquit, in nouitate uitæ Euangelicæ, ueluti corona quadam insigniti, nomine Christi Christiani nominamur: quod est nomen benedictum in terra: quia sumus benedicti à Christo. De Christianis etiam in Christo benedictis exponit Cypria. lib. 1. contra Iudæos ca. 22. Hilarius libro. 5. de trinit. & Ambrosius libro. 1. de fide cap. 7. benedicimur autem in baptismo & in aliis de inde sacramentis sic Apostolus Ephe. 1. dicens. *Benedictus Deus, &c. Qui benedixit nos omni benedictione spiritali, in cęlestibus in Christo.* Omnis autem huiusmodi benedictio ad æternam nobis conducit salutem: ideo merito uocatum est nomen filij Dei Iesus, idest saluator, atque largitor æternæ salutis.

De hac eadem benedictione legimus Hieremiæ. 31. *Adhuc dicent uerbum istud in terra iuda, cum conuertero captiuitatem eorum, benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ.* Hoc autem dicit post illa uerba de Maria Deipara. *Fœmina circumdabit uirum.* Quæ autem illustrior iustitiæ pulchritudo, quam illius, qui ut satis faceret pro nobis patri de toto rigore iustitiæ dicit. Apud Ioanem. *Et animam meam pono pro ouibus meis.* Item. *Sanguine suo pacificans, siue quæ in cælo, siue quæ in terra sunt.* Vnde ait per Ezech. *Et faciam cum eis pactum pacis.* Et infra. *Et ponam eos in circuitu colliis mei benedictionem.* Vbi Hieronymus. *Et erunt, inquit benedictio, hæc ille. Quasi dicat, sicut Christus ipse per essentiam est benedictio & beatitudo: sic & illi unum facti cum eo per charitatem, non solum erunt benedicti, sed benedictio, implebitur in eis illud Prou. *Benedictio Domini super caput iusti.* Denique uocantur benedicti patris apud Matth. *Venite benedicti patris mei.**

Benedictiones factæ patribus non nunquam implentur in posteris, quam regulam tradit Chrysostomus homil. 8. in Matth. & Euthymius in illud Matth. 2. *Ex Aegypto uocauit filium meum.* Eius modi fuit benedictio Abrahæ. *In te benedicentur omnes cognationes terræ.* Deinde Gene. 22. explicat Deus hanc benedictionem in posteris eius esse implendam, dicens. *Benedicentur in semine tuo*

Cyrillus.

Cyprian. Hilarius. Ambro.

Eph. 1.

Luc. 2.

4 Hier. 31.

Ioan. 1.

Colof. 1. Ezech. 34.

Hiero.

Prou. 10.

Matth. 25

5 Regula. Chrysof. Euthymius.

Gen. 12.

Gen. 22.

Gala. 3. *omnes gentes terræ: Quo d' exponit Paulus ad Galat. Abrahæ dicta sunt promissiones, & semini eius: non dicit in seminibus, quasi in multis, sed in semine tuo qui est Christus. Idem dictum est Isaac Genesis. 26. Item quando Isaac Gene. 27. filio suo Iacob dixit. Esto Dominus fratrum tuorum. Non est illa benedictio in persona Iacob impleta: sed in posteris eius: quia Idumæi ex Esau stirpe seruiert Iudæis. De quo David dixit in Psalm. In Idumæam extendam calcementum meum: mihi alienigenæ subditi sunt. Plurima quoque de benedictionibus patriarcharum non eorum personis, sed posteris euenerunt. Vnde inter alia benedictio Iudæ in qua dicitur. Catulus leonis Iuda, ad prædam filii mei ascendisti: requiescens accubisti ut leo, & quasi leona, quis suscitabit eum? Iuxta August. libro. 16. de ciuitate cap. 41. in Christi morte & resurrectione impleta est, quia nullus homo purus suscitauit eum à sepulchro, sed resurrexit. Sicut dixit, quia, surrexit Dominus uerè, idest ipse propria uirtute, uere surrexit, sicut dixerat Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Eodem modo explicat Gregor. super illud Psalm. Vigilauit, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Quauis autem in Dauide rege iuxta literam impletum esse Lyranus contendat, qui ad prædam quidem multarum gentium ascendit: & iam senex quieuit ut leonec ausus est quisquam suscitare, & inquieta re eum: & licet Hierony. libro de traditionibus Hebraicis de Christo mystice, & de posteris Iuda iuxta historiam exponat, & Vatablus, adhuc regula nostra uera est, in posteris Patriarcharum multa ex eorum benedictionibus adimpleri. Sicut hoc in Dauide.*

6 Benedictio qua Ioseph à patre morti vicino benedictus est, multiplex fuit, & affectu plena. Sic enim legimus. Omnipotens benedicat tibi benedictionibus cæli desuper: & benedictionibus abyssi iacentis deorsum, & benedictionibus uerum & uulua. Vbi benedictiones cæli desuper sunt partim spirituales ex Angelorum præsidio, partim corporales ex influentiis cælestium luminarium:

sicut post alios recte adnotat Dionysius Carthusianus. Benedictiones uero abyssi deorsum, ex irrigatione fluminum, fontium & paludum, ex quibus terræ fructus crescunt, & augentur, sic etiam Vatablus. Benedictiones autem uerum & uulua ad filiorum pertinent procreationem, ne uulua familiarum sint steriles, &c. Item ut iumenta posteris eius armenta & greges multiplicentur: ceterum cum tribus Ephraim quæ successit in primogenitura ex Ioseph, ad idolatriam declinasset, benedictio hæc ei ablata est, Ose. 9. Quid dabis eis Domine? uulua sine liberis, & ubera arentia. Vbi Hieronymus. Si his inquit, quæ Deus pro benedictione donauit, abutimur, expedit ut auferantur à nobis. Hæc Hieronymus. Et certe talentum ablatum est illi, qui abusus fuerat. Et donatio decem millium talentorum facta ingrato, reuocata est. Mystica uero licet pulchra est expositio Ambrosij, libro de benedictionibus patriarcharum, ubi ait Ioseph typum fuisse Christi & Iacob addidisse has quidem benedictiones imprecari se super caput Ioseph, donec ueniat, inquit desiderium collium æternorum, idest Christus omnibus desideratus, in quo plenius ista tandem benedictiones compleantur. Est ergo filius Dei benedictus benedictionibus cæli desuper, quando in nomine Iesu omne genu flectitur, cælestium, qui in natiuitate eius canunt, gloria in excelsis. Et terrestrium, quando non solum eum pastores adorant, & Magi, in Matth. Sed & omnes gentes ad fidem conuerse, Et infernorum, quando patres educit è limbo, ubi benedictionibus abyssi deorsum potitus est, postremo uenerunt super Christi caput benedictiones uerum, & uulua: non solum quando Luc. 11: Extollens uocem quædam mulier de turba dixit illi, beatus uenter qui te portauit: & ubera quæ suxisti. Sed & quando mater eius concepit eum de Spiritu sancto, dicente Angelo. Spiritus sanctus superueniet in te, &c.

Benedictionum consuetudo, qua parentes obedientibus filiis benediciunt, imprecantes eis bona, discipulis autem maledicunt: ortum habuisse uidetur, à Noe

Dionys. Carthus.
Vatab.
Ose. 9.
Hieron.
Matth. 25.
Matth. 18. Ambro.
Luc. 2.
Matth. 2.
Luc. 11.
Luc. 1.
7

Gen. 9. Patriarcha, qui post lapsum Adæ primus legitur nepoti Chanaam mala fuisse pro peccato Cham patris eius imprecatum spiritu plane prophético Gen. 9. Neque enim ausus est, ut Hebræi dicunt, filium Cham maledictionibus impetere, cui Deus benedixerat. Porro maledictio Chanaam, non nisi seruitutis temporalis fuit. Præuiderat enim Chanaam seruituros Iudæis, & gentilibus ad fidem conuertendis, ex quibus Iudæi quidem à Sem, gentiles uero à Iaphet originem ducunt: ut notat Hieronymus in quæstion Hebraicis. Ideo benedicens Sè dixit, *Benedictus Deus Sem: sic Chanaam seruus eius*, idest in posteris eius. Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Quia ut loco citato Hieronymus ait posteri Iaphet gentiles ad fidem conuersi in hereditatem Iudæorum intrauerunt iuxta illud Matth. 8. *Multi ab Oriente, & Occidente ueniunt, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum, &c.* Benedictiones uero sacerdotales præscribuntur Num. 6. *Loquere ad Aarōn & filios eius, sic benedicetis filiis Israel, Benedicat tibi Dñs, & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & miseretur tui: conuertat Dominus uultum suum ad te, & det tibi pacem.* Hæc est illa pax de qua Angeli cecinerunt. Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.

8 Benedicere maioris est iuxta illud Hebr. *Quod minus est à meliore benedicuntur.* Vnde infert Apostolus. Melchisedech qui Abraham reuertenti à cæde regnum benedixit, maiorem fuisse quam Abraham, & subinde typum Christi, cuius sacerdotium sublimius est, secundum ordinem Melchisedech, quam Leuiticum quod tunc erat in lumbis Abraham, sicut in primo seminario. Ceterum quando maior dicitur esse qui benedicit, de solenni benedictione debet et intelligi, qualis apud nos sacerdotalis aut episcopalis existit, de qua num. 6. Nam priuata benedictione miserimus & pauperrimus quisquâ benefactori suo benedicit, sicut dicit Iob. *Benedictio perituri super me ueniebat: & cor uidua consolatus sum.* Et alibi. *Si non benedixerunt mihi latera pauperum.* Item Apostolus. *Benedicite persequentibus uos.* Et Matth. 5. *Orate pro persecuentibus uos.* Quia persecutor quamuis

nolens, magno nos afficit beneficio: ut pote qui nobis æternam fabricet patientiæ coronam: quia *Tribulatio patientiam operatur.*

Benedicere pro laudare, intellectuali competit creaturæ, quæ laudibus sine intermissione benedicere debet creatorem Psalm. *Benedicam Dominum qui dedit mihi intellectum.* Hæc est prima causa benedicti Deū, quod nos intellectualis fecerit naturæ: & omnia bona huic naturæ conuenientia nobis benigne contulerit. Sed Hieron. de Christo exponit, qui Luc. 2. *Proficiebat sapientia.* At Glossa Vatab. Iansen. Geneb. de David cui Deus dedit consiliū ut eligeret ipsum in hæreditatē. Sic & Psalm. 102. *Benedic anima mea Domino & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius*, idest quia omnia bona mihi in trinfeca dedit, & connaturalia qualis uoluntas, memoria, sensus, &c. Item caro nostra, quæ ut serua rationi subditur, ideo in Psalm. 144. dicitur. *Et benedicat omnis caro uomini sancto eius.* Quod ut inquit Hieronymus ibidem, non ad in sensibilia, sed ad omne corpus Ecclesiæ refertur. Sic Euthymius & Geneb. item Lyra. Per carnem inquit scæpe in scriptura homo intelligitur, quale est illud Luc. *Et uidebit omnis caro salutare Dei.* Itaque paulominus beneficiū est, quod carnos nos condiderit Deus, ne propter intellectus acumen superbiamus cum Angelo apostata: quam quod intellectuales nos fecerit: propterea benedicere Deū debemus qui recordatus est quia caro sumus nisi enim eā haberemus non esset nobis peccantibus peccatorum uenia, de qua Dominus. *Ut sciatis quia filius hominis habet potestatem dimitte peccata.*

Benedicere secundo in scripturis iubemur, idest laudare Deū proter bona externa, ex quibus quædā sunt omnibus cōmunia ad conseruationem, & ornatū uerfi: pro quibus dicit Propheta Psalm. *Benedic anima mea Domino, Domine Deus meus magnificatus es uehementer, &c. Extēdens cælum sicut pellem, &c. qui ponis nubē ascensum tuum, &c. qui facis Angelos tuos spiritus, &c. qui fundasti terram, &c.* Sic Ecclius. *Vide arcum & benedic cum, qui fecit tilū, &c.* Item apud Daniel. *Benedictus es in throno regni tui, &c. Benedictus es in firmamento cæli, &c.* Denique pro dispositio

Hieron.
Matth. 6.
Num. 6.
Luc. 2.
8
Heb. 7.
Gen. 14.
Num. 6.
Iob. 27.
Iob. 31.
Rom. 12.
Matth. 5.

Rom. 5.
9
Psalm. 15.
Hieron.
Glossa. Vatablus. Iansen. Geneb. Psalm. 102.
Psalm. 144.
Hieron.
Euthymius. Lyranus. Geneb. Luc. 3.
Psalm. 77.
Luc. 5.
Matth. 8.
10
Psalm. 103.
Eccl. 3.
Dan. 3.

Eccle. 13. ne reum in obsequium generis humani Ecclesiasticus ait. Omnia in tempore suo comprobantur: & nunc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomini Domini. Pro bonis etiam fortunæ benedicebat Dauid Deum. Et benedixit Domino coram uniuersa multitudine.

I I Tertio Deum Benedicere debemus, propter bona spiritualia, quæ nobis in hac vita mortali communicat assistens in templo, exaudientque orationes nostras iuxta Psalm. *Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.* Et rursus. *Benedicam Dominum in omni tempore, &c. ex qui sui Dominam, & exaudiuit me, &c.* Item Psalm. *sic benedicam te in uita mea, &c. sicut adipe & pinguedine repletur anima mea.* Item alibi. *Pes meus stetit in directo, in Ecclesiis benedicam te Domine.* Nec in prosperitate duntaxat, sed multo magis in tribulatione benedicere Deum nos docuit Iob, qui in tribulatione dicebat. *Dominus dedit, Dominus abstulit, &c. sit nomen Domini benedictum.* Cæterum quia inter spiritualia bona quæ dā sunt media ad consequendum ultimum finem, alia uero ad ipsum finem ultimum pertinent: pro utrisque Deum benedicere iusti solent. Et quidem media sunt incarnatio, & natiuitas filij Dei, cū aliis mysteriis eius, de quibus Zacharias dixit. *Benedictus Dominus Deus Israel, qui uisitauit, & fecit redemptionem plebi suæ, &c.* De cælesti uero gloria in Apocalypsi legimus. *Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, &c. & adorauerunt Deum dicentes Benedictio, claritas, sapientia, gratiarum actio, &c. Deo nostro, &c.* Qui uero pro his omnibus, Deo gratias agere negligit, debitor est decem millium talentorum, idest omnium bonorum Matth. 18.

I 2 Benedicere pro locupletare solo uerbo, & imperio, soli Deo tribuitur in scriptura, itaque idem est Deum alicui benedicere, quod bene facere illi abundantissime sic in Gen. *Benedixit Dominus Domui Aegyptij, propter Ioseph, idest bonorum auxilium affluentia.* Sic in Exo. *Ubiunque fuerit memoria nominis mei, ueniam ad te, & benedicam.* Et alibi. *Diliget te Dominus, & multiplicabit, & benedicet fructi uentris tui.* Idem cap. 15. & 16. cap. 26. D. Iosue 24. B. & Reg. 6. B. 7. cap. 1. Paral. 13. D. Iob. 1. D. 42. cap. Psalm. 27. C. 28. B. 66. A. 84. 106. *Benedixit*

eis, & multiplicati sunt nimis. Item Prou. 22. *Qui pronus est ad misericordiam benedicitur.* Denique Propheta clamat ad Deum Psalm. *Aperis tuam manum tuam, & implebis omne animal benedictione.*

I 3 Dies septimus specialiter benedictus fuit in Gen. *Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum.* Chrysof. hoc factum putat, ne dies ille, in quo Deus nihil operatus est, tanquam otiosus despiceretur Iunil. seu potius Beda in opere sex dierum, & Caiet. super Gen. 1. totum hoc referunt ad introductionem cultus sabbati. Postremo Lypom. in catena super Gen. Catherinus & Aug. Augubinus in sua cosmop. hoc referunt, ut ostenderet Deus, in hac die se peculiariter uelle ab hominibus benedici. Sicut etiā legimus, dedisse Deum benedictionem anno sexto, ut multiplicatis in eo fructibus, anno septimo terra requiesceret: & sponte nascentia darentur pauperibus iuxta illud. *Beati misericordes, quoniam in misericordiam consequentur.* Sic in Leuitico. *Dabo inquit benedictionem meam anno sexto, & faciet fructum terræ amorum.*

I 4 Benedictio pro dono accipitur in scriptura. Sic dixit Abigail Dauidi. *Suscipe benedictionem hanc, quam tulit ancilla tua.* Et alibi. *Accipe benedictionem de præda hostium Domini.* Item Naamam dixit Heliſeo. *Obsecro ut accipias benedictionem à seruo tuo.* In quo sensu Psalm. *Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, idest Christum ut exponunt Hierony. Aug. Casiod. & Lyra. Geneb. Beda & Ianſen. quidquid reclamet Vata. qui secutus Rabbinos de Dauid intelligit, sed non quadrat nisi Christo unde Aug. quotquot fuerunt benedictiones patriarcharum ante aduentum Christi, in ipsis, inquit, benedictus est Christus, secundum formam humanam, atque præuentus. Lyranus uero putat has benedictiones, fuisse dona Spiritus sancti, de quibus Isai. 11. *requiescet super eum spiritus Domini: spiritus sapientie, &c.* Casiodorus autem putat, Christum antequam inciperet prædicare in Iordane fuisse his benedictionibus præuentum patris uoce clamante. *Hic est filius meus dilectus.* Fuit etiam antequam moreretur in transfiguratione præuentus, benedictionibus dulcedinis. Solet enim Deus ante tribulationes amarissimas benedictionibus dulcedi-*

Prou. 22.
Psal. 144.
I 3
Gen. 1.
Chrysof.
Iunilius,
Beda.
Caiet.
Lipoma.
Catharinus.
AEugubi.
Leuit. 25.
Matth. 5.
I 4
1. Reg. 25.
1. Reg. 30.
4. Reg. 5.
Psal. 20.
Hierony.
Aug.
Casiod.
Lyra.
Geneb.
Beda.
Ianſen.
Vatab.
Isai. 11.
Lyra.
Casiod.
Matth. 1.
Matth. 17.

Matth. 11. nis suos præuenire propterea, dicit iugum meum suaue est. Sed ut Geneb. ait in ipso prius in carnatione. Instante mox ut Maria dixit. *Ecce ancilla Domini.* Præuenta est natura humana unione uerbi personali.

I 5 Benedicta uena sapentiæ, est sacra scriptura. Sic exponit Glossa ordinaria illud Prou. *Sit uenata uena benedicta.* De hac uena dicebat filius Dei Ioan. 5. *Scrutamini scripturas:* Sed iste sensus mysticus est iuxta historiā uero Beda & Ianſenius de uxore intelligunt legitima quæ dicitur uena benedicta, quia proles ex illa suscepta benedicitur & à Deo & ab hominibus.

I 6 Benedictum lignum per quod fit iustitia Sap. 14. Est crux Christi, in qua multo melius quam in arca Noe, saluatur fide uia genus humanum, per diuinum amorem attractum, iuxta illud. *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum* Sic explicat de cruce Christi Glossa super Sap. 14. & Ambro super Psalm. 118. sermo. 8. & Glossa interlinealis. Sed Vatablus Ianſenius, & Lyranus mystice de cruce sed iuxta literam uero de arca Noe in qua iustus saluatus est, mundo propter peccata diluuii summerso, potius intelligunt, mihi uero de utroque dictum uidetur quia arca fuit typus crucis.

I 7 Benedictionibus sacerdotum præuariantium opponit Deus maledictionem suam. Malach. 2. *Maledicam benedictionibus uestris.* Quod duobus modis exponit Hieronymus. Videlicet maledicam diuitiis, & possessionibus uestris, quas loco benedictionis uobis dederam, & auferam dona mea ingratis. Eodem modo exponit Cyrillus. Et quadrat hic sensus cū Euangelica parabola. in qua talentum aufertur illi, qui absconderat illud in terra. Sic & Luc. *Omni habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet & quod uidebatur habere, auferetur ab eo.* Posterior expositio est. Si uos o sacerdotes benedixeritis agris, aut possessionibus, ego maledicam eisdem, propter scelera uestra, qui sensus placet Lyrano, ceterum si sacerdotibus legis gratia occomodetur, de his duntaxat intellegendum, quæ ex opere operantis imperari solent, non de benedictionibus quibus sacramenta consecrantur: quæ si legitima intentione fiant, facta tenent.

I 8 Benedicere. Significat consecrare apud

Matth. 26. Matth. 14. 1. Cor. 10. *Acceptit Iesus panem, & benedixit.* Et apud Lucam coram discipulis in Emaus. *Acceptit panem, & benedixit, idest consecrauit, in corpus suum conuertens, ut exponunt Beda & Theoph. super Lucam & Augustinus lib. 3. de consensu Euangelic. cap. 25.*

I 9 Benedicere uias suas est rectas facere operationes, ut exponit Hieronymus super illud Hier. *Si benedixeritis uias uestras & studia uestra: habitabo uobiscum.* E contrario uero benedicere ore, & corde maledicere, est opera mala facere, & ea quasi uirtutum floribus palliare. Sic exponit Basiliius illud Psalm. *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.* Sic Pharisei qui Domino dixerunt. *Magister scimus quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces.* Quem tamen interficere moliebatur. Sic de Christo intelligunt August. & Casiodorus sed iuxta literam Vatablus Ianſenius Genebrardus putant uerba hæc, dicta in persona ipsius Prophete sicut Lyr. de Dauid exponit cui, Saul & satellites eius ore suo benedicebant, inuitantes ut fieret generis regis, & corde suo maledicebant, uolentes occidendum tradere Philistæis. Ut habetur 1. Reg. mystice uero transferatur ad Christum.

20 Benedicere aliquando significat laudare adulatorie: aliquando uero contrarium sicut blasphemare & maledicere, prioris exemplum est Psalm. 48. ubi de diuite dicitur. *Anna eius in uita ipsius benedictur:* Et Psalm. 9. *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur* Item Salomon. *Qui benedicit proximo suo uoce grandi, maledicenti similis est.* Ita exponunt de adulatoribus Glossa & Lyran. Exemplum posterioris est, illud. Vbi uxor Iob dixit ei. *Benedic Deo & morere.* Idest maledic, ut exponit Greg. Beda, Glossa, Lyranus, & alii. Vbi sicut Eua tentauit uirum suum: sic Iob ab uxore têtatus est, contra præceptum Dei. Sed beatus Iob sapienter stultitiæ restitit uxoris, ideo in hoc sensu Paulus ait. *Qui habent uxores tanquam non habentes sint.* Hoc est quantum ad hoc, ut causa complacendi coniugi nihil faciant contra Deum. In quo etiam sensu Dominus ait. *Qui dimiserit uxorem centuplum accipiet & uitam æternam possidebit*

1. Cor. 10.
Iuc. 24.
Beda.
Theoph. Aug.
I 9
Hierony.
Hier. 7.
Basiliius.
Psal. 61.
Matth. 22.
Aug.
Casiod.
Vatab.
Ianſen.
Geneb.
Lyran.
1. Reg. 18.
20
Psal. 48.
Psal. 9.
Prou. 27.
Gloss.
Lyra.
Iob. 2.
Greg.
Beda.
Gloss.
Lyra,
1. Cor. 7.
Matth. 19.

bit. Dimittit autem spiritualiter vxorem qui non placet ei in malis.

CAPVT XXXI. Benefacere.



BENEFACERE est alicui benefici- cium prestare Hebraice Iatab, dicitur autem Deus homini benefacere, quando liberat eum a periculis, siue corpora-

libus, siue etiam spiritualibus, sic benefecisse dicitur Iacob, liberans eum ab Esau. Item David liberatus a Saul dicebat. Deum qui benefecit mihi. Et Psalm. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi, qui eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu. Quod poterat dicere anima Lazari, quando portabatur ab Angelis in sinum Abraham. Item martyres quibus Dominus dixit. In patientia uestra possidebitis animas uestras: sic etiam intelligitur illud Psalm. Benefac Domine bonis, & rectis corde. Et Hierem. Feriam eis pactum sempiternum: & non desinam eis benefacere: quod de lege gratiae Hieronymus exponit. Quauis enim omnibus iustis conueniat, sed per excellentiam Ecclesiae Catholicae quadrat: quam specialiter Dominus ab omnibus periculis eruit, iuxta illud. Et porta inferi, non praeualebunt aduersus eam. Quia principaliter in spiritualibus benefacit Deus Ecclesiae, & electis, atqui peccatoribus non tam in spiritualibus quorum capaces minime sunt, quam in temporalibus benefacit. Sic de diuite reprobo dicitur. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Subaudi in temporalibus.

Benefacere homo dicitur, cum vel praecepta seruat, vel opera supererogationis addit. Sic dixit Dominus Davidi. Quod cogitasti in corde tuo, edificare domum nomini meo, benefecisti. Item Eccles. 1. Ante mortem benefac amico. Et Isai. 1. Discite benefacere. Vbi Hieronymus virtus inquit discenda est, nec naturae tantum sufficit bonum ad iusti-

tiam, nisi quis erudiat congruis disciplinis. Hec Hieronymus. Quod ideo dictum est, qui non sufficit ieiunare, nisi quis dicat verbum Domini. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes. Neque satis est munus ante altare frequenter offerre, nisi discas doctrinam Christi dicentis. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, &c. Vade prius, reconciliare fratri tuo, &c. Item non sufficit orare, nisi discas illud. Siquid peccaueritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Neque sat est diligere inuicem, nisi discas illud. Ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Denique omne opus virtutis suae debet circumstantiis ornari, ut laudabile sit, & meritorium, ut docet Diuus Thomas 1. 2. quaest. 7. art. 2. & 3. ideo Apoc. 6. sancta quatuor animalia plena sunt oculis ante & retro, ut omnes circumstantias circumspiciant. Hinc & persona cui benefacimus eligenda est. Eccli. 1. 2. Si benefeceris scito cui feceris. Quia egenis benefacendum magis quam diuitibus. Matth. 25. Quod uni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Item inimicis. Benefacite his qui oderunt uos.

CAPVT XXXII.

Beniamin.



Beniamin filius Iacob, & Rache- lis minimus: quem mater doloribus partus animam agens vocauit Benoni, id est filium doloris mei, sed pater vocauit

eum Beniamin, id est filium dextrae Gen. 35. De tribu Beniamin fuit Paulus Apostolus de quo sunt qui exponant illud Psalm. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Sed de hoc latius egimus lib. 1 in dictione Adolescens num. 3.

Beniamin in benedictione Patriarcharum a patre Iacob sic fuisse legitur benedictus. Beniamin lupus rapax, mane comedet praedam & uespere diuidet spolia

Matth. 5.

Matth. 5.

Ioan. 16.

Ioan. 15.

D. Thom. Apoc. 6.

Matth. 25, Matth. 5.

Gen. 35.

Phil. 3.

Gen. 44.

lia Hiero. in qq. Hebraicis hoc, inquit, ita Hebraei edisserunt, altare templi in forte seu parte Benjamin aedificatum vocarilupum rapacem, seu sanguinolentum: quia mane victimarum sanguis ad basem illius fundebatur, & ita sicut lupus sanguinarius mane capiebat praedam, uespere autem diuidebat spolia: quia sacerdotes de altari uiuentes, diuidebant ea uespere quae sibi a populo ex lege collata fuerant. Sed ait Hieronymus, quanquam de Paulo Apostolo manifesta propheta sit, quod in adolescentia sua persecutus Ecclesiam, in senectute praedicator Euangelij fuerit. Haec Hieronymus. Eodem modo explicat Aug. ser. 14. de Sanctis, qui est primus de conuersione Pauli. Vbi rapientem praedam describit Saulum, quando:ibat spirans minarum & cadis. ut puniret Christi discipulos: sed uespere spolia diuisit, quando factus vas electionis, plurima de diabolo cepit, & Ecclesiae dedit spolia, conuertens plures ad fidem. Sic etiam Ambro. lib. de benedictionibus Patriarcharum cap. 12. exponit.

Beniamin filius doloris a matre uocatus, est ut diximus. n. 1. a patre uero filius dextrae, quia Ben est filius, iamin autem dextera manus, si finiatur in. n. litera non m. ut lib. de qq. Hebraicis, notat Hieron. super Gene. 35. Tropologice autem opus heroycum significat: quale est illorum qui dixere: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, & quod Dominus praecipit: Diligite inimicos uestros. Item quale est illud Ioa. 1. 2. Qui amat animam suam perdet eam: & rursus illud Matth. 23. Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, &c. Eiusmodi quippe heroycum opus, ex parte uoluntatis humanae tanquam ex parte matris, filius doloris est & Benoni qui mortificat uoluntatem, ex parte uero patris, id est, Christi qui ait. Sine me nihil potestis facere, Beniamin est, id est, filius dextrae.

Beniamin plusquam omnes fratres diligitur a Ioseph, ut pote ueterinus: & tamen plusquam reliqui, omnes ab eo affligitur, & quasi fur de argenteo scypho capto publice arguitur, & infamatur, in typum eorum, qui plus a Christo diliguntur quasi ueterini fratres: & tamen maioribus tribulationibus vexati probantur. Sic Dominus Apostolis quos diligebat terrore dixit: Et uos odio omnibus hominibus propter nomen

meum, & uenit hora ut omnis qui interficit uos, arbitretur se obsequium prestare Deo. Benjamin minimus fratrum in conuiuio, quinque partibus plusquam reliqui fratres honoratus est: quia humiliores Deus amplius honorat: iuxta illud Luc. Qui se humiliat exaltabitur. Et Ioannes Baptista qui rogatus an esset Propheta respondit: Non sum. Et indignum se reputauit soluere corrigiam calceamenti Christi, in tantum ab eo exaltatus est, ut diceret de illo filius Dei: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.

CAPVT XXXIII.

Beneplacere, Beneplacitum.

Beneplacitum uoluntarium Hebraice Rason, sic rex Rasin 4. Reg. 15. id est, uoluntas dicitur sed beneplacere sibi vel alteri est uoluntati suae, vel alterius se conformare: si uero sumatur neutraliter id est, quod aliquid alicui proportionatum esse, uel conforme. Sic legimus Eccli. 4. 1. Non omnia omnibus beneplacent in fide. Vbi Glossa interlinealis ait. Non omnia omnibus conueniunt, quae aliis proficiunt, aliis officiant: sibilus equos mitigat, & catulos instigat. Et Lyranus non omnia inquit doctoris dicta discipulis placent, licet in fide conueniant: quia uariae sunt opinioniones in his, quae contra fidem non sunt. Haec ille. De his dicebat Apostolus: Vnusquisque in sensu suo abundet. Illud tamen cauendum est, ne opinioniones contrariae diuidant charitatem: quia omne regnum in se diuisum desolabitur.

Beneplacitum Deo ad habitandum dicitur, uel de corpore & humanitate Christi: uel de Ecclesia Psalm. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in sinem. Vbi Hieronymus una inquit est Ecclesia, unus est Christus sponsus Ecclesiae, in nullo enim alio habitaculo, iugiter Spiritus sanctus habitat, nisi in Salvatore Ioan. dicente: In quem uideris Spiritum sanctum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat. Eodem modo exponit Aug. in eo, inquit habitat omnis plenitudo diuinitatis, non obumbraliter, ut in templo a rege Salomone facta, sed corporaliter, id est solide, atque ueraciter: quoniam,

Ioan. 16.

5 Gen. 43.

Luc. 18. Ioan. 1.

Matth. 11.

1

17

Eccl. 4. 1.

Gloss. interl.

Lyra.

Rom. 14.

Luc. 11.

2

Psal. 67.

Hiero.

Ioan. 1.

Aug.

Cassiod. Arnobius. Colof. Remig. Glof. Lyra. Matth. 24. Ianfe. Geneb. Vatab. Matth. 23. 3 Hiero. Pfal. 68. Augu. 2. Cor. 6. Remig. Gloffa. Lyra. Ianfen. Bedu. Haymo. Genebr. 4 Pfal. 88. Ioan. 20. Matth. 16. Hiero. Cassiod. Gloffa. Hiero. Chaldaeus. Vatab. Geneb. Ianfe. Lyra. Vatab.

Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Sic & Cassiod. & Arnobius, Remigius, & Glof. de Christo videlicet. Sed Lyra Ianfen. & Geneb. de Ecclesia, de qua Dominus dixit: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Nec sustineri potest Vatab. qui de monte Sion dictum intelligit quia in illo non habitauit Deus in fine, idest, usque ad mundi finem. Sed ecce ait, relinquatur uobis domus uestra deserta. Beneplaciti tempus dicitur per excellentiam, tempus passionis Christi, & consummationis mysteriorum gratiae, ut notat Hiero. Super illud Psa. Tempus beneplaciti Deus. Omnia inquit, tempora beneplacita sunt: Sed praesertim hoc tempus ait filius Dei, quo mea passione genus humanum redimis, quodammodo plus beneplacitum facis. Hac Hiero. & B. Aug. Hoc inquit, tempus quo sepelitur granum frumenti, ut exurgat fructus, Prophetae dixerunt, quod commemorat Apostolus: Dicens ecce nunc tempus acceptabile: Ecce nunc dies salutis, &c. Sic Remig. & Glof. & Lyra. & Ianfen. Beata, Haymo, Geneb. qui de Christo ad liberam putant hunc Psa. intelligendum, quid quid Vatab. contradicat, quia sex vicibus de hoc Psalmo sumpta testimonia, Christo in scriptura sunt applicata: & multa huius Psalms, neque Dauidi, neque Iudaeo populo quadrant, sed Christo. Beneplacitum Dei est affectus ille diuinus quo Pater aeternus per Christum Ecclesiae, & filiis eius fauet. sic dicitur Psa. 88. Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Idest potestas Ecclesiae, & praetorum eius, quibus Dominus dixit. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & Matth. 16. Quidquid ligaueris super terram, &c. Quod vero sequitur. Quoniam Domini est assumptio nostra, idest, carnis nostrae per unionem hypostaticam exponunt Hieron. Cassiodo. & Glof. sed videtur expositio mystica, licet pulchra, quia Hieronymus ad veritatem Hebraicam vertit. Quoniam Domini est protectio nostra, & Chaldaeus: Domini sunt protectiones terrae. In Hebraeo vero est: Domini est protectio nostrorum: Vatablus: quare sensus historicus est Domini est peculiaris protectio Ecclesiae, ut exponunt Geneb. Ianse. Lyra. Vatab. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, & de

Ecclesia: Portae ait, inferi non praeualent aduersus eam. Hoc ergo est Dei beneplacitum. De hac etiam bona erga nos voluntate in lege gratiae Psa. Memento nostri Domine in beneplacito tuo. Vbi interlinealis visita nos, inquit, in Iesu & Hierony. visita nos in filio tuo, quando venerit, & Aug. ipse enim ait, est saluator, in quo peccata dimittuntur: & animae sanantur. Eodem modo exponitur illud Psa. Beneplacitum est Domino in populo suo, & exaltabit mansuetos in salutem. Vbi Aug. legit, pro beneplacitum est Domino in populo suo. Benefecit Dominus populo suo: & addit quid tam beneficium, quam mori pro impiis: benefecit Dominus populo suo, dimittendo peccata, promittendo vitam aeternam. Hac ille. Eodem modo Cassio. Exultat ergo mansuetos in salutem in beneplacito suo, quando dicit Matt. Beati mures quonia ipsi possidebunt terram: subaudi uiuentium, de qua Ioan. 14. dicebat: Vado parare uobis locum. Beneplacitum Dei dicitur voluntas Dei, quae semper impletur, quam Magister sentent. vocat voluntatem beneplaciti, ad distinctionem voluntatis signi: quia Deus praecipit bona, & prohibet mala, quae tamen ut libertas homini concedatur non semper impletur, sic Deo permittente. Caterum uoluntas beneplaciti semper impletur. De qua Eph. 1. Ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suae, secundum beneplacitum eius, quod disposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo. Praeterea de periodo uitae singulis a Domino definita dicitur: Eccl. 41. Et qui superueniet tibi, in beneplacito altissimi, siue decem, siue centum, siue mille anni: Aliqui legunt in singulari, & quid superueniet tibi in beneplacito altissimi? cum interrogatione. ut notat Ianfenius hoc loco. Et est sensus, & quid quae so temporis poterit tibi accedere supra beneplacitum altissimi, quod fuerit, ut uiuas decem, aut centum anni, quae lectio magis accedit ad Graecam καὶ τὴν παρακλήσιν ἐν εὐδοκίᾳ ὑψίστου. Et quid reues in beneplacito altissimi? quasi dicat nihil, quia Roman. 11. Voluntati eius quis resistit? De hac uoluntate beneplaciti legimus: aput Matth. Ita pater quia sic beneplacitum fuit ante te. Hac autem uoluntas Dei ut mysteria gratiae sapientibus huius seculi absconderentur, non excusat eos ab infidelitate, & peccato, qui liberum arbitrium recepere, ut cum auxilio die,

Matt. 16. Psa. 105. Glof. interl. Hieron. Aug. Psa. 149. Aug. Cassiod. Matth. 5. Ioan. 14. 5 Mag. Eccl. 41. Ianse. Rom. 11. Matt. 11. quod

6 Psa. 118. Augu. Eccl. 1. Eccl. 2. Eccl. 35. Eph. 5. Rom. 12. Luc. 2. 7 Ianse. Psa. 140. Hiero. Augu. Chaldaeus. Hiero. Augu. Matth. 5. 8 i. Reg. 13.

quod nemini negat superbi non essent, & insolentes. Beneplacitum quoque Deo dicitur ex nostris operibus, quod illi gratum est, & acceptum: siue ad praecipua, siue ad consilia pertineat. Psa. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine. Vbi Aug. idest noli reprobare sed approba, bene autem intelliguntur uoluntaria oris, sacrificia laudis, cum confessione charitatis, non timore necessitatis oblata. Hac Aug. sic Eccl. 1. Et quod beneplacitum est illi: subaudi Deo: fides est mansuetudo: & ca. 2. Qui timent Dominum inquirunt beneplacita ei, ut ca. 35. Beneplacitum est Domino, recedere ab iniquitate. Et Eph. Probates quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis uenerarum. Praeterea Rom. Ut probetis quae sit uoluntas Dei beneplacens, & perfecta. Et certe qui ea in omnibus pro sua uirili parte quaerunt, pacem illam consequuntur, de qua Angeli cecinerunt, & in terra pax hominibus bonae uoluntatis. In beneplacitis hostium nostrorum est oratio nostra, quando oramus ab eorum infidiis liberari: Sic explicat Ianse. illud Psa. Quoniam adhuc oratio mea in beneplacitis eorum. Subaudi impediendis. Quauis Hiero. paulo aliter explicet. Oratio, inquit, mea est in beneplacitis eorum: ut conuertantur, quod se re in idem recidit, quia ut explicat Augu. placebit eis, hoc est hostibus meis oratio mea, pro ipsorum conuersione facta, prior tamen sensus quamuis parum differt, consonat uersioni Chaldaicae, ubi legimus. Quoniam ad huc oratio mea ordinatur in malitiam eorum. Idest contra malitiam eorum, & in uersione Hieronymi ad ueritatem Hebraicam. Oratio mea pro malitijs eorum: supple auertendis. Caterum expositio Augustini consonat cum Euangelio Matthaei: Orate pro persecuentibus uos. Beneplaciti dies sunt in scriptura qui ex condito, & conuentione duarum partium ad aliquod negotium transigendum designati sunt, sic Saul dixit Samueli. Tu non ueneras iuxta beneplacitos dies. Et paulo ante dicitur: Saul expectauit septem dies, iuxta beneplacitum Samuelis. Vbi notandum quod quamuis expectauerit septem dies beneplacitos, quia tamen non expectauit usque ad finem ultimi diei transacti, reprobatus est, quia

si uixerit quis centum annos in gratia Dei, & in ultima hora praeuaticatus sine poenitentia moriatur, reprobus erit. Quia qui perseuerauerit usque ad finem, hic saluus erit. Vnde Basilis in Iuliam martyrem. Itineris, inquit, labor inanis, nisi ad statum perueniat locum, quo uia tor praescripserit: Et in stadium uno saepe gradu deficiente a palma excidunt. Hac Basilis: Hinc cum Petrus de undecim dixisset, inter quos tunc Iudas erat. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quia tamen Iudas non perseuerauit, ex duodecim iudicantium sedibus, suam perdidit.

CAPVT XXXIII.

Benignus, Benignitas.



ONVS benignus bonitas etiam, benignitas Hebraice dicitur Tob. Vnde Tobias bonus Dominus. Est autem benignitas liberalitas in potestibus magnificentia, unde metapherice benignam terram appellamus feraciorem. Ita Plinius de Aegypto Nulla, inquit, benignior tellus, nullus ager feracior. Benignitas etiam uocatur affectus amoris, quo aliis benefacimus, vel iniuriam remittimus. Vnde Paulus: Caritas patiens est, benigna est. Vbi Theophylat. Benigne, inquit, tolerandi sunt, qui nos iniuria affecerint, & Diuus Thomas ibidem benignitas ait, ferax est boni, efficit enim hominem propensum ad donandum, & ad comiter suauiterque se gerendum cum alijs. Hac ille. Sic intelligitur. Estote inuicem benigni. Et inter caetera Paulus ad Tit. 1. iubet doctorem esse benignum. De impio uero dicitur Psa. Diluxisti malitiam super benignitatem. Benignitas Dei in genus humanum, ubique passim praedicatur. Psa. Dominus, dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Vbi non de captiuitatis Babylonicae relaxatione sermo est, cui multa in hoc Psalmo non congruunt.

Math. 10. Basilis. Matth. 19. 230 I Plinius. i. Cor. 13. Theoph. Eph. 4. Tit. 1. Psa. 51. 2 Psa. 84.

Iansenius. Augu. Hiero. Lyra. Genebrar. Aug. Matth. 11. Ioan. 7. Augu. Vatab. R. Chimhi. Cassiod. Hiero. Matth. 12. 3 Ioan. 1. Tit. 3. D. Tho. Ioel. 2. Esai. 63. Luc. 2. 4 Greg. Psal. 50. Ioan. 6. Ioan. 3.

Sed de redemptione generis humani, vt Ianse. adnotat, & Aug. Hiero. & Lyra. & Genebr. & dare Deus, benignitatem dicitur, idest gratiam prauentem, & iustificatem, item eam Aug. terra, inquit, cordis nostri dat fructum suum, deo vocanti, & iustificanti cooperando. Hanc benignitatem Dominus praelebat Matth. 11. dicens. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos: & apud Ioan. Qui sit tueniat ad me, & bibat. Vnde Aug. sa per versiculum Psalmi praedicti, nisi Dominus, inquit, pluat quid prodest quod seminatur? veniat imber Dei, & fructificet quod seminatum est, ita etiam exponunt Vatablus, & Rab. Chimhi, & Cassiod. & alij plures Porro Hiero. super eundem Psal. & terra nostra dabit fructum suum. Nolite, inquit, desperare, quod semel natum est ex Maria, quotidie in nobis nascitur, & terra nostra dat fructum suum. Hae ille. In quo sensu Dominus dixit: apud Matt. Qui facit voluntatem patris mei qui in caelis est, iste meus frater, & soror, & mater est. De corona vero anni benignitatis Dei Psal. 64. egimus: in verbo Annus nu. 38. Benignitas Dei apparuisse dicitur, qua do verbum caro factum est. Sic legimus. Cum autem apparuit benignitas, & humanitas, saluatoris nostri Dei. Vbi D. Tho. Benignitas, inquit, est amor interior profundens bona ad exteriora. Hae ab aeterno fuit in Deo, quia amor eius est causa omniu Ioel: 2. Quonia benignus, & misericors est. Sed hoc quandoque non apparuit, sicut dicebat Esai. Vbi est nunc zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo uiscerum tuorum, & misericordiaru tuaru super me continuerunt se? Sed per effectum apparuit benignitas, qui effectus est humanitas, quonia Deus ex benignitate factus est homo. Hae ille. De hac benignitate dixit Angelus pastoribus. Annuntio uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator. In eodem sensum intelligit Greg. illud Psal. Benigne fac Domine in bona uoluntate tua Sion: ut edificetur muri Hierusalem. Quid inquit benignius, quam filium Dei formam seruilem induere, mortis legibus subiacere, proprio sanguine nos redimere, & corpore suo nos pascere: de quo Ioa. 6. Caro mea uere est cibus. Et infra quid benignius, quam quod tradidit filium suum ut redimeret seruum? Hae ille de quo Ioa. 3. Sic Deus dile-

xit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Et certe sic edificati sunt muri spirituales Hierusalem, idest Ecclesiae Catholicae, qui vt Aug. & Hieron. exponunt virtutum sunt munitiones, quibus ita firma subsistit, vt portae inferi non praeualeant aduersus ea. Quamuis autem Lyra. & Iansen. putent, de muris templi a Salomone paulo post construendi, Dauid prophetaffe. At multo melius Vatablus, de Ecclesia Catholica intelligit, quia, hos inquit versus explicat Iudaei de regno Messiae, de quo uide in verbo edificare num. 7.

¶ Berith interpretatur pactum Iudi. 8. de quo uide in uerbo Bel, Baalberith, & in uerbo foedus.

CAPVT XXXV.

Bersabee.

Bersabee ciuitas in extremis finibus Iuda, interpretatur puteus iuramenti, siue saturitas, ubi habitauerunt Abraham, Isaac, & Iacob, Gen. 21. quae vt dicit Hiero. de locis Hebraicis distat a Gaza quatuor leucis, & uocatur hodie Gilihim estq; parua quedam uilla, ubi Abraham & Abimelech foedus inierunt iurantes, ideo dictus est locus puteus iuramenti: estq; ad Austrum versus Aegypti solitudinem, sicut e contrario Dan est in alio extremo terrae promissionis versus Aquilonem: distantia uero inter utraque est centum sexaginta millium, vt Hieronym. ait in epistola ad Dardanum in 3. Tom. p. 68. ita ut tota latitudo terrae promissionis sit quinquaginta trium leucarum. Hinc regula deduces quod, quando in sacra scriptura aliquid factum dicitur vel auditum a Dan usque ad Bersabee, intelligitur per uniuersam terram promissionis a fine usque ad finem dilatatum, sic libr. Iudi. contra Tribum Benjamin propter scelus uoluptatis uxoris leuitae, undecim tribus ad praerium egressae dicuntur a Dan usque Bersabee, item 1. Reg. Cognouit uniuersus Israel a Dan usque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset Domini. Item 2. Reg. Eleuatur thronus Dauid a Dan usque Bersabee, & cap. 17. 24. & 3. Reg. &c.

Aug. Hiero. Matth. 16. Lyra. Iansen. Vatab.

5 Gen. 21. Hiero.

Hiero. Regula.

Iud. 20.

1. Reg. 3.

2. Reg. 3.

CAPVT XXXVI.

Berzellai.



BERZELLAI uir fuit in signis Galaaditis qui occurrit Dauid cum alimentis, cum fugeret Absalon 2. Reg. Vnde & Dauid commendauit eius filios Salomoni, ut eis gratiam rependeret. Sed & filius Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua, occurrerunt enim mihi, quando fugiebam a facie Absalon fratris tui. Quod si Dauid non est oblitus beneficii, quod acceperat, nunquid obliuiscetur Deus eorum qui in nomine eius erga pauperes fuerint misericordes: cum aperte dicat. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. & quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

2. Reg. 17.

3. Reg. 2.

Matth. 5. Matth. 25.

CAPVT XXXVII.

Beryllus.



BERYLLVS Hebraice eodem modo uocatur quo Iaspis, scilicet, Iasphe Exo. 28. & Ezech. 28. Beryllus Gemma est, Apoc. 21. octauo ponitur loco inter fundamenta duodecim supernae Hierusalem, quae sunt duodecim Apostoli, non est autem coloris rubei, ut nescio quomodo putauit Beda ibi. Sed uiridis subpallidi, ut testatur Isidorus libr. 16. Ethimologi. cap. 7. & Plinius lib. 37. capi. 5. Vbi cum de uiridi multa dixisset Smaragdo, similem, inquit, naturam Berylli habere uidentur, in India Originem habent: raro autem alibi reperiuntur, poliuntur omnes artificiose sexangula forma, quoniam hebescunt, nisi color surdus repercussione angulorum excitetur. Probatisimi sunt ex his, qui uiriditatem puri maris imitantur. Hae ille. Est autem Beryllus figura Apostoli Thomae: tum quia octauum Ecclesiae fundamentum nume-

Apoc. 21.

Beda. Isidorus. Plinius.

ratur in electione Apostolorum, tum etiam propter colorem maris subpallidi uiridis, & instabilis, eo quod in fide tepuerit, & de resurrectione Domini dubitauerit, dicens non credam. Accedit quod longum maris tractum ad Indos usque nauigauit, ubi eadem Gemma reperitur, & plane sicut Beryllus artificis sapientia, ut sexangularis poliatur, indiget, & cura maiori ut fulgorem emittat, sic Thomas maiori quam reliqui discipuli cura, & artificio Christi, contactu plagarum excitatus est, ut in fide uiua fulgeret, dicens Dominus meus, & Deus meus.

Luc. 6. Ioan. 20.

CAPVT XXXVIII.

Bezeleel.



ESELEEL, idest umbra Dei artifex fuit celeberrimus tabernaculi testimonij, & sacrorum uasorum Exo. 31. 35-36. Est autem typus Doctoris Ecclesiae, qui scientia multo labore conuicta, sicut Hieron. August. &c. tabernaculi caelestis fabricam, & uasorum uirtutum omnium in discipulorum cordibus & uerbo edificat, & exemplo, iuxta illud Matt. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. Nec sine mysterio Bezeleel interpretatur umbra Dei, quia & scientia, & exemplo, umbram Ecclesiae faciunt, & fideles protegunt sancti Doctores. Lege Richardum. 44. de arca mystica.

Exo. 31.

Matth. 5.

Richardus.

CAPVT XXXIX.

Bestia.



ESTIAE in scriptura dicuntur in plurali Haith Genes. 1. Producat terra, &c. bestias terrae, bestia differt a iumentis feritate, & sauitia, unde bestia quasi a vastando dicitur, atqui Cicero li. 5. Tusculanarum qq. etiam pisces dentibus feroces, & aues uinguibus, & rostris lauentes bestias appellat.

Gen. 1.

Cicero.

Bestiæ sanguinosæ an abinitio mundi carniuoræ fuerint, vt leones lupi, &c. que rüt expositores super Gen. 1. quia ibi Dominus de herbis dixit. Vt sint uobis in escam, & cunctis animalibus terræ, &c. ergo herbis & non carnibus vescerentur. Ita tenuit Beda super eundem locum Gen. 1. Glof. ordi. Lyra. & Abulensis super Gen. 1. 3. q. 272. Sed contrariū tenet D. Th. 1. p. q. 96. art. 1. cui consentit Caiet. & fundamentū huius opinionis, est quia quod dicitur Gen. 1. Herbas, & fructus arborū in escam dari cūctis animalibus, intelligitur iuxta eorū naturam, cūctis quæ herbis aut seminibus vescuntur, non autē his quæ natura sua carnibus aluntur, deinde quia per peccatum hominis natura bestiarum non est mutata, ergo sicut modo viuūt, & aluntur, ita & à principio. Neq; Beda aut Gl. aut Lyra. videntur de omnibus sine exceptione loqui, & quamuis loquantur, sententia eorū non habet efficax fundamentum. Nō autē negamus, potuisse in arca Noe carniuoras bestias sustētari fructib⁹ exquisitis, quales sunt ficus, & similia. Nihilominus, quādo extra arcā, neq; dactylis neq; fic⁹ neque aliud simile haberēt, quis poterat, nisi ad miracula recurramus, obstare, ne dētib⁹, & vnguib⁹ victū ex carnibus quærent animalium? quod certe mihi probabilius est. Neque enim humus tunc pinguior iras bestiarum mutauit.

Bestia per metaphoram in malum frequentius sumitur: de notatq; hominem ferinis moribus. Sic intelligitur illud Osee: Et percussam cum eis facies in die illa, cum bestia agri, & cum uolucris celi. Vbi Hiero. De hoc inquit tempore Esa. loquitur. Habitat lupus cum agno. Et infra, quod impletū est, quādo Petro reuelatum est, vt Cornelium suscipere ex nationibus, & comedere omnes bestias: nihilque immundum esse cognosceret, quod cum gratiarū actione percipitur, sic & Theod. non de bestiis (inquit) & de volucris loquitur, sed de efferatis hominibus, &c. In bestia feros & immanes homines, & præsertim tyranos intelligit, in volucris celi, superbos, atque alta sapientes. Hæc ille. Et Glossa ordinaria idem sentit atque Lyranus: Ergo cum bestiis agri facies faciebat filius Dei quando clamabat in Euangelio. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, &c. Tollite iugum meum super vos.

Gene. 1. Quæstio.
Beda. Glof.
Lyranus, Abulensis, D. Th. Caiet. Gen. 1.
Ose. 2.
Hiero. Esa. 11.
Act. 10.
Theod.
Glof. Lyra.
Matth. 11.

Bestiæ cubile secundum eandem metaphoram ciuitas Niniue, Assyriorum metropolis appellatur, à Chaldæis vastata, Soph. 2. Et extendam manū meam super Aquilonem, & perdet Assur, & infra: Quomodo facta est in desertum, cubile bestiarum? Vbi Hieronimus: iuxta hoc, inquit, quod supra diximus, aut vere in deserta vrbe habitabūt bestię: aut certe sub bestiarum figura multarum nationum varietas indicatur. Addit posse de Ecclesiæ vastitate quoq; sub Antichristo intelligi quod ait Sophonias. Et ponet speciosam in solitudinem, & accubabunt in medio eius bestię. Quia cum abundauerit iniquitas, refrigescet charitas multorum, & surgent Pseudo Christi: & sedebunt homines bestiales in cathedris Ecclesiæ.

Bestiæ terræ vocantur Romani sub Tito, & Vespasiano, qui deuorant Hierusalem: vt Hiero. ait. Nunquid auis discolor hereditas mea, nunquid auis tincta per totum? Vbi Hiero. Auem. inquit, ait, tinctam per totum, iuxta literam Pauum, & Subdit Propheta. Venite congregamini omnes bestię terræ, properate ad deuorandum. Quia igitur facta est mihi hereditas mea, sicut Leo in Sylua, & dedit contra me vocem, & eam omni odio detestatus sum: Ideo venite omnes bestię terræ, diuersarum gentium multitudo, & deuorate eam. Hæc Hieronymus. Quod etiam prædicit filius Dei in Euangelio. Malos male perdet, & vineam suā locabit alijs agricolis, & alibi: Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Sub eadem metaphora de eadem vastatione Hierusalem Esaias dixit. Omnes bestię agri uenite ad deuorandum, uniuersę bestię saltus: ita exponunt de Romanorum exercitu, Hieronimus. Cyril. Theod. Glo. Haymo & Lyra. Causam verò subdit Esai. Speculatores eius cæci omnes, nescierūt uniuersi, canes muti nō ualentes latrare. Et merito ex malitia quippe in tanta cæcitate deuenere vt dicerēt de filio Dei. Quid facimus quia hic homo multa signa facit? itaq; signa quę aperire oculos debuerūt, magis ad occidendū signorū autorē excęcauerūt eos. Denique si canes muti sic puniuntur, & speculatores cæci in lege veteri, quomodo punientur in lege gratiæ mercenarij. Qui uident lupum uenientem, & fugiunt? Item bestia agri vocatur Rex Assyriorum qui decē tribus cepit Israel, Ose. 13. Bestia agri scindet eos, & ca. 2. Comedet eam bestia agri.

4
Soph. 2.
Hiero.
Matth. 24.
5
Hebr. 12.
Hiero.
Matth. 21.
Matth. 23.
Esa. 36.
Hiero. Cyril. Theod. Glof. Haymo. Lyra.
Ioan. 11.
Ioan. 10.
Ose. 13.

Bestiæ, idest bestiales homines sub umbra dæmonis, vel Antichristi, habitare dicuntur, Ezech. 31. Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcherrimis ramis, &c. Cumque extendisset umbram suam, in ramis eius fecerunt nidus omnia uolatilia celi: & sub frondibus eius genuerunt, omnes bestię saltus, & sub umbraculo illius habitant cæcus gentium plurimarum. Vbi Hiero. Vt nullus, inquit, esset, qui nō eius, idest diaboli tegetetur umbraculo, præter eum qui dixit. Ecce uenit princeps mundi huius, & in me nō habet quicq; & Rom. 5. Sicut in Adam omnes moriūtur, ita in Christo omnes uiuificabuntur. Item omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Et quidē alij habitāt in ramis quasi uolatilia, scientiā sibi in philosophia, & in hereticorum dogmatibus pollicentes, alij quasi bestię immites, atque crudeles, alij quasi multitudo gentiū plurimarū, vt cōmissos diuersis uitiis significet, atq; peccatis. Hæc Hiero. ideo dæmō princeps appellatur mundi. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras, & alibi: Quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Sed & Hiero. per Assur intelligi posse Antichristū dicit, qui sub se maximā multitudinem trahet, ita vt nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro.

Bestiarum nomine Christianos quoq; uitiis deditos significari, docet Hiero. super illud Ezech. Vbi de uisione diuina contra Gog Regē Scytharū, Antichristi fautorē, sermo est. In die illa crit cōmotio magna in terra Israel, & cōmouebuntur à facie mea uolucres celi, & pisces maris, & bestię agri. Vbi ait. Quod manifeste de habitatoribus Ecclesiæ demonstratur. Quod autem morū diuersitas variis designetur nominibus, Apostolus scribit ad Corinthios, quia alia corpora post Resurrectionem dicit esse cælestia, alia terrena, &c. Et propter hanc morum diuersitatem etiam intra corpus, & sinum Ecclesiæ Dominus dixit: apud Matt. Non omnis qui mihi dicit Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in celis est. Deniq; de Cretensibus etiā iam credentibus Paulus dixit, vt corriperet eos dure, quia quidam de illis proprius eorū Propheta dixit. Crete nescis semper mendaces, mala bestię, uentres pigri. Item Esai. Glorificabit me bestia agri, & uociones, &c. Idest gentiles ad fidem conuersi, quales Magi ab Oriente.

6
Ezech. 31.
Hierony.
Ioan. 14. Rom. 5.
Rom. 3.
Ioan. 12. Ioan. 16. Hiero.
Matth. 24.
7
Hiero. Ezech. 38.
Matth. 7.
Tit. 1.
Esa. 43.
Matth. 2.
8

Bestiæ quatuor grandes, quæ ascenderūt de mari, diuerse inter se, in uisione Da. Quatuor sunt monarchiæ, prima quasi leuena Chaldæorum, secunda sicut uersus Persarum, & Medorum, tertia ut Leo Pardus Græcorum, quarta dissimilis omnibus aliis, Romanorum, vt exponūt Hiero. Theodo. Glo. Lyra. & alij recte autem de mari ascendisse dicuntur, in quo est instabilitas huius mundi significata, de qua Ioan. 2. Mundus transiit, & cōcupiscentia eius. Sic ille: monarchiæ opulentissimæ quondam quæ de mari huius mundi ascenderunt, cum illo transierunt. Ideo Dominus dixit: apud Matth. Quid prodest homini, si uniuersum mundū lucretur, animæ uerò suę detrimentū patiat? Sub eadem bestiarū metaphora apud Dan. Arietis qui typus erat Imperij Persarū, ventilare uisus est cornibus omnes bestias, contra Occidentem, & contra Aquilonē, & Meridiē. Et omnes bestię non poterant resistere ei, neq; liberari de manu eius: Idest gentes bestiales, & idolatræ, Arietem tamē uicit hyrcus caprarū, idest Magnus Alexander, vt explicant Hiero. Theod. & alij patres. Quia nulla est potestas humana tā robusta, quam alia non superet, ideo Ecclesia non humanæ, sed diuinæ nititur potentia, de qua legimus. Et portæ inferi non preualebunt aduersus eam.

Bestia per excellentiā, propter feritatem, & insignē tyranidē, uocatur Antichristus Apo. 11. Vbi agens de duobus Prophetis, quos intelligimus Enoch, & Eliā, subdit. Et cū finierint testimoniū suum, bestia quæ ascēdit de abyssō, faciet aduersus eos bellū, & uincet eos. Vbi notandum antequā suum finiret testimoniū, nemo potuit eos vincere, uel morti tradere, sic Petrus, & Paulus licet sepe sint in carcere missi, Act. 12. & 16. &c. tamen non nisi Romæ, finito suo ministerio, & testimonio de Christo, per martyriū sublati sunt. Sic & Chr̄s nisi hora, & tempore ab eterno præfinito, & opere cōpleto, nō potuit occidi Ioan. 13. Sciens Iesus quia uenit hora eius, & Ioan. 7. Nemo in illū misit manū, quia nondū uenerat hora eius. Sic Henoch, & Elias, non nisi cōpleto suo testimonio superabuntur à bestia, quæ est Antichristus, vt exponunt Victor. Aret. Ansel. D. Th. & Richa. Ansbe. Prima dicitur autē Antichrist⁹ bestia, quæ ascēdit de Abyssō idest de mari, uel de profundo uictorū, ut

Dan. 7.
Hiero. Theodo. Glof. Lyra,
1. Ioan. 2.
Matth. 16.
Daniel. 8.
Hiero. Theod.
Matt. 16.
9
Apo. 17.
Aret. 12.
Ioan. 13.
Ioan. 7.
Victorius. Aretas. Anselmus. D. Tho.

Richardus. Ansbertus. Primasius. Haymo. D.Th. IO Apoc. 13. Beda. Ansber. Gagneius. Irenæus. Hipoly. Methodius. Iob. 41. Greg. Beda. Cælius. Gagneius. Beda. 2. The. 2. Aretas. Primasius. Irenæus. II Apoc. 13. Greg. Primasius. Haymo. Glor. D.Tho. Beda.

exponit Richardus, vel de peruersitate Iudeorum quia de tribu Dan oriatur, vt exponit D. Thom. Ansbertus & Primasius, faciet autem bellum blanditiis, prodigis, & tormentis, vt inquit Haymo, & D. Tho. vincet autem, idest occidet corpus, non superabit animum eorum.

Bestia de maria ascendens est Antichristus sic legimus, Apocalyp. 13. Vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septem, & cornua decem. Bestia hæc vel totum corpus impiorum significat cuius præcipuū caput est Antichristus, vt exponit Beda vel est ipse Antichristus, vt aiunt Ansbertus Gagneius, & ante illos Irenæus lib. 5. cap. 28. & Hipolytus de consummatione mundi, & Methodius quem citat Aretas & alij multi inter quos est D. Grego. lib. 33. moral. in illud Iob. 41. De ore eius lampades procedunt. Et capita septem sunt totidem regna ei paritura, cornua vero decem totidem principes fautores eius insignes, ascendit de mari in eo sensu quo numero præcedenti de Abyssu ascendente explicuimus, dicitur similis pardo propter velocitatem occupandi monarchiã, & crudelitatem est enim pardus velox, & crudelis. Item vt vult Beda propter varietatem gentiū, quas subiiciet, & pedes eius sicut pedes vrsi propter robur, & malitiã satellitum eius vt Beda, Cælius, & Gagneius exponunt: Quia vrsus robustos habet pedes, quibus se erigit vt humo, sic malitiose humanitatem simulabit, & os eius vt os leonis propter crudelitatem, & superbiam, vt ait Beda, & dedit illi draco virtutem suam, quia vt Paulus ait. Cuius aduētus secundum operationem Satanae: Græce legimus dedit illi draco virtutem suam καὶ τὸ δῶρον αὐτοῦ. Idest sedem suam sicut legunt Aretas, Primasius, & Irenæus lib. 5. contra Hærefes.

Sequitur in textu. Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat duo cornua similia agni, & loquebatur sicut draco, & potestatem prioris bestia, omnē faciebat, &c. D. Greg. li. 33. moral. loco citato in numero præcedenti dicit de scripta priori bestia, idest Antichristo, alia bestia ascendisse dicitur quia post eum multitudo prædicatorum illius exterrena potestate gloriantur. Eodem modo Primasius, Haymo, Glor. D. Tho. & Beda sic ait, duo cornua agni habet quia per hypocrysim sanctitatis sapientiã

Dñi saluatoris se habere finget, & vitam, ideo de hac bestia dicit filius Dei. Attēdite à falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouiu, &c. Sed alia expositio est non omnes hypocritas hoc loco: sed quendam in signem Pseudo Prophetã significari, qui erit quasi armiger Antichristi, vt tenet Irenæus lib. 5. & quasi præcurfor eius, & loquetur vt draco, idest sicut diabolus qui tentas saluatorem scripturas astute distortas allegabat: Quia Angelis suis madauit de te. Quod vero subditur, & fecit terram, & habitates in ea adorare bestiam primã, idest Antichristum, per terrã non intelliguntur iusti, & electi, sed terreni, & reprobi vt notat D. Th. super huc locū, & allegat Grego. Quia vt legimus in Euangelio. Propter electos breuiabuntur dies illi. Videlicet ne & ipsi peruertantur, vt exponit Hilarius, Hieron. & alij patres. Quid sit autem adorare imaginẽ bestia, & accipere characterem eius explicuimus lib. 1. in verbo annus. Num. 44. De numero nominis eius vide li. 12. verbo numerus. Deniq; bestia sedes, & regnū est cōgregatio infideliū Antichristi sequaciū, vt explicat Glo. super illud Apoc. 16. Et quintus Angelus effudit phialam suã super sedem bestia, & regnū eius, & factū est regnū eius tenebrosū. Ideo Christus dicebat Ioã. 12. Ambulate dū lucem habetis, & Ioa. 3. Dilixerunt homines magis tenebras, quã lucē: erāt enim eorū mala opera. Tãdē Apoc. 20. bestia mittitur in stagnū ignis cū diabolo, & Pseudo Propheta præcurfor suo, idest in gehennã vt exponit Glor.

Bestia quoque dicitur diabolus metaphorice, quia seuit in genus humanū, vt notat D. Tho. super illud Apo. 17. Vidi mulierem sedentem super bestiam coccineã plenam nominibus blasphemiarum, habentē capita septē, & cornua decē. Hęc mulier est Babylo de qua egimus lib. 1. verbo Antichristus nu. 13. 14. 15. videlicet metropolis Antichristi, iam verò bestia siue dæmon intelligatur, vt D. Thom. exponit, & Beda siue totus populus impiorum vt vult Tychon. hom. 14. siue ipse Antichristus, cuius affessor est Satanas vt alij dicunt, hæret nihilominus capita septem, & cornua decem, idest regna, & reges impietatis, quia vt Beda notat, tam septenario, quã denario numero vniuersitas hoc loco reproborum intelligitur, qui aliis principantur, & Antichristo fauent. Tropo-

Math. 7. Irenæus. Math. 4. Psal. 90. D. Tho. Greg. Matth. 24. Hilarius. Hiero. Gloff. Iob. 12. Iob. 3. I 2 D. Tho. Apoc. 17. D. Tho. Beda. Tychonius. Beda.

Glossa. Iob. 1. Mat. 11. 13 Iob. 5. Glossa. Lyran. Beda. Mat. 10. Luc. 21. Mat. 10. Titelman. Mar. 1. r. Reg. 17. Mat. 10. Mar. 9. I 4 Iob. 40. D. Thom. Lyran.

logice verò vt (inquit) Glossa, septem capita bestia septem sunt media, quibus diabolus reprobos attrahet, videlicet delectabilia quinque sensuum, deceptio intellectus, & Antichristi potentia, pulchre autem tam diabolus, quã Antichristus bestia fera, & virulenta dicuntur, sicut è contrariò Christus: Agnus Dei qui tollit peccata mundi, vt signum detur electis, ad dignoscendum quem sequi debeant, ne decipiantur. Antichristus enim superbissimus, Christus verò humilitatis magister qui clamat: Discite a me quia mitis sum & humilis corde.

Bestias terræ iustus minime formidare dicitur Iob. 5. Et bestias terræ non formidabis. Vbi Glossa per bestias terræ dæmones intelligit, quos iustus in hora mortis, non reformidat, quia tunc non timet dæmones seuientes qui blandientes secutus non est. Eodem modo exponit Lyranus. Vnde B. Martinus in hora mortis sine formidine viso dæmoni dixit. Quid agis hic cruenta bestia? nil in me reperies. Secūda verò expositio est Bede per bestias, tyranos, & crudeles homines intelligentis, de quibus Dominus martyribus suis dixit: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Et alibi: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Quod autem tyranos bestias vocauerit, ostendit dicens: Ecce ego mitto uos, sicut oves in medio luporum. Tertia nihilominus literalis expositio est Titelmani, bestias irrationales, & feroces intelligentis, quas nō timent iusti in Deo fiduciam suam collocantes, quando contemplationis gratia deferta petunt, vbi bestia grassantur, nam de Christo qui ductus est, ab spiritu in desertū legimus: Eratque cum bestiis. Sic & Dauid iunior cum pasceret oves, Leonem & Vrsū interfecit, & Antonius, Hilariò & alij Anachoretæ cum bestiis in eremo versabatur intrepidus. Sed in hoc est discretio seruanda, iuxta illud Mat. Estote prudentes sicut serpentes, & habete in uobis sal. Idest discretionem. Neque enim omnia omnibus dantur. Et temerarium esset cum Leonibus morari.

Bestia agrī, & mala bestia, & bestia pessima per metaphoram dæmones appellantur. Sic Iob agens de Behemoth, idest de Satana sub typo elephantis, vt voluit D. Thomas, & Lyranus, dicit: Huic om-

nes montes herbas ferunt, & omnes bestiae agrī ludent ibi. vbi Grego. dicit, in montibus hoc est in cordibus superborū, dæmones ludunt, quia initium totius peccati superbia, sed Lyranus, magis iuxta literam ait, metaphoram sumi hoc loco à natura elephantis, qui herbis pascitur libere sine impedimento, ideo huic montes omnes herbas ferunt, & quia non vescitur carnibus, omnes bestiae agrī sunt ei familiares, & lufibus eum oblectant. Sic dæmon ubique in superborum cordibus, qui nullo septo timoris Dei vallatur libere pascitur, talis erat Phariseus, qui in ipso Dei templo se iactabat, contemnebatque publicanum. Talis & Caiphas, qui cæteris in Consilio cōtra Iesum dixit: Vos nescitis, quicquã, nec cogitatis. Omnes ergo bestiae agrī, idest dæmones, in corde superborum quasi ludūt, quia non timent ne ab eis rugitū confessio nis, vel pænitiarū abigantur, siue cædantur. Ideo Luc. 11. cum: Immūdus spiritus exisset ab homine, idest, à populo Iudæorum, ambulauit per loca arida gentiliū, sed non inuenit requiem, neque ludere ibi potuit, conuersione gentium percussus, & reuersus est cum aliis septem spiritibus nequioribus ad Iudæorum Synagogam superbientem adhuc contra Christum & obstinatam.

Bestia mala dicitur dæmon in Esai. vbi de Hierusalem cælesti legimus: Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, neque inuenietur ibi. Ita exponit Hierony. De Ecclesia quoque militante dicitur in Ezech. Cessare faciam bestias pessimas de terra, & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. vbi Hieronymus, vitia (inquit) cessare faciam, vel perturbationes, quibus animæ vexantur, vel aduersarias potestates, à quibus impugnantur. Hęc ille. De eis dē aduersariis spiritibus intelligitur, quod in eodem capite legimus. Et facta sunt oues mæ, in deuorationem omnium bestiarum agrī: Idest dæmonum, qui ad idolatriã, & alia vitia animas pertrahēbant, ante quam veniret ille, qui dese dixit. Ego sum pastor bonus, videlicet per essentia, cui neque deest bona voluntas arcendi bestias à caulis ouium suarum, neque prudentia, neque potentia, quando iste magni consilij Angelus: Apprehendit draconem antiquum, qui est diabolus & Satanas, & ligauit eum catena quidem magna meritorum passionis suæ,

Grego. Ecclesi. 10. Lyran. Luc. 18. Iob. 11. Luc. 11. I 5 Esai. 35. Ezech. 34. Hierony. Iob. 10. Apoc. 20.

Ose. 13.

Hierony.

16

Apo. 79.

2. Theff. 2.

Beda. Anselm. D. Thom.

Cor. 15.

sed oves reprobas derelinquet, exigente id diuina iustitia, vt impleatur mystice quod legimus Ose. 13. Bestia agri scindet eos, id est reprobos, daemones scindet a regione viuientium, vt exponit Hieronymus.

De Antichristo denique, & daemone eius assessore dicitur Apoc. 19. Et apprehensa est Bestia & cum ea pseudopropheta & hi duo uiui missi sunt in stagnum ignis. Cum tamen. 2. Theff. 2. legamus de Antichristo, Quem interficiet Dominus Iesus. Est autem dura expositio Bedae, Anselmi & D. Tho. Quod uiuus dicitur mitti, licet sit interfectus, vt denotetur tam ingens pena eius futura, ac si uiuus mitteretur, item non minus dura est expositio, vt interficiendus dicitur, qui uiuus remanebit, quia de regno suo abscindetur & priuabitur omni sua potestate quare potius dicendum est uiuum Antichristum mittendum in gehennam. Sed ibi in gehenna interficiet eum Dominus alioquin si non moreretur ille non esset verum illud. 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus, quia non resurgit, nisi qui obit.

CAPVT XL.

Bethel, Bethauen, Luza.



BETHAVEN est terra promissionis & frequentius est eadem, quae alio nomine vocatur Bethel. Sic Ose. 4. Ne ascenderit in Bethauen. Id est in Bethel, ubi erat alter e duobus vitulis aureis, quos fecerat rex Ieroboam. de quo legimus: Fecitque duos vitulos aureos, posuitque unum in Bethel: alterum in Dan. Est autem notandum, duas fuisse ciuitates Bethel appellatas, alteram in forte Ephraim, in qua Ieroboam rex, qui erat de tribu Ephraim, posuit vitulum, haec autem est illa nominatissima in scriptura, quae non vocabatur ylamaula, vt aliqui imperiti linguae hebraicae putauerunt; quos sequitur Aug. q. 85. & 113. in Genesim. Sed dicta est Luza iuxta quam dormiens: Vidit scalam ex Angelos, uocauitque nome urbis Bethel id est domus Dei, quae prius Luza vocabatur, id est amygdalus, de qua & Iosue. 18. Pertransiens iuxta Luzam ad meridiem, ipsa est Bethel, & Iudic. 1. Domus quoque Iosue

seph ascendit in Bethel, & fuit Dominus cum eis, nam cum obsiderent urbem, quae prius Luza uocabatur, uiderunt hominem, &c. Sed alia forte fuit Bethel, quae, vt docet Hierony. super illud Ose. 5. Ululate in Bethauen, post tergum tuum Benjamin: fuit in forte Beniamin, non quidem haec de qua meminit Ose. 5. sed alia de qua habes Iosue. 18. ubi numerat ciuitates Beniamin, de qua quia celebris non fuit, nihil vtra hic dicemus, maxime quia Hierony. aliquando confundit vtraque, & accipit pro eadem vt dicemus numero. 4. quod etiam tenet Masius super Iosue. 16.

Bethel autem celebris quae fuit in forte Ephraim, in qua fuit a Ieroboam rege impio vitulus aureus collocatus, per opprobrium a prophetis vocatur Bethauen, quia Bethel est domus, & auen idolum, quasi domus idoli. Sic ergo Oseas dicit: Ne ascenderit in Bethauen. id est in Bethel, quae iam non Bethel, id est domus Dei, sed Bethauen id est Domus idoli vocari debet, vel vt vertit hic Theodotion domus iniquitatis, aut sicut transferunt Aquila, & Symmachus domus inutilis, siue nihili vt sept. domon, est autem on, iniquitas, & dolor, imo & on significat idolum, vt Hieronymus adnotat Ose. 12. inueni idolum mihi. ubi est inueni on mihi, itaque Bethel vocatur vel domus on a septuag. vel Bethauē per opprobrium, sicut Ose. 10. Vaccas Bethauē coluerunt, & Ose. 5. Ululate in Bethauen. Obseruat autem Hieronymus in traditionibus hebraeis super libros Paralipomenon, morem esse scripturarum, mutatis bonis moribus locorum, eorum quoque nomina per irrisionem in contrarium mutari. Sic Hierusalem nomen mutatur in contrarium, Apoc. 11. Corpora eorum, id est Eliae & Henoch, iacebant in plateis ciuitatis magnae, quae uocatur spiritualiter Sodom, & Aegyptus, ubi Dominus eorum crucifixus est, & Hier. 7. de templo dicitur: Ergo spelunca latronum facta est domus ista. Quod testimonium contra ementes & vendentes in templo Dominus usurpauit.

Ceterum quaestio est An praeter istam Bethel, in qua fuit vitulus aureus, quae per opprobrium vocatur Bethauen, sit alia ciuitas, quae proprio nomine in scriptura vocetur Bethauē. Ad quod quid Andreas Masius velit, respondemus fuisse quidem aliam satis probabiliter, de qua

Hierony.

Ose. 5. Iosue. 18.

Hierony.

Masius.

ביתאל

2

Theodotio Aquila, Symmachus,

Hierony.

Ose. 12.

Ose. 10.

Regula.

Apoc. 11.

Hier. 7.

Matth. 21. Ioan. 2.

3 Quaello.

Masius.

fit

1. Reg. 13.

4

Caetanus.

1. Paral. 22. Dionysii. Hist. Scholastic. Vatablus.

Gen. 22.

3. Reg. 12.

Abulensis. Hierony.

Lyrans.

1. Paral. 22.

Vatablus.

fit mentio Iosue decimo octauo. Et peruenit ad solitudinem Bethauen, atque pertransiens iuxta Luzam ad meridiem ipsa est Bethel. Ecce aliam ponit Bethauem, aliam Bethel, & 1. Reg. de vtraque fit mentio. Erant (inquit), cum Saul Duo millia in monte Bethel, & infra, castrametati sunt in Magma ad Orientem Bethauen; sunt ergo Bethel, & Bethauen oppida diuersa.

Sed illud non est silentio praetereundum, Caetanus putasse Bethel in qua Iacob vidit scalam, de qua nobis haec tenus dictum est, fuisse Hierusalem, & in ea templum aedificatum, quod quadret nomen Bethel quod interpretatur domus Dei, & quod sit mons Moria ubi templum est erectum, & ubi Abraham filium Isaac immolare parabat, de quo. 1. Paral. & idem tenet Dionysius Carthusianus, allegatque historiam scholasticam, idem habet Vatablus, super Gen. 28. hic (inquit) locus erat ubi Abraham obtulerat filium suum.

Gen. 22. Sed haec sententia toto errat caelo. Quia. 3. Reg. legimus de Ieroboam rege, quod fecit duos vitulos aureos, posuitque unum in Bethel, alterum in Dan. constat autem hanc Bethel in forte Ephraim fuisse olim Luzam, vt ostendimus supra numero. 1. ex Iudic. 1. Sed non posuit vitulum aureum in Hierusalem, imo propterea posuit in Bethel, vt auerteret populum, ne sacrificaret in templo Hierusalem, vt habes. 3. Reg. citato ubi iussit: Nolite ascendere ultra in Hierusalem, &c. Ergo sustineri sententia illa nullo modo potest, vt probauit ante nos quoque Abulensis super Gen. 28. & Hierony. de locis Hebraicis. Bethel vicus est (inquit) duodecimo lapide ab Alia, siue Hierusalem, ad dexteram eius euntibus Neapolim, quae primum Luza, id est amygdalum vocabatur. Quod verò subdit, & cecidit in forte Benjamin, correxit Hieronymus super locum supra citatum. Ose. 5. Ululate in Bethauen, seu Bethel, post tergum tuum Benjamin. Vbi etiam Lyrans, ait, si est post tergum Benjamin, ergo non intra sortem Benjamin. Postremo vt ad Caetanus reuertamur, non fauet ei quod. 1. Paral. 22. dixit Dauid: De monte Moria, haec est domus Dei. Quia Hebraice non ponitur ibi nomen proprium Bethel, ideo vulgata ostendens non esse nomen proprium, non vertit Bethel, sed domus Dei, ita etiam vertit Vata-

blus, veritate ipsa conuictus: Quod si templum domus Dei est, iure optimo filius Dei eiecit de templo negociatores. Quia domus Dei, domus orationis est, non negociationis.

Ioan. 2. Matth.

CAPVT XLI.

Bethlehem.



BETHLEHEM duplex fuit in terra promissionis, altera ignobilis in tribu Zabulon, cuius meminit Iosue cap. 19. altera verò celeberrima in tribu Iuda, de qua mentio fit Iud. 19. & 1. Reg. 17. ibi natus est Dauid, dicebatur autem olim Ephrata, vt constat Gen. 35. ubi sic legimus: Mortua est Rachel & sepulta est in via quae ducit Ephratam, haec est Bethlehem, & ca. 48. dixit Iacob. Mihi quando ueniebam de Mesopotamia mortua est Rachel, & sepulta est iuxta viam Ephratae, quae alio nomine appellatur Bethlehem. Quia ergo duplex erat Bethlehem, Matthaeus. c. 2. Dixit: Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudae, ad distinctionem alterius, quae erat in tribu Zabulon, interpretatur autem Bethlehem domus panis, vt ait, Hieronymus de locis Hebraicis, qui ubique nomen ciuitatis huius tribuit sacramento, quod in ea nasciturus esset ille, qui de se dicit: Ego sum panis uiuus qui de caelo descendit, & qui manducat hunc panem uiuet in aeternum.

בית לחם

1

Iud. 19. 1. Reg. 17. Gen. 35.

Gen. 48.

Matth. 2.

Ioan. 6.

2. Mich. 5.

Psal. 71.

Matth. 2.

Luc. 2.

Quare tamen aliquis quare Michaeas cap. 5. dixerit: Et tu Bethlehem Ephrata, & non potius tu Bethlehem, quae olim vocabaris Ephrata? ad quod dicendum, sic locutum esse prophetam, vt ex significatione uocis Ephrata, id est fertilis, exaggeraret mysterium, ac si diceret & tu Bethlehem vere fertilis, & abundans, non solum pinguedine humi, sed & spiritualibus bonis, inte implebitur illud Psal. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna. Matthaeus autem allegauit terram Iuda. Quia Iudaea laudem significat, quoniam non solum ab hominibus erat diuinis laudibus frequentanda, sed & ab Angelis, iuxta illud: Et facta est cum Angelo,

multitudo

multitudo militie celestis laudantium & benedicientium Deum.

3 Hierony.

Abac. 3.

Can. 4.

Luc. 2.

4 Mich. 5. Questio.

Hierony.

Anselm. Glossa. Canus. D. Thom.

Osiander.

Chaldaus.

Pagninus.

Galatius.

Chrysof. Theophyl. Euthymius. Lyranus.

Bethlehem sita est in sexto milliario à Hierusalem, vt scribit Hieronymus de locis Hebraicis, vergitque ad Austrum, vnde impletum est illud Abacuc. Deus ab Austro ueniet, bene autem qui depulso Satana Spiritum sanctum nobis adduxit, ad austrum nascitur, & circunciditur, vt impleatur illud Cant. Surge Aquilo, & ueni Auster, & persia hortum incum, & fluent aromata illius. Flante quippe Austro, inciditur vitis Balsami, vt liquorem distillet suauissimum, sic in Australi presepio Bethlehem Dominus lachrimulas fudit, & circuncisionis sanguinem, quando: Vocatum est nomen eius Iesus, & balsamum paradisi quo vulnera nostra sanaret caput effundere.

Sed illud ingerit difficultatem, quod cum Michas affirmatiue dixerit: Et tu Bethlehem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te enim mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Nihilominus tamen Matthaeus allegauit: Nequaquam minima es. De quo sunt variae patrum responsiones. Hieronymus dicit Matthaeum volentem arguere scribarum, & sacerdotum erga diuinæ scripturæ lectionem negligentiam, sic posuisse sicut ab eis dictum est. Idem tenent Anselmus, Glossa, & Canus de locis Theolog. l. 2. cap. 14. Sed D. Thomas addit ita quidem Matthaeum posuisse, sicut scriba dixerunt, illi verò non per incuriam ita dixerunt, sed seruata veritate sensus, accommodauerunt verba, vt Herodes illa facilius caperet. Tertia est sententia Osiandri. l. 1. suæ armoniæ. cap. 10. Vulgatam non recte vertisse textum Michas, qui sic erat transferendus. Heus tu Bethlehẽ Ephrata, parum est, vt sis inter Chilia das Iudae per interrogationem. Sed huius hæretici commentum facile retuditur, quia in Hæbreo non est parum. Sed est nomen adiectiuũ paruula. Sic vertit septuag. Paruula es, ut sis in millibus Iuda. Et Chaldaus quæ minima fuisti, & Aquila Symmachus & Theodotio paruula: sic Pagninus, septuag. Hebræus, & Vatablus, item Galatinus. li. 4. cap. 23. Denique in Hebræo est Sachir, quod nomen significat adolescentem iuniorum, & paruum, neque vnquam aduerbium esse potest. Vnde est quarta sententia Græcorũ, Chrysof. Theophyl. Euthymij, quos sequuntur Lyranus, & Ianse-

nus, qui sic exponunt. Tu Bethlehẽ, nihil anseus. ma quidem es murorum ambitu, sed nequaquã minima dignitate, quem sensum significauit Chaldaus vertens de praterito, quæ minima fuisti, quasi dicat, modo non es minima propter Messias in te natiuitatem, quæ te super Romanas arces illustrauit, & cælo parem fecit: quæ sententia satis probabilis est. mihi autem probabilissima responsio videtur, quam retulit Ianseus. cap. 9. suæ concordia, & Isidorus Clarius in scholiis Michas, in Hebræo interrogatiue positũ esse à Propheta. En tu Bethlehem Ephrata paruula es? quasi dicat non es paruula. vnde legitimum sensum reddidit Matthaeus dicens: Nequaquã minima es. Extant autem duo antiquissimi codices sancti Isidori gotici contra Iudæos, & biblia gotica antiquissima in Ecclesia Toletana, vbi in Michas legitur: Et tu Bethlehẽ terra Ephrata, nunquid paruula es? Ergo Matthaeus legitimum citauit testimonium Prophetæ in sensu verissimo.

Chaldaus.

Ianseus: Isido. Clari.

Matth. 2.

CAPVT XLII.

Bethabara, Bethania, Bethphage.



BETHABARA vt docet Hieronymus de locis Hebraicis, est locus trans Iordanem, vbi Ioannes baptizabat, interpretatur autem domus transitus, quia baptismus Ioannis gratiam minime conferebat, sed quasi transitum & præparationem ad Christi baptismum, sicut ipse testatur dicens: Ego baptizo vos in aqua, &c. Id est non confero adoptionis gratiam, quam confert Dei filius naturalis, cuius non sum ego dignus solue re corrigiam calciamenti.

Bethania vt refert Hieronymus loco citato villa est in secundo à Hierusalem milliario, in latere montis Oliueti, vbi saluator noster Lazarum suscitauit, cuius monumentum Ecclesia nunc ibi constructa demonstrat, interpretatur autem domus obedientiæ, in qua erant Maria,

I Hierony. Ioan. 1.

2 Hierony.

Ioan. 11.

Martha,

CAPVT XLIIII.

Bethsaida, Bethsames, Bethulia.

Bernard.

Matth. 18.

Luc. 10. Matth. 23.

Hierony.

Matth. 21.

Psal. 67.

Gregor.

Martha, & Lazarus, quia vt notat Bernardus ser. 13. ad milites templi, tam vita contemplatiua Mariæ, quam actiua Marthæ, & Lazari penitentia, in obedientia fundari debent, dicente Domino: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus, & Luc. 10. Qui uos audit me audit. Denique: Super cathedram Moysi sederunt, Principes & Pharisei, quæcunque dixerint uobis seruate, &c.

Bethphage vt Hieronymus ait de locis Hebraicis, Villula est in monte Oliueti, & interpretatur domus maxillarum, ad hanc venit Iesus, vt inde tenderet Hierosolymam. Erat autem villa sacerdotũ, pulchre ergo primum ad sacerdotes uenit Iesus, & per eos ad Hierusalem, id est ad fidelium Ecclesiam introducitur, iuxta quod illis dicitur, Psal. Iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. vbi Greg. homil. 17. super Euangelia super occasum (inquit) Dominus ascendit, quia vnde in passione occubuit, inde maiorem gloriam suam, resurgendo manifestauit. ei autem iter facimus, quando eius gloriam uestris mentibus prædicamus. Hæc Gregorius:

CAPVT XLIII.

Bethsabe.

2. Reg. 11.

Aug.

Matth. 1.

BETHSABE interpretatur filia iuramenti, vel saturitatis, fuit vxor Vriæ, quam sustulit Dauid, & marito eius occiso, duxit eam vxorem, de qua genuit Salomonem, lege. 2. Reg. 11. Est autem typus Ecclesiæ gentium Christo copulata, vt docet Augustinus, lib. 22. contra Faustum, cap. octogesimo. Præterea de illa fit mentio Matth. 1. Dauid genuit Salomonem, ex ea quæ fuit Vriæ. Vt nemo de peccatorum uenia desperet, quide peccatricibus faminis legit filium Dei naturam humanam suscipere non dedignatum.



CAPVT XLV.

Bibere, Potare.

BIBERE dicitur Hebraicè Sathach vt pater Exo. 34. & 2. Reg. 1. & Gen. 9. dicitur, & Gamma Gen. 24. Bibere est faucibus humorem haurire

I Ioan. 1. Marci. 8. Hierony.

Hierony.

Ioan. 5.

2

1. Reg. 6. Greg.

3 Iudith. 6.

Matth. 16.

הוה

I

fue

Leuit. 10. siue potum, bibere autem vinum prohibi-
tum erat olim sacerdotibus Leuit. 10.
Quod inebriare potest non bibetis.
2 Bibere vinum in scripturis absolute po-
situm, denotat copiose & immoderate bi-
bere. Amos. 6. *Bibentes vinum in phialis, Psal.*
Et in me psallebant, qui bibebant vinum. vbi
Hierony. Repleti (inquit) vino iniquita-
tis, qualiter Christum occiderent concine-
bant, vel ebrii erant de vino, quando
operiebant caput eius, & dicebant, pro-
phetiza nobis Christe, quis est qui te per-
cussit. Hæc Hierony. & Aug. super eun-
dem locum, Putatis (inquit) fratres, hoc
Christo tantummodo contigisse, quoti-
die illi in membris eius contingit, quan-
do forte necesse exit seruo Dei prohibere
ebrietates. Hæc Aug. Sic & defiliabus
Loth, qui patrem suum studiose inebria-
runt dicitur. Gen. 19. *Dederunt itaque patri*
suo bibere vinum nocte illa, & Iob. 1. Cum qua-
dum die filij & filia Iob comederent, & bibe-
rent vinum in domo fratris sui primoge-
niti: vbi Lyranus ratione (inquit) primo-
geniti fiebat solennius, & iucundius con-
uiuium. Sic Esai. 5. Væ qui potentes estis
ad bibendum vinum, & viri fortes ad mis-
cendam ebrietatem. Item Esa. Et uocauit
Dominus in die illa ad sterum, &c. & ecce gau-
dium, comedere carnes, & bibere uinum, & Esa.
24. Iob. 1. & 3. Quia ergo vinum cum
abunde fuerit, immoderate bibitur, & me-
tem subuertit, in conuiuio quæ miraculo
Dominus multiplicatis panibus fecit ad
turbas, nulla mentio fit vini, in exemplū
sobrietatis, & in conuiuio nuptiale cui
interfuit in Cana Galilee, vinum de-
fuit.
3 Bibere sanguinem est in vindictam,
sanguinem hostium fundere. Sic Israeliti-
co populo prædixit Balaam. Num. 23.
Ecce populus ut leana consurget, & sicut leo eri-
getur non accubabit leo, donec deuoret prædam
& occiderit sanguinem bibat. In eodem sen-
su Ezech. Carne fortium comedetis, & sangui-
dem principum terræ bibetis, id est vindictam
de hæreticis & Antichristi fautoribus su-
metis, dicitur Ecclesie Catholice filiis, vt
exponit Hierony. Quia portæ inferi non præ-
ualebunt aduersus eam. Item vbi vulgata ver-
tit Zach. 9. Bibentes inebriabuntur quasi à ui-
no. Septuag. vertunt: Bibentes sanguinem eo-
rum sicut uinum, quod de Apostolis & Apo-
stolicis prædicatoribus, qui hominis vete-

Leuit. 10.
2
Regula,
Amos. 6.
Psal. 68.
Hierony.
Aug.
Gen. 19.
Iob. 1.
Lyran.
Esa. 5.
Esa. 22.
Ioan. 5.
Marc. 8.
Ioan. 2.
3
Num. 23.
Ezech. 39.
Hierony.
Matth. 16.
Zach. 9.

ris sanguinem, conuersis ad fide-
gentibus, fuderunt. Hierony. intelligit. Sed Ru-
pertus de Iudæis ad fidem conuersis à Pe-
tro in die Pentecostes. Act. 2. *Quando qui-*
dam dixerunt, musto pleni sumi isti.
4 Bibendum sanguinem in supplicium
dare damnatis dicitur Deus. Sic exponit
Glossa ordinaria, & interlineatis illud
Apoc. *Et audiui Angelum aquarum dicentem,*
Rectus es Domine, &c. Quia sanguinem sancto-
rum & prophetarum fuderunt: & dedisti eis san-
guinem bibere. Eodem modo D. Thomas,
qui Angelū aquarū prædicatorū intelligit
ordinē, qui Deū iudat, propterea quod
fautoribus Antichristi, qui sanguinē tno-
ch, & Helie aliorumque iustorum fude-
runt, æternum dedit sanguinis potum,
id est æternam damnationem. Damnatio
verò dicitur sanguis, quia mortis est signū
sine fine, quæ quidem explicatio m; tica
videtur. Literalis autem est, Angelum
aquarum materialium præfectum, vt expo-
nit Aretas, gratias agere Deo, quod con-
uerterit aquas materiales in sanguinē ad
pænam impiorū illius temporis, sanguinis
martyrum effusorum. Nec mirum cum
legam⁹ Ex. 7. aquas fluminis Aegypti ver-
fas fuisse in sanguinem, & pisces, qui erant
in fluuio mortuos esse, Et non poterunt
Aegyptij bibere aquam fluminis.
5 Bibere quoque sanguinem dicitur, qui
periculo sanguinis & mortis aliorum pa-
rat sibi escam aut potum, vnde Dauid. 1.
Paral. 11. *cum tres illi fortes aquam de ci-*
stera Bethlehem, quam appetierat attu-
lissent, dixit: Absit ut in conspectu Dei hoc fa-
ciam, & sanguinem istorum uirorum bibam.
Et. 2. Reg. dixit: Num sanguinem uirorum sto-
rum, qui profecti sunt, & animarum periculum
bibam? Quod si in suos vsus Dauid aquam
illam conuertere non est ausus quæ cum
periculo sanguinis hominum peccatorum
quæ sita est, qua fronte: rælatus Ecclesia
in suos superfluos, & consanguineorum
vsus redditus Ecclesiasticos pro dolor
quos sui sacri cruoris effusione filius Dei
comparauit: insument: certe non pastor
sed mercenarius iste vocatur à Chri-
sto.
6 Bibere calicem, passionem significat
sicut Hierony. ait, super illud Matth. *Po-*
testis bibere calicem quem ego bibiturus sum:
Calicem (inquit) in scripturis diuinis
intelligimus passionem: iuxta illud: Pater

Hiero.
Rupertus.
Act. 2.
4
Glossa.
Apoc. 16.
D. Thom.
Aretas.
Exod. 7.
5
1. Paral. 11.
2. Reg. 23.
Ioan. 10.
6
Hiero.
Matth. 20.

si non

Matth. 26. *si non potest calix iste transire, nisi bibam illum?*
Fiat uoluntas tua.
7 Bibere de furore Dei, vel calicem de
manu Dei, vel de vino iræ Dei, denotat
pœnas scelerum luere, diuino iudicio ple-
cti, vt docet Hierony. super illud Esai: *Ele-*
uare, consurge Hierusalem, quæ bibisti de manu
Domini calicem iræ eius, usque ad fundum cali-
cis soporis bibisti: & potasti usque ad faeces. vbi
Hierony. notat, de vltima desolatione
Hierusalem esse sermonem, sub Romanis:
de qua Dominus dixit: *Non relinquent inte-*
lapidem super lapidem. vnde subdit Esaias:
Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis
eius. Enim verò in prioribus calamitati-
bus sustentata fuit à prophetis: nunc au-
tem neque Prophetas habet, neque Deū
nouit, neque spem retinet, ideo dictum
est usque ad fundum calicis soporis bibi-
sti, id est, usque ad vltimum exterminium
peruenisti. Eodem modo exponit Cyril-
lus. Secundum eandem metaphoram.
Hier. de flagello quo manu Regis Babylo-
nis percussurus erat Iudæos, & varias tunc
gentes, dicit Dominus: *Sume calicem furoris*
de manu mea, Et propinabis de illo cunctis genti-
bus, ad quas mittam te: & bibent, & turbabun-
tur. Et Hier. 51. Calix aureus Babylon, &c.
De uino eius biberunt omnes gentes, ideo commo-
te sunt. Et Ezech. ad Hierusalem à Chal-
dæis tunc deuastrandam ait: Calicem sor-
ris tuæ bibes, profundum, & latum, & eris in de-
risum. vbi Lyranus calicem sororis tuæ,
id est Samariæ, quæ ducta fuerat prius cū
decem tribubus in captiuitatem ab Assy-
riis. Itē Nahum. 2. Regi Babylonico dicitur,
à Persis medisque superando: Bibe tu
quoque & consopire, vt exponit Hierony.
Dederat enim De⁹ Babylonico Regi Bal-
thasar spatium pænitiæ, & lucem do-
ctrinæ Danielis, & aliorum prophetarū,
sed quia noluit ambulare in luce, tenebras
æternas incurrit, à suis hostibus interfe-
ctus, ideo Dominus dixit: Ambulate dum
lucem habetis, ne tenebræ uos comprehendant.
8 Sub eadem metaphora legimus Apoc.
14. *Si quis adorauerit bestiam, id est Anti-*
christum, Bibet de uino iræ Dei, quod mixtum
est mero, de calice iræ suæ, item Psal. Quia ca-
lix in manu Domini uini meri, plenus mixto:
Et inclinauit ex hoc in hoc, uerū tamen fœx eius
nō est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.
In vtroque autē loco eadē est difficultas,
quomodo merum est mixtum. Quia Pro-

Matth. 26.
7
Hierony.
Esa. 51.
Hierony.
Luc. 19.
Cyrillus.
Hier. 25.
Hier. 51.
Ezech. 23.
Lyran.
Nahum. 2.
Hierony.
Ioan. 12.
8
Apoc. 14.
Psal. 74.

pheta dicit: *Vini meri plenus mixto, & Ioan-*
nes ait. Quod mistū est mero, si est ergo me-
rū quomodo mistū est? & si mistū quomo-
do merū, de quo sunt duæ sententiæ exposi-
torū diuersæ, prior est, vinū mistū intelli-
gi secundum Græcā phrasim, id est infu-
sium, quia miscerè græce νεραννω, est in-
fundere, etiā sine alterius liquoris additio-
ne, aut cōmitione. ita exponit Gagneus
super Apo. & Erasmus in suis annotationi-
b⁹, itē Antonius Gueuara super Abac. 2:
in illud: Circūdabit te calix dextera Domini.
Quia uerbum Græcum νεραννω, quo uti-
tur hoc loco Ioannes, deducitur à nomine
id est cornu, quod veteres utebātur
ad bibendum, ideo miscere est cornu in-
fundere, & mistum est, cornu fustum, etiā
si merum sit. ita Plato in Philebo ait, diis
o Protarche misceamus. Sed diis non nisi
merū libabant sicut Virgilius ait.
Hic duo rice mero libans Charchesia Bacho,
fundit humi:
Denique Seruius ibidē tradit gētes olim
diis suis non nisi merum libasse. ritu anti-
quissimo. Eodem modo exponit Aretas
super Apoc. 14. *mistum (inquit) esse, non*
significat temperaturam aliquam, sed ad-
ditionem, id est, appositum in cratere iræ
Dei. Significat ergo damnationem æter-
nam, sine admitione misericordiæ, iux-
ta illud Iacobi. 2. iudicium sine misericordia
his, qui non faciunt misericordiā. Posterior ni-
hilominus expositio est Glossæ ordina-
riæ, & D. Thomæ super Apo. 14. Item
Vatabli super Psal. 74. Qui tenent mistū
propriè capi, pro eo quod mistum est cū
alio vel uino quidem, quia diuersa uina
mista robustiora fiunt, siue cum fœcibus,
dicit Glossa. Quod autem etiam secundū
phrasim Græcam, uerbum νεραννω,
licet aliquādo sine additio ne alterius li-
quoris infundere significet, sæpe tamen
propriè accipiuntur pro eo quod est duos
liquores coniungere, & uinum cum aqua
temperare, vt F. Ribera dicit idque asse-
rit Plutarchus in conuiualibus qq. lib. 8.
q. 6. & Cælius Rodiginus libr. 27. Anti-
quarum cap. 27. ait νεραννω Dicunt Græ-
ci pro miscere uino aquam, & Euthymius
græcus super Psal. 74. Plenus mistū, exponit
plenus misericordia sicut uinū aqua misce-
tur, sed secundū Euthymiū duos calices in
manu Domini poni oportebat, alterū me-
ri, alterum verò misti aqua, propterea me-

Quælio.
Gagneus.
Erasmus.
Ant. Gueu.
Abac. 2.
Plato.
Virgili.
Seruius.
Aretas.
Iacobi. 2.
Glossa.
D. Thom.
Vatabli.
Glossa.
F. Ribera.
Plutarchus.
Cælius.
Euthymius.
Psal. 74.

lior

lyran. Chaldaeus. Matth. 25. Matth. 18. Matth. 25. Iob. 21. 9 Amos. 2. Pagninus. Glo. Interlineal. Lyran. Hierony. Deut. 32. Pfal. 13. Luc. 16. Pro. 4. 10 Abd. 1. Hierony. Cyrill. Luc. 6. 11 Can. 5. Lyran. Greg. Glo. Vatablus. 2. Pet. 2.

lior est expositio Glossæ, vt sit merū, sed iniecta ibi aliqua specie fortificatiua, vt fit in clareto sicut putat Lyranus, & Chaldaeus plenus mixtione amara vertit, vel fæcibus mixtum, ideo subditur: *Et fæcibus non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ, qui bus dicit: ite maledicti in ignem æternum.* Item talis fuit debitor decem millium talentorum, & qui ingressus est conuiuium, non habens vestem nuptialem: denique virgines fatue, hi omnes bibent de calice mixtionis fæcibus sine fine: De quo apud Iob. dicitur in pio, *De furore omnipotentis bibet.*

Bibere vinum damnatorum est de pecunia virorum innocentium, qui iniuste damnatur conuiuia facere. Amos. 2. *Et unum damnatorum bibebant.* vbi in Hebræo est vinum eorum, quos calumnia batur. Pagninus vertit vinū pænis affecto rum, vnde recte Glossa interlinealis explicuit, vinum eorum quos vi oppresserant. Et Lyranus, cōuiuia faciebant de substantia iniuste oppressorum, Hieronymus autem dicit hoc scelus esse inexpiabile. Est (inquit) vinum illud Sodomorum, & venenum aspidum in sanabile, non quod sit irremissibile, sed quia cum tam altas radices egerit avaritia, contemnit remedia, sicut remedium sibi datum de vlceroso Lazaro curando, despexit diues purpuratus cui competit illud Pro. 4. *Qui bibunt unum iniquitatis.*

Bibere super aliquem, est de eius exitio lætari. Abd. 1. Idumæis dicitur, *sicut fecisti, fiet tibi, Quomodo enim bibisti super mortem sanctum meum, bibent omnes gentes iugiter, &c.* Vbi Hierony. sicut lætati, inquit) estis vos Idumæi, aduersus populum meum cum gentibus reliquis, ita omnes lætabuntur contra vos. Eodem modo Cyrillus, ad hoc facit quod Dominus ait, in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.

Bibere vinū cū lacte, phrasis est Can. 5. vbi sponsus ait. *Comedi fenu cū melle meo, bibi unum cum lacte meo, quod Lyranus, ad fertilitatem terræ promissionis reducit, sed non est ad rē: quare melior est expositio Gregor. Glo. & Vatabli. Bibere sponsum vinum cum lacte, est approbare doctrinā Ecclesiæ, in qua paruulis lac datur doctrinæ clarioris, iuxta illud Petri: *Sicut modo geniti infantes lac concupiscite.* Et adultis vinū doctrinæ perfectioris, quæ latificat cor hominis, propinatur, qualis est. *Beati pauperes**

et beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, & si quis uult uenire post me abneget semetipsum. Item. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Denique: Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Et diligite inimicos uestros.

Itaque bibere vinū metaphorice est perfectionem Euangelicæ doctrinæ haurire. Hoc vinum non bibunt Iudæi. Sed perfecti in Christo. De quo Esai. *serui mei bibent, & uos sitietis.* Et alibi. *Si dederō triticum ultra inimicis tuis, & unum tuum in quo laborasti, &c. quia qui comportant illud, bibent in atriiis sanctis meis.* vbi Hieronymus quæ ex parte ait, complentur in Ecclesia, quando dicit Dominus discipulis suis: *ibite amici, & inebriamini fratres, quod vinū latificat cor hominis, & Gen. 43. in plena luce atque meridie bibitur à Ioseph cum fratribus suis, & complebitur plenius, quando implebitur terra benedictione Domini.* Hec Hiero. Eodē modo intelligit illud Zach. 9. *Bibentes inebriabuntur quasi uino, & certe qui inebriatur, expoliat se præ calore uini, & omnium obliuiscitur: sic qui doctrina Christi inebriantur, dicunt Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te, & obliui inuiriarū, rogant cū Petro: Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam eum?*

Bibere vinum à Sapiencia mixtum, est in Eucharistia sanguinis Christi fieri participem. Pro. 9. *ibite unum quod miscuit uobis.* Sic exponit Hierony. super Esai. 55. & super Pro. 9. In uino, inquit, mixto coniuncta in vna Christi persona deitatis & humanitatis natura exprimitur, eodē modo exponunt Glossa, & Lyranus, & ante illos Cyprianus in Epist. ad Antonianū. De hoc Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* De quo Iohannes li. 5. in uerbo Eucharistia. Idē significat. 1. Cor. 10. *Nō potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum, id est, de sacrificio idolorum participare.*

Bibere sapientiam non generat fastidium. Ecclesi. 24. *Qui bibunt me: adhuc sitient.* vbi Glossa etiam in hac uita sapientiā spiritualium dicit: quo magis gustatur magis placere, & Lyranus, quia hic sapientia quasi per fistulam bibitur, ideo desideratur in cælo plenius, sicut Psal. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum.* Quod si quis obiciat cōtra hoc, quod Dominus dixit Ioan. 4. *Qui biberit ex aqua*

Matth. 5. Matth. 16. Matth. 10. Luc. 14. Matth. 5. 12 Esai. 55. Esai. 62. Hierony. Zach. 9. Matth. 19. Matth. 18. Pro 9. Hierony. Glossa. Lyran. Cypria. Ioan. 6. 1. Cor. 10. 14 Ecclesi. 24. Glossa. Lyran. Psal. 41. Ioan. 4.

quam

Aug. quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, &c. quia vt exponit Aug. tract. 15. in Ioannem, hoc quidem fiet, sed in resurrectione mortuorum. Item aliquando dat feruis suis Deus in hac uita, ne ad tempus esuriant, aut sitiant, in pignus impossibilitatis æternæ in gloria, sicut dedit Moyse & Eliæ, qui quadraginta diebus nō sitierūt. De aqua deniq; spiritualis sapientiæ Dñs dicit apud Ioan. *Qui sitit ueniat ad me & bibat, id est, vt satius non sitiat cum tormēto, vt diues in gehenna.*

Bibere de genimine uitis nouum vinū in regno patris, phrasis est Matth. 26. *Nō bibam de hoc gemine uitis, donec bibam illud nouum in regno patris mei,* quod duobus modis exponitur. Prior est de potu in Eucharistia post resurrectionē, quando corpore glorioso Dñs cum discipulis cōmunicauit, & comedit, & bibit. vt constat Luc. 24. quando comedit partē piscis assi, & fauum mellis, & Marc. ult. quādo conuescens discipulis apparuit illis Iesus. Ita exponit Chryso. & Theophyl. Cū resurrexisset, inquit, comedit & bibit, nouo quodam modo, non quasi indigeret cibo, &c. Eodem modo Euthymius, quos sequitur Lyra. item D. Tho. in Comment. Matth. Posterior expositio est Aug. lib. 1. qq. Euangelicarum. q. 43. Vbi per regnum Dei generalē intelligit resurrectionem, in qua nouum vinū æternæ lætitiæ cum beatis bibet. Idem tenet Iansenius.

Fere eodem modo explicatur illud Luc. 22. *Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* Vbi Lyra. duas admittit expositiones, vt vel intelligatur in Ecclesia militate de Eucharistia, vel in triumphante de gloria beatæ uisionis. de qua Psal. 35. *Et torrente uoluptatis tue potabis eos.*

De torrente in uia bibere est de passionis aqua potari, Psal. 109: *De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput.* Quod Iansenius ad uictoriam Christi refert, qui hostes suos uicturus prædicebatur, & de eorum sanguine quasi de torrente per metaphoram bibiturus, quod impletum est uastata Hierusalē à Romanis, quæ expositio non est improbabilis, quia præcessit: *Conquassabit capita in terra multorum.* Sed nihilominus de Passione Dñi, de

Aug. Ioan. 7. Luc. 16. 16 Matth. 26. Luc. 24. Marc. vlti. Chryso. Theophyl. Euthymius. Lyran. D. Tho. August. Iansenius: 17 Luc. 22. Lyran. Psal. 35. 18 Psal. 109. Iansenius:

qua velut de torrente bibit, exponunt Aug. Hierony. Cassiod. Gloss. & Lyran. quæ expositio communior est, & præferenda: propterea enim exaltauit caput resurgendo, Phil. 2. *Quia humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem.* Chaldaicus paraphrastes exponit: *Ab ore Prophetæ doctrinam accipiet, propterea exaltauit caput.* Sic autem filius Dei testimonium comprobendam accipiebat, sicut dixit Luc. 24. *Neesse est impleri, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. & Luc. 18. Et consummabuntur, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis.*

Bibere diuitias dicitur fur & raptor, Iob 5. *Bibet sitientes diuitias eius, id est, predones & raptores.* vt exponit Lyr. diuitias impius, quas desiderauerat nō obtinebit: ideo monuit Dñs Matth. 5. *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, &c. ubi latrones effodiunt & furantur.*

Bibere sicut aquā iniquitatem, est sine timore Dei peccare. Iob. 15. *Cæli nō sunt mundi in conspectu eius, quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit sicut aquam iniquitatem.* Eodem modo amici Iob de illo dicebant: *Quis est uir ut est Iob? qui bibi subsanationem quasi aquam, id est, substat sine fræno iudicia Dei, vt exponunt D. Tho. & Lyranus.*

Bibere purissimam aquā, & reliquam turbare pedibus est prædicatorum adultèrantium uerbum Dei. vt Hierony. exponit super illud Ezech. *Cū purissimā aquam bibere, reliquā pedibus uestris turbabatis.* Ecclesiastici, inquit uiri, qui dogmatum non custodiunt ueritatem, sed de suo corde confingunt, & magistrorum sibi assument autoritatem. Hæc ille. Hoc præcauens filius Dei dicebat: *Prædicare Euangelium omni creaturæ, id est non uestra cōmentata & phaleras.* Et rursus: *Docente seos seruare omnia quæcunque mandauimus uobis.* Denique. *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorum.*

¶ Alias phrasæ de potu, uide in uerbo Aqua.

¶ Bibere de petra, uide in uerbo Lapis numero 6.

Aug. Hierony. Cassiod. Glossa. Lyran. Philipp. 2. Chaldaeus. Luc. 24. Luc. 18. 19 Iob. 5. Lyran. Matth. 5. 20 Iob 15. Iob 34. D. Tho. Lyran. 21 Hierony. Ezech. 34. Marc. vlt. Matth. vlt. Matth. 5.

CAPVT XLVI.

Bigæ.



IGA Duorum equitū legitur Isa. 2. 1. vt mox dicemus Hebraicè verò est Semed Parafim, & certè.

Bigæ sunt currus duobus equis veſti, quos primum inuenere Phrygij. teſte Plinio lib. 7. c. 5. 6. ſicut quadrigas quatuor videlicet equorum primus iuxit Erietho nius Rex Athenienſiū. Apud veteres biga quoq; legitur in ſingulari. Sic Iſai. 2. 1. Ecce iſte uenit aſcenſor bigæ equitum, & reſpondit, & dixit, cecidit, cecidit Babylon. Hic aſcenſor bigæ fuit Cyrus Rex Perſarum atq; Medorū, qui expugnauit Babylonē: ideo moderator bigæ duorum equitū dicitur, ideſt duorū regnorum, vt exponunt Hieron. D. Tho. & Lyra. de quo egimus in verbo Aſeſor lib. 1. nu. 2. ¶ Eſt autem Cyrus Chriſti typus regis hominum & angelorū: propterea in eius natiuitate canunt Angeli: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis: quia inter utrumque regnū cæleſte & terrenū pax facta eſt: & ideo ſubditur, cecidit Babylon, ideſt mundi potentia, atque ſuperbiæ cecidit, cum rex cæli & terre naſci tur in præſepio: dicatur ergo in natiuitate Chriſti: Ecce iſte uenit aſceſor bigæ equitū, & reſpondit & dixit, ſubaudi ſpiritus propheta: Cecidit, cecidit Babylon. Vel vt exponit myſtico etiam ſenſu Iſichius lib. 2. ſuper Leuit. ca. 1. 1. Chriſtus per Cyrū deſignatur, duorum Dñs populorū Iudæi & Gētilici, qui ait. Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, &c. & illas oportet me adducere, &c.

CAPVT XLVII.

Bilibris.

BILIBRIS. Duas libras ſignificat, libra autem pondus eſt duodecim vnciarum, vel duodecim partium æqualium.

Bilibris tritici metaphoricè verā intelligentiā ſcripturarum, noui præſertim teſtamenti ſignificat, quæ duobus præceptis charitatis cōtinetur. Sic legimus Apoc. 6. Et audiui tanquā uocem de medio animalium dicentū, Bilibris tritici denario uno, & tres Bilibres hordei denario uno, uineū & oleū ne

leſeris. Imprimis hæc vos quatuor eſt animalū, ideſt quatuor Euangeliſtarum, qui per quatuor animalia ſignificantur, vt exponit Richar. Anſel. Haymo, D. Tho. & alij patres. Porro pro bilibris, Græcè eſt chænix, quod eſt nomē mēſuræ aridorū, & quāuis ſecundū Budæū lb. 5. de aſſe. hæc meſura capiat ſextarios duos, ideſt quatuor libras, uidelicet 48. vncias, quia ſextarius 24. vncias retinet. Nihilominus Polux in ſuo Anomaſtico, lib. 4. ca. 2. 2. chænici tres tantū cotylas tribuit. Habet autē cotyla vncias nouem, eodem modo Alteus in libello de ponderibus chænicè Atticā, quæ à communi multū diſtat, tres cotylas habere teſtatur, ideſt 27. vncias, & Gregor. Agricola chænicè duas libras, & quadrantē aſſerit continere, quod conuenit cum textu noſtræ vulgatæ, bilibris enim duę ſunt libræ, quas cōtinet chænix cum quadrante.

Chænix ergo in cōmuni modo loquēdi capitur pro mēſura frumētī, qua ſingulis diebus homo pot eſt ſuſtētari, vt putauit Budæus loco citato ex Herod. lib. 7. & Suida: ideo vocari ſolet cibus diurnus. Denarius verò moneta eſt decē era continens, ideſt minuta quadrantia, quæ faciunt quadraginta dipondia, ideſt Iulū Italicum, vel regalem numum Hispanicum, & paulo plus.

Quo præiacto fundamento expoſitio huius loci ſecundum Aretā Episcopū, & Victorinū eſt, tanta erit fames ſpiritualis in terra. de qua Amos 8. immitam famem in terra, &c. Famem audiendū uerbi Dei. Propter hereses vētūras, vt bilibris tritici, ideſt legitima Euangelij intelligentia, quæ ex duobus pendet charitatis præceptis, quæ ſola poteſt mentem humanā in ſpiritu ſuſtētare, conſtet denario vno, ideſt toto pretio induſtriæ & laboris humani. Et tres bilibres hordei, hoc eſt legitima intelligentia veteris teſtamenti, quod diuiditur in tres partes, ſcilicet in legē, Prophetas, & Agiographa, ſimiliter cōſtet pretio laboris totius vitæ, quæ conſumenda eſt in ſcrutandis ſcripturis ſecundum traditionem patrum, & decreta conciliorum, atque Summorū Pontificū. Quod quia non faciebant Pharifæi, dictum eſt eis. Euntes diſcite, quid ſit miſericordiam uolo, & non ſacrificium. & alibi. Irritum feciſtis mā datum Dei propter traditionem ueſtram. Itē

Richard. Anſelmus. Haymo. D. Thom. Budæ.

Polux.

Alteus.

Greg. Agricola.

2

Budæus. Herodotus.

3

Aretas. Victorinus. Amos 8.

Matth. 22.

Matth. 9. Matth. 15.

Inc. 20.

Saducæis dixit: Erratis neſcientes ſcripturas, neque uirtutem Dei. Secunda nihilo minus expoſitio eiufdem loci eſt, parum diuerſa Abbatis Ioachim, Gagnei, & Cælij in collectaneis: bilibrem tritici denario vno emi, ideſt intelligentiam Euangelij fide, & operibus, qui denarius argenteus decalogi opera, & argentum continet fidei. Quod verò ſubditur: Vinum & oleum ne leſeris. Expoſit Beda. Ne leſeris per ſcandalum uinum charitatis Dei, & oleum charitatis proximi dicente Chriſto: Vae autem homini illi per quem ſcandalū uenit.

Abb. Ioach. Gagneius. Cælius.

Beda.

Matth. 18.

CAPVT XLVII.

Blasphemare.



Blasphemare in ſcriptura dicitur Hebraicè Nachab, Leui. 24. ſignificat etiā pūgere.

Eſt autem blaſphemare, maledicere, execrari, & alicui quippiam indecens per iniuriā tribuere, maxima verò blaſphemia contra Deum eſt: deinde contra ſanctos, quorū honor refer tur in Deū, Leuit. 24. Homo qui maledixerit Deo ſuo, & blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Deo autem maledicere, vt notat D. Thomas 2. 2. q. 13. art. 1. duobus modis contingit, aut quādo quis tribuit illi, quod ei minimè conuenit, vt ſi dicitur iniuſtus, crudelis, impotens, aut obnoxius cuiuſq; defectui, ſiue id credat homo, quod ad infidelitatē pertinet, ſiue nō credat, quod eſt pura blaſphemia, ſicut vxor Iob: Dixit ei benedic Deo & morere, ideſt maledic.

221

I

Leuit. 24.

D. Thom.

Iob. 1.

2

Iſa. 1.

Hieron.

Ioan. 19.

Ioan. 8.

Ioan. 10.

Cyprianus.

Tertull.

Procop.

Hilar.

illud Pſal. 2. Quare fremuerunt gentes, & Origenes lib. 2. cōtra Celfum. Præterea, quod Iſaias ſubiungit in fine cap. 5. Eloquium ſancti Iſraël blaſphemauerunt. Cyrill. exponit de Iudæis, qui Euangelium blaſphemauerunt, dicentes filio Dei. Tu de te ipſo teſtimonium perhibes teſtimonium tuum non eſt uerum, & his ſimilia:

De eiſdem Iudæis dicit Iſa. c. 5. 2. Quia hæc dicit Dominus: In Ægyptum deſcendit populus meus, ut colonus eſſet ibi, & Aſſur abſque ulla cauſa calumniatus eſt eum, & nunc quid mihi eſt hic, dicit Dominus: quoniam ablatus eſt populus meus gratis. Dominatores eius inique agunt, & iniquiter tota die nomen meum blaſphematur. Vbi Hieron. Arguit, inquit populū Iudæorum, & vētura prædicat. Quod qui uoluntate ſua in Iacob deſcēdit in Ægyptios, & tempore neceſſitatis, ac famis peregrinatus eſt in terra Geſſen: poſtea ab Aſſyriis, quos in nullo leſerat, calumniā ſuſtinuerit, & in Babylonem captiuitate translatus ſit. Vnde infert, & nunc quid mihi eſt, dicit Dominus: & eſt ſenſus. Nihil habeo reliqui, vt in hac regione uidelicet Iudæorum permaneam, quia populus meus ablatus eſt, vel peccatis ſuis, vel uiribus Romanorū, nempe ſub Tito & Veſpaſiano captiuus. Deinde cauſam captiuitatis ſubdit, quia dominatores eorū, hoc eſt magiſtri, principes & Pharifæi inique agunt. Hæc Hieron. eodem modo exponit Cyrill. Itaq; tres captiuitates proponit apud Ægyptū, apud Babylonios, & ſub Romanis. Dominatores verò ſunt Pharifæi qui inique agunt, uide quam inique lege Dominum eos reprehendentē Matth. 15. Quare & uos tranſgredimini mandatū Dei, propter traditionē ueſtrā. Vide quoq; quomodo in cōcilio ſuo dicūt. Expediit, ut unus homo moriatur pro populo, &c. & quomodo clamauerunt aduerſus Saluatorē: Crucifige, crucifige. Deniq; quod ait Propheta: Et iniquiter tota die nomen meum blaſphematur: Subaudiatur, inquit, Hier. in Synagogis ueſtris, qui diebus ac noctibus blaſphemant Saluatorē, & ſub nomine Nazarenorū ter in die in Chriſtianos congerunt maledicta, illis ergo blaſphemantibus populus meus, ideſt populus Chriſtianus ſciat nomen meum, quod ego ſum qui loquebar per Prophetas. hæc Hieron.

Origen. Iſa. 5. Cyrillus.

Ioan. 8.

3 Iſa. 52.

Hieron.

Cyrillus.

Matth. 15.

Ioan. 11.

Ioan. 19.

Hieron.

4

conuersis, & conuertendis prædictum ab
 Ifa. 48. Excoxi te. sed non quasi argen-
 tum: Elegi te in camino paupertatis, propter
 me faciam, ut non blasphemem, gloriam meam
 alteri non dabo. Vbi Hieronymus sermo-
 nem esse Domini dicit ad Iudæos, ad
 quorum Synagogam, ait: Excoxi te
 quomodo conflatur argentum, siue non
 in diuitiis, sed in fornace paupertatis pro-
 bavi te: ex quo ostenditur, & in diuitiis,
 & in paupertate plerisque tentari, si aut
 illis abutantur, aut penuriam nequaquam vir-
 tute sustineant. Propter me faciam, ut non
 blasphemem. Ne putent gentes vos non
 mea ira, sed idolorum vestrorum auxi-
 lio esse superatos, quodque infert: *Gloriam
 meam alteri non dabo.* hoc significat ne ido-
 la putentur oppresse populum. Hæc
 Hierony. in Hebræo legimus. Elegite,
 & non in argento, idest, non in diuitiis,
 quia diues es, sed in paupertate. Vnde
 Hieronymus. Addit hoc explicari à no-
 stris, idest à Catholicis de Apostolis, &
 discipulis Domini conuersis ex Iudaïs-
 mo ad Christum, quos ille probauit in ca-
 mino paupertatis, vnde dixerunt: *Ecce
 nos reliquimus omnia, & sequati sumus te.*
 Elegit itaque Apostolus pauperes ex Iu-
 dæis Dominus ne blasphemaretur si non
 impleat prophetias de Iudæorum con-
 uersione, de qua Isai. 10. *Reliquæ con-
 uertentur, reliquæ inquam Iacob ad Deum
 fortem.* Et certe Vatablus vertit. Confla-
 uisti te at non pro pecunia, sed verba He-
 bræa sunt Serapticha excoxi purgavi, te
 ve Lo, & nõ, ve Ceseph, in argenteo. Vnde
 Iacobus: *Elegit, inquit, Deus pauperes in
 hoc mundo.*

Blasphemare in scripturis frequenter
 accipitur pro vituperare Isaiæ 52. *No-
 lite timere opprobrium hominum, & blas-
 phemias eorum ne metuatis.* Item Ezech. 5.
 ciuitati Hierusalem dicitur: *Et dabo te in
 desertum, & opprobrium gentibus, &c. &
 eris opprobrium, blasphemiam, & exemplum,
 & stupor in gentibus.* Et de Goliath Gigan-
 te dicitur: *Hic blasphemauit Israël, idest
 exprobrauit.* sic & Apostolus ait: *Blasphe-
 mamur, & obsecramus.* & Apocal. 2. *Blas-
 phemaris, idest vituperaris.* Denique So-
 phonia 2. *Audiui opprobrium Mab, &
 blasphemias filiorum Amon, qui exprobraue-
 runt populo meo, & magnificati sunt super
 uerminos eorum.*

Nomina blasphemiarum super capita be-
 stia Apoc. 13. explicimus uerbo An-
 tichristus.

Æstuauerunt homines æstu magno &
 blasphemauerunt, uide uerbo Æstus.

Blasphemia in Spiritum sanctum dicitur
 irremissibilis Matth. 12. *Idco dico uo-
 bis omne peccatum, & blasphemiam remitte-
 tur hominibus, spiritus autem blasphemie
 non remittetur: & quicumque dixerit uerbum
 contra filium hominis remittetur ei: qui au-
 tem dixerit contra Spiritum sanctum, non re-
 mittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futu-
 ro.* De hoc sunt varia patrum expro-
 futiones, ex quibus quædam refert D. Tho-
 mas 2. 2. quæst. 14. artic. 1. Prima sen-
 tentia tenet blasphemiam esse in Spiritum
 sanctum, quando quis expressè blasphe-
 mat contra Deum, qui est purus spiritus,
 siue contra Deum quatenus trinus est, si-
 ue ut est tertia Trinitatis persona: qui er-
 go contra Christum ut homo est, blasphe-
 mabat, uocans eum voracem, potatorem,
 publicanorum amicum, facilius ueniã ob-
 tinebat. De quo habes Matth. 11. quia
 de homine humano more iudicabat, qui
 uero miraculosa Christi opera, quando
 dæmones expellebat, mortuos suscita-
 bat, &c. vituperabat: hic a gre obtinere re-
 missionem poterat, quia contra Spiritum
 sanctum, qui eiusmodi operibus diuinitatem
 Christi prodebat, blasphemus erat.
 huius sententiæ sunt Athanas. Hilarius. Athanas.
 Ambros. Hieron. Chrysost. &c. Secunda
 sententia est Magistri. 2. sent. illum pecca-
 re in Spiritum sanctum, cui malitia per se
 placet, uidelicet, qui non propensione ui-
 tiosa inclinationis, sed ex malitia bonita-
 tem Dei expresse contemnit, quæ Spiritui
 sancto tribuitur, siue de bonitate diuina
 desperet, siue prædicet aliquid contra
 illam, siue impugnet ueritatem agnitam,
 siue inuideat fraternæ gratiæ, quam sua
 Deus bonitate diffundit: siue proponat
 contra benignitatem Dei in remittenda
 culpa, de peccato non pœnitere, siue tan-
 tæ benignitati Dei ad pœnitentiam inui-
 quitatis obstinatus de uita recedat, quæ
 sunt sex numero peccata contra Spiritum
 sanctum. Tertia nihilominus sen-
 tentia est Augustini libro de uerbis
 Domini, solam finalem impœnitentiam
 post lethale peccatum, irremissibile

6
Matth. 12.

D. Thom.

Matth. 11.

Athanas.
Hilarius.
Ambros.
Hieron.
Chrysost.
Magist.

August.

esse,

esse contra Spiritum sanctum, cætera ue-
 rò peccata posse debita pœnitentia facta
 remitti: quando uero Dominus dixit spi-
 ritus autem blasphemiarum non remittitur,
 intelligi debet, uix a gre dimitti, quantum
 ad quinq; peccata priora, quæ ideo uo-
 cantur contra Spiritum sanctum irremis-
 sibilia, quia natura sua disponunt ad fina-
 lem impœnitentiã, quæ est omnino irre-
 missibilis, &c.

CAPVT XLVIII.

Bonum & Bonus.



BONVM Et
 pulchrum Hebrai-
 cè dicitur Tob, Nu-
 mer. 24. Can. 4.
 Gen. 1. & 1. Re-
 gum 9.

Bonum dicitur,
 quod omnibus modis absolutum est, ut
 Deus, uel quod in aliquo genere, seu mu-
 nere perfectionis apicem tangit, sicut di-
 citur bonus miles, bonus medicus, aut gu-
 bernator. Item bonum dicitur à Philoso-
 phis, quod sui causa expetitur, quale est
 honestum uirtutis opus. Est & bonum
 apparens, ut diuitiæ, & delectabile, ut uo-
 luptas.

Bonum absolutè positum per antono-
 masiam de Deo dicitur in scriptura, Lu-
 cæ 18. *Nemo bonus nisi solus Deus.* & apud
 Matth. Adolescenti cuidam diuiti Do-
 minus dixit: *Quid me interrogas de bono:
 unus bonus est Deus.* Vbi non solus pater
 bonus intelligitur, sed tota Trinitas: unde
 D. Thomas in Commentariis. Nomine,
 inquit Dei, Pater, Filius & Spiritus san-
 ctus intelligitur. Ab hoc autem excludi-
 tur omnis creatura, quæ non per essen-
 tiam bona est. Hæc ille. Item Hierony-
 mus super illud Marc. 10. *Quid me dicis
 bonum? nemo bonus nisi unus Deus,* idest, quid
 me uocas bonum, quem purum hominẽ
 putas, & non Deum, uel Dei filium? vnus
 enim Deus bonus est, in cuius compara-
 tione quantumuis sanctus sit homo, bo-
 nus non est, &c. Ergo Saluator non boni-
 tatis testimoniũ renuit, sed magistri absq;
 Deo exclusit errorem. Hæc Hierony. in
 eodem sensu Deus per essentiam dicitur

270

I

2
Luc. 18.

Matth. 19.

D. Thom.

Hierony:
Marc. 10.

bonus. 1. Paral. 16. & alibi passim. Præ-
 terea de Spiritu sancto, quod contra Ma-
 cedonium facit in Psal. *Spiritus tuus bonus
 deducet me in terram rectam,* idest bonus
 per essentiam, iuxta illud Sap. *Quam bo-
 nus & suavis est Domine spiritus tuus in om-
 nibus.* & Luc. *Dabit spiritum bonum peten-
 tibus sc.* Vbi bonus denotat benignitatem
 erga suos. sicut apud Hier. *Confitemini Do-
 mino exercituum, quoniam bonus, quoniam in
 eternũ misericordiam eius.* Thr. 3. Dan. 3. f.
 Nahum. 1. b. 1. Mach. 4. c. 2. Mac. 1. f.
 Matth. 20. b.

Præterea Dominus dixit Ioan. 10.
Ego sum pastor bonus, idest bonus per essen-
 tiam, & benignus erga oues: unde subdit:
Bonus pastor animam suã dat pro ouibus suis.
 Quem locum allegat Hieronym. super
 Matth. 19. contra Arrianos: qui filium
 Dei creaturam dicebant, neque respectu
 patris bonum esse. Ideo Hieronym. Ne-
 quis, inquit putet, in eo quod bonus vnus
 Deus esse dicitur, excludi à bonitate filiũ
 Dei, legimus in alio loco: *Bonus pastor ani-
 mam suã dat pro ouibus suis.* Hæc ille. &
 Gregor. hom. 14. in Euangelia. Ecce, in-
 quit, is qui non ex accidentalibus dono, sed
 essentialiter bonus est dicit: *Ego sum pastor
 bonus.* Hæc ille. Vt autem denotetur filius
 Dei bonus per essentiam, in Græco du-
 plex articulus ponitur, uidelicet: *Ego sum
 ille pastor, ille bonus.*

Bonum in neutro ponitur aliquando,
 pro Deo Ose. 8. *Proiecit Israël bonum, ini-
 micus persequetur eum,* idest, proiecit Deũ,
 qui bonus rex eius erat, repudiato vicario
 eius Samuele: elegitq; Saulem reprobũ,
 sicut & decem tribus elegerunt impium
 Hieroboam. ut exponit Hierony. Pro-
 pterea inimicus, idest Assyrius hostis, per-
 sequetur eum. Enumero, qui bonum ef-
 fugiunt pastorem, incidunt in lupo. de
 quo Ioan. *Lupus uenit & dispergit oues.*

Bonum etiam in neutro filium Dei si-
 gnificat incarnatum, Iob. 9. *Dies mei uelo-
 ciores fuerunt cursore, fugerunt & non uide-
 runt bonum.* Vbi Sept. solum uertunt fuge-
 runt & non uiderunt, sed in Hebræo ad-
 ditur *וְיָבֹוֹב* Toba. bonum, & ita uer-
 tit Chaldæus: *Fugerunt non uiderunt bo-
 num,* idest non uiderunt filium Dei
 hominem factum. Vbi Gregorius. Omnes,
 inquit electi, qui ante Redemptoris
 aduentum orti sunt, quasi in mun-

Psal. 142.

Sap. 12.

Luc. 11.

Hier. 33:

3
Ioan. 10.

Hierony.

Gregor.

4
Ose. 8.

Ioan. 10.

5
Iob. 9.

August.

do cursores fuerunt, &c. Diesque suos breues esse ingemiscunt, quia vsque ad Redemptoris aduentum luce minime extenduntur. Et quamuis vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, sed hoc solum bonum principaliter bonum est, per quod hæc omnia bona sunt. Hæc Greg. Quod ergo Patriarchæ & Prophetæ non viderant bonum, videre in nocte natiuitatis Domini pastores dicentes: *Transeamus usque Bethleem, & uideamus hoc uerbum quod factum est.* Item Magi qui ab Oriente venerunt. Et quidem Lyranus locum Iob explicat. Non viderunt bonum stabile, sed in idem recidit, quia non est bonum stabile, nisi cæleste per Christum. de quo Luc. 10. *Multi Prophetae, & Reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt.*

5 Bonum malum dicere, & malum bonum, signum est peruersæ uoluntatis, atque iudicij. Isa. 5. *Væ quid dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem in tenebras, & tenebras in lucem.* Quod Lyranus exponit de magistris Iudæorum, qui cultum idolorum, tanquam bonum laudabant, cultum uero Dei, tanquam malum respuebant, sed melius Hieronymus. generale dictum ad Phariseos applicat, qui filium Dei, qui solus per essentiã bonus est, malum dicebant Ioan. 9. *Nos scimus, quia hic homo peccator est.* & Ioan. 8. *Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes.* Denique Barabam latronem & homicidam, tanquam bonum petierunt, Christo reprobato. Iustinus in dialogo cum Tryphone eodem modo applicat hoc, & Athanasius in Apologetico, lib. 1. & in lib. in illud Euangelij quicumque dixerit uerbum contra filium hominis. Sed Tertullianus libr. de carne Christi, de Iudæis quidem adulterantibus scripturas hoc dictum intelligit, quod sub Domini aduentum facere cœperant. de quo Dominus: *Audistis, quia dictum est antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum:* quod Glossa in toto corpore legis reperiri negat, in quem sensum dicitur, Sapient. 4. *Fasciatio nugacitatis obscurat bonum.* Vbi fasciatio, ut inquit Lyranus, est illusio sensus, quæ uerbis nugacibus, & fucatis obscurat bonum, idest sensum uerum eloquiorum sanctorum.

6 Omne bonum, vel omnia bona absolute positum, plerumque, vel Deum ipsum, in quo est omne bonum per essentiam, vel participationem beatitudinis eius, seu gratiæ, & amicitie significat. Sic ipse Dominus Moyse dixit in Exod. *Ostendam tibi omne bonum,* idest me ipsum, in quo sunt omnia bona. sic Salomõ. *Desiderium iustorum omne bonum.* Item apud Matthæum. *Beatus ille seruus, quem cum uenerit Dominus eius, inuenit uigilantem, &c. Super omnia bona sua constituet eum.* Vbi Orig. tract. 21. in Matth. explicat, ut scilicet cõregnet cum Christo: cui omnia bona tradidit pater. Et Hilarius. Super omnia bona, inquit, constituentur, qui in Dei gloria collocabatur, quia nihil est ultra, quod melius sit.

7 De eodem bono beatitudinis dicitur Hierem. 17. *Maledictus homo qui confidit in homine, &c. Non uidebit cum uenerit bonum.* Quod Lyranus de Rege Sedechia, qui confidit in Ægyptiorum auxilio exponit, qui non uidit bonum prosperitatis. Sed in communi potius dictum uideatur, de quocumque homine, qui contempto Deo confidit in homine: vel de Iudæis, ut uult Hieronymus, qui confidentes in Cæsare dixerunt: *Non habemus regem nisi Cæsarem.* Hi ergo non uiderunt bonum, idest, non cognouerunt oculis fidei Christum, pastorem bonum, sicut Ioannes Baptista dixit: *Medius uestrum stetit, quem uos nescitis,* Ioan. 1. E contrario gentiles oculis cordis, & lumine fidei uiderunt bonum. de quo Matth. 11. *Quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* De quibus etiam dicitur in Psalm. *Multi dicunt, quis ostendit nobis bona?* Vbi notat Lyranus in Hebræo, secundum Hieronymum, hoc non haberi, sed nihilominus, sic Septuaginta translulere. & Chaldaicus paraphrastes. Neque placet expositio Iansenij qui dicit hæc uerba hostium esse Dauid, eadem eius, tanquam magnum bonum desiderantium, sed potius de quærentibus spiritalia bona, & cælestia intelligi debet, ut tenent Augustinus, Remigius, Glossa, & Genebrardus, quæ reuelat quid Dominus paruulis, dicens: *Vos autem uocauit amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci uobis.* Item Ioannis 14. Philippus, quasi diceret: *Quis ostendit*

nobis

8 nobis bona rogauit: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

De eisdem bonis dicitur Isa. 55. *Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima uestra.* Vbi Hieronymus ait, non iuxta Chiliarchas seu Millenarios, opum abundantiam, & delictos cibos Dominus animæ pollicetur. Sed illas delicias, ad quas myltice prouocat dicens: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, & credo uidere bona Domini, in terra uiuentium.* Item Psalm. *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Denique omnium bonorum promissio, uita est sempiterna, de qua Dominus. *Ego cognosco oues meas, &c. & uitam æternam do eis.*

9 Quando legimus in scripturis, non ironice, sed assertiue bonum est hoc, vel quam bonum est, denotat nisi dicatur in persona stultorum, bonum honestum perse appetendum, & meritorium eterne uitæ. Sic legimus Psalm. *Quam bonum, & quam iocundum, habitare fratres in unum.* Quod varie exponitur, uidelicet uel de Ecclesia ex Iudæis & gentibus congregata, ut Iansenius intelligit, de qua uenienda Dominus dixit: *Et erit unum ouile & unus pastor.* sic Genebrardus qui allegat Auen Ezra exponentem. Fides eiusdem sanctæ religionis R. Ioseph. Principes politicos Ecclesiasticos maxime regem Mesiã, & Summum Põtificem R. Dauid tu inquit in genere de omnibus fidelium ordinibus cõcordes intellige. Dicitur autem bonum hoc, & iocundum Hebraice Nahim suauis, quia nihil suauius quã fratrum cõcordia in honestis & sanctis moribus. Vel certe de congregatione uirorum spiritualium intelligitur in uita zenobitica Sic explicat Hieronymus. Quam proprie inquit iste Psalmus monasteriis cõuenit, uere bonum hoc, & iocundum, unum forte fratrem dimissimus, & ecce quantos inuenimus, &c. Et Augustinus ait ista uerba Psalterij, iste dulcis sonus multa monasteria peperit. Porro expositio Lyranij uerba huius Psalmi referentis ad regnum Dauid, quando non solum super Iudam, sed super reliquas etiã tribus congregatas in unum rex creatus est, non multum quadrat, quia sequitur in Psalmo. *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & uitam usque in se-*

culum, idest usque in æternum, sicut Chaldaus uertit quod regno Dauid temporali minime quadrat, sed Ecclesiæ, cui benedicens Dominus dixit: *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.*

Secundum hanc regulam bonum fumitur pro honesto, & meritorio, multis in locis, sic Propheta dicit: *Mihi autem ad herere Deo, bonum est.* Subaudi. glutino charitatis in hac peregrinatione, sicut exponit August. & Psalm. *Bonum est confiteri Domino.* Vbi August. Quid est, inquit, confiteri Domino? in ueraque re, & in peccato tuo, quia tu fecisti, & in bono facto, quia ipse fecit illud Psalm. *Bonum est confidere in Domino quam confidere in homine.* Imo neque in Angelo, ut inquit Augustinus proprie confidendum, quia cum homo uel Angelus uidentur adiuuare, cum uera dilectione id faciunt, Deus peccos facit, qui pro modo eorum bonos eos fecit. Hæc ille. Sed id etiam notandum hoc loco, bonum accipi comparatiue, bonum est confidere, idest, melius, sicut in Ecclesi. *Quam bonum est arguere quam irasci,* idest quam melius est, fraterne corrigere quam irasci, iuxta illud: *Si peccauerit in te frater tuus, corripue eum, &c.* Præterea de bono honesto Thren. 3. *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.* Item ibidem. *Bonum est uiro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua* Vbi Hieronymus hanc, inquit, speciem conuersationis, boni heremite, & monachi, qui uoto disciplinæ monasticæ obligati sunt, seruare contendunt. Sed rara est, paucissimis dono Dei hæc perfectio concessa. Hæc Hieronymus. Item Matth. 18. *Bonum est tibi ad uitam ingredi debilem uel claudum, &c.* Vbi ut exponit Hieronymus de amputandis peccati occasionibus sermo est. In eadem acceptione bonum ponitur Rom. 14. cap. & 1. Cor. 7. a. B. & 1. Timoth. 2. B.

Præterea in eodem sensu de Christo adhuc infantulo dicitur Isa. 7. *Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Vbi Hierony. Hoc inquit dicitur ut ueritas humani corporis cõprobetur, tamen ad huc pannis inuolutus habebit mali, bonique iudicium. Hæc Hierony. Quod satis ostendit, cū Herodẽ impiũ minime ad se uocã Magos ad suũ presepe supplices adluxit ab Oriente.

Irenæus. Tertullia. Iustinus. Eusebius. Ambrosius. Epiphanius. Deinde de inditiis infantia Dei incarnati explicat Irenæus lib. 3. cap. 26. & Tertull. lib. 3. contra Marcionem ca. 8. Iustinus contra Tryphonem, Eusebius lib. 7. demonstra. cap. 2. Ambros. libr. de Abel. cap. 4. & Epiphanius in Acyrato, quia filius Dei, adhuc tener, bonum à malo perfectè diiudicabat. in simili acceptione sumitur Deuter. 1. 2. d. Deuter. 30. c. Iosue 9. d. 1. Reg. 1. d. 3. d. 1. 4. e. 2. 6. e. 1. Reg. 10. c. 1. 5. f. 1. 6. g. 3. Reg. 3. b. 4. Reg. 1. 8. a. 1. Paral. 1. 9. c. 2. Paral. 1. 4. a. 1. 9. d. 2. 4. a. 2. 5. a. 1. Esdræ 5. e. & alibi passim. Sic Gen. 3. serpens dixit Euæ: *Et eritis sicut dii scientes bonum & malum*, idest nihil vos latebit eorum quæ sunt rationi consentanea, vel dissentanea, quòd ideo dixit fœmine, quia natura sua cum minori sciëntia infusa creata est, quam vir, cui maior ex natura rei debetur, ideo sciendi auidam facilius recepit mulierem. In eodem sensu, Iob dixit Deo: *Nunquid bonum tibi uidetur si calumneris me?* idest, nunquid rationi consentaneum est infontem accusare? & Psal. 1. Non est qui faciat bonum, idest propter reliquias peccati originalis, & fomitem carnis, nemo semper & ubiq; facit, cū omnibus circumstantiis requisitis, quòd est rationi consonum. Ita quoq; Psal. 33. *Recede à malo, & fac bonum*, quòd repetitur Psal. 36. Hęc enim est plena iustitia, vt relicto per pœnitentiam, & repudiato omni malo, quòd bonum est deinceps faciamus. Sic Dominus per Isaiam: *Aufer te malum ab oculis meis, & discite benefacere*. Vbi notat Hieronymus. Virtutes nõ nisi exercitio disci. Item Prou. 1. 1. *In bonis iustorum exaltabitur ciuitas*, idest in bonis operibus, secundum studium virtutum omnium factis, sic ciuitas Hierusalẽ exaltata est ad tempus bonis operibus Stephani prothomartyris, qui pro suis hostibus exorauit. Atque Romana ciuitas, rebus à Petro & Paulo preclare gestis, multo sublimior euasit, quam triumphis Metellorum, Scipionum, & Cæsarium. Nam de Ecclesia Romana legimus: *Et portæ inferi non preualebunt aduersus eam*. Iuxta eandẽ phrasim dicitur Pro. 17. *Qui peruersi cordis est, non inuenit bonum*. Vbi Beda exponit, eum qui charitate caret, licet videatur virtutum interdũ actus exercere, deest illi nihilominus circumstantia finis vltimi, in quem sola charitas diri-

git actus Christianæ virtutis. Ideo Dominus docet nos in Euangelio actus bonos in Deum summe dilectum dirigere, non in inanem gloriam. Matth. 5. *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c.* Præterea Salomon ait. *Non est bonum, dānum inferre iusto, nec percutere principem, qui recta iudicat*. Quòd licet generaliter dictum sit, adaptari potest, vt inquit Beda Christo Domino, cui in suo concilio Pharisæi damnum intulerunt dicentes: *Expedi ut unus homo moriatur pro populo*. Sic etiam Salomon ait: *Accipere personam in iudicio non est bonum*, idest non est rationi consonum. Sic accipitur Prou. 19. a. 2. 4. c. 2. 5. d. 2. 8. b. Eccles. 7. *In die bona fructe bonis, & malam diē præcaue*. Hieronymus magistri sui expositionem hic ponit qui dicebat in die bona, idest in hac vita, in qua possumus operari bona virtutum omnium, operare bonum, & præcaue à die mala mortis æternæ, sed quia Symmachus transfudit, in die bono esto in bono, diem verò malam intueri, magis placet Hieronymo, vt totum in hac vita intelligatur, in qua iubemur recte vti libero arbitrio, atque in die occasionis benefacendi benefacere, in die verò qua datur occasio peccandi præcauere, sic dixit Dominus adulteræ: *Neque ego te condemnabo, uade, noli amplius peccare*, quasi diceret: in hac die bona fructe bonis pœnitentiæ & veniæ, & deinceps præcaue à die mala. Sic & mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, & bonis pœnitentiæ in die bona clementiæ Christi posita est, & à die mala sibi propexit. Ita etiã, & Mattheus Publicanus, & Zachæus Publicanorum & ipse princeps. In eodem sensu dicuntur Sodomitæ ignorasse bona, idest honesta virtutum opera, sed ignorantia quadam affectata, quia Loth iustum audire noluerunt. Sap. 10. *Sapientiam, inquit, prætereuntes, non tantum in hoc ipsum lapsi sunt, ut ignorarent bona, sed & insipientiæ suæ reliquere hominibus memoriam*. Ita etiam Eccles. 1. 5. *Qui timet Deum, faciet bona*, idest opera rationi & legi conformia, & infra: *Ante hominem uita, & mors, bonum & malum*, idest virtus & vitium, meritum, & demeritum, vt exponit Lyranus. Quia opus virtutis in gratia meritum est, & præmium, atque supplicium, & libertas ad vtrūlibet. Propterea

Matth. 5.
Prou. 17.
Beda.
Ioan. 11.
Prou. 18.
Eccles. 7.
Hierony.
Symmach.
Ioan. 8.
Luc. 7.
Matth. 9.
Luc. 19.
I 4
Sap. 10.
Eccles. 15.
Lyranus.

Matth. 16. Christus neminẽ cogit, sed *Si quis*, inquit, *uult uenire post me, abneget semetipsum*. Porro, vt dicitur Ecclesiast. 2. 1. *Non eruditur qui non est sapiens in bono*, idest, qui prudens, quidem est prudentia carnis: ita vt strenuè ad illam fouendam media quærat efficaciam, sed ad spiritum dirigendum in vltimum finem sapiens non est, idest, non studet sapere, non eruditur gratia Dei, quia Dominus ait. *Abcondisti, subaudi pater, hæc, à sapientibus & prudentibus secudum carnem, & reuelasti ea paruulis*. Sic etiam intelliges, illud Eccles. 3. 1. *de diuite sine macula*. ideo, inquit, *Stabilita sunt, bona illius in Domino*, idest, quia de bonis temporalibus fecit opera misericordiæ, atque virtutis: ideo stabilita sunt bona eius alioquin fluxa & caduca, ad remunerationẽ æternam, vt ait Glossa interlinealis: propterea Dominus dicebat: *Thesaurizate uobis thesauros in celo*. Ita quoq; bona pro operibus virtutum accipit Ecclesiasticus, qui cū toto libro ad virtutem & sapientiam hortatus sit, cõcludit: *Beatus qui in istis uersatur bonis, qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper*. Præterea legimus de verbis bonis Osee 14. *Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum nostrorũ*. Vbi bonum quod pœnitens populus reddit Deo, vituli sunt labiorum, idest sacrificiũ laudis, quòd paulò ante Propheta dixit: *Tollite uobiscum uerba*, idest preces, & delictorum confessionem, vt exponit Hieronymus. Ita Mattheus bonum confessionis delictorum obtulit Christo, & in æternum monumentum, se Publicanum & Teloniarium fuisse, in Euangelio suo scriptum reliquit. Sic & Petrus Domino confessus ait. *Exi à me Domine, quia homo peccator sum*. Sic & bonus latro. *Factis, inquit, digna recipimus*. Ad hanc bonã delictorum confessionem, & emendationem vitæ, nos hortatur Amos. *Querite bonum, & non malum, ut uiuatis, & erit Dominus exercituum uobiscum*. Præterea post bonum confessionis delictorum, & laudis Dei, est & aliud bonũ uerborum, & reipublicæ necessarium, & Deo gratissimum: de quo subdit Amos. *Odite malum, & diligite bonum, & constituite in porta iudicium*. Vbi Hieronymus. Bonum ait quærit, qui credit in eum, qui in Euangelio loquitur: *Ego sum pastor bonus*.

repellit malum, qui fugit eum, de quo scriptum est: *Mundus in maligno positus est*, & infra: *diligit bonũ, qui non inuitus, aut necessitate legum coactus, facit quod bonũ est: sed idcirco, quia bonum est*. Vnde & Apostolus ait. *Hilarem datorem diligit Deus, &c.* constituere autem in portis iudicium: ideo dicitur, quòd in portis olim ciuitatum tribunalia iudicum collocabantur. Debent autem iudices non solum scire leges, vt secundum illas iudicent; sed corde & affectu diligere, quòd rationi & legi consonum est, & bonum. Vnde Michæ 3. *Audite principes, & duces domus Israël: Nunquid non uestrum est scire iudiciũ qui odio habetis bonum, & diligitis malum*. Vbi Hierony. Bonum, inquit, non amare peccatũ est, quanto magis diligere uitium. Hęc ille. Tales erant Pharisæi, qui uitia diligebant: ideo Dominus dixit eis. *Bene de uobis prophetauit Isaias, populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me*. Quis enim ab eo longius recedit, quam qui uitia ipsa diligit: vt auaritiã, fraudem, &c. Deniq; bonum pro honesto usurpatur Matt. 7. b. 1. 2. c. 1. 5. c. ubi Chananeæ Dominus ait: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus*, idest, non est consonum rationi. Sic & Matth. 18. a. & 19. c. 2. 4. d. Marc. 7. c. Luc. 1. e. b. c. 1. 1. b. Ioan. 1. b. 5. c. Roma. 2. b. 3. b. 7. c. 1. 2. c. 1. 3. a. 1. Cor. 7. e. 2. Cor. 8. d. Galat. 4. c. Ephes. 6. b. & 1. Theff. 5. c. Phil. a. Heb. 5. d. & 1. 3. d. Iacob. 4. c. 1. Petr. 3. b. Bona dicuntur absolute spiritualia gratiæ & gloriæ. Sic legimus Psal. 102. *Qui replet in bonis desiderium tuum*, Hebraicè non est desiderium tuũ, sed Hediec, quæ vox æquiuoca duo significat ornamentũ scilicet, & ita vertit Hieronymus ad Sophronium. Itẽ significat os: & ideo *Buccã tuam*, aliqui vertunt, quã replet Deus epulis. Vnde Lyranus & Iansenius exponunt. Qui replet te bonis temporalibus, sed isti non aduertunt os accipi pro petitione & desiderio. vt Psal. 80. *Dilata os tuum, & adimplebo illud*. ideo melius exponant August. & Hierony. qui replet in bonis spiritualibus & cœlestibus desiderium tuum. Summum bonum, inquit Augustinus est bonum tuum. Item Cassiodorus. *Replet in bonis desiderium tuum*, quòd implebitur, quando sanctis dicitur: *Venite be-*

1. Ioan. 5.
2. Cor. 8.
Mich. 3.
Hierony.
Matth. 15.
Matt. 12. & 15.
I 7
Psal. 102:
Lyranus. Iansenius.
Psal. 80.
August. Hierony.
Cassiodo.
Matth. 25.

Pfal. 16. Chalda. *medici patris mei, percipite regnum, &c. & certe hoc Propheta desiderabat, quando dicebat Psal. 16. satiabor cum apparerit gloria tua. Vnde Chaldaeus vertit. Qui satiatur bonis dies senectutis tuae, & in mundo uenturo renouabit ut aquilam iuuentutem tuam. Vbi de bonis caelestibus intelligit in resurrectione gloriosa, in qua non solum satiatur appetitus intellectualis summi boni, sed & appetitus etiam omnium sensuum, quia omnes habebunt obiecta summe delectabilia cum gloria corporis. de quo Dominus dicebat Apostolis: Petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum.*

Ioan. 16. *Secundum eundem sensum dicitur Eccles. 9. Qui in uno peccauerit, multa bona perdet, idest merita omnium retro iustiarum, & praemium aeternum. ut Hieronymus ait. Item Lyranus. Sicut, inquit in bello, in primo congressu ex modico defectu, debellatur totus exercitus, sic ex vno peccato mortali totus cumulus perditur praecedentium meritorum. Hec ille. Sic Pharisaeus propter arrogatiam perdidit omnes iustificaciones suas.*

I 9 *Legimus etiam Psalm. 85. Fac mecum signum in bonum, ut uideant, qui oderunt me, & confundantur. Vbi Lyranus, Iansenius, & Genebrardus putant, regnum integrum & pacificum Prophetam petere, in signum diuinae erga se beneuolentiae, sicut & gentiles petebant, ut Ouidius. Eucident, dedit ipse mihi modo signa futuri, Phaeus & a leua mea uolauit auris.*

Hierony. *Ceterum Hieronymus potius arbitrat, signum Crucis postulare, ad aperienda bona regni caelestis per Christum, ut potestates aereae tan potens vexillum intuentes confunderentur, &c. Hoc signum exaltant Moyses in deserto dicente Domino: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis. Hoc etiam est signum resurrectionis Christi: de quo filius Dei dixit: Generatio mala & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionae Prophetae. Item. Hoc est signum exaltationis Christi in Cruce, in, ut nos exaltat in caelum, de quo dixit: Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. De hoc denique signo Simeon propheta uir. Hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum: & in signum cui contradicetur. Ita Cassiodorus, & Hugo Cardinalis, quae expositio pulchra est sed*

mystica, literalis uero est prior expositio. Bona abscondita sunt talenta abscondita. sic legimus Eccli. 30. Bona abscondita in ore clauis, quasi appositiones epularum circumpositae sepulchro, idest eruditio abscondita clauso ore nihil prodest. ut exponit Lyranus, de quo eginus uerbo apponere lib. 1. num. 9.

2 1 *Bonum quando ponitur in accusatio, praecedente praepositione In, uidelicet in bonum, denotat prosperitatem, uel temporalem honestam, uel spirituales, aut etiam caelestem, Gen. 50. Vos cogitastis de me malum, sed Deus uertit illud in bonum, dixit Ioseph fratribus, idest in prosperum finem. & Nehemias: Memento, inquit, mei Deus in bonum, secundum omnia quae feci populo huic. quae oratio utinam esse possit omnium principum, rectorum, & magistratum. hoc est enim thesaurizare in caelo. Item legimus: Pone oculos meos super eos in malum, & non in bonum: quod maxime competit reprobis, quos Deus castigat, non ad correctionem, quae non speratur, sed ad supplicium, quibus dicit: Ite maledicti in ignem aeternum. Item 2. Mach. Cotigit per uniuersam Hierosolymorum ciuitatem uideri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes, &c. Quapropter omnes rogabant, in bonum monstra conuerteris, &c. Vnde colligitur cometas igneas signum esse solere bellorum, aut caedium naturale, orationibus uero placari posse Deum, ut conuertat haec in bonum, hinc etiam in fine mundi. Erunt signa in Sole & Luna. Praeterea de ministro quoque iustitiae dicitur: Minister enim Dei est tibi in bonum. Et rursus. Unusquisque uestrum proximo suo placeat in bonum. de quo uide Hier. 2. 1. c. & 24. c. & Eccli. In initium necessariae rei uita hominum, aqua, ignis, & ferrum, lac, & panis similiaque, & mel, & botrus uuae, & oleum, & uestimentum, haec omnia sanctis in bona: sic impiis & peccatoribus in mala conuertentur.*

2 2 *Reddere mala pro bonis, frequenter ponitur in scriptura, tanquam signum ingratitude. Sic in Genes. dispersator domus Ioseph dixit fratribus eius: Quare reddidistis malum pro bono? & Dauid de Nabal Carmelo dixit: Reddidit mihi malum pro bono. Item Psal. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animae meae. Quod Lyranus putat dixisse Dauid, in perse-*

20 Eccli. 30.
Lyrans.
21 Genes. 30.
Nehem. 5.
Nehem. 5.
Math. 5.
Hier. 21.
Math. 25.
2. Mach. 5.
Luc. 21.
Rom. 13.
Rom. 15.
Eccli. 39.
22 Gen. 44.
1. Reg. 25.
Psal. 34.
Lyrans.

quatio-

Aug. *quatione Saulis, Aug. applicat ad Christum, qui seminauerat fecundam messem in populo Iudaeorum, sed illi sterilitatem pro fecunditate reddebant. de quo Isa. Expectaui ut faceret uuas, & fecit labruscas, vel ut alij uertunt spinas, quibus ut Hieronymus ait, coronauerunt caput filij Dei. De hac sterilitate, & ingratitude, dixit Dominus illis: Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo, propter quod eorum me lapidatis? Vnde Psal. 37. dicit: Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem. quod similiter dictum a Dauid in persona propria, Christo nihilo minus applicatur. Est autem haec ingratitude tanto digna supplicio, ut Salomon dicat: Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. quod in Iudaeis completum est, de quibus habes in parabola uinae. ubi legimus: Malos male perdet. Idem in parabola nuptiarum, ubi inuitatis reddentibus mala pro bonis reddita poena est.*

2 3 *Bona Domini uocantur in scriptura, spiritualia praecipue atque caelestia, Psa. 25 Credo uidere bona Domini, in terra uiuentium. Vbi Hieron. Per spem, inquit, & fidem, credentes perueniemus ad haereditatem regni caelorum, intelligit autem per fidem uiuam. De eodem caelesti regno exponit Cassiod. Gloss. Genebrard. Iansen. Vatab. Beda, Haymo. Psal. 64. Replebimur in bonis domus tuae. Vbi Aug. Iustitia, quae uirtutum omnium complementum est, ad bona domus Dei pertinere dicit, quia sequitur: Sanctum est templum tuum, mirabile in equitate. His ergo bonis domus Domini, ut replearis, inquit Aug. audi in Euangelio dicentem: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

2 4 *Bona Hierusalem in literis sacris, bona sunt spiritualia. de quibus Psalm. Et uideas bona Hierusalem, omnibus diebus uita tua. Vbi Hieron. intelligit bona caelestis Hierusalem, & pacem quae Christus est. Ephe. 2. ipse enim est pax nostra, qui facit utraque unum. Sic Beda Cassiodorus, & August. Bonum, inquit nostrum, cui suspiramus, pax erit, &c. qualis neque oculus uidit, &c. sed Lyranus & Iansenius de terrena Hierusalem exponunt, at uerior est prior expositio, de caelesti Hierusalem, uel certe de Ecclesia Christi. ut Genebrardus notat hoc loco dicens etiam Rabbinos de bonis Hierusalem per Christum Messiam*

Isa. 5.
Hierony.
Ioan. 10.
Prou. 17.
Matth. 21.
Matth. 22.
23 Psal. 26.
Hierony.
Cassiodo. Glossa.
Genebrard.
Iansenius.
Vatablus.
Beda.
Haymo.
Psal. 64.
Aug.
Matth. 5.
24 Psal. 127.
Hierony.
Ephe. 2.
Beda.
August.
Cassiodo.
Lyrans.
Iansenius.
Genebrard.

restituendae intelligere, haec enim bona per Prophetas Dominus promittebat. Sic Hier. 31. Et confluent ad bona Domini, super frumento, & uino. & infra. Populus meus bonis meis adimplebitur. Vbi Hiero. Peraspicue, inquit, uocatio gentium demonstratur. de qua etiam cap. 33. In exultationem omnibus gentibus, quae audierint omnia bona, quae ego facturus sum eis. In fine autem huius capitis, inter alia bona promittit, de semine Dauid filium Dei nasciturum. Item de eisdem bonis Ezech. Bonis, inquit, uos donabo maioribus, quam habuistis ab initio. Vbi Hierony. ostendit. Non de milienariorum carnalium felicitate, intelligi posse, quia sub Zorobabel, & Nehemia, & Esdra, pauci Iudaeorum seruitutem exuerunt, multiq. remanserunt apud Medos, & Persas. Deinde sub Alexandro Magno, & successoribus eius seruiuerunt Graecis, & hodie seruiunt Romanis, & Paganis: quomodo ergo bonis sunt donati maioribus, nisi in Ecclesia per Christum, qui pacem attulit: de qua cecinerunt Angeli: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae uoluntatis. Ad haec bona Dominus inuitabat, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos, & Ioan. 16. Petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Denique: Ego cognosco oues meas, &c. Et uitam aeternam do eis.

2 5 *De his quoque bonis legimus Ose. 3. Et post haec reuertentur filii Israel, & quarent Deum suum, & Dauid regem suum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius. Vbi Hierony. Lyranus, Vatablus, & alij. Dauid Christum exponunt, ad cuius bonum pauebunt, quia bonus filius de bono natus est patre, ut ait Hierony. siue ad bona Domini de quibus Psal. Credo uidere bona Domini in terra uiuentium. Haec Hieronymus. quare non sunt audiendi hoc loco Rufinus, Theophylactus, & Theodoretus. Qui nomine Dauid, Zorobabel de stirpe Dauid intelligunt, cum de Messia, uel Chaldaicus paraphrastes uertat, dicens: Post haec reuertentur filii Israel, & quarent cultum Dei sui, & obedient Messiae filio Dauid regi suo. De quo Dominus Ioan. 10. Et fiet unum ouile, & unus pastor. Sic etiam exponunt sicut Chaldaicus, Aug. lib. 18. de ciuit. Dei c. 28. & Cyri. & Rup. Abb. Item Iulianus, Pome. lib. contra Iudaeos,*

Hier. 31.
Hierony.
Hier. 33.
Ezech. 36.
Hierony.
Luc. 2.
Matth. 11.
Ioan. 16.
Ioan. 10.
25 Ose. 3.
Hierony.
Lyranus.
Vatablus.
Psal. 26.
Ruffinus.
Theophyl.
Theodor.
Chaldae.
Ioan. 10.
August.
Cyrillus.
Rupertus.
Iulianus.
Pomerius.

Burgen-

Birgenfis. Hug. Card. Gloffa. 6
 Hiero. Lyra,
 Marc. 7.
 Luc. 10. Matth. 25.
 Hierony.
 27
 Sap. 2.
 Eccl. 14.
 Iob, 21.
 Matth. 5.
 Pfal. 48.
 Luc. 16.
 Luc. 19.

Birgenfis & Hugo Cardinalis, Gloffa ordinaria & interlinealis, &c.
 Preterea de eisdē bonis Zac. 1. dicitur: *Adhuc affluent ciuitates mea bonis.* Quod Hierony. & Lyra. captū impleri dicunt, sub Zorobabel, sed multo perfecti⁹ Christo prædicante. & miracula faciente, quā do populi clamabant. *Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.* Et quando. *Designauit septuaginta duos, & misit illos binos in omnem ciuitatē & locū quo erat ipse uenturus.* Et iussit ut dicerent. *Appropinquauit in uos regnum Dei.* Denique de his bonis in parabola de talentis. *Sicut homo inquit, peregre proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.* Vbi Hierony. uocatis inquit, Apostolis, doctrinā eis Euangeliorum tradidit. Hæc ille.
 Bona dicuntur interdum quæ apparēt bona, sed fallacia sunt. Sic intelligitur illud Sap. *Venite fruamur bonis quæ sunt,* idest bonis delectabilibus caducis quæ modo sunt, & statim marcescunt. Itē de bonis utilibus Eccli. *Qui acernat ex animo suo iniuste in bonis illius alius luxuriabitur.* Et Iob. *Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit à me.* Vbi Greg. bona inquit in manu habet, qui despiciendo temporalia, sub dominio mentis premit. Nā quisquis nimis illa diligit, se magis illis, quā ipsa sibi supponit. Hæc ille, &c. Consiliū autē impiorū est cōtra cōsiliū Christi dicētis. *No lite thesaurizare uobis thesaurus in terra.* Ideo longe sit à me. Quia isti, ut in eodē loco Iob ait. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Vbi cōstat nō habere illos in manu bona sua, quia ut Propheta dicit. *Ne timueris cum diues factus fuerit homo, &c. quia cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* Imo diues ille purpuratus cum esset in tormentis, neque guttam aquæ habere potuit, ad linguam refrigerandā, & Abraham illi dixit. *Fili recepisti bona in uita tua.* Quasi diceret, fuerunt tua bona, quasi cēsus ad vitam, qui cum vita finitur. Sed Lazari requies, & iustorum omnium, est cēsus & ius perpetuū ad gloriā sine fine, illud autem aduertendum, his bonis tēporalibus, & apparentibus posse diuites, si sapiant, æternos census cōparare vitæ perennis ideo Zachæus. *Stās dixit, Dñe ecce dimidiū bonorū meorum do pauperibus, &c.*

¶ Bonum semen quare in verbo semē.
 ¶ Quid est bonum eius nisi frumentum electorum? quare in verbo electus:
 ¶ Bonus homo, in verbo homo.
 ¶ Bonus dies, in verbo dies.
 ¶ Bonæ margaritæ, in dictione margarita bonum sal, bona negotiatio, bonum uinum, bona uita, bona arbor, in substantiis nominibus inueniuntur.
 Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Matth. 26. de quo est disceptatio apud autores, quomodo intelligatur? quia quod non est, neque bonum est, & quidem Origenes imprimis hoc loco reiciēdus est, qui tenuit animas simul in celo creatas, propter peccata præcedentia, missas esse in corpus, tanquam in quodam ergastulum, ideo dicit non fuisse dignam animam Iudæ ut corpori coniuncta nasceretur. Secunda sententia Catholica est August. libr. de qq. Euangelicis. Melius, inquit, erat ei non Iudæ sed diabolo, si natus non fuisset homo ille Iudas. Quia de Iuda non posse intelligi putat, ut melius esset ei non nasci, quia ut tenet libr. de libero arbitrio non esse, non est eligibile. Tertia expositio Gloffe, Melius erat ei non Iudæ, sed Christo, si natus non esset homo ille. Quarta sententia Caiet. Melius erat ei, idest Iudæ si natus non fuisset, idest si mortuus fuisset in utero matris, neque in lucem istam prodisset. Nilominus tamen non est, quod formidemus, intelligere quomodo melius fuisset Iudæ non subsistere omnino, quam male subsistere, sicut explicat Hieronymus, Diuus Thomas, & Lyranus quia ut ait, Diuus Thomas non subsistere dupliciter potest considerari, vel secundum se, quomodo certū est non esse eligibile, vel secundum comparisonem ad aliud, & sic sine dubio potest eligi. Quia quamuis non sit aliquid in natura, tamen secundum apprehensionē animæ, accipitur ut aliquid magis expediens nō esse, quam in æternis manere tormentis, sicut qui putantes non esse aliam vitam, ut aliquod malum euadāt, laqueo se suspendunt, eligunt potius non esse, cui sententiæ standum est.
 Illud etiam queritur quid significet, quod legimus in parabola nuptiarum, Matth. 22. *Et egressi serui patri. familias in uias, congregauerunt omnes quos inueniunt*

28
Matt. 26.
Questio,

Orige.

Augu.

Glossa,

Caiet.

Hiero.
D. Tho.
Lyra.

29
Matt. 22.

malos,

CAPVT XLIX.

Borith.



BORITH Herba est purgandis uestium maculis utilior, quæ vim saponis habet. Vnde metaphoricè Hierusalem idolatriæ olim dedita, seq; ab eo peccato impudenter excufans, dicebatur multiplicare sibi herbam Borith. Hier. 2. *Et si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, tamen maculata es coram me, dicit Dominus Deus, idem fecit olim Eua quando se excufans à peccato dixit: Serpens decepit me. ideo Dauid Psal. dicebat: Non declines cor meum in uerba malitiæ, ad excufandas excufationes in peccatis.* Sic languidus, qui triginta octo annos habebat in infirmitate, propter peccata sua, cum rogaretur à Domino, vis sanus fieri? non est sua peccata confessus, sed excufauit dicens: *Hominem non habeo.* Vnde illi sanato Dominus dixit: *Ecce sanus factus est, noli amplius peccare, ne tibi deterius aliquid contingat, tum propter peccata, tum etiam propter excufationem in peccatis.*

ברית

Hier. 2.

Gen. 3.

Psal. 140.

Iob. 5.

CAPVT L.

Bos.

BOS Hebraicè dicitur Bacar, & in plurali BaKarim Gen. 12. & 21. significat quoque armēta Exo. 10.
 Bos animal notum est, quod cornibus armatur, & suscepto iugo aratrum trahit. Iubebatur autem in lege in sacrificiis offeri, tanquam animal mundum, Leuit. 1. Si tamen fuisset cornupeta, & occidisset aliquem, lapidibus obruebatur, & non comedebatur carnes eius, Exo. 21. Nō quod animal irrationale peccaret, ut notat Lyranus ibidem, sed propter horrore facti, & ad cautelam, ne feroces deinceps boues nutrissent. Quod si in lege Dominus irrationabilia bruta domari iubebat, ne obuios quosq; homines læderēt, quanto magis filios & famulos institui præcipit, bonisq; moribus à teneris annis erudiri, ne alios scandalizent? quod quidem est lethale uulnus impingere. iuxta illud. *Væ autem homini illi, per quem*

בקר

Leuit. 1.

Exo. 21.

Lyran.

Math. 18.

scanda*

malos & bonos, quomodo enim boni esse poterant, qui necdum ad fidem uocati erant? Ad quod Origenes respondet, etiam infideles bonos hoc loco dici, qui legem seruabant naturalem exactius, quā ceteri, qui propter manifesta uitia, mali dicuntur. Sic habet homil. 20. in Matth. Eodem modo Chrysostomus exponit bonos, qui profitebantur uirtutum moraliū disciplinam: malos uero qui uitiorum semitam sequebantur. Secunda nihilominus expositio D. Thomæ in Commentariis est, per anticipationem dici bonos & malos, quasi diceret: omnes qui in Ecclesia congregati post baptismum, uel boni perseuerabunt, uel erunt mali, sicut paleam cum tritico mixti. De quibus Psal. *Benefac Domine bonis, & retilis corde, declines autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.* Et Salomon. *Qui bonus est, hauriet gratiam à Domino, qui autem confidit in cogitationibus suis, impie agit,* quasi dicat: Bonus quasi arbor suggere non cessat uirtutem à Domino, ut perseueret, audit quippe dicentem: *Sine me nihil potestis facere, & sicut palmes non ferunt fructum à semetipso, &c. sic & uos, nisi in me manseritis.*
 Postremo queri solet quid significet illud Ecclesiastici. *Da bono, & non receptoris peccatorem,* cum scriptum sit in Euangelio: *Omni petenti te tribue.* Luc. 6. *Et benefacite his qui oderunt uos, orate pro persequentibus & calumniantibus uos.* Sed duobus modis soluitur quæstio. Prior est, Lyranus dicentis, non esse dandum peccatori, quando ex eleemosyna ei data foueretur in peccatis, in quibus est obstinatus, alioquin peccatori quoque indigenti dandum est. Posterior uero expositio est Iansenij, non esse hoc loco sermonem de eleemosyna, sed de liberalitate. Nunc autem non est dandum liberaliter peccatori, quia ut inquit Aristot. 8. Ethicorum. *Malus neque ad se, neque ad alios amicitiam habet, prohibente malitia.* Vnde Ecclesiastici 29. *Bona re promissoris sibi ascribit peccator, & ingratus sensu de reliquit liberantem se.*
 ¶ Boreas, uide in dictione Aquilo.

Orig.

Chrysoft.

D. Thom.

Psal. 124.

Prou. 12.

Iob. 15.

30
Questio.
Eccl. 12.
Luc. 6.

Matth. 5.
Lyran.

Iansen.

Aristo.

Eccles. 29.

scandalum uenit, & Paulus ait: Peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Præterea legimus aliam humanitatis legem, erga boues, sicut superior iustitiæ indicium fuit. Si occurreris inquit bovinimici tui, erranti, reduc ad eum. Quod si charitas in bove ad Dominum reducendo seruanda est, quanto magis in correctione proximi fraterna, qua reducimus errantem pleurumque hominem ad creatorem suum? de quo Dominus ait: Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te & ipsum solum, &c.

De occisione quoque bouis legimus Leuit. 17. Homo quilibet de domo Israel si occiderit bouem, aut ouem, aut capram in castris, aut extracastra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi testimonij oblationem Domini, sanguinis reus erit. Idest tanquam homicidij reus capite plectetur. Quod ut exponit Lyran. non debet intelligi de quacunq; bouis aut alterius animalis occisione, sed de occisione ad immolandum, alioquin quouis loco fas erat mactare ad uescendum, ut constat Deut. 12. Quod si sacrificium animalium in veteri lege non licebat extra tabernaculum fœderis, & extra templum offerre, idq; non ab homine laico, nisi per manus sacerdotis, quid hæretici nouatores contra templum, & altarium sacrorum ritum, ad oblationem sacrificij corporis Christi garrunt? aut quomodo laniones, & prophani homines audent tantum sacrificium cõmunibus manibus atrectare, quod nemo planè nisi sacerdos rite sacratus vere consecrat.

Sed illud nonnulli quærent. Quid sibi uoluerit illa lex, Deuterono. Non arabis in boue simul & asino, ad quod Lyran. respondet, rationem æquitatis legis huius esse, ne asinus qui, imbecillior est, plus nimio grauaretur, toto in illum onere ut pote in humilior declinante, sed de hoc egimus libro. 1. in uerbo Arare. Et certe natura comparibus gaudet, & quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Quod si in iumentorum usu Deus ordinem exigit, in rebus spiritualibus non exiget?

In lege etiam legimus, Deut. Non alligabis os boui trituranti. Quod allegat Apostolus ad Cor. Vbi ministros uerbi Dei, & altaris de altari demõstrat alēdos esse,

& addit: Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique hæc dicit? super quem locum Theophylactus, qua inquit ex re certiores efficiuntur, quæcunque de animalibus brutis in veteri testamento narrantur, ad hominum conferri doctrinã. Hæc ille. Et D. Thom. sub metaphora inquit, boum triturantium dedit legem de nobis, ergo spiritualiter hæc legalia sunt in lege gratiæ intelligenda, imo quæ Salomon quoque fecit in templo ad boues & similia pertinentia, sicut illud quod legimus. 3. Reg. Fecit quoque mare fuisse, & iabat super duodecim boues. Res mira cū iusserit Deus ne fieret sculptile, neque omnem, inquit, similitudinem, &c. Exo. 20. Hæc tamen ille fecit. Quod si respõdeas, statim in eodem loco subiungi. Non adorabis ea, neque coles: & ideo solum prohibuisse sculpturas Moysen factas ad adorandum, nihilominus tamen, cum populus ad vitulum aureum adorandum se propensum in deserto demonstrasset, occasio uidebatur vulgo dari, nisi boues sub mari fuissent fusili collocati, quasi ministri exhibentes, nõ dominiũ ostēdentes. Significabant ergo doctores legis, & prædicatores uerbi Dei, qui maculas peccatorum lachrymis pœnitentiæ populũ detergere docēt, & ipsi pondus legis sustinent, iuxta illud: Qui autem fecerit, & docuerit hic magnus uocabitur in regno cælorum.

Disceptant aliqui super expositione illius loci Eccl. 22. De stercore boum lapidatus est piger, quærentes quare piger hac pœna plectatur? Lyranus hac metaphora confusionem significari putat, qua piger puniendus est, sed forte sub hac metaphora aliquid altius latet. Videlicet in scriptura boues ut supradictum est, prædicatores, & operarios de notant de quibus Luc. 10. legimus: Rogate Dominum Messis, ut mittat operarios in messem suam. Hi sunt qui uerbo, & exemplo multos lucrantur, nullis parcentes laboribus, horũ ergo comparatione piger in die iudicij lapidabitur, quia neq; stercore huiuscemodi boum cõparari mereatur: & certe Ionas Propheta quasi bos fuit in uinea Dei, qui Niniuitas quasi stercore planè calcauit quos una uoce conuertit, & tamen ad lapidandos pigros: Viri Niniuite surgēt in iudicio, cū generatione ista, quia ad prædicationem Ionæ pœnitentiam egerunt.

Theophy.

D. Tho.

3. Reg. 7.

Exo. 20.

Matth. 5.

5 Eccl. 22.

Lyranus.

Matth. 12.

Luc. 10.

Matt. 10.

De

6 Prou. 14. Lyranus.

Luc. 10. Beda.

Matth. 5.

Bernard.

Ioan. ult.

7 Isai. 7. Hierony.

Ioan. 4. Matth. 15. Luc. 7.

8 Ezech. 1.

De utilitate boum Salomon ait: Vbi nõ sunt boues, præsepe uacuum erit. De quo duplex est expositio, prior Lyranus, ubi non sunt boues, nec fruges erunt ad implenda præsepe, neque enim fat est terram esse fecundã, nisi cultura quoq; adhibeatur. Propterea Dñs dixit: Rogate Dñm messis, ut mittat operarios in messem suã. Posterior expositio Bedæ mystica est, boues, inquit sunt doctores Ecclesię, qui laboribus suis implent doctrinã præsepe, unde & ipsi reficiuntur, & auditores quoq; spiritualibus fouentur alimentis. Ex eadem itaq; doctrinã doctor alitur ad exemplũ, & populus ad salutem. ideo dicitur: Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorum. Accedit quod & boues, idest doctores Ecclesię suadentes diuitibus, ut eleemosynas faciãt, implent præsepe pauperum, corporalibus etiam alimentis, iuxta quod exponit Bernardus illud quod Ioã. ultimo dictum est Petro: Pasce oues meas, scilicet, pasce uerbo, pasce exemplo, pasce temporalis uitę subfidio.

Boum raritatis in terra signum est desolationis, sicut Isai. ait. Nutriet hominẽ uaccã boum. Vbi Hierony. ait. Quando subuersa Hierusalem fuerit, omnesq; opes eius translatae in Chaldæam, tanta solitudo erit in terra Iuda, ut neque armẽta boum habeat, sed uix rarus habitator vnã uaccam nutriat. Eiusdem uacuitatis signum esse dicit Hierony. quando non coluntur uinea, sed terra pascuis relinquitur pecorum, & armentorum, sicut in eodem cap. dicit Isaias: Et erit in pascua bouis. Quod si pasce bouem unum, aut uaccam vnã, signum est desolationis prouinciæ, uel regionis: desolata erat quidem spiritualiter Iudæorum & Sydoniorum regio, quando Christus pastor bonus vnã uaccam Samaritanam tanto studio spirituali pabulo pascebat, & aliam postea Chanaanam. Item peccatricem mulierem vnã.

¶ Immittetes pedẽ bouis & asini Isai. 32. uide in dictione Seminare.

¶ Immolare bouem Oseã 12. uide in uerbo Immolare.

¶ Iuga boum quinque, uide uerbo Iugũ.

¶ Cognouit bos possessore suum Isai. 1. uide in uerbo Intelligere num. 9.

Bouis facies legitur Ezech. 1. Et facies

bouis à sinistris ipsorum quatuor, quæ expositore Dionysio libro de cælesti hierarchia, cap. 15. Angelorum denotat fortitudinem, significat etiam in faciendis suis spiritualibus & humanis cordibus excolendis industriam, & diligentiam. De his dicitur Matth. 18. Angeli eorum uident faciem Patris mei, qui in cælis est. Facies etiam bouis signat Lucam Euangelistam, quia à Zachariæ sacrificio suum cepit Euangelium, ut docet Hieronymus in prologo Euangelij Matthæi. Præterea denotat vim concupiscibilem. ut notat Ambrosius lib. 3. de uirginibus, & Hieronymus super Ezech. 1. quia hæc uiget in tauro. Hæc ergo appetitio quando Spiritu sancto succenditur terrenis calcatis, ad cælestia suspirat. unde Philippus Apostolus dicebat filio Dei. Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. & Petrus: Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis? subaudi in cælo.

CAPVT LI.

Bosphorus & Fretum.

Bosphorus dicitur Hebraicè Sepharad, quo nomine uocatur Hispania apud Abdiam.

Bosphorus angustum est mare, à bouis meabili transitu dictum, ut docet Plinius lib. 6. cap. 1. Cosmographi uero in Mediterraneo mari duos bosphoros ponunt: alterum iuxta Constantinopolim, qui dicitur Thracius, estq; sicut ostium, per quod in Propontidem influit Pontus. Alter uero, qui ab hoc distat, Martiano teste millia quingenta, dicitur Bosphorus Cimereus in introitu Meotidis paludis. Dicit autem Hieronymus super Zachar. 10. in illa uerba: Et transibunt in maris fretu. Narrant Iudæi, captiuum populum Iudæorum non solum in Medos, & Persas, sed in Bosphorum quoque, & Septentrionalem plagam, ab Assyriis, atque Chaldæis esse trãslatum: & postea ex parte reuocatum.

Facit autem difficultatem locus Abdię Prophete, uidelicet: Transmigratio Hierusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austri. Sunt autem duæ præcipuæ huius loci expositiones: prior est, quorundam recentiorum, qui sequuntur

Dionys.

Matth. 18.

Hierony.

Ambros. Hierony.

Ioan. 14.

Matth. 19.

1700

1 Plinius.

Martian.

Hierony. Zach. 10.

2 Abdia 1:

Chal.

Chald. Chaldaicum paraphrastē, & Hebræos, quia vbi vulgata vertit quæ in Bosphoro est, Chaldaicus vertit quæ in Hispania est. Porro in Hebræo est dictio Sepharad quam dictionē Sept. vertunt Euphrata, sed Aquila, Symmach. & Theodotio reliquerunt Sepharad quasi nomen propriū, & quia non est apud Hebræos nomen, quo significetur Hispania nisi Tubal, quod tamē in Esa. 66. vulgata vertit, Italiam, ideo Chaldæus putauit Sepharad esse Hispaniā. Cōcordat Iosep. filius Gorionis, qui Hispaniam vocat Sepharad, ita li. 3. historię ca. 15. & li. 5. c. 46. hos sequuntur Hebræi, & Vatab. Isidor. Clarius Pagnin. & Vocabulariū Bibliorum Cōplutensū. Quod si roges quomodo Iudei trāslati sint in Hispaniā, & quomodo possederint ciuitates Austri? respōdent, Iacobū Apostolum venisse in Hispaniā, & multos ex Iudæis ibidē peregrinātes vsq; ad nostra tēpora fuisse ex parte cōuersos ad fidē, imo transmigratiōnē Hierusalē vocari Ecclesiam Christi ab Apostolis vbiq; gentiū fundatā quia Esa. 2. dicitur. *De Sion exibit lex, & uerbu Dñi de Hierusalē.* Hæc ergo Ecclesia quæ ortū habuit à Hierusalē, in Hispania possedit ciuitates Austri, scilicet noui orbis vltra torridam Zonam, magna enim pars noui orbis Australis vocatur, quia transit æquinoctialē, quæ Australis dicitur. Hæc expositionē tangit Iosep. Acofta nostræ societatis vir eruditus, lib. 1. historię naturalis Indorū cap. decimo quinto. Quæ si vera est, dicemus ab Abdia Propheta prædictam illarum gentiū conuersionē, de qua Ioa. 11. *Non solū moriturus erat pro gēte, sed ut filios Dei, qui dispersi erant, cōgregaret in unū.* Est nihilominus secūda expositio iuxta vulgatā, quæ vertit in Bosphoro, B. Hiero. transmigratio illa Iudæorū Hierusalē, de qua diximus super Zach. 10. *transibunt in maris freto,* idest in freto thracio, siue Cimerio, quo sub Nabuchodonosor transmigrauerūt Iudæi, possidebit ciuitates Austri, idest reuertetur ad ciuitates suas, quas ad Austrum habet. Nam Bethlehem respectu Hierusalem Australis est, & Iudæa respectu Samariæ, & Galilææ, vt diximus in verbo Aquilo. num. 8. quæ sententia conformior est nostræ vulgatæ.

3 Quod si quis in fauorem noui orbis

priorem expositionem defendere velit, ne à nostra vulgata dissentiat, quod nulomodo permittendū est, dicere posset, Bosphorum idem esse quod fretum, non solum apud prophanos auctores, sed & in scriptura sacra. Quia secundum Hieronymum, quod Zacharias cap. 10. dixit: *transibunt in maris freto.* Abdias dixit, pro freto Bosphorum. Est autem præter duos Bosphoros Thracium, & Cimeriū, tertium fretum in Hispania, quod Herculeū vocant, vbi Hercules tanquam in fine orbis tunc noti, duas erexit columnas, in scriptione addita: *Non plus ultra.* Dicit ergo Abdias transmigratio quæ est in Bosphoro, subaudi Herculeo, & vt Hieronymus vult in remotissimo terræ cognitæ, quæ est illa pars Hispaniæ, ad quā conuertendam transmigrauerūt de Hierusalem discipuli Iacobi Apostoli, possidebit ciuitates Austri, noui scilicet orbis, ad æquinoctialem plagam, & ita vulgata concordari potest cum versione Chaldaica, & cum omnibus Hebræis dictionariis, sed vnusquisque in suo sensu abundet. Hæc tamen sententiā tenent Guido Boderianus in epist. ad Philippū Hispaniæ Regē Catholicum in 5. Tomo Sacrorū Bibliorū, & Historicus Zumagarrā, in historia Hispanica, & Ludouicus Leo Augustinianus in Abdiam, & quidam alij recentiores.

Hierony,

Guido: Boderiani

Zumagar: Ludouicus. Leo.

1

Gen. 36. Lyr. Aug. Ambr.

Hiero:

Gen. 22.

prouin-

C A P V T L I I .

B o s f r a .



B O S R A nomen est ciuitatis, & prouinciæ quoque, sic denominatē in regione Idumæorum. De Bosra Idumææ legimus, inter posteros Esau: Reg nauit Iobab filius Zaræ de Bosra. Vbi Lyrā. ait Aug. super hunc locum, & Ambr. super epist. ad Romanos dicunt quod iste Ioba fuit ipse Iob, sed contrariū tenent Hebræi vt dicit Hiero. lib. de Traditionibus Hebraicis super Genes. aiunt enim descendere illum de Nahor fratre Abrahamæ, de quo Gen. 22. eadem autem videtur esse in Idumæa prouincia Theman, &

Hier. 49. prouincia Bosra Hier. 49. Ad Idumæam hæc dicit Dominus exercituum. Nunquid non ultra sapientia est in Theman? & infra: In solitudine, & opprobrium, & in desertum, & in maledictionem erit Bosra, & omnes ciuitates eius. Ergo Bosra prouincia est Idumææ, multas sub se ciuitates habens, de hac dicitur Amos. 1. *Mittam ignem in Theman, & de uorabit ades Bosra.*

Amos. 1. 2 Est & alia ciuitas in Arabia Metropolis Moabitarum nomine Bosra, de qua legitur Hier. 48. *Et super Bosra, & super omnes ciuitates Moab.*

Hier. 49. 3 Deinde tertio Bosra, nomen appellatum est, & interpretatur munita, in qua significatione exponit Hieronymus. illud Esa. *Quis est iste qui uenit de Edon, tinctus uestibus de Bosra.* Vbi Edon vt explicat Hieronymus interpretatur terrenum, siue rubrū, & sanguineum, qualis Dominus à mortuis resuscitatus seruat vulnerum uestigiis, ascendebat in cælum, quando Angeli rogare cœperunt: *Quis est iste qui uenit de Edon, tinctus uestibus de Bosra?* vbi notat Hieronymus quosdam pio errore deceptos, pro Bosra carnem intellexisse, quia Hebraicè tribus literis caro significatur **וּבָרָא**. Ita vt in medio sit litera **ו**. Sin, quādo uero significat, non quidem carnem, sed munitam, tres literæ habent in medio **Stf** ad & est sensus, quis est iste qui uenit de Edon, idest derubro, & sanguineo, tinctus uestibus de munita? vel de Hierusalem quæ, vt Hieronymus ait, firmissimis erat munita mænibus, sicut etiam Lyranus & Vatablus intelligunt, vel vt ait Hieronymus de munita quondam inferorum regione, in cælum gloriosus ascendit. De quo Marci ult: *Et postquam loquutus est eis, assumptus est in cælum: & sedet à dextris Dei.* Sic etiam de eadem Ascensione Domini. Tertullia exponit lib. 4. aduersus Marcionē, & Origenes in illud Matth. 21. *Cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est uniuersa ciuitas.* Item Ambrosius lib. de institutione uirginis cap. quinto, & Dionysius lib. de cælesti Hierarchia cap. 5. Rogant autem inferiores Angeli superiores, vt ab eis aliquid noui discant de mysterio Incarnationis, quid ergo mirū, si tantū mysteriū mundus nō intellexit? vsque dū Dominus dixit Apostolis prædicare Euangeliū Mar. ult. 4 Sunt qui Bosra, interpretentur vindemiā, cui interpretationi quadrat responsio

Hier. 49.
Amos. 1.
2
Hier. 49.
3
Hierony: Esa. 63.
Hierony: Lyran: Vatablus.
Mar. ult.
Tertullia. Origenes. Matth. 21.
Ambro. Dionysius.

Domini. Torcular calcavi solus, idest nō Angelus, vt exponit Hiero. neq; archāgelus, sed solus filius Dei pro nostris peccatis satisfecit passione sua, tanquam botrum in torculari calcans corpus suum, vt preciosum funderet sanguinis mustum, quando extra vineam, ab agricolis occisus est.

Esa. 63. Hierony.
Matth. 21.
Deut. 32.
Lyran. Vatablus.
Matth. 21.
2
Lyran.
Iob. 15.
Matth. 5.
Matth. 25. Gregor.
3
Cant. 1.
Lyran.
Plinius.
Luc. 1.

C A P V T L I I I .

B o t r u s .

B O T R V S Hebraicè dicitur Escol, vt patet Num. 13. & in plurali asche loth Deut. 32. Botri amarissimi Botrus, Græce **βότρυς**, latine racemus, vel uarū quidē vel cuius vis fructus. Botrus autē amarissimus, populū denotat Iudæorū, vel eius opera virulēta & crudelia contra filiū Dei. De quo in Deut: *Vua corū uua fellis, & botrus amarissimus.* Sic exponunt Lyrā. & Vata. Iudæi quippe botros quidē amarissimos protulerūt, quando Christo quē suis uocibus ad patibulū adegerāt uinū mirratū amarissimū propinarūt cū felle mixtū. Cunque pater familias mitteret eis filium suum, vt reciperet ab eis fructus uinæ, loco fructuum, eiecerunt extra vineam hæredem, & occiderunt.

Botrus impiorū læditur in primo flore, quia bona licet opera faciāt, plerūq; tamē mala intentione ducūt, sic in telligit Lyrā. illud Iob. *Lædetur quasi uinea in primo flore botrus eius, ideo ne ieiunatiū botrus lædatur Dominus dixit: Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes.* Itē uirginibus suis botrus læsus est quia vt. Greg. ait gloriam inanem quæsierunt, Matth. 25.

Botrus Cypri uocatur sponsus Can. 1. *Botrus Cypri, dilectus meus mihi inuincis Engaddi.* Nō quidē botrus dicitur uinæ, sed flos qui inuenitur in Engaddi uico prægrandi tribus Iudææ, in uineis balsami. Est autē nō quidē insulæ Cypri, sed arbor Cyprus uocatur, vt notat Lyrā. In qua flos ille nascitur granis odoratis suauiter flagrans, de arbore Cypri meminit Pli. li. 12. c. 24. Cypri (inquit) in Agypto est arbor Ziziphi foliis, semine coriandri, flore cædido odorato, unde fit oleū, &c. Optimū habetur è Canopica in ripis Nili, secūdū in Ascalone Iudææ, tertium in Insula Cypri, quidā dicunt hæc esse arborē, quæ in Italia Ligustrum uocatur. Hæc ille. Recte igitur filius Dei flori comparatur, qui conceptus est in Nazareth, qui flos interpretatur. Luc. 1.

Luc. 1. Missus est Gabriel Angelus à Deo in ciuitatem Galilæe, cui nomen Nazareth, ad uirginem, &c. Et Esaias: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.

4 Cant. 7. Gloffa. Lyran. Matth. vlt. Mar. vlt. 1. Cor. 3. Botris vbera sponſæ comparantur, Cant. 7. Et erunt ubera tua sicut botri vineæ. vbi Gloffa & Lyranus vbera Eccleſiæ putant eſſe doctores, quibus dictum eſt: Eunt docete omnes gentes, & Mar. vlt. Prædicate Euangelium omni creaturæ. Talis Paulus qui dicebat: Tanquam paruulus in Christo lac uobis potum dedi. Sed botri vineæ ipſi pleni ſunt, & alios inebriant, ſic plenus debet eſſe & operibus charitatis doctor Eccleſiæ, vt doctrina diſcipulos inebriet, de quo Matth. 5. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum. Altera nihilominus expoſitio huius loci tropologica eſt Greg. duo vbera ſponſæ duo eſſe præcepta charitatis Dei & proximi, de quibus Dominus dixit Matth. 2. 2. Ab his duobus mandatis uniuersa lex pendet & Prophetæ, de his etiam dicitur: Meliora ſunt ubera tua uino. Cant. 1. Quia uinum dementat quidem ebrios, ſed vbera charitatis faciunt homines potius ad mētem redire & interdum pro Dei amore cuncta contemnere, ſicut inebriatus erat ille qui dixit: Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te.

5 Esai. 65. Hierony. Matth. 1. Gloſ. Inter. Carthusia. Ioan. 15. Luc. 6. Luc. 10. Granum de botro Chriſtus eſt Esai. 65. Quomodo ſi inueniatur granum in botro, & dicatur ne diſſipes illud, quia benedictio Domini eſt, ſic faciam propter ſeruos meos, ut non diſperdam totum, & educam de Iacob ſemen. vbi Hierony. ait botrum putridum eſſe populum Iudæorum, in quo ſecundum expoſitionem plurimorum Chriſtus reperitur tanquam granum ex omni parte perfectum, filius Dauid, & Abraham, qui ad hoc granum pertinent, tanquam patres Chriſti ſecundum carnem. Matth. 1. Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. De quo pater æternus eduxit ſemen quod eſt Chriſtus. Sic exponit interlinealis & Carthulianus, ſed alia expoſitio eſt granum botri reſeruatum integrum & incorruptum eſſe Apoſtolos, & reliquias Iſrael, quibus Dominus dixit. Ioan. 15. Non uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos, & Luc. 6. Vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis. Item Luc. 10. De ſignauit Dominus alios ſeptuaginta duos.

Quam ſicut ſuperiorem expoſitionem probat Hieronymus quam tenet Euſebius lib. 2. demonſtrationis Euangelicæ cap. 49. Et Cyrillus hoc loco, Vatablus, Gloſſa & Lyranus.

Botrus metaphorice uirum iuſtum, & electum ſignificat Michæa. 7. Væ mihi, quia factus ſum, ſicut qui colligit in Autumno racemos, non eſt botrus ad comedendum. Quis autem ſit iſte botrus ad comedendum, qui non inuenitur, ſubdit. Perit ſanctus de terra, & iuſtus in hominibus non eſt. Vbi Gloſſa & Rupertus Abbas, atque Lyranus exponunt iuxta literam hoc dictum eſſe à Propheta, propter decem tribus ducendas in captiuitatem, pro quibus non reperiretur iuſtus, qui Dei placaret furorem. Myſtice uero quidam exponunt, approbante Hieronymo, de fine mundi quando implebitur illud: Quoniam ſuperabundabit iniquitas refrigeſcet charitas multorum.

Botri vineæ reprobos aliquando ſignificant, ſicut Apoc. 14. vbi Angelus dixit ad habentem falcem acutam: Mitte falcem tuam acutam, & uindemia botros uineæ terræ: quoniam matura ſunt uua eius. vbi notandum ſimilem filio hominis ſedentem in nube miſiſſe falcem, & meſſuiſſe meſſem terræ. Deinde uero alterum ponit Ioannes Angelum qui etiam falcem habebat, & ſignificat vt quidam uolunt ipſummet Chriſtum uel Apoſtolicum chorum cum Chriſto iudicaturum.

Hic admonitus eſt ab eo Angelo qui habebat poteſtatem ſuper ignem, ideſt qui præeſt Angelis, qui miſſuri ſunt reprobos in caminum ignis Matth. 13. vt exponit Beda, admonitus inquam eſt, vt mitteret falcem ſuam, & uindemiaret botros vineæ terræ. Quærunto ergo expoſitores, quid diſſerat inter meſſem terræ, & botros vineæ terræ? Ad quod reſpondemus, per meſſem intelligi quidem iuſtos, per botros autem vineæ impios ſignificari. Ita tenet Ambroſius ſuper hunc locum. Item Andreas, quorum ſententia mihi probatur quamuis Primafius Gloſſa & Haymo inter vtranque metaphoram nihil diſcernant, ſed per meſſem & per botros idem putant ſignificari, nihilominus tamen ſi phraſes ſcripturarum conſulamus, prior ſententia præligenda eſt. Quia meſſis in

Hierony. Eusebius. Cyrill. Gloſſa. Vatablus. Lyran.

6 Micch. 7.

Gloſſa. Rupert. Lyran.

Hierony. Matth. 24.

7 Apoc. 14.

Matth. 19.

Matth. 13. Beda.

Ambro. Andreas. Cefarien. Primafius. Gloſſa. Haymo.

bonum

Matth. 3. bonum accipi ſolet, & triticum Matth. 3. Congregabit triticum in horreum ſuum, & cap. 13. Triticum autem congregate in horreum meum. Calcatio uero uarum in malum, pro reprobis ſemper accipitur ſic Tren. 1. Torcular calcavit Dominus, uirgini filie Sion, & Apo. 19. Ipſe calcat torcular uini furoris iræ Dei omnipotentis. Denique botros vineæ terræ reprobos deſignare etiam tenet D. Thomas, & ratio eſt, quia meſſis matura dicitur, quando arida eſt & flauescit ſic iuſti maturi ſunt, quando areſcentibus concupiſcentiis, charitate flauescunt. Impij uero eſt contrario tunc quando ad maturitatem perueniunt, maiori malitiæ humore turgent, ſicut botri iam maturi & turgent, & ſuperabundant, de quibus Matth. 24. Quoniam ſuperabundabit malitia, refrigeſcet charitas multorum. Eſt & aliud iudicium huius diſtinctionis inter meſſem & botros, quod poſtquam meſſis terræ falce ſuccifa eſt, non dicitur quod fuerit in loco reſoſita: atqui botri ſuccifi in lacum iræ Dei miſſi dicuntur: Similis loquendi modus habetur Ioel. 3: Mittite falces, quoniam maturauit meſſis, uenite & deſcendite, quoniam plenum eſt torcular, exuberat torcularia, quoniam multiplicata eſt malitia eorum. Vbi Ioel & meſſem, & torcularia diſtinguit, & de meſſe nihil mali dixit, torcularia uero malitia ſubdidit abudare, quod eruditi quoque ante nos hoc loco adnota uerunt, his itaque botris maledictio illa debetur: Ite maledicti, &c.

¶ Botri torrens, uide in diſtione Torrens.

¶ Vallis botri, uide in uerbo Vallis.

CAPVT LIIII.

Bravium.

βραβειον.



BRAVIVM eſt, quod proponitur tanquam præmium uictori, nomen eſt Græcum unde βραβειον, ideſt iudex brauij ſiue præmij dicitur Autore autem Philoſtrato ludis Olympicis decem præficere iudices ſolebant, humi in ſtadio aſſidentes. unde Suetonius in uita Neronis, neque aliter (inquit) certamina gymnica Græcia tota ſpectauerat, quam Brabeutarum more, in ſtadio humi aſſidens. Cæterum iudices Olympicorum

Pilostratus.

Suetonius.

ludorum, quia terrena brauia conferbant, iudicio mundano, recte humi ſedebant, noſtri autem iudices & Brabeutæ, nimirum Apoſtoli, ſuper ſedes cæleſtes ſeſſuri ſunt ad iudicium dicente Domino: Sedebitis & nos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. De Brauiio meminit Apoſtolus: Neſcitis, quod qui in ſtadio currunt, multi quidem currunt, ſed unus accipit brauium, ſic currite ut comprehendatis. Quem locum Aug. explicat Tom. 7. libr. de perfectione iuſtitie cōtra Cæleſtium, ratiocinatione. 16. omnes qui recte currunt ait, comprehendunt, non ſic in agone theatri co: omnes quidem currunt, ſed vnus accipit palmam. Eodem modo Ambroſius. Itaque ait, uult oſtendere, quanta utilitas ſit legis noſtræ, in qua non vni, ſed omnibus promiſſa eſt palma. Secunda nihilominus expoſitio eſt Hierony. Chryſoſt. Theop. & Lyran, ſcilicet nō omnes qui in ſtadio currunt, palmam conſequi, niſi qui legitime currerit. Ita licet multi ingrediatur Eccleſiæ atque fidei ſtadium, non coronabuntur, niſi qui in charitate perfeuerauerint, hi uero ſunt pauci, iuxta illud Matth. 20. Multi ſunt uocati, pauci uero electi, quæ expoſitio magis eſt ad mentem, Apoſtoli demonſtratur, ex eo quod dicit Timoth. 5. Non coronabitur, niſi qui legitime certauerit. Mihi autem: Hoc modo magis placet expoſitio, uidelicet ſi notemus ſingulas manſiones cæleſtes, de quibus Dñs dixit. Ioan. 14. In domo patris mei, manſiones multe ſunt, quaſi ſingula eſſe propoſita brauia, & quia pauciores ſunt qui ſaluantur, ex multis aliquando contingit vnum duntaxat accipere brauium reliquis pereuntibus, cui conſonat, quod Ioannes ait, Apoca. 3. Tene quod habes, nemo accipiat coronam tuam: vbi coronam illius quidem eſſe intelligit, qui per gratiam uocatus iuſtificantem, ſi perfeueraret, habere debebat, vt egregie D. Thomas explicat. 1. p. q. 23. art. 6. ad primum, quia ergo contingit ſæpe numero vt ex multis qui conuertuntur ad fidem: & baptizantur, vnus tantum perfeueret in gratia, & cœteris pereuntibus, accipiat brauium iure optimo adducta ſimilitudine monet Apoſtolus: Sic currite, ut comprehendatis: vt ſinguli ſingulas manſiones cæleſtes ad quas uocati eſtis accipere mereamini.

Matth. 19.

2 1. Cor. 9.

Aug.

Ambro.

Hierony. Chryſoſt. Theophyl. Lyran.

Matth. 20.

2. Tim. 5.

Ioan. 14.

Apoc. 3.

D. Thom.

3 Phil. 3. Theophyl.

Idem quoq; Apostolus de se ait Philip. 3. Veruntamen quæ retro sunt obliuiscens, & ad anteriora extendens me ipsum persequor brabium æternæ uocationis, in Christo Iesu. Vbi Theophyl. Obliuiscitur, inquit, operum tranfactorum, quid autem est quod ait, ad anteriora super extendens me? scilicet pedes currentes cum reliquo corpore anteuertere festinans, flectendo me versus anteriora, quod à multa cupiditate fit. Hæc ille. Itaque carnem aliquando infirmam corde trahere debemus ad cælestia, supplentes desiderio quod opere præstare non possumus, ut dicat nobis Christus: Spiritus promptus est, caro autem infirma. Quod ut vere de nobis dicatur, omnia impedimenta, quæ cursum retardare possunt, abiicienda sunt. Sic Petrus & Andreas relictis retibus secuti sunt Dominum, & Matthæus ipse reliquit teloniū, & Apostoli dixerunt: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.

Matth. 26. Matth. 4. Matth. 9. Matth. 19.

CAPVT LV.

Brachium, Lacertus.



RACHIVM

Hebraicè dicitur Ez rōoa, Iob. 31. Et brachium meum cum ossibus & Hier. 32.

Brachium pars illa humani corporis est, quæ ab humero ad cubitum pendet: Lacertus verò, quæ à cubito vsque ad manū: sed vtraq; interdū brachiū appellatur.

Brachium metaphorice Deo tribuitur secundum deitatem, significat autem potentiam, & virtutem illam gubernatricē, qua cūcta moderatus ad suum nutum disponit. Exo. 6. Educam nos de ergastulo Aegyptiorum: & redimam in brachio excelso. Eodē modo. 3. Reg. Audietur enim nomē tuū magnum: & brachium extentum ubique. Itē Iob. Et si habes brachium sicut Deus. De quo Esai. 30. G. 48. C. Ofc. 11. B. Hier. 27. A 32. C. De hoc quoque Luc. 2. Fecit potentiam in brachio suo.

Exo. 6. 3. Reg. 8. Iob. 40.

3 Psal. 88. Matth. 20. Luc. 18. Ioan. 10.

Potestatem habeo ponēdi animā meam: & iterū sumēdi eam. Itaque brachiū (inquit) meū cōfortabit eū, id est verbū hypostatice vnitū humanitati eius, itē Psal. 97. de eadē refurtectione Christi prædicitur: Cātate Domino canticū nouum: quia mirabilia fecit, saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius. Nouū enim fuit ut se ipsum propria virtute suscitet. Sic exponit Hiero. & Lyra. & Genebrardus quæ expositio melior est quā exposito Glossæ saluabit sibi orbē terræ, quia potius se ipsum saluabit à morte, nam verbum Hebræum Hosah, cum datiuo construitur, sicut Matth. 21. Hosanna filio Dauid. 1. Salua filiū Dauid, sic Ecclesi. 36. Glorifica manum & brachium dextrum. vbi Lyra. per manū iustitiā, per brachiū dextrū potentiā in miserēdo exponit: Glossa vero melius Christū in miraculis gloriosum, quādo Lazarū suscitauit: quando filiū viduæ Naim vitæ restituit: quādo filix Principis defunctæ vitā donauit, quādo cæco à natiuitate lumē oculorū dedit, & sic de similibus, quib⁹ brachiū potētie suæ glorificauit, sed multo magis quādo se ipsum propria virtute suscitauit à mortuis.

Psal. 97.

Hierony. Lyran. Genebrar. Ecclesi. 36. Glossa.

Ecclesi. 36.

Glossa.

Lyran.

Ioan. 11. Luc. 7. Matth. 9. Ioan. 9.

4

Brachiū ergo metaphorice nō solū potētia denotat patris: sed ipsum quoq; filium Dei, de quo Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Ita Hiero. docet super illud Esai. 51. Brachia mea a populos iudicabunt. Septuag. (inquit) virtūt & in brachio meo gētes sperabūt, qui vel hoc significant, quod omnes virtute Domini iudicētur, vel quod Christū, qui est brachiū & fortitudo Dei, omnes credituræ sint nationes. Hæc ille. De quo Dominus: Multi ab Oriēte, & Occidēte uenient. Ideo clamat: Venite ad me omnes qui laboratis. Sed Aug. libro de essentia diuinitatis exponit Brachia mea populos iudicabunt, id est filius & Spiritus sanctus qui à Patre procedūt. Et de Christo subdit, eodē c. 51. Esaias. Consurge, consurge inducere fortitudine brachiū Domini, consurge sicut in diebus antiquis. vbi Hiero. salutē (inquit) suam sempiternā eis promiserat: quæ nō est alia præter Christū, brachiū Domini. Vnde populus loquitur ad brachiū Domini, & eius deprecatur aduētū. Hæc ille, sic etiā Cyrill. Et hoc petebat sub nomine totius populi Iudaici Ioannes, quādo misit discipulos suos ad Christum rogans eum: Estu qui uenturus es? Quasi diceret consurge brachiū Domini, quare non induis fortitudi-

Ioan. 1. Hierony. Esai. 51.

Matth. 8.

Matth. 11. Aug.

Esai. 51.

Hierony.

Cyrillus.

Matth. 11.

dinem

Tertallian. Aug. Cyrill. Hierony. Haymō. Esai. 52.

5

Hierony. 777

Matth. 2.

Luc. 6.

Matth. 16. Cyrillus. Tertullian. Eusebius. Iustinus. Haymo.

6

Hierony.

Ioan. 12.

Orige.

Chrysof. Aug. Ioan. 11.

Tertull. Athana.

7

Esai. 62.

dinem, conuertens mundum vniuersum: nunquid alium expectamus qui hoc faciat: id est non expectamus alium. Quia tu locutus es per Esaiam in eodem capite: Me insule expectabunt: & brachium meum sustinebunt. Quod testimonium de Christo manifestissimum esse dicit Tertullianus lib. de resurrectione carnis, & Aug. lib. de vnitae Ecclesiæ, atque Cyrillus, Hieronymus, & Haymo hoc loco.

De Christo quoque legimus Esai. 52: Parauit Dominus brachium sanctum suum in conspectu omnium gentium: & uidebunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Septuag. vertent: Reuelauit Dominus, quia ut Hieronymus ait vox Hebræa Chafaph trunque significat, parauit, & reuelauit, habet autem duplicem sensum, quia aut reuelat pater brachium, id est filium suum cunctis gentibus, quod initium habuit in die Epiphaniæ, quando stellæ fulgentis indicio reuelauit eū Magis. Vel ipse filius reuelat brachium virtutis suæ, & fortitudinis, de quo scriptum est: Et uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et reuelauit pater filium quando Dominus dixit: Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus. Sic explicant hūc Esaiæ locum præter Hieronymum Cyrillus & ante eum Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, & Eusebius lib. 6. de demonstratione cap. 24. atque Iustinus martyr in dialogo cum Tryphone. Haymo & alij patres.

In eodem sensu Esai. 53: Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est. vbi Hieronymus raritatem (inquit) significat credentium in Christum ex Iudæis: quod satis indicat Ioannes: Cum tanta (inquit) fecisset signa coram eis, non credebant in eum: ut sermo Esaiæ impleretur, quis credidit auditui nostro? &c. Sic Origenes citans hunc locum Esaiæ super Rom. 10. Hæc (inquit) interrogatio, quis credidit auditui nostro: paucos aut raros significat, qui crediderunt. Eodem modo Chrysof. super Rom. 10. & Aug. super Ioan. 12. Propter hanc incredulitatem in Concilio suo dicebant Iudæi: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? vide Tertullian. lib. 1. aduersus Praxæam, Athanas. lib. de Cruce & Passione.

Sic etiam intelligitur illud Esai. Iurauit Dominus in dextera sua: & in brachio fortitudinis sue: si dederō triticum ultra inimicis tuis.

Ita Hieronymus patrem in filio iurasse dicit, non daturum se triticum Eucharistiæ hostibus eius, de quo patris cælestis efficitur, de hoc Ioan. 6. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Cauet ergo sacerdos, ne contra Domini iuramentum Eucharistiæ hostibus porrigat. Quod intelligitur de publicis hostibus, nam Iudam secretum adhuc hostem Dominus secundum sententiam probabiliorem communicauit. Et certe panis vitæ non est cibus mortuorum, sed in gratia uiuentium. Porro licet omnes qui in lethali peccato sunt inimici dicantur Ecclesiæ & capitis eius Christi sed specialiter Iudæi, ut exponit Cyrillus de spiritu & litera.

Hierony. Ioan. 6.

Cyrillus.

8

Psal. 17.

Deut. 32.

Lyran.

Glossa.

Ioan. 12.

Hierony.

Psal. 36.

Psal. 43.

Ecclesi. 7.

Iansenius.

Brachium hominis metaphorice denotat fortitudinem, & virtutem operandi: Sic Propheta Regius dicebat, Psal. 17. Posuisti ut arcum aream brachia mea. Item in Deut. de tribu Gad dicitur: Gad sicut Leo requieuit, cepit que brachium, & uerticē. Quod iuxta literam exponit Lyranus de tribu Gad: quæ hostibus fortissimis superatis, id est brachiis hostiliis exercit⁹, duces quoque quasi uerticē expugnauit. Sed Glossa ordinaria sub typo Gad, Christum intelligit accinctum per hypostatice vnionem, qua uerbum Dei accinxit se humanitate nostra, & brachium diaboli superauit: atque uerticem Imperij Romani, sicut dixerat. Ioan. 12. Nūc Princeps huius mundi eicietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum, quæ expositio satis quadrat, quia Gad interpretatur accinctus, ut (inquit) Hieronymus lib. de traditionibus Hebraicis. Sic etiā brachium pro fortitudine capitur Psal: Quoniam brachia peccatorum cōterentur, & rursus: Brachium eorū non saluauit eos: sed dextera tua, &c. Item Ecclesi. Datum brachiorum tuorum, & sacrificiū sanctificationis offeres Domino. vbi Iansenius hic (inquit) nomē brachiorū nō accipitur pro brachiis humanis, ut quidā inepte factis accipiūt, intelligētes oblationē de his, quæ proprio labore acquiruntur datū brachiorū, sed accipitur pro armis dextris hostiarum, qui in sacrificio pacificorum, cum pectusculo cedebant sacerdoti, quia in Leuitico ubi legimus de armo dextro Exod. 29. Leuit. 7. 8. 9. Num. 18. Deut. 18. Græcè est βραχιον δεξιου brachiū seu armus dexter. Cæterū quia uersio uulgata pro authentica retinenda est, & quia

Glos. Ord.
Interlineal.
Lyrano.

paulo ante dixerat Ecclesiasticus, purgate cum brachiis. Idest cum operibus bonis brachiorum tuorum: non inepte exponunt Glossa ordinaria, & Glossa interlinealis, & Lyrano datum brachiorum tuorum, elemosynam de proprio labore. Quod si cui placeat expositio Ianfenij, referuet vulgatam versionem, & intelligat oblationem armi dextri multarum victimarum, idest sacrificij voluntarij, quod tu sponte vouisti, & propterea dicitur datum brachiorum tuorum, siue dextri armi sacrificij tui multiplicis.

9
Esa. 17.

Præterea de vastatione Damasci ab Assyriis, & paucitate populi, qui post captiuitatem remanebit dicit Esaias: *Et erit sicut congregans in messe quod restiterit, & brachium eius spicas leget.* vbi Hieronymus, tam pauci (inquit) remanebunt in Damasco, quam solent post messores, pauca remanere spicae, &c. hæc ille. Habet autem emphasim quod dicit: Brachium eius spicas leget. Idest brachium alioquin robustum ad concutiendas turres excelsas, & cedros Libani confringendas, spicas leget residuas post messem. *Sic omnis qui se exultat humiliabitur.* Econtrario verò qui se prudenter humiliat, idest, qui doctrinam Saluatoris amplectitur dicentis: *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* Præterea legitur Ecclesi. 2. 1. *Ornamentum aureum prudenti doctrina: & quasi brachia le in brachio dextro.* Quia pulchra est doctrina cum recta operatione, iuxta illud: *Qui autem fecerit, & docuerit hic magnus uocabitur in regno.*

Luc. 18.

Matth. 11.
Ecclesi. 21.

Matth. 5.

10

Malach. 2.

Hierony.

Leuit. 7.
Deut. 18

Matth. 5.

Brachium pro armo hostiæ capitur, vt nune 8. tet. gimus. Sic legitur Malach. 2. vbi reprobis sacerdotibus Dominus dicit: *Ecce ego proiciam uobis brachium: & dispergam super vultum uestrum, sterces solennitatum uestrarum.* vbi Hierony. Iuxta quod notaui num. 8. ait Sacerdotibus quasdã partes victimarum reseruari, inter quas erat armus brachij dextri, Leuit. 7. num. 18. & Deut. 18. Secundum legale præceptum, hoc (inquit) vobis proiciam, idest non vobis tribuam, nec subinde reliqua vobis ad sustentationem, & honorem data, &c. Cæterum sacerdotibus nouæ legis, sicut maius præmiũ promittitur videlicet, *Qui fecerit, & docuerit, magnus uocabitur in regno celorum.* Sic si infatuentur, sicut sal infatuatum mittuntur foras, & conculcan-

tur ab hominibus, quod est illorum supplicium æternum. Nec te moueat quod vbi vulgata vertit proiciam vobis brachium, Pagninus & Vatablus secuti Hebræos, vertunt increpabo vobis semen, quia vox Zerõa, quæ scribitur tribus literis, apud Hebræos, *שׂוּ*, cum quibusdam punctis, significat brachium. Exod. 6. & 15. & Iob. 26. & 40. Si habes brachium sicut Deus in quibus locis scribitur *שׂוּ*, si verò cum aliis punctis scribatur, significat semen. Sed isti Hebræi variatis punctis adulterant scripturas. Iam verò quia armus brachij dextri dabatur sacerdotibus, brachium dignitatem significat sacerdotum. Sic dictum est Heli sacerdoti. *Et præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui.* vbi Gregorius, super. 1. Reg. 2. Brachium (inquit) eius, & domus patris eius Dominus præcidit, quia & summos Iudææ Pontifices, & minores sacerdotes ab immolatione veteri penitus amouit. Hæc ille, quamuis sensus iste sit mysticus, nam vt notat Lyrano super hunc locum hoc impletum est tempore Salomonis, qui abiecto de summo sacerdotio Abiathar de stirpe Heli, instituit Sadoch summum sacerdotem, qui venerat de progenie Eleazar, vt habetur 3. Regum.

In eodem sensu explicat Hieronymus illud Esa. 51. vbi Dominus ait: *Et brachia mea populos iudicabunt.* Idest, Apostoli & sacerdotes, qui secundum sacerdotalem potestatem brachia Dei appellantur, de quibus apud Matth. *Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Denique brachia vocantur milites auxiliarij, sic Dan 11. *Brachia Austri, sunt milites auxiliarij Regis Ægypti ad Austrum vergentis cum ducibus.* vt exponit Lyrano ibidem. Quia ergo Apostoli, quasi milites vel Duces auxiliarij sunt exercitus Christi, quos misit ad mundi conuersionem, recte brachia Dei appellantur. vnde Ioan. 20. dixit illis: *Sicut misit me pater, & ego mitto uos.* Ideo & adiutores Dei vocantur ab Apostolo: *Dei adiutores sumus.*

Sic etiam de Ecclesia sub typo mulieris fortis legitur: *Roborauit brachium suum.* vt exponunt Beda & Glossa.

Pagninus.
Vatablus,

Greg.
1. Reg. 2.

Lyrano.

3. Reg. 2.

11
Hierony.
Esa. 51.

Matth. 19.

Dan. 11.

Lyrano.

1. Cor. 3.

12
Pro. 31.
Beda.
Glossa.

vbi

Matth. 16.

Ianfen.

Lyrano.
R. Salo.

Glossa.

Matth. 13.

13

Deut. 33.

Vatablus.

Lyrano.

Matth. 16.

14

Glossa.
Lyrano.
Vatablus.
Cant. 8.

Matth. 5.

1. Cor. 10.

vbi per brachium dignitas præsertim sacerdotalis intelligitur. Ecclesia quippe duo habet brachia, alterum Ecclesia ticum, alterum vero seculare, roborauit autem brachium Ecclesiasticum vsque adeo, inter huius mundi tentationes & omnigenas impugnationes, vt de illa dictum sit: Matth. 16. *Et porte inferi non præualebunt aduersus eam.* Quamuis autem Ianfenius, & quidã alij putent hic iuxta literam sermonem esse de muliere coniugata, melius tamen Lyrano, metaphoricam dicit esse locutionem, & licet, ipse sequutus R. Salomonem, per hac mulierem fortem, sapientiam intelligat: melius Glossa & doctores Ecclesiam exponunt Christo coniunctam. Hæc est enim illa mulier, de qua Dominus dixit: *Simile est regnum celorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus donec fermentaretur & totum,* vt ergo fermentum Euangelij ad conuersionem massæ totius mundi temperaret sub fide Trinitatis, roborauit brachium suum.

Brachia sempiterna vocantur auxilia diuina, vel etiam Angeli, per quos primum Deus Sinagogæ, deinde vero Ecclesiæ fauet. Sic legitur in benedictione qua Moytes benedixit populum Israel: *Ascensor celi auxiliator tuus: Magnificentia eius discurrunt nubes: habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna.* Eiciet à facie tua inimicum. vbi Vatablus exponit, Deum dicentem cæli, quia in cælo habitat, & per metaphoram dicitur, quasi super nubes equitare, & quasi brachiis sempiternis protegere populum Israel, cui præstat auxilium. Lyrano in Hebræo legit: *brachia seculi, quæ putat esse Angelos, super quos Deus federe dicitur, & per quos protegit Ecclesia, ita vt de illa dicat. Et porte inferi non præualebunt aduersus eam.*

Brachium dextrum sunt opera virtutum, sic exponit Glossa, Lyrano, & Vatablus illud Cant. *Pone me sicut signaculum supra cor tuum: & signaculum supra brachium dextrum.* Quia quod valde diligimus supra cor ponimus, & in brachio ad memoriã quædã ligare solemus, si ergo in operibus bonis memores Christi sponsi iugiter esse debemus, vt omnia in eius gloriam referamus. Ideo dicit: *Sic luceat lux uestra coram hominibus: ut uideant opera uestra bona: & glorificent patrem uestrum, qui in celis est.* vnde Paulus ait: *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud*

quid facitis, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite.

Brachiũ quandoque denotat violentiã tyrannidis. Iob *Et ulabunt, propter uim brachij tyrannorum,* & Psal. *Contere brachium peccatoris, & maligni.* Idest Antichristi, vt exponit Aug. Quia propter electos breuia buntur dies illi. Sic etiã explicant Hiero. & Lyrano super Psal. 9. Item. 2. Paral. 32. Rex Ezechias dixit populo suo de Rege Senacherib. *Cũ illo est brachiũ carneũ: non biscum autẽ Dominus Deus noster.*

Brachiũ similiter significat fortitudinẽ Hier. 17. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnẽ brachij suum, & in Ose. de tribu Ephraim Dominus dicit: ego confortauit brachia eorũ, & ipsi cogitauerunt contra me malitiã.* Quia uidelicet regẽ Dominus fecit Ieroboã de tribu Ephraim: & ipse adolare iussit vitulos aureos. 3. Reg. 12. vt exponit Hierony. Quod mystice referri potest ad Phariseos, quorũ mortuos Dominus suscitauit, & languidos curauit: ipsi vero congregato Concilio mortẽ eius machinati sunt dicentes: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Ioan. 11.

In eodem sensu de Antichristi fortitudine, & potentia contentenda Hieronymus intelligit illud Zach. *O pastor idolum, & c. gladius super brachium eius.* Sic etiam exponunt Cyrill. Glossa, Rupertus, & Lyrano. Quia propter electos breuiabuntur dies illi. Hoc est brachium illud excelsum, de quo Iob. *Et brachium excelsum confringetur,* quamuis Glossa de potentia superborum dictum putet: per excellentiam verò de Antichristo, & de Satana. De impio quoque exponit illud Iob. *Consumat brachia illius primogenita mors.* Idest potentiam illius consumat diabolus, qui primogenita mors dicitur propterea quod: *Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Sicut explicat Beda, sed Vatablus vertit primogenitus mortis, idest morbus lethalis. Sed D. Thomas, & Lyrano explicant primogenita mors, idest in tempestiua, violenta præter naturam, quæ dicitur primogenita: quia ante tempus naturæ succedit.

Brachij proximi sui carnem deuorare, est proximum suum diuitis, & rebus necessariis ad vitam expoliare, vt notat Arias Montanus in idiotismis linguæ

15

Iob. 35.
Psal. 9.

Matth. 24.

Aug.
Hierony.
Lyrano.
2. Paral. 32.

16

Hier. 17.
Ose. 7.

3. Reg. 12.

Ioan. 11.

17

Hierony.
Zach. 11.

Cyrill.
Glossa.

Rupert.
Lyrano.

Matth. 24.
Iob. 38.
Glossa.

Iob. 18.

Sap. 5.
Beda.

Vatablus.
D. Thom.

Lyrano.

18

Arias Montanus.

Esa. 9. Vnusquisque carnem brachij sui deuorabit, Manasses Ephraim, & Ephraim Manasse m. Ita etiam explicat Vatablus, putat autem Hieronymus, hoc decem tribubus contigisse, dum pro suis regibus eligendis, alia contra alias ciuili bello dissecabantur, sed contra Hierusalem iugiter concordabant. Sic Hæretici inter se discordes cōtra Ecclesiam iugiter conspiciant. Sed omne regnum in se diuisum desolabitur.

CAPVT LVII.

Branchia.



RANCHIÆ sunt in piscibus partes iuxta ceruicem, folis more hiantes, quibus anhelatum reddere, ac per vias spiritum recipere existimantur, & ut Plinius ait libr. 9. branchiæ non sunt Balænis, neq; Delphinis, hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent, Balænis à fronte sunt. Delphinis à dorso. Hinc intelligimus piscem illum quia aggreffus est Tobiam Iuniorē, pedes in fluuio Tigri lauantes, minorem fuisse Balæna: vt pote branchias habentem, sic enim legitur: Et ecce piscis immanis exiit, ad deuorandum eum, &c. Et dixit ei Angelus: apprehende branchiam eius, & trahere eum ad te. Vbi notanda est sollicitudo Angelorum custodietium nos: & munus illuminandi, de his legitur Matth. 18. Angeli eorum uident faciem patris mei qui in caelis est.

CAPVT LVIII.

Bruchus.

BRUCHVS Hebraicè dicitur Ielec, sic leges Nah. 3. & Ioel. 2. deducitur à radice Lacac lambere. Bruchus est vermis de genere locustarum, magno ventre, grauior ad saltum, voracitate uerò insignis: numeratur inter animalia munda Leuit. 11. vnde his uescens Ioannes Baptista non faciebat cōtra legem, quādo cibis eius erat locusta, alas autem Bruchū habere, more locustæ cōstat Nahum. 3. Bruchus expansus est: & auolauit.

Est autem disceptatio inter doctores, de

intelligentia literalī illius loci Ioel. 1. ubi dicitur: Residuum eruce comedit locusta, & residuum locustæ comedit Bruchus: & residuum Bruchi comedit Rubigo. De quo sunt tres sententiæ, prima Hebræorum tam iuniorū quam veterum, quatuor annos continuos in Iudæa secundum literam uiguisse famem, propter has pestes in frugum arborumque perniciem, sibi in vicem succedentes. Idem tenet Ruffinus contra Hieronymum, quæ sententia inde minus red dicitur uersimilis, quod non constet secundum scripturas, quando ista famis accidit. Secunda sententia est Theodoretī, & Lyranī, quæ in eo concordat cum prima opinione quia uere hos quatuor annos iuxta literā quadruplici peste prædicta laborasse dicit: addit tamen in figurā quadruplicis hostis, qui Iudæam vastaturus erat, diuina prouidentia disponēte, id accidisse. Tertia denique sententiā est Hierony. quæ omnes fere latini sequitur, nullas huiusmodi fuisse locustas, aut bruchos, sed sub eorū metaphora, Chaldæorū & aliarum nationum contra Hierusalem incurSIONē fuisse à Propheta prædictā: & fundamentum huius sententiæ est, quia subdit Propheta. Gens enim ascendit super terrā fortis, &c. Deinde quia tā fæuā famem, si euenisset, scriptura certe non illam præterisset intactā. Sed ait Theod. eam famē ab Amos Propheta narrari. Vbi Dominus ait. Percussis si uos uento uerenti. At qui non ad uertit plane Theodoretus, illud ad decē tribus dictum ab Amos, non autē ad Hierusalē: de qua loquitur Ioel. Nec ad rē est quod Lyranus & Vatab. dicunt: hanc esse famem septē annorum sub Eliseo, quia Ioel post Eliseum prophetauit, quod & R. Salomō, R. Dauid, ex Chronologia Hebræorum, quam uocant sedet holam, ingenue fatentur. Porro per metaphoram quæ druplici genere vermium Iudæam fore vastandam Ioel Propheta prædixit: quæ quatuor monarchias significant secundum antiquiores Hebræos, scilicet Chaldeos, Persas, Macedonios, & Romanos, quod etiā putat Lyranus, Item Rupertus. Sed Hieron. negat Persas, contra Iudā & Beniamin, de quibus loquitur Ioel expeditionē fecisse: Legimus ergo sensus est, quatuor incurSIONES eiusdem gentis Babylonicæ significari, de quibus metio fit 4. Reg. Has siggilatim numeratas inuenies à Fran. Ribera,

super

super Ioelis. 1. Ad mores uerò totidem incurSIONES faciunt, diabolus, mundus, caro, & mors, contra singulas animas. Eruca incipit id est caro, quæ concupiscit aduersus spiritum. Hæc deuorat innata nobis uirtutum initia, deinde residuum carnis comedit mundus quasi locusta uolatilis, quæ uentorum flatu, huc illuc impellitur. Residuum autem mundi diabolus deuorat, qui quasi Bruchus latiori ventre nunquam saturatur, residuum denique diaboli repentina sæpe mors quasi rubigo consumit, dum ad pœnitentiā agendā sensum aufert. Propterea Dominus dicit: Vigilate quia nescitis diem neque horam, & Beatus ille seruus quem cum uenerit Dominus, inuenit uigilantem. Item: Sint lumbi uestri præcincti, &c. Et sisciret pater familias qua hora sur, &c.

Cæterum & ille locus difficultatem ingerit Esa. Congregabuntur spolia uestra, sicut colligitur bruchus cum fossæ plene fuerint de eo. In hoc exponendo in varias autores sententiæ diuiduntur, Glossa & Lyran. de exercitu Senacherib dictum putant. Quod Rex Ezechias spolia collegit Assyriorum in numera quasi bruchum. Sed Hieronymus dicit hanc expositionem esse Iudæorum, mysteria legis gratie destruentium, & intelligi potius debere de prædicatione Apostolorum, sub protectione magni consilij Angeli Christi: de quo dicit Esaias: A uoce Angeli fugerunt populi: quia Gentiles atque tyrannos fidē impugnantem repressit Christus, & eorum spolia instar bruchi fite numero dedit Ecclesiæ. Tunc in Apostolis, & martyribus, impletum est. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. & illud: Ego posui uos, ut eatis, & fructum afferatis. Et certe caput hoc Esaiæ ad calcem usque uaticinium esse uidetur de Ecclesia Christi. Quia concludit. Populus qui habitauit in ea, auferetur ab eo iniquitas. Quod non nisi per Christum factum est. Tertia nihilominus expositio est, Cyrilli, & Procopij Gazæ, qui sub lege quidem gratiæ hanc impletam prophetiam arbitrantur: Sed contra Hierusalem à Tito, & Vespasiano destructam, cuius spolia collegerunt Romani, de quo Dominus: Circumdabunt te inimici tui uallo. Sed quia dicitur. A uoce Angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes: quas idolatras intelligimus, & non Iudæos, magis placet

expositio Hieronymi, cui consentit Theodoretus.

Bruchi in scriptura multitudinem hostium significant. Sic de Babylone uastanda sub Cyro à Medis, & Persis, dicitur Hierem. 51. turauit Dominus exercituum per animam suam, quoniam replebo te hominibus, quasi bruchis. In quo Babylonis Imperij cōsummatio prædicitur: quia bruchus antequam alas habeat, infidet herbis, quas radicitus deuorat. Ad mores autem, otiosæ cogitationes bruchis plane merito comparantur: quæ antequam alas habeant, ad fugiendum infident cordi, & femina uerbi Dei pullulantia radicitus deuorant, ideo Dominus dixit operariis: Quid hic statis tota die otiosi?

Anni quos comedit bruchus, sunt opera meritoria in gratia facta, quæ superuenienti lethali culpa mortificatur. Sed per pœnitentiā reuiuiscunt. Sic legimus Ioel 2. Et reddam uobis annos, quos comedit locusta & bruchus, & rubigo, & eruca. Vbi exponit Hieronymus, sterilitatem præteritam, in nouam fecunditatem temporalem; & spiritualium bonorum pœnitentibus conuertam. In hunc sensum Dominus in Euāgelio clamat. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam uos. Id est qui vexati estis ab omni genere tentationum, carnis, mundi, dæmonis, & mortis impendentis; iamque fœuire incipientis, ego reficiam uos, & liberabo, ita ut quæ per peccatum perierant, per pœnitentiā reuiuiscant.

Bruchus dicitur auolare, quando multitudo fugiens hostes suos deserit propriam ciuitatem. Sic de Niniuitanis fugientibus hostes Chaldæos, qui Niniuem ceperant, exponit Hieronymus, illud Nahum. Bruchus expansus est: & auolauit. Quia Niniuitani quasi bruchus in sua ciuitate refederant, quasi in sepe, uigente frigore, sed incalescente sole, totus auolauit: Id est in calefcente persecutione Chaldæorum, Niniuem ciuitatem, in qua delitiis affuebant, deseruerunt. Sic & mundani incalescente febre lethali mundum, in quo uoluptatibus indulgebant deserere compelluntur, & auolare quasi bruchus, sicut auolauit diues ille purpuratus. Dicit etiam in eodem loco Propheta ad multitudinem Niniuitanam. Peribis gladio, deuorabit te ut bruchus, congregare ergo ut bruchus. Quasi di

Esa. 9. Vatablus. Hierony.

Luc. 12.

Plin.

Matth. 18.

Ioel. 1.

Ruffinus.

Theodor. Lyran.

Hierony.

Theodoret. Amos. 4.

Lyran. Vatablus, 4. Reg. 8. R. Salom. R. Dauid.

Lyran. Rupert. Hierony.

4. Reg. 24. & 25. F. Ribera.

Galat. 5.

Matth. 25. Luc. 12. Matth. 24.

3. Esai. 33.

Gloss. Lyran.

4. Reg. 20. Hiero.

Matth. 5. Ioan. 15.

Cyrril. Proco.

Luc. 19.

Hiero. Theodo.

Hiero. 51.

Matth. 20.

Ioel. 2.

Hiero.

Matth. 11.

Hiero. Nahum. 3.

Luc. 16.

cat vt notat Lyranus quantumuis congregas copias tuas, non euades: sed gladius vorabit te, sicut bruchus solet extinguere, quando fosse implentur bruchis, vel si multitudo tua fuerit vt bruchus, gladius etiā hostium congregabitur contra te vt bruchus: ita licet magna esset multitudo Hierusalem, fleuit Dominus super illam: quia plures futuri erant inimici eius: Et circumdabunt, inquit, te inimici tui uallo.

Luc. 19.

CAPVT LVIII.

Bubalus.



V B A L V S in scriptura dicitur Hebraicè Iachmur, vt patet Deuter. 14.

Bubalus bos est syluestris, colore niger, re tortis cornibus, fortissimis cruribus, & breuibus respectu sui corporis, parua cauda, sed magna velocitate, olim ferum animal fuit: ita vt iugum non reciperet. vnde Amos ait: Nunquid arari potest in bubalis? de quo nos egimus lib. 1. in verbo arare, numero. 5. Hos in Italia mansuetos vidimus. Deinde in Deut. inter animalia munda numerantur. Capiebat quoque Syluestres bubalos, venatione sua Salomon, & carnes eorum adhibebat in conuiuio, quo mystice significatum est quod filius Dei verus Salomon peccatores venaturus esset, tanquam bubalos: & de illis cibum sibi suauem effecturus. De quo Ioan. 4. Apostolis dixit: Ego cibum habeo manducare, quem uos nescitis.

Amos. 6.

Deut. 14.

3. Reg. 4.

Ioan. 4.

CAPVT LIX.

Bubo.

V B O Hebraicè in scriptura dicitur Cos, Leuit. 11. bubonem, & mergulum.

Bubo auis noctiuaga, & feralis, à bouis mugitu sic dicta, debilis ad volandum, in cauernis comoratur, vnde Ouidius li. 8. Metamorph: Ignauus bubo, dirum mortali bus omen. Sed inter aues mundas numera-

Ouidius.

tur Leui. 11. & pulchros eius oculos appetunt volucres, typusq; est peruersorum hominum, de quibus Ioan. Dilexerunt homines, magis tenebras, quā lucem: erant enim mala, eorum opera: Quid autem denotat bubonem auem malignam esse, & nihilominus mandam nisi fideles fide munda präditos inter alios reperiri qui tamen reprobi sint.

Leuit. 11.

Ioan. 3.

CAPVT LX.

Bucella.

V C E L L A Hebraicè dicitur in scriptura Path. Psal. 147. Mittit crystallum suum sicut bucellas.

Bucella frustrum est panis, vel alterius rei esculentæ, Iob. 31. Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillum ex ea. Est autem phrasis scripturæ, bucellam panis comedere, pro eo quod est temperate comedere, Gen. 18. Ponamque bucellam panis ut confortetur cor uestrum: & Ruth. 2. Intinge bucellam tuam in aceto, & 3. Reg. Elias dixit ad viduam: Affer mihi obscuro bucellam panis. Item Salomon ait: Melior est bucella sicca cum gaudio, quam domus plena uictimis, cum iurgio: Et quidem uictimæ de pinguioribus offerebantur: ideo opponitur hic abundantia uictimarum, pani sicco. Idest sine obsonio: pro gaudio Hebraicè est Salua: quæ vox significat pacem vnde sept. vtrunque coniungunt: *שב' דונס, עקבון*. Cum gaudio in pace. Ponitur autem effectus pro causa, quia fructus spiritus, charitas, gaudium, pax: ex charitate namque nascitur pax, & gaudium, itaque sensus est, melius est cum charitate, & concordia, siccus panis, quam peccato, & discordiadeliciarum affluentia, quia. *Omne regnum in se diuisum desolabitur.* Ita Iansen. exponit. Lyranus verò ad elemosynam refert, Melius est enim dare frustrum panis egenti cum hilaritate, quam multa cum iurgio, iuxta illud Apostoli: *Non ex tristitia, aut necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus.* De quo Dominus: *Beati misericordes.* Mystice Beda bucellam siccam simplicitatem intelligit scientiæ moderatæ, quæ vnique sufficit: quæ melior est, quam scientia magna, & eloquentia superba discordiæ mater. De qua Paulus: *Scientia inflat, charitas uerò edificat.*

Psal. 147.

Iob. 31.

Gen. 18.

Ruth. 2.

3. Reg. 17.

Prou. 17.

Galat. 5.

Luc. 11.

Iansenus.

Lyranus.

1. Cor. 13.

Beda.

Math. 5.

1. Cor. 8.

Bucella

Bucella panis ponitur interdum pro re vili, sic de iniquis iudicibus dicitur: *Iste pro bucella panis deserit ueritatem.* Di his Dñs ait: *Nolite iudicare secundum faciem, & uos secundum carnem iudicatis.*

2. Prou. 28. Ioan. 7. Ioan. 8.

Bucellis comparatur grando Psal. Qui mittit crystallum suum sicut bucellas, ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Lyranus, Vatab. & Iansenius, Genebr. de grandine iuxta literam exponunt, sicut & Arnobius quia pluuia frigore congelata in frustra diuisa cadit. in Hebræo legimus mittit glaciem suā sicut bucellas, & Chaldaicus, proicit glaciem suam diuisam sicut bucellas. Vnde mysticus est sensus August. qui hoc loco peccatores crystallum indiuisum intelligi putat prædestinatos uero similes crystallo in bucellas diuiso, sic & Glossa ordina. recte per contritionem quippe cor gelidum peccatoris quasi in frustra diuiditur, sic diuisum est cor mulieris, quæ erat in ciuitate peccatrix. Sed Deus misit uerbum suum, & liquefecit eā, fluuit spiritus eius, & fluxerunt aque lachrymarum, qui bus rigauit pedes Domini.

3. Psal. 147. Lyra. Vatab. Iansen. Genebr. Arnobius.

Chaldaeus.

August.

Gloss.

Luc. 7.

4.

Ioan. 13.

Questio. Hilarius.

Dionys. Cypria, Hiero.

Aug. Cyrill. Chrys. Leo Papa.

Marc. 14.

Ioan. 6.

Bucellam porrexit filius Dei Iude, & post bucellam introiuit in eum Satanas. Quærent autem patres, an fuerit panis communis, an uero Eucharistia: concordant autem omnes fuisse panem communem in tinctum, post quem introiuit in eum Satanas, non in corpus eius, ut in energumēnū, sed introisse dicitur, qui in malo eum prodicionis proposito confirmauit. An uero ante bucellam Eucharistiam cum reliquis Apostolis acceperit, controuertitur. Et quidem Hilarius negat, Can. 30. in Matthæum. Sed contraria est communis Patrum sententia tenentium, Iudam comunicasse: ita dicit Dionys. li. de Ecclesiastica Hierarchia ca. 3. Cyprian. serm. de ablutione pedum. Hierony. lib. 2. contra Iouinianum, & ep. ad Hedibiam, August. li. 2. contra ep. Petilianica. 22. Cyrill. in Ioannem Chryso. homil. 83. in Matth. Leo Papa homil. 3. de Passione. Et ita tenendum existimo: quia Marci 14. dicitur de sanguine calicis: *Biberant ex eo omnes.* Ergo & Iudas: cui similes sunt qui in peccato mortali communicare præsumunt, vnde quod Dominus dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet: & ego in illo: intelligi debet non de illo qui solum manducat sacra-*

mentum: nisi manducet etiam rem sacramenti, quæ est gratiæ donum, idest Eucharistia, quæ interpretatur bona gratia.

CAPVT LXI.

Buccina, Buccinare.



V C C I N A Hebraicè dicitur Iobel, vt patet Exod. 19. & Iosue. 6. Tollēt septem buccinas Iubilet.

Buccina proprie est cornu recuruum, quod tubæ modo inflatur: ita dictum à bucca: ut inquit Hieronym. ep. ad Dardanum. Quamuis autem distinguatur à tuba, quia hæc ex ære fit, vel argento, illa ex cornu, nonnunquam tamen pro eodem accipiuntur, ut ex Cicerone constat pro Murena, in scriptura uero discrimen inter utrumque ponitur interdum, sicut Iosue. 5. Clangite buccina in Gabaa: tuba in Rama. Erāt autem duæ istæ ciuitates Ben-iamin, in loco excelso constitutæ, ut notat Hierony. dixerat autem Propheta decem prius tribus ab Assyriis conterendas. Dende monet alias duas reliquas tribus, ut se præparent ad bellum, sibi quoque imminens à Babylois, ideo ait clangite buccina in Gabaa ciuitate Ben-iamin, & in Rama ciuitate eiusdem tribus: ut se præparent. Iudæi ab bellum: ne ex improviso caperentur. Amat enim Deus etiam peccatores: signa dat illis, ut ante discrimen præparentur, & respiciant. Sic quia in die finalis iudicij armaturus est creatura contra insensatos clāgit buccina, & tuba, ut se homines ad bellum illud horrendum præparent: canit autem buccina per Prophetas dicens: *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam ueniat dies Domini magnus.* Clangit uero tuba in Euangelio, dicens: *Erunt signa in Sole, & Luna, item: Et nos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet, & uigilate, quia nescitis diem neque horam.*

יובל

I

Hiero.

Cicero.

Ose. 5.

Hierony.

Sap. 5.

Ioel. 2.

Luc. 21.

Matth. 25.

2

Exo. 19.

Buccinæ clangor in scriptura, frequētius terrorem denotat. Vnde Exo. 19. cū lex illa timoris promulgaretur, legimus:

Clangor.

Lyranus. Clangorque buccina uehementius per strepebat. Fiebat autem strepitus ille angelico ministerio, vt notat Lyranus. Cæterum in promulgatione legis gratiæ non buccinæ terror auditus est: Sed aperiens, Christus: os suum, docebat eos, idest Apostolos: idest non iam os prophetarum, hoc est tubarum aut buccinarum strepitum, sed dulcissimam vocem oris sui, præconem faciens Euangelij, & in Pētecolste promulgatorem mittens Spiritum sanctum: quando factus est repente de celo sonus, tanquam aduenientis spiritus uehementis.

3
Leuit. 7. Buccinæ sonitu promulgabatur in lege annus quinquagesimus iubilæi, in Leuitico: Clanges, inquit, buccina mense septimo, &c. Et uocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ uestræ. Eodem modo legimus apud Iosue: Tulerunt sacerdotes arcam Domini, &c. Et septē buccinas, quarū in iubilæo usus est. Nec mirum si in anno iubilæi legis ueteris buccinæ concrepant, quia non quidem peccatorum remissio fiebat in lege, sed debita ciuilia duntaxat remittebantur. Porro in lege gratiæ linguis igneis Apostoli Spiritu sancto pleni prædicant Euangelium, quia lex est charitatis.

4
Psal. 80. Buccinæ quoque concrepabant apud Iudæos, initio singulorum mensium in Nouilunio, Sic legimus in Psa. Buccinate in Neomenia tuba: in insigni die solemnitatis uestræ. Vbi Lyranus notat Iudæos in omnibus nouiluniis, Neomeniæ festū celebrasse ob recordationem beneficii diuinæ gubernationis: quia vt idem ait super illud numer. 2. 8. in calendis autem, &c. mutationes in hoc mundo inferiori, magis apparent secundum inuouationem lunæ: dicebaturque noua luna, quando post coniunctionem cum Sole incipit apparere, duratque mensis lunaris viginti nouem dies, & duodecim horas. De quo latius agemus, in verbo Calendæ, & Neomenia.

Ianfe. Cæterum Iansenius super locum Psalmi. propositum ait, non fieri mentionem hic de quocunque festo Neomeniæ, sed de Neomenia specialiter septimi mensis iubilæi: quia subiungitur, in insigni die solemnitatis uestræ: & ita tenendum est. Nā vt notat Orige. homil. 2. 3. in Numeros, si cut dies septima Sabbati, erat sancta: sic & mensis septimus, idest September, & septimus annus. Dies ergo primus septimi mensis honorem habebat Neomeniæ

& solemnitatis tabarum, & quidem tubarum festiuitas celebrabatur secundum traditionem Hebræorum, quia Isaac die primo mensis septimi ereptus ab immolatione dicitur & aries pro eo substitutus. Ideo cornu buccinatur illo die, quia: Aries habebat cornibus inter uesperes: & usque hodie uocatur à Iudæis festum cornu. Sed vt inquit, Radulphus in præfatione libri. 17. in Leuitic. septimi mensis Neomenia, & buccinatio, typus erat legis gratiæ, quæ ab Spiritu sancto septiformi dono in die Pentecostes, promulgari debebat.

5
Iud. 3. Buccinarum usus Iudæis fuit in bello, sic Iud. 3. Aioth cum occidisset Eglon Regem Moab, &c. Statim insonuit buccina in monte Ephraim. Et certe prædicator per Aioth ducem, & iudicem figuratus, prius superare diabolum bonis operibus debet: quàm buccinet uerbū Dei, vt impleatur in illo: Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno celorum. Sic etiam Gedeon prius destruxit Arā Idoli Baal, deinde sequitur in textu: Spiritus autem Domini induit Gedeon: qui clangens buccina conuocauit domum Abiezer. Sic prædicator conculcato dæmone, & indutus gratia Spiritus sancti, securus clangit Euangelij buccina: quia indutus spiritu Domini, qui ignis consumens est, iam illi quadrat illud Matthæi: Vos estis lux mundi. Item Gedeon cū trecentis uiris Madianitis aggrediens, nō prius clagere buccina cepit, quam confractis lagenis lumen ostēderet, & quia prædicator contractis passionibus terrenis quasi lagenis, lumen boni exempli debet ostendere, vt buccina clangat Euangelica. Sic & ad canendum buccina uerbi Dei, in excelsis uirtutum vertice stare debet Ecclesiasticus doctor, vt insinat Hieronymus super illud Hierem. in Thecua clangite buccina. Thecua inquit, uinculus est in monte situs, quindecim millibus à Hierusalē separatus: ubi clangere buccina iubet, vt se præparent ad resistendum Nabuchodonosor uenienti. Quæ omnia ad Ecclesiam referimus. Hæc ille. Ergo in Ecclesia ex alto uirtutum fastigio buccinare debet prædicator, vt populus resistere diabolo possit, vnde Ezech. Si tulerit populus terræ uirum unum, de nouissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem, & ille uiderit gladium uenientem super terram, & cecinerit buccina, &c. Audiens autem quisquam, se non ob-

seruauerit:

seruauerit: sanguis eius in ipso erit. Vbi Hieronymus speculatorem ab hominibus constitutum hanc habere obligationem dicit, quanto magis qui constitutus est à Deo debet pericula iræ Dei populo prædicare: quod vt ei fides adhibeatur, in alta uirtutum specula cunctis profecto debet eminare popularibus, cauendum enim est, vt ait hoc loco Hieronymus, ne delitiis, uentrique, & otio seruientes, honorem nos accepisse putemus: non ministerium. Hæc ille.

6
Postremo buccinæ usus erat in bello: non solum ad incitandum ad congressum prælij militem: Sed etiam vt caneretur receptui: vt se milites in castra reciperent. Sic legimus 2. Reg. cum esset bellum inter tribum Iuda, & tribus alias Israel, Insonuit Ioab buccina: & stetit omnis exercitus: nec persequuti sunt ultra Israel. Item 2. Reg. cum occisus esset in prælio Absalon, dicit scriptura: Cecinit autem Ioab buccina: & retinuit populum: ut non persequeretur fugientem Israel: uolens parcere multitudini: in quo clementia Ducis commēdatur, & Principis mansuetudo: vt parcat multitudini, iuxta illud: Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Et rursum dilectio laudatur fratrum, etiam inimicorum, iuxta illud: Diligite inimicos uestrorum, &c. Est autem frater omnis qui ad huc potest esse beatus.

C A P V T . L X I I .

Butyrum.



B V T Y R V M Hebraicè dicitur Chemach, Gen. 18.

Butyrum est pinguedo lactis, quæ frequēti agitatione solidatur. Sic autē dicitur butyrū, quasi bouis caseus: quia vt plurimū, vt ait Plinius lib. 18. cap. 9. ex lacte bubulo fit.

Plinius.

2

Deut. 32.

Iob. 20.

Butyrum, & lac in scriptura denotat uertatem uictus, & abundantiam. Sic in Deut. vt ostenderetur uertas terræ promissionis, cecinit Moyses: Vt comederet fructus agrorum, butyrum de armento, & lac de ouibus. Item apud Iob de impio dicitur: Non

uideat riuos fluminis torrentis mellis, & butyri: idest non fruatur affluentia rerum temporalium, vt exponit Lyranus, mystice uero dicit Glossa riuus torrentis, lactis & butyri sunt fides, spes, & charitas, quæ quasi riuus profluunt ex Christo, qui fons est uitæ, uel ipse Christus fluuius est mellis, & butyri, ubi mel est diuinitas, butyrum humanitas. Hunc fluuium, vt uiderent Magi ab Oriente uenerunt: & uiderunt, impius autem Herodes non uidit: neque à longe quidem.

Butyrum & mel manducant homines, in regione fertili, etiam ab hostibus uastata. Sic exponit Hieronymus, illud Esai. de Iudæa destructa à Chaldæis: Et erit in die illa, nuriet homo uaccam bouum, & duas oues: & præ uertate lactis comedit butyrum: Butyrum enim & mel manducabit omnis homo. Eadem abundantia significatur à Iob, ubi agens de sua pristina prosperitate dicebat: Quando lauabam pedes meos butyro. Ita exponit Diuus Thomas, quia si liquor aliquis pretiosus abundat, ad lotionem pedum referri solet, ut si quis dicat lauabam pedes meos balsamo, præ abundantia liquoris, Mystice uero quando Ecclesia Sanctis abundat prædicatoribus, qui cum Apostolo lo dicant: Lac uobis potum dedi, & quibus quadrat illud Cant. Fauus distillans labia tua mel, & lac, sub lingua tua, idest doctrina, est tibi consiliorum instar mellis, & communium præceptorum, instar lactis, tunc certe omnis homo, idest ætate spirituali iam adultus, butyrum deuotionis, & mel perfectionis comedit, ita ut pedes suorum affectuū butyro lauans cum Petro dicat: Ecce nos reliquimus omnia, & sequimur Iesum te, & cum Apostolo Thoma: Eamus & nos, & moriamur cum illo, uel saltem cum Zacharæo: Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus.

¶ Butyrum & mel comedere Esa. 7. uide in uerbo Bonum nu. 11.

C A P V T . L X I I I .

Buxus.

B V X U S Hebraicè dicitur in scriptura sacra Theasur, Esa. 41.

Buxus arbor est exigua, semper uirens, quæ lignum habet adeo durum, ut

cariem

Lyranus. Glos.

Matth. 2.

3
Hieronymus. Esai. 7.

Iob. 29.

D. Tho.

Iob. 29.

1. Cor. 3. Cant. 4.

Matth. 19.

Ioan. 11.

Luc. 19.

וְאֵשֶׁת

cariem non sentiat. Vnde cum vindictam Dominus comminaretur reliquiis populi, quæ vastata Hierusalem à Chaldæis, descendere contra diuinum oraculum, in Ægyptam moliebatur, dixit ad Esa. Nunc ergo ingressus, scribe ei super buxum, & erit in die nouissimo testimonium usque in æternum. Subaudi contra in obediētes, qui consue mendicant, pro sua in obediētia in Ægypto. Testimonium itaque diutius duraturum in buxo durissima iubetur sculpi, sed quia multo diutius duraturum est Euangeliū: quod vocatur æternū, Apoc. 14. in eo scripsit Spiritus sanctus comminationes finalis iudicij videlicet: Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, item: Erunt signa in Sole & Luna, &c.

Buxus metaphoricè Gentiles denotat ad fidem conuersos: vt exponit Hiero. super illud Esa. Ponam in deserto abietem, ulmum, & buxum simul ut sciant, & recogitent, & intelligat pariter, quia manus Domini fecit hæc. Sic etiam explicant Proco. Cyril. & Glo. Nec audienda est expositio Lyra. qui referre putat hoc loco Esa. Historiā veterē, quādo Deus populū in deserto protexit quasi sub umbra abietū, & buxi, sed certe Propheta non de præteritis loquitur, sed de futuris: deinde in deserto gentilitatis non dissimiles arbores rationales plantauit Deus, quādo conuertit. Centurionem de quo dixit: Non inueni tantam fidē in Israel, & Chananæam cui attestatus est: O mulier magna est fides tua, item Regulum: Qui credit ipse, & domus eius tota. De quo etiam intelligit Hiero. illud Esa. 60. quod Ecclesię prædicatur: Gloria Libani ad te ueniet, & Abies, & Buxus, & Piuus simul. Quo in loco Lyra. coactus est consentire Hieronymo, cæpit autem hoc impleri, quando Magi ab Oriente venerunt.

CAPVT LXIII.

Byssus.



YSSVS Hebraicè Ses vt patet Gen. 41. & Pro uer. 31.

Byssus subtilissimilini genus est quo delicatissimæ vestes fiunt, dicit autē Polux in India byssum, & in Ægypto gigni, Philostratus verò refert Byf-

sum ex quadam arbore nasci, quæ altitudine Populos æquat, foliis autem Salici similis est.

Byssus in scriptura sacra sepe memoratur ad indumenta sacerdotū, & ornāmētā tēpli, & tabernaculi propter splendore, & candore castitati congruentem Exo. 25. A & 26. Facies decem cortinas de bysso retorta. Hiacyntho ac purpura coccoque bis tincto. Vbi Beda citatus à Glossa. Byssus inquit, retorquetur in cortinas tabernaculi: quia lūbi carnis & mentis restringendi sunt, vt caro à lasciuīs motibus, & cor refrænatur à cogitationibus. Hæc ille. De quo Dominus: Sint lumbi uestri præcincti, &c. De cortinis, vide lib. 3. verbo Cortina.

Præterea in eodem ca. Exo. 25. velū quod est ante Sancta sanctorum fit ex bysso, & tribus aliis coloribus, denotat autem calum, vt inquit Glossa, quod splendorem byssi cum coloribus iridis quæ in nubibus fit, retinet, vnde qui post filiū Dei, calum conscendere nititur, candore byssi in conscientia cum virtutum varietate conseruet, quam in baptismo recepit, de quo Dominus. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.

Byssus quoque inter alios colores ponitur candida in superhumerali sacerdotis: quod vt inquit Glossa, onus significat Euāgelij, quod vt portare quis super humeros possit, abstinentia, & castitatis studio carnē suā domare debet: iuxta illud. Siquis uult uenire post me, abneget semetipsum tollat Crucē suam, &c. item alibi: Tollite iugū meum super uos. Est autem necessaria castitas cōiugalis nuptis, uidualis uiduis, & uirginis uirginibus. Deinde in rationali sacerdotis inter alios colores byssus cōtextitur ibidē. Quia vt inquit, Beda super Exo. 28. & Glo. castitas etiā in cogitationibus sacerdotum, & puritas esse iudicij sine temeritate debet, vnde merito Dñs Pharisæos reprehendit, dicens: Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? quasi diceret, deest byssus in rationali cordis uestri. Præterea Ioa. 7. dicebat eis: Nolite iudicare secundū faciem, & Ioa. 8. Vos secundum carnem iudicatis, quasi diceret non est puritas byssina in rationali cordis uestri. Item in eodem cap. additur: Stringesque tunicam bysso, tunicā uidelicet hiacynthinā, quia vt inquit, Glof. conuersationē nostram celestem per tunicam

2

Exo. 25.

Beda. Glossa.

Luc. 12.

3

Glossa.

Ioan. 3.

4

Exo. 28. Gloss.

Matt. 16. Matt. 11.

Beda. Gloss.

Matt. 9. Luc. 5.

Ioan. 7. Ioan. 8.

Exo. 28. Gloss.

cam

cā celestis coloris significatā castitatis, & stinentiæ cingulo byssino, restringere debemus: ne ad terrena desuat, ideo Dominus ingressus est in domum Marthæ, cui erat soror nomine Maria: quia uita contemplatiua Marię, nō nisi in domo Marthæ, id est actiue retinetur. Actiua uero uita, à mortificatione passionū, in bysso retorta significata sumit initium. Vt docet Greg. li. 6. Mor. c. 28. super illud Iob, & ingredieris in abundantia se pulchram.

Iam uero in eodem cap. Exo. dicitur. Et Thiam Byssinam facies. Vbi Glo. Thiam inquit, mitra uocatur: quæ caput tegebat, ornabatque Pontificis, vt omnes capitibus sensus mundos, & Deo consecratos haberet, oculos scilicet aures, gustum, tactū, & olfactum, & cor iuxta illud. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum uidebunt. Accedit ut mitram mundam sacerdos moneatur accipere, non ambitione, uel precio quęsitā: sed legitime oblatam, iuxta illud: Nemo sumit sibi honore: sed qui uocatur à Deo, tanquam Aaron. Denique ut neq; minima in mitra macula uideatur, sed reuerberatione luminis splendeat, quia scriptum est: Sic luceat lux uestra corā hominibus ut uideat opera uestra bona: & glorificent patrem uestrum, qui in cælis est.

Præterea reges etiam, & iudices bonum exemplū præbere debent, sicut olim David, de quo legimus: David erat indutus stola byssina. Item uniuersa iustorum Ecclesię, & omnes animæ Christi sponsæ, iuxta quod de sponsa legimus: Venerūt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se, & dat est illi ut operiat se byssino splendenti: quæ sunt iustificationes sanctorum. Soli quippe mundo corde uidebūt Deum, vt paulo ante dicebamus. Sic de Ecclesia sub typo mulieris fortis Salomon ait: Byssus & purpura indumentū eius. Vbi Beda Byssus, inquit induitur Ecclesia cum castigant iusti corpora sua charitatis ardore. Eodem modo exponit Glo & Lyr. byssus itaq; castitatem, purpura uero denotat charitatē. Hæc est uestis illa nuptialis de qua fit mētio, Matt. 22. De his vesti-

bus dicit Dominus Synagoge, Cingi te bysso. Vbi Hiero. & Glof. dicunt, de bysso in ueste Pontificis tenuissima fila texuntur: de qua mulier in Prouerbiis, duplicia uestimenta fecit: seu chlamydes duas: præsentis scilicet sæculi, & futuri. Byssus accinguntur renes, quoties pingua libidinis in cinctiua ex tenuantur, vnde Luc. 12. Sint lumbi uestri præcincti. Hæc Glossa.

Cognitiones domus operantium byssum, in domo iuramenti, legimus. 1. Paral. Vbi Lyra. notat, de Sela filio Iudæ deriuatas esse cognitiones eorū, qui in tabernaculo fœdexis ornāmētā byssina fecerunt, sicut tradunt Hebræi, mystice uero byssus castitas est: & cognitiones operantium byssum sunt planè uirginum, & religiosorum continentium religiones, de quibus Dominus ait: Sunt quidam qui se castrauerunt propter regnum cælorum: qui potest capere capiat.

Byssus interdum superfluum, ac delicatum ornāmētum significat, sicut legimus: Homo quidam erat diues: qui induebatur purpura, & bysso. Quem imitatur sepe aulici, de quibus Dominus ait. Ecce qui mollibus ueniunt, in domibus regnum sunt. Sic & meretrix illa Babylica, quam diximus prius fuisse Romam ad huc gentilem sub Imperatoribus implis. qualis in fine futura est Hierusalem sub Antichristo: Amicta bysso, & purpura, & cocco. E contrario uero, duo illi Prophætæ Enoch, & Elias prædicabunt amicti faccis. Item de Tyri quondam opulentiā, & superflua pompa dicitur apud Ezech. sub figura nauis: Byssus uaria ex Ægypto texta est tibi in uelum, ut ponere tur in malo. Et tamē Tyrus illa superba fluctibus maris absorta iacuit, donec ad prædicationem Euangeliij respiceret: Quando. Mulier Chanaanæa de finibus illis egressa, clamauit ad Christum dicens: Miserere mei Domine fili David? Quod quidem magis illi profuit, quā opulentiā Tyri. Quid enim prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiat.

Ezec. 16. Hiero. Glossa.

Luc. 12.

9 1. Para. 4. Lyranus.

Matt. 19.

10

Matt. 11.

Apo. 18.

Apo. 11.

Ezech. 27.

Matt. 15.

Matt. 16.

Finis Libri Secundi Thesauri Scripturarum.



THESAURI DIVINARVM SCRIP- TURARVM.

Liber tertius.

PROEMIVM AD LECTOREM.



ILLVD Que-
rere multi solēt,
Lector optimē,
An certum sit,
vulgatam versio-
nem latinā, Hie-
rony. esse? quōd
pertinaciter he-
retici nouatores

negant: illud inter alia proponētes, quod Hieronymianam eloquentiam nec minimum planē redoleat. Deinde verō quia nonnulla, quæ Hieronymus de translatione Septuaginta in quæstionibus Hebraicis reprehendit, in nostra latina vulgata reperiantur. Nihilominus tamen contra hos militat communis sententia Catholicorum: testamentum vetus ex Hebræo, Psalmos autem, & quædā alia pauca ex incorrupta Septuaginta interpretū translatione Græca Hieronymum in Latinum trāstulisse: eamq; versionē omnino ipsam esse nostram vulgatam. Nouū vero testamentum non esse quidem à Hieronymo versum: sed emendatum ab eo vulgō circumferri: quōd & ipse testatur in præfatione quatuor Euangeliorum ad Damasum Papam. Nouum, inquit opus me facere cogis ex veteri: vt post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter fedeam: & quia inter se variant, quæ sunt illa, quæ

cum Græca consentiant veritate discernam. Deinde subdit ita calamo temperauimus, vt his tantū quæ sensum videbantur mutare correctis, reliqua remanere pateremur, vt fuerant. Hæc Hieronymus. Vnde prior Nouatorū soluitur obiectio: propterea nouum testamentum Hieronymi phrasim minime sapere: quōd non ille de Græco vertit, sed solum correxerit.

De veteri verò testamento à Hieronymo ex Hebræo fonte traducto, Gregorius ait lib. 20. Moralium, cap. 24. Sed quia hæc noua translatio ex Hebræo nobis, & Arabico eloquio cuncta verius transfudisse perhibetur, credendum est, quidquid in ea dicitur: Et oportet vt verba illius nostra expositio subtilius rimetur. Hæc ille. Quod autem de Hieronymiana versione hoc dixerit, constat ex B. Isidoro, qui eodem ipso tempore Gregorij in Hispania floruit: eiq; æqualis, & amicitia coniunctissimus fuit. hic lib. 6. Ethymologiarum sic ait, præbyter Hieronymus trium linguarum peritissimus ex Hebræo in Latinum eloquium diuinas scripturas conuertit: cuius interpretatio merito cæteris anteponitur. Nam & verbo tenacior, & perspicuitate sententiæ clarior, atq; (vt pote Christiana interpretatio) verior est. Hæc ille. Quod ea tempestate dicere nō potuit, nisi de noua tunc

Hierony.

Hierony.

2
Gregor.

Isidorus.

latina vulgata, quam Gregorius dixerat, cuncta verius transfudisse. Præterea constat Gregorium vulgatam interpretari: quam dixerat subtilius se quidem rimari, quia curæa verius transfuderat.

Accedit, quod omnia quæ Hieronymus in quæstionibus hebraicis de translatione Septuaginta reprehendit: in hac etiam nostra latina vulgata, eodem modo correctæ sunt, sicut ille corrigenda censebat paucissimis quibusdam exceptis, de quibus rationem reddemus: quod omnino confundit, & refellit hæreticos: de quibus exempla proponam quæ doctis pariter, & insipientibus ad scripturarum intelligentiam, quam toto hoc opere inuestigamus, non parvum afferet lucem.

Primum itaq; omnium Genes. 2. Septuaginta vertunt. *Perfecit Deus die sexta opera sua.* Sed Hieronymus adnotavit in hebræo legi die septimo, quod ipsum nostra vulgata retinet, dicens: *Complevit Dominus die septimo opus suum.* Item Septuaginta traduxerant, in eodem cap. 2. *Plantauit Dominus Deus paradysum in Eden.* Vbi Hieronymus notavit, Eden hebraicè delicias interpretari. Sic & nostra vulgata dicit iuxta Hieronymi annotationem: *Plantauit Dominus paradysum voluptatis.*

3. Septuaginta dixerant ibidem: *Plantauit Dominus Deus paradysum in Eden ad Orientem.* Hieronymus verò censuit, non debuisse illos vertere ad Orientem: cuius hebraicè מִקֶּדֶם à principio significat, non ad Orientem, quod ita etiam habet vulgata. *Plantauit autem Dominus paradysum voluptatis à principio.* 4. in eodem cap. Septuaginta verterant, illic est carbunculus, & lapis Prasinus. Sed Hieronymus correxit, sicut nostra vulgata habet, videlicet: *Ibi inuenitur Edesim, & lapis onichinus.* 5. in eo quoq; capite Septuaginta traduxerunt: *Misit Deus ecstasim in Adam.* Hieronymus autem emendauit profundum soporem, sicut habet vulgata. 6. Præterea Septuaginta verterant ibidem. Hæc vocabitur mulier Græcè γυνή. Sed Hieronymus adnotavit: latine melius posse reddi. *Hæc uocabitur Virago,* sicut latina habet editio.

Deinde 7. in tertio cap. Gen. Septuaginta vertunt: *Serpens erat Φρονιμώτατος sapientissimus.* Hieronymus correxit: erat Arum calidior, quod habet versio latina.

8. In eodem cap. vbi Septuaginta legunt: *Cum audisset uocem Domini de ambulantis in paradiso τὸ μεσημέρι ad Meridiam.* Hieronymus dicit in hebræo esse *Laruah haïam, ad auram refrigerantem, meridiano calore transseco.* quod eodem modo sub compedio retinet vulgata. *Ad auram post Meridiam.* 9. in eodem cap. Septuaginta verterant in malceditione serpentis super ventrem tuum, & super pedes tuos gradieris. Sed Hieronymus adnotavit, solum in hebræo legi: *Si per pedes tuos gradieris: quod solum ponit vulgata.* 10. Habert in eodem cap. Septuaginta: *Eiecit q; Adam: & collocauit eum ante paradysum voluptatis.* Sed Hieronymus asserit, non utiq; Adam collocatum à Domino fuisse ante paradysum voluptatis: *Sed ciecit Dominus Adam: & collocauit ante paradysum uoluptatis Cherubim;* quod sic habet editio latina.

11. In Genes. 4. Septuaginta vertunt Dominum ad Cain dixisse: *Quare concidit facies tua? nonne si recte obtuleris, recte autem non diuiseris, peccasti? Quiesce, ad te conuersio eius: & tu ipse dominaberis.* Sed Hieronymus censuit Theodotionem uertisse melius. *Cur concidit facies tua? nonne si bene egeris recipies: si autem male statim in foribus peccatum aderit, &c.* quod ita retinet nostra vulgata. 12. Traduxerunt in eodem cap. Septuaginta de Cain: *Habitauit in terra Naid,* quasi Naid esset nomen proprium alicuius regionis. Hieronymus verò notat in hebræo, non esse Naid. Sed Nod, quæ vox significat instabile & vagum. vnde secundum interpretationem Hieronymi, editio latina vertit. *Habitauit profugus in terra.*

13. Præterea in cap. 5. Gen. Septuaginta habent. *Vixit Adā annos ducentos triginta, & genuit.* Super quo Hieronymus in qq. hebraicis. Sciendum, inquit, quod vsque ad diluuium, vbi in nostris codicibus, subaudi secundum Septuaginta, legimus aliquem ducentorum, & quod ultra excurrit annorum generasse, in hebræo non haberi ducentos: sed centum duntaxat annos, & qui sequuntur. Secundum quam obseruationem editio vulgata pro ducentis annis centum ponit: quis ergo non videat latinam vulgatam esse Hieronymi?

In capite quoq; sexto Genesis, Septua-

3

4

Gen. 2. Hierony.

Gen. 2.

עֵדֶן

Hierony.

מִקֶּדֶם

Hierony.

Hierony.

5

Gen. 3.

עֲרֻמָּה

6

Gen. 4.

Hierony. Theodot.

Hierony.

נֹד

7

Gen. 5. Hierony.

8

Gen. 6.

Hierony.

Gen. 8.

Hierony.

Gen. 11.

כַּיִן

Gen. 12.

9

Gen. 13.

Hierony.

Gen. 15.

10

Gen. 17.

בְּרִית

Gen. 19.

ginta habent Dominum ad Noë dixisse: *Colligens facies arcam,* Hieronymus verò notat in hebræo legi: *Meridianum facies in arca,* id est fenestram ad lucem meridianam: quod retinet editio nostra latina. Deinde in capite 8. Genesis Septuaginta interpretes ponunt: *Cessauit aqua.* At Hieronymus ait, in hebræo legi: *Et reuersæ sunt aquæ de terra,* vt nostra tenet editio. Item Accedit, quod in cap. 11. Genesis. vbi Septuaginta transfulerunt: *Mortuus est Aram in regione Chaldæorum.* Hieronymus adnotat, in hebræo esse in Vr Chaldæorum, sic etiam habet nostra vulgata. Deinde in cap. 12. Gen. vbi Septuaginta vertunt: *Proficiscens Abraham castra metatus est in deserto.* Hieronymus notat secundum phrasim hebraicam, non tam desertum, quam meridiem significari, & Australem plagam, quod habet editio vulgata, quæ fere semper regulam seruat Hieronymianam, vt pro deserto vertat Austrum.

Præterea cap. 13. Genes. vbi Septuaginta vertunt, vide ad Aquilonem, & Meridiem, & Orientem, & mare: pro eo quod Septuaginta dicunt mare, dicit Hieronymus in hebræo legi Occidentem, quam regulam editio vulgata & hoc loco, & vbique seruat: Quis ergo neget esse Hieronymi? Deinde Gen. 15. Septuaginta vertunt: *Filius Masci hæres meus erit, filius ancillæ meæ.* Vbi Hieronymus ait in hebræo legi: *Vben, meset, beht,* quod verti debet: *Filius procuratoris mei,* sic autem vulgata vertit editio. In eodem cap. habent Septuaginta: *Ad occasum Solis ecstasis cecidit super Abraham.* Sed Hieronymus dicit: *Vertendum, Sopor.* & ita vulgata retinet. *Sopor irruit super Abraham.*

Item Genes. 17. Septuaginta vertunt. *Et statuam testamentum meum.* Hieronymus verò obseruat, hebraicè Berith pactum significare, & ita vertit editio vulgata. In eodem cap. habent Septuaginta. *Risit Sara dicens, necdum mihi factum est usque nunc:* Sed in hebræo refert Hieronymus legi: *Postquam attrita sum, facta est mihi voluptas.* Vnde ad mentem Hieronymi latina nostra vertit eleganter: *postquam consenui uoluptati operam dabo.* Præterea Genes. 19. Septuaginta transfulerunt. *Et ecce ascendebat flamma de terra quasi uapor.* Vbi Hieronymus dicit hebraicè: pro flamma

esse Kiton, quod verti debere putat fauillam, quasi fornacis fumum, sic autem editio nostra vertit. Deinceps Genes. 22. vbi habent Septuaginta: *Vade in terram excelsam:* hebraicè, vt notat Hieronymus est: *Vade in montem Moria,* quem Symmachus transfulit montem visionis, cuius versionem Hieronymus laudat. Sic autem editio latina traduxit. In eodem etiam capit. 22. vbi Septuaginta transfulerunt: *Aries tenebatur in uirgulto Sabech.* Dicit Hieronymus. Sabech non esse nomen proprium, sed significare uepretum. vnde vulgata habet: *Iuer uepres.*

In cap. 23. Genes. Septuaginta habent: *Mortua est Sara in ciuitate Arbee, quæ est in conualle.* Sed Hieronymus negat in hebræo esse conuallem, quare vulgata neq; meminit conualis: quomodo ergo non est Hieronymus? In eodem cap. vbi Septuaginta vertunt: *Filios Heth dixisse Abraham: Rex à Deo est tu.* Hieronymus aduertit, non esse in hebræo rex, sed princeps à Deo est tu: & ita vulgata vertit. Præterea Gen. 26. Septuaginta traducunt: *Seminauit Isaac in terra illa, & inuenit in anno illo centuplum hordei.* Hieronymus obseruat in hebræo non explicari hordeum, neque subintelligi: secundum quam adnotationem editio nostra solum vertit: *Et inuenit centuplum.* Item in cap. 24. Gene. Septuaginta vertunt: *Egressus est Isaac exerceri in agro.* Vbi notat Hieronymus. non ad exercitium planè corporale, sed ad orandum exiisse: nam in hebræo habetur, vt loqueretur cum Deo. Sic & editio vulgata habet: *Egressus est Isaac ad meditandum in agro.* Denique ne prolixior sim Hieronymus, in qq. hebraicis in Genesim ad Septuaginta ponit obseruationes, quibus versionem Septuaginta in totidem locis corrigendam putat: in quibus omnibus editio nostra vulgata, exceptis ex his quinque vel sex censuram Hieronymianam ad vnguem retinet: quis ergo non videat luce meridiana clarius, hæc esse Hieronymi versionem? Alioquin, quis esset Hieronymus, vsque adeo studiosus, qui ne latum quidem vnguem ab eius sententia & phrasi atque stilo discreparet etiam in ipso computo annorum, & vsque ad apices literarum? Quid quod Septuaginta venditum Ioseph viginti aureis vertunt, quod Hieronymus ait in hebræo non esse, sed viginti potius argenteis: & ita

קִיטוֹן

Gen. 22.

Hierony.

מוריה

Symmac.

11

Gen. 23.

Gen. 26.

Hierony.

Gen. 24.

Hierony.

tenet editio latina. Item quod Septuag. dicunt: Ioseph venditus est in Aegypto, & emit eum princeps coquorum. Hieronymus censuit traducendum iuxta hebraeum: Emit eum princeps exercitus: & ita habet latina vulgata.

12

Ceterum iam ratio nobis reddenda est: quare cum ex Septuaginta Hieronymi censuris, sexaginta quatuor latina vulgata retineat, in solis quinque vel sex discrepare potuerit si Hieronymi est: qui non debuit quidem ipse à se ipso in his adhuc paucis diffidere? sed facilis, & expedita responsio est. Vel ipsum Hieronymum re altius considerata, pro sua modestia & sinceritate mutasse planè sententiam, ut illi alias moris est, vel Sedem Apostolicam in approbatione Hieronymianæ versionis, hæc pauca iuxta Septuaginta retinenda iudicasse Hieronymo ipso cōsentiente. Nā quod illi moris fuerit, quando fuit opus mutare sententiam in favorem Septuaginta vel veritatis. verba ipsius Hieronymi attestantur super Isa. 19. vbi sic ait. *Melius reor proprium errorem reprehendere, quam dum erubescō imperitiam confiteri, in errore persistere, in eo quod transuli: Et erit terra Iuda Aegypto in festiuitatem. & ita pro festiuitate correxit pauorem dicēs: Et erit terra Iuda Aegypto in pauorem.* Iam verò quædam ex illis perpendamus, quæ aliter quam Hieronymus in qq. hebraicis censuerat translata sunt in nostra latina vulgata: ut intelligamus merito sicut prius fuerant apud Septuaginta fuisse retenta.

13
Gen. 18.
Hierony.

Verterant quidem Septuaginta Genes. 18. *Viri Sodomitæ erant mali & peccatores in conspectu Dei.* Correxerit Hieronymus non debuisset addi in conspectu Dei, quia neque in hebræo est, neque subintelligi debet, cum etiam essent mali in conspectu hominum. Nihilominus tamen considerauit Hieronymus, id quod Septuaginta posuerant in conspectu Dei emphasim habere ad denotandum eos perfricta fronte, Deo vidente, sine eius timore peccasse, quod Deus ipse demonstrat ibidem dicens: *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum ascendit ad me.* Propterea quod auferendum prius facie prima iudicauerat, postea consulto reliquit.

14
Gen. 4.

Idem est de alio loco Gen. 4. vbi vulgata habet secundum versionem Septua-

ginta. *Respexit Dominus ad Abel, & ad muiera eius.* Cum tamen è contratio in qq. obseruasset, magis sibi placere quod verterat Theodotio, inflamauit Dominus super Abel. Sed satis verisimile quidem est, ipsum met Hieronymum hanc suam sententiam in latina vulgata correxisse, quia verbum Sahal, quod est respicere, nunquam in tota Scriptura sacra significat inflammare, sed respicere, aspicerè, animaduertere, meditari, considerare, inclinari, excæcare, remittere, quiescere, delictari, ut videre est in dictionario sancti Pagnini, & in dictionario Bibliorum Regalium & Complutensium, quod & ante nos adnotauit Hieronymus. Oleaster super Genes. 4. Nam Exod. 5. vbi legimus. *Non acquiescant uerbis mendacibus.* accipitur pro acquiescere. Et Isa. 31. vbi legimus: *Nō sunt confisi,* accipitur pro confidere. Item vbi legimus Isa. 17. *In illa die inclinabitur homo,* significat inclinari. Præterea Job 14. vbi est: *Recede paululum ab eo,* denotat recedere. postremo Psal. 118. vbi legimus: *Deleabor in mandatis tuis,* accipitur pro delictari, nunquam autem pro inflammare. Deinde cōiectura Theodotionis falli poterat. Deus enim ostendere valuit sine ignis inflammatione sacrificium Abelis acceptasse, vel voce de nube de lapsa, vel Angelo misso de cælo, vel alio quouis signo sensibili, re ergo maturius considerata, noluit tandem Hieronymus cōiecturam, quæ fallere poterat, in textum Scripturæ sacre conuertere.

Theodotio.

Hierony.

שחל

Hierony:
Oleaster.

Isa. 31.

Isa. 17.

Job 14.

Psal. 118.

15

Gen. 4.

Hierony.

Chald.

Oleaster.

Luc. 3.

Non dissimile est quod in eodem Genes. 4. Septuaginta translulere: *Dixitque Cain ad Abel fratrem suum egrediamur foras.* Vbi notat Hieronymus. in qq. Hebraicis abradendum esse: *Egrediamur foras.* quia in hebræo nō habetur, sed oratio imperfecta, dixit Cain ad Abel fratrem suum. Sed postea vel Hieronymus ipse vel Damasus Papa addidit hæc ad versionem vulgatam iure optimo: quia non solum Septu. id ita verterunt, sed & Chaldaicus interpres, & Syriacus, & res ipsa dicitur ut addatur, ne maneat oratio pendens. ut obseruat Hieronymus Oleaster, & alij expostores. Denique sicut addiderunt Septuag. Generationem Cainam, quæ non erat in Hebræo: illamq; recepit Lucas Euangelista, capit. 3. Non quia Septuag. illam addiderat: sed quia ipse Spiritu fan-


cto

16

cto inspiratus cognouit esse verè additâ lumine supernaturali, sic Ecclesia additio nem illam: *Egrediamur foras,* Spiritu sancto inspirata recepit, quare translatio latina vulgata nō ideo non est Hieronymi.

Illud tamen rogare quis poterit, quare cum Ecclesia Catholica versione Hieronymi latinam in omnibus receperit, sicut ab eo ex hebraico fonte transfusa est in veteri testamento: nihilominus tamen Psalterium ab eo ad veritatem verum hebraicam nō recepit, sed quod verterat ex Græca versione Septuaginta de verbo ad verbum. Ad quod respondemus: Voluisse quidem Ecclesiam translationem latinam ex incorruptis exemplaribus Græcis Septuaginta interpretum veram remanere, quoniam incorrupta seruabatur,

& publicè in Ecclesia quotidie decantata omnium aures occupauerat, ne mutatio fortasse multis scandalum pareret. Deinde quia Hieronymus aliam, quam traduxit ad veritatem hebraicam ad Sophronium non ad veritatem incorruptam, qualis fuerat olim, antequam puncta prodirent, vertit, sed ad veritatem hebraici textus, qui tunc iam vitiatu variatione punctorum ab hebræis circumferebatur, quia sic rogatus fuerat à Sophronio, ut admitterent Iudæi illum scripturæ hebraicæ testimonia citantem, & si non in omnibus incorrupta saltem in multis coarguentia perfidiam Iudæorum. de quo in proemio libri quarti dicimus: noluit itaq; recipere Ecclesia versionem veram, sed sensum vitiatum dolo Iudæorum.





THESAURI DIVINARVM SCRIPTURARVM.

Liber Tertius.

CAPVT I.

Caath.



CAATH Filius fuit Leui Gen. 46. Filius Gerson Caath, &c. interpretatur congregatio. Ab hoc quaedam familia Leuitarum dicta est Caathitarum, Numer. 3. Haec sunt familiae Caathitarum. De quibus etiam legimus in libro Numeri. Cumque inuenerint Aaron, & filii eius sanctuarium, & omnia uasa eius in comotione castrorum, tunc intrabunt filii Caath, ut portent inuoluta, & non tangant uasa sanctuarium, ne moriantur: Vbi notandum est figuratum discrimen inter sacerdotes qui consecrant, & sacris manibus contrectant Eucharistiae sacramentum, & inferiores ministros etiam clericos, qui haec minime tangunt, nisi velata quidem, non autem discooperata, sic enim filii Aaron sacerdotes uasa sancta contrectabant, sed Leuitae filii Caath non nisi tecta plane, & inuoluta portabant, sicut hom. 4. super Numer. tangit Origenes. Quod si in lege veteri tantum erat discrimen inter sacerdotes & ministros, & inter istos & laicos: erubescant haeretici, qui omnia confundunt Christus enim Dominus ministeria distinguit: nam Luc. 6. Conuocatis discipulis suis elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit, & designauit Dominus alios septuaginta duos, &c. Praeterea ut notat Origenes. hom. citata,

qui inuoluta uasa sanctuarium portant, & Caathitarum vocantur, hoc est congregati: filii sunt Ecclesiae congregatae in Christo, qui fide quasi inuoluta mysteria portant, quae Angeli clare vident. His ergo Dominus dicit: Beati qui non uiderunt, & crediderunt. Et rursus. Creditis in Deum, & in me credite, in domo patris mei mansiones multae sunt. Deinde sunt qui tecta de longe vident mysteria fidei, sed non portant: de quibus Dominus ait: Dicunt enim & non faciunt. Alii autem portant: de quibus Matth. 5. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. Postremo cunctos Dominus adhortatur, ut inuolutam arcam foederis, & omnia uasa tabernaculi portent, id est, ut ea, quae credunt, opere compleat dicens: Tollite iugum meum super uos.

CAPVT II.

Cabus.

CABVS Hebraice Selochith, est mensura quaedam aridorum, de qua legimus 4. Reg. Samariam a Syris obsessam tanta ciborum penuria laborasse, ut quarta pars cibi stercoreis columbarum quinque argenteis venderetur, quod quomodo intelligi debeat explicamus in uerbo Columbae num. 4. Est autem Cabus sexta pars sati, & decima octaua pars Ephraim, Batus autem & Ephraim sunt aequalia, nisi quia Batus mensura liquidorum est Ephraim autem aridorum. Porro lib. 2. in uerbo Batus adnotauimus: Batum continere

Ioan. 20.

Ioan. 14.

Matth. 23.

Matth. 5.

Matth. 11.

I

4. Reg. 6.

liqui-

Arias Montanus.

2

Eccli. 13.

Matth. 10.

Hierony. Isa. 41.

Psal. 2.

I

I

liquorem 776. vnciarum: paulo plus minusue, id est quantum capiunt oua 432. huius ponderis decimam octauam partem capit Cabus. Lege librum de mensuris quem edidit Benedictus Arias Montanus in Apparatu biblico.

Cacabus dicitur Hebraice in scriptura Parur, & scribitur aliquando per uau. Num. 11. in olla, Cacabus est instrumentum ad coquendum, sicut ahenum est ad calefaciendam aquam: dicitur autem Cacabus a sono quem supra ignem facit, differt autem ab olla: quod Cacabus aequalis habet ventrem ori, sed olla os habet angustius. Deinde Cacabus plerumque fit ex metallo: unde in Scriptura sacra potentiori ponitur. Eccli. 13. Quid communicabit Cacabus ad ollam? quando enim se colliserint, confringetur, quod satis ex sequenti sententia declaratur: Sequitur enim Diues iniuste egit & fremet, pauper autem laesus tacebit. Neque contra sententiam altiore huius prouerbij Dominus fecit, quando pauperes Apostolos & uiles ad corrigendos mundi principes misit dicens: Ecce ego mitto uos sicut oves in medio luporum, quia licet exterioribus, quasi figulina uasa uiderentur, tamen spiritualibus armis interioribus muniti erant: ita ut potentes seculi uerbo Dei possent contere, sicut de collegio Apostolico, & de Ecclesia primitiua expositore Hierony. dicitur Isa. 41. Ego posui te quasi plautrum trituranus nouum habens rostra serrantia, trituras montes & colles quasi puluerem pones, &c. Sic Paulus potentes mundi ad fidem conuersos comminuit, & alii Christi Apostoli, &c. Fuerunt ergo Christi discipuli quasi aerei, lebetes quantum ad spiritum, mundus uero ut uas figulinum. Iuxta illud Psal. 2. Et tanquam uas figuli confringes eos.

CAPVT III.

Cacumen & Culmen.



ACVMEN dicitur Hebraice Same ret & Samer, sed generalius nomen est Ros.

Cacumen summitas cuiuscumque rei di-

citur, sicut montium, arborum & turrium. Dicitur autem per metaphoram de superbia, sicut & culmen quoque interdum. sic de turre Babel superbi dixerunt: Faciamus ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad caelum. In Ezech. de Lucifero sub typo Regis Assyriorum legimus: Assur quasi cedrus, &c. inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius, id est inter bona temporalia potentiamque & opulentiam, quibus fouetur superbia magnatum, aut si de Angelo apostata loquitur, inter dotes naturales & gratuitas creuit superbia, ut ergo hanc ab Apostolis Dominus eradicaret dixit: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Et rursus. Sicut palme non potest ferre fructum, nisi manserit in uite, sic & uos nisi in me manseritis.

Cacumen petrae uocantur huius seculi dignitates. Eccli. 40. Radices immunda super cacumen petrae sonant. Vbi Lyranus ait: sicut arbor super petram non figit radices altas, unde cito cum sonitu cadit surgentibus uentis, sic diuites superbi de cacumine dignitatum subito cum sonitu corruunt. Sic cecidit ille diues purpuratus, sic corruit Herodes. de quo Apostolus: Mortui sunt enim qui querebant animam perire. Ideo Dominus ait: Vae uobis diuitibus, quia hic habetis consolationem uestram.

Cacumen in scriptura nonnunquam in bonum accipitur, sicut Genes. 28. Vidit Iacob scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum. Super quem locum Lyranus. Ista, inquit scala, quae ex multis gradibus constituitur significabat generationum gradus, quibus Christus secundum carnem ab Abraham, usque ad Mariam descendit, sicut dicitur: Liber generationis Iesu Christi, filii Dauid, filii Abraham, &c. extremum quo tangit terram, humanitatem, culmen, quo caelum pertingit denotat deitatem. haec expositio desumpta est a Ruperto Abbate super Genes. 23. & super Matth. 1.

Cacumen ficulneae per metaphoram initium denotat populi Iudaici in Patriarchis. sicut legimus in Osee: Quasi uuas in deserto uidi Israel, quasi prima poma ficulneae in cacumine eius uidi patres eorum. Super quem locum Hieronymus & Lyranus, item Cyrillus lib. 3. contra Iulianum prope finem: Ficulneam typum esse dicunt Israelitici populi: in cuius ca-

Gen. 11. Ezech. 31.

Ioan. 15.

Eccli. 40. Lyra.

Luc. 16. Matth. 2. Luc. 6.

Gen. 28.

Lyran.

Matth. 1.

Rupert. Matth. 1.

4

Ose. 9.

Hierony. Lyra. Cyrillus.

cumine synceroq; principio vidit Dominus & approbavit Abraham, Isaac & Jacob veros deitatis, & virtutum omnium cultores: posteri vero eorum sicut ficus pessimae corrupti sunt usque adeo, ut intrarent ad Priapum, seu Belphegor libidinis idolum adorandum: ideo ad imitationem potius Abraham illos Dominus provocabat dicens: Si filii Abraham estis, opera Abraham facite. Et Zachaeo respicienti dixit: Salus huic domui hodie facta est, quoniam & ipse sit filius Abraham.

Cacumen arboris tutiorem locum significat ad evadendum violentorum manus. Sic legimus Isai. 17. de Damasco a Chaldaeis magna ex parte vastanda: Et erit sicut excussio oleae duarum, vel trium oliuarum in summitate rami: siue quatuor aut quinque in cacuminibus fructus eius, id est in Damasco. ut exponit Hieronymus in locis inaccessis, & tutis, pauci homines ab hostibus Chaldaeis relinquentur. Mystice vero pauci electi in Antichristi persecutione in cacumine charitatis, & consiliorum Evangelicorum intacti relinquuntur: quia propter electos breuiabuntur dies illi. Denique, quia pauci sunt, qui in cacumine charitatis haerent. Propterea: Multi sunt vocati pauci vero electi. Item. Messis quidem multa operarii autem pauci.

CAPVT IIII.

Cadaver.



AD AVER dicitur Hebraice Nebela, ut legimus Leuit. 7. Adipem cadaueris.

Cadaver est corpus mortuum dictum a cadendo, ut Hieronymus ait. Est autem proprium vulturis cadauera de remotissimis intervallis odorari, & velocissime volare ut rapiant. E contrario dicitur aquila viam capere praedam non cadauera: unde ingerit difficultatem locus ille Iob: Nunquid ad praecipitium tuum eleuabitur aquila, ut in altis ponat nidum suum? Et infra. De longe contemplatur escam, & ubicunque cadauer fuerit statim adest. Et quidem Septuaginta quamuis initio verterint. Nunquid ad praecipitium tuum eleuabitur aquila,

tamen ut ostenderent aquilam hic pro vulture capi subdunt. Vultur in nidis suis se dens habitat. Ideo quidam putant de vulture hoc loco sermonem esse. Ceterum communior sententia de aquila intelligit. Ita D. Thomas in Commentariis, & Lyranus, Vatablus, Titelmanus, Arias Montanus in apparatu Biblico B. Gregor. & Beda. Item Chaldaicus paraphrastes aquilam vertit. Et textus dicit: Pulli eius lambunt sanguinem, vbi significatur praedam viam occidere. Sed ut ait Lyranus. Tempore famis ad cadauera volat. Est & genus aquilae quam Plinius lib. 10. capit. 3. vocat Olipelargum vulturina specie alis minimis, quae sola, inquit, aquilarum ex anima fert corpora. Mystice vero Gregor. aquilam typum sancti praedicatoris tenere dicit, qui per contemplationem in altum volat: sed inde contemplatur escam, ut quilibet in peccato mortuum conuertat ad poenitentiam, exemplo Christi, qui dicebat: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Sic quae fuit cadauer adolescentis iuxta Nain, & vitae restituit Luc. 7. Item Lazarum quatruiduanum Ioan. 11.

Cadaver vocatur non solum animalium, sed per metaphoram Angeli quoque de caelo cadentis. sic exponit Hieronymus, illud quod de Rege Babylonis iuxta literam dicitur: Concidit cadauer suum, id est Regis Nabuchodonosor, ut putat Hieronymus, & sub eius typo concidit Lucifer Luc. 10. Vidi Satan sicut fulgur de caelo cadentem. Quamuis Lyranus non de Nabuchodonosor putet intelligi, qui Dan. 4. respicit: & ut refertur in decretis: Fructuosam egit poenitentiam. 23. q. 4. c. Nabuchodonosor: sed intelligit de Balthasar eius nepote, qui a Medis, & Persis, Cyro duce occisus est, & sub eius typo de diabolo: sed de Nabuchodonosor exponunt Hieronymus, Haymo D. Thomas, & Hugo super Isa. & Theodoretus, & Theophylactus super Abac. 1. quia post poenitentiam relapsus creditur. de quo lib. 12. in verbo Nabuchodonosor latius agemus.

De cadaueribus foetorem ascendere signum est stragis magnae, qualis erit sub die iudicii finalis. sic explicat Hieronymus. illud Isa. Indignatio Domini super omnes gentes, & furor super omnem militiam eorum, & c. interfecti eorum proicientur, & de cadaueribus eorum ascendet foetor. quia ergo indigna-

D. Thom. Lyran. Vatablus. Titelman. Arias Montanus. Gregor. Beda. Chaldaeus.

Plinius.

Greg.

Matth. 9.

Luc. 7.

Ioan. 11.

2

Hierony.

Isa. 14.

Luc. 10.

Lyranus.

Hierony.

Haymo.

D. Thom.

Hugo Car.

Theodoret.

Theophyl.

3

Hierony.

Isa. 34.

Ioan. 8.

Luc. 19.

5

Isa. 17.

Hierony.

Matth. 24.

Matth. 20.

Luc. 10.

צדק

1

Iob. 39.

Luc. 21.

Origen. Theodoret.

Luc. 19.

Lyranus.

Iosephus.

Hierony.

4

Isa. 66.

Hierony.

Theodoret.

August.

Cyrrillus.

Procopius.

D. Thom.

Gloss.

Lyranus.

Haymo.

Vatablus.

tio Domini super omnes gentes praedictur, de illa clade Hieronymus intelligit. de qua Luc. 21. Et in terris pressura gentium praefusione sonitus maris, & fluctuum, & c. Sed Origenes, & Theodoretus de excidio Hierosolymitano potius exponunt: vbi gentes vocantur, qui conuerant ex omni natione quae sub caelo est. Hierosolymam ad diem festum, quando subito ciuitas a Romanis circumfessa est iuxta quod Dominus dixerat: Et circumdabit te inimici tui uallo. Tertia denique expositio Lyranus de clade intelligentis, quae in omnibus ferè gentibus fecit Nabuchodonosor, sicut narrat Iosephus lib. 10. antiquit. cap. 13. sed mihi magis probatur expositio Hieron. de finali iudicio, quod enim in eodem capite de Idumaea dicitur: Idumaea pro terra sanguine rubenti ponitur de more scripturarum, sicut quando dicitur Isa. 63. Quis est iste qui uenit de Edom? Cadauera vocantur corpora damnatorum post diem iudicii suis animabus reuinita in resurrectione mortuorum. Sic legimus Isa. ult. Et egredientur, & uidebunt cadauera uirorum, qui praearicati sunt in me. Vbi Hieronymus ait, in resurrectione mortuorum egredientur iusti, non loco, sed in telligentia, & subdit: Quod si omnis caro adoratura est Dominum: Et e conuerso cadauera uirorum, qui praearicati sunt in Dominum aeternis tradentur ardoribus, in vtranque partem uerae carnis erit resurrectio. Hec Hieronymus. Et Theodoretus. Ostendit, inquit, quod qui aeterna fruuntur foelicitate damnatos uident, & poenas eorum. Item Aug. lib. 20. de ciuitate. c. 21. cadauera damnatorum non inanima futura esse dicit: alioquin poenas minime sentirent, sed propter casum in mortem aeternam cadauera nuncupantur. Quod autem iuxta literam de corporibus damnatorum sit sermo, ut exponunt etiam Cyrillus, Procopius, D. Thomas, Gloss. Lyranus, & Haymo. ex eo constat, quod sequitur: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Neque placet quod putat Vatablus tantum meditatione quadam electos egressuros dicentes intra se magna est poena danatorum, sed potius uidebunt in uerbo quam magna erit, quia hoc pertinet ad gloriam eorum. Item scientia quoque insula per species more Angelorum egredientur, & uidebunt mente

nonnulla: nam sicut Angeli uident per species insulas res naturales, sic electi uidebunt quaedam extra uerbum, quae ad eorum statum pertinent circa damnatos, uidelicet naturam ignis gehennae, & genera varia tormentorum, & c. quauis non oculis corporeis, nisi in ipso die finalis iudicii, quando cuncti comparebunt ante tribunal Christi. Denique anima diuitis epulonis, uidit cum esset in tormentis animam Lazari in sinu Abraham per specialem illuminationem ad maius tormentum, ergo fortiori ratione beati ad suam gloriam accidentalem mente uidebunt condemnatos in gehenna degentes. Illud etiam notandum, vbi Hieronymus vertit cadauera, Hebraice legimus Be pigre, id est fessa, & defatigata a uerbo פגור Pagar, id est pigrum esse, unde in inferno reprobi dicunt: Lassati sumus in uia iniquitatis, ne ergo lassae peccatorum corpora cadant in gehennam Dominus clamat: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos.

Quando locus aliquis in Scriptura sacra implendus cadaueribus dicitur, vel strages bellica, vel pestis significatur, Luc. 5. & 1. Reg. 27. f. & 2. Paral. 20. e. Isa. 37. g. Hier. 16. a. & 31. g. & 33. a. & 41. b. Ezech. 6. a. Nah. 3. a. Heb. 3. d.

CAPVT V.

Cadere, ruere, corruere, ruina, procidere.

CADERE Hebraice dicitur Nabel Isai. 40. & Prouer. 30. & Isa. 64. cecidimus quasi folium.

Cadere est de statu suo decidere, metaphorice uero in scripturis multipliciter dicitur, uerbi gratia, Cadere super collum alicuius amplexando, quod signum est charitatis. Sic Ioseph amplexatus cecidit super collum Benjamin. Ioseph autem typus est Christi uenditi in Aegypto mundi huius, & Benjamin interpretatur filius dextrae. sic ergo in die iudicii finalis, quando dicit Christus, his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, & c. amplexatus eos cadet super collum singulorum. sic & in parabola filii Prodigii: Pater cecidit super collum filii ad meliorem frugem redeuntis, tum in signum charitatis, tum etiam ut iugum dilectionis collo eius alligaret, ut

Luc. 16.

Hierony.

Sap. 5.

Matth. 11.

5

צדק

1

Gen. 45.

Matth. 25.

Luc. 15.

Ambros. ibi docet Ambr. Et collum eius ad cælum erigeret.

2 Cecidisse dicitur Spiritus sanctus super aliquos, quando signo quouis sensibili super eos venit, sicut legimus Acto. 10. *Cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum, & obstupuerunt ex circumsione fideles.* Signum autem sensibile fuit. ut notant Chrysostomus & Lyranus, quod sequitur in textu: *Audiebant enim illos linguis loquentes.* Præterea Cedit etiam manus Domini super Prophetam, quando illi fit reuelatio per Spiritum sanctum. Ezech. 8. *Cecidit super me manus Domini.* Vbi Hieronymus. Manus, inquit, opera significat, ut non solum videat, sed & visionis possit sacramenta cognoscere. Non sicut Nabuchodonosor, & Pharaon, qui viderunt, & Cayphas qui loquutus est sacramenta, sed neque illi qui viderunt, neque qui loquutus est intellexit, quia non ceciderat super eos manus Domini. Hæc ille. Sed & manus Domini super doctorem & prædicatorem cadit, quando facit illum opere præstare quod docet. Iuxta illud. *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorum.*

3 Cadere dicitur uerbum Dei in aliquos, quando libertatem Deus arbitrij permittere se ostendit illis, in quorum quasi potestate libera cadit sermo diuinus. Sic exponitur illud Isa. 9. *Uerbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israël.* Vbi Hieronymus. Dabar, inquit, per tres literas consonantes scribitur דבר si autem legatur Dabar pestilentiam denotat, si uero legatur Dabar uerbum, sic ego legendum est. *Misit Dominus uerbum in Iacob, id est regnare uoluit tribum Iuda, ut in Genesi prophetatum est. Non deficiet sceptrum de Iuda. Et cecidit in Israël, hoc est decem tribus imperium sibi uendicarunt, de quibus dictum est in Osee. Ipsi regnauerunt, & non per me.* Hæc Hieronymus, quia tamen Deus quando uoluntate absoluta quippiam uult: *Attingit à fine usque ad finem fortiter.* Ideo tandem: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles,* hoc est decem tribus dispersit in gentes, neque reuocauit ad regnum. De tribu autem Iuda Christum regem suscitauit æternum, quem Magi quærentes dicebant: *Vbi est qui natus est rex Iudæorum?*

Secundum hanc phrasim intelligimus quod Luc. 8. dicitur: *Se men est uerbu Dei: Et exit qui seminat seminare semē suum, id est uerbu Dei: Et aliud cecidit secus uiam, &c. & aliud inter spinas, & aliud in petrosa, &c.* Neque enim aut sapientia, aut potentia, aut bona uoluntas deest feminanti Christo uerbum suum, ut mittat in spinas, aut inter saxa, & non potius totum in terram bonam: sed cadere dicitur semen uerbi Dei in corda hominum permessa libere agere, & se pro libito disponere ad fructificandum, quia Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui. Propterea dicta parabola conclamabat: *Qui habet aures audiendi audiat, quasi diceret: In uestra libera potestate relictu est, ut sitis uel terra petrosa, uel spinosa, uel bona, & optima, & perditionis uestræ culpa uestra est.*

Cadere dicitur fors super aliquem, quasi contingere, quia ex parte nostra quasi contingens est, ut cadat: quauis ex parte Dei nihil sit contingens, sic legimus Ionæ 1. *Cecidit fors super Ionam.* Item in Actibus. *Cecidit fors super Matthiam.* Vbi notandum est secundum doctrinam D. Tho. 2. 2. q. 95. artic. 8. Tres esse modos mittendi sortes: primus sortis diuisionem ad tollendas lites, quo usi sunt milites diuidentes inter se uestimenta Christi: *Mittentes sortem super eis.* Alter est modus sortis consultationis, quando quæritur quid agendum sit, non per diuinationem, sed ad dubium ut cunq; excutiendum. Tertius deniq; modus est diuinatorius ad futura prænosceda: priores duo modi liciti sunt, tertius uero prohibitus & nefarius, quando quæritur à dæmonibus quod futurum est. Ita Augu. lib. 1. de doctrina Christ. cap. 28. & epist. 80. ad Honorium. Cæterum si iussu, uel certo quodam instinctu Dei ab ipso Deo per sortem futura quærantur licitum est. Sicut quando cecidit fors super Matthiam, loco citato. & 2. Regum 10. Quando cecidit fors super tribum Benjamin, & super domum Cis, quando Saul electus est rex.

Cadere uerba alicuius in terram, differt ab eo quod est cadere uerbo uel lingua, quia prius illud secundum phrasim scripturarum denotat uerba alicuius præcipienda tanquam falsa, uel non implenda. Sic de Samuele dicitur: *Et non*

4

Luc. 8.

Matth. 13.

Eccli. 15.

5

Ionæ 1.

Acto. 2.

D. Tho.

Ioan. 19.

Augu.

6

1. Reg. 2.

cecidit

Iob. 29. *cecidit de omnibus uerbis eius in terram. Similis est illa phrasim Iob. Lux uultus mei non cadebat in terram.* Id est hilaritas uultus non erat contempbilis & uilis, ut exponit Lyranus. Vnde & filius Dei nunquam in risum contemptibile solutus legitur sub typo Iob, sed exultasse dicitur: *In ipsa hora exultauit in Spiritu sancto, & dixit, &c.* Itē Deipara uirgo risisse non legitur: exultasse uero refertur, Luc. 2. *Et exultauit inquit, spiritus meus: in Deo saluari meo.* Sic & prædicatōrū Ecclesię nec uerbum qui deum, nec risus multus in terram cadere debet, iuxta illud Tit. 2. *Nemo te contemnat. Quia de illis scriptum est: Vos estis lux mundi.* Cæterum: labijs cadere: seu uerbo, uel lingua labi est in uerbis peccare, Eccl. 1. *Ne scandalizeris in labijs tuis: attē de in illis, ne cadas, & ca. 14. Beatus uir qui non est lapsus uerbo ex ore suo, item: Qui labitur lingua sua, & non ex animo, & Lapsus falsæ lingue.* Præterea: *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, ut non cadam in ipsis.* Quod iure petit Ecclesiasticus, quia in modicis quidē uerbis, magnus solet esse casus iuxta illud: *Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehēne ignis.* De quo Eccl. 28. *Attēde, ne forte labaris in lingua: & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi: & sit casus tuus insanabilis in mortem.*

7 Cadere super faciem, uel in faciem, uel in terram corruere coram aliquo, reuerentiam denotat: ut Grego. obseruat Homi. octaua super Ezech. 2. *Et cecidi in faciem meam.* Vbi & reuerentiam, & erubescēntiam poenitentię significare dicit. Erubescimus enim in conspectu Dei, & Angelorum propter peccata nostra: & reueremur Deum, & angelos propter excellentiam nature super nos. Sic coram Deo cecidit Abraham pronus in faciem: *Et Iosue cecidit in terram coram arca Domini.* Item cum Raphael dixisset Tobię se Dei esse Angelum. *Tobias, pater & filius: Turbati sunt: tremētes ceciderunt super terram: super faciem suam.* Et Apocalyp. 1. cum Ioannes uidisset similem filio hominis: *Cecidi, inquit, ad pedes eius: tanquam mortuus.* Et Ezechiel. uidens uisionem ait: *Ruique super faciem meam.* Daniel quoque cum uidisset Angelum Gabrielem audiens inquit: *iacebam consternatus super faciem meam.* Vnde & in transfiguratio-

ne Domini: *Ceciderunt discipuli in faciem suam.* Et ratio huius est. Quia statura hominis recta d'ominationem, principatum que eius denotat inter animalia terræ, ideo ergo cadit pronus coram Deo, & uicem Dei gerentibus Angelis ut reuentiam, & humilitatem insinuet. In faciem uero cadit iustus, quia uidet ubi cadat, & quare se prosternat, ut uidelicet se ipsum humiliet, & se fateatur peccatorem ut dictum est.

Porro impij retrorsum cadere perhibentur: quia nesciunt ubi corruant, ut Salomon ait: *Via peccatorum tenebrosa: nesciunt, ubi corruant.* Sic in Genes. dicitur: *Dan coluber in uia, &c. mordebit ungulas equi ut cadat ascensor eius retro.* De quo uide in uerbo Antichristus Numer. 3. Sic & Isaias de impiis dicit: *Ut uadant, & cadant retrorsum.* Item de militibus, qui filium Dei in horto comprehendere uenerant dicitur: *Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.*

Cadere sub alio uel subtus pedes alicuius, est superari ab eo: uel in bonum, uel in malum. Ita quidem de Messia dicitur in Psalmo: *Sagittæ tuæ acutæ: populi sub te cadent.* Id est, uel inuiti punientur, sicut Iudæi destructa Hierusalem; sub Tyto & Vespasiano: uel uerbo Dei conuertentur, sicut gentes, ad quas missi sunt Apostoli. *Sicut misit, inquit, me pater, & ego mitto uos. ac si diceret, ego missus ut sagitta electa, Esai 49. Sic ego mitto uos: ut sagittas pharetræ meæ.* Sic exponunt super Psalium Hierony. August. Glossa, Lyranus, Iansenius & Vatablus, de qua gentium conuersione Dominus dixerat, Ioan. 12. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Secundum eandem phrasim Dauid Psa. 17. dicebat, de suis hostibus, *Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos.*

Cadere secundū phrasim scripture, est priori frequentiori significatione, quādo ponitur absolute, sic Ex. 32. *Cecideruntq; in die illa quasi tria millia hominū.* Sic & Leuit. 26. b. e. f. nu. 14. a. Deut. 1. g. Iosue. 7. a. Iudi. 4. c. & 5. c. Item Psa. 9. c. ubi de Antichristo dicitur expostore Hieronymo, & Glossa. *Inclinabit se, & cadet cum diminutus fuerit pauperum.* Abbreuiabitur enim uita eius, iuxta illud Matt. *Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis*

8

Prou. 4.

Genes. 49.

Isa. 28.

Ioan. 18.

9

Psal. 44.

Ioan. 20.

Efat. 49.

Hierony.

Augustinus.

Glossa.

Lyranus.

Iansenius.

Vatablus.

Ioan. 12.

10

Exo. 32.

Psal. 9.

Matth. 24.

caro.

Pfal. 26. *caro. Sic de Saul & Doeg dicit Propheta Pfalm. 26. Dum appropriant super me nocentes, ut edant carnes meas, qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.* Sic exponit Lyranus. Mystice vero, vt inquit Hieronymus. hoc dicit Propheta in persona Ecclesie: contra quam postquam Dei filius carnem suscepit preualere non possunt inimici: quia *Porte in feri non praeualebunt aduersus eam.* Item in Pfalm. *Non ueniat mihi pes superbiae, &c. ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, neque potuerunt stare.* quod Glossa & Lyranus intelligunt de superbis, qui nisi opportunè respiciant moriuntur in peccatis suis, & expelluntur à regno Dei. Tales erant Pharisei, quibus Dominus dixit: *Quæretis me & in peccato uestro moriemini.* Tales & virgines fatue, quæ vt inquit Gregorius in homilia. Dum gloriam humanam foris expetunt oleum charitatis habere noluerunt. Sed Hieronymus super Pfalm. 35. de dæmonibus superbis exponit, qui de cælo ceciderunt, quorum princeps de Ecclesia quoque in tartarum à Christo expulsus est, sicut dicitur: *Nunc iudicium est mundi nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* In eodem sensu cadere est mori Pfalm. 77. g. Sic etiam Eccles. 1. 1. *Si ceciderit lignum, siue ad Aquilonem, siue ad Austrum ibi erit, idest, siue mortuus fuerit, quis in mortali, siue in gratia, ibi manebit.* ita Hieronymus, Glossa, & Lyranus exponit.

Cadere absolute positum, non solum mori corporaliter significat, vt hactenus ostendimus, sed etiam mori spiritualiter propter lethale peccatum, & in æternam incidere pœnam. Sic Prouer. 13. dicitur: *Nuntius impii cadet in malum.* Vbi Beda. *Hæretici, inquit, Angeli sunt, idest nuntij Satan, qui cadent in gehennam.* De his Matth. 24. *Surgent Pseudochristi, & Pseudoprophetae.* Quamuis Iansenius & Lyranus generaliter de omni exponunt nuntio, qui munere suo impie fungitur. Est enim in hebræo nuntius impius, sicut etiam vertit Chaldaicus paraphrastes, sed ferè in idem recidit: vnde Magi qui venerant Christum, infantem adorare non sunt ad Herodem reuersi, ne nuntij essent impij, necis Domini cooperatores, sed *Per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.* Secundum eandem phrasim pro casu

in culpam accipi potest Prouer. 24. *Septies in die cadit iustus, & resurget, impii autem corrueunt in malum.* Vbi Beda. Quomodo, inquit, iustus appellatur qui cadere, idest peccare memoratur? nisi quia de leuibus quotidianisq; loquitur peccatis, sine quibus nec iustorum quisquam esse in hac vita potuit. Eodem modo exponit Gregorius super illud 1. Regum 2. *Pœnitent me quod constituerim Regem Saul.* & Bernard. serm. 17. super Cant. Hieronymus. epist. ad Rusticum, vbi adducens præsentem locum ait, si iustus quomodo cadit? Sed iusti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam resurgit. Eodem modo Glossa, & Lyranus. Nihilominus tamen August. lib. 11. de ciuitate cap. trigesimo primo de lapsu iusti in multas tribulationes intelligit, ex quibus Dei opere surgit. Ita etiam Vatablus intelligit iuxta illud Iob: *In sex tribulationibus liberaberis, & in septima non tanget te malum.* Vbi septenarius numerus pro multiplici ponitur, sed hæc expositio non videtur contextui quadare, quia præcesserat. *Ne insidieris, neque quæras impietatem in domo iusti, neque uastes requiem eius, & mox sequitur: Septies in die cadit iustus & resurget.* Quasi dicat etiam si quæras diligenter in domo iusti si commiserit peccatum, vt inde peres illum quasi à Deo derelictum superare te posse, scias te frustra laborare, quia mox vt peccauerit per pœnitentiam resurgit: vnde vtraque expositio concordat, tam de casu in discrimen & tribulationem, quam in peccatum. sic Petrus post negationem trinam mox foras egressus fleuit amare. Itaque secundum Hieronymum etiam de mortali peccato posset intelligi, quamuis communior expositio est de venialibus.

Item cadere pro casu in culpam & in pœnam dicitur Isa. 14. *Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane egrediebaris?* De quo sunt duæ sententiæ: prior est Hieronymi tenentis hoc loco de rege Babylonis intelligi, & sub eius deinde figura de Angelo apostata. & August. idem sentit libr. 3. de doctrina Christi. ca. 37. in 7. regula Tychonij, vbi ait quædã dici de corpore mystico diaboli, qui sunt iniqui quantum ad aliquid, & ad ipsum caput iniquorum, qui est diabolus per figuram referri, allegatque hunc locum Isaie. Eodem modo intelligit

Prou. 24. Beda.
Greg.
Bernard. Hierony.
Glossa. Lyranus. August.
Vatablus.
Iob 5.
Luc. 23. Hierony.
Isa. 14.
August.

Lyranus. *Lyra. & mihi non displicet, nihilominus posterior sententia est, magis probabilis quæ tenet de diabolo iuxta literam dici.* Nam cum de superbia Babylonici Monarche loqueretur Esai. fecit Apostrophem ad cadentem Luciferum, ita tenet Orige. lib. 2. Periarchon ca. 2. Athan. li. de Passione, & Cruce, Ambr. super Psa. 118. ser. 3. in illa verba: *Incepisti superbos.* Tertul. li. 5. contra Marcio. Euseb. li. 4. de demostr. Euang. c. 9. Cypri. li. 1. epist. 3. & Vatab. hic ad quod Dominus alludere videtur Luc. 1. dicens: *Vidi Satan sicut fulgur de cælo cadentem.* Cum itaque Esai. ageret de Rege Babylonis recordatus est Luciferi, & dixit quomodo cecidit, &c.

De eodem casu diaboli intelligit Glossa illud Apoc. 9. *Vidi de cælo stellam cecidisse.* Sic etiam sentit Rupert. Abbas super Apoc. & Haymo, & D. Th. quamuis quidam accipiant hoc loco stellam pro Angelo bono, & ita refert, & sentit Andreas Casariensis super Apoc. de quo lib. 17. in verbo Stella, interim probabilitate magna non caret sententia prior, vt de diabolo intelligatur: qui damnatus cecidit in terram, iuxta illud Apoc. 12. *Væ terra, & mari, quia descendit ad uos diabolus: habens iram magnam, de quo Ioa. 16. Princeps huius mundi iam iudicatus est.* Idest de cælo exclusus ob suam superbiam in sempiternum. Dabitur autem ei sub tempus Antichristi clavis abyssi, vt tentet homines ipse cum suis cohortibus infernali, quando enim de Angelo bono vnquam legimus cecidisse de cælo: ideo sententia Andre Casariensis mihi non probatur quæ non est iuxta phrasim scripturarum.

De lapsu quoque in culpam obstinationis, & pœnam damnationis, intelligitur illud, Apoc. 14. *Cecidit Babylon.* Vbi Glossa geminationem illam cecidit, cecidit, omnimodam significare destructionem putat, quo ad omnia bona corporis, & animæ. Est autem hoc loco Babylō Metropolis regni Antichristi, quæ erit Hierusalē: vt ostensum est li. 1. in verbo Antichristus num. 16. & li. 2. verbo Babylō. Itē de impiis dicitur in Esa. *Terram Gigantum detrahes in ruinam.* Vbi quidam terram medicorum traduxere, quia vox Hebræa Raphaïm si post literam R. ponatur Vau, significat medicos, si verò non ponatur, significat Gigantes, sicut Aquila, & Symmachus trãstulerunt, & in margine vides, Septuaginta ve-

ro transferunt terra impiorum cadet, sed in idem recidit. Quia Gigantes superbi, & tyranni intelliguntur quorum corpora, vt terra cadet, sicut ait Hiero. de quibus Matt. *Ibunt hi in supplicium æternum.* Sic explicat Augu. ser. 2. de Cōsolatione mortuorum. De his Dominus dixit. *Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucratur: animam uero suam detrimentum patiat?* Ita Pfal. De reprobis iudicibus & magistratibus dicitur: *Vos autem sicut homines moriemini: & sicut unus de principibus cadetis.* Idest, sicut cecidit Lucifer, qui mane oriebatur, sicut exponit Hiero. *Qui iam iudicatus est:* Ioan. 16. quæ itaque imitatur in culpa: subsequetur in pœna. Item de casu in culpam, & pœnam Luc. 6. f. Rom. 1. 1. b. c. & 14. a.

Præterea & Thren. 5. dicitur: *Cecidit corona capitis nostri, & nobis quia peccauimus,* idest templum sub Babylonica vastatione, vt ait Vatab. vel regnum Iudæorum cecidit propter peccata: sicut explicant Glossa & Lyra. sic & de tribubus decem aliquanto prius, ab Assyriis ductis in captiuitatem Esa. dicit: *Væ corona superbiae, & bris Ephraim, & flori decidenti:* quia decem tribus propter idolatriam regnum amiserunt: vt exponit Hiero. Et ad omnem mundi gloria in inanem referri potest. Sicut illud Esa. *Omnis caro fœnū, & c. excicatum est fœnū, & cecidit flos, & Psa. Sicut olera herbarum cito decident, & rursus. Mane floreat, & transeat: uespere decidat,* item Esa. 53. *Cecidimus quasi folium uniuersi, & iniquitates nostræ sicut uentus abstulerunt nos.* Sic de hostibus David, & de omnibus impiis explicat Lyra. illud Psa. 5. *Decidant à cogitationibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te Domine.* Quod mystice de Iudæis dictum est, qui cōgregauerunt Conciliū contra filium Dei, dicentes: *Si dimittimus eum sic uenient Romani: & tollent gentem nostram, & locum,* cogitauerunt itaque Dominum interficere, dicentes: *Hic est hæres, uenite occidamus eum: & nostra erit hæreditas.* Sed deciderunt à cogitationibus suis, quia potius à Romanis propter Domini necem vastati sunt. Sicut prædixerat Isa. *Corruet populus uir ad uirum, unusquisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem.* Quod de seditione populi Hierosolymitani obsidente ciuitatem Tito, Hieronymus exponit: quæ seditio totius cladis ini-

Hiero. Matth. 25.
Augu. Matth. 16.
Pfal. 81.
Hiero. Ioan. 16.
I 6 Thre. 5.
Vatab. Glossa. Lyranus.
Esa. 28.
Hiero. Esa. 40.
Pfal. 36. Pfal. 89.
Esa. 53.
Lyra. Pfal. 5.
Ioa. 11.
Matt. 21.
Esa. 31.
Hiero.

Luc. II. Hierony. Usa. 30. Lyranus. Augustinus. Luc. 19. I 8 Zach. II. Matth. 21. Glossa. Lyran. Ifa. 22. Vatablus. Ifa. 28. Luc. 19. Hierony. Ifa. 3. Hierony. Luc. 4. Matth. 22. Ioan. 8. Ifa. 25. Matth. 22. Luc. 14. Gregor. Luc. 19. Ifa. 64.

tium fuit dicente Domino: *Omne regnum in se diuisum desolabitur. De qua vastatione sub Romanis exponit quoque Hierony. illud Ifa. Indie interfectionis multorum cum ceciderint turres, hoc est turres Hierusalem sub Tito, vt intelligit Lyranus. Itē Aug. in qq. noui & veteris testamenti. q. 1 6 5. sicut Dominus prædixerat: Ad terram prosternent te.*

De eodem excidio Hierusalem ob Do mini necem explicat Hieronym. illud Zachar. *Vlula abies, quia cecidit cedrus, Id est, vlulent sacerdotes quia cecidit regnum Iudæorum, de quo Dominus dixerat: Auferetur à uobis regnum Dei: & dabitur genti facienti fructum eius, sic Glossa & Lyranus intelligunt illud Esa. Auferetur paxillus, qui fuerat in loco fideli, & frange tur: & cadet. Quia prius uidelicet sub Chaldæis, sed plenius sub Romanis paxillus sacerdotis veteris cecidit. De quo etiam exponit Vatablus illud Esa. Coangustatum est stratum: ita ut alter decidat. De quo Dñs prædixit flens super Hierusalem. Coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te. Quamuis Hieronym. explicet aliter, sicut diximus lib. 1. in dictione Angustū. De eodem excidio Hierusalem Esa. 3. dicitur expositore Hieronymo. Ruit enim Hierusalem: & Iudas concidit, quia linguæ eorum, & ad inuentiones eorum contra Dominum. Enim vero mille ad inuentionibus cogitauerunt Dominum interficere: sicut quando Luc. 4. Duxerūt illum, ad supercilium montis, vt precipitarent eum. Et quando miserunt discipulos suos cum Herodianis rogātes: Licet censum dare Cæsari? Item quādo duxerunt ad eum mulierem in adulterio deprehensam. Præterea de eadem vastatione Hierusalem dicitur Esa. 25. Qui posuisti ciuitatem in tumultum: urbem forte in ruinam: domum alienorū ut nō sit ciuitas: & in æternum non edificetur. Vbi alieni uocantur Iudæi, quia se alienauerūt à Christo, & inuitati ad nuptias Ecclesiæ cū filio Dei noluerunt venire. Vt habes in Euangelio, ciuitas autē non fuit reedificata in eodem loco quia modo Caluariū intra se continet, qui distabat olim à ciuitate, vt notat Greg. in Homil. sup. Luc. Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illā. De eadem vastatione legimus Esa. 64. Omnia desiderabilia nostra uersa unt in ruinas,*

Quare frustra gloriabantur Iudæi, spatio quadraginta duorum annorum postquā Dominum occiderunt: nec salutem Euāgelium receperunt, dicentes quod prædixit Isaias, expositore Theodoro. *Salutes non fecimus in terra: ideo non ceciderunt habitatores terræ. Id est quamuis non recepimus Euāgelium salutis, nō ideo ceciderunt habitantes terram nostram. Quia licet Deus differat supplicium: vt det locū poenitentiae, infert tamē illud obstinatis.*

De casu deniq; Hierusalem sub Chaldæis legimus Ezech. 4. *Vt corruat unusquisque ad fratrem suum, & contabescat in iniquitatibus suis.* Item de his, qui vastata Hierusalem à Chaldæis, fugerunt cōtra præceptum Dñi in Ægyptum, dicitur apud Esa. *Erit uobis iniquitas hæc, sicut interruptio adēs, & requisita in muro excelsi: Quoniam subito dum non speratur, ueniet cōtrictio eius.* Ita exponit Hieron. Item Michę. 7. Hierusalem capta à Babylonijs dicitur Babyloniæ. *Ne lateris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam.* Ita exponit Hierony. Præterea Cadere dicitur quis ab statu prosperitatis. Prou. 14. *Contritione præcedit superbia, & ante ruinam exaltabitur spiritus.* Et cap. 17. & c. 24. C. Sap. 4. D. Eccli. 13. D. Esther. 6. D.

Cadere dicitur qui vincitur ab alio Pf. 90. *Cadent à latere tuo mille: & decē millia à dextris tuis.* Quod Iansenius iuxta literam explicat de protectione diuina, qua Deus etiam præliantes adiuuat. Si dimicaueris inquit, à dextris & à sinistris, cadent inimici tui, & tu manebis illæsus. Ita etiam Genebrardus. Est autē Eleph mille & Rebahah myriads singularis numeri, id est integrum numerū millenarium hostium prosternes, sed Hierony. exponit, pauciores insidians sinistræ, id est aduersa patientibus: & plures in prosperitate dextræ exultantibus. Et ideo maiorem, id est decem millium à dextris esse victoriam, ubi plures sunt hostes. Ita cæteris paribus, maius est meritum regum prospere agentium & procerū qui sancte viuunt, iuxta illud Eccli. 31. *Beatus diues, qui inuente est sine macula, & c. qui potuit transgredi, & non est transgressus.* Idcirco laudantur Magi, quos Ecclesia putat fuisse reges, qui ab Oriente uenerunt, adorare Dñm. Præterea legimus Esa. 59. *Corruit in platea ueritas: & æquitas non potuit ingredi.*

Super

Hiero. Haymo: Ioan. 8. Cyril. Proco. Matt. 23. 21 Matt. 21. Hierony. Augu: Glos. Lyranus, D. Tho. Eccl. 27. 22 Matth. 24. Hierony. Chrysoft. Rabanus: D. Thom. Glos. Lyra. Apoc. 6.

super quem locum Hieronymus dicit, Iudæos prospere agentes contēpisse ueritatem Euangelij. Vnde Dominus illis dicebat, apud Ioan. *Si ueritatem dico, quare non creditis mihi.* Sic etiam exponunt Haymo, Cyril. & Proco. quia expulerūt Iudæi Apostolos ueritatis doctores, & ex discipulis occiderunt, iuxta quod Dominus dixit: *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, & c.*

Cadere dicitur super lapidem Christianus peccator, Matth. 21. *Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur, super quem uerò ceciderit, conteret eum.* Vbi Hierony. Peccator inquit, qui credit in Christum, cadit super lapidem, & confringitur, sed non omnino conteritur, reseruat enim per poenitentiam ad salutē, super quem autem lapis ceciderit, tanquam super eum, qui filium Dei negat: sic conteret eum, vt nec testa quidem remaneat. Eodem modo exponit Aug. lib. 1. qq. Euangelicarū q. 30. & Glossa. Lyran. & D. Tho. Item eadem sententia prædicta est Esa. 8. ca. & ad eundem sensum facit illud Eccl. *Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadit, qui enim filium Dei negat, quasi lapidē in uentum sursum mittit, in die autē mortis cadet super eum.*

Stellæ cadent de celo. Legimus Matth. 24. de quo sunt tres expositiones: prima Hierony. & Chrysoft. in aduentu Christi ad iudicium finale præ fulgore corporis eius gloriosi stellas lumen suum abscondit: sicut lucerna non lucet in meridie. Sed hæc expositio non quadrat, quia de signis in Sole, Luna & Stellis ante aduentum Domini ad iudicium, sermo esse uidetur. Secunda expositio Rabani, & D. Thomæ in commentariis, ante aduentum Christi Stellas lumen suum retracturas: sicut moriente Domino, Sol obscuratus est. Ita etiam exponit Glossa ordin. quæ expositio satis probabilis est. Tertia uero est Lyrani, densitate nubium stellas esse tegendas: & crinitas stellas casuras, quas cometas uocat. Quæ expositio plane nō displicet. Sic etiā intelligitur illud Apoc. 6. *Luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de celo ceciderunt.* Id est cadentibus cometis, & absconditis præ nubium densitate cunctis luminaribus, stellæ cecidisse uidentur. Tale uidetur quod 2. Metamorp.

Ouidius de Phaetonte dicit: *Voluitur in præceps, lōgoq; per aerā tractu Fertur, ut interdum de celo stella sereno Et si non cecidit, potuit cecidisse uideri.*

Mystica uero est expositio cōmunior patrum Primasij, Haymonis, Ruperti, Glossæ ord. & interlinealis, & aliorum per stellas iustos viros intelligentium qui tempore Antichristi vel cuiusuis alterius persecutionis deserent statum gratiæ, de quibus: *Nisi breuiati fuissent dies illi, & c.*

Simile est illud Apoc. 8. *Et tertius Angelus tuba cecinit: & cecidit de celo stella magna, ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum.* Vbi quidam intelligunt ad literam magnam exhalationem multitudinem casuram de aere, quæ in partes postea diuisa, quasi absynthium tertiam partē fluminum amaritudine corrumpet. Sed expositio patrum, qui per hanc stellam hypocritas, & hæreticos intelligunt iuxta literam, qui scripturarum fluentia corrumpunt, tenenda uidetur, sicut exponit Tyconius, Primasius, Glossa, Haymo, Lyranus, D. Tho. Richardus, & alij multi: de qua egimus li. 1. uerbo Absynthiū nu. 5. Et ratio est quia huic stellæ imponitur nomen, ergo est aliquis Hæresiarca, & quia poterant homines ne amaras fluminum aquas biberent, fodere puteos, sicut fecerunt Ægyptij, quando aqua fluminis uersa est in sanguinem: Item quia tam amaras aquas non esset qui biberet, sicut modo de aqua maris nauigantes, etiam si desit illis aqua dulcis, non bibunt, ergo neq; tunc biberent etiam si multum sitirent: unde non moreretur ex potu aquarū tertia pars hominum, quia vno vel altero mortuo ex potu aquæ alij refugerēt. Porro de doctrina hypocritarum multi bibunt, ideo Dñs dixit Mat. 7. *Attēdite à falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimētis ouium, & c. & surgent multi Pseudochristi.*

De Synagoga uero, quæ propter infidelitatem cecidit, legimus Amos. 9. *Et suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit.* Ita exponit Hieron. secundum sententiā B. Iacobi, qui allegauit hoc uaticinium Act. 15. ad probandū ex cōuersione Gētiliū ad fidē restauradas esse Synagoge ruinas & Vata. afferit omnes fere hebræos dicere, hoc uaticinium de tempore intelligi Messie, & maximè de uocatione gentiū,

de qua

Matth. 8. de qua Matth. 8. Multi ab Oriente & Occidente uenient, &c. Vnde sustineri non potest expositio Ruffini, qui de restitutione populi Iudaici ex Babylonica seruitute, post septuaginta annos captiuitatis exponit, quod etiam tenuit Chrysof. ho. 33. super Acta Apostolorum. Tertia uero expositio est Cyrilli lib. 4. in Ioan. c. 35. & Theodoretus super Amos 9. tabernaculum David quod cecidit esse corpus Christi, quod post mortem resurrexit: quam expositionem conformem esse dicunt Euangelio Ioan. 2. ubi Dominus ait: Soluite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud, sed mystica uidetur explicatio.

¶ Implere ruinas Psal. 109. uide in uerbo Implere.

¶ Supercecidit ignis Psa. 57. uide in uerbo Ignis. cadetia cornua altaris Amos. uide in dictione Cornu.

¶ Sceptum Aegypti cadit Zach. 10. uide in uerbo Sceptum.

CAPVT VI.

Cades & Cades-Barne.



ADES, inquit Hierony. lib. de locis Hebraicis, ubi fons est iudicij: & Cades-Barne locus est deserto, qui coniungitur ciuitati Petrae in Arabia. Ibi occubuit Maria & Moyses rupe percussa, monstratur ibidem usque in praesentem diem sepulchrum Mariae. Haec Hieron. De hac Cades-Barne misit Moyses exploratores ad explorandam terram promissionis. Num. 13. quod repetitur Num. 32. & Deut. 1. estque terminus fortis tribus Iudae Iosue 15. & Genes. 14. fons Masphat ipsa est Cades. Fuit etiam 33. mansio filiorum Israel in deserto. de qua Numer. 33. ubi legimus: Venerunt in desertum Sin, ipsa est Cades. Sed quia in eodem cap. 33. octaua mansio dicitur in deserto Sin, & subinde in Cades. dubium est. An populus Israel, de quo legimus Psal. Errauerunt in solitudine, &c. retrouerit: & bis castrametatus sit in eadem Cades, an uero sint loca distincta: & alter uocetur Cades, alter uero Cades-Barne? Et quidem Hieronymus dubitat: & propondit, ut sint loca distincta, sic etiam

Glossa super Num. 33. ubi ex Hierony. citat, quod Cades ubi fuit octaua mansio, scribatur desertum Sin, per Samech. & ubi fuit 33. mansio scribatur per Sade. Sin ueruntamen, uel parum distat locus uterque: unde quasi pro eodem reputatur: uel certe idem omnino locus est, Cades, & Cades-Barne, ut tenent Antonius de Gueuara uir eruditus super Abac. 3. & Masius, quem ille citat concordat, & Chaldaicus paraphraestes: qui pro utraque Cades indifferenter uertit. Rekem דקדק Denique, quae Hieronymus dicit contingisse in Cades-Barne, contingisse colligitur in Cades, quae est terminus fortis tribus Iudae, iuxta insignem ciuitatem Arabiae nomine Petrae, ubi est fons Masphat, ipsa est Cades.

De hac legimus Psal. 28. Vox Domini, concutientis desertum: & commouebit in omni deserto Cades. Ubi Lyranus iuxta litteram de commotione terrae putat intelligi in deserto Cades, quando terra dehiscens deglutiuit Dathan & Abiron. ubi longo tempore populus requieuit. Deut. 1. & interpretatur mutatio, de quo latius agemus lib. 4. in uerbo Desertum numer. 2. Interim uero mystice mouit Dominus desertum Cades, id est desertum mutationis: quando terrore illorum qui descendunt in infernum: sicut Dathan & Abiron, mouet peccatores ad poenitentiam: sic commouit mulierem quae erat in ciuitate peccatrix ad lachrymas poenitentiae. sic mouit Matthaeum qui sedebat in telonio. & fecit illum Apostolum.

De alia Cades sapientia clamat Ecclesiastici 24. Et sicut palma exaltata sum in Cades, id est in regione Cades. Ut Lyranus exponit. ubi inquit sunt multae palmae non est autem haec Cades-Barne, in deserto Sin, & in deserto Pharan, sed longe ab ea distat, & est iuxta Hierico uocaturque; alio nomine Engaddi, de quo latius in uerbo Hierico lib. 8. Mystice uero Gades uel Enggadi interpretatur oculus foelicitatis recte autem sapientia exaltatur in oculo foelicitatem aeternam in omnibus ostendente, qui enim oculum ad caelestia tollit terrena contemnit, & sapientiam diuinam exultat, quae contemnentibus temporalia tribuit aeterna: ideo dicentibus Apostolis: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Dominus oculum ad foelicitatem

Glossa. Ant. Gueuara. Masius. Chaldaeus. Gen. 14. 2. Psal. 28. Lyranus. Num. 16. Deut. 1. Luc. 7. Matth. 9. 3. Eccli. 24. Lyranus. Matth. 19.

Hierony. Num. 13. Num. 32. Deut. 1. Iosue 15. Gen. 14. Num. 33. Questio. Psal. 106. Hierony.

licitatem aeternam erexit dicens: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & uos super sedes duodecim. Item apud Ioann. oculum eorum ad ueram eleuauit foelicitatem dicens. In domo patris mei mansiones multae sunt, & uado parare uobis locum. Item cap. 16. Petite & accipietis ut gaudium uestrum sit plenum. Praeterea Matth. 5. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, &c. Sed thesaurizate uobis thesauros in caelo. Vides quomodo sapientia exaltatur ut palma in oculo foelicitatis, qui facit omnia terrena contemneret?

¶ Cadus, uide Batus.

APVT VII.

Cæcus, cæcitas.



CÆCVS in Sacra scriptura dicitur Hebraice Euer per & cæcitas Iuaron: Zacharia. 12.

Cæcus dicitur qui oculorum usu caret: hoc est luminibus orbatus. Transfertur etiam ad animum: sicut quando aliquem ira, inuidia, odio, uel amore, cæcum dicimus. Quærun autem expositores, quid sibi uelit, quod dictum legimus Dauidi uolenti Sion arcem oppugnare: Non ingredieris huc: nisi abstuleris cæcos, & claudos. Est autem ridicula R. Salomonis expositio: fuisse quasdam imagines in arce Sion conseruatas Isaac cæci, & Iacob claudi: cum in textu sequatur: Odierunt animam Dauid. Quomodo autem imagines Patriarcharum odisse poterant animam Dauid? ideo potius credendum est Iosepho lib. 7. Antiquitatum, cap. 3. Ubi ait Iebusæis autem habitantibus ciuitatem, qui erant ex genere Chanaanorum, & claudibus ei portas, & cæcos aspectu, & claudos, omnesque leprosos ad derisionem Regis confluentibus super murum, & dicentibus, quod prohiberent eum cæci ingredi ciuitatem, iratus est, &c. Idem tenent Glossa ordinaria, & interlinealis, item Lyranus qui simile adducit de ciuitate Tyri: in cuius turribus in Ezechiel. erant pygmei, id est homines

cubitalis staturæ, qui in muris eius suspendebant pharetras suas, ad derisionem hostium. Porro Hieronymus super Ezechielem non breues homines putat, pygmaeos ibidem intelligi, sed bellatores. αὐτὸ τὸ πύγμα quod Græco sermone certamen significat, sed de hoc in uerbo Pygmaeus agemus, interim utraque sententia probabilis est. Ubi notandum utramque ciuitatem Hierusalem, & Tyrum modo praedicto superbientes in potestatem, hostium quos iridebant, peruenisse, quia Luc. 18. Omnis qui se exaltat humiliabitur. Praeterea mystice Glossa dicit Iebusæum qui conculcans interpretatur demonis tyrum fuisse qui Christum impedire superbe cupiebat ne in Ecclesia regnaret, sed Dominus dixit: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicitur foras. Abstulit etiam cæcos, & claudos, id est Iudaeos claudicantes, & concutientes: qui dicebant, Hic est heres, uenite occidamus eum, & nostra erit hereditas.

Cæcorum illuminatio signum Messie futurum praedixit Isaias. Deus ipse ueniet, & saluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, &c. Ita asserit Ambr. super illud Psal. 118. Manifestatio sermonum tuorum illuminat. In Euangelio, inquit, Cum mitteret Ioan. discipulos suos ad Dominum, respondit Iesus: Cæcos uidere, claudos ambulare. Hoc enim aduentus sui testimonium Esaias annuntiauerat. Eodem modo exponit Iustinus Martyr in Apologia. 2. pro Christianis, & Leo Papa serm. 3. de Passione, Tertullianus li. de Resurrectione, ca. 15.

Cæcus à Natiuitate quem Ioan. 9. Dominus illuminauit, magnas turbas excitasse Phariseis dicitur, plusquam aliorum resurrectio mortuorum, unde merito quærun expositores: qualis fuerit illa tam insignis illuminatio cæci, de qua ipse testatus dixit: A seculo non est auditum, ut aperuerit quis oculos cæci nati. Propterea Chrysofostomus putat, singulare fuisse miraculum Homil. 55. in Ioannem parum ante medium, ubi ait Christum creasse nouos oculos homini cæco nato, quos nunquam habuerat: sed caua duntaxat oculorum loca, & subdit, non enim parua gloria est, ut astringatur autor creationis, idem tenet Cyrillus super Ioan. 9. & Theophyl. ibidem. Quidam

Ioan. 14. Ioan. 16. Matth. 5. Luc. 18. Glof. Ioan. 12. Matth. 21. Isa. 35. Ambros. Psal. 118. Matth. 11. Iustinus. Leo Papa. Tertul. Ioan. 9. Quest. Chrysof. Ezech. 27.

Hierony. Luc. 18. Glof. Ioan. 12. Matth. 21. 2. Isa. 35. Ambros. Psal. 118. Matth. 11. Iustinus. Leo Papa. Tertul. 3. Ioan. 9. Quest. Chrysof. Cyril. Theoph.

CAPVT VIII.

Cæmentum, & Bitumen.



CÆMENTVM vel potius bitumen dicitur Hebraicè Chemar Gen. 11. Habuerunt bitumen, &c.

Cæmentū dicitur à cædo, quod lapides

cafi, & omnis rudior materia, quæ adificia confurgunt, & caua replentur, cæmentum dicitur. Sic Liuius cæmenta, inquit, non calce durata erant: sed interlita luto. Cæterum interpres latinus sacræ paginæ Hierony. cæmento vtitur, pro calce aqua & sabulo temperata. Sic legimus de illis qui turrim Babylonicam extruebant. Habuerunt lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento. Est autem bitumēa genus cretæ, quod si quando accenditur, extingui non potest, & de natura sulphuris est, fit vt fama fert ex fulminibus, quæ quia circa Babyloniā frequenter cadunt, lacus ibidem vsque adeo bitumine abundat, vt muri Babylonicæ, & turris hoc bitumine loco calcis adificata sint. Lacus etiam est in Iudæa: qui bitumen egerit, vbi olim fuit Sodoma, ideo Asphaltites vocatur, qui bitumen Asphaltus dicitur, mystice verò non calce quidē turris Babylonica constructa est, sed sulphureo bitumine, quia superbia mundana non charitate planè, sed diabolica suggestione, & ambitione concrefcit. Propterea Christus Apostolis per quos edificabat Ecclesiā, dixit: Hæc mando vobis ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Id est curandum vobis est vt nō ambitione diabolica, sed charitate, & modestia adificetis Ecclesiā.

Cæmenta sine impensa posita, sunt quæ arena tantum sine calce conglutinantur: sicut explicat Lyranus, & Lansenius illud Eccles. Sicut pali in excelsis, & cæmentum sine impensa posita, contra faciem ventii non permanent: sic & cor timidum in cogitatione stulti cætra: facie timoris non resistet. Vbi significatur nō esse parcendū impensis laboris, vt & diflicemus spirituale virtutū

inquit, aiunt, quod latum non fuit depositum, sed in oculos conuersum. Hæc ille. Idem videtur tenere Lyranus de luto dicens fecisse miraculum vt se ostenderet eum esse qui fecit hominem de limo, terræ, & quia in homine pretiosior pars corporis sunt oculi, & excellit inter sensus, qui potuit oculos formare ostēdit se totius humani corporis conditorē. Sed & mentis oculos hominis illius illuminauit, & fortitudinē dedit, vt cognosceret beneficiū, & resisteret impugnatoribus signi mirabilis, & diceret illud Psal. Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo?

Cæcitas quoque, qua Sodomitæ ab Angelis percussi sunt, mirabilis fuit. de qua legimus: Eos qui foris erant percusserunt cæcitate, subaudi Angeli, à minimo usque ad maximum, ut ostium inuenire non possent. Vbi Lyranus intelligit illos non potuisse inuenire ostiū domus Loth, sed Septuaginta habēt, εναντιον των εναντων θυρα των διον εν εζητει. Vnusquisque suarum portarum transitum quærebat. Sic etiam Sapient. 19. dicitur: Sicut illi in foribus iusti cum subitanis cooperti essent tenebris, unusquisque transitum ostij sui quærebat. Itaque sicut ebrij nec portam iusti Loth, neque suarum quisque adium ostium inueniebant. Fuit autem illa punitio iusta: vt qui ostium alienæ domus violare per nefas aggressi sunt: nec domus propriæ fores inuenirēt. Iuxta illud Luc. Et in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Notat autem Augustinus, libr. 22. de Ciuitate capit. 19. non fuisse illam omnimodam cæcitatē, sed quæ Græcè dicitur αορασία aorasia inaduertētia & stupor iudicij oculorum. Ne quis discernere sciat inter ea quæ videt neque diiudicare.

Cæci per metaphoram vocantur in scriptura Gentiles, qui fidem non acceperunt, quos tamen Deus homo factus illuminauit: Apostolorum præsertim doctrina, & prædicatione. Sic legimus in Isa. De tenebris & caligine oculi cæcorum uidebunt, id est Gentiles, vt exponunt Hieronymus, & Cyrillus, Procopius, Theodoretus, &c. quod cœpit impleri, quando Cæturio, Chanaanæ, & Regulus fidei oculos receperunt. de quo Isa. 42. Dedi te in scædus populi in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum. & Hieremias de conuersione gentium expositore Hieronymo dicit:

Congregabo eos ab extremo terræ, inter quos erunt cæcus, & claudus, & prægnans, & pariens simul. De hoc Dñs dixit Ioan. 10. Alias oues habeo, quæ nō sunt ex hoc ouili, & eas oportet me adducere.

Cæcus etiam vocatur frequenter populus Iudæorum, & oculos habens. Isa. Videte uisionem, & nolite cognoscere. Excæcor populi huius, &c. id est permittite excæcari populum Iudæorum. & capit. 42. Quis cæcus, nisi seruus meus? Qui uidet multa nonne custodies? Item alibi. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem. quia fide mortua credebant, vel fide humana scripturas suscipiebant, vnde oculos quidem sine lumine habuere. & Isa. 59. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus. Sic de Pharisaïs Dominus dicebat: Ego in iudicium ueni in mundum: ut qui non uident uideant, & qui uident cæci fiant, id est Iudæi, qui per scripturas videre sibi uidentur, dum in me credere nolunt cæci maneat, quia medicum qui curare eos venerat reiecerunt, vt exponit Augustinus. De hac Iudæorum cæcitate Paulus ait. vt hoc loco Chrysostomus allegat: Quid ergo dicemus? quod gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: Israël autem sectando legem iustitiæ, ad legem iustitiæ non peruenit: quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus, id est, qui superbientes in suis externis operibus confidebant, nihil facientes fidem & charitatem, ideo longe erant à via. Gentilicus autem populus, quia promptus fuit ad fidem & obedientiam, erat sicut ille cæcus iuxta viam, quem Dominus cum appropinquaret Hierico mirabiliter illuminauit. Denique Paulus de Iudaica cæcitate dicit: Cæcitas ex parte contigit in Israël: donec plenitudo gentium intraret. Porro peccatis Iudæorum exigentibus diuina prouidentia permisit, vt Iudæi magna ex parte cæci remanerent, vt notat Augustinus libr. 13. contra Faustum per omnia fere capita illius libri, videlicet vt cæci Iudæi prophetias de Christo venturo, quas à suis maioribus Patriarchis & Prophetis acceperant circumferrent, & toto ferè orbe post Hierosolymitanum excidium disseminati, atque dispersi prædicarent. Ideo enim dispersit illos Deus, vt notat idem Augustinus super illud Psalm. 58. Disperge illos in uirtute tua, & depone eos

Psal. 26.

4

Gen. 19.

Lyranus.

Sap. 19.

Luc. 7. August.

5

Isa. 29. Hierony. Procopius. Theodor. Cyrillus. Matth. 8. Matth. 15. Ioan. 4. Isa. 11. Hier. 31. Hierony.

Ioan. 10.

6

Isa. 6.

Isa. 42.

Isa. 43.

Isa. 49.

Ioan. 9.

August.

Rom. 9.

Chryso.

Luc. 18.

Rom. 11.

August.

protektor meus Domine. Per omnes, inquit, gentes Iudæi dispersi, sunt testes iniquitatis suæ, & veritatis nostræ. Ipsi habent codices, in quibus prophetatus est Christus, & si forte quādo aliquis Paganus dubitauerit cum ei dixerimus prophetias de Christo, quarum euidentiam obstupescit, & admirans putauerit à nobis esse cōfictas, de codicibus Iudæorū probamus quia hoc tāto ante dictū est: & sic testimonio inimicorū nostrorum, alios confundimus. Hæc Aug. qui addit si Gentilis qui à nobis instruitur in fide dicat, quare Iudæi qui has prophetias de Christo seruant in suis uetustis codicibus, minime credunt: respondemus eis, hoc etiam prædictum fuisse à prophetis, Iudæos uidelicet excæcandos. Esai. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israël autem me non cognouit: & populus meus non intellexit, & Psal. Obscurentur oculi eorum ne uideant: & dorsum eorum semper incurua. Hæc & alia profequitur Aug. quibus ostendit, permissionem cæcitatē Iudæorum fuisse necessariam, negentes ad fidem conuertendæ putarent, ficta à nobis fuisse uaticinia de Christo, cum hostes nostri Iudæi suorum patrum fuisse dicant.

8

Cæcus dicitur omnis peccator: quia vt inquit philosophus, omnis peccans est ignorans. Sic Ioan. Episcopo Laodicæ scribit. Dicis quia diues suum, &c. Et nescis, quia tu es miser, & miserabilis pauper, & cæcus. Haymo explicat cæcum dici, qui nō habeat dona Spiritus sancti, inter quæ est donum sciētia. Et certe cæcus est qui creaturam creatori præponit, & bona externa salutem animæ, de qua Dominus. Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patiat? De cæcis cæcitate peccati Dominus dicit Sophon. 1. Et tribulabo homines, & ambulabunt ut cæci quia Domino peccauerunt. De his Marci. 3. A. & Ephes. 4. E. & Luc. 6. Nunquid potest cæcus cæcum ducere? &c.

¶ Cælare & sculpere uide in uerbo Lapis, Numer. 5. Ego cælauī sculpturam eius Zach. 3.

Esai. 1.

Psal. 68.

Apoc. 3.

Haymo.

Matth. 16.

Luc. 6.

722

i

Liuius.

Gen. 11.

Ioan. 15.

2

Lyra. Eccle. 22. Ianse.

Matth. 5. Luc. 6. Matth. 5. Matth. 25. Matth. 22. Amos. 7. Glos. Lyranus. Matth. 18.

ædificium, in anima nostra, calce charitatis, & non sola vanitatis arena conglutinatum, & quidem sine impensa ponit cæmenta virtutum, qui non seruat illud præceptum: Diligite inimicos uestros. Et illud: Vendite quæ possidetis, & date pauperibus, cum opus est, & thesaurizate uobis thesauros in cælo. Et sic de aliis, hic ergo non resistet à facie timoris sententiæ iudicis: *Ite maledicti in ignem æternum, quia esuriui, & non dedistis mihi manducare, & rursus: mittite eum in tenebras exteriores.*

Cæmentarij trulla est in manu Domini, id est instrumentum ad liniendum luto, vel calce murum, cõtra iniurias imbrũ, & ventorum, denotatque Dei protectionem, quando est in manu eius, sed quãdo deponit de manu, significat desertionem, ita legimus, apud Amos: *Ecce Dominus stans supra murum litum: & in manu eius trulla cæmentarij.* Deinde subdit: *Ecce ego ponam trullam, in medio populi mei Israel.* Id est deponam, ut exponunt Glossa, & Lyranus, quia prius Deus protegebat murum, id est regnum decem tribuum Samariæ, & Israel, sed propter idolatriam desinit protegere, ut caperentur ab Assyriis. Sic propter hæreses Græcam deseruit Ecclesiam, & alias particulares in Anglia, Germania, &c. sed nunquã Ecclesiam Romanã deseret, quia hæreses, & portæ inferi, non præualebunt aduersus eam.

CAPVT IX.

Cera.



Plinius. 2

CERA dicitur Hebraicè in scriptura Donag, Psal. 67. sicut fluit cera à facie ignis.

Cera, dicitur à voce Græca quia κρηρον Græci fauum dicunt, fit autem cera ut Plinius ait libro. 21. capit. 14. expressis fauis, sed ante purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni, in nouofictili, cera optima est Punica candidissima: huic proxima quæ est maxime fulua, cera calore liquefcit, frigore verò durefcit.

Cera metaphoricè in scripturis, & in

Psal. 21. Ioan. 13. Luc. 18. Iud. 16. Psal. 67. Hierony. Augu. Glos. Lyranus. Psal. 96. Vatab. Ianc. Lira. Augu. Hierony. Cassiod. Ioan. 20. Matth. 10. Hiero. Lyranus.

bonum accipitur, & in malum: in bonum ait Propheta in persona Christi Psal. 21. *Factum est cor meum, tanquam cera liquefcens, in medio uentris mei.* Quia nimirum Christus in morte liquefactus est: sed sicut cera liquefacta non perit: sic & filius Dei liquefactus amore est, qui cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Sed nihil postea perdidit, qui tertia die gloriosus resurrexit, sicut ipse de se dixerat Luc. 18: *Et tertia die resurget.* De expositione huius loci, vide verbo Cor.

Cera in malum dicitur de impiis, & peccatoribus Iudith. 16. *Petræ sicut cera liquefcunt, ante faciem tuam: quia autem timent te, magni erant per omnia.* Quia sicut cera non resistit igni sic impij non resistunt sententiæ iudicis dicentis: *Ite maledicti in ignem æternum,* neque omnino consumuntur: sicut cera non omnino liquefacta consumitur, ut ad huc permanentes, sine fine crucientur. Sic intelligitur illud Psal. 67: *Sicut deficiit fumus deficiant: & sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Quod duobus modis intelligitur: videlicet ut deficiant, & liquefcant peccatores contriti pœnitentia, manente natura, & pereunte culpa. Ut Hieronymus, & Augustinus exponunt, vel certe in die iudicij tollantur sententia ignis æterni, ut dicit Glossa. Quod ad dæmones etiam in Gehennam deurudendos extendit Lyranus.

Præterea in eodem fere sensu legimus, Psal. 96. *Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: à facie Domini omnis terra.* Quod de aduentu Christi omnes exponunt, Vatablus, Iansenius, Lyranus, & patres August. Hierony. Cassiodo, &c. Po test nihilominus, de aduentu primo quidem intelligi: quando Christus per Apostolos mundum conuertit, quos mittens ait. *Sicut misit me pater, & ego mitto uos.* Quamuis autem dixit eis, Matth. 10. *Ecce ego mitto uos, sicut oues in medio luporum:* quia pro fide mastrandi erant, tanta nihilominus per eos miracula fecit, ut superbi quasi cera igne liquefacta, vel ad fidem conuersi fuerint, vel ut inquit, Glossa ex Aug. confusi remanserint. Si vero de aduentu ad iudicium explicetur, montes sunt dæmones: ut exponunt Hieronymus, & Lyranus, qui sententia

finali,

Vatab. Luc. 21. Regulat. Hierony. Esa. 64.

finali quasi cera liquefcient, manente natura, & permanente cruciatu. Quod verò de præterito loquitur, fluxerunt, pro præsentis capitur, & denotat certitudinem prophetiæ, ut inquit Vatablus. Possunt etiam homines superbi montes intelligi liquefacti iuxta illud Luc. 21. *Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, &c.* Quando erunt signa in Sole, & Luna, &c. Regula denique seruanda est, quando potentia Dei cõtra peccatores in scripturis ostenditur, cui resistere nemo potest, inducitur ut ignis, in cuius conspectu montes, ut cera liquefcunt. Sic Michæas vaticinatur de captiuitate decem tribuum Israel ab Assyriis, & Hierusalem à Chaldæis, dicit: *Ecce Dominus egredietur de loco sancto suo, &c.* Et consumuntur montes subtus eius, & ualles scinduntur sicut cera à facie ignis. Vbi Hieronymus per montes primates, per ualles minores intelligit. Sic Esai. *Vtinam dirumperes cælos, & descenderes, à facie tua montes defluerent: sicut exustio ignis tabescerent.*

CAPVT X.

Cæsar, Cæsarea, & Caiphas.



Plinius. Luc. 3.

CÆSARES vocati sunt Imperatores Romani à primo Iulio Cæsare dictatore: qui non est sic appellatus: à cæso matris utero: hoc enim modo ut scribit Plinius libro. 7. Scipio Africanus primus dictus est Cæsar, à cæso matris utero. Porro Iulius Cæsar, non ita natus est, sed matrem habuit Aureliam, quæ longo vixit tempore. Sic autem dictus est vel à cæsarie cum qua natus proditur: vel ab Elephato in pugna cæso qui Maurorum lingua Cæsar appellatur. Huic successit Octavianus qui dictus est Cæsar Augustus, de quo egimus lib. 1. in verbo Augustus. Augusto successit Tyberius Cæsar, in cuius anno decimo quinto: *Factum est uerbum Domini super Ioannem Zachariæ filium, & uenit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ: eo tempore cepit priuatim prædicare vel certe dis-*

Matth. 22. Ioan. 19. Act. 11. Acto. 25. Hiero. Acto. 12. Iu. 18. Ioseph.

cupulos congregare filius Dei, Tyberio etiam imperante rogauerunt Pharisei Dominum: *Licet census dari Cæsari an non?* qualis autem esset census, diximus in verbo Augustus. Item anno decimo cætano huius Cæsaris incepto, dixerunt Iudæi ad Pilatum: *Non habemus Regem nisi Cæsarem.* Hic compleuit annos viginti duos Imperij sui, cum mensibus septem, cui successit Caius Caligula, annis tribus, & mensibus octo, & diebus tredecim. Post quẽ Claudius Cæsar imperauit annis octo, in cuius tempore accidit fames, de qua fit mentio Act. 11. hic etiam præcepit, ut omnes Iudæi à Roma discederent, ut ibidem habetur, deniq; Agrippina vxor Claudium ueneno sustulit, ut Nero filius eiusdẽ Agrippinæ in imperio succederet, hic Nero tam crudelis euasit insolentia sceptri, ut diuina prouidentia permittente, matrem occiderit Agrippinam, & ita quæ occiderat uirum suum, à filio necata pœnas dedit. De hoc Nerone intelligitur, quando Paulus accusatus à Iudæis Cæsarem appellauit, à Nerone autem prius absolutus est, deinde uero sub eodem Nerone cum Petro martyrismum subiit.

Cæsarea nomen est quatuor ciuitatum prima Cæsarea Palæstine quæ ut inquit, Hieronymus in epitaphio Paulæ matris ad Eustochium, prius Turris Stratonis uocabatur: Sed postea ab Herode Antipatris Idumæi filio, qui Innocentes occidit, & decimo Augusti Imperatoris anno rex Iudæorũ declaratus est, in honorẽ eiusdẽ Augusti nobilius edificata, & Cæsarea uocata est. Ibi nepos eius Herodes ab Angelo percussus est, eo quod nõ dedisset honorẽ Deo. Ibi Cornelius Cæturio à B. Petro Baptizatus, ibiq; domus Cornelij Ecclesia facta est. Altera est Cæsarea Philippi à Philippo ad radices môtis Libani ædificata: ubi duo fontes Iordanis, Ior uidelicet, & Dan oriuntur, fuit autẽ Philippus iste frater Herodis qui Baptistam decollauit, uocabatur ciuitas antea Laïs Iud. 18. quã tribus Dan occupauit, de quo uide Ioseph. lib. 18. Antiquitatũ ca. 3. Vbi addit quod etiã eadẽ ciuitas prius Panæas uocata sit, eandẽq; post Philippũ rex Agrippa clariorem reddidit & ad honorem Neronis Neronianam appellauit: ut idem Iosephus ait, lib. 20. Antiquit. ca. 16. Erat autẽ in confinio Syriæ, & ideo Christus fugiens congressum Iu-

Matth. 16. dæorum, secessit ab eis: Et uenit in partes Cæsareæ Philippi: & interrogauit discipulos suos, quem dicunt homines esse filium hominis? ut liberius Petrus eum Christum confiteretur, ut notat Chrysostomus ibidem. Tercia fuit Cæsarea Capadociæ, cui præfuit Basilius Magnus, quarta est Cæsarea Mauritanæ in Africa.

3
Ioan. 11. Caiphas fuit Pontifex ille, sub quo Pharisei concilium fecerunt contra filium Dei: Ioann. 11. Dicentes quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, uenient Romani, &c. Caiphas autem, cum esset Pontifex anni illius prophetauit. Vbi Chrysostomus. Vide autem quanta Spiritus sancti virtus est: à mente enim mala ualuit uerba proferre prophetiæ, uide etiam quanta est Pontificalis uirtus potestatis, Pontifex enim effectus, etiam indignus existens, tamen prophetauit: & Origenes. Non quicumque, inquit, prophetat, Propheta est: sicut non quicumque ius profectur, iustus est, Caiphas ergo prophetauit quidem, sed non fuit Propheeta: sicut & Balam. Hæc ille. Et Augustinus mouere, inquit, aliquem potest, quomodo dicatur Pontifex anni illius, cum Dominus constituerit unum summum sacerdotem: cui mortuo vnus succederet. Sed intelligendum est, per ambitiones & contentiones inter Iudæos postea constitutum esse, plures fore Pontifices: qui per annos singulos vicibus ministrarent. Hæc Augustinus, addit quoque Alcuinus hoc loco Caipham, teste Iosepho, pretio sacerdotium illius anni redemisse.

Chrysof. Chrysof. Orige. Augu. Alcuinus Ioseph. 4
Matt. 26. Ioan. 18. Quæst.

Legimus etiam Matth. 26. de militibus qui comprehenderunt in horto filium Dei: At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham. Sed quia Ioannes ait primum in domum Annæ Soceri Caiphæ ductum fuisse Dominum, Quæstio. est an negationes Petri cæperint in domo Annæ? quia Ioannes id uidetur asserere, dicens capit. 18. Et adduxerunt eum ad Annam primum, &c. Petrus autem stabat ad ostium foris, exiit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum, dixit ergo Petro ancilla ostiariæ. Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? dixit ille non sum. Ecce primam ne-

gationem in domo Annæ, & postea sequitur: Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. Ergo in domo Annæ primum Petrus negauit, quod concedit Augustinus libro. 3. de Consensu Euangelistarum, item Beda super Ioannē, sed Matthæus tres negationes Petri factas refert, in domo Caiphæ, fluctuant itaque expositores. Nam Chrysostomus, & Theophyla. super Matthæum, ponunt tres negationes factas in domo Caiphæ, scribentes autem super Ioannem, dicunt factas quidem in domo Annæ: Porro Euthymius ut simul Euangelistas, & expositores concordet, asserit eandem fuisse domum Annæ, & Caiphæ, quod tamen negant describentes terram illam. Ad solutionem ergo difficultatis præmittendum est tres tantum fuisse negationes Petri: quia filius Dei præcise dixit Petro: *Terme negabis*, Matth. 26. & ita omnes antiqui patres cōmuni consensu tenent, Cyrillus autem nodum soluit difficultatis, dicens Matthæum omnes tres negationes retulisse factas in domo Caiphæ: Ioannem uero Pontificem absolute uocasse Caipham ipsum. Quia non vocabatur absolute Pontifex, nisi qui munere summi sacerdotij fungebatur, quod uero interposuerit, Annam misisse ligatum Christum ad Caipham, hoc fecit, ut ostenderet ligatum fuisse Dominum in domo Caiphæ, quando primum alapa fuit percussus. Eodem modo exposuit sanctus Ephr. in sermone de passione, & Ianse. in sua concordia. Quia certe Petrus si semel negasset Christum in domo Annæ, non isset ad Caipham.

CA P V T . X I .
Calcarea, Conculcare.



ALCARE & conculcare in scriptura dicitur Hebraice Salach, Psalmo. 119. Thren. 1.

Calcarea proprie significat pede compri mere, metaphorice autem Deo tributur. pro eo quod est conterere, sic Michæas: Ecce Dominus egredietur de loco sancto suo: descendet, & calcabit super ex-

Aug. Beda. Chrysof. Theoph. Euthym. Matt. 26. Cyril. Ephr. Ianse.

Mich. 1.

Hierony. Luc. 18. 2
Esa. 63.
Hiero.
Regula. Thren. 1.
Ioan. 12.
Cypria: Greg. Cyrillus. Vatab.
Hierony. Theodor.

celsa terræ. Id est conteret potentes Samariæ, & Hierusalem: ut exponit Hieronymus, descensio inquit eius est maiestatis Dei ad inferiora decursus: calcarea terram est potentes quosque conterere, atque superbos. Hæc ille. Ad hoc facit illud Luc. *Quis exaltat, humiliabitur*, quia non calcatur Deus nisi super excelsa terræ. Sic & filius Dei tum dæmones in cruce moriens, tum etiam Iudæos post quadraginta duos annos ab Ascensione sua in cælum per Romanos calcavit: sicut prædixit Esai. 63. *Torcular calcavi solus, & de gentibus non est uir mecum, calcavi eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea.* Vbi Hieronymus. Torcular ait, in scriptura sacra interdum pro uisione ponitur, atque supplicii peccatorum. Thren. 1. *Torcular calcavit Dominus uirgini filiæ Iudæ.* Sic ergo Christus dæmonem in cruce calcavit sicut dixit: *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Ergo Crux Christi quæ nobis salus fuit, tormentum dæmonum extitit, & supplicium usque in hodiernum diem: ideo crucis signum fugiunt, quod autem hoc loco torcular pro cruce accipiatur, non solum Hieronymus asserit: Sed & Cyprianus, libro. 2. epistol. 3. Gregorius Homil. 13. in Ezechiel, & Cyrillus super Esaiam, & Vatablus. cæterum alia expositio est non minus literalis: ut accipiatur pro supplicio, quo Iudæos sub Tito, & Vespasiano Dominus affecit: quos calcavit in furore suo. Quam expositionem approbat etiam Hieronymus, & post eum Theodoretus, quod uero subdit: *Et effusus est sanguis eorum super uestimenta mea*, non tam loquitur de cruore fuso à Romanis de occisis Iudæis, quam de sanguine quem pro eis Dominus fudit, qui dicitur sanguis eorum, quia pro eis fusus est. Sed ipsi recipere noluerunt: ideo uidens Iesus ciuitatem fleuit super illam.

Calcarea quoque dicitur Christus torcular Apocalyp. 19. *Ipse calcavit torcular uini furoris iræ Dei omnipotentis.* De quo sunt tres expositiones præcipuæ, Prima Glossæ, & Haymonis dicentis Christum in Resurrectione torcular calcasse iræ Dei: id est mortem superasse. Est secun-

da expositio Ruperti, qui de excidio explicat Iudæorum, utraque uero expositio tendit ad sensum loci Esaiæ, paulo ante explicati. Vbi Dominus ait: *Torcular calcavi solus.* Cæterum magis placet tertia expositio D. Thomæ ut de tormentis damnatorum intelligatur: quia in his suppliciis æternis maximè splendet non quæuis ira Dei, sed furor: nec quicuis furor, sed qui decet Deum: omnipotentem. Ad Christum autem tamquam ad iudicem pertinet, calcarea torcular hoc, quia sententiam prolaturus est illam: *ite maledicti in ignem æternum.* Accedit quod torcular huiusmodi uocatur Lacus, Apocalyp. 14. *Et calcatus est Lacus extra ciuitatem.* Est autem lacus Gehenna, sicut Aretas, & Andreas Cæsariensis, item Glossa ordinaria, & interlinealis dicunt, calcatio uero est cruciatus æternus. De quo intelligit Hieronymus illud Esai. *Impij autem sicut mare feruens, & redundant fluctus eius in conculcationem, ite n Malac. 4. Calcabitis impios, cum fuerint ut cinis, &c.*

Conculcare quoque dicitur Christus magistratus, id est mundi superbiam humiliare, Esai. 41. *Veniet ab ortu solis, & uocabit nomen meum. & adducet magistratus quasi lutum: & uelut figulus conculcans humum.* Vbi Hieronymus explicat Christum esse qui uenit ab ortu Solis: de quo Zachar. 6. *Eccc uir Oriens nomen eius.* Ipse princeps inquit, & magistratus, & omnem mundi superbiam conculcabit, & subiicietur ei quasi lutum figulo: ut faciat aliud uas in honorem, & aliud in contumeliam. Hæc Hieronymus, concordat Theodoretus, uocat inquit, ab ortu solis iustitiam in carnatam, & ab Aquilone Ecclesiam, eodem modo Cyrillus, & Procopius. Quare reiicienda merito est sententia Lyrani, & Vatabli, qui de Cyro Rege Persarum hunc locum exponunt. De Christo enim tam expressum est uaticinium, ut recens natus ad Bethlehem adduxerit Magos Principes Orientis, qui procidentem adorauerunt eum. Deinde per Apostolos magistratus mundi conuertit, unde dixit: *Sicut misit me pater, & ego mitto uos.*

Eodem modo intelligitur illud Abacuc. *In fremen conculcabis terram, & in furore obstupescies gentes, egressus es in*

Rupert. D. Tho. Matth. 25. Apoc. 14. Aretas. Andr. Cæsa. Glossa ordi. Glof. interl. Hiero. Esa. 57. Malac. 4. 4 Esa. 41. Hiero. Zach. 6. Theodo. Cyrill. Proco. Lyrani. Matth. 2. Ioan. 20. 5 Abac. 3.

Hiero. *salutem populi tui: in salutem cum Christo tuo.*
 Vbi Hierony. per se Christus, inquit, & per Apostolos suos prædicans, quæ supplicia impendant peccatoribus, conuertit eos ad poenitentiam, & vt imminuant terrena desideria, & quærant cælum. Hæc ille. Ergo in fremitu conculcabat terram, quando dicebat: *Va uobis diuitibus quia hic habetis consolationem uestram. Et si quis non fuerit renatus ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnũ Dei.* Itẽ. Dicit rex his qui à sinistris eius erunt: *ite maledicti.* Quorsum igitur Lyranus intelligit de Cyro Rege: in fremitu conculcabis terram, & egressus est in salutem cum Christo tuo. Item extorte Vatabl. hunc locum de liberatione Israelitici populi ab Ægypto putat intelligi, cum sermo sit de Christo, cui per vnionem Hypostaticam secunda persona Trinitatis assistit, videlicet filius Dei: qui est illa patris Sapientia, quæ Eccl. 24. clamat: *Ego omnium excellentium, & humilium corda uirtute calcavi.* Quia vt notat Glossa interlinealis: *in nomine Iesu omne genua flectitur, caelestium, terrestrium, & infernorum,* & Ioa. 13. sciens Iesus quia omnia, tradidit ei in manus, &c. & Matth. vltimo: *Data est mihi ait, omnis potestas, in cælo & in terra.* Vnde Hierony. super illud Esai. 26. *ciuitatem sublimẽ humiliabis,* &c. *Calcabit eam pes pauperis gressus egenorum.* Pes inquit, Christi pauperis, & pedes Apostolorum in imperium mundi calcauerunt, sic Dominus dixit Apostolis: *Prædicate Euangelium omni creaturæ, itẽ: docete omnes gentes.*

6
 Luc. 21. *Et Hierusalem calcabitur a gentibus,* quod de excidio eius sub Romanis exponit Eusebius, Ambrosius, & alij patres. Præterea de Ecclesia Catholica dicit Apocal. 11. *Et ciuitatem sanctam calcabunt, mensibus quadraginta duobus.* Quia Antichristus regnaturus est tribus annis cum dimidio: quibus persequetur Ecclesiam, vt exponunt Primasius, Tyconius, Anselmus, Beda, D. Thom. Haymo & Richardus. Addit autem Rupertus, cum Ecclesiam Romani, & Barbari multis annis ab initio persequuti fuerint, quare de tribus annis, & dimidio vitæ Antichristi mentio fit, nisi quia: *Erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi neque fiet.* Sic & diabolus ante saluatoris aduentum terram conculcabat, sicut exponit Hieronymus illud Esai. 16.

Defecit qui conculcabat terram, & preparabitur in misericordia solium. Quod quamuis Vatablus, & Lyranus iuxta literam exponant de Senacherib Assyriorum Rege, cuius exercitum, Angelus vna nocte vastauit: sed certe typus fuit demonis, quem Dominus superauit dicens: *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* De Senacherib autem exponit Hierony. illud Esai. *Vt conteram Assyrium in terra mea: & in montibus meis conculcem eum.*

7
 Conculcat iustus Leonem, & Draconem Psal. 90. *Super Aspidem, & Basiliscum ambulabis, conculcabis Leonem, & Draconem:* id est diabolum, qui propter astutiam aspidis, propter superbiam basiliscus, propter violentas impugnationes contra martyres Leo, propter fraudes Hæreticorum draco vocatur, vt exponit Augustinus.

8
 Et certe de martyribus, qui tyrannorum violentiam à diabolo in dies auctã superarunt, exponit Hieronymus illud Zach. 10. *Et erunt quasi sortes, conculcantes lutum uiarum in prælio.* Sic Petrus, & Paulus Neronem, Ignatius Traianum, Laurentius Decium quasi lutum conculcaverunt. Quibus Dominus dixit Ioan. 16. *Confidite quia ego uici mundum,* & Lucæ. 21. *Capillus de capite uestro non peribit, in patientia uestra possidebitis animas uestras.*

9
 De hoc martyrum triumpho, & in signi de diabolo, & satellitibus eius victoria, explicat etiam Hieronymus illud Michææ. 5. & erit iste pax, Assyrius cum venerit in terram nostram: & quando calcauerit in domibus nostris, suscitabimus super eum septem Pastores, & septem Primates. Erit inquit Hierony. iste pax nostra Christus Ephes. 2. Ipse est pax nostra. Et cum venerit Assyrius, id est diabolus, super terram regionemque credentium, & eos conculcauerit tribulationibus variis, nihil tamen nos, à charitate Christi separabit, & infra septem pastores vniuersitatem prophetarum, & octo primates, omnes Apostolos, & Apostolicos viros, qui octauam prædicant Resurrectionis intelligit. Et quidẽ Lyranus, & Vatablus concordant cum Hieronymo, in eo quod ingenue fateantur, prophetiam esse de Christo: qui est pax nostra, quod verò attinet ad Assyrios iuxta corticem literæ exponunt, in hoc

sensu, quasi dicat Propheta: *Quamuis Christus qui erit pax nostra, venturus sit: prius tamen cum venerit Assyrius rex, & captiuas duxerit decem tribus, mittemus ei, id est orationibus impetrabimus, vt mittat Deus contra eum septem pastores: id est Principes Chaldæorum, qui capta Ninive superabunt Assyrios.* Deinde cum venerit rex Chaldæorum, & duxerit captiuas, duas tribus reliquas in Babylonem: mittemus orationibus nostris octo primates, id est Duces regi Cyri Perfarum & Medorum, qui capiẽt Babylonem: & relaxabunt captiuitatem nostram: vt ex nostra progenie veniat Christus: qui est pax nostra. vbi nota multis bellis pacem Christi sempiternam esse pacem: de qua merito cecinerunt Angeli: *Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis,* vt intelligas eam vocari per excellentiam bonam uoluntatem quæ in multis bellorum tentationibus contra mundum, diabolum, & carnem in bono manet immobilis vsque ad pacem obtinendam.

10
 Conculcant & destruunt hæreditatem Dei mali prælati: de quibus intelligit Hierony. illud Hier. 12. *Pastores multi demoliui sunt uineam meam: conculcauerunt partem meam.* Quod vel praua doctrina, vel exemplo peruerso faciunt vbi de quibus dicitur: *Qui autem soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cælorum.* De his etiam ibidem dicitur: *Quod si sal euanerit ad nihilum ualet ultra: nisi ut mittatur foras & conculcetur ab hominibus.* Quia vt inquit Greg. Cuius vita despicitur, nihil aliud restat, nisi vt doctrina quoque contemnatur. Vatablus autem iuxta literam asserit, de Iudæis sermonem esse: qui populum seducebant magisterij autoritate: de quibus etiam Dominus dixit: *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem uestram. & audistis quia dictum est antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Quod tamen Glossa dicit in toto corpore legis non inueniri.

11
 Conculcare flumina ad turbandas aquas, vel conculcare reliquias pascuarum, si gnum est violentiæ, & insolentiæ. Sic de Pharaone Ægypti rege dicitur, exposito re Hieronymo. *Turbabas aquas pedibus tuis: & conculcabas flumina eorum,* propter quam insignem tyrannidem, prædicat illum à Chaldæis esse vastandum. Sic & Dan.

7. *Bestia. 4. conculcabat reliquias pedibus suis.* Id est, Romanum Imperium, omnia regna, vt ait Hierony.

12
 Præterea de popularibus hæresiaris, qui adulterant scripturas sub ouina pelle exponit Hieronymus illud Ezech. 34. *Reliquias pascuarum uestrarum, conculcatis pedibus uestris.* Quia hæretici qui dem fumunt aliquid de scripturis ad ostentationem sanctitatis: reliquium autem de prauantes conculcant ideo Dominus dixit: *Attendite à falsis prophetis: qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus autem, sunt lupi rapaces.*

13
 Conculcationem minatur Dominus populo Iudæorum sub pedibus hostium: & primum prædicat decem tribus propter idolatriam ab Assyriis conterendas: sub rege eorum Salmanasar. Sic Esai. 10. *Va Asur uirga furoris mei, &c. ad gentem fallacem mittam eum: & contra populum furoris mei mandabo illi, &c. ut ponat eum in conculcationem: quasi lutum platearum.* De qua historia lege. 4. Reg. 17. vbi nota captiuitates, & bellorum strages, non nisi Deo propter peccata nostra permittente, & mandante, contingere. De quibus ait: *Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnũ.* Sic etiam ipse Dominus qui fleuit ex misericordia super Hierusalem: tradit illam Romanis sub Tito vastadam: sicut prædixerat per Esaiam sub metaphora uinæ: *Et nunc ostendam uobis, quid ego faciam uinæ meæ, auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem.* Sic exponit Hierony. Cyrillus etiam pro hoc Israeli cõtigisse post Christi mortem. Item Aug. super Psal. 79. *Vt quid destruxisti maceriam eius,* & Eusebius lib. 7. de monstrat. cap. 2. Origenes super Matth. 21. quia non fuerunt tempore Babylonice captiuitatis à prophetis destituti Iudæi sicut hic prædicatur, mandabo (inquit) nubibus, ne pluant super eam imbrem, id est prophetis & Apostolis ablatis ab ea: quod certe factum est quando uineam suam tradidit aliis agricolis Matth. 21. id est, palinites ex uinea Iudæorum combusta ereptos & in Ecclesiam transplantatos tradidit Apostolis. Merito autem tradidit uineam Synagogæ in conculcationem tribus præsertim de causis.

14
 Primum quia fuerat ingrata Deo qui conculcatam gentem illam ab Ægyptiis de ser-

Ezech. 16. Hierony. Lyran. Iob. 39. Pfal. 55. Ioan. 8. Ioan. 9. Ifai. 28. I 5 Ezech. 26. Hierony. Iosephus. Philostrat. Hierony. Diodorus Siculus, Plinius.

uitute liberauerat: sicut ipse improperat ei, Ezech. 16. *Transiens per te, uidi te conculcatam in sanguine tuo: & dixi uiue*, idest uide te ream, ut inquit Hieronymus. lethaliū criminum: & tribui poenitentiam. Vel ut exponit Lyranus, uide te uerberatam usque ad sanguinē ab Aegyptiis, & iam in terficiēdam, & liberaui te in mari Rubro. Deinde quia Synagoga filiorum profectum in agnitione Christi, & susceptione, non secus oblita est, atque Struthio solet oua quæ peperit obliuisci, iuxta illud Iob: *Obluiscitur quod pes conculcet ea: aut bestia agri conterat.* Postremo quia filiū Dei, quē Redemptorem suscipere debuit, contem- nens conculcauit, de quo mystice sub typo Christi Propheta clamat Pfal. *Conculcauerunt me inimici mei tota die.* Et certe conculcabant filium Dei, quando dicebant: *Samaritanus es tu, & demonium habes.* Item: *Nos scimus quia hic homo peccator est.* Porro de decē tribubus captis olim ab Assyriis propter idolatriam prædicitur Efsai. 28. *Pedibus conculcabitur corona superbia ebriorum Ephraim.*

Conculcaturus dicebatur Nabuchodonosor plateas Tyri, idest uastaturus: *Vnguis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas.* Refert hoc loco Hieronymus quosdā opponere huic uaticinio, neque in Græcorum, neque in Barbarorum historiis legisse. Quod Tyrus fuit aliquando à Nabuchodonosor, & Chaldæis expugnata: & respondet multa legi in scriptura sacra, quorum externi quidem scriptores non meminerunt. Potuisset tamen fortasse Hieronymus fortius hoc loco defendere Ezechielem: quia Iosephus lib. 10. Antiquitatum cap. decimo tertio ponit hæc uerba agens de Nabuchodonosor. Philostratus in Indicis & Phœnicis historiis, dicit quia iste rex obsedit Tyrum annis tribus, & decem mensibus: cum illo tempore in Tyro regnaret Ioathablus. Hæc ille. Ergo in prophanis historis reperitur Nabuchodonosor uastasse Tyrum sed non mirum est si Hieronymus sit oblitus. Iam uero multo post Tyrus reedificata rursus fuit capta ab Alexandro Magno, ut ait Hieronymus, hic, & Diodorus Siculus, lib. 17. & Plinius lib. 5. cap. 19: Neque obstat quod hic dicatur post uastationem sub Nabuchodonosor non fuisse amplius ædificandam, quia ut Hieronymus ait, in

telligitur non fore deinde reedificanda libera, & regia, quia postea semper fuit sub Chaldæis, uel Macedonibus, uel Romanis. Merito enim quæ super omnes superbiebat, redacta est in seruitutem, & conculcationem: *Qui omnis qui se exultat humiliabitur*, ideo Christus clamat ne in seruitutem diabolicam incidamus: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.*

Calcarea uas uel torcularia sine metaphora in sensu proprio, signum est pacis & abundantia in scriptura: & contrariū signum ponitur desolationis. Sic Efsai. 16. de captiuitate Moab per Chaldæos dicitur: *Vinum in torculari non calcabit.* Item: *uocem calcantium abstuli:* & de eodem excidio Hier. *Nequaquam calcator uas solitum celsus cantabit*, idest canticum consuetum uindemiatoribus. E contrario uero Amos de abundantia temporalium, & spiritualium bonorum in Ecclesia: *Ecce dies ueniet dicit Dominus, & comprehendet arator messorem, & calcator uas mittentem semen:* Talis abundantia fuit sub Apostolis secundū Hieronymum & capit in die Pentecostes Act. 2. *Quando prædicante Petro, conuersi sunt in die vna ad tria millia, & quando de Apostolis dicebatur: Musto pleni sunt isti.*

¶ Calcarea semitam sæculorum Iob. 22. uide in uerbo Semita.

¶ Conculcata gens Efsai. 18. uide in uerbo Gens.

¶ Calcant filij inultorum quid sit Iob. 22. uide in uerbo inultor.

¶ Conculcatum semen, uide Semen.

¶ Calcabit super eum quasi rex interitus. Iob. 18. uide in uerbo interitus, conculcari à tenebris est abscondi sub caligine Pfal. 138. *Forsitan tenebra conculcabit me.* Idest abscondent.

CAPVT XII.

Calcaneus, Calcitrare.

ALCANEVS dicitur Hebraicè Acheb, Genes. 3. *Tu insidiaberis calcaneo eius.* & Pfal. 40.

Calcaneus est posterior pars imi pedis. Calcitrare autem, est pede percutere. Calcaneo uero insidiari,

propiū est serpentis: cui Genes. 3. Dominus dixit: *Ipsa conteret caput tuum: & tu insidiaberis calcaneo eius.* Vbi in Hebræo quod ante nos etiam adnotauerunt Picus Mirandulanus in quadam Epistola, & Hieronymus Oleaster hoc loco, est dictio Hu, potest autem Hu ipse, uel ipsa, conuerti. Sed uulgata uertit ipsa scilicet mulier conteret caput tuū: alij uertunt ipsum supple semen mulieris conteret caput tuū. Si legatur in foemenino ipsa significat uirginem Mariam: quæ prima contriuit caput Serpentis, idest, peccatum originale, à quo fuit immunis. Si uero neutro genere legatur significat Christum, semen Mariæ, qui per mortem destruxit eum, qui habebat mortis imperium, idest diabolū, de quo dixit Ioan. 12. *Nūc princeps huius mundi eicitur foras.* Calcaneus autem dicitur Hebraicè Haqueb, deriuaturque ab Hacab, de quo num. 1. quod est supplantare. Sic Hier. 9. habetur: *Omnis frater supplantando supplantabit.* Et in Gen. *En supplantauit me,* &c. Serpens ergo insidiatur calcaneo, ut supplantet. Vnde & saluatorem supplantare uoluit, quando in deserto tentauit Matth. 4. ut notat Lyranus. Item quando mori fecit in Cruce calcaneo eius, idest carni mortali insidiatus est serpens, sed re surgens Dominus contriuit caput illius, ut inquit Eucherius in qq. super Genesim, & Hugo de Sancto Victore.

Calcaneum alicuius obseruare, secundum eandem phrasim, est illi tendere in fidias. ut ait Hieron. super illud Pfal. 55. *Ipsi calcaneum meum obseruabunt:* Propterea Pharisei quibus hoc tribuit Hieronymus, interrogabant filium Dei: *Licet consurre Casari an non?* Quæ amais locum Psalmi de Philistæis Dauidis uitæ insidiantibus iuxta literam exponat Lyranus, mystice uero de Phariseis tentantibus saluatorem.

Calcanei iniquitas inter alia significat Originale peccatum. Sic exponit Hieronymus illud Pfal. 48. *Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Idest, concupiscentia fomes, ex peccato remanens Originali, quæ usque ad horam mortis circumdat hominem. Propterea filius Dei monet ut uigilemus, quia nescimus diem neque horam. Sic & Aug. calcaneum inferiorem partē significare dicit: quæ est caro nostra, uel ut ait Glossa, ipse finis uitæ, calcaneus di-

citur. Et est sensus cur timebo in die mala, idest in die Iudicij: iniquitas calcanei mei circumdabit me, idest finalis impoenitentia poterit me quidem implicare, alioquin innumera licet peccata commiserim, si in fine uitæ non sit peccatum, ut pote omnibus per poenitentiam deletis nihil est quod timeam. Sed Iansenius quidem calcaneum sumit pro supplantatione, ut sit sensus iniquitas calcanei mei circumdabit me: idest iniquitas qua ego supplantatus sum. Sed Vatab. per calcaneū intelligit cogitationes & affectus qui sunt quasi pedes animæ, iniquitas ergo cogitationum me obfidebit in die mortis, sed Auen Ezra. & Genebrardus per calcaneū extremū uitæ potius intelligunt ut Glossa dixit & mihi magis placet expositio hæc, ut non sit timendum in die Iudicij, nisi peccatum quod in uitæ calcaneo, siue sine remanet per fraudem contra legem mi nime purgatum, quod ne maneret sibi, mulier quæ erat in ciuitate peccatrix iuxta pedes Domini lachrymas fudit, & Latro in Cruce culpas confessione purgauit, & Christus ad omnes clamat: *Tollite iugum meum super uos*, idest iugū poenitentia sic tenet Theodoretus, pulchre etiam exponit hunc uersiculum, ut iniquitas calcanei sit, qua retro pedē tuli ab itinere legis, ne que rectificaui per poenitentiam: unde fraudem feci & spiritum meum supplantauit.

Sic in scriptura leuare contra quemuis calneum: est illum supplantare, sicut de Iuda dictum est. Ioan. 13. *Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum.* Et ita est in Hebræo in Pfal. 40. ubi legimus iuxta uulgatam: *Magnificauit super me supplantationem.* Sed ut dixi sicut allegat Ioanes est in Hebræo, est que idē sensus, neque significat conculcare uerbū Hebræū Hacab, ut putauit August. tract. 59. Sed supplantare ut ostendimus numero. 1. idest per dolum & fraudem ad cadendum impellere, ut sentiunt Chrysof. & Euthymius super Ioannem.

Contra stimulum calcitrare, est potentiori uelle resistere. Sic dictum est Paulo. *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Id est difficile est efficaci Dei uocationi resistere.

Calceamentum, Calciatus.



ALCEVS & calceamentum dicitur Hebraicè Naal Gen. 14.

Calceamentum est quo pedes conteguntur, ob reuerentiam verò iubebatur inter homines interdum calceamenta soluere, quando ad sacrum locum accedebant. Sic Moyfi Dominus dixit in rubo: Solue calceamentum de pedibus tuis: terra enim in qua stas, terra sancta est. Idem etià iussit Angelus Iosue, idque merito in lege veteri, magis quam in noua, quia legis obseruator, nisi figuras ceremoniarum deponeret, ad visionem Dei peruenire non poterat, carnalibus itaque depositis vinculis peruenitur ad Christum.

Soluere corrigiam calceamentorum alterius, est humilitatis signum & muneris seruilis inditium. Sicut & alterius calceamenta manu portare. Sic Ioannes Baptista dixit: Venit autem fortior me post me: cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius. Addidit & Matth. 3. Cuius non sum dignus portare calceamentum. In vtraque verò phrasi vt notat Aug. lib. 2. de consensu Euangelistarum cap. 12. nihil aliud intendit Ioannes nisi excellentiam Christi, & humilitatem suam: Et de portandis calceamentis quidquid horum dixerit, eadem sententia est. Hac Aug. Sed fortasse Ioannes vtrunque dixit, quia licet in sensu proprietatis verborum non sit discrimen, in metaphorica tamen significatione verborum differentia quidem est. Nam calceamenta Christi portare est Apostolico more per vniuersum orbem Christum prædicare, vt exponit Ambrosius super Lucam & Hilarius super Matth. soluere autem corrigiam calceamentorum eius, est Incarnationis Christi mysterium comprehendere: vt exponit Greg. homil. 7. super Euangelia. Itaque negat Ioannes mysterium vnionis humanitatis Christi ad verbum se posse dissoluere, vt etiam exponit D. Thomas super Matth.

Calceamentum alicuius gentis esse ferrum & æs, denotat abundantiam horum metallorum in illis regionibus. Sic explicat Lyranus illud quod in benedictione tribus Afer Moyfes dixit in Deut.

Afer sit placens fratribus suis, &c. ferrum & æs calceamentum eius: Est enim hebraismus, vt notat Vatablus, quasi dicat, tanta erit tibi metallorum abundantia: vt quid quid calcaueris, sit æs, & ferrum. Mystice verò Greg. super Iob. 41. Dicit sub typo Afer, id est beati, describi prædicatorem verbi Dei: qui calciari debet ferro, id est virtute fortitudinis, ad reprehendenda vitia, & ære, id est perseverantia in operibus bonis: vt de illo dicatur: Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. vel vt (inquit) Glossa ferrum quod durum est legem veterem, & Prophetas significat: æs quod rubiginem minime sentit, & uocalius est, Euangelium denotat: quod toto sonat orbe, iuxta illud Marci ultimo: Prædicate Euangelium omni creaturæ. His ergo calceamentis, id est: doctrina vtriusque testamenti, procedere debet prædicator: Quia omnis scriba doctus in regno caelorum similis est patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera.

Calceamentum extendere in locum longe distantem, est illuc peruenire, & sibi quasi calcando subigere. Psal. In idum eam extendam calceamentum meum. Id est subiiciam Idumæam: sicut eam vere subiicit David: vt exponunt Lyranus & Ianfenius & titulus Psal. id ostendit, scilicet quando percussit David Ædom, id est Idumæos. Sic etiam habes Psal. 107. & 2. Reg. 8. & 1. Paral. 18.

Pro calceamentis vendere aliquid, de notat vile pretium apud Amos. Vendiderunt pro argenteo iustum, & pauperem pro calceamentis. vbi Hierony. exponit. Possessionem pauperum contra ius pro vili pretio diuitibus adiudicabant, est autem in Hebræo in duali pro duobus calceis. Vox Hebræa est Passim, quæ non significat clausuram, vt deceptus putauit Lyranus, sed calceos. Eadem quippe dictio est Exod. 3. vbi Dominus dicit Moyfi: Solue calceamenta de pedibus tuis. Et Amos. 8. Vt possideamus pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis. Sic etiam vertunt Septuaginta, & recetiores. Ne ergo iudices pro muneribus pauperes opprimant, & quasi pro calceamentis vendant Dominus aiebat: Nolite condemnare & non condemnabimini & in qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Item Ioan. 8. Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quenquam, subaudi secundum

Vatabl.

Greg.

Matth. 5.

Glossa.

Marci. ult.

Matth. 13.

4

Psal. 59.

Lyran. Ianfenius.

Psal. 7. 2. Reg. 8.

5

Amos. 2.

Hierony.

Lyran. Exo. 3.

Amos. 8.

Luc. 6.

Ioan. 8.

carnem

Ioan. 7.

6

Can. 7.

Isai. 2.

Aquila.

Symmach.

Theoderet.

Ioan. 3.

Eph. 6. Chrysof. Greg.

Matth. 5. Exo. 12.

7

Ezech. 24.

Ezech. 16.

Hierony.

Matth. 5. Luc. 15.

carnem, contra ius, & Ioan. 7. Nolite iudicare secundum faciem.

Calceamenta metaphorice, sunt opera virtutum: quibus prædicator Ecclesiæ progreditur. Cant. 7. Quam pulchri sunt gressus tui, in calciamentis filia Principis. In Hebræo est filia Nadab. Septuag. quoque vertunt θυγάτηρ βαδισ. Filia Nadab. fuit autem Nadab filius Aaron sacerdotis: vocatur ergo Ecclesia filia Synagogæ: cuius sacerdos fuit Nadab, iuxta illud Esai. De Sion exibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Notat autem hoc loco Theodoretus. Aquilam vertisse filia Principis, & Symmachum filia ducis: vulgata concordat cum Aquila, est autem princeps vt ait Theodoretus Spiritus sanctus: qui Ecclesiam in Baptismo regenerauit, iuxta illud Ioan. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Calciamenta verò prædicatorum Ecclesiæ dicit Chrysof. super Paul. esse opera perfectionis de quibus Eph. 6. Calciati pedes, in preparationem Euangelij pacis. vel vt (inquit) Greg. super Cant. sub imitationes virtutum mortuorum, in sanctitate & iustitia, quia calcei expellibus fiunt animalium mortuorum, debet itaque prædicator imitari zelum Eliæ, fortitudinem Ioannis Baptistæ, misericordiam Davidis, patientiam Iob, &c. vt de illo dicatur: Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur, in regno caelorum. Matth. 5. In eundem finem Exo. 12. qui pascha comedebant habere iubebantur calceamenta in pedibus, tum vt possent inter spinas & lapides ambulare: tum etiam vt mortuorum virtutem imitarentur.

Calciamenta in pedibus habere signum est lætitiæ & honoris sicut & sine calceis in cedere mestitiæ solet esse, vel captiuitatis indicium, propterea iussit Dominus Ezechiel vi vt pro vxore mortua nulla ederet signa tristitiæ: Et addit corona tua ligata sit tibi: & calceamenta tua erunt in pedibus tuis. Sic & Synagoga lege data in sponsam Dominus ducens, calciasse dicitur: Calciati te (inquit) Hyacintho. Quod & Hieronymus cuiuslibet animæ dictum putat fidelis, quæ Hyacintho coloris cælestis Dominus calciat dicens: Thesaurizate uobis thesauros in caelo. Sic etiam filio prodigo in patris gratiam restituto: Calciamenta dari iubentur: vt exuta conditione seruili, quam propter

peccata subierat: ad statum transeat libertatis filiorum Dei, maxime quia in iustificatione poenitenti, virtutes infusæ, iustitia, prudentia, &c. quasi calceamenta restituntur. E contrario vero in signum seruitutis, & captiuitatis populi, dicitur Esaiæ: Calceamenta tolle. Et ambulauit Esaias nudus & discalceatus, in figuram seruitutis.

Calceatum quenuis posse fluuium transmeare, denotat aquas eius aruisse. Sic de fluuio Nilo dicitur quando Octavianus Augustus cepit Ægyptum Esai. 11: Et leuabit Dominus manum suam super fluuium, &c. & percutiet eum in septem riuus, ita ut pertransiant per eum calceati. vbi Cyrillus ait postquam Deo placuit Ægyptum Romanorum sceptris submittere, vento Noto violentissimo, fluuij vnda in mare de pulsata, primam totam regionem meabilem fecit: vt qui lacus & valles, Nempe septem Nili ora traicere vellent, nec pedis sui vt sic dixerim calceum soluerent, aperiente ergo Domino transitu Romanorum exercitui superata est virtus Ægypti, hæc Cyrillus. Idem asserit Procopius, item Glossa, & Lyranus, qui addunt, primum ab Alexandro Magno diuisum fuisse Nilum, in septem riuos, vt esset transmeabilis. Deinde cum amplati essent, sub Augusto, siccati sunt tandem vt subiecta Romanis Ægyptus per uia prædicationi Apostolorum redderetur. Vnde Dominus Apostolis dixit: Euntes docete omnes gentes, & prædicate Euangelium, omni creaturæ. Quasi diceret ego abstuli impedimenta. vnde & Plutarchus dicit, in vita Marci Antonij, propter exteatas Nili aquas Pelusium Ægypti promontorium, quod lingua maris Ægypti vocatur, fuisse facillime captum. Idem refert Dion. lib. 51. Nec audiendus est hoc loco Vatablus, qui non de Nilo Sed de fluuio Euphrate, contra textum Esaiæ intelligit, dicit enim Esaias: Desolabit Dominus linguam maris Ægypti. Id est Pelusium.

Calceamenta prohibuit Dominus Apostolis, quando primum eos ad prædicandum misit, intra fines Iudæorum. Matth. 10. Nolite (inquit) possidere aurum neque argentum, &c. Neque calceamenta. Sed huic præcepto prima facie contraria videtur narratio Marci cap. 6. Et præcepit (inquit) eis, ne quid tollerent in uia, &c. Sed calceatos sandaliis, &c. Et quidem primum Caietanus,

Isai. 20.

8

Isai. 11.

Cyrillus.

Procopius. Glossa. Lyran.

Matth. ult. Marci. ult. Plutarchus.

Dion. Vatabl.

9

Matth. 10.

Marci. 6.

Caietanus.

putat

putat non fuisse simplicia calceamenta prohibita, sed duplicia, sicut & duas tunicas vetuit. Itaque iussit, vt præter sandalia, quæ in pedibus habebant: alia minime portarent: quod ante Aug. tenuit. *libr. 2. de consensu Euangelistarum cap. 30.* secundam nihilominus sententiam ibidẽ tetigit Aug. Calceamenta, quæ totum pedem contegerent, fuisse prohibita: non autem illa, quæ superiore pedis parte nuda manente, plantam duntaxat soleis fouet. Testatur quoque Tertullianus *lib. de pallio*, Christianos sua tempestate his Sandaliis vti consueuisse, quæ solum tegerent imas plantas. Est nihilominus tertia sententia Hieronymi, nudis omnino pedibus Apostolos ad prædicandum missos, quia & Plato (inquit) præcepit duas corporis summitates non esse velandas. Quod autem Marcus refert calciatos sandaliis Apostolos missos, non contradicit: sandalia quippe non pedum, sed tibialium sunt tegumenta. Nam vbi legimus *Isai. 20. Calciamenta tolle. Septuag. Sandalia vertunt, quæ tibiarum esse, non pedum Aët. 1. 2. legimus. vbi Angelus Petro dixit: Calceate caligastuas. in Græco verò Lucas scripsit, Calceate Sandaliatua. Cui sententiæ standũ est, si quidẽ vulgata nobis tenẽda est.*

CAPVT XIII.

Chalcedonius.



CHALCEDONIVS lapis ignei coloris vt carbuculus est. græce dicitur χαλκεδων δωρ, de quo Aretas ait. Chalcedonius similis est coloris cum carbunculo, ita dictus quod supra fretum Chalcedonis, supra Chrysopolin, circa Symplegades scopulos in accessos, cum aliis lapidibus pretiosis inuenitur. De hoc etiam meminit Isidorus. *lib. 16. Ethymo. cap. 13. & Beda super hunc locũ, Chalcedonius inquit quasi ignis lucernæ pallentis specie nitet, habetque fulgorẽ sub dio, non intra domum. Quadrat autem Iacobus filio Zebæ dei qui in domo, sub magisterio Domini saluatoris, ambitionis caligine obductus, dexterã regni Christi cũ Ioanne germano sibi fratre postulauit, sed postea sub dio mundi huius, inter gentes, & maxime in Hispania, latius instar igni*

efflusu: & in Iudæa prius Apostolorum pro Christo sanguinem fudit.

CAPVT XV.

Calculus.

CALCVLVVS paruus lapillus est, sic appellatus, quia calcantibus solet molestiam afferre, in scripturis autem poni solet pro re minima. *Eccli. 18. Sicut calculus arenae sic exigui anni, & 2. Reg. Circundabit omnis Israel ciuitati illi fures: & trahemus eam in torrentem, ita ut non reperiatur nec calculus quidem vnus de ea. Calculorũ autẽ duplex lex erat vsus olim, calculis enim utebantur veteres, primũ ad cõputandũ: deinde ad electionẽ & suffragia ferendã. Vnde iudices ad absoluentium reũ, calculis albis utebantur: nigis autẽ ad condemnandũ. Et quidẽ calculus prior dicebatur. Ἰσχυρὸς ὁ ὄψωνος, idest calculus feruens sed posterior Ἰσχυρὸς καὶ ἀπορροια, idest calculus auferens de medio, siue cõdẽnans. Inde apud Græcos calculum album mittere, erat absolvere vt notat Budæus, in cõmentariis linguæ Græce, vnde Ouidius *lib. 15. metamor:**

Mos erat antiquis, niuis atrisque lapillis. His damnare reos illisque absolvere culpa. Ex hoc autem more deductum est, vt foelices antiqui dies, albis, nigris verò infaustos numerarẽt. Sicut Persius ait: Hunc Macrinẽdium numera meliore lapillo, Qui tibi labentes apponit candidos annos.

De quo vide Erasmus in prouerbio albũ calculum ad dẽre. Et Plinius *lib. 7. ca. 4.* Calculum ergo candidum alicui dare secundum annotata, significat in scriptura vitam foelicem atque beatam illi concessam esse cui datur. Sic legimus *Apo. 2. Vincenti dabo mãmã absconditum, & dabo illi calculum candidum. Idest beatam vitam & dulcedinem spiritualem, vel in iudicio ab soluam eum, & pronuntiabo laude, & præmio dignum. Ideo subditur: Et in calculo nomen scriptum. Quia forte in calculo nomen abso'uendi siue damnandi scriptum erat olim. Aretas Episcopus addit in theatro certantibus, & victoriam obtinentibus dari solitum album calculum cũ eius nomine sculpto. in signum approbationis, & gratiæ apud omnes. Hunc calculum approbationis aternæ promittit*

Christus,

Christus contra omne genus vitiorum, quando dicit: *Beati paupere spiritu: beati mitis: beati qui lugent, &c.* Ex his claret, expositionem Abbatis Ioachim dicentis, Christum fuisse calculum candidum, & carbuculum pretiosum, qui se ipsum vincentibus in præmium promittit. Item expositionem Ruperti calculum candidum dicentis corpus glorificatum, esse mysticas expositiones. Porro expositio Bedæ dicitis calculum candidum esse corpus baptismi ablutum sacramento, non quadrat villo modo, quia baptismus non datur in præmium vincẽti, sed est subsidium vt vincat, melius autem Richardus calculum candidum vitam exposuit aternam.

Calculo impleri os peccatoris, est conscientiæ remorsu os eius obstrui: Sic exponit Iansenius illud *Pro. 20. Snauis est homini panis mendaci, & postea implebitur os eius calculo.* Quia vt legimus in *Psal. Et omnis iniquitas oppilabit os suum.* Sic cum rogaret rex impurabola nuptiarum hominem quendam: *Quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? ille quidem obmutuit. Quia maculauerat uestem charitatis pane mendaci.* *Matth. 22. Sic etiam exponit Lyranus. Sed alia expositio est Caiet. Videlicet, peccator per fraudes panem auget: Deinde os eius impletur calculatione iustitiæ, nec cessat loqui de iustitiæ calculis. Quod vitium proprium erat Phariseorũ: de quibus Dominus ait: Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum calorum.*

Calculus per metaphoram filium Dei significat in duabus naturis, sic exponit Hierony. illud *Esai. 6. Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus. Vbi Sept. vertunt: Et in manu eius carbunculus, qui mirum splendet in tenebris, sic filius Dei in tenebris Iudæorum effulgebat. Ioan. 1. Et lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehenderunt. Vnde Dicebant illi: Quid facimus quia hic homo multa signa facit? Idest multis splendet signis: calculus etiam, vel ignitus carbo, vt inquit Cyrillus super hunc locum, vel pruna, lignum natura est: sed ex omni parte igni plena lucet, sic & Dominus Iesus, quamuis similis nobis esset in humanitate, omnis tamen plenitudo diuinitatis in eo habitauit. Vnde virtutẽ planẽ diuinam operandi habuit: tacto siquidem loculo mortuum viduæ filium*

suscitauit. Et facto luto ex sputo in terra in vnctis oculis, ceco visum restituit. *Ioan. 9. Hęc Cyrillus. Purgabat etiam peccata quod authoritatis diuinæ est, Luc. 5. Remittuntur aut Paralytico tibi peccata tua. Idem dixit mulieri peccatrici. Luc. 7.*

CAPVT XVI.

Caleb.

CALEB Interpretatur quasi Cor, fuit filius Iephonẽ de tribu Iuda, vnus de duodecim exploratoribus terræ promissionis, qui animum addebat populo, ad ingrediẽdũ, iuxta præceptum Dominicum *Iosue Num. 13. & 14.* Vnde hi duo duntaxat ingressi referuntur terram illam à Deo promissam, Mystice verò illi soli doctores terram viuentium ingrediuntur: qui verbo & exemplo mouẽt populum ad capessendum iter caeleste, iuxta illud: *Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus uocabitur in regnum calorum.* Recte vero Caleb vocatur: qui sequitur Dominũ, id est quali cor Dei, item qui alios hortantur ad iter virtutum, quæ ad patriam ducunt: *Quia Deus amat animas, Sap. 11. Et uult omnes homines saluos fieri. Ideo dicebat Apostolis. Venite post me & faciam uos fieri piscatores hominum.*

Quod vero dixit Caleb, *Iosu. 14. Hodie octoginta quinque annorum sum, sic ualens, ut eo ualebam tempore, quando ad explorandum missus sum: Illius temporis fortitudo vsque hodie perseverat. Denotat secundũ Glosam & Origenem sapientiam tam in veteri, quam in nouo testamento, quam debet habere doctor Ecclesiæ: Quia omnis scriba doctus in regno calorum similis est patri familias: qui profert de thesauro suo noua & uetera. In omni etiã ætate zelus animum in eo vigere debet: sicut in Petro, qui in senectute crucifixus Romanam fundauit Ecclesiam, de quo Dominus: Et super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam. Postremo Caleb Axæ filiæ dedit irriguum superius, & irriguum inferius. *Iosue. 15. Quia prælatus, & doctor Ecclesiæ, non solum verbo irriguum supernæ consolationis auditoribus subministrat, sed & irriguũ inferius alimenti corporalis si egeant, iuxta illud: Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam:**

Aug.

Tertullian.

Hierony.

Plato.

Isai. 20.

Aët. 12.

Aretas.

Isidorus. Beda.

Matth. 20.

Matth. 5. Abbas. Ioachim.

Rupert:

Beda.

Richard:

3

Prou. 20. Iansen.

Psal. 106.

Matth. 22. Lyran. Caieta.

Matth. 5.

4

Isai. 6. Hierony.

Ioan. 1. Ioan. 11.

Cyrill.

Luc. 7. Ioan. 9.

Luc. 7.

I בלב

Num. 13. & 14.

Matth. 5.

Sap. 11. 2. Timot. 2. Matth. 4.

2 Iosu. 14.

Glos. Origen.

Matth. 16.

Matth. 13.

Iosu. 15.

Matt. 24.

Bernar.
Ioan. vlt.

Ioan. 6.

ut dicit illis cibum in tempore. Et certe de vtroque passu exponit Bern. illud quod Petro Dominus dixit. Ioan. vlt. *Pasce oves meas.* Ideo etiam per Apostolos quinque panes in quinque millia hominum multiplicatos distribuit, ut doceret eos misericordes esse in pauperes, & egenos.

CAPVT XVII.

Calendæ, & Neomenia.

I
Plutarchus.

CALENDAS latini vocant primum diem mensis, ut scribit Plutarchus à verbo Græco καλέω quod est voco, tunc enim Pontifex, vocato populo, quot dies à calendis ad Nonas superessent referebat, die autem Nonarum populus similiter concurrebat: ut addisceret, quid illo mense in diuinis humanisque rebus factu opus esset. Nonæ autem dicebantur, à nouis negotiis inchoandis, sed ut à Gentili ritu ad sacrum reuertamur, sicut latini calendas, sic Græci primum diem mensis Neomeniam vocant. Quod ab Hebræis acceperunt: qui lunares menses habent: ita ut noua luna incipiente mensis apud eos incipiat: in quo die festum celebrant Neomeniæ, non quod tunc ab operibus necessario cessarent: sed quod Deum certis sacrificiis colerent: tum propter beneficium creationis, ut (inquit) D. Thom. 1. 2. q. 102. ar. 4. ad. 10. & Lyranus in illud numer. 28. *In calendis autem*, tum deinde ut temporum primitias offerrent Deo. Vocatur autem hic dies ab Hebræis caput, siue initium mensis à Græcis verò Neomenia, id est nouus mensis ideo Septuaginta semper caput mensis vertunt Neomeniam. Quod quia latini ut dictum est, vocant calendas, ideo vulgata latina, nunc calendas, nunc verò pro libito Neomeniam vertit, cum in re nullum sit in Scriptura sancta inter vtrumque discrimen.

D. Thom.
Lyran.

2

Illud etiam notandum mensis, qui mensura est cursus lunæ, tribus modis ab Astrologis considerari. Est enim apud eos mensis peragratiōis, in quo ab vno puncto Zodiaci luna discedens, proprio motu, ab occasu ad ortum peragrato Zodiaco, redit ad idem punctum: quod, 27. diebus, & horis octo fit. Est & mensis il-

luminatiōis, tempus quo inter duas coniunctiones luna lucet, quod, 28. dierum est. Denique mensis coniunctionis lunæ dicitur, quo siue luceat, siue non luceat luna, ab vna coniunctione cum sole, redit ad aliam coniunctionem: habetque viginti nouem dies, & duodecim horas, & hoc modo numerantur apud Iudæos vsque hodie menses lunares, habent enim speculas in Synagogis super tecta, & cum ex tabulis Astronomicis tempora coniunctionis explorauerint: post solis occasum de speculis diligenter lunæ ortum contemplantur, & mox tuba sonantes Neomeniæ festa denuntiant. lege Abul. super ca. 23. Leuitici & sui defensorij cap. 24. & super. cap. 12. Exodi.

Abulensis.

3

Cum verò populus ad Neomeniæ sacrificium, seu calendarum hostias pingues mactaret: sub occasione festi conestationibus, ebrietatibus, & libidibus vacabant, quibus ira Dei prouocabatur. Vnde per Esaiam Dominus clamat: *Calendas vestras & solemnitates vestras odiunt anima mea.* Quia ut notat Hierony. Non Dei erant: sed populi vitiiis dedicata. Itē in Osea: *Cessare faciam omne gaudium eius: solennitatem eius, & Neomeniam eius, & omnia festa tempora eius.* Quasi dicat quæ non mea, neque in gloriam meam, sed ad suam explendam libidinem celebrat festa sua: ideo: *Transmittam eam in Babyloniam.* vbi captiuitate de pressa celebrare festa non poterit, ut exponit Hierony. Et planè non his dissimilia erant Iudæorum festa sub prædicationem Christi, de quibus dixit Ioan. 7. *Ego non ascendam ad diem festum istum.* Quia videlicet necem illi Iudæi in festo die ipso machinabantur.

Esai. 1.

Hierony.

Osea.

Hierony.

Ioan. 7.

4

Neomenias & similia festa legalia celebrare Iudæi ad fidem conuersi minime tenebatur: ideo iudicandi siue damnandi de huiusmodi omissione non erant in initio. Sic exponunt Hierony. & D. Tho. illud Colof. 2. *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.* Quasi diceret Paulus, non est hoc vobis vitio dādū, quia lege gratiæ promulgata, quæ verum est corpus Christi, umbra huius corporis quæ lex vetus erat, cessauit. Ita D. Tho. & quia veniēte veritate non est op^o imagine ut ait Hiero. ¶ Neomenia ergo vel calēda secūdū Apostolū

Hierony.
D. Thom.
Colof. 2.

5

figura

Orige.
Psal. 80.

Luc. 7.
Matt. 9.

Abac. 3.

figura erat noui luminis Christi: cui Luna id est Ecclesia coniuncta, quando caliginem veteris hominis exuere cepit nouo lumine lucens, Neomeniam festiuam fecit, ut explicat Orig. Homi. 23. in Nu. Sic intelligitur illud Psa. 80. *Buccinate in Neomenia tuba:* quod in sensu literaliter denotat festum tubarum septimi mensis, vel festum expiationis, sed mystice: *Buccinate in Neomenia tuba.* Est prædicatio conuersionem peccatorum, videlicet, quando mulier in ciuitate peccatrix, pedibus Christi prouoluta, quasi noua luna lumine Christi cepit lucere, & quando Matt. lumen cepit iustificationis verbo Christi recipere, qui dixit ei: *Sequere me.* Qui ut noua Luna surgens sequutus est eum, &c. Tunc impletum est: illud Abac. 3: *Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo.*

CAPVT XVIII.

Calor, Calidum, Calefacere.



CALESCERE & calefieri dicitur Hebraicè Cham vel Chamam Psa. 39. Iosue. 9. & Eccl. 4.

Calor est qualitas ignis, frigori contraria: unde calidus dicitur qui calorem concepit, metaphoricè verò transfertur calor ad charitatem: quæ feruorem ingerit spiritualē. Est autem Quæstio inter expositores, quid sibi velit Ioan. Apoc. 3. Vbi Episcopo Laodiceæ scribit: *Vtinam calidus esses, aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.* Si enim calidus denotat eum qui charitatem habet, & frigidus illum, qui Lethali morbo frigeat, dubitari potest, quomodo Spiritus sanctus optare possit, ut aliquis sit frigidus in corpore Christi non euomitur, cum tepidus euomatur: sunt itaque nobis patrum sententiæ breuiter proponendæ. Prior sententiæ est tenentium frigidum hoc loco esse, non solum peccatorem, sed infidelem, calidum autem charitate feruentem, ita Ambr. serm. 2. in Psa. 118. *Ne repellas me à mandatis tuis.* Frigidus, inquit est, qui fidem nescit, eodem modo Tyconius Homi. 3. in Apoc. Greg. in 3. p. Pastoralis, Admonitiōe 35. Vi-

Quæstio.
Apoc. 3.

Ambros.
Psal. 118.

Tycon.
Gregor.
Victorin.

ctorinus, Aretas, Beda, Ansbertus, Haymo, itaq; vtinā, quæ vox desiderantis est, non approbat statū frigoris infidelitatis, sed ostēdit tolerabilius futurū illi, in die iudicij, qui nunquā fidem audiuit, quā ei qui cū fidem suscepisset, tepidus est: & cū sit in peccato mortali, de fide mortua sibi blanditur. Quæ sententiā vera est. Nam Dominus dixit de ciuitate Iudæorū, quæ non reciperet Apostolos: *Dico vobis quia Sodoma in die illa remissius erit, quā illi ciuitati,* & Petr. ait. *Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem, retrorsum conuerti.* Frigidus autē huiusmodi non dicitur esse in corpore Christi, quia infidelis est, tepidus autem quia *fidelis est in corpore Christi,* cum maiori euomitur horrore, quā frigidus qui calcatur quidē, sed cū horre minore. Alia expositio est, de fidelibus per omnia sermonē esse, nec optare Deū ut aliquis sit frigidus in mortali, sed minus esse dicere dispositum, ad præcauendū dānationis statū, illum qui est in mortali peccato sibi minime noto, & opera quædā bona tepidè facit, nec conuersionem curat, quā illum qui est in notissimis criminibus frigidus, quia ut inquit, D. Tho. super hunc locum, qui frigidus est, suis ipsis criminibus, ad timorem & conuersionē stimulat: qui vero post conuersionē, & feruorem tepuit, in sua conuersione confidens, timorem repellit, & va cuius remanet, sic de fidelibus exponunt Rupert. Casianus, collat. 4. cap. 19. item D. Tho. Ansel. Lyra. Sed quod tepidus intelligatur, qui est in p. m. ex contextu colligitur, quia dicit: *Cum sis miser, & miserabilis, &c.* Posset etiā adaptari ei, qui licet sit in gratia, vicinus est tamen grandi ruinæ, & timorē Dei sibi fidens, aperte post ponit. Non quod melior sit status frigidus, sed quia ad conuersionē aptior, & certe virgines fatuæ tepidæ in mortali erāt, & tamē frustra de sua virginitate fidebāt. Item Pharisæus, qui se iactabat, & omnes deniq; Pharisæi qui sibi iusti videbātur: Apostolisque improperabant dicentes: *Quare cū publicanis, & peccatoribus māducas magister uester.* Itē qui cæco nato dixerūt: *In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Ioa. 9. Sūt qui exponāt vtinā calidus es, sed deuotionis feruore, aut frigidus timore in gratia tamē, quia timor facit algere, sed quia neq; amas, neq; times quoniam te.

Are tas.
Bed a.
Ansbert.
Haymo.

Luc. 10.

2. Petr. 2.

D. Tho.

Rupert.
Casian.
D. Tho.
Anselm.
Lyran.

Math. 23.
Luc. 18.

Math. 9.
Ioan. 9.

Calcfieri non potefi facile, qui folus efi, iufiorumq; fugit focietatem, Eccl. 4. Si dormierint duo fimul, calor erit eis, unus quomodo calefiat? Ideft qui fe parat à cõfortio bonorum, vt exponit Hiero. quorum exemplo feruorem conciperet, & eorum admonitionibus incalcfceret. Vnde Thomas Apoftolus, qui focietatem Apoftolorum, in die Refurrectionis Domini deferuit, & admonitionibus eorũ non acquieuit, dubius in fide octo diebus à Domino relictus efi, vique dum octauo die, cum Apoftolis fociatus, Dominũ vidit & credidit.

Non calefieri veftimentis, aliquando prouenit ex debilitate naturæ fenilis, vt Dauidi cõtigit feptuagenario, de quo legitur: Cumq; operiretur veftibus, non caleficebat. Vel extenuitate veftium: ficut dicitur Agg. 1. Operuiftis uos, & non efiis calefacti. Vbi Hiero. operuiftis inquit, uos pallio: fed tam tenui, vt frigus non reppereret: nec feruaret calorem. Lyra. verò, dicit efi hebraifmum, quo denotatur non accepiffe illos bona temporalia: qui templi ædificatione ftulte neglexerat. Enim verò cum homo negligit fpiritualia: temporalium etiam aliquando penuriam patitur. Vnde Dominus ait: Querite primum regnum Dei, & iuftitiam eius, & hæc omnia adycentur uobis. Ideft etiã temporalia iuftis abundabunt. Et forte Dauid propriis veftimentis nõ poterat in fenecta calefieri: quia prius uxorem tulerat alienã. Qui enim aliena rapit, neq; propriis interdũ rebus foueri potefi. Myftice verò Iudei, vt fuper Agg. 1. notat Rupert. veftimentis ceremoniarum, & iuftitiæ legis operati, calorem charitatis concipere non potuerunt, vnde Dñs dixit Apoftolis: Nifi abundauerit iuftitia ueftra plusquã fcribarũ, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. E cõuerfo verò Auftro flante Spiritus fancti in lege gratiæ, veftimenta bonorum operum ad meritum regni cælorũ calefiunt. iuxta illud Iob: Nunquid non calida funt ueftimenta tua, cũ perflata fuerit terra Auftro? Et plane terra perflabatur Auftro, & veftimenta bonorum operum calefiebat: quãdo filius Dei clamabat: Sic luceat lux ueftra corã hominibus, ut uideant opera ueftra bona & glorificet patrem ueftrum qui in cælis efi. Item: Diligite inimicos ueftros, &c. Et quãdodifcipulorũ erat cor vnũ, & anima vna.

Calor in bonũ accipitur, & in malũ: ficut & calefieri, in bonum quidẽ Pfal. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Ideft concaluit anima mea zelo pœnitentiæ, vt exponunt Hiero. & Ianſe. itẽ addit Theodo. Symmachus vertit exaruit cor meũ intra me, videlicet zelo pœnitentiæ, fic Saulus profratus concaluit pœnitentia, & factus efi vas electionis. Sic & mulier in ciuitate peccatrix vſq; adeo concaluit vt niueum cor in aquas reſoluerit lachrymarũ: in malum verò culpæ Oſe. 7. Omnes calefacti funt quaſi clibanus. Ideft decem tribus ſub rege Ieroboã calefacti funt furore idolatrie: vt exponit Hiero. de malo autẽ pœneq; Eſa. ait: Quafi calore ſub nube torrente, propaginẽ fortium marceſcere facies. Ideft Iudæos in Hieruſalẽ ſub Tito Veſpaſiani igni combures, quia vocati ad nuptias Chriſti cũ Eccleſia venire noluerunt: Ergo miſſis rex exercitibus ſuis, perdidit homicides illos: & ciuitates eorum succendit. Nõ diſſimile dicitur de excidio Babylonie ſub Cyro, & Medis expugnatẽ, de cuius auguribus, & magis, dicit Eſa. 47. Stent & ſaluẽt te augures cæli, &c. Ecce facti ſunt quaſi ſtipula, ignis cõbuſit eos, &c. Non ſunt pruna quibus caleſiant. Hoc efi non erit ignis vt foueantur, ſed vt crucietur, & pereant. Sic pereunt mundani filij Babylonie, de quibus Luc. 6. Vae uobis diuitibus, ſic mortuus efi diues, & ſepultus efi in infernum.

¶ Lapis calore ſolutus Iob: 28. vide in verbo Aes, Num. 11.

¶ Non efi qui ſe abſcondat à calore eius Pfal. 18. vide in verbo Abſcondere.

CAPVT. XIX.

Caligo, Caliginofus, Caligare.



ALIGO Hebraice dicitur Neſeph. Iob 3. & 24.

Caligo efi obſcuritas, & opacitas, ſiue carentia luminis. Caligare verò efi cæcutire. Porrò in veteri teſtamẽto caligo diuinã frequẽter apparitionẽ comitabatur: vt lib. 1. ad notabamus: in verbo Apparere,

ex Chryſoſt. & Theophyl. quia Dominus, quaſi ſub vmbra quadã & figura ſua myſteria reuelat. fic Exod. 19. Veniam ad te in caligine nubis. Vbi Lyra. Hinc diſcimus, ait, cognitionem, quã de Deo habemus in corpore eſſe enigmaticam. Lux ta illud Apoftoli. Videmus nunc per ſpeculũ in ænigmatẽ. & Philoſophus 12. Metaphyſicẽ: Intellectus noſter ad diuinã ſe habet, ſicut oculus noſtẽ ad lumen ſolis. Sic ergo Dñs Moyſem in mote vocaſſe dicitur medio caliginis Ex. 24. Dñs quoq; dicit: Et acceſſiſtis ad radices montis, qui ardebat uſque ad cælum, & ante quẽ in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Item Deut. 5: Hæc uerba loquutus eſt Dñs ad omnem multitudinem de medio ignis, & nubis, & caliginis uoce magna. & Pfal. Inclinauit cælos, & deſcendit, & caligo ſub pedibus eius. Vbi Hieronym. Caligo, inquit, inuiſibile ſubſtantia Dei, & iudiciorũ occulta ſignificat, & profunditatem ſcripturarum. Idem notat ibidẽ Theodoretus. Caligo dicitur ſub pedibus eius, eo quod præſentia eius uideri nõ poſſe. Item Dionyſ. lib. de Myſtica theologia. c. 1. ubi agit de hac diuina caligine inter alia ſubdit. Tũ verò ipſa quoq; uifiſibilia, atque intellectualia contemplator linquens ingreditur ignorationis myſticam profecto caliginem: in qua omnia ſciẽtiæ & cognitionis præſidia terminãs, totus in eo fit, qui tranſcendit omnia. Hæc ille. Ideo fruſtra Philippus Apoftolus in hac uita petebat. Domine oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Volebat enim clare uidere patrem, ſed filius Dei ad fidem ſubobſcuram eũ reducens, dixit: Philippus, qui uidet me: ſubaudi uifiõne fidei ænigmatica, uidet & patrem meum, &c. ideſt, credit, &c. Eandẽ caliginofam uifiõnem exigit apud Ioan. Beati, ait, qui non uiderunt, & crediderunt. & Marc. vlt. Qui uerò non crediderit, cõdemnabitur. quia ut inquit Aug. Fides eſt credere quod non uides.

2 Caligo quoq; & dies caliginofa ſignũ eſt in ſcriptura diuinẽ uifiõnis, tribulationis, & iræ. Pfal. Nubes & caligo in circuitu eius. iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius: ignis ante ipſum præcedet. Vbi Theodoret. Hæc, inquit, ſecundi aduẽtus, videlicet ad iudicium uaticinationes ſunt. & Auguſt. Nubes, ait, & caligo impiis, &c. qui eum non intellexerunt. Hæc ille. Tales erant illi, de quibus dixit Dominus: Qui non

nouerunt patrem, neque me. Et rurfus. Quæretis me, & in peccato ueſtro moriemini: & ſi non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccatis ueſtris. Sic & de uafatione Hieruſalem à Chaldæis dicitur: Quomodo obtexit caligine Dominus filiam Sion? & de eodem excidio expoſitore Hierony. legitur Iſa. 2. Prope eſt dies tenebrarum & caliginis. Item de eodem Amos 5. Nunquid non tenebræ dies Domini? caligo, & non ſplendor, ideſt tribulatio non gaudium. vt Hieronymus ait. Item de Sedechia Rege à Chaldæis capiẽdo, dicitur in Ezech. In caligine egredietur. Præterea de uafatione Hieruſalem ſub Romanis in necis Chriſti uindictam, exponit Hierony. illud Iſa. Et ſonabit ſuper eum in die illa, ſicut ſonitus maris aſpiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata eſt in caligine eius. De eodem excidio exponunt Procopius & Cyrillus illud Iſa. Maledicent regi ſuo, & Deo ſuo, &c. & ecce tribulatio, & tenebræ, & diſſolutio, & anguſtia, & caligo perſequent. quia ut Cyrillus ait, Chriſtum perſequenti ſunt dicentes Iudæi: Non poſſe hic eſſe à Deo, qui Sabbathũ non cuſtodit. & rurfus. Quia facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Ideo maledixerunt principibus ſuis, quando impletum eſt in illis: Non relinquent in te lapidem ſuper lapidẽ. Deniq; de perſequentione, qua martyres perſequentus eſt mundus uenerunt prædixit Dominus Ezech. 34. Ecce ego requiram oues meas, &c. Et liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerant in die nubis, & caliginis. Vt exponit Hieronymus. Et certẽ dies erat caliginis, quando impletum eſt illud Luc. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meũ. Sed liberati ſunt quando rurfus impletum eſt illud Matth. Gaudete & exultate in illa die, quoniam merces ueſtra multa eſt in cælo. & Ioan. 16. Iterum uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrum, & gaudium ueſtrum nemo tollet à uobis.

Caliginofi montes ſunt montes Babylonie, ad quos populus Iudæorum captiuus ductus eſt. Sic explicat Hierony. illud Hieremias: Date Dño Deo ueſtro gloria antequam offendant pedes ueſtri ad moteſ caliginofos. Quòd Babylon inquit, & omnis regio Chaldæorum montes caliginofi appellantur. Iſa. 13. legitur: Super montem caliginofum leuate ſignum, ideſt contra

Ioan. 12. Babylonem, monet itaque vt antequam ducantur in captiuitatē, & mortem, agant poenitentiam, iuxta illud Ioan. *Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ uos comprehendant.*

4
2. Petr. 1. Caliginosus locus vita præfens appellatur 2. Petri. 1. *Firmiorem habetis propheticum sermonem: cui benefacitis attendentes, tanquam lucernæ ardentis in caliginoso loco.* Sic exponit Glossa, quia ænigmaticam tantum de diuinis hic cognitionem habemus. iuxta illud: *Videmus nunc per speculum in enigmate.* Cæterum licet sit locus caliginosus, non tamen est, terra operata mortis caligine: qualis infernus, de quo Iob. *Antequam uadam ad terram tenebrosam, & operam mortis caligine, quod de inferno sempiterno.* Exponit Greg. & Gloss. Recte autem dicitur terra operata caligine, quia si aperta esset mortis eternæ poena, & nota mortalibus, vel metus, & horror illius multos quidem posset à peccato forsitan cohibere. Ideo diues epulo petebat vt Lazarus ad nos reuersus narraret uiuentibus horribiles poenas inferorum. Præterea B. Petrus de impiis dicit: *Nubes sine aqua: quibus caligo tenebrarum reseruatur.* Et Iudas Tadeus in sua Canonica: *Angelos uero, qui non serua uerunt suum principatum, &c. in iudicium magni Dei uinculis æternis sub caligine reseruauit.*

5
Iob. 3. Caligo pro nebula, & nubilo capitur, Iob. 3. Vbi de die natiuitatis suæ in de- testationem originalis peccati dicit: *Occu- pet eum caligo.* Id est nebula vt exponit Lyranus. *Et stellæ obtenebrescant in caligine eius.* Id est, non appareant, in nocte illa peccati originalis, vnde tot mala procedunt.

6
Iob. 23. Caligo peccatum metaphoricè signifi- cat mortua fide, vel infidelitatem interdum, quæ fidem excludit. Prioris exemplum est, illud Iob. *Nec faciem meam operuit caligo:* Id est culpa peccati, vt exponunt Glossa, & Lyranus. Item D. Thomas in Commentariis, quia omnis peccans est ignorans secundum philosophū, & illecebra peccati caligat oculus rationis. Ne igitur caligare contingat, lumen illud sequamur, quod in Euangelio clamat, Ioan. 8. *Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris.* Porro caligo denotat etiam infidelitatem, sic expo-

nit Hieron. illud Esa. *Surge illuminare Hierusalem, &c. Quia ecce tenebræ operient terram: & caligo populos: super te autem orientur Dominus.* Hoc est Hierusalem ex parte incredulorum, qui Christum non receperunt, est terra quam tenebræ, & caligo infidelitatis operient. Ex parte uero credentium illuminatur fide Christi in Apostolis, & discipulis. Quod uero uulgata vertit: *caligo populos, in Hebræo est, & caligo tribus, quod vt Hieronymus ait, propriè refertur ad Iudæos, quibus Dominus dixit: in peccato uestro moriemini. Præterea tenebræ operient terram: & caligo populos, quia vt inquit Lyranus, extra Ecclesiam erunt ubique tenebræ, in Ecclesia uero lux, quia in ea Christus est usque in finem sæculi, Matth. vlti. De quo in Esaia pater ait, posui te in lucem gentium: ut sis salus mea usque ad extremum terræ.*

7
Esa. 32. Caligare negantur oculi fidelium in Ecclesia Esa. 32. *Non caligabunt oculi uidentium: & aures audientium diligenter ascultabunt.* Quod de conuersis ad fidem, tam ex Gentilibus, quam ex Iudæis, Hieron. & Cyrillus exponunt, Procopius, & Haymo, & certe de his Dñs dixit Luc. 10. *Beati oculi qui uident quæ uos uidetis, & aures quæ audiunt, quæ uos auditis.* Vbi autem uulgata vertit, non caligabunt oculi uidentium, Sept. trãstulerunt: *Non erunt confidentes in hominibus.* Id est non habebunt fidem tantum humanam: quæ sæpe cæcus cæcum ducit: Sed diuinam, *Quia erunt omnes docibiles Dei.* Ioan. 5. De Iudæis uero incredulis, qui traditiones humanas credebant, iuxta illud. *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem uestram.* Legimus è contrario Esa. 59. *Expectauimus lucem, & ecce tenebræ, &c. impegimus in meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.* Quia cum Iogo tempore Messiam expectassent: tandem uenientem non receperunt, dicentes: *Non potest hic esse à Deo qui Sub- batum non custodit, & dæmonium habes.* Et nunquid à Galilea Christus uenit: Ioann. 7. Sic explicant Cyrillus, Theod. & Hiero.

Hiero. Esa. 60.
Hiero.
Ioan. 8.
Lyra.
Matt. vlti.
Esa. 49.
Esa. 32.
Hiero. Cyril. Procopius, Haymo. Luc. 10.
Ioan. 5.
Matt. 15: Esa. 59.
Ioan. 9.
Ioan. 8.
Ioan. 7.
Cyril.
Theod.
Hiero.

CAPVT XX.

Calix, crater, cratera.

בוס
1
Virgilius.
2
Hierony. Matth. 22.
3
Psal. 15.
4
Matth. 20.

CALIX Hebraicè dicitur Cos, & in plurali Cogoth. Gen. 40. Calix genus est poculi, quo bibimus: sic dictū quod ueteres, non tantū frigidū, sed & calidum in poculis adhibebāt. Crater uero poculū maius est, quo sollemnioribus epulis uti solebant, ut Virgilius ait 1. Æneidos. *Crateras magnos statuunt, & uina coronant.* Crater etiam uocatur receptaculū illud lapideū, in quod è fontū fistulis aquæ decidunt, quod & labium dici solet. Calix in scriptura per metaphorā passionem denotat, ut docet Hierony. super illud Matth. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* de quo uide lib. 2. in dictione Bibere, num. 5. in eodē sensu accipitur Matth. 26. ubi Dñs in horto dicebat: *Pater si possibile est transeat à me calix iste.* & apud Ioan. *Calicem quem dedit mihi pater non uis ut bibam illum?* Calix etiam pro passione tam Christi, quam martyrum accipitur. Psal. 15. *Dñs pars hereditatis meæ, & calicis mei, &c.* hic enim Psalmus prædictus est à Dauid, non in sua persona, sed in persona Christi. ut probat Petrus Acto. 2. quia Dauid uidit corruptionē, hic autem dicitur: *Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem.* Dicit ergo Christus: *Dominus pars hereditatis meæ, id est Ecclesiæ.* vnde Theodoret. Calliod. & Iansen. dicunt: *Hæreditatem nuncupat gētium regnum, calicem uero mortem, quā pro nobis sustinuit, dicit ergo Dominus, id est Deus pater est pars, id est merces hæreditatis meæ, id est Ecclesiæ: & calicis passionis meæ, id est etiā est præmiū passionis meæ: Lyranus uero calicē accipit pro passione sanctorum, quorū pars, id est merces est ipse Deus. Quando igitur Christus dixit Iacobo & Ioāni: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* modum illis dedit, quo possent plus habere, quam petebant, quia terrenum illi volebant regni honorem, Christus uero calicem illis propinauit, quo Deū ipsum pro parte mercedis consequerentur. Calix inebrians dicitur consolatio spiritualis, maximè quæ de tribulationis merito, & spe cælestiū promanat. Sic Dauid*

dicebat in propria persona Psal. 22. *Im- pinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians, quā præclarus est.* Quod nō de temporalī abundantia in terra quidem promissionis reuerfus à terra Moab Propheta dicebat, ut deceptus putauit Lyra. & post eum Vatablus: sed de consolatione spirituali, & spe cælestium bonorum, ut exponunt Ianse. & Genebrar. Cumq; Dauid pars fuerit Ecclesiæ: certe & in sua persona, & in persona totius Ecclesiæ, hæc cecinisse putandus est. ut exponunt Hierony. Aug. Gloss. & Cassio gaudet enim Ecclesia, & spe cælestium inebriatur, dū audit filiū Dei dicentem: *Vado parare uobis locū. Et merces uestra multa est in cælis.* Mysticè uero, ut exponit Theodoretus. Item Genebrard. Oleū capitis unctiōne sacerdotum, & calix poculum sanguinis Christi significat. De quo Ioā. 6. *Sanguis meus uere est potus.* Calix mortem etiam pro Christo significat Psal. 115. *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Vbi Lyr. putat uerba esse Dauidis in persecutiōne Absalon se se morti propter Deum si opus esset offerentis, dum modo ab illo conflictu liberaretur. Sed Apostolus 2. Cor. 4. priorem huius Psal. partē sibi, & martyribus applicat: quorum hanc esse uocem Hieronymus putat, & ubi uulgata vertit calicem salutaris, in Hebræo legimus calicē Iesu accipiā, subditq; Hierony. *Grandis res est martirium, quoniam retribuit Domino, quod accepit à Domino, & August. ait. O homo quis dedit tibi calicem salutaris, quem accipiēs retribuas ei: nisi ille, qui Ioanni & Iacobo dixit: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* & cum dixissent: *Potestis, ait, calicem quidem meum bibetis.* Sic etiam exponit Theodor. Itē Remigius & Gloss. de calice martyrij, sicut Basil. & Cypria. lib. 3. ep. 25. sed Chaldæus vertit calicē redemptionis potabo, id est præmiū futuri sæculi, ut exponit Genebrar. Nā de expositione Vatablicum Rabbini nihil est curandum. Calix in scriptura frequenter poenam denotat, & supplicium pro peccatis, vel in hac uita, vel in alia, ut diximus lib. 2. in uerbo Bibere. nu. 6. 7. 8. ubi varia expositionum scripturarum loca in hoc sensu Isa. 51. f. g. Hiero. 25. d. f. & capit. 51. a.*

Psal. 22.
Lyranus.
Vatablus.
Hierony. Aug. Gloss. Cassiodor. Ioan. 14. Matth. 5.
Theodoret. Genebrard.
Ioan. 6.
Psal. 115.
Lyr.
2. Cor. 4.
Hierony.
August.
Matth. 20.
Theodoret. Remigius. Glossa. Basil. Cyprian. Chaldæus. Genebrard.
6

Threno. 4. d. Ezech. 2. 3. e. Habac. 2. d. Pſal. 10. Spiritus procellarum pars calicis eorum, & Apoc. 16. d. Pſal. 74. Calix in manu Dñi vini meri, &c. Et inclinavit ex hoc in hoc. Idest ex omni parte. Neq; enim Græce vel Hebraicè habetur ex hoc in hunc, vt legit Aug. Sed ex hoc, in hoc, vt notat Ianſe. bibent omnes peccatores terræ, quia vt notat Lyra. Iudaos Dñs puniuit per Chaldeos 4. Reg. vlti. Deinde Chaldeos percussit per Medos, & Perſas sub Cyro Danie. 5. Perſas postea per Alexandrū, & Macedones, Dan. 8. sub typo, Arietis, & Hyrci, deinceps Macedones per Romanos: quod si Romani, & reliqui nō respiciunt, ad huc fœx eius nō est exanata. sed manet supplicij eter nū, de quo Matt. 25. *Ite maledicti in ignē eternū.* Vide quē diximus de expositio ne huius Pſal. de calice meri vini, & mix ti in verbo bibere Num. 8.

Calix aquæ frigide Matth. 10. est mi nimū refrigeriū, quod fidelibus exhibitū intuitu Christi non remanet sine gloriæ mercede. ¶ Postremo de calice sanguinis Christi, Matt. 26. egimus lib. 2. in dictio ne Bibere nu. 1. 3. & de eodē li. 4. in ver bo Eucharistia. ¶ Calix aureus Babylon vide lib. 1. in verbo argentum num. 15.

Crateri tornatili cōparatur vmbilicus sponsæ Cāt. 7. *Vmbilicus tuus, sicut crater tornatilis, non indigens poculis.* Estq; ven ter Deiparę virginis Marię de quo Luc. 11. mulier Domino dixit: *Beatus ueter qui te portauit, vt exponit Ambr. li. de Insti tutione virginis ca. 14.* Vere inquit alius ille Mariæ, est crater tornatilis, in quo erat sapientia. Eodē modo exponit Ru pert. Nec indiget poculis: *Quia nec similit̃ uisa est, nec habere sequentē.* Sed Greg. præ dicatōrē sanctum, craterē per metaphorā appellari censet, plenum vino sapientiæ, vt ipse prius impleatur, deinde alios me briet. iuxta illud Matt. *Qui autem fecerit, & docuerit: hic magnus uocabitur in regno celorum.*

Crateræ significant Apostolos, & simi les Esa. 2. 2. *Et figā illum paxillū, in loco fi deli, &c. & suspēdent super eum omnē gloriā patris eius, uasorum diuersa genera: a uasis craterarū usq; ad uasa muscorū.* Vbi Hie ro. Christū exponit esse hoc loco paxillū, fixū in loco fidei, super quē pendent om nia uasa misericordiæ, idest omnes ele-

cti: crateras autē, inquit, puto esse Apo stolos plenos vitalibus aquis: de quibus dicitur. Pſa. *Benedicite Dñm de fontibus Is rael.* Vasa uerò muscorū, esse omnes qui Deū laudant. Hæc ille. Hos crateres effu dit filius Dei super omnē terram, quādo dixit: *Omnes docete omnes gentes.*

CAPVT. XXI.

Caluaria, Caluitium, decaluare.

Caluus Hebraicè dicitur Gabah, Leuit. 13. inde Gabahath calui tij depilatio. Sed caluaria dicitur totum caput carne nudum: am bru torū, quam hominum. Caluaria uerò lo cus Hierosolymis appellatus est ubi sup plicio afficiebantur dānati. Caluities uerò, seu caluiciū, est locus capitis, de quo capilli defluerunt.

De Caluaria loco, in quo filius Dei crucifixus est, legimus Matt. 27. Mar ci. 15. Luc. 23. Ioa. 19. Hiero. autē super Matt. 27. *Et uenerunt in eū, qui dicitur Caluaria locus, Hebraicè Golgotha.* quæstio nem mouet an iste locus, in quo Dñs cru cifixus est, sit ille in quo primus Adam sepultus est? & subdit audiui quendā ex ponentē, fuisse Caluaria locum, in quo se pultus est Adam, & ideo sic appellatum, quod ibi antiqui hominis sit conditū ca put. Favorabilis interpretatio, & mulcēs aurem populi, nec tamen uera. Extra vr bem enim loca sunt: in quibus truncātur capita damnatorum, & Caluaria decolla torū sumpsere nomen, &c. Adā uerò se pultum iuxta Ebron, & Arbez in Iosue volumine legimus. Hæc ille. Et certe vo catum Caluaria locum à capitibus decol latorum, non dubium est. Quod autem in eodem loco nō fuerit sepultus Adam, Hieronymus retractare uidetur aperte, in episto. ad Marcellam, nomine Paulæ & Eustochij, ubi tenet Adam primum sepultum in monte, in quo Dominus cru cifixus est. Quæ traditio fuit antiquissi ma: quam citat Origenes tractat. 32. in Mattheum, & Basilus super Esa. 5. item probat illā Athanas. sermone de Passione & Cruce paulo ante medium, Cypria nus sermo. de Resurrectione Epiph. lib. 1. cōtra Heres. Heresi. 46. in fine Amb. lib. 7. episto. 19. August. tractat. 84. in

Pſal. 67.

Matth. vlt.

I
גבא
גבא

2

Hierony.
Matt. 27.

Quæst.

Hierony.

Orige.
Basil.
Athanas.
Cyprian.
Epipha.
Ambr.
August.

Ioan.

Chrysof.
Euthym.
Theophy.
Lyranus.
Canus.

Iosu. 14.

Ioan. 12.

3

Isa. 3.

Isa. 15.

Hiere. 47.

Hier. 48.

Ezech. 7.

Ezech. 27.

Luc. 21.

4

Ioan. & serm. 7. 1. de tempore. Chrysof. hom. 84. in Ioan. Euthymius & Theo phylactus in Matth. 27. & ibi Lyranus, & inter recentiores. Cano de locis Theo logicis, libr. 1. aliq; eruditi. Neque ob stat locus Iosue 14. quem citat Hiero nymus, ubi dicitur: Hebron autem vocatur Cariatharbe, Adā maximus ibi situs est, quia Cariharbe nomen est ambiguū, & significat ciuitatem Arbæ gigantis, qui vocatus est Adam maximus, idest homo magnæ staturæ, Adam quippe non est ibi proprium nomen sed appellatiuum. De gigante uerò Arbe legimus Iosue 15. *Caleb filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda Cariatharbe patris Enach, ipsa est Hebron.* Vbi scriptura dicit: *Arbe pa trem fuisse Enach, & ciuitatem eius He bron.* Ergo filius Dei crucifixus est in lo co, ubi cadauer primi iacebat Adā: & ubi scelerati pœnas dabant, quia pro peccato primi parentis fatissacere, & peccatores omnes redimere, mirabili consilio decre uerat. Ideo de morte crucis suæ prædixit Ioan. 12. *Et ego si exaltatus fuerō à terra, omnia traham ad me ipsum,* idest pœnas de bitas peccatoribus suscipiam, & eos à cul pa redemptos ad cœlestia mecum trahā.

Caluitium olim signum erat tristitiæ, seruitutis, & captiuitatis. Sic de captiuitate Iudæorum sub Tito & Vespasiano dicitur expositore Hieronymo. Iſai. 3. *Et erit pro Crine crispante caluitium.* & de cap tiuitate Moab sub Chaldæis Iſa. *In cun ctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur.* Item de Gaza Philisthinorum, quam Pharao depopulatus est prædixit Hieremias: *uenit caluitium super Gazam.* & cap. 48. de captiuitate Moab ab Assy riis. *Omne caput, inquit, caluitium.* de Hie rusalem quoq; vastata ab exercitu Chal dæorum Ezech. *In uniuersis capitibus eorū caluitium.* & de Tyri desolatione cap. 27. *Nautæ, &c. radent super te caluitium.* Ad hanc ergo consuetudinem respiciens for tasse Dominus, qua victis & captiuis ca pilli radebantur, vt ostenderet martyres suos, non esse victos, sed mundi victores, ait. *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de capite uestro non peribit,* idest longe eritis à caluitio serui tutis.

De captiuitate quoq; decem tribuum Iſraël sub Salmanasar & Senacherib præ

dicitur Michee 1. *Dilata caluitium tuum, sicut Aquila.* Vbi magnum luctum signifi cat, qualis est Aquilæ, quæ in senectute omnibus ferè plumis à capite nudatur. vt notant Hierony. super Iſai. *In illud Assu ment pennas, ut Aquilæ.* & Ambro. ser. 54. August. super Pſal. *Renouabitur ut Aquilæ iuuentus tua.* & ibidem Euthymius. Prouo cabat ergo Propheta populum Iſraël ad pœnitentiā: similitudine caluitij Aquil arum, vt sicut illę omnes plumas, sic pœ nites omnia uitia deponant, tunc enim il lis quadrabit, quod Dominus ait: *Beati qui nunc lugetis, quia ridebitis.* & apud Matth. *Beati qui lugent.*

Vacare ad caluitium, est vocare ad pœ nitentiam. Sic exponunt Hierony. & Cy rill. illud Iſa. *Vocauit Dominus ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium.* Vbi Septuag. vertunt: *Ad rasuram capitis,* nec sine my stica significatione consueuerant Iudæi in signum pœnitentiæ radere capita, sed de notabatur anima peccatrix omnium vir tutum ornamentis, quibus coronari de buit esse priuata. Porro super mortuo ra dere caput, prohibebantur de more Gen tilium. Deut. 14. *Nec facietis caluitium super mortuo.* Addit etiam Lyran. hoc loco denotari quoq; hac prohibitionē spem su peresse resurrectionis, neq; debere fideles pro mortuis, profuse flere. Vnde Domi nus viduæ iuxta Naim filium defunctū plus nimio ploranti dixit: *Noli flere.*

In expugnatione Tyri, dum adhuc es set insula, milites Nabuchodonosor ita la borauerunt, vt dicat Ezechiel. *Omne caput decaluatum est, &c.* pro quo labore dedit Deus regi Nabuchodonosor terrā Ægy pti, de quo egimus libr. 1. in verbo Ægy ptus num. 11. Quis autem fuerit iste Na buchodonosor, qui Tyri cœpit, autores dubitant, Hierony. hoc loco putat fuisse Cambysem filium Cyri regis Persarum. Alij dicunt fuisse quidem Magnum Ale xandrum cognominatum iure Nabucho donosor propter regnū Babylonię quod cœpit, cuius reges sic sunt cognominati. sed supra ostendimus in verbo Calcare, nume. 15. fuisse Nabuchodonosor illum magnum qui cepit Hierusalem, teste Iosepho, qui & alios citat autores.

Mich. 1.

Hierony.
Iſa. 40.
Ambrosi.
Pſal. 102.
Euthymius.

Luc. 6.

Matth. 5.

5
Hierony.
Cyrillus.
Iſa. 22.

Deut. 14.
Lyranus.

Luc. 7.

6

Ezech. 29.

Hierony.

CAPVT XXII.

Camelus.

CAMELVS Gamal dicitur Hebraicè in singulari, vt patet Leuit. 11. & Deut. 14. sed Cameli in plurali, & animalia velocia vocantur Hebraicè Chircharoth Isa. 66. in carucis.

Camelus animal est logis cruribus, magno collo, & inter quadrupedia sitim per triduū dicitur tolerare imo & quatrduo. Arabici cameli bina habēt in dorso tubera: Baetiani verò vnū. de quo Pli. lib. 8. c. 18. Arabici ob cursus velocitatē Dromedarij vocātur, sunt animalia immūda, quia licet ruminent vngulā minimè diuidāt. Nō his dissimiles sunt mali christiani, qui partim sunt mūdi, quia fidei mysteria rumināt, sed partim immūdi, quia vngulā per discretionē bonorum operū minime findunt, quippe qui Deo pariter & mūdo seruire volunt. Cū contra Dñs dicat: Nemo potest d. obus dominis seruire.

Camelionū inundatio denotat gentiū conuersionē ad fidem. Isa. 60. surge illuminare Hierusalem. & infra. Inundatio camelionū operiet te: Dromedarij Madia & Epha. Sic explicat Hiero. Haymo, Cyril. Proc. Glos. & Lyran. &c. quia per camelos peccatores gibo scelerū onerati significantur, vt Hierony. ait. de quibus Dñs: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Theodoret. & Procop. Diuites & opulēti ex gentibus, quasi Cameli inquit & Dromedarij sunt, qui pro diuitiis congregandis labores subeunt immēfos. Dromedarij verò Arabici, qui duos gibos habere dicūtur, illos significāt, qui onera Christi, & seculariū pariter dignitatum habere præsunt, & sicut Cameli ad onera suscipienda vsq; ad humū inclinantur, quibus consultit filius Dei in Euangelio, dicens: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.

Illud autē expositoribus ingerit difficultatē, quod Dñs ait apud Matt. Marc. & Luc. Facilius est camelū per foramen acus tra sive, quam diuitem intrare in regnum celorum. Hac enim phrasi impossibilē adiutum regni celorum diuitibus insinuare videtur. Et quidē Glossa, ne rē adeo impossibilem quis putaret, refert Hierosolymis

olim fuisse portā, cui foramen acus nomē erat, per quam Camelus onere deposito posset intrare. Diuitiis itaq; superfluis in pauperes erogatis poterit diues saluari. Hanc expositionē sequuntur Anselmus, & D. Tho. super Math. & Caiet. sed cū in nulla historia fide digna de hac porta mentio fiat cōmentitia videtur inuentio. Secunda expositio est Greg. lib. 35. Moral. in illud Iob. Et sex milia camelorum. Cameli nomine Christū intelligit, foramen autem acus passionē eius, quā facilius Dñs pro nobis subiit, quā elatus diues ad animā salutē humilietur. Tertia sententia est Origenis, per Camelum Gentilicum populum designari, qui facilius conuertitur, & per viam arctam Euangelij, quasi per foramen acus ingreditur, quā diues superbis. Quæ quidē expositiones mysticę sunt. Vnde quarta sententia est Theophylacti, funem crassissimum Græcè vocari Camelū, cuius in rebus nauticis vsus est, hic quamuis integer per foramen acus transire nequeat: posset tamē intrare paulatim, si in subtiliora fila diuideretur, quæ probabilis expositio videtur. Postremo sententia Hieronymi est, & Chrysof. quā interlinealitenet, & Lyran. impossibilem quidē ostendi salutem diuitem, si ad naturæ vires, & cursum attendamus: sicut impossibile est camelum vastū animal transire per foramen acus, Deo autē esse possibile, qui supra vires naturæ gratiam elargitur: Quidā nō est impossibile apud Deum omne uerbum. Luc. 1.

Camelum deglutire & excollare culicem Matth. est peccata maxima sine cōscientiæ remorsu committere: minima verò quasi ingētia perhorrescere. Ita Origines tract. 25. in Matth.

CAPVT XXIII.

Caminus, Clibanus.

CAMINVS Vel fornax Hebraicè dicitur Cor, vt habes 3. Re. 8. Caminus græcū nomen καμινος latine fornax, estq; & locus, vbi ignis struitur, vel etiam qui supra focum fumum excipit, & foramine supra tectum foras mittit. Clibanus verò differt à camino, quod sit instrumentum ferreum, vel luteum pani coquendo, vel placentis, & aliis id ge-

Anselmus. D. Thomas. Caietanus.

Gregor. Iob 42.

Origen.

Theopny.

Hierony. Chrysof. Glos. interl. Lyranus.

Luc. 1.

4 Matth. 23.

Origenes.

753

1

nus cibus appositum. Est itaq; minor furno & portatilis, ille verò maior & stabilis.

Caminus per metaphoram in scripturis vocatur humilitas, & paupertas, omnifq; aduersitas. Sic Ecclesiastici 2. In igne probatur aurum: homines autem receptibiles in camino humiliationis. & Isa. Elegi te in camino paupertatis, quod ad populum Iudaicū, vt Hiero. Glossa, & Lyranus exponunt, quando premebatur in Ægypto operibus luti & lateris refertur. Mysticè verò de primitiua Ecclesia dicitur: in qua Dominus pauperes elegit. Sicut Matt. 4. Andræam, & Petrum piscatores: Venite dicens post me, & faciam uos fieri piscatores hominum. & Luc. 6. Vocatis discipulis suis, elegit duodecim ex ipsis, &c. & capit. 10. Designauit Dominus alios septuaginta duos.

Caminus feruorem interdum denotat charitatis, & zelum animarum. Sic legitur apud Zachar. Ponam principes Iuda sicut caminum ignis in lignis. De quo sunt duæ expositiones. Prior Cyrilli, qui de Apostolis explicat, qui sedata Iudeorum persecutrone, qui prædicatione & miraculis totum orbem inflammauerunt, fructumq; mirabile fecerunt, iuxta quod illis Dominus dixerat: Ego elegi uos, & posui uos, ut uatis, & fructum afferatis. & apud Lucam: Ego ueni ignem mittere in terram. Propterea apparuerunt in die Pentecostes super Apostolos: Dispersite linguæ tanquam ignis. Eodem modo exponit Vatablus. Posterior expositio non minus probabilis est Hieronymi, Glossa, & Lyran. de Apostolicis uiris intelligit sedata in fine mundi Antichristi persecutione: quando propter electos breuiabuntur dies illi, idest Antichristi.

Caminus ignis diuinam quoque denotat uisionem apud Malachiam: Ecce dies uenit succensa quasi caminus. Quod de die finalis iudicii exponunt Hieron. Cyrillus, Glossa, Lyran. & Vatablus, itē Hebræi. Dicitur autem quasi caminus: Quia stelle cadent de celo, uidelicet crinitæ, & exhalationes igneæ.

Clibanus etiam pro diuina uisione ponitur in Psalm. Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui. Quod de hostibus Dauid Vatablus, & Iansenius exponit: sed de hostibus Christi iuxta literam in-

telligunt Hieronymus, Augustinus, Lyranus, & Genebrardus. Pones, inquit, eos instar fornacis ardentis, quod sub Tito & Vespasiano completum est. Ita ut non relinqueretur in Hierusalē lapis super lapidem, quod verò ait in tempore uultus tui, idem est atque in tempore iræ tuæ, ut ait Genebrardus. Quia uultus Dei pro ira ponitur: sicut etiam notant Theodoretus & Vatablus. iuxta illud Psalm. 33. Vultus autem Domini super facientes mala. Porro Chaldaeus ad vindictā ignis eterni refert dicens: Deus inflammauit eos, consumme: eos igni gehennæ.

Caminus ignis pro gehenna ponitur Matth. 13. Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis.

Pedes eius similes Aurichalco, velut in camino ardenti Apocal. 1. vide Aurichalcum.

CAPVT XXIII.

Campus, Canales, Candaces Regina.

CAMPVS Hebraicè Bicaa, sic legitur Genes. 11. inuenerunt campum. & Deut. 8.

Campus latum spatium significat & planiciem dicitur ab eo quod capiat multitudinem, & plantarum, & animalium. Sic campestria vocantur loca plana, Deuter. 2. Per uiam campestrum. & capit. 11. Qui habitat in campestribus. Sic legitur ciuitates campestris, idest in planicie sitas 2. Paralip. 28. Et stetit Iesus in loco campestri. Luc. 5. idest in loco plano: mysticè verò in loco stetit campestri, quando factus homo humane cepit cum hominibus, & familiariter agere.

Campos ubertate repleti abundantiam spiritualium bonorum in Ecclesia per metaphoram significat Psalm. Et campi tui replebuntur ubertate. Quod licet de reditu populi à Babylonica seruitute Lyranus exponat, quando campi Iudææ reflorescerent; nihilominus tamen Vatablus de abundantia bonorum spiritualium & temporalium in Ecclesia putat intelligendum, & ante eum Theodoretus, Hierony. Aug. Cassiodorus, & alij: addit Iansenius, si hunc Psalmum ad Christum referamus, altius intelligēdi sunt montes,

Hierony. August. Lyran. Genebrard.

Luc. 19.

Theodoret. Vatablus. Psal. 33.

Chaldaeus.

6

Matth. 13.

753

1

Deut. 2. Deut. 11.

2. Para. 28.

Luc. 5.

2

Psal. 64.

Lyran.

Vatablus.

Theodor. Hierony. August. Cassiodorus. Iansen.

colles desertū, & cāpi. Quid ergo sunt hi cāpi nisi Ecclesie plenæ messibus, vt ait Augustinus, de quibus Dominus: *Videte regiones, quia albe sunt ad messam.* & Lucæ 10. *Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.*

3
Campos gaudere, denotat abundantiam bonorum omnium, in aduentu Christi. Psal. 95: *Gaudent campi, & omnia quæ in eis sunt, & c. à facie Domini, quoniam uenit in dicare.* Sic exponunt Hierony. August. Cassiod. Lyranus, Vatab. Genebrard. & Theodoret. qui addit Symmachus vertit: *Gaudebit ager, & omnia quæ in eo sunt.* Explanās verò zizaniorū parabolā Mat. 13 dixit: *Ager est mundus.* Dicit ergo omnia gaudio, & voluptate plena fore. Hec ille: quòd de primo aduentu Dñi intelligit, in quo suauiter iudicare cepit terrā: ideo gauisi in eius aduentu cāpi dicuntur: Iansenius tropice dictū putat, sicut prata rident. Sed Lyranus accipit continens pro contento, id est cāpos, pro habitatoribus cāpestriū, quales erant pastores, quibus Angelus dixit Luc. 2. *Annuntio uobis gaudium magnū, quod erit omni populo.* Aug. Cāpos hic intelligit æquabiles, & mites: de quibus Matt. *Beati mites.* Ideo nato Salvatore crudelis Herodes turbatus legitur Matth. 2. *Mites uerò Magi uidentes stellam gauisi sunt gaudio magno.* Deniq; Euthymius de tempore iudicij finalis exponit, sed magis quadrat superior expositio, quia etiā in carne mortali cœpit iudicare in parabola vinee Matth. 21. *Filius Dei.*

4
Campi descendere, & mōtes dicuntur ascendere, quando separatæ sunt aquæ in locū vnum, & apparuit arida partim cāpestis, partim verò montuosa. Sic explicat Vatab. illud Psal. 103. *Ascendunt montes, & descendunt campi in locum quem fundasti eis.* Quamuis Theodo. Montes fluctus aquarū instar montiū intelligit, cāpos verò planiciem equoris, sed mysticè, quidē Aug. montes persequutionū fluctus contra iustos exponit. de quibus Luc. *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meū.* Cāpos verò animos persequutorum iam placatos.

5
De campis syluæ, vide supra libr. 1. in verbo Audire num. 15.
Campi flos Christus dicitur Cant. 2. *Ego flos campi.* Hebraicè rosa Saron. Sic vertit Vatab. sed Saronites est planicies

quæcunq; cāpestis: ideo Septuag. vertit *αἱ ῥοσὶ τοῦ πεδίου.* Flos campi. & Chaldaicus rosa campi. Et quidē Origen. ho. 3. in cantica putat cāpum appellari populū Iudæorū, qui per Prophetas & legem colebatur. Horum itaq; flos Christus fuit, vt habes Matth. 1. *Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham, &c.* Secunda expositio Glossæ, quasi dicat, Christus flos sum campi: colēdus est campus tuus ò sponsa, vt ego germinem apud te. Propterea dicebat Dñs operariis: *Quid hic statis tota die ociosi?* Sed pulchrior expositio Ber. ser. 47. in Cant. Vt flos, inquit in horto floreat hominum manu, & arte colitur. Cāpus autem ex semetipso producit flores, absque vilo humanæ diligentie adiutorio: sic Christus ex campo nascitur vteri virginalis Mariæ sine operi viri. Vnde: *Inuenta est in utero habens de Spiritu sancto.* & dixit Angelus ei: *Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi.*

6
Campus geminans de profundo in lib. Sapientie dicitur: *Alucus maris Rubri, desiccatus admodum campi germinantis, quando transiit duce Moysse populus Hebræorum:* vt exponit Lyran. Sic populus Gentilis, quem multo tempore operuerat fluctus erroris, viā fecit Christi discipulis, & opera virtutum subito germinauit. de quo apud Isa. Ecclesie dicitur: *Tunc mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris.*

7
In medio camporum fontes denotant in toto terrarū orbe gratiam & doctrinā Euangelicam scaturientem gentibus. Sic Dñs dixit Isa. 41. *Ponam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes.* Ita exponit Hierony. Cyrill. Vatablus, Procop. Theodoret. Haymo, & alij Catholici patres. de quo Dñs: *Multi ab Oriente & Occidente uenient.* Matth. 8.

8
Campus idoli vocatur Damascus Syriæ, propter planiciem situs. Amos 1. *Cōteram uestem Damasci, & perdim habitatorē de campo idoli.* Sic exponit Hieronymus: Notatq; idolū Hebraicè vocari on, quæ vox inutile interpretatur & vanum, vt ostendatur vanum esse idolorum auxiliū. Bene autem in campo, siue lata via sunt in vtilia in ueneratione: postposito verò Deo, quia lata est via, quæ ducit ad perditionem.

Chaldaus.
Origen.
Matth. 1.
Glossa,
Matth. 20.
Bernard:
Matth. 1.
Luc. 1.
6
Sap. 4.
Lyran.
Isa. 41.
Hierony.
Cyrill.
Vatablus.
Procopius.
Theodo.
Haymo.
Matth. 8.
8
Amos 1.
Hierony.
Matth. 7.

Canales dicuntur per quos aqua confluit, de quo vide in verbo Capillus & Coma, ubi explicatur illud Cantic. 7. *Coma tua sicut purpura regibus iuncta canalibus.*

¶ Candacis Regina: de qua mentio fit Act. 8. *Quænam fuerit.* vide in verbo Aquilo Num. 10. *Est Regina Austri & Saba.*

CAPVT XXV.

Candelabrum.

מְנוּרָה

1
Zach. 4.
Hierony.
Matth. 5.
Luc. 6.
Lyran.
Vatablus.
Luc. 1.
Rupertus.
Ioan. 20.
3
Matth. 5.
Hierony.

CANDELABRVM Dicitur Hebraicè Menorah Exo. 25. *Facies candelabrum.*

Candelabrum instrumentum est candelis aptandis, Candela verò dicitur à Candore.

Quæri autem solet quid significat candelabrū in illa uisione Zachar. 4. ubi legitur: *Ecce candelabrum aureum totum.* Ad quod Hierony. candelabrum, inquit Hebræi legē interpretantur, & lucernā lucentem super ipsum Christum: *Quæ non uenit soluere legem, sed adimplere.* Sed nostri subdit Hiero. candelabrū Ecclesiam intelligunt, aureū verò sensum spirituale, lampadem Christum, qui est caput Ecclesie, de quo Matth. 5. & Luc. 6. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum.* Porro Lyran. Quia candelabrum erat vltimū, quod in tēplo collocabatur. Ideo per uisionem candelabri ædificium tēpli sub Zorobabele non solum inchoandū, sed & consummandū significari putat. In qua ille expositione relictis patribus, & antiquis etiā Hebræis, recentiores Rabbinos sequitur, melius tamen Vatab. candelabrū Christum exponit, aurū autem eius purum humanū corpus de Spiritu sancto conceptum. iuxta illud: *Spiritus sanctus superueniet in te.* Postremo Rupert. candelabrū aureum totū, post resurrectionem Christū intelligit, quando absorpta mortalitatis scoria Sole splēdidior resurrexit. Septē autem lucernæ, septē sunt Spiritus sancti dona, quæ dedit Apostolis, dicens: *Accipite Spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata remittentur eis.*

Quod verò dicitur Matth. 5. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrū.* Hierony. explicat his ver-

bis: *Docet, inquit, fiducia prædicandi, ne Apostoli abscondantur ob metū, sed tota libertate se prodant.* Itaq; candelabrū secundū Hierony. locus est omnibus conspicuus & manifestus, in quo docere debet, nō in angulis, Ecclesie doctor. Sic etiā Chrysof. & D. Tho. in Commenta. Sed Glossa, Beda: Candelabrū Ecclesiam intelligit, super quā doctor constitutus, non sub modio propriæ sensualitatis. vt etiam August. ait, sed in cōmune bonū omnes illuminat. Porro Hilar. Can. 4. in Matt. mysticè quidē, ait, lucernā super candelabrū Christum esse in Cruce suspensum, vt exemplo virtutum omnium in vniuersa luceat Ecclesia.

Secundū hanc eandem phrasim candelabrum metaphorice pro Ecclesia sumitur. sic Apoc. 1. *Et conuersus uidi septē candelabra aurea.* & infra. *Candelabra septem, septem Ecclesie sunt.* quas uidelicet fundauerat Ioannes in Asia minori, quæ vt inquit Rupert. vniuersalē Ecclesiam representant: aurea verò dicuntur, quia vt Glossa notat: Aurum igne probatur, & ictibus extenditur, sic Ecclesia tentationibus probata fulget, & dilatatur, sed non consumitur. iuxta illud Matth. 16. *Et portæ inferi non preualebunt aduersus eam.*

Candelabrū mouere de loco suo, phrasim est Apoc. 2. *Age pœnitentiam, sin autem uenio tibi cito, & mouebo candelabrum de loco suo.* Vbi Aretas, & Ansbertus putant hoc scriptum ad ipsam Ecclesiam Ephesinam, quæ est vna de septem candelabris: de quibus supra dixit: *Septem candelabra, septem Ecclesie sunt.* Cæterum istæ admonitiones non ad ipsas Ecclesias, sed ad Angelos Ecclesiarū fiunt: quos diximus Episcopos esse libr. 1. in verbo Angelus, num. 27. ergo secunda expositio Victorini est mouere candelabrum esse plebem spargere, quòd non est improbabile, quia percusso pastore propter peccata sua dispersi solet grex, vt habet Zach. 13. *Nihilominus tamen melius explicat hanc phrasim Haymo: Vt candelabrum accipiat pro loco vel dignitate Episcopali, quæ locus virtutis est in exemplum fidelium, sicut Matth. 5. dicitur. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, id est in loco virtutis omnibus manifesto ego mouebo candelabrum, id est auferam Episcopalem digni-*

Chrysof.
D. Thom.
Glossa,
Beda.
August.
Hilarius.
4
Apoc. 1.
Rupertus.
Glossa.
Matth. 16.
5
Apoc. 2.
Aretas.
Ansbertus:
Victorini.
Zach. 13.
Haymo,
Matth. 5.

CANIS Dicitur Hebraicè Cheleb. Exod. 11. & in plurali Chelebim, & Chelebi.

Canis animal latrabile à canēdo dictū, quia latrādo signū canit. vnde Columella lib. 7. Quis hominū clarius, aut tāta vociferatione bestiam, aut furem prædicat, quam ille latratu? Quis famulus amātor Dñi? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor vigilantior? quis vltor, aut vindex constantior? Denique de natura canū lege Pli. lib. 10. c. 63.

De cane phrasēs sunt variæ in scriptura: Non mutire canem est nullā esse perturbationē. Exo. 11. Apud filios Israel non mutiet canis. Sic & Iudit. 11. d. Canis mortuus dicitur res vilissima. 1. Reg. Canem mortuum persequeris rex Israel. Itē 2. Reg. 3. Præterā caput canis vocatur res vilipendenda. 2. Reg. 3. Deniq; canem pro re vili inuenies Deut. 23. Non offeres pretium prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui. Quia vt notat Lyranus primogenita animalium immundorum non offerēbatur, sed pretiū eorū vt habet Num. 18. Ceterum primogenitus canis non offerēbatur, nec pretium eius, quia res vilis & turpis est. Item propter canis rapacitatē, vt ait Glossa. Putat autē Hierony. Oleaster non solum de pretio primogeniti, sed de cuiuscunq; canis intelligi pretio. Quis ergo Deo vel pauperibus offerūt vtiliora, quasi pretiū canis offerunt, cuius contrariū obtulere Magi, videlicet aurū, thus & myrrhā. Pro re etiā vili ponitur apud Iob. vbi ait: Quorum nondignabar patre ponere cum canibus gregis mei.

Canis reuersus ad vomitum apud Petrū est peccator relapsus in culpam, quod etiam habetur Prou. 26. Sicut canis reuersus ad uomitum suum sic imprudens, qui iterat stultitiam suam.

Quid autē sit apprehendere auribus canem, vide in verbo Apprehendere.

Canis viuus leone mortuo melior dicitur. Eccles. 9. quod duobus modis intelligi potest, vt notat super hunc locū Hiero. & Vatab. Prior sensus est, vt canis metaphoricè pro peccatore, & leo pro viro iusto capiatur: sic autē peccator viuens per poenitentia & opera subsequētia potest

merita

- Rupertus. D. Tho. Matth. 20. Matth. 25. 6 Apoc. 11. Hierony. Tyconius. Beda: Victorin. Hiero. i. Ansbertus. Aug. Damasc. Tertullia. Glossa. Richard. Ambros. Haymo. Rupertus. Anselmus. D. Thomas. Albertus Magnus. Lyran. Andræas Cesar. Aretas.

tatem & locum sublimem. In eadem expositione inclinant Rupertus & D. Tho. sic & malis agricolis, siue sacerdotibus Iudeorum dicitur: Auferetur à vobis regnum Dei. & Matth. 25. Seruo pigro talentum aufertur. Candelabra vocantur ipsi etiam prædicatores electi, sic legimus de duobus Prophetis aduersus Antichristum pugnantibus. Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra. Quod iam certum est Enoch & Eliā esse. Fuit autem de hoc olim non mediocris disceptatio, quia Hierony. in epistola ad Marcellam in dubium vertit, an sint adhuc mortales, & tempore Antichristi morituri: de quo nos latius libr. 4. in verbo Elias. Et certè Tychon. hom. 8. in Apoc. per duo candelabra nullo modo Enoch & Eliam, sed duo intelligit testamenta, sic etiam Beda, sed Victorinus alterum horum putauit esse Hieremiam, cui capit. 1. dicitur: Prophetam in gentibus deditē, & tamen non legimus illum ad gentes missum. Sed Ansbertus eius sententiam refutat: quia de multis gentibus Hieremias prophetauit, quod est ad illas esse missum spiritu nō corpore. Dicitq; hæc duo candelabra esse Enoch & Eliā, qui adhuc mortui non sunt. Et quidem illos viuere mortales, tenet August. libr. 9. de Genesi ad literam c. 6. & lib. 20. de Ciuit. c. 29. & Damascenus libr. 4. de Fide ca. 27. & Tertullia. lib. de Anima cap. de mortuis, vbi asserit esse venturos tempore Antichristi. Idē tenent super Apo. 11. Glossa, Richardus, Ambrosius, Haymo, Rupertus, Anselmus, D. Thomas, Albertus Magnus, Lyranus. Item Andræas Cesar. Aretas, qui ait. Fertur autem ex traditione præconū Christi, quod inuariabiliter in Ecclesia recipitur, ipsum quoq; Enoch venturum cum Elia Thebrite contra Antichristum, &c. Sed de hoc latius in verbo Elias. ¶ Candidum, vide in verbo Album. ¶ Dentes candidi, vide in verbo Dens. ¶ Dilectus candidus & rubicundus, vide lib. 1. in dictione Amor, & Dilectio. ¶ Dabo ei calculum candidum Apoc. 2. vide in verbo Calculus. ¶ Nubes candida Apoc. 14. in dictione Nubes. ¶ Candidum Byssinum, quære in dictione Byssus.

- כבב Columella. I Plinius. 2 Exod. 11. Iudith. 11. 1. Reg. 24. 2. Reg. 3. Deut. 23. Lyran. Num. 18. Glossa: Oleaster. Matth. 2. Iob 30. 3 2. Pet. 2. Prou. 26. Eccles. 9. Hierony. Vatablus.

- Matth. 9. Luc. 26. 4 Psal. 67. R. Salomō. Vatablus. Iansenius. Ephes. 4. Hierony. Lyranus. Genebrard. Theodoret. Symmachus. Matth. 23. August. Gregor. Ioan. 20. Luc. 10.

merita iusti demortui superare. Ita planè Matthæus peccator sequutus saluatore, multis demortuis iustis præstantior fuit. Posterior tamen explicatio magis quadrat, vt canis viuus denotet hominem vilem, qui præstat tyranno demortuo, tum in huius vite utilitatibus, quibus mortuus caret, tum etiam in spiritali salute, quam vilissimus quisq; consequi potest per poenitentiam, & augere, non autē diues mortuus, vt constat de diuite purpurato, qui nec aquæ guttam in flāmis gehennæ potuit obtinere.

Sed expositores disputant, quid significet versiculus ille Psal. 67. Vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Et quidem R. Salomō, & aliqui Hebræi, quos sequuntur Vatablus, & Iansenius putant in hoc Psalmo narrationem tantum esse beneficiorum, quæ in populum Israhel Dominus contulit, vel describi prælia Dauid. Et ita sensus est tanta erit hostium tuorum strages, vt de riuus sanguinis effusi pes tuus intingatur, & lingua canum tuorum ab inimicis ab ipso cruore rubescat: cæterum certū est sub cortice literæ huius de mysteriis Christi principali quidem intentione Spiritum sanctum egisse. Vnde Paulus de Resurrectionis & Ascensionis Christi victoria citat hunc Psalmum Ephe. 4. Agit itaq; de victoria Christi, & Ecclesiæ contra hostes suos Gentiles, & maxime Iudæos sub Romanis prostratos. Ita exponunt Hieronymus, Lyranus, Genebrardus, & Theodoretus, qui addit, sic Symmachus hanc clausulam explanat: Vt frangatur pes tuus cum sanguine, & lambat cruorem lingua canum tuorum, ab unoquoque inimicorum tuorum. Ostendit ergo Deū tanquam victorem, hostium suorum cruore effusurum in excidio Hierusalem, vt sanguinis riuos canes lambant. Ideo Dominus Iudæis dixit: Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram. Mysticè verò canes isti sancti prædicatores sunt ex inimicis, id est ex Iudæis conuerſi, quorum non dentes, sed lingua prædicans Euangelium sanguine Christi rubet. Ita Augustinus super Psalm. & Gregorius hom. 40. super Euangelium. Hos canes venaticos Dominus misit in mundum dicens: Sicut misit me pater, & ego mitto uos. & Luc. 10. Misit eos binos.

Canes metaphoricè Gentiles appellatur. Item Iudæi perfidi, denique hæretici. sic Psal. 21. qui de Christo est secundum communem patrum sententiā, Propheta in persona Christi dicit: Circumdederunt me uuli multi, & paulo post: Circumdederunt me canes multi. & infra. Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis unicum meam. Vbi Theodoretus obseruat metaphoras huius loci eleganter dispositas. Nam Iudæi congregauerunt concilium contra Iesum Ioan. 11. & de his dicit: Furi pingues obsederunt me: quia tauri admittuntur in sacrificiis Leuit. 17. Deinde Iudæi tradiderunt eum gentibus in mundis. iuxta quod Dominus dixit: Et tradent eum gentibus ad itadendum, &c. de gentibus ergo dicit: Circumdederunt me canes multi. Quia tamen Satanus cum his omnibus cooperabatur, de illo intelligit: Erue de manu canis animam meam. Quæ expositio elegans est, quia Gentiles in Scriptura canes vocantur propter sanguinem, quem gustare solent de hostiis idolorum. Ideo Gentili Chananæ Dominus dixit: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. In eodem sensu Ecclesiasti 31. dicitur: Quæ communicatio sancto homini ad canem? quod explanare videtur Paulus 2. Cor. 6. vbi ait. Quæ communicatio Christi ad Belial, aut quæ pars fidelicum infidelis? In quo etiam sensu exponit Hilarius illud Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, id est mysteria fidei, sanctūq; baptismū nolite dare infidelibus in suis vitis perseverantibus, nisi respicere velint, caninosq; mores exuere. Quamuis etiam de hæreticis exponat Hieronymus quādiu more canum lacerant tunicam Saluatoris: de quibus Paulus. Videte canes, uide dete malos operarios, uide dete concisionem.

Cæterum negari non potest, quin etiā Iudæi canes in scripturis appellentur interdum. sic explicat Eusebius libr. 10. de demonstratione cap. 8. quod diximus ex Psal. 21. Circumdederunt me canes multi. Propter insultum in Christum, & latratū contra Catholicos, imo etiā olim contra Prophetas. Nā de satellitibus Saulis contra Dauid legimus Psa. 58. Cōuertetur ad uesperā, & sanè patitur ut canes. Quia quasi magno latratu Dauid interficere moliebatur, sicut in titulo eiusdē Psal. legimus: Quādo misit Saul, & custodiuit domum Dauid, ut

- 5 Psal. 21. Ioan. 11. Leuit. 17. Matth. 20. Luc. 18. Matth. 15. Eccl. 13. 2. Cor. 6. Hilarius. Matth. 7. Hierony. Philip. 2. 6 Eusebius. Psal. 58.

Ifa. 56. *interficeret eum. De eisdem quoq; Iudeis, & maxime de doctoribus eorum dicit Ifaia: Canes multi non ualentes larrare, etc. Canes impudentissimi, quod quamuis aptari possit Catholicis quoque praedicatoribus & praelatis, qui vitia minime reprehendunt, sed suo potius indulgent ventri, vt explicat Greg super 1. Reg. 3. & Hiero. super Ifaiam. Nihilominus tamen Eusebius Caesariensis demonstrationis Evangelicae lib. 10. cap. 8. Iudaeorum primores canes huiusmodi fuisse dicit, qui non latraverunt contra eos, qui Christum, pastorem omnium crucifixerunt, sed contra pastorem ipsum cui bladiari potius debuissent: ideo legit: Non canes muti, sed stupidi, & amentes. Eodem modo Epiph. lib. 3. contra Antidicomarianitas, canes rabidos intelligit, qui neq; latrant, neq; Dominum agnoscunt, sed potius illum mordent. Sic filium Dei mordebat ut dicentes: In Beelzebub eiicit demonia: Et Samaritanus es tu, & demonium habes. Eodem modo de primoribus Iudeorum exponit Cyrillus super Ifaiam, & ibidem Glossa & Lyranus.*

Canes etiam detractores vocantur pacifici; diuifores. sic explicat D. Thomas, & Lyranus. illud Apoc. Egris canes, quos a ciuitate caelestis Spiritus sanctus excludit, in qua summa pax est. sic etiam Beda, quia de idolatris non potest intelligi: de quibus paulo post subditur & idolis seruietes.

Apprehendere auribus canem, vide lib. 1. in verbo Apprehendere.

CAPVT XXVII.

Canere, cantare, canticum.

CANERE Dicitur in Hebraeo Sur, vt patet Psal. 7. & 2. Reg. 19. & cantores Sarim.

Canere proprie est voce modulari, quam etiam dicamus tuba vel tibia canere. vnde Cicero. Quemadmodum, inquit, tibi sine tibiis canere, sic orator sine multitudinem audiente eloquens esse non potest, lib. 2. de oratore. In scripturis autem sacris quando in titulo alicuius Psalmi ponitur canticum Moyfi, vel Dauid, aut alterius: canticum significat laudem Dei, vel actionem gratiarum. Sic Iudith 16. Tunc cantauit canticum, id est gratiarum actionem. Et Psal. 38. Canticum Dauid. Cōposuit autem

hoc canticum, vt Theodoret. ait, quem sequitur Iansen. Cū fugeret Absalen, & Se mei cōtumelias prouocatus esset, vt in aduersis gratias ageret: quia vt dicit Psal. 39. in die mandauit Dominus misericordiam suam, & in nocte canticum eius, id est in tribulatione. Et Psal. 44. inscribitur: Canticum pro dilecto. Vbi laudat Deum pro aduentu Messiae. vt notat Theod. & Iansen. secundum omnes tam Hebraeos, quam Catholicos. Porro, quod Psalm. 64. Te decet hymnus Deus in Sion. in titulo ponitur canticum Hieremiae, non habetur in Hebraeo, neq; in exaplo, vt notat Theod. sed Psalmus est a Dauide cōpositus, quamuis respexerit ad captiuos in Babylonia sub Hieremia, & aliis Prophetis, sed de Ecclesia Christi vaticinium est, vt Iansen. notat, & Genebrard quia dicit: Ad te omnes caro ueniet. iuxta illud Matt. Multi ab Oriente & Occidente uenient. Sumi liter quod in titulo Psal. 65. ponitur canticum Psalmi resurrectionis, in Hebraeo non habetur, neq; in Septuag. neq; in exaplo, vt notat Theodor. Sed adiectum est, quia de liberatione populi Dei a periculis agitur sub spe resurrectionis Christi. Re-ete quoq; Psalm. 66. & 67. inscribitur Psalmus cantici, quia in utroq; agitur de laudibus Dei propter conuersionem gentium ad fidem Ecclesiae, & de liberatione fidelium ab infidelium crudeli tyrannide, vt notat Theod. Preterea in Psal. 74. inscribitur Psalmus cantici Asaph. Quia laudes continet Dei iudicaturi iuste, praemiumque iustis largituri, vt notant Genebrard. Theodor. & Iansen. Vnde Symmachus pro cantico vertit: Triumphalis de immortalitate, quia in fine dicitur: Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. quod fiet plane, quando Dominus dicet peccatoribus. Ite maledicti, etc. iustis vero: Venite benedicti, etc. vt notat Aug. & Cassiodor. Porro, quod Psal. 75. inscribitur canticum ad Assyrios indicat praedicti contra Senacherib, de cuius exercitu 185. millia Angelus Domini vna nocte deleuit. 4. Reg. 20. Ita Theodor. & Lyranus. &c. Additq; Theod. in Psal. Qui habitat in adiutorio Altissimi. Canticum inscribi, quia de eadem agitur strage Assyriorum. Preterea Psal. 86. in titulo ponitur canticum, quia de fundatione Ecclesiae in Christo super Apostolos, & maxime omnium supra Petrum, & de gentium vocatione laudatur Deus

Theodoret. Iansenius, Psal. 39. Psal. 44. Theodoret. Iansen. Psalm. 64. Theodoret. Theodor. Psal. 66. Theodor. Psal. 74. Genebrard. Theodoret. Iansenius. Symmachus. Matth. 25. August. Cassiodor. Psal. 75. Theodor. Lyranus. 4. Reg. 20. Psal. 86.

cum dicitur: Fundamenta eius in montibus sanctis. Ita Theodoret. Genebrard. Aug. Beda, Remig. Cassi. & alij patres: de qua Matth. 16. Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Deniq; cantare pro laudare. legitur frequenter Psal. 12. Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi. Sic Psal. 20. Psal. 29. Psal. 58. Psal. 67. Psal. 70. 88. 100. Psal. 149. Psal. 143. Psal. 97. Psal. 104. Psal. 137. Ifa. 5. 26. 42. b. 55. d. Hierem. 20. d. Ephes. 5. e. Coloss. 3. c. Iudic. 5. a. &c.

Cantare canticum nouum in Scriptura facra, vnum est tribus significat secundum obseruationem patrum, videlicet aut quod in illo cantico mysteria legis nouae contineatur, aut quod agatur de renouatione per gratiam veteris hominis, aut deniq; pro nouis tunc beneficiis acceptis gratias reddatur. Hos tres modos assignat expositores super illud Psal. 32. Exultate iusti in Domino, etc. Cantate ei canticum nouum. Vbi Hieronymus primam assignat rationem. Cantate, inquit, canticum nouum, quia nouus homo venit in mundum, nouam legem instituit nobis, nouam ecclesiam per baptismum. Eodem modo August. Cantate, inquit, ei canticum gratiae fidei. Secundam rationem tangunt Cassiodorus & Glossa. Cantate canticum nouum, quia non sufficit iustitia Pharisaeica: Nisi enim abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum & Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. Tertia expositio Lyrani, Vatabli, Iansenij, & Genebrardi. Quia noua inquirunt semper recipimus beneficia, noua debemus cantica gratiarum actionis exoluere. Agitur autem hic de beneficio in typo facto regi Ezechiae contra Senacherib, vt putat Theodoretus. Secundum has rationes intellige, quod dicitur Psal. 39. Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro, quia videlicet de incarnationis filij Dei beneficio fit mentio. Nam Heb. 10. ex hoc Psal. Paulus allegat: sacrificium & oblationem non uisisti, corpus autem aptasti mihi. Ita exponit Genebrard. Vatab. Lyranus, Hierony. Aug. Beda, Haymo, Cassiodo. & alij patres. Itē Psal. 95. Cantate Domino canticum nouum, quia etiam de Saluatoris aduentu fit mentio, vt Theodor. notat, scilicet: Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit. Idē habetur Psal. 97. & Psalm. 143. Item de eodem aduentu Christi. Ifa. 42.

Theodoret. Genebrard. August. Beda. Remigius. Cassiod. Matth. 16. Psal. 12. 3. Regula. Psal. 32. Hierony. August. Cassiodo. Glossa. Maech. 5. Lyranus. Vatablus. Iansen. Genebrard. Theodoret. Psal. 39. Heb. 10. Genebrard. Vatablus. Lyranus. Hierony. Aug. Beda. Haymo. Cassiodo. Psal. 95. Theodoret.

Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terrae. Sic de nouo testamento exponunt Hierony. Cyrill. Procop. hic & Iren. lib. 4. c. 21. Clem. Alex. in protreptico, Chrysto. 1. in Psal. 115. de hoc canticum Apoc. 5.

Canticum noctis sanctificatae solennitatis est canticum, quod cantari solebat in Pascha, quando Phase Iudei celebrabat ob beneficium liberationis ab Aegypto. Sic Ifa. 30. Canticum erit uobis, sicut nox sanctificatae solennitatis, Glossa & Lyra. putant, de cantico iustorum intelligi in die iudicii finalis, quando audient: Venite benedicti patris mei. Quod erit simile cantico populi ab Aegyptiaca seruitute liberati. Sed Hieronymus ironice potius dictum existimat Iudeis qui perituri erant, partim in excidio Hierosolymitano sub Romanis partim in die finalis iudicii, quasi dicat eis, canticum erit uobis sicut in nocte Paschatis: id est nequaquam ita erit, sed miserere peribitis. Iuxta illud Ioan. 8. In peccato uestro moriemini.

Verti aliquid in canticum est verti in irrisionem Iob. 30. Nunc in eorum canticum uersus sum, id est in irrisionem, vt exponit Glossa Septuaginta vertunt: Nunc autem in cythara eorum sum, id est cantiones de me per ludum canunt. In eodem sensu de Iudeis irridentibus uerbum Domini, dicitur Ezech. 33. Audiant sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui uertunt illos, id est in ludibrium & risum. Tales, inquit, Hieronymus sunt usque hodie multi in Ecclesia, qui dicunt: Venite audiamus illum, & illum mira eleuetia praedicationis suae uerba uolentem: plaususq; commouent, & operari negligunt. Propterea cum dixisset Dominus: Beati qui audiunt uerbum Dei, adiecit, & custodiunt illud. In eodem sensu Thren. 3. Factus sum in derisum omni populo canticum eorum tota die.

Canticum Patruelis est canticum Christi cognati hominum secundum carnem. Sic Ifa. 5. Cantabo dilecto meo canticum Patruelis mei uinea suae, id est cantabo Deo Patri, dilecto meo, vt exponit Hieronymus. Canticum lugubre patruelis mei, id est canticum Christi cognati mei secundum carnem, de uinea sua, id est de populo Iudaico propter summam ingratitude repudiando, & vt Vatab. notat in Hebraeo habetur Sirath, id est canticum

Ifa. 42. Hierony. Cyrillus. Procopius. Iren. Clem. Alex. Chryso. Apoc. 5. Ifa. 30. Glossa. Lyranus. Matth. 25. Hierony. Ioan. 8. Iob 30. Glossa. Ezech. 33. Hierony. Luc. 11. Thren. 3. Ifa. 5. Hierony. Vatab. Psal. 97.

Hierony. lugubre, quòd confirmat hoc loco Hiero-
 subdens cantat Propheta carmen lamèn-
 tabile populo Israël quòd composuit ille,
 qui videns ciuitatē fleuit super illam. Et rur-
 sus clamabat: Hierusalem, Hierusalem, &c.
 quorū uolui congregare filios tuos, &c.

Luc. 19. Canticū quasi meretricis vocatur pœ-
 nitentiā, qua peccator allicit Deum ad re-
 conciliatiōem, sic dicitur de Tyro vasta-
 ta deinde verò renouata post septuagin-
 ta annos desolationis, & pœnitentiā agē-
 te Isa. 23. Et post septuaginta annos erit Ty-
 ro, quasi canticum meretricis, sume cytharam
 circū ciuitatem meretrix frequenta canticū,
 ut memoria tui sit, idest canticum quod ca-
 nebas, ut exponit Hierony. in ostentatio-
 nem, conuerte in canticum lugubre pœ-
 nitentiæ. Hoc consiliū Spiritus sancti
 imitata est mulier, quæ erat in ciuitate pec-
 catrix Luc. 7. cecinitq; ad pedes Christi
 pœnitentiæ lugubre canticum, quo ueniā
 obtinuit, & gratiam.

Luc. 7. Cantica lyræ sunt Iudæorum in lege
 veteri cātus, & ceremoniæ sine cordis pu-
 ritatē Amos 5. Cantica lyræ tuæ non audia,
 quòd Hierony. ad tribum Iuda dictum
 putat, quæ Deo & dæmoniis pariter im-
 molabat. Alij ad decem tribus dici contē-
 dunt, cōtra quas hoc capite uaticinatur
 Amos. Sed parum refert cum sensus legi-
 timus sit Deo laudes externas acceptas
 ad meritum non esse corde præuarican-
 te, sicut etiam exponunt Lyranius & Vatablus.
 Vnde apud Matt. Dominus Pha-
 risæis hoc morbo laborantibus dixit: Hy-
 poeritæ bene prophetauit de uobis Isaias, po-
 pulus hic labiis me honorat, cor autem eorum
 longe est à me.

Amos 5. Cantica in luctum uertere, item cessā-
 re facere cātica, vastationem & desolatio-
 nem significant. Sic de excidio Hierusa-
 lem sub Romanis propter necem saluato-
 ris, exponit Hierony. illud Amos 8. In
 die illa occidet Sol in meridie, &c. & conuer-
 tam omnes festiuitates uestras in luctum, &
 cantica uestra in planctum, quia moriente in
 Cruce Domino Sol obscuratus est in me-
 ridie: vnde uindicta processit contra Hie-
 rusalem. sic etiā exponit Eusebius lib. 10.
 de demonstratione capit. 6. Et vrget non
 posse aliter hūc locum intelligi. Sic expo-
 nunt quoq; Cypria. libr. 2. aduersus Iu-
 dæos, cap. 23. & Rufinus in expositione
 Symboli, Rupertus & Glossa ordinaria.

Cæterum è contrario Lyranus, & Vatablus
 opponunt nullo modo de excidio
 Hierusalem sub Romanis intelligi posse,
 sed de captiuitate potius decem tribuum
 sub Assyriis, quia subditur, qui iurant in
 delicto Samariæ, & dicūt uiuit Deus tuus
 Dan. Responderi tamen potest pro prio-
 ri sententiā, ita posse contextum aptari: In
 die illa deficient uirgines pulchre: & ado-
 lescentes in siti, qui iurant in delicto Sama-
 riæ, idest in die illa vastationis Hierusale
 sub Tito deficient adolefcētes isti, qui mo-
 do iurant in delicto Samariæ, quātum ad
 suam progeniem & germē. Nec habebūt
 ultra spem remeandi in Iudæam: vnde
 subditur ad hoc explicandum in fine ca-
 pitis: & cadent & non resurgent ultra. Nē
 pē, nec ipsi, nec progenies eorum: quòd
 prædicit quoque Dominus apud Matth.
 Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.
 Eadem phrasim denotat finem uniuersi,
 Isa. 24. Cum cantico non bibent uinum, ama-
 ra erit potio bibentibus illud. Quòd expo-
 nit Hierony. de tempore consummatio-
 nis sæculi, quando erit in terris pressura
 gentiū: & ueniente ad iudicium Domino:
 Plangent se super eum omnes tribus terre.
 Denique de vastatione Tyri dicitur Eze-
 chie. 26. Quiescere faciam multitudinem
 canticorum tuorum, idest vastabo te, & de-
 solabor.

Cantica sacra in prophanos vsus con-
 uertere reprehenditur Amos 6. Qui cani-
 tis ad uocem Psalterii, sicut David putauerunt
 se habere uasa cantici. Vbi Hierony. notat
 reprehendi magnates domus Israël: quia
 quod Dauid inuenit ad cultum Dei, can-
 tica uidelicet, & sonum tibiæ, ipsi ad
 carnis referebant uoluptatem. E cōtrario
 uero tanta erat pietas captiuorum in Ba-
 bylonia, ut rogati, ut cantarent hymnos,
 quos in templo concinere consueuerant,
 responderent in Psalm. Quomodo cantabi-
 mus canticum Domini in terra aliena? uideli-
 cet, ne sacra miscerent prophanis, in quo
 sensu Dominus dixit: Nolite sanctum dare
 canibus.

Canere iuxta dies iuuetutis est in spiri-
 tu renouari. sic de Iudaico populo dicitur
 Ose. 2. Canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ.
 hoc est, quando reliquiæ Iudæorum con-
 uersæ fuerint ad fidem in lege gratiæ can-
 tabunt in gratiarum actionem, sicut in iu-
 uentutē suā, quando ascenderunt de

Lyranus, Vatablus.
 Matth. 23.
 Isa. 24.
 Hierony. Luc. 21.
 Matth. 24. Ezech. 26.
 I O
 Amos 6.
 Hierony.
 Psal. 137.
 Matth. 7.
 I I
 Ose. 2.

CAVTV XXVIII.

Canis, Canus.

Ægypto. Sicut exponit Hier. Ly. & Vat.
 Canere nonnunquam accipitur pro eo
 quod est prophetare vel spiritu loqui di-
 uino in bonum vel etiam phanatico in
 malum: in bonum, quidem Iob. 36. Memē
 to quod ignores opus eius: de quo cecinerunt ui-
 ri. Idest sancti Prophetæ vel doctores Sa-
 pientes: qui de diuinis olim metricè scri-
 bebant: ut notant D. Thom. & Lyranus.
 Item secundum eandem phrasim Prou.
 25. Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi
 pessimo. vbi Beda Acetum (inquit) si mit-
 tatur in nitrum, seruefcit protinus nitrum,
 & ebullit: sic & peruersa mens, quando
 per increpationem corripitur: aut prædi-
 catione prouocatur ad bonū: exæstuat, &
 fastidit. Tales erant Pharisei quibus Do-
 minus dixit: Qui ex Deo est, uerba Dei audit:
 propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis.
 Talis fuit Herodias quæ quasi nitrum, ace-
 to misso, inflamata furore, prædicatione
 Baptistæ. retribuit ei mala pro bonis. In
 malum uero de Saul Rege dicitur. 1. Reg.
 Et expositiuit se ipse uestimentis suis: & prophe-
 tauit, &c. & cecinit nudus, tota die ac nocte.
 De quo duplex est sententia altera Lyrani,
 & quorundam Hebræorum tenentiū,
 quod uerè spiritu Dei Saul in Naioth Ra-
 matha prophetauerit, neque omnino nu-
 dus, sed regalibus duntaxat uestimentis
 exutus. Quod etiam Hieronymus, uel col-
 lector sententiarum eius in quæstionibus
 super libros regum subindicat sed altera
 sententia est Bedæ. super. 1. Reg. & Vatabli.
 Quod spiritu correptus immūdo pro-
 phetauerit, alia prodens occulta, cui sen-
 tentiæ consentio libentius: tum quod ip-
 se arreptitius fuerit: tum etiam, quia men-
 dose legitur cecinit, cum sit legendum ce-
 cidit: nempe ut cadunt arreptitij, sic enim
 legimus Hebraicè. vbi uerbum Naphal,
 est cadere, & nunquam in tota scriptura
 significat canere, ut constat ex dictionario
 Pagnini, & Bibliorū Cōplutensium. Sic
 etiam uertit Vatablus, & Chaldaicus. Itē
 Septuag. ἐπεσε γυμνος: Cecidit nudus.
 ¶ Vineæ Meri cantabit mihi. uide in uer-
 bo Vineæ.
 ¶ Vox cantantis in fenestra. Sopho. 2. vi-
 de in uerbo Fenestra.
 ¶ Cantauimus uobis tibiis. uide in uer-
 bo Tibia.
 ¶ Canere uel clangere tuba, uide in uer-
 bo Tuba.

Hierony. Lyranus. Vatablus.
 I 2
 Iob. 36.
 D. Thom. Lyranus. Pro. 25.
 Beda.
 Ioan. 8.
 Marc. 6. 1. Reg. 19.
 Lyranus.
 Hierony.
 Beda. Vatablus.
 Vatablus. Chaldaeus.

CANESCERE Hebraicè dicitur
 Sub & Canus uocatur Sab Iob. 17.
 1. Reg. 12.
 Cani dicuntur capilli, qui in senectute
 albi fiunt: vnde canum caput quod canis
 respersum est. Leuit. 19. Coram cano capite
 conserge. Et Sap. 4. Cani enim sunt sensus ho-
 minis. Idest prudentia minoris ætatis, pro
 canicie reputatur.

Canos effundi in homine, ipso ignoran-
 te, magnam denotat incogitantia: & cor-
 dis stupiditatem. Sic legimus de populo
 Ephraim idolatra Ose. 7. Alieni comedent
 robur eius: & ipse nesciunt: cani effusi sunt in eo:
 & ipse ignorauit. Idest Assyrij ut exponit
 Hieronymus, vires decem tribuum, quæ
 uocantur Ephraim, consumpserunt, per-
 mittente Domino, propter idolatriā po-
 puli, & usque ad caniciem, & senectutem,
 quando captiui ducendi erant, ignorauerunt
 quod scelera sua, causa sibi perdi-
 tionis extitissent. Ita etiam explicant Cy-
 ril. Theodoretus, Theophy. & Chaldaicus
 paraphrastes, qui sic uertit. Ipsa infir-
 mitas, etiam num assequuta est eos: Et ipsi
 non norunt formidare à facie mea. Et cer-
 te hoc maximum malum est, ignorare pec-
 catorem peccata sua, causam sibi esse ma-
 lorum omnium, quod contigit etiam Hie-
 rusalē, quam Dominus fleuit dicens: Quo-
 niam si cognouisses & tu, subaudi peccata tua
 causam esse ruinæ tuæ.

Canis populi Iudaici postremam deno-
 tant reliquiarum eius ætatem, Isai. 46.
 Audite me domus Iacob: & omne residuum
 domus Israël, qui portamini à meo utero:
 qui gestamini à mea uulua, usque ad senectam
 ego ipse, & usque ad canos ego portabo. vbi
 Quamuis populus Israel propter suam
 perierit incredulitatem ut exponit Hie-
 ronymus, reliquias tamen eius saluatu-
 rū se Dominus prædicit: partim sub Apo-
 stolis, qui in die Pentecostes Act. 2. con-
 uerterunt ad tria millia, & alios alias, par-
 tim in fine mundi, post necem Antichri-
 sti, quando fiet unum ouile & vnus pa-
 stor Ioan. 10. Lyranus putat reliquias vo-
 cari partim qui à Babylonica sub Cyro
 captiuitate liberati sunt: partim uero qui
 sub Christi lege ante mundi finem.

210
 I
 Leuit. 19. Sap. 4.
 2
 Ose. 7.
 Hierony.
 Hierony.
 Theodoret. Theoph. Chaldaeus.
 Luc. 19.
 3
 Isai. 46.
 Hierony.
 Act. 2.
 Ioan. 10. Lyranus.

Vatablus. conuertentur de quibus principalis est huius capitis scopus. Idem tenet Vatablus. Vnde Dominus de his etiam electis ex Iudæis dicit in tribulatione Antichristi: Propter electos breuiabuntur dies illi, & Ioã. 10. Nō rapiet eas quisquā. Idest oues: de manu mea, nemo rapiet eas de manu patris mei. Ego & pater unum sumus.

CAPVT XXIX.

Capharnaum.



APHARNAVM interpretatur villa pulcherrima, vt Hieronymus ait, super Matth. 11. Et tu Capharnaum usque ad caelum exaltaberis, usque ad infernum descendes. Quia videlicet cū esset ciuitas populosa, maritima, & metropolis Galilææ, signa Dominus plurima in illa fecit: & tamen adhuc mansit incredula. Quia nobilitas, negotiationes mercium, & lucra viam Spiritui sancto solent frequenter occludere. Non ergo mirum si in hac ciuitate infirmabatur filius Reguli. Illud autem rogare quis posset. Quare Dominus tot signa fecit in Capharnaum, quam hoc loco dicit incredulam ad infernum decensuram, cum tamen in patria sua Nazareth signa facere noluerit, rogantibus ciuibus: Quanta audiuimus facta in Capharnaum fac & hic in patria tua? Nam si incredulitas ciuium suorum impedimento erat ne ibi miracula faceret, vt dicitur Mar. 6. Eadem incredulitas ciuitati Capharnaum impropertur: in qua tamen innumera signa fecit. Ad quod plane respondendum est in Nazareth vix quenquam inuentum esse, qui crederet Christo, imo contemnebatur ab omnibus. In Capharnaum verò licet incredula ciuitas in communi fuerit: aliquos tamē in ea principes viros credidisse certū est: scilicet Ceterionem, de quo Dominus dixit: Non inueni tantam fidem in Israel. Item Regulum cum domo sua tota, præterea Matthæum qui de Publicano conuersus euasit Apostolus. Vnde quando spes conuersionis aliquorum effulget, etiam si multitudo resiliat, non est à prædicatione cessandum.

(.)

CAPVT XXX.

Capilli, cincinnus, crines, coma.

CAPILLORVM cæsaries item cincinnus dicitur Hebraicè Samah vt patet Cant. 4.

Capilli dicti sunt, quasi capitis pili, cincinnus autem dicitur pars capillorum in torta, quæ manu capitur, vnde qui ita capillos habent cincinnati vocantur.

Capillos iustorum esse numeratos, diuinam erga protectionem eorum denotat prouidentiam. Sic legimus apud Matth. & Lucam, Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Quod si roges cum omnium rerum numerum, mensuram, & pondus nouerit Dominus, qui omnia fecit in numero, pondere & mensura, Sap. 11. Quare de capillis iustorum peculiariter hoc nobis dixerit: respondendū est phrasim esse scripturarum: ad denotandam omnimodam alicuius custodiam, & incolumitatem, dicere de capite illius nec capillum vnum periturum, aut humi casurum.

2. Reg. Vtuit Dominus si ceciderit capillus de capite eius in terram, & 3. Regum dixitque Salomon, si fuerit vir bonus: Non cadet neque unus quidem capillus eius in terram, & Act. 27. Quia nullius vestrum capillus de capite peribit. Deniq; apud Lucā. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: & capillus de capite vestro non peribit. Ergo numerati esse dicuntur capilli iustorum, vt neque vnus ex illis pereat. Quod tamen de martyribus dictum, in gloriosa nihilominus resurrectione complendum est, non in hac vita mortali, ita vt quidquid martyres pro Christo perdidissent, vsque ad minimū capillum recepturi sint, vt exponit Gregor. homil. 34. in Euangelia, quem sequantur Beda super Lucam, & Glossa & Lyranus quod si quis obiiciat aliquos sanctos superfluum habuisse fortasse capillitium: nec decere, vt corporibus gloriosis aliquid superfluum restituatur. Respondet Augustinus. libr. 22. de ciuitate cap. 20. super flui quidem capilli in alium conuertentur gloriosi corporis ornatum: ita vt de formitas pereat: capillus autē non pereat. Potremo mystice Greg. libr. 2. Mor. & Orig. homil. 8. in Leuit, & Ambr. li. 2. de

hoy

1

2

Matth. 10. Luc. 12.

Sap. 11.

Regula.

2. Reg. 14. 3. Reg. 1.

Act. 27.

Luc. 21.

Greg.

Beda: Glossa. Lyranus. Quæstio.

Aug.

Greg. Orig. Ambrosi.

Spiritu

Hierony. Matth. 11.

Ioan. 4. Quæstio.

Luc. 4.

Mar. 6.

Matth. 8. Ioan. 4.

Matth. 9.

3 Psal. 67.

Eph. 4. Lyranus.

Luc. 19. Genebrat.

Hierony. Aug.

Ioan. 4.

Luc. 18. Aug.

4

Gregor.

Luc. 10.

5

Apo. 9.

Glossa.

Spiritu sancto, per capillos cogitationes iustorum intelligunt: quæ in Deum relate, numerate sunt ad præmiū aternū, & minime pereunt.

3 Capilli verticem confringere, est arrogantiam alicuius contere. Psal. 67. Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis. Diximus supra in verbo canis num. 4. præsentem Psalmum de Christi in cælum ascendentis intelligi triumpho secundum Apostolum Eph. 4. Putat autem Lyranus turres Hierusalem cæsariam & capillorum verticē per metaphoram appellari, quas prædicit Propheta sub Tito & Vespasiano conuassandas: sicut Dominus dixit. Luc. 19. Et ad terram prosternent te. Porro Genebrardus crines & comarum verticem confringendum Iudeorum & postea Romanorum exponit. Denique Hierony. August. & alij patres capillorum verticem superbiam & elationem intelligunt, quam Dominus vel benigne per poenitentiam frangit. vt illius Reguli cui dixit: Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis, vel obstinationem calcat. sicut illius Pharisei, qui dicebat: Non sum, sicut ceteri homines. ita hic ad mores docet Augustinus.

4 Coma est cæsaries capillorū, de qua spōsus dicit Ecclesiæ Cant. 7. Coma capius cui sicut purpura regis uncta canalibus. vbi coma cogitationes sunt, canales verò quinque vulnera Christi quibus sponsa tingit cogitationes suas vel vt Gregor. explicat canales sunt diuina verba, quibus iungens cogitationes suas, inardescit in amore Dei iustus: sic Maria sedens secus pedes Domini audiebat uerbum illius, iungebatque comam cogitationum suarū canalibus uerbi Dei, vt quasi purpura flammesceret charitate. ¶ De coma uide in uerbo Barba.

5 De locustis quæ sub tempus Antichristi exituræ sunt de puteo Abyssi vt noceant reprobis, quos homines feroces & barbaros futuros credimus, dicit Ioan. Apo. 9. Et facies earum, tanquam facies hominum: & capillos habebant sicut capillos mulierū. Dicit habituras facies hominū, tum quia homines erunt, tum etiam quia humanitatem simulabunt. Capillos autem quasi mulierum habebunt: quia moribus erunt effeminatis, vt ait Glossa, & blanditiis decipient, vel capilli erunt minores, qui adha-

rebunt eis, ita etiam D. Thom. vel vt (inquit) Haymo fortè foeminas secum adduciendo homines adducunt sanctitatem simulantes. Ergo in facie hominum, & capillis mulierum uerba sunt ouium, de quibus Matth. 7. Attendite a falsis prophetis: qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, &c.

6 In cincinno capitis apprehendere proprium est Angeli, qui ad mensuram lumē propheticum subministrat illi, quem apprehendit. Ezech. 8. Et missa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis. Vbi imaginaria fuit apprehensio, vt exponit Hierony. Glossa. & Lyranus. Sic & Theodoretus, non (inquit) translatum fuit corpus, neque oculis carnis contemplatus est, &c. Apprehendit autē in cincinno, idest in flocculo capillorum quantum pugillo potest comprehendi, vt Lyranus notat. In quo denotatur mensura diuini mandati: vt Vatablus ait. Enim uerò ad Iudeorum scrutanda peccata Propheta non plane temere, sed secundum mensuram charitatis & diuini mandati leuabatur. Neque enim homini licet de occultis proximi temere iudicare peccatis. Iuxta illud Luc. Nolite iudicare & non iudicabimini. Vel cincinnus significat mensuram spiritus prophetiæ communicati. Quia solus filius Dei non accepit spiritum ad mensuram: reliqui uerò secundum mensuram donationis Christi. Eph. 4. ¶ Quod uerò legimus Daniels ultimo Habacuc in capillo portatum ab Angelo, in Babylonem, non est intelligendum, virtutem suam motricem Angelum ad capillum tantum applicuisse: quem alioquin pondere reliqui corporis auulsisset. Sed totum corpus subleuauit, vt notat Lyranus, super capillos autem uidebatur ponere manum, vt cogitationem Prophetæ sursum ad cælestia dirigeret, vt non ad gloriam inanem, sed ad gloriam Dei, opus illud misericordiae faceret: iuxta illud Matth. Ne faciatis iustitiam uestrā corā hominibus: ut uideamini ab eis. Et thesaurizate uobis thesauros in cælo. An uerò fuerit alius Propheta iste Habacuc ab illo, qui inter duodecim Prophetas numeratur, agimus lib. 8. in uerbo Habacuc.

7 Est præterea quæstio inter expostores quid sibi uelint septem illi crines, quibus abrahā Samson perdidit fortitudinem. Sic enim legimus de Dalila Iudic. 16.

D. Thom. Haymo.

Matth. 7.

Ezech. 8.

Hierony. Glossa. Lyranus.

Vatablus.

Luc. 7.

Eph. 4.

Lyranus.

Matth. 6. Matth. 5.

8

Quæstio. dic. 16.

Vocauitque tonsorem et rasit septem crines eius. vbi notandum super naturale fuisse donum illud fortitudinis, & gratiam gratis datā, quod fatis Samson indicauit Da lila dicens: Ferrum (inquit) Nunquam ascendi super caput meum: quia Nazareus sum. Idest consecratus Domino, si: Rasum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea, donum itaque gratuitum, voto violato recessit. Quod si quis obiciat quare septem crines, potius quā octo, vel decem, radendi erant, vt recederet fortitudo, respondet Lyranus, item & Vatablus, non intelligi quidem septem simplices capitis pilos, quibus radendis, non erat opus tonsore: sed potius septem foculos, quibus, tota Cafaries constabat. Sic sæpe vota sua violantes, gratias perdunt gratis datas: vnde Paul. Videte ne in uacuum gratiā Dei recipiatis. Capilli tui sicut greges caprarum, vide li. i. verbo, Ascendere. n. Capilli cādididi Apo. i. & Dan. 7. vide in distione Candidus.

CAPVT XXXI.

Capere.

CAPERE & captiuum ducere Hebraicè dicitur Sabah. Isai. 24. Hier.

Capere idem ferè est, quod accipere, de quo egimus lib. 1. litera. A. est tamen capere latissimæ quidem significationis, quo secundum varias phrasès, frequenter vtitur scriptura: ex quibus quædam claræ sunt. Dicimus enim capere experimētū, idest experiri, Gen. 24. capere feram Leuit. 17. capere ciuitatē, vel regnū Deut. 2. & 20. capere reges, idest captiuos accipere, Iob. 11. Capere Consiliū. Iud. 21. Capere cibum. 1. Reg. 1. Locus etiam dicitur capere, vel non capere, idest capax esse sic. 3. Reg. 8. Celi celorum capere te non possunt. In quo immensitas Dei significatur. Item capere vindictam, est vindicari. Esther. 8. Capi laqueo oculorum Iudith. 9. est aspectu quidem oculorum concupiscentia libidinis irretiri. Item de captione simili dicitur Pro. 3. Custodi pedem tuum ne capiaris. Idest ne temere ingrediaris ad foeminā, & Pro. 6. Ne capiaris mutibus illius, & infra: Pretium Scotti uix est unius panis, ipsa uerò, preciosam uiri animam capit. Idest ilaqueat.

Capi in oculis quasi hamo est cibo ante oculos posito, in venatoris postetatem incidere. Sic explicant D. Thomas & Lyranus illud Iob. In oculis suis, quasi hamo capiet eum. Idest venator ante oculos Elephantis cibum ponit, quo trahitur ad locū cauernosum, vbi incidit in foueam, & capitur. Additque D. Thomas, hoc dici in Christi Domini figuram, qui ostendens diabolo quasi Elephanti naturam humanam quali escam, capiet eum: & superauit. Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi, eiicitur foras: & ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Quia demones etiam ligatos, sub pedibus suis traxit filius Dei, moriens in Cruce. Sic exponit etiam Beda, & ante illum Greg. In hamo (inquit) incarnationis captus est: quia dū in illo appetit escā corporis, transfixus est aculeo diuinitatis. Hæc ille. Sic fortior uicit fortem: & vasa eius diripuit Luc. 11.

Capere cum alio dulces & suaves cibos, est familiorem illum habere. Sic Dauid de Architophel, regio consiliario dixit Psal. 55. Tu uerò unanims, dux meus, & notus meus, qui dulces mecum capiebas cibos. Vbi secundum Hebræos quos citat Vatablus, & quos sequuntur Iansenius & Genebrardus de persequutione Absalonis sermo est: & de traditione Architophel: & sub eius Typo de traditore Iuda. Sed melius intelligitur iuxta literam de Iuda qui filiū Dei prodidit, vt explicat Hierony. Theodoretus, & alij patres, iuxta illud Ioā: Qui manducat mecum panē, leuauit super me, calcaneum suum. Quod uerò Septuag. vertunt, ος εστι το αυτο ελυκανασ εδεσματα. Qui simul mecum, dulces capiebas cibos, Hebraicè hebetur, vt vertit Hiero. ad ueritatē Hebraicā: Qui simul habuimus, dulce secretū: uel consiliū. Sed uocē Hebræam Sod. Consiliū per Synærefin, figurā poeticā. Septuag. resoluērūt in Seod. conuiuium. Denique Chaldaicus hoc dictum de Architophel uertit qui cōtra Dauid, dedit consiliū.

Capiunt impium peccata sua Pro. 5. Iniquitates uæ capiunt impiū, vel quia, culpa secum affert reatū ad pœnā: quo reatu vt explicat Iansen. quasi graui onerere catenarū, impius tenetur, ideo subdit Salomō & uinculis peccatorū suorum constringitur. Vnde & Dñs ad hos uinctos clamat: Venite ad me, omnes qui laboratis: & onerati estis, & ego reficiam uos. Vel certe peccator,

2
D. Thom.
Lyran.
Iob. 40.
Ioan. 12.
Beda,
Greg.
Luc. 11.
3
Psal. 54.
Vatablus.
Iansen.
Genebrard.
Hierony.
Theodoret.
Ioan. 13.
4
Pro. 5.
Iansen.
Matth. 11.
dum

dum in suo insistit scelere, facit habitum: quo magis in dies constringitur, & inclinatur ad malum, vt exponit Lyranus. Ideo Dominus duobus discipulis dixit, in figura peccantium de asina & pullo: Soluite & adducite mihi.

Secundum eandem phrasim, sicut culpa, sic & pœna capitur impius, vnde legitur Ecclesi. 9. Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo: cum repente eis superuenerit. Quod non intelligitur de iustis, qui cum Simeo ne dicunt: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuū in pace: Neque de Lazaro de quo dicitur: Factum est autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis, &c. Sed sicut legitur Psal. Virum iniustū, mala capiunt in interitu. Quod de Saule Theodoretus explicat, qui in bello miserabiliter occubuit. De eodem quoque exponit Lyranus Augustinus uerò, legit in communi de omni iniustis: Virum iniustū mala uenabuntur in interitu. Ita Græce θυγευσει, & Hebraicè: vnde Chaldaus uirum malignum uenabitur Angelus mortis & detruet in gehennā in interitu, pro interitu in Hebræo est Lemad Hephet in ruinas, quia vna ruina est in morte alia in iudicio, ideo Christus clamat Matth. 25. Vigilate, quia nescitis diem neque horam. Et sint lumbi uestri præcincti.

Capere eos qui se ceperant, est victos superiores uictoribus tandem euadere. Sic legitur Isai. 14. Eterunt capientes eos, qui se ceperant: & subiicient aduersarios suos. Quod Hierony, Cyrillus, Theodor. Glossa Lyranus, & Vatablus de populo Iudæorum prædictum putant post reditum de Babylonia, maxime uicto in libro Iudith Olopherne, tunc enim multos Assyrios captiuos duxerant: vt exponit Hierony. uel etiam sub Machabæis, vt uult Lyranus, quando sæpe castra ceperunt Antiochi & ducum eius. Mystice uerò Athanasius lib. de Passione & Cruce sub Apostolis mundum uerbo Dei capiebatur completum dicit hoc uaticiniū, uirtute Crucis Christi: de qua Dominus dixit: Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. De quo uide Remigium Altisiodorensis super Zachar. 9.

Capere captiuos & prædā manibus de aliqua ciuitate, clades est aliquādo maior

quā si igne de cælo cadēte in fauillas subito redigatur, quod cōtrigit ciuitati Sodomorum Dequa in Thirē. Et Maior effecta est iniquitas filie populi mei peccato Sodomorum: quæ subuersa est in momento: & non ceperūt in ea manus. Quod R. Salomō, quē citat: & sequitur Lyra. sic exponit, vt iniquitas accipiatur hoc loco pro culpa, & pœna, & sicut maior fuit culpa Hierusalē. quā Sodomæ, quia vt (inquit) Hiero. hæc cōtra solā peccauit legē naturalē: illa uerò cōtra naturalē & scriptā, sic pœna Hierusalem maior fuit quia nō solū uastata est à Chaldeis, sed manus hostiū per irrisionē ceperūt in ea captiuos crudeliter & spolia, & gauisi sunt de præda substantiēs, quod est magnū supplicium. Porro de Sodoma nullus hostis gauisus est: aut ditatus, sed in ictu oculi de cælo fulminibus conflagrauit: Sed Glossa aliter de Sodoma meliusque exponit & nō cepit in ea manus elemosynam quia Ezech. 16. Manum pauperi non porrigebat.

Capere odorē de sacrificiis, uel cōgregationib⁹ est acceptare. Vnde Dominus ait Amos. 1. Nō capiat odorē cœtū uestrorū. vbi Hiero. idē (inquit) accidet nobis si familia delinquamus, & de rapinis, periuriis, sceleribusque quæ sita offeramus Deo, cum legamus Zachæum, si quē de fraudauerat, quadruplum reddidisse. Hæc Hierony.

Capere animas est decipere, vt pereant. Sic de Pseudopropheta dicitur Ezech. 13. Pone faciē tuā super filias populi mei: quæ prophetant de corde suo, &c. & faciūt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis ad capiēdas animas. Quia Pseudopropheta faciebant ceruicalia, dicētes secure posse cūctos obdormire sine metu bellicæ cladi sub Nabuchodonosor. De quo in uerbo Ceruical. Capere dicitur quoq; læo prædā: Leo cepit sufficiens catulis suis. Nahū. 2. vbi Hiero. Leonē intelligit Nabuchodonosorē, qui Niniūē sicut & alias ciuitates de prædatus uxoris suis tradidit captiuos, quos cepit. Præterea de Ioachaz rege filio Iosie exponit Hiero. illud Ezech. 19. Leo factus est: & didicit capere prædā. Idest: Crudeliter occidere ciues. De quo in uerbo Leo. vbi etiā exponemus illud quod de Apostolis præ dicitur Michæ. 5. Erūt reliquie Iacob, &c. quasi Leo, qui cū transierit: & conculcauerit: & ceperit prædā, &c. nō est qui eruat. Capere hæreditatē salutis. Hebr. 1. est saluari de quo in uerbo Hæreditas. Capere in Sage

Thren. 4.
R. Salomō.
Lyran.
Glossa.
Ezech. 16.
8
Amos. 1.
Hierony.
Luc. 19.
9
Ezech. 13.
Nahum. 2.
Hierony.
Ezech. 19.
Michæ. 5.
Hebr. 1.

Lyran.
Vatablus.
2. Cor. 6.

צָבַח
I

צָבַח

Nahu, 1.

na Ezech. 12. est captiuū tradere Sedechiā regē Babylonis. Capere omnē munitio- nē dicitur Abac. 1. de Nabuchodonosor re ge Babylonæ qui cepit vrbes multas.

¶ Capere metretas, vide in verbo Me- treta.

¶ Capere Batos duo milla, vide Batus.

IO

Abac. 1.
Hierony.
Luc. 16.

Capere ciuitatem Abac. 1. *Super omnē munitio- nem ridebit, comportabit aggerem, & capiet eam.* Vbi Hieronymus veniet (in- quit) Nabuchodonosor in Tyrum, & ia- cto in mari aggere peninsulam faciet de insula, & capiet eam. Hæc ille. Sic mors ridet omnem munitio- nem, & capit om- nes, etiam diuitem: *Qui mortuus est, & sepultus in inferno, apud Lucam.* Sed nota quando Deus geminat: Ego, Ego capiam, certissimam denotat captiuitatem popu- li, cui minatur. Sic legitur Ose. 5. contra decem tribus Israel in Samaria. *Ego, ego ca- piam, & uadam, & tollam, & non est qui eruat.* vbi notat Hierony. decem tribus sub Re- ge Manahen. 4. Reg. 15. mille argenti ta- lentā dedisse regi Assriorum, ne caperet eos: sed esset eis in auxilium: simile fecit tribus Iuda sub rege Achaz. Sed nemo ait Dominus poterit liberare vos: quia ego ego, vos abducam in captiuitatem. Vnde docemur non tam hostium poten- tia captiuitates, & excidia fieri, quam Do- mini voluntate: qui permittit iusto iudi- cio vt: *Surgat gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & sint terræ motus, pestilentia, & fames.* Luc. 21.

Ose. 5.

Hierony.
4. Reg. 15.

4. Reg. 16.

Luc. 21.

II

Matth. 19.

Sap. 8.

Hierony.

Chrysof.

Capere verbum Dei non est sufficiens solis viribus naturæ homo, nisi supernatu- rali quodam auxilio iuuetur. Sic cum dixi- set Petrus: *Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere, respondit ei Dominus: Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est.* Est ergo donum Dei, vnde sapiens ait: *Et scilicet qui aliter non possem esse continens, nisi Deus dederit.* Nihilominus tamen, nequis dicat, non possum seruare quas uouit con- tinentiæ leges: sciat secundum sententiam patrum, hoc donum omni petenti, si cum debitis circumstantiis petat, a Deo conce- di. Vnde Hierony. super hunc locum Matth. Nemo (inquit putet) sub hoc ver- bo, fatū, vel fortunam introduci: sed his datū est qui petierunt, qui uoluerunt, qui vt acciperent laborauerunt, omni enim petēti dabitur. Itē Chryf. His (inquit) da- tū est: qui spiritualiter id eligūt. Idē dicūt

Theophy. & Euthym. super Matth. præ- terea Orig. Tract. 6. super Matth. & Greg. Nazianzenus li. de Spiritu sancto. Penes naturā (inquit) est, castū esse, id est natura humana capax est huius doni. Idē Tertull. li. de uelādis uirginibus. Basilius quoque lib. de uirginitate adducit ad hoc propositum illud Dent: *Mandatum quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, &c.* Hic le- ctor intelliget quod Dominus dixit Phari- sæis: *Sermo meum non capit in uobis.* non ab- stulisse quidem humanæ naturæ capacita- tem: sed taxasse malitiā obstinationis Iu- daicæ: vt exponit Orig. Tract. 21. in Ioā- nem contra Heracleonem Manichæum. De quo uide F. Toletum Cardinalem. ¶ Quædam alia uide lib. 1. in uerbo Ac- cipere, & in uerbo Auferre.

Theophy.
Euthym.
Orig.
Greg. Nazia-
zenus.

Tertullia.
Basilius.
Deut. 30.

Ioan. 8.

Orig.

F. Toletus.
Cardinalis.

CAPVT XXXII.

Capere pro incipere.

INCIPERE dicitur in Scriptura san- cta Chul Thren. 4. non caperunt in ea manus & Ose. 11. Cæpi, pro incipere, po- nitur in scriptura. Vnde de Nemrod filio Chus dicitur: *Ipse capit esse potens in terra.* De quo Iosephus lib. 1. Antiquit. cap. 12: Nemrod (inquit) filius Chusi permanens apud Babylonios tyrannidem exercuit. Idem notant Glossa & Lyranus. Hebrai- cæ uero. vbi uulgata uertit potens, est vox Guibbor à uerbo Gabbar, quod est fortifi- care, præualere, eleuare sursum. Sicut Exo. 17. vbi dicitur quādo eleuabat Moy- ses manū suam. vnde quidā potens, id est gigas intelligunt, qui cū compulisset mul- tos secum Babylonicam turrim ædificare, Dominus fulminibus turrim deiecit, & confudit linguas ædificatiuum: *Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur.*

Gen. 10.
Iosephus.

Exo. 17.

Luc. 18.

2

Iob. 6.

D. Thom.

Luc. 1.

3

Capisse dicitur Deus hominem con- terere: quando tribulari permittit. Iob. 6. *Qui capit ipse me conterat.* Quod ut no- tat hic D. Thomas non dixit desperan- do, sed potius ut se diuinæ conformaret uoluntati, si uellet illum occidere, quia subdit: *Nec contradicam sermonibus sancti.* vnde hoc modo desiderare mortem ho- nestum est. Sicut Simeon dixit: *Nunc di- mittis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum in pace.*

Incipit intelligere diuina, qui tribula-

tionibus

Psal. 76.

Theodoret.
Iansenius.
Genebrad.

Hierony.
Chaldaus.

Luc. 19.

4

Mich. 6.

Hierony.

Tit. 1.

Hierony.

Hier. 1.

Apoc. 16.

Matth. 18.

5

Phil. 1.

2. Cor. 3.

tionibus excitatur sicut Propheta in Psal. *Et dixi, nunc capi: hæc mutatio dextera excelsi, id est nunc capi intelligere calamitatem meam à Deo prouenire propter mea pec- cata, vt exponit Theodoretus, Iansenius, & Genebrardus secundum uersionem Septuaginta quam sequitur uulgata. In Hebræo uero, vt uertit Hieronymus, & Chaldaicus paraphrastes, habetur pro- nunc capi: *Infirmitas mea hæc est.* Itaque Se- ptuaginta non tam uerba, quam sensum reddiderūt, scilicet nunc capi intelligere, quod infirmitas mea hæc est, non credeli- tas Dei. Ego peccaui ex infirmitate, & pro- merui hæc mala. Hæc proprii reatus cog- nitio defuit Hierusalem, quam Dominus desolebat dicens *Sic cognouisses & tu.**

Incipit Deus in hac uita percutere, sed si non respiscamus, in Gehenna percutit sine fine, ita Mich. 6. *Lingua eorum frau- dulenta in ore ipsorum, & ego ergo capi per- cutere te perditione super peccatis tuis.* Quod licet ad decem tribus Israel Dominus di- cat, vt notat Hieronymus, quadrat ta- men in omnes, qui fraudulenter Christia- ni uocantur: iuxta illud Apostoli: *Qui confi- tentur se nosse Deum: factis autem negant.* Et subdit Hierony. Vnde clementissimus Deus, non eos pariter percutit: sed paula- tim per plagas nititur commonere dicens ego incipiam te percutere propter pec- cata tua. Sic Hier. 1. prius ostenditur Pro- pheta uirga uigilans contra populum, id est minor plaga: Deinde uero olla suc- censa, id est plaga maior. Sic Angeli in Apocalip. mittunt paulatim plagas suas super terram, super mare, super flumina, super solem, &c. Sic Denique in parabola Matth. de rege qui uoluit rationem pone- re cum seruis suis, dicitur: *Et cum cepisset ra- tionem ponere, oblatu est ei unus: qui debebat ei decem millia talenta.* Quia nimirum in hac uita incipit tantum iudicium Dei, sed in alia uita consummatur.

Qui capit in uobis opus uonum, perficiet usque in diem Christi, inquit Apostolus. vbi Patres notant initium iustificationis esse à gratia Dei præueniente vt decretum est in conciliis de quo uide lib. 1. in uer- bo adiuuare. & in uerbo cogitare, quia secundum Apostolum: *Non sumus suffi- cientes cogitare aliquid à nobis, tanquam ex nobis sed sufficiencia nostra ex Deo est.* Ca- uendum tamen recte incipienti, ne retro

cedat. Alioquin: *Omnes uidentes incipient il- ludere ei, dicentes, hic homo capit ædificare, & non potuit consummare.* Luc. 14. Talis fuit Saul rex, talis Ioas. talis Denique Iu- das traditor ex Apostolo: de huiusmodi dicit Apostolus vt *cum spiritu caperitis, car- ne consummemini, & etiam Dominus: Mem- res estote uxoris Loth.*

Incipit Dominus sanare populum quā do castigat. Ose. 6. *Quia ipse capit, & sana- bit nos.* Quamuis si Hebræum quidem fon- tem consulamus, capit non scribitur hoc loco pro incipit, sed à uerbo capere, vt sit idem quod app- rehendit. Idem enim uer- bum est quod supra ca. 5. *Ego capiam, &c. & non est qui eruat.* Itaque prius Hierusalē Deus subuertit sub Romanis: deinde uero reliquias Israel quasi uolenter rapuit, & conuertit ad fidem: quod genus est voca- tionis efficacis, atque potentis: sic enim rapuit Saulum & conuertit, vnde & fa- ctus prædicator hæc eadem Prophete uerba in tonabat: *Venite reuertamur ad Do- minum quia ipse cepit, & sanabit nos.* Sic cepit uel arripuit Matthæum de teloneo, & Si- monem & Andream de nauī: *Qui relictis retibus sequenti sunt eum,*

¶ Iste capit inuocare nomen Domini Gen. 4. uide in uerbo Enos.

CAPVT XXXIII.

Capere, capra, caprea.

CAPRA in singulari dicitur Hebrai- cæ Ez. per 7 & in plurali Ezim Le- uit. 3.

Capere mas est castratus: Hircus non ca- stratus, capra foemina, dicitur à carpēdo, quod uirgulta carpat. Hædus uocatur ad huc tener, & lactans. Denique caprea ani- mal est syluestre: nō solū acerrimè perspi- ciens, sed & aliis uisum præbens. Afferūt enim phisici, huic animali intra uiscera humorem quendam inesse, qui caliginem depellat oculorum. Martial. Epigr.

Pendentem summa capream de rupe uidebis. Casuram speres, decipit illa canes.

Capra tanquam animal mundum in le- ge in sacrificiis offerebatur Leuit. 3. & an- te legē latam dixit Dominus Abrahæ: *Su- me tibi ouem triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem, & colum- bā, de quo in uerbo Arius nu. 5. hic autem*

Luc. 14.
4. Reg. 12.

Gal. 3.

Luc. 9.

6

Ose. 6.

Ose. 5.

Act. 9.

Matth. 9.

Matth. 4.

17

1

Martialis.

2

Leuit. 3.

Gen. 15.

Theodor. Rupert,

addimus secundum Theodoretum & Rupertum trium annorum hæc animalia offeri iussa, quia tres generationes filiorum Abrahamæ futuræ prænotatæ sunt in Ægypto, in quarta verò egressurus erat populus quasi volans ad instar turturis. Denique quasi columba terram promissionis ingressurus. Illud etiam notandum non factis fuisse turturem: nisi adderetur columba: quia non sufficit gemitus poenitentiae, & castitas turturis, nisi columba quoque adfit, quæ puritatem signat intentionis & charitatem, ideo Dominus dixit: Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, & virginibus fatuis, nihil profuit turtur castimoniam sine columba charitatis.

Matth. 5.

Matth. 25.

Leuit. 16.

Qui caprum mittebat emissarium lauabat vestimenta sua, Leuit. 16. vbi caper ponitur pro Hirco, Pontifex itaque è duobus hircis alterum iugulatum offerrebat in sacrificium: super alterum vero imponebat peccata populi, & emittebat eum viuum in solitudinem. Quia vt notat Theodoretus, cum per vnum hircum adumbrari commode non posset, tam mortalitas, quam immortalitas Christi Domini, necessario duo mandati sunt: vt ille qui macerabatur passibilem eius naturam: qui verò viuus immittebatur, deitatem immortalem præfiguraret.

Can. 2. Origen. Greg.

Ioan. 5. Luc. 5. Matth. 9. Luc. 7.

Can. 2. Can. 3.

Ambror. Greg. Matth. 18. Lyran.

Dan. 8.

Caprea comparatur sponsus Cant. 2. & 8. Similis est dilectus meus caprea. Quia vt notant Origenes hom. 2. & 3. in Cantica, & Greg. caprea visus est acutissimi, sic & Christus iudex qui cogitationes penetrat. Ioan. 5. Pater non iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit filio. Item. Videns Iesus cogitationes eorum. Sic etiam vidit cogitationes Pharisei, intra se dicentis: Hic propheta esset sciret, quæ & qualis esset mulier quæ tangit eum: quia peccatrix est.

Caprea quoque & Angelos & Patriarchas metaphorice significat in Can. Adiuu uos filia Hierusalem, per capreas, ceruos que camporum, idest per Angelos qui sunt visus acutissimi: vt exponit Ambrosius super Psal. 118. ser. 16. & Greg. super Can. 2. Sic legimus: Angeli eorum uident faciem Patris mei, qui in celis est. Porro Lyranus putat capreas appellari Patriarchas, & Prophetas, qui venturum Dei filium per donum prophetiæ de longe viderunt.

Hircus caprarum vocatur Alexander Magnus, Dan. 8. de quo diximus lib. 1. in

verbo Aries. Capilli tui sicut greges caprarum, Cant. 4. vide lib. 1. in verbo Ascendere. ¶ Duo vbera tua sicut duo hinnuli, vide in verbo Hinnulus.

CAPVT XXXIII.

Capparis.



APPARIS dicitur Abiio na Hebraice, Eccles. 12. Et dissipabitur Capparis. Capparis arbutrum est humile, quod post flosculos producit baccas plenas accinis, qui profunt lieni & appetitum excitant alimēti. de quo legimus Eccles. 12. cū de senectute fit sermo: Florebit Amygdalus & dissipabitur Capparis. Id est, caput canescet, sicut quando floret Amygdalus: & libido frigescet. Quod signū est vicinæ iam mortis. vt exponit Hieronymus, Lyranus, Eucherius & Vatablus. Mystice verò Grego. lib. 3. Moral. cap. 20. per Amygdalum populū gentium intelligit: qui prædicatione floruit Apostolorum. Per Capparim vero Iudæam, quæ mansit incredula: & sub Romanis vastata est, sicut Dñs dixit Pharisæis: Auferetur à uobis regnum Dei: & dabitur genti facienti fructum eius.

אבייו

Eccles. 12.

Hierony. Lyran. Eucherius. Vatablus. Greg.

Matth. 21.

CAPVT XXXV.

Captiuus, Captiuitas.

CAPTIVVS dicitur Sabuia in lingua Hebræa & captiua sebua Isai. 52. captiua filia Sion. Captiuus dicitur, qui bello captus detinetur. Sic de captiuitate populi Dei frequenter in scriptura fit mentio. Esai. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. vbi Hieronymus ait. Hæc iuxta literam accidisse populo Iudeorū sub Vespasiano & Tito tam Græca quam latina narrat historia. Hæc ille. Quod autem Propheta dixit quia non habuit scientiam: Dominus explicuit Luc. 19. Quia non cognouisti diem uisitacionis tuæ, idest quando te filius Dei uisitauit. Quia tamen pars Iudæorum ad fidem Christi post Hierosolymitanum excidiū cōuertēda erat, tota Ecclesia vocatur Sion & Hierusalē, vt notat Hiero. Isa. 52. Excitete de puluere consurge sede Hierusalem.

שבוי

Esai. 5.

Hierony.

Luc. 19.

Hierony.

Isai. 52.

Lyra. Esai. 49.

Hierony.

Matth. 16.

Matth. vii. 2

Esai. 45.

Psal. 125.

Theodo. Lyranus.

Theodo. Psal. 57.

Luc. 2. Matth. 1.

Esai. 49.

Hierony.

Matth. 4.

Luc. 11.

Hiero.

Psal. 67. Eph. 4.

Mar. vii.

Soluey incula colli tui captiua filia Sion: Quod cōpletū est trāsaeta persequutione Martyrū tēpore magni Cōstantini, vt Lyranus ait, de quo dicit Ecclesiæ Esaias cap. 49. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens, transmigrata, & captiuata, & istos quis enutriuit? Quod nō de Synagoga, sed de Ecclesia exponit Hierony. de qua Dominus: Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Qui ergo edificauit Ecclesiam sponsus eius Christus, ipse genuit per baptismum tam numerosam filiorum prolem, dicens Apostolis: docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.

Captiuitas vocatur in scriptura sine ad dito per antonomasiam illa Babylonica populi Iudæici: quam quidem relaxandam à Cyro Persarum Rege prædixit Esai. Ipse edificabit ciuitatem meam: & captiuitatem meam dimittet. De qua & Psalm. 125. In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Sic exponunt Theodoretus, Lyranus, & alij: De eadem quoque captiuitate relaxanda: explicat Theodoretus illud Psal. Quis dabit ex Sion, salutare Israel: cum auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob: & letabitur Israel. Quamuis hæc figura erat liberationis per Christum, de quo legimus: Et uocatum est nomen eius Iesus. Item: Et uocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

Captiuitas etiam absolute vocatur quæ totius generis humani per peccatum sub principe tenebrarum introducta fuit. De qua Esai. Nunquid tolletur à forti præda, aut quod captum fuerat à robusto, saluum esse poterit? Quia hæc dicit Dominus: equidem captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerat à robusto saluabitur. Vbi Hierony. hunc fortem dicit fuisse illum qui Domino dixit in deserto ieiunanti: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Hunc fortem Dominus uicit, Luc. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet: si autem fortior superueniens uicerit eam: omnia spolia eius diripiet. Addit Hierony. iste, scilicet, Christus est ille: Qui ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. quod plane fecit, quando postquā loquutus est Apostolis Assumptus est in cælum. Tunc enim patres eduxit à limbo, secumque amore captiuos duxit in cælum. Nec solos illos à captiuitate

pœnæ damni liberauit, qui in limbo erāt: sed & captiuos in hac uita mortali uinculis peccatorum ad libertatem uocauit dicens: Venite ad me omnes qui laboratis: & onerati estis, & ego reficiam uos. Id est liberabo. iuxta illud Esai. Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me, &c. Vt predicarem captiuis indulgentiam. Quod de se dictum Dominus aperuit, Luc. 4. Quod autem peccatores captiui dicantur, docet Apostolus, ad Timothæum. Qui captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis.

De hac ergo liberatione à captiuitate peccati, explicat Theodoretus, Lyranus Hieronymus, August. & alij quod legimus Psal. 84. Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob; remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorū. Operuit autem peccata nostra sanguine circuncisionis suæ: Quando uocatum est nomen eius Iesus. Et seruata lege circuncisionis, liberauit nos à lege peccati. De qua Roma. 7. Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Vocat autē legem peccati, fomitem concupiscentiæ, vt exponit D. Thom. vel consuetudinem peccandi vt ait Hierony.

Captiuare intellectum in obsequium Christi. Est subiicere hominem scientiam suā omnem ministerio Christi, vt exponit D. Thomas. Item & Theophy: super illud: In captiuitatem redigentes omnem intellectum, in obsequium Christi: Hoc est illud iugum, de quo Dominus Matth. 11. dicebat: Tollite iugum meum super uos.

CAPVT XXXVI.

Caput.



APVT & cacumen dicitur Hebraicè Ros vt patet Genes. 3. & Exodo. 34. Caput est præcipua pars animalis, quæ collo sustinetur, ab eo sic dicta, quod capiant ab ea nerui omnes initium, per quos sensus in totum corpus effunditur, vel caput dicitur quia capit omnes sensus, tam interiores, quam exteriores. Sumitur autem frequen-

Matth. 11.

Esai. 61.

Luc. 4.

2. Tim. 3.

4

Theodor.

Lyra.

Hierony.

Augu.

Psal. 84.

Luc. 2.

Rom. 7.

D. Tho.

Hierony.

5

D. Tho.

Theoph.

2. Cor. 10.

Matth. 11.

אפ

I

Dan. 1. ter pro vita Dan. 1. *Condemnabitur caput meum Regi. Et cap. 13. Recte mentitus es in caput tuum. Sic Iosue. 2. E. Ezech. 1. 1. & 16. Ioel 3. A. 1. Reg. 28. A. & 29. Psalm. 7. D. Eccli. 17. C. & 27. B. 29. C. Hier. 13. D. 23. D. 31. A. Ezech. 4. D. Item sanguis alicuius esse super caput eius, dicitur vt denotetur, peccatum eius esse in interitum illius Ezechiel. 33. A. 2. Reg. 1. C. 3. Reg. 2. F.*

2. Caput dicitur cuiuscunque rei principium. Sic fons paradisi diuiditur in quatuor capita, idest in quatuor fluuiorum initia, eodem modo accipitur, 2. Paral. 3. 2. Iudith. 13. A. Ezech. 42. C. Nahum. 3. C. Zacha. 4. A. Gen. 47. *Oravit Iacob conuersus ad lectuli caput. Sed & columnarum capita, siue capitella dicuntur summitates earum Exod. 27. B. 36. D. 38. D. 2. Regum. 7.*

3. Caput per synedochen totum hominem significat. Num. 1. *Reccensentes eos per cognationes, & domos, & familias, & capita singulorum. Et cap. 3. Quinque siclos per singula capita. Et ca. 31. Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum & boum, &c. Item Exod. 16. agens de mana, dicit. Colligat unusquisque ex eo Gomer per singula capita.*

4. Caput in familia vel in populo vocatur princeps, Num. 1. *Capita exercitus Israel, & Amos. Optimates capita populorum. Et Psal. Dauid ait. Constituit me in caput gentium. Quia videlicet gentes circum circa subiecit Idumæos, & Moabitas, & alios, vt exponunt Lyranus, Vatablus, & Iansenius. Nihilominus tamen Theodoretus Dauid inquit, dominatum esse gentibus non nouimus. Igitur per eum qui ex ipso secundum carnem ortus est, vaticinatio impletur, idest per Christum. De quo Matth. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Quamuis enim prælio vicerit sæpe Gentiles Dauid, non tamen rex eorum, & caput factus est: sed Christus, qui populo Iudaico, & Gentilico præest, vt lapis angularis, sicut ex Psa. 117. ipse de se ipso prædicitum allegat, Matth. 21. *Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Quod citatur Act. 4. & 1. Petr. 2. de quo, & Eph. 1. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. Et Ephe. 4. Qui est caput Christus. Item Ephe. 5. Christus est caput Ecclesie. Quod intellige non solum militantis, sed**

& triumphantis, hominum videlicet, & Angelorum. iuxta illud Colosens. *Qui est caput omnis principatus, & potestatis.*

5. Caput etiam pro Christo ponitur Ose. 1. *Et congregabuntur filij Iudæ, & filij Israel pariter: & ponent sibi caput unum. Idest conuersæ reliquæ Iudæorum, & Ecclesie ex gentibus congregatæ credent in Christum, vt exponit Cyrillus de quo lib. 1. egimus, in verbo ascendere. In eodem sensu accipitur illud Mich. 2. vbi cum facta esset metio de Ascensione Domini in cælum subditur: *Et transibunt per portam, & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum. Quod perperam exponit Vatablus de Rege Sedechia, qui per portam in muro perfossam transiit in captiuitatem coram populo suo, in capite eorum. Nec minus extorta est Theodoretæ explanatio, scilicet Dominus princeps eorum ad perendum eos. Legitima verò est expositio Hieronymi, Dominus inquit, in capite eorum vt princeps erit ad saluandum eos. Quia illi transibunt per portam, qui est ipse Christus, qui in Euangelio clamat. Ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur. Ipse ergo, tanquam rex transibit in capite eorum ascendens in cælum, de quo Marc. vltim. *Et postquam loquutus est eis, assumptus est in cælum: & sedet à dextris Dei. Sic explicant Rupertus, Glossa & Lyranus.***

6. Caput secundum eandem acceptionem principatum denotat Esa. 1. *Omne caput languidum, & omne cor mærens, à planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Vbi Hierony. per metaphoram, inquit, docet quod à principibus vsque ad extremam plebem in nullo sit sanitas, Sed omnes in impietati pari ardore consentiant. Hæc ille. Hinc prouerbialiter dicitur: *Esse in caput, & non in caudam, quod vt Lyranus & Vatablus exponunt esse denotat foelicem, & principem: & non ignobilem, & miserum. Sic Deut. Constituet te Dominus in caput, & non in caudam. Eris semper supra, & non subter. Item Esa. 9. & 14. & 19.**

7. Caput mouere super aliquem est, vel illius calamitati condolere: vel certe illum irridere 4. Reg. *Spreuit te, & subsannauit te, post tergum tuum caput suum mouit. Et Psalm. Posuisti nos in similitudinem gentibus: commotionem capitis in populis. Sic Psalm. 108. D. Esa. 37. D. Hier. 18. C. Nahum. 3. B.*

Colof. 2.

Ose. 1.

Cyrillus.

Mich. 2.

Vatab.

Theodo.

Hier. 10.

Ioan. 10.

Marc. vlt. Rupert. Glossa. Lyranus.

Esa. 1.

Hiero.

Lyran. Vatab.

Deut. 28.

4. Reg. 19.

Psalm. 43.

Iob.

Iob. 42. C. Eccli. 12. C. 13. A. Matth. 27. E. Marc. 15. C.

8. Porro exaltare caput alicuius, est illi in fastigium dignitatis extollere, cum Dauid fugeret à facie Absalon, dicebat: *Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Et Psal. 26. idem Prophetæ priusquam rex vngetur dicebat: In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Quod dicit vt putat Theodoretus, quando fugiens Saul, panes propositionis accepit in tabernaculo Dei. Item Psal. 82. *Qui oderunt te, extulerunt caput. De Christo quoque dicitur Psal. De torrente in uia bibit, propterea exaltauit caput. Quod explicum in verbo Biberet, sic Eccli. 11. *Sapientia humiliati exaltabit caput illius. Sicut notat Lyranus, Daniël in captiuitate exaltatus est inter principes, & Ioseph in Ægypto venditus: Sic dicitur Eccli. 20. *Et qui ab humilitate leuabit caput. Quia omnis: qui se humiliat exaltabitur.****

Capite aperto procedere, figum est luctus, & tristitiæ, sic Dauid fugiens Absalon aperto capite dicebat. Item mortuo Absalon: *Rex operuit caput suum, & clamabat fili mi Absalon. Et Hiero. 14. Operuerunt capita sua propter terræ uastitatem. Mysticè verò vt hoc loco Hieronymus notat operiunt caput, qui nequeunt cum Apostolo dicere: *Nos autem reuelata facie, gloriam Dei specularantes. Idest non sub cortice literæ mentis oculos tegimus: sed spiritualia detecto velamine contemplantur. Vnde Moyses in rubo: *Abcondit faciem suam: & non audebat aspiciere contra Deum. quia sub umbra legis erat, tres autem Apostoli viderunt sine velamine in monte Dominum, quando transfiguratus est ante eos. Vbi notat quod dixit Euangelista: Ante eos.***

10. Caput interdum, pro anima ponitur: quia præstantior pars hominis est, vt docet August. super Psal. 3. Sic Iacob de benedictionibus dixit: *Fiant in capite Ioseph, & Iob ait: Quando splendebat lucerna eius super caput meum. Idest, quando illustratio diuina illuminabat mentem meam, vt exponit Glossa, item D. Thomas, quando prouidentia inquit, Dei dirigebat in mentem meam in multa bona. Sic & Psalmi. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Idest unctio regia, qua peccator Saul abu-**

fus est: non eleuet mentem meam in superbiam: vt exponit Lyranus. Vel adulationis oleum non rite eleuet in iactantiam, vt explicant Hilarius, August. Theodor. Basilius, Hierony. & alij patres, est autem in Hebræo pro oleo peccatoris, oleum felis, & veneni serpentini, quia talis est adulatio virulenta: vide Genebrardum hic, propterea Christus adulantibus cum Phariseis dixit: *Quid me tentatis hypocrite. Præterea caput pro anima ponitur Prouer. 1. *Vt addatur gratia capiti tuo, & Prou. 10. *Benedictio Domini super caput iusti: & Eccles. 2. *Sapientis oculi in capite eius. Idest in superiori animæ parte: quæ contemplationi vacat, vt exponit Lyranus. Mysticè verò in Christo capite nostro, vt exponit Hierony. super hunc locum. Item Greg. Homi. 2. in Ezech. Tunc inquit, in capite oculos habemus: quando redeimptoris nostri vitam tacita cogitatione conspiciamus. Hæc ille. *Sic Maria optimam partem elegit: quæ se dens secus pedes Domini audiebat uerbum illius. Sic & Maria Deipara quæ audiebat omnia uerba de Christo: *Conferens in corde suo Luc. 2.******

De animarum quoque gloria, quæ post Ascensionem Christi purgatis maculis recipiuntur in cælesti Hierusalem, exponit Hieronymus, illud Esa. 35. *Ibunt in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum. Et Cyrillus venient, inquit, in Sion, idest in Ecclesiam, habentes in terra, & in cælo iugem lætitiã. Sic etiam Theodo. intelligit de lætitiã cælestis Sion, & Ambros. super Psa. 37. in medio, & Tertullianus lib. de Resurrectione carnis. De hoc gaudio Ioan. 16. *Gaudium uestrum nemo tollet à uobis. De quo alias diximus.**

Caput secundum eandem metaphoram accipitur Prou. 25. *Si surierit inimicus tuus, ciba illum, &c. carbones ignis cogeres super caput eius. Idest ardorem charitatis, suscitabis super animam eius, vt exponit Beda & Glossa. Quia charitas gignit charitatem, ideo Dominus dixit: *Diligite inimicos uestros. Præterea: *Visiones capitis mei. Dixit Dan. c. 2. 4. & 7. idest animæ meæ. Item Hierusalem vastata à Chaldæis clamauit: *Inundauerunt aquæ super caput meum. Id est oppresserunt tribulationum fluctus, animam meam.****

In capite sunt signa lætitiæ, & è contrario tristitiæ: Lætitia quidem est vi-

8

Psal. 3.

Psal. 62.

Theodo.

Psal. 109.

Eccl. 11.

Lyranus.

Dan. 6.

Gen. 41.

Eccl. 20.

Luc. 18.

1. Reg. 15.

2. Reg. 19.

Hier. 14.

Hierony.

2. Cor. 3.

Exod. 3.

Matt. 17.

10

August.

Gene. 9.

Iob. 29.

Gloss.

D. Tho.

Psal. 140.

Lyra. Hilarius, Augu. Theodo. Basilius, Hiero. Matth. 22. Prou. 1. Prou. 10.

Eccle. 2.

Lyra. Hiero.

Gregor.

Luc. 10.

Luc. 2.

11

Hiero. Esa. 35. Cyril.

Theodo. Ambros.

Tertul.

Ioan. 16.

12

Prou. 25. Rom. 12.

Beda. Gloss. Matth. 5.

Thre. 3.

gele

gere caput vnguento pretioso, item signum sacerdotij, regieque dignitatis, & prophetalis. De latitia: Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum. Vnde etiam dixit Dominus Phariseo. Oleo caput meum non unxisti, item Magdalena effudit libram unguenti super caput Domini recumbentis. In quo sensu Salomon dicit: Oleum de capite tuo non deficit. Idest latitia spiritualis, quae provenit ex charitate, vt exponit Lyranus. iuxta illud. Fructus autem spiritus charitatis, gaudium. Neque enim de latitia humana potest intelligi: vt Vatablus putauit, quae aliquando in ieiuniis deficit, & in macerationibus corporis, iuxta illud Matth. 5. Beati qui lugent. Latitia tamen bonae conscientiae iustis quidem non deficit. Iam vero de vntione capitis sacerdotis, lege Leuit. 8. ite Pfalm. 132. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron. De vntione vero capitis regalis 1. Reg. denique de Prophetia 3. Reg. Caeterum signa in capite mactitiae sunt, quando tondetur seu de caluatur, sic Iob c. 1. in calamitatibus suis: Tonsi capite corruens in terram adorauit. De hoc v. vide in verbo Caluitium. Item signum maioris fuit cinerem vel puluerem super caput spargere 1. Reg. 4. C. Ester. 4. A. Iob. 2. D. Ezech. 27. F. Apoc. 18. F. quem morem feria. 4. Cinerum in signum maioris poenitentiae representat Ecclesia quae cinere simul, & cruce fideles in fronte signat, ad mortis memoriam, & ieiunium prouocans, & poenitentiam.

In capite libri scriptum est de me. Legimus Pfal. 39. de cuius historiali sensu disceptatio est inter expositores. Et primum in Hebraeo non quidem in capite, sed in volumine libri scriptum est, sic etiam Chaldaicus vertit paraphastes, & Aquila, & Hieronymus, idque significat Meghilla Sepher. Quod sept. vertit, εν κεφαλιδι βιβλιου in capite libri, quod sequitur vulgata: & non male quia cum liber multa habeat capita, quod in volumine scribitur in aliquo capite scribitur. vel in summa, sed Vatablus & Iansenius putant, regium Prophetam in sua ipsius persona hoc dixisse: qui de regis moribus scribitur Deuter. 17. & quia hic sermo est de peccatis quae cadere minime possunt in Christo. Secunda expositio Hilarij tenetis in persona Christi dici: de quo in primo capite Genesis scriptum esse existimat, & vbi vulgata ver-

tit: in principio creauit Deus, in Hebraeo in filio scribi. Sed Hieronymus in quaestionibus Hebraicis super Genesim, asserit in Hebraeo haberi, Beresith, quod est in principio, non autem Beben, in filio, Symmachus etiam, & Theodotio vertunt in principio. Tertia ergo expositio est Hierony. in 1. cap. Genesis scriptum esse in principio, sed principium illud esse filium Dei, sicut Ioan. 8. Christus de se ait: Ego sum principium, qui & loquor vobis. Et ita sermo est iuxta historiam de Christo in Psalmo: de quo sumpsit de filio Dei testimonium Apostolus Hebr. 10. Neque obstat de iniquitatibus suis Christum loqui, quia quantum ad poenam suas fecit iniquitates, quae culpa nostra sunt: non illius. Sicut Psal. 21. dicit: Longe a salute mea uerba delictorum meorum. Denique Lyranus non de libro Sacrae scripturae, sed de libro vitae putat Psalmum loqui, in cuius capite scriptum est de Christo: qui Rom. 1. Praedestinatus est filius Dei in uirtute, ut eligeret ipse omnes electos. Ioan. 17. Ego elegi uos, etc. Sed expositio tertia Hieronymi praerenda est.

Imponere homines super capita nostra est eorum subiici tyrannidi. Sic legimus, Psal. 65. Imposuisti homines super capita nostra. Pro quo in Hebraeo est: Posuisti catenam in lumbis nostris, imposuisti homines super capita nostra. Quod Lyranus putat intelligi de Aegyptiaca populi seruitute sub Pharaone. Theodoretus vero de captiuitate Babylonica, Iansenius de liberatione populi Iudaici a magnis tribulationibus. Sed melius intelligunt August. Hieronym. Beda, Cassiodorus & Genebrardus de Martyribus, qui spe Resurrectionis, tyrannorum tormenta tollerabant: sicut in titulo Psal. mi de Resurrectione fit mentio. De his tribulationibus Dominus praedixit Apostolis: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et absque Synagoga facient uos. Et ego mitto uos, sicut oues in medio luporum.

Capita hostium conuassare magna victoriae signum est, Psal. 109. Conuassabit capita in terra multorum. Quod de victoria Christi contra Iudaeos post Ascensionem in caelum per Romanos sub Tyto, & Vespasiano intelligunt Lyranus, Vatablus, Iansenius & Hieronymus, qui notat scriptum: Conuassabit capita multorum: non omnium, quia punit eos qui non credunt. sicut Simeon de illo praedixit: Hic positus

Hierony.
Symmac.
Theodo.
Hierony,
Ioan. 8.
Hebr. 10.
Psal. 21.
Rom. 1.
Ioan. 17.
Psal. 65.
Lyra:
Theodor,
Ianse,
Augu.
Hierony,
Beda.
Cassiodo.
Genebrar,
Luc. 27.
Ioan. 16.
Matt. 10.
Psal. 109.
Lyranus:
Vatab.
Iansen:
Hiero.
Luc. 27.

est in ruinam, & resurrectionem multorum. Denique Theodoretus exponit de finali iudicio, quando dicit impiis iudex: ite meliditi. Huius iudicij figura praecessit in Pharaone, cum exercitu suo in mari summerso: de quo Psal. Contribulasti capita draconum in aquis: Tu confregisti capita draconum. Idest duces praefectos, & Centuriones Aegypti vt exponit Theodoret. confregisti. Mystice vero, diabolus draco vocatur hoc loco: vt notat Hierony. De quo Ioan. 12. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi, eijcietur foras. De hoc iuxta literam intelligit Hierony. illud Abacuc. 3. Percussisti caput de domo impij. Idest diabolus, & caput eius Antichristum, cuius breuiabunt dies propter electos, & subdit Abacuc: Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius.

Caput sponis rore plenum, longam de notat eius patientiam: dum nostram conuersionem expectat. Sic exponit Lyranus, illud Cant. 5. Aperi mihi soror mea, etc. Quia caput meum plenum est rore: & cincinni mei guttis noctium. Sic clamat Matth. 23. Hierusalem, etc. Quoties uolui congregare filios tuos, etc. Expectat ergo Deus singulos vocans, a rore matutino, usque ad noctis pluuiam, idest a principio mundi, usque ad finem, & a prima hominis aetate, usque ad senectam, sicut in parabola Matth. dicit: Simile est regnum caelorum homini patrifamilias: qui exiit summo mane, adducere operarios, etc. Sic expectauit Samaritanam iuxta puteum, & latronem in Cruce. Mystice vero Theodoretus capillos sponis rore plenos inspirationes, & illustrationes eius, quibus animam sua cognitione replet, intelligit, & guttas noctium, cognitionem attributorum eius, per negationem: vt quod sit immensus, ineffabilis, &c. De hac cognitione Matth. 11. dixit Christus: Neque patrem quis nouit nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare.

Caput Ecclesiae ad caelestia leuatum, simile dicitur Carmelo Cant. 7. Caput tuum ut Carmelus. Quod sponus dicit sponsae, quae non superbe caput erigit: sed eleuat, ut Carmelus, qui interpretatur scientia circuncisionis, idest non ad inania, & curiosa vel superba tollitur. Sed ad moderatam caelestium expectationem, & contemplationem, vt dicit Glossa. Sic iustis dicitur, sub diem finalis iudicij. Respice, & leuate capita uestra: quoniam appropinquat redemptio

uestra, & Luc. 12. Vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur a nubibus. Vel vt exponit mystice Theodor. Christus est caput sponsae vt Carmelus, idest vt scientia circuncisionis. Quia sicut ipse circuncisus est: & uocatum nomen eius Iesus. Sic etiam docet inutilia circuncidere: & nocua, vt salutem consequatur, dicens: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum.

Multa de metaphoris uocis huius caput, sparsimus in alijs uerbis. Nam in uerbo Bestia habes de capitibus bestiae Dan. 7. & Apoc. 11. &c. de capite auri sponsi: in uerbo Aurum. Item caput Cherubim Ezech. 10. in uerbo Cherubim, caput libani, in uerbo Libanus, iris in capite Apoc. 10. in uerbo Angelus, in capite mulieris corona Apo. 12. in uerbo Corona, &c.

CAPVT XXXVII.

Carbo.

CARBO Hebraice dicitur in scriptura Sacra Phecham Esa. 54. Carbo fit ex ligno in fornace combusto arte carbonaria, vt rursus in flammari possit: qui cum ardet pruna uocatur, vel carbo uiuus, vel ignitus. Sic Tobie 8. partem iecoris posuit, super carbones uiuos.

Carbones appellari solent fulmina, 2. Reg. & Psalm. Carbones succensi sunt ab eo. Idest a Deo, qui tonans fulmina de caelo iaculatur, vt exponunt Vatablus, & Iansenius, & ipse textus se explicat, vt Theodoretus ait subdens: Grando & carbones ignis. Haec fulmina Dominus contra Aegyptios vibrauit, vt inquit, Lyranus, vel contra hostes Dauid, vt uult Vatablus, vel passim contra inimicos Ecclesiae vt dicit Theodoretus. Mystice uero Hieronym. Aug. & Glossa carbones succensos, peccatores per poenitentiam renouatos exponunt. Tales fuerunt Matth. Zachaeus, mulier peccatrix.

Est autem disceptatio inter autores, de

Luc. 21.
Theodo.
Luc. 2.
Matth. 16.
Luc. 21.
Iob. 8.
2. Reg. 22.
Psal. 17.
Vatab.
Ianse.
Theodo.
Lyranus.
Hiero.
August.
Glossa.
Matth. 9.
Luc. 19.
Luc. 7.
3



Pfal. 119. legitima intelligentia illius loci, Pfa. 119. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam: sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs. Quod Hierony. ad veritatem Hebraicam, sic vertit: Quid dabitur tibi, aut quid apponetur tibi à lingua dolosa, sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus iuniperorum. Ita etiam vertit Vatablus. Vnde secundum fontem Hebraicum Ianfenius putat, linguam ipsam dolosam sagittis comparari: ita vt sit sensus. Quid procedet à lingua dolosa nisi sagittæ potentis acutæ. iuxta illud Hiere. Sagitta vulnerans lingua eorum. Sed quia Septuag. vertunt, *πρός γλώσσαν ἐλολιαν* ad linguam dolosam, & aliqui vt Hieronymus notat, addunt a duerfus linguam dolosam. Secunda plausibilior expositio est: vt Propheta intelligatur remedium petere, ad coercendam linguam dolosam: & quasi respondeat Spiritus sanctus, remedium erit: Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus ignitis. Quod adhuc duobus modis intelligi potest. Vel vt remedium petatur poenale: vel sanatiuum quidem. Priori modo exponunt Theodoretus, Lyranus, Caietanus & Genebrardus, vt sit sensus, sagittæ potentis acutæ, idest vastationes, cædes, & excidia prouenient à Romanis, contra Iudeos linguosos, & dolosos, sub Tyto & Vespasiano, quia filio Dei dolo passim infidiabantur, nunc rogantes? Licet censum dare Casari? Nunc dicentes: Quare discipuli ui transgrediuntur mandata seniorum? Nunc adducentes ei mulierem in adulterio deprehensam: nunc rogantes: Si tu es Christus, dic nobis palam. Vel certe non solum de Iudæis sermo est: sed de omnibus dolosis, & fraudulentis, qui in hac vita tribulationibus transeuntibus affliguntur, quasi sagittis, vt Theodoretus ait, in alia vero carbonibus iuniperorum, qui diutius ignem seruant: idest poenis gehennæ. iuxta illud Matth. *Ita maledicti in ignem æternum.* Sed posteriori modo si medicina queratur ad linguam dolosam reformandam, sagittæ, & carbones intelliguntur esse verba Dei, quæ cor penetrant, & inflammant, vnde Luc. 11. *Beati qui audiunt uerbum Dei: & custodiunt illud.* Sic exponunt Hieronymus, Augustinus & Glossa. At propriori intelligentia facit illud Psal. vbi dicitur de dolosis, & obstinatis: *Cadent super eos car-*

Hiero.
Vatab.
Iansc.
Hiere.9.
Theodo.
Lyranus.
Caietanus.
Genebr.
Matth.22
Matth.15.
Ioan.8.
Ioan.10.
Theodo.
Matth.25.
Luc.11.
Hiero.
August.
Gloss.
Psal.139.

bones, in ignem deijcies eos: & subdit. Vir linguosus non dirigitur in terra: uirum inustum mala capient in interitu. Quare magis hæc expositio quadrare videtur, quæ poenam exposcit, non medicinam, sed de hoc alias dicemus fortasse.

Carbonibus comparantur in scriptura homines iracundi & proterui, de quibus Prouerb. 26. *Sicut carbones ad prunas, sic homo iracundus suscitabit iras.* Et in eodem sensu dicitur Eccli. 8. *Non accendas carbones peccatorum arguens eos.* Quia vt notat Lyranus, correctio quoque fraterna differenda est, quando peccator magis irritaretur ad malum. Ideo Dominus dabat Phariseis locum iræ: quando: *Secessit in partes Tyri, & Sidonis.* Item Ioann. 11. *Abijt in regionem iuxta desertum.* Porro publica potestas non debet quidem poenam malefactoris dimittere, quamuis ille irritetur, & fremat. Quia magistratus commune iustitiæ bonum intuetur, non ita priuatum.

Carbonibus facies miserorum comparantur: *Nazaræi eius niue candidiores, &c. Denigrata est facies eorum super carbones.* Quod propter famem captiuorum, & squalorem per emphasim dictum exponit Lyranus. Mystice uero Hieronymus. *Nigri inquit, post candorem fiant, qui missa Dei iustitia cum de se præsumunt, in ea etiam, quæ non intelligunt, peccata delabuntur.* Talis erat Phariseus, qui dicebat: *Non sum sicut ceteri homines.*

¶ Facies eorum sicut carbones ignis, Ezechiel. 1. vide libr. 1. in dictione Arde re numer. 2.

APVT XXXVIII.

carbunculus.



ARBUNCVLVS Gemma est, igniti carbonis similitudinem referens, nocte sub tenebris longe lateque fulgens, & quasi quosdam radios emittens, quæ apud Indos, & Garamantas inuenitur. De

qua

4
Prou.26.
Eccl.8.
Lyran.
Matth.15.
Ioan.11.
5
Thuc.4.
Lyra.
Hiero.
Luc.18.

1
דָּבָר

Plinius. qua Plinius libro. 37. capit. 7. de ignitis gemmis edisserens ait. Principatum tenent carbunculi à similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam apyroti vocati. Hæc ille. Erat autem Exod. 28. in secunda linea rationalis Summi Pontificis primus carbunculus. Hebraicè Nopech, neque tenetur Pagninus qui sequutus R. Pagninus. R. David. Dauid dixit, lapidem esse nigri coloris in libro Radicum. Reicitur etiam Thargum vertens hoc loco Smaragdum. Quia plures Hebræi conueniunt cum vulgata vertentes carbunculum, agens etiam Hieronymus de gemmis rationalis, in principio secundæ lineæ, super Esa. 54. carbunculum ponit.

2 Sed quia in his lapidibus nomina duodecim Patriarcharum, eo ordine quo nati fuerant, scripta erant: excepto Leui, qui ad Pontificatum vocatus in Aaron ea nomina potius portabat, ideoque nomen eius non erat in gemmis duodecim sculptum, colligere possamus carbunculum, quartam uidelicet gemmam, quarto loco natum Patriarcham significare: Videlicet Dan, propter Samsonem illius tribus ducem, qui instar ignis Philistæos combussit, atque contriuit. Porro Christi Domini Samson typus fuit: qui totum orbem in tenebris delitescentem, illuminauit, vt verus carbunculus, dicens: *Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, &c. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis.* Præterea: *Lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.*

3 Carbunculus denotat uerbum Dei: vt exponit Hieronymus. super illud Esa. 54. *Ego sternam per ordinem lapides tuos.* Vbi Septuag. vertunt carbunculum tuum. Carbunculus inquit, uidetur mihi ignitus sermo doctrinæ: qui fugato errore tenebrarum, illuminat corda credentium. Hæc Hierony. Vbi nota. Etiam sermones Dei ordinatos esse debere, propterea dixit ego sternam per ordinem carbunculum tuum. Quod impleuit, quando tanto ordine de beatitudinibus sermonem suum continnauit in monte dicens: *Beati pauperes, &c.*

4 Item, vbi nostra vulgata uerit Esa. 6. *Et uolauit ad me unus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.*

Exo.28.
Pagninus.
R. David.
Hiero.
2
Ioan.8.
Ioan.12.
Ioan.3.
3
Hiero.
Esa.54.
Matth.5.
4
Esa.6.

Hieronymus ait. Septuaginta calculum uertunt carbunculum. Ex quo intelligimus altare Dei plenum esse carbunculis: hoc est lapidibus ignitis, quibus peccata purgantur. Vnde de Deo legitur Psal. *Carbones succensi sunt ab eo, & in Deuteron. Deus noster ignis consumens est, & Luc. 12. Saluator ait. Ignem ueni mittere in terram.* Hæc ille. Est ergo carbunculus uerbum Dei ignitum: quod Seraphimi, idest doctor Euangelicus, forcipe fidei, & operationis accipit de altari, faciens & docens. iuxta illud Matthæi: *Qui autem fecerit, & docuerit, magnus uocabitur in regno celorum.*

Gemmula carbunculi in ornamento auri Et comparatio musicorum in conuiuio uini, Eccli. 32. Idest sicut carbunculus congruit auro: sic congruit musica in conuiuio uini, vt exponit Lyranus. Item Glossa, sicut carbunculus inquit, duplicat splendorem auri, sic musica iucunditatem conuiuij. Mysticè uero sapientia quasi carbunculus duplicat splendorem uirtutum, vnde qui facit, & docet magnus uocatur in regno celorum Matth. 5.

CAPVT XXXIX.

Carcer.



ARCER Hebraicè uocatur Bethhaasurim domus uictorum Iudicum. 6. Item Bor Genesi. 41.

Carcer ut Varroni placet dicitur à coercendo: quia noxios coercet, & seruat. Carceres etiam vocabantur funes, quibus coerebantur cursores, in ludis Olympicis, ne antequam magistratus signum darent, ad cursum prorumperent. Carcer etiam in singulari funis uocatur. Sic quoque legitur Iob. 7. *Nunquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdediti me carceres?* Vbi carcer ponitur pro obstaculo coercente, sicut exponunt Lyranus, Vatablus, Titelmanus, & D. Thomas, quasi diceret, mare coeres quasi fune, vt non operiat terram: & cetum retines in Oceano, ne consumant pisces in alijs sinibus maris Mediterranci, me autē forte coeres, & retines,

Hiero.
Psal. 17.
Deut. 4.
Luc. 12.
Matth. 5.
5
Eccl. 32.
Lyranus.
Glossa.
Matth. 5.
I
Varro,
Iob. 7.
Vatab.
Lyranus.
Titelmanus.
D. Tho.

ne minores opprimam : vbi notandum diuina quosdam prouidentia ægritudinibus, & calamitatibus impediri, ne sibi aut aliis noceant. Sicut ille qui in probatica piscina triginta octo annos habebat infirmitatis, Ioan. 5. cui Dominus dixit. *Ecce sanus factus es, noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*

2 Carcerem vincētis nunquam aperire, tyrannicæ crudelitatis indicium est. Sic de Nabuchodonosor dicitur, Esai. 14. *Vinctis non aperuit carcerem.* Quia vt Hieronymus ait, infantes plurimos vsque ad mortem in ergastulo detinebat: Vel certe de Lucifero iuxta literam intelligitur: vt explicat Eusebius libro. 4. de Demonstratione Euangelica cap. 9. & Cyprianus libr. 1. epistol. 3. & B. Prosper. in dimidio temporis, capit. 3. Quia homines captiuos post peccatum detinuit vinctos erroribus idolorum in vita mortali, & apud inferos post mortem, sed filius Dei vinctis aperuit carcerem dicens mortalibus: *Venite ad me omnes qui laboratis.* Animas vero patrum eduxit de limbo, ideo dicebat Ioann. 12. *Nunc princeps huius mundi, eijcietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.*

3 Carcer etiam infernum damnatorum significat Esai. 24. *Et congregabuntur in congregatione unius fascis in lacu, & claudentur ibi in carcere: & post dies multos uisitantur.* Vbi Hieronymus iuxta illud ait, quod legimus: *Ite maledicti in ignem æternum.* Quod vero subditur: *Et post dies multos uisitantur:* Videtur illis applaudere, qui dæmonibus dant pœnitentiam, sed quia visitari ambiguum est, in malum potest intelligi: Quod postquam iusti præmia receperint, illi in pœnis perpetuis visitentur. Hæc Hieronymus, & Lyranus, vbi vulgata inquit, vertit, post dies multos, in Hebræo habetur: *A diebus multis uisitantur,* idest de peccatis perpetratis, ab initio mundi, vel certe qui nunc puniuntur quantum ad animam resurgent ad pœnam corporum quod erit in malum visitari.

4 Carceris domus vocatur conscientia peccatoris. Sic exponit Hieronymus, illud Esai. *Ego Dominus uocaui te in iustitia, &c. ut educeres de conclusione uictum:* de do-

mo carceris sedentem in tenebris. Fuit itaque filius Dei missus à patre in mundum: vt educeret à peccatorum ergastulo de gētes in tenebris: iuxta illud Ioan. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat.* Soluit itaque vincētam de domo carceris peccatricem, & Matthæum, & similes. Eandem per modum ministerij potestatem Dominus contulit Petro. Matth. 16. *Quidquid ait solueris super terram, erit solutum & in celis.* Sic ergo de conuersione gentiū explicat hunc locum Esaiæ Eusebius lib. 9. de Demonstratione Euang. cap. 15. & Tertullianus lib. contra Iudæos, & Cyril. super Esaiam. *Quia Dominus de celo in terrā aspexit, ut audiret gemitus compeditorum.*

5 Carcer pro captiuitate ponitur in eodem cap. 42. Esaiæ. Vbi de populo Iudaico sub Romanis deuictio subditur: *Ipse autem populus direptus, & uastatus. Laqueus inuicem omnes: & in domo carceris absconditi sunt.* Quia vt Vatablus exponit maiores exemplo suo peruerso illaqueauerunt sibi subditos, & ideo permisit Deus vt à Romanis captiui ducerentur ergo timere debet iram Dei qui alium scandalizat. iuxta illud Euangelij: *Vae autem homini illi per quem scandalum uenit.*

6 Carcer pro limbo patrum ponitur, 1. Petri. 3. vel pro corpore mortali: In quo, ait, his qui in carcere erant ueniens in spiritu prædicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca. Vbi Quæstio est quoniam sint isti spiritus quibus filius Dei in spiritu ueniens prædicauit? Et vt omittamus errorem Marcionis qui dixit Christi animam ad inferos descendisse, & omnes damnatos inde liberasse vt refert Irenæus libro. 1. contra Hæreses capit. 29. & Epiphani. Hæresi. 24. Tres sunt huius loci Catholica patrum expositiones. Prima tenet corpus humanum hoc loco metaphoricè carcerem appellari, Deum autem in spiritu prophetiæ, quam Noe communi-cavit venit in spiritu tempore vicino diluuii. & prædicauit incredulis hominibus illius ætatis vt pœnitentiam agerent. Sic exponit Augustinus epist. 99. ad Eudium, & Beda & Glo. & Lyra. & D. Th. 3. p. nihilominus hæc expositio nō multū

Ioan. 3.

Luc. 7. Matth. 9. Matth. 16.

Eusebius:

Tertul. Cyrill. Psal. 101.

5 Esai. 42.

Vatab.

Mat. 18.

6

1. Petri. 3.

Quæstio.

Irenæus. Epiphani.

Augu. Beda. Gloffa. Lyranus. D. Tho.

quadrat

1. Pet. 4.

Franciscus Turrianus.

Clemen. Alexand. Athana. Epiphani. Cyrillus. Hilarius. Ambrosi. Ruffinus. Oecumen. Bellarmin.

Pho

I

Tob. 22.

Matth. 6.

Matth. 18.

quadrat, quia Petrus cap. 4. sequenti subdit. *Propter hoc & mortuis euangelizatum est, ut iudicaretur secundum hominem in carne.* Ergo non de hominibus adhuc uiuis, sed de mortuis loquitur, quibus dicit filium Dei in spiritu prædicasse. Ideo secunda expositio est prædicasse animam Christi animabus purgatorii, quæ tempore Noë illic debebant, quæ tenet Franciscus Turrianus libr. 4. pro epistolis Pontificum capit. 12. quia non videtur congruum, vt carcer uocetur, nisi locus pœnalis pœnae sensus, qualis est locus purgatorii: sed nō placet multis hæc expositio, quia durum est tam longo tempore animas in purgatorio, scilicet à tēpore Noë fuisse detētas. Ideo tertia sententia, probabilissima omnium est, animabus in limbo patrum exstentibus Christum prædicasse illuminādo illas, quæ aliquando fuerant incredulæ, sed tempore diluuii crediderant, & per pœnitentiam saluatæ sunt. Ita tenent Clemens Alex. lib. 6. Stromatum Athanas. epist. ad Epictetum, & libr. de Incarnatione. Epiphani. hæresi 77. Cyrill. lib. de Fide ad Theodosium, Hilarius super Psal. 118. in illud: *Defecerunt oculi mei,* Ambrosi. super Rom. 10. Ruffinus in expositione Symboli, Oecumenius super 1. Petri. 3. Bellarminus contra hæreses.

CAPVT XL.

Cardo, cardinalis.

CARDO Ostij Hebraicè dicitur Photh & Cardines in plurali Photh 3. Reg. 7.

Cardo ferramentū illud est, circa quod fores vertuntur. Solēt etiam cardines appellari duæ cæli partes immobiles, sibi oppositæ, scilicet polus Arcticus ad Aquilonem, & polus Antarcticus ad Austrum vergens. Sæpe etiam cosmographi quatuor præcipuas cæli partes appellant cardines, ortum, occasum, Septentrionem, & Meridiem. sic olim prouidentie Dei irrefores dicebant Iob. 22. *Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat.* Quorū Dominus errorem in Euangelio refutat Matth. 6. *Si scœnum, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur Deus sic uestit: quanto magis uos modicæ fidei? Et Matth. 18. Simile est regnum cælorum homini regi, qui uoluit*

rationem ponere cum seruis suis. ¶ In eodē sensu Cardines accipiuntur Deut. 30. *Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde retrahet te Dominus.* Sunt itaq; quatuor mundi partes cardines cæli: de quibus in Pro. *Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ.* Sic & 1. Reg. 2. *Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbē.* Sic exponunt Glossa ordinaria, & interlinealis. Quamuis Beda reges putet hoc loco metaphoricè cardines terræ appellari: de quibus Iob. *Sub quo curuantur, qui portant orbem.* Porro collector Hieronymi in annotationibus Hebraicis super libros Regum, ait in Hebræo non tam cardines terræ, quàm afflicti terræ legi. *Et posuit super eos orbem,* quia vt dicunt Hebræi: pauperum orationibus Deus orbem sustentat. Nec mirum, quia ipsorum est regnū cælorum. Accedit quòd mysticè iidem sunt pauperes afflicti, & cardines orbis terræ. Enimvero Apostoli principes constituti sunt super omnē terram adeo pauperes, vt dixerint: *Eccē nos reliquimus omnia, & illis dictum est: Scēdebitis super sedes duodecim indicantes, &c.*

Cardines maris sunt quatuor eius extrema, versus Orientem, Occidentem, Septentrionem, & Meridiem. Sic explicant D. Thom. & Titelmanus, illud Iob 36. *Si uoluerit extendere nubes quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet, idest extremitates maris, quibus claudi uidetur, operiet lumine fulgurum.* Sed Beda principes gētium instar maris fluctuātis cardines maris appellari putat, quos lumine Deus cælesti perfundit ad fidem vocās: sicut olim Magos ab Oriēte duce stella uocauit Saluatore nato, & lumine circumfudit.

Cardines commoti dicuntur Hierosolymitani templi, quando Iudæis obsecatis templum à Romanis exultum est. Isa. 6. *Et commota sunt superliminaria cardinum à uoce clamantis, & domus impleta est fumo.* Vbi Hiero. Clamantibus, inquit Seraphim, & in tota terra Trinitatis Dei mysterium prædicantibus, statim commotū est liminare templi: & omnes eius cardines coniderunt, impleta Saluatoris sententia Matth. 23. *Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta.* Hæc Hiero. idē Cyrill.

Cardines templi stridere captiuitatem populi denotant Amos. 8. *Tunc stridentur*

2 Deut. 30. Prou. 8. 1. Reg. 2. Glossa ordi. Gloss. inter. Beda, Iob 9. Hierony. Matth. 5. Matth. 19. 3 D. Thom. Titelman. Iob 36. Beda. Matth. 2. 4 Isa. 6. Hierony. Matth. 23. Hierony. Cyrillus. 5 Amos 8.

Hierony. *cadine templi, quod Hierony. de utroque excidio Hierusalem putat intelligi tam sub Babylois, quam sub Romanis. Subdit quoque Amos cap. 9. Vidi Dominum stantem super altare, & dixit: Percute cardinem, & comota sunt super limina. Quod Dominus Propheta iussit, vel Angelo, presente Propheta. ut notant Hierony. & Theodoret. & sequitur causa vastationis templi: Quia auaritia in capite omnium. Ideo Christus dixit Matth. 6. Non potestis Deo seruire, & Mammona, & nolite thesaurizare uobis thesauros in terra.*

Theodoret.

Matth. 6.
Matth. 5:

5
Cardinalis dignitas antiquissima.
August.

Concil. Melitense.

Con. Romanum sub Syluestro.

Leo. Papa.

Onuphrius.

Cardinalium nomen dignitatis est deductum à cardine, unde alij sicut à cardine pendent, quales sunt principes. Vnde Aug. lib. 1. de Baptismo cap. 6. Principales Donatistas cardinales vocauit. Dicebantur autem olim quædã Ecclesiæ principales cardinales, & inde præbyteri huiusmodi Ecclesiarum cardinales appellari cœperunt, ut patet ex Concilio Meldensi Can. 5. 4. Titulos, inquit, cardinales in urbibus, uel suburbis constitutos Episcopus canonicè ordinet. Fallitur autem Caluinus dicens: Cardinales à tempore Gregorij Papæ cœpisse, quia in Concilio Romano sub Syluestro Can. 6. legimus, fuisse Diaconos Cardinales septem in Romana Ecclesia: præcessit autem Syluester Gregorium primum annis ferè trecentis sub Constantino Magno, neque tunc cœpit hæc dignitas, sed ut antiquior refertur. Denique Leo Papa 9. epist. ad Michaëlem Imperatorè cap. 3. 2. dicit: Clericos Romanos Cardinales vocari, quod Romano Pontifici inhæreant, qui est velut totius Ecclesiæ cardo. Sed Onuphrius libr. de titulis Cardinaliū sic appellari dicit, quod aliis omnibus clericis præsent. De his itaque mysticè intelligitur illud 1. Reg. 2. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.

¶ Carica est genus fici apud Palestinam de quo vide alias.

CAPVT XLII.

Carmel.

CARMELVS Hebraicè Carmel appellatur, quo nomine duo sunt montes apud Iudæos, ut notat Hierony. super Isai. 2. 9. Alter est in Galilæa

ad Australem plagam in quo erat Nabal Carmelus, maritus Abigail. 1. Reg. 25. 1. Reg. 25. pertinetq; ad tribum Iudæ, circa terminū eius, ut habetur Iosu. 15. Alter uero Carmelus est in tribu Aser Iosu. 19. qui mari imminet in Phœnice iuxta Ptholomaidam, quæ prius vocabatur Aco: nunc autē dicitur sanctus Ioānes de Acre: in hoc monte qui fertilissimus est orauit Elias, & pluuiam impetravit. Ad hæc Carmelum de captiuitate Babylonica promisit Dñs populū reducere Hiere. 50. Et reducā Israhel ad habitaculū suum, & pascetur Carmelum. Ponit autē Regulam Hierony. super illud Isai. 16. Et auferetur letitia, & exultatio de Carmelo. De quacumq; terra pingui fecunda & nemorosa in scriptura mētio fiat nomine Carmeli per similitudinem exaggerat fecunditatē eius, quia in loco Isaiæ citato de vastatione Moab sermo erat, quam propter fecunditatē Carmelū vocat. Sic etiam de eadē vastatione repetitur Hier. 48. Et auferetur letitia de Carmelo. Ita quoq; intelligitur illud Isai. Conuertetur Libanus in Carmel, idest terra syluestris & sterilis in opimā & pingue. Et Carmel in saltum reputabitur, idest terra fertilis in desertū redigetur. Ex quo Hieron. conuincit Iudæorū obstinationem super hunc locum. Respondeant, inquit, Iudæi amici simplicis tantum historiarum: quomodo in Aduentu Dñi Saluatoris Libanus mons Phœnicis versus sit in montē Carmeli, &c. quod cum dicere non possint, audiant Libanū, qui interpretatur dealbatio, refertur ad populū gentium, qui lotus in Dño transfertur in Carmel, idest in circuncisionis scientiā, ut succedat non in litera, sed in spiritu loco Iudæorum, iuxta illud Matth. Multi ab Oriente & Occidente uenient, & recubent cum Abraham, Isaac, &c. in regno cælorum. Eodem modo explicant Cyrillus, Procop. Haymo, & alij patres. Idem repetitur Isai. 3. 2. in eodem sensu.

Carmel secundū regulam traditā diuites, & delitiis deditos significat Amos. 1. Dñs de Sion rugiet, & luxerunt speciosa pastorum, & exiccatus est uertex Carmeli. Vbi Lyran. per speciosa Carmeli principū, & optimatū domos delitiis affluentēs deustandas ab Assyriis exponit: sicut vertit Chaldeus sensum attēdēs potius, quā uerba: Et desolabuntur habitacula regū, & desertū fiet præsidium arcium illorum. In eodem

sensu

sensu de Senacherib Assyriorum rege ab Angelo perterrefacto militibus occisis dicitur: Et gloria saltus eius, & Carmeli eius ab anima usque ad carnem consumetur. Vbi exercitus Senacherib vocatur saltus, & sylua: propter militū multitudinē, & propter diuitias & delitias, dicitur gloria Carmeli eius destruenda, quoad corpus & animā. Ita Hiero. Lyran. & Vatab. exponunt. Et certè magnum malum est perditio corporis & anime, qualis fuit Herodis, & fautorū eius cōtra Iesum infantem coniurantiū: de quibus Matth. 2. Desuncti sunt enim, qui querebant animam pueri. Cæterū Euseb. lib. 2. demonstr. Euang. c. 40. locū hunc Isai. de vastatione Hierusalem à Romanis intelligit, sed præferenda est prior expositio. Quia eadē uerba repetuntur Isai. 37. ubi de fuga Senacherib satis aperte fit sermo. Secundū hanc phrasim Carmel accipitur etiā Nahum 1. ubi legimus: Infirmatus est Basan, & Carmelus, & flos Libani elanguit. Vbi ut Hierony. ait contra Assyrios uaticiniū est, quos Chaldei vastauerunt. Vocatur autē humus eorū propter fertilitatem Carmelus & Basan, quæ sunt fecundissimæ regiones Iudæorū. Addit Hierony. de mundi quoq; sine hunc posse locū intelligi, quādo uere infirmabitur Basan, & Carmelus, quia erit in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris & fluctuum arescentibus hominibus. Mysticè quoq; quia refrigeret in fine mundi charitas multorum.

Carmel metaphoricè capitur pro gentilitate ad fidē conuersa, sic exponit Hierony. illud Isai. 3. 2. Et habitabit in solitudine iudiciū, & iustitia in Carmel sedebit, hoc est in solitudine gentilibi populi, quæ uertetur in Carmel fecunditatis gratiæ Christi habitabit iudiciū, & iustitia maior, quā Pharisæorū: de qua Dñs: Nisi abundauerit iustitia uestra, plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Eodē modo exponūt Procop. Lyran. & Vatab. ¶ De eadē Gentilitate ad fidē cōuersa intelligit Hierony. illud Isai. 3. 5. Latabitur deserta & inuia, &c. gloria Libani data ei, decor Carmeli & Sarō. Ecclesiæ quippe ex gentibus cōuersæ, quæ prius fuerat deserta, gloria Libani, idest tēpli maiestas, & decor Carmeli, idest fructus opimi, & copiosissimi dati sunt. Iuxta quod Pharisæis Dñs dixit: Auferetur à uobis regnum

Dei, & dabitur genti facienti fructū eius. Ita quoq; explicat Euseb. lib. 9. demonstrat. Euang. c. 6. Cyril. & Theod. hoc loco Hilarius super Psal. 54. Tertull. lib. 4. cōtra Marcionē. Hoc etiā cœpit impleri in conuersione Magorū stella duce, quibus data est gloria Libani, decorq; Carmeli, quem Iudæi perdidērunt: quando turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo. Itē quando Centurioni ex gentibus conuerso Dñs dixit: Amen dico uobis: non inueniantā fidem in Israhel. In eodē quoque sensu de cōuersis ad fidē ex gentibus prædicitur Mich. 7. Pasce populū tuum, &c. in medio Carmeli pascetur. Vbi Hierony. Dñs, inquit, pater loquitur ad filiū, idest ad Dñm nostrum Iesum Christum, qui dicit: Ego sum pastor bonus, &c. dicitq; ut pascat gregē suum in medio Carmeli, qui interpretatur scientia circuncisionis. Hæc ex Hierony. Pasce ergo Christus suos in medio Carmeli scientia circuncisionis: quando docet nos carnalia circuncidere, dicens: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum. Et ideo dico uobis, nolite solliciti esse quid manducetis. Et omnis qui transcurrit fratri suo, reus erit iudicio.

Carmel concussus dicitur in vastatione Iudææ sub Romanis Isai. 33. Concussa est Basan, & Carmelus. Ita exponunt Hierony. & Glof. Item Lyran. quā Dñs vastationē prænuntians: Vidensq; ciuitatem fleuit super illam. De desolatione uero prius à Chaldeis facta dicitur Hierem. 4. Aspexi, & ecce Carmel desertus. ut exponit Hieronymus.

CAPVT XLII.

Carmen.

CARMEN Vocatur Sira in lingua sancta Exod. 15. Tunc cecinit Moyses, &c. carmen hoc.

Carmen dicitur à catendo, quasi canimen, quiddid metricè cōponitur. Vnde in Scriptura, quia carminibus aures delectātur, dictæ sunt aures: Filia carminis. Sic exponūt Hiero. & Lyran. illud Eccl. vii. Et obsurdescant omnes filia carminis. Quod fit tēpore senectutis, & mortis: ideo ante mortem Dominus clamat: Qui habet aures audiendi audiat.

Carmina uocantur in Scriptura sacra

Eusebius.
Cyrill.
Theodor.
Hilarius.
Tertull.

Matth. 2.

Matth. 8.

Michææ 7.
Hierony.

Ioan. 10.

Matth. 16.
Matth. 6.
Matth. 5.

5
Isai. 33.
Hierony.
Glossa.
Lyran.
Luc. 19.
Hier. 4.

Hierony.

שירה
I

Hierony.
Lyran.
Eccles. 12.

Luc. 8.
Matth. 13.

2

D.Tho. Iob.35, dogmata, & omnis doctrina diuinitus inspirata. Sic exponit D. Thomas illud Iob 35. Vbi est D. us qui fecit me, qui dedit carmina in nocte: id est, qui dedit per reuelationem carmina, id est dogmata instructionis humane in nocte, id est in somnis. sicut Mat. 1. Ecce Angelus Dñi apparuit in somnis Ioseph dicens: Ioseph fili David noli timere accipere Mariam, &c. & rursus: Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge accipe puerum, &c. vel in nocte dedit carmina, id est in quiete contemplationis, quæ est illa optima pars: de qua Dominus dixit: Maria optimam partem elegit. Sed Gregor. & Beda per noctem tribulationis tempus intelligunt, quando Deus amicis suis dat carminum a consolationis, iuxta illud: Beati qui lugent, quonia ipsi consolabuntur. Et rursus: Tristitia uestra conuertetur in gaudium. In hoc sensu Ecclesiastici 14. de iustis dicitur: In peritia sua requirentes modos musicos, narrantes carmina scripturarum.

2 Carmen in scriptura caticum plerunq; gratiarum actionis, & diuinarum laudum significat. Sic exponit Hieronym. illud Ezech. 2. Et uidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, &c. Et scripte erant in eo lamentationes, carmen, & ue. Liber iste sacræ Scripturæ volumen est Prophetæ reuelatæ: lamentationes uero sunt inquit Hierony. de his qui ad poenitentiam prouocantur, &c. carmen de his, qui Dei digni sunt testimonio: & quibus Psalmista præcipit Psalm. 95. Cantate Domino canticum nouum, uerbi gratia: Carmen Dominus cecinit de Ioanne dicens Matth. 11. Quem existis in desertum uidere Prophetam, &c? Dico uobis, & plus quã Prophetam, &c. & de Centurione carnem dixit affirmans: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israël. Item de Chanana: O mulier, magna est fides tua. Denique uæ super illis dicitur, qui penitus desperant. Matth. 18. Væ mundo à scandalis.

3 Carmen lugubre in scriptura vocatur quodlibet de rebus aduersis uaticiniũ. Sic de ruina Tyri Eze h. 27. Et assument super te carmen lugubre, & plangent t. Itẽ de excidio Ægypti Ezech. 32. Fili hominis cane carmen lugubre, &c.

4 Carminum tumultus dicitur, quando ore canitur, & corde distracto animus præuaricatur. Sic dicit Amos 5. Domi-

nus ad Israël adorantem pariter Deũ & idola. Aufer à me tumultũ carminum tuorũ. Similes erant illis Pharisei, quibus dixit filius Dei: Hypocrita bene prophetauit de uobis Isaias: Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est à me.

Carmen musicum, interdum capitur pro leui & sæculari cantilena. Sicut Ezechiel. 33. Audiuim uerba tua, & non faciunt ea, &c. Auaritiam sequitur cor eorum: Et est eis quasi carmen musicum, quod suauis, dulcisq; sono canitur, & audiẽt, &c. Ideo Dominus ait: Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud, quasi dicat, parum est audire, nisi custodias.

¶ Quædam alia de carmine, uide in uerbo Canere.

CAPVT XLIII.

Caro, Carnalis.



CARO In scriptura vocatur Basar generale nomen capitur pro homine, & omni animato.

Sed specialis caro secundum Hieronymum à pulpa distinguitur: ita ut caro sit, quæ sanguine, uenis, ossibus, ueruisq; constringitur: pulpa uero à pulsando dicta est illa, quæ māducatur, dicitur etiã depiscibus, & pomis caro. Carnes autẽ in plurali escas solẽt significare. Exo. 12. Edent carnes nocte illa. Et alibi: Quando sedebamus super ollas carnum. Item de sacrificio hostiæ pro peccato dicitur: Omnis masculus de genere sacerdotali uescetur carnibus eius, quia Sanctum sanctorum est. Sed notandum cũ Lyrano & Hieronymo Oleastro hoc loco hostiam pro peccato sacerdotis, uel pro peccato multitudinis tota comburebatur, de qua dicitur: Non comedetur, sed comburetur igni, in fine huius capitis. Sed de carnibus hostiæ pro peccato alicuius particularis excepta parte Domini, quæ comburebatur poterant comedere sacerdotes, & masculi eorum. Huius ceremoniæ mysticam rationem assignat Glossa. Quia singulorum hominum peccata sacerdotes comedunt, & quasi calore suæ charitatis, precibus, impetratione & oratione consumunt. Sed totius multitudinis

peccata

Deut. 41 peccata nullus purus homo meritorie consumit, nisi ignis charitatis Christi, qui est Deus & homo. Iuxta illud Deut. Deus non ster ignis consumens est. Ideo hostia pro peccato multitudinis igni consumitur, sicut & hostia pro peccatis sacerdotum ueteris legis, quæ igni tota comburitur, quia solus Christus pro illis satisfecit. de rigore iustitiæ, qui ignis consumens est. Ideo in die Circumcisionis Iesus uocatur, quia solus Saluator.

Luc. 2. 2 Omnis caro ponitur in scripturis interdum pro omni uiuente, in quo est spiritus uite, siue sit animal quadrupes, siue reptile terræ, siue uolatile. Sic Gen. 6. Finis uniuersæ carnis uenit coram me. & c. 7. d. & 8. c. & 9. b. c. & Leuit. 17. Anima omnis carnis in sanguine est. Vbi Glossa ex Aug. animam accipit pro uita, quæ sanguine sustentatur. Aut sumitur pro halitu, ut inquit Hieron. Oleaster, quia Nephes, uox Hebræa halitum significat. Prohibebatur autem sanguinis effusio Iudæis in honorem Dei, qui uocatur. Deus spiritum uniuersæ carnis. Præterea de omni uiuente dicitur apud Iob. Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem conuertetur. & Psal. In Deo speraui non timebo, quid faciat mihi caro. Et rursus: Qui dat escam omni carni, id est omni uiuenti. Item Eccles. 1. de sapietia, quæ participatur à creaturis legitur: Ipse creauit illam in spiritu sancto, & uidit, & dinumerauit, & mensus est, & effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, præbet illam diligentibus se. Vbi per gradationem quandam exponit Iansenius. Sapientiam Dei splendere in rebus inanimis, quæ sunt uocata opera Dei, secundo magis splendet in rebus anima præditis, quæ per omnem carnem designantur, postremo in his qui diligunt Deũ. ¶ Præterea Eccles. 14. in eodem sensu accipitur: Omnis caro sicut foenum ueterascet. Quod uero de homine dicitur in Eccles. Posuit timorem illius super omnem carnem, id est dedit omni animali, ut hominẽ timeret: ut notat Glossa, Lyran. & Iansenius. in statu naturæ integræ in paradiso debet intelligi. Nã post peccatum in poenã hoc perdidit homo. Quamuis aliquid retinuit imperij, super omnia se uisissima licet animalia, ut docet Basili. hom. 10. in Exam.

4 In eadẽ acceptione usurpatur caro pro omni animante, sic Eccles. 40. ubi agit de

afflictionibus huius uitæ, quibus homo, tam in uigilia, quàm in somno torquetur. Conturbatus est in uisu cordis sui, tanquã qui euaserit in die belli. Deinde subdit: In tempore salutis suæ exurrexit, id est euigilauit: Ad miras ad nullum terrorem, quia uidelicet cognouit nihil esse timendum, mox uero subiungit. Cum omni carne ab homine usque ad pecus, & super peccatores septuaginta, hoc est, hi terrores in somnis, & uigilia, communes sunt omni carni, ab homine usque ad pecus. Sed multo plus torquent peccatores propter conscientia remorsum, ut exponit Iansenius. Præterea cum Ecclesiasticus agit de morte subdit: Noli metuere iudicium mortis, &c. hoc iudicium à Domino omni carni, id est omni animanti, lex mortis præscripta, non est immoderate timenda. Sic Isa. 40. dicitur: Omnis caro foenum. Ideo monebat Dominus: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, quia uidelicet omnis caro foenum.

Caro, uel omnis caro, per excellentia, & per synedochẽ uocatur homo: maxime quãdo adiungitur aliquid, cuius nõ est capax, nisi homo. sic Iud. ait. Ut simus opprobriũ omni carni, id est omnibus hominibus, qui sunt capaces opprobrij. Et Psa. de conuersione gentiũ ad fidẽ prædicitur: Ad te omnis caro uenit, id est ex omni genere hominũ uenit ad Ecclesiam aliqui: ut exponunt Aug. Hilar. Vatab. & Genebr. in quo sensu filius Dei dixit Ioan. 12. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Nec placet expositio Lyran. & Iansenij, qui locum Psalmi de reditu Iudæorũ ex Babylonica seruitute friuolè exponunt. Neq; enim tunc omnis caro uenit in Hierusalẽ. Sed eodem sensu accipitur. quo Psal. 144. Et benedicat omni caro nomini sancto eius, id est omnes gentes ad fidẽ conuersæ, ubi reipsa conuictus. sic Lyran. intelligit. Ita etiã Isa. ait. Et reuelabitur gloria Domini, & uidebit omnis caro, quod os Domini loquutum est. Vbi Septuag. vertunt: Et uidebit omnis caro salutare Dei. Quomodo etiã Lucas Euangelista eundẽ locũ allegat. Sic etiam Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri, &c. quod Petrus allegauit, quando in die Pentecostes uenit Spiritus sanctus super Apostolos, & per illos gratia prædicationis diffusa est super omne genus hominum.

6
Ifa. 49.
Hierony.
Cyrillus.
Lyran.
Vatablus.
Luc. 11.
Ioan. 12.
Ioan. 10.
7
Ifa. 66.
Hierony.
Glossa.
Lyra.
Psal. 57.
Luc. 16.
Vatablus.
Pagninus.
Hierony.
R. Ionatha.
Cyprian.
Magister.

In eodē sensu caro pro homine vsurpatur Ifa. 49. Et sciet omnis caro, quia ego Dominus saluā: & Redemptor tuus fortis Iacob. Quod de liberatione Ecclesie in martyribus à tyrannis vexata: prædictum est. Et de conuersione gentium, vt exponunt Hieron. Cyrillus. Lyran. Vatab. & alij, hoc prædixerat Dñs Luc. 11. Cū fortis armatus custodiāt atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet, cū autem fortior illo superuenierit, & uicerit eum, id est Christus qui diabolum vicit, uniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, id est potentiam Regam, & Imperatorū, & huius mundi sapientium, quos abstulit Satanæ. Et spolia eius distribuet, sicut dixit Ioan. 12. Nunc iudiciū est mundi, nūc princeps huius mundi ei iudicatur foras. Deniq; Ioan. 10. Ego, inquit, cognosco oues meas, &c. & non rapiet eas quisquam de manu mea.

Omnis caro pro hominibus quoq; accipitur, Ifa. 66. vbi de dānatis dicitur: Et uermis eorū non morietur, & ignis eorū non exstinguetur, & erunt usque ad satiēt. ut uisionis omni carni, id est gehēnalibus damnati tormentis in die iudicij spectaculum erūt omnibus hominibus, & maximē electis, qui videbunt eos condigna pati sine fine. Ita Hieron. Glossa, & Lyran. qui addit, hoc pertinere ad gloriam electorum accidentalem, vt uisione tormentorum illorū fatientur, sed uisio perpetua erit intellectualis, iuxta illud Psal. 57. Letabitur iustus cum uiderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Sic Lazarus videbat cruciatus diuitis epulonis. Porrò Vatabl. & Pagninus, pro eo quod vulgata dixit: Erunt usq; ad satiētatem uisionis, vertunt ipsi: Erunt fastidio & opprobrio omni carni. Quia vox Daraion significat reprobationem, vnde Daraion est contemptus. Putant autē uocem Daraion deduci à Dara, id est uermis, eo quod damnati uermibus scatentes sint electis abominabiles, & contemptibiles. Ceterum contra Hieronymus Daraion existimat componi à Dai, id est sufficientia: & ra uisionis, hoc est sufficientia & satiēt uisionis, in quo etiam concordat R. Ionatha. Præterea Cyprianus uisionem legit tract. 1. contra Demetriadem, in fine dicēs: Spectabitur à nobis semper, qui hæc nos pati spectauit ad tempus. Hæc ille. Et vt notat Magister in 4. Corporeis oculis, inquit, in die

finalis iudicij sancti hæc videbunt. Quando ibunt illi in supplicium æternū. Deinde uero intellectualibus oculis sine fine. Postremò locus iste non potest intelligi de uastatione Hierusalem sub Romanis: vt putauit Cyrillus, quia dicitur: Ignis eorum non exstinguetur, quod supplicium denotat sempiternum. Ita & ipse Cyrillus in fine intelligit. & Aug. lib. 20. de Ciuitate, capit. 21. Item super Isaiam Theodoretus, D. Thomas, Vatablus, Haymo, & alij plures.

Eodem modo accipitur omnis caro, Hiere. 25. Iudicium Domino cum gentibus, iudicabitur ipse cum omni carne, id est nō solum gentes idolatras, sed omnes iudicabitur à Dño, vt exponit Hierony. Quod si quis obiiciat, illud Ioan. 3. Qui non credit iam iudicatus est. Respondet Hier. Quantum ad se iam iudicatus est, sed quantum ad alios iudicabitur iudicio finali. Itē vt innotescat filium Dei esse iudicem omnium uniuersalem, iuxta illud: Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Præterea Ioan. 17. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det ei uitam æternam, quæ sentētia duas habet partes. Prior duobus modis exponitur, quia vel Christo ab æterno intelligitur per generationem æternam potestatem datam super omnem carnem, tam rationalis creaturæ, quam irrationalis. sic exponunt Hilarius lib. 9. de Trinit. & Chryso. ho. 79. in Ioan & Theophyl. Vel certe secundum naturam humanam super homines peculiariter potestatem indicat accepisse, vt exponunt Aug. tracta. 105. & Euthymius. In posteriori uero parte duplex est etiam expositio, vt omni quod datum est ei, det uitam æternam, id est aliquibus ex omni gente, vel omnibus quantum est ex parte sua, quia 2. Timoth. 2. Deus uult omnes homines saluos fieri. Vtraq; expositio est Chryso. sed posterior magis germana, quam tenet Theophylactus, & Euthymius. sic etiam accipitur omnis caro, & uniuersa caro pro omni homine. Ezech. 20. g. & 21. Item Matth. 24. Vnde ingredi uiam uniuersæ carnis est mori. Iosu. 23. iuxta illud Hebr. Statutum est omnibus hominibus semel mori post hoc autem iudicium.

Verbum caro factum est, id est homo, quia per synedochem accipitur pars pro toto: quod præ oculis habendū est: cōtra duas

Matth. 25.
Cyrillus.
August.
Theodor.
D. Tho.
Vatablus.
Haymo.
8
Hier. 25.
Hierony.
Ioan. 3.
Luc. 21.
Ioan. 5.
Ioan. 17.
Hilarius.
Chryso.
Theophyl.
August.
Euthymius.
2. Timoth. 2.
Chryso.
Theophyl.
Euthymius.
Iosu. 23.
Hebr. 9.
9
Ioan. 1.

præsertim hæreses, alteram Arrij dicētis: Verbum Dei solam carnem sine anima suscepisse: alterā Apollinaris tenētis suscepisse quidē animam: non tamen rationale, sed tantum sensitiuam. Contra priorē est, quod sæpē filius Dei in Euangelio de anima sua facit mentionē Matth. 27. Tristis est anima mea usque ad mortem. & Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam. Item Ioan. 12. Anima mea turbata est. Cōtra posteriorē uero Dñs Luc. 23. ait. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. De quo Greg. Nazian. epist. 1. ad Celidoniū. Deniq; contra vtranq; hæresim, Paulus ait. Secundus homo de celo celestis. Sed homo non est, nisi qui corpore cōstat & anima rationali. de quo Roma. 5. In gratiam unius hominis Iesu Christi. Præterea carnem pro toto accipi homine, latissimē constat in scriptura. Nam Gen. 6. legimus: Omnis quippe caro corruperat uiam suam. Et Galat. 2. Ex operibus legis non iustificatur omnis caro. Et 1. Cor. 1. Vt non gloriatur omnis caro in conspectu Dei. Item Sap. 7. Salomon ait. In uentre matris figuratus sum caro. Et Ifa. 66. Et ueniet omnis caro, ut adoret coram facie mea.

Caro mea, & os meū de fratribus dicitur, & consanguineis, qui ex vna radice procedūt. Gen. 29. d. 37. f. Leu. 18. b. c. Sic etiā vna caro, vel duo in carne vna dicitur de coniugibus Gen. 2. Et erunt duo in carne una. & apud Matthæum: Itaque iam non sunt duo, sed una caro.

In carne nō esse sanitatem, ad fomitem peccati refertur. Psal. Lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Hieronymus in uersione sua. Lumbi mei impleti sunt ignominia: quia vox Hebræa Nicole, rem foedā significat & ignominiosam. Vnde Vatab. Iansen. & Genebrad. secundū sententiam Hebræorū, putant aliquo ulcere foedo in foemore laborasse Prophetam: propter quod à suis hostibus illudebatur. Sed Hierony. Aug. Theodor. Cassiod. Glossa, Lyran. Beda, & communis sententia patrum, de illusionibus foedarū imaginationū fomitis carnalis, propter adulterium commissum, loquitur qui Prophetā existimant. De quibus conueritur Paul. Rom. 7. has retundere, est negare seipsum. iuxta illud Matth. 16. Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum. Quando uero Dei gratia ab his illu-

Luc. 23.
Greg. Nazian.
1. Cor. 15.
Roma. 5.
Ifa. 66.
10
Gen. 29.
Gen. 2.
Matth. 19.
11
Psal. 37.
Vatab.
Iansen.
Genebrad.
Hierony.
Aug.
Theodo.
Cassiod.
Gloss.
Lyranus.
Beda.
Rom. 7.
Matth. 16.

fionibus liberatur homo, & spirituali consolatione perfunditur: etiam caro eius dicitur reflorere. Psal. 27. Et refloruit caro mea, & ex uoluntate mea confitebor ei. quod Theodoretus, Lyran. & Iansen. de persona Davidis explicant contra hostes suos exauditi, uisibiles & inuisibiles. Mysticē uero Hieronymus de Christo exponit resurgente: idem sequitur Genebrad.

Caro iusti ex redundantia spiritualis charitatis Deū fitit multipliciter. Sic Propheta fugiens Saulē in solitudine clamat: Sittit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Vbi notat Theodoret. Quod Theodotion explanauerit, multipliciter Aquila intēta est tibi caro mea. Symmach. desiderat te. Septuag. uero ποσάωλωσ. quā multipliciter, sed Hebraicē Camma, quantum, quam plurimum admirandi particula est, August. Vna, inquit, est fitis anime, quia unū fitit Deum, &c. Sed caro nostra, quam multipliciter laborat, tam multipliciter fitit illam infatigabilem in corruptionē. Deinde magis explicat, caro nostra indiget, inquit pane, indumento, potu, numo, &c. hæc omnia debet à Deo petere, non à dæmoniis. Vnde Matth. 6. Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiciuntur uobis. Item: Venite ad me omnes qui laboratis: & omnis qui sitit ueniat ad me & bibat. Deniq; Lyranus. Caro David multipliciter, ait desiderabat aduentū Christi: in quo recte dicit: Quia quam multiplex bonum attulit nobis Christus, tam multipliciter à Dauide desiderabatur. iuxta illud: Multi Prophetæ & Reges desiderauerunt uidere quæ uos uidetis.

Ammouere malitiam à carne est refræmare libidinē. Sic exponit Lyranus illud Eccles. 11. Ammoue malitiam à carne tua. Atqui lacerare carnem suam aliquem debitis suis est præ fame, & desperationis rabie comedere carnes suas. vt exponit D. Thom. Iob 13. Quare lacerabo carnem meam, &c. Sed saturari carnibus alicuius est illi detrahere, vt explicant Lyranus, D. Tho. & Titel. Iob 19. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini.

Sic exponit Beda illud Iob 31. Si non dixerunt uiri tabernaculi mei, quis det nobis de carnibus eius, ut saturemur? Sed commu-

Psal. 27.
Theodor.
Lyran.
Iansen.
Hierony.
Genebrad.
12
Psal. 62.
Theodor.
Theodotion.
Aquila.
Symmachus.
Augu.
Matth. 6.
Matth. 11.
Ioan. 7.
Lyra.
Luc. 10.
13
Lyran.
Eccles. 11.
D. Tho.
Iob. 13.
Lyra.
D. Tho.
Titelma.
Iob. 19.
14
Beda.
Iob. 31.

Chrysof. nior expositio est, vt non in odium hoc dixerint ferui Iob, sed in signum vehementioris amoris. Sic accipit Chrysof. homil. 6. ad populum, vbi agens de Eu charistia, de qua Dominus ait Ioan. 6. *Caro mea vere est cibus*, subiungit. Propterea seipsum nobis immiscuit: & corpus suum in nos contemperauit. Hoc itaq; Iob insinuans dicebat de feruis, quibus erat supramodum desiderabilis: *Quis det nobis de carnibus eius, ut saturemur*: Eodem modo exponit super Iob Greg. libr. 2. 2. *Moralium*, capit. 7. Glossa, Lyranus, & D. Thomas.

¶ Comedere carnes suas, vel carnes regum, &c. vide in verbo Comedere.

¶ Nec caro mea ænea est, vide in verbo Æs.

¶ Carnibus suis cibare hostes est magna in illis edere stragem Isa. 49.

¶ Cor carneum, vide in verbo Cor.

¶ Arma carnalia sunt temporalia, & secularia, vide in verbo Arma.

¶ Carnes sanctæ, vel sanctificatæ pertinent ad carnes oblatas in sacrificiis legalibus. Leuit. 6. Hier. 1. c. Agg. 2. b.

Caro iusti requiescere dicitur in spe resurrectionis gloriose, sic de corpore Domini in triduo mortis in sepulchro quiescente, vnione personali verbo Dei vnito, prædicitur Psal. 15. *Et caro mea requiescet in spe*, vt exponit Petrus Acto. 2. E contrario vero impios, qui modo quoad animam cruciantur igne gehennæ expectat cruciatus etiam carnis in resurrectione finali, Ecclesiastici 7. *Vindicta carnis impij ignis & uermis*, de quo Isa. 66. *Ignis eorum non extinguetur, & uermis eorum non morietur*.

Caro & sanguis quando coniunguntur in scripturis in malum sonant pro hominibus, qui carnis libidinibus indulgēt, & secundum carnales regulas suam vitam instituunt. Vnde Salomon ait. *Quid nequius, quam quod excogitauit caro & sanguis?* idest homo secundum regulas carnis, vt exponit Lyranus. Est enim homo pessimum animal, vt Aristoteles ait. 1. Politic. In eodem sensu Dominus Petro diuinitatem eius confitenti dixit: *Beatus es Simon Bar-iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi*, idest doctrina carnalis Phariseorum corticem literæ duntaxat attendentium sine spiritus medulla,

vt explicat Hieronymus, sic etiam Apostolus ait. *Continuo non acquieui carni & sanguini*, idest opinioni Iudæorum, qui regnum Messie carnale solum expectat. Vnde 1. Corinth. 10. *Videte Israël secundum carnem*. Sic in Ioan. legimus: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, nec ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt*. Quod licet expositores variè, & multipliciter exponant, historicus sensus est, qui non ex concupiscentia fomitis carnis, nec ex uoluntate uiri, qui rationis sequitur apparentiam, sed ex gratia Dei renati sunt. Sicut Ioan. 3. Dominus ait: *Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est*. Quod explicat Basilius homilia de baptismo dicens: *Quod ex carne natum est, ex aliquo esse tale quale illud ex quo natum est*. Vnde fit consequens, vt qui nascimur ex concupiscentia carnis, quasi iure quodam hæreditario concupiscentiæ fomite sollicitemur: quia uero natus est ex spiritu, secundum id ex quo natus est, quantum ad aliquid spiritus est, idest quantum ad dona gratiæ. Denique caro & sanguis, non tam pro natura, quam pro corruptela capiuntur, iuxta illud 1. Corinth. 15. *Hoc itaque dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit*, in quo sensu Galat. 4. *Ismael dicitur: Natus secundum carnem*. Et Rom. 7. *Scio quod non habitet in me*, idest in carne mea bonum, quod August. libr. contra duas epistolas Pelagia. 1. cap. 13. explicat de concupiscentia, quæ non est peccatum, sed effectus peccati.

Ex his quæ diximus alias quoq; phrasas Scripturæ sacræ dignoscere quisque poterit. Qualis illa est uiuere secundum carnem, idest secundum legem fomitis carnis. sic dicit Apostolus: *Si secundum carnem uixeritis moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis*. Sic exponit Hieronymus. Quia passiones, inquit, carnis communes cum bestiis habemus, intelligit autē moriemini æterna morte, si carnis libidinibus obtemperetis. Eundem sensum habet alia phrasid eiusdem capit. 8. *Non secundum carnem ambulamus*, idest secundum regulas fomitis carnis, sicut explicat Augustinus lib. de uerbis Apostoli. Idem significat in carne

Hierony.
Galat. 1.
1. Cor. 10.
Ioan. 1.
Ioan. 3.
Basilius:
1. Cor. 15.
Gal. 4.
Rom. 7.
August.
17
Rom. 8.
Hierony.
August.

esse, sicut & secundum carnem esse, & quæ carnis sunt sapere in eodem capit. 8. *Qui enim secundum carnem sunt, ait, quæ carnis sunt sapiunt*. Et infra. *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt, nos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in uobis*. Idem significat prudentia carnis, quæ est directiua lex cogitationis, sermonis, & operis secundum fomitem carnis atque libidinis. Vnde ait: *Prudentia carnis mors est, subaudi culpæ mortalis reatus, vt docet D. Thomas ibidem: idem significat in carne seminare. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem*.

In eodem sensu dicit Apostolus ad Romanos: *Debitores sumus, non carni, ut secundum carnem uiuamus*, idest, vt secundum fomitem carnis uiuamus, vel secundum legem carnalium ceremoniarum, vt exponit Hieronymus. Neque enim natura carnis mala est, aut odio habenda, si ratio ni obtemperet iuxta illud. *Nemo carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam*. Porro cauendum, quod ait Gal. 5. *Tantum ne libertatem in occasionem demus carnis, idest libidinis*. Quod magis explicat paulo post dicens: *Et desideria carnis non perficietis: caro enim concupiscit aduersus spiritum*. & Galat. 2. *In expoliationem corporis carnis, idest carnalis concupiscentiæ. & ad Coloss. Injatos sensu carnis suæ, idest prudentia carnali, quia vt exponit August. Non intelligit ille aliud in lege & Prophetis, quam quod sensus carnalis capit. Præterea ueteris legis ceremoniæ uocantur iustitiæ carnis ad Hebr. quia *lex infirmabatur per carnem*, idest per carnalem fomitem nostrum. & Roman. 8. *Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, &c.* quamuis enim lex doceret mandata spiritualia infirma tamen erat: quia libinem carnis nostræ non poterat refrœnare, sicut exponunt Hieronymus, Ambrosius, Chrysofomus, Anselmus, &c. *Ideo misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, vt dānato peccato, iustitiam quam lex præfigurabat, sed dare non poterat, ipse nobis diabolo victo conferret. Ideo quamuis lex Moy si spiritualis esset, iuxta illud. Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato. Quia tamen non poterat nos redimere à iugo peccati, & eius seruitute:**

Rom. 8.
Gal. 6.
18
Rom. 8.
Hierony.
Eph. 5.
Gal. 5.
Gal. 2.
Col. 2.
Aug.
Hebr. 9.
Rom. 8.
Hierony.
Ambros.
Chrysof.
Anselmus:
Rom 7.

propterea iustitiæ legis iustitiæ tantū carnis erant, purgantes quidē corpora, non spiritū, & lauantes carnem, non conscientiam.

Quando aliquid de Christo dicitur, & additur secundum carnem: denotat, non ei secundū deitatem, sed secundum humanitatem conuenire. Sic Rom. 1. *Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem*. Præterea cognoscere Christum secundū carnem, denotat cognoscere illum passibilem, & mortalem iuxta illud. *Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus*. Ita exponunt Hierony. Ambros. Chrysof. Theophyl. Anselmus, D. Thomas, & Glossa. Facit tamen difficultatē, quia dixerat Apostolus. *Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem, deinde subdit, & si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus*. Cōstat autem Paulum multos ab illo tēpore cognouisse, qui mortales adhuc essent: quomodo ergo dicit ex hoc neminē nouimus secundū carnem? Sed notādum cognoscere hoc loco accipi pro approbare, vt notāt Anselmus, Glossa, D. Thom. & Lyran. Dicit ergo Apostolus. Ex hoc quando Christiani renouati sunt in Christo, fide, & spe resurrectionis, & immortalitatis in baptismo neminē illorum cognoscimus, idest approbamus secundū carnem, idest sine dono future immortalitatis, & sine intentione seruandæ incorruptibilitatis baptismalis, vel secundū Hierony. Neminē, inquit, approbamus secundū obseruantiam carnalium ceremoniarū uiuentem, & si cognouimus Christum aliquando secundū carnē seruantem ad tēpus legalia, sed iam non nouimus. Sic etiā Glos. & D. Th. exponūt, & legitimus sensus est atq; tenendus.

Carniū eius an fuerit ante diluuium in usu cōtrouertitur inter expositores super illud Gen. 1. *Dixitq; Deus: Ecce dedi uobis omnē herbam afferentē semen, &c. ut sint uobis in escā*, deinde Gen. 9. *Dedit Noë & filiis eius animalium carnes sicut olera uirgētia*, de quo sunt due sententiæ. Prior est Abulensis. Fuisse præceptum homini datum, vt herbis non carnibus uesceretur. Idē ibi dē tenuerunt Lyran. & Cathari. & Beda. in opere sex dierum sub nomine Iunilij. Itē Rupert. Abbas, & Theodoret. & ante eos Chryf. hom. 27. super Gen. 9. vbi fu per illa uerba. *Quasi olera herbarū dedi uobis omnia*. Hic, inquit est initiū edendarū

19
Regula,
Rom. 1.
2. Cor. 5.
Hierony,
Ambros.
Chrysof.
Theophy.
Anselmus,
D. Thom.
Glossa.
Questio,
Regula,
Anselmus,
Glossa.
D. Thomas:
Lyranus,
Glossa.
D. Thomas:
20
Questio.
Genes. 1.
Genes. 9.
Abulensis.
Lyranus.
Catharinus:
Beda.
Rupert.
Theodoret.
Chysof.
Genes. 9.

Basil. Origines, Caieta. Genes. 1.

carnium. Item Basil. homil. 11. Exameron. & Orig. super Gen. 1. Sed contraria sententia est Caiet. dicētis solum Gen. 1. expressum fuisse homini sufficere quidē herbas in cibum, non tamen fuisse præceptum. Deinde frustra fuisset Abel pastor ouium, alioquin nec laudi fuisset illi dātū, quod sacrificiū de primogenitis ouū obtulisset, & de adipibus earum. Eandem sententiā sequitur Dominicus Soto lib. 5. de Iust. & Iur. q. 1. Sed D. Thom. quasi dubius dicit 1. 2. q. 102. ar. 6. videtur vsus carniū post diluuiū introductus. Quod mihi probabile videtur, iuxta cōmunem patrum sententiam. Ita tamē vt non fuerit præceptum positium, sed naturale cohibens superfluos cibos, si sine causa quis carnis vesceretur, quādo fructus arborum, & herbæ satis erant. Si autē quis morbo correptus, vel debilitate, aut senectute carnis vesceretur, nihil fuisse peccati. Ideo pastores ouū erant, scilicet, propter vellera, & propter anatomiam & philosophiā, & sacrificia, & propter agros & debiles. Accedit quod vt adnotauimus in verbo Abstinentia in multis regionibus olim apud Gentiles non fuit vsus carniū.

CAPVT XLIIII.

Carthago, Carthaginensis.

Hierony.

תְּרַשִׁישׁ Ezech. 27.

Isa. 23.

Ambros. August.

Carthago vrbs totius Africę celeberrima fuit. de qua Hieron. de locis Hebraicis ait, Carchedon, idest Carthago, cuius Isaias, & Ezechiel in visione Tyri recordātur, pro qua in Hebræo Tharsis scriptū est. Legimus ergo Ezech. 27. de nudinis Tyri: Carthaginenses negotiatores tui à multitudine cunctarū diuitiarum, argento & ferro, &c. repleuerūt nudinas tuas. Apud Isa. verò. c. 23. vbi vulgata vertit: *Vlulate naues maris*, Hebraicè habetur naues Tharsis, & Septua. vertūt *καρχεδωνος* Charthaginis. Fuit autem Carthago præcipua Tyri Colonia. de qua Ambr. lib. de Elia & Ieiunio. c. 9. & 20. & Aug. super illud Psal. 47. *In spiritu uehementi conteres naues Tharsis*. Vbi Carthaginem asserit Tharsis appellatā cum Tharsis mare dicatur. Forte, inquit, quia Chartago in primordio regni sui nauibus floruit, & quasi in mari suum obtinuit principatū. Sed in

spirita uehementi cōteruntur naues Tharsis, quia metalla sua in nudinas Tyri portabant, vt thesauros auerent, quibus ciuitatē Dei oppugnarent. Ideo monet filius Dei: *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra*. Propterea quoque Petrus & Andreas relicta nauī, & lucro mundano sequuti sunt Dominum, sicut Iacobus & Ioannes.

Matth. 5.

Matth. 4.

Luc. 5.

CAPVT XLV.

Casia.

קָצִיעַ

I

Theophras. Dioscorides

Casia dicitur Hebraicè in scriptura Kesia, & in plurali Kesioth. Pl. 44. Casia, vt Theophrastus ait, frutex est multis furculosisq; cōdensus ramis, solo cortice cōmendatus. Dioscor. lib. 1. Triā distinguit præcipua Casia genera, vnum ex nigro purpascens rosæ odorem referens, cynger appellatur mediocris pretij, alterū longius & angustius, fistulosq; plenum, aromatum & vini mystum odorem reddens, quod pretiosius est. Tertiū verò infimum, quod Rubum Mosileum vocāt, nascitur in locis aquosis iuxta cinamomum, pituitam exiccat.

2

Exod. 3.

In vnctioe tabernaculi, & cōsecratione arcæ foederis dixit Dominus Moyfi in Exod. *Sume tibi aromata prima myrrha electæ quingentos siclos, &c. Casia quoque quingentos siclos, &c. faciesq; vnctionis oleum, &c. Et unges ex eo tabernaculum testimonij & arcam foederis, &c.* Hoc vnguento nemo vngebatur mortalium, nisi Reges & Sacerdotes in typum Christi, qui dicitur vnctus, quiq; futurus erat Rex pariter & Sacerdos. Ideo Matthæus lineam genealogiæ eius texit regalem dicens: *Liber generationis Iesu Christi filij dauid*. Lucas verò narrat sacerdotalem. De hac vnctione Luc. 4. allegauit Dominus de se locū Isaiæ: *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, &c.* vnctione videlicet gratiæ vnionis hypostatæ.

Matth. 1.

Luc. 3.

Luc. 4.

Isa. 61.

3

Psal. 44.

Vatablus:

De Casia quoque legimus in Psal. vbi de Messia secundum antiquos Hebræos & Latinos, Græcosq; patres sermo est: *Myrrha, & gutta, & Casia à vestimenti tuis*. Quod enim Vatablus de Salomone hoc putat esse prædictum, quis non videat illum decipi? cum hic dicatur de Messia: *Sedes tua Deus in seculū*

seculi

Hebr. 1.

Lyranus. Chaldaeus.

Hierony.

Theodo. Hebr. 10. Augu.

Luc. 11.

Luc. 6. Luc. 24.

כְּרֵת

I

Luc. 10.

Esa. 64.

Luc. 24.

2

seculi, & quoniam ipse est Dominus Deus tuus. Paulus etiam ex hoc loco Hebr. 1. Christi diuinitatem ostendit, quod recte notauit Lyranus. Chaldaicus quoque Paraphrastes de Messia expresse vertit. Ergo vestimentum Saluatoris secundum Hierony. corpus eius est. Eodem modo exponit Theodoretus ex illo Heb. 10. *Per uclamen, idest carnem suam*. Sic etiam Aug. lib. 8. qq. q. 73. Ex carne igitur Christi odor casia quasi vnicum omnibus exhalat aromatibus. idest odor charitatis cum virtutibus omnigenis. Vnde Luc. 11. turbæ clamabant: *Bene omnia fecit, item, omnis turba quæ ebat eum tangere: quia uirtus de illo exibat*. Deniq; guttula sanguinis in circuncisione quid nisi casiam, & aromata redolent ad salutem? ¶ Casleu nomen est mensis Nouēbris, de quo in verbo Mensis.

CAPVT XLVI.

Castellum, Castrum.



ASTRVM Dicitur Hebraicè in scriptura sancta Birta 1. Esdra. 6. Castellum diminutiū à castro, vicus est paruus, muris circumdatus. Nam ville sine muris patēt. Hinc intelligimus, castellū Mariæ & Marthæ, de quo Luc. ait: *Intrauit Iesus in quoddā castellū*, paruum fuisse vicum: nomine Bethaniam, quasi stadiis quindecim à Hierosolyma distantem. Habet autem stadium centū viginti quinque passus. estq; octaua pars milliarij, distabat itaq; illinc duobus fere milliariibus, cum autem filius Dei frequenter Hierosolymis prædicaret, inde egressus, intra bat in castellum Marthæ, & Mariæ. Huius contēplatione, & illius operatione delectatus: sicut dicit Esai. *Occurristi latanti, & facienti iustitiam in uisj tuis, recordabuntur tui*. Occurrebat itaq; Marię in diuina contēplatione latanti, & Marthæ, iustitiā in talis hospitis susceptione facienti, occurrit etiam Dominus de diuinis colloquentibus, sicut legimus apud Luc. Vbi duobus discipulis euntibus in Emaus, obuiū se obtulit, à quibus & hospitio susceptus est.

Castellum quoque vocatur Hierusalem

Matth. 21. Vbi Dominus duobus discipulis dixit: *Ite in castellum quod contra uos est*. Quod enim quidam cōminiscuntur postquam Dominus exiit de Bethphage, iussisse discipulis, vt irent ad pagum inter Bethphage, & Hierusalem constitutum, vt inde asinam, & pullum adducerent, nullum habet fundamentum. Communior ergo patrum sententia est, Hierosolymam hoc loco vocari castellū. Primum vt Lyranus ait, quia castellum ponitur pro castro munitissimo. Erat enim Hierusalem vt scribit Iosephus libro. 6. de Bello Iudaico capit. 6. triplici muro circumdata, sed si Græcum fontem consulamus, hæc sententia Lyrani stare non potest. Quia Græce pro castello est *κώμης*: idest pagus vel vicus sine muris. Vnde alij dicunt, ante muros Hierusalem extra portam, fuisse suburbium: vbi domus esse solent, & hospitia ad eos, qui ciuitatem ingredi commode non possunt excipiendo, & hoc uocatum fuisse castellum à Domino. Noluit autem dicere ite in Hierusalem, ne in tam ampla ciuitate vagari se debere putarent: sed ite inquit, iuxta portam ad vicum, siue castellum quod è regione uidetis. Præterea noluit nominare ciuitatem, in qua tanta ciuium crudelitate paulo post crucifigendus erat. Sicut nec diuitis epulonis nomen posuit, apud Lucam, & sicut Ioannes tacito ciuitatis impiæ nomine, uocat eam Sodomam & Gomorrhā: in qua Dñs crucifixus est.

Matth. 21.

Lyranus.

Iosephus.

Luc. 16.

Apoc. 11.

CAPVT XLVII.

Castigare.

CASTIGARE dicitur Hebraicè Iasar Esai. 30. Et castigabo te. Castigare propriè est uerbis reprehendere, quasi castum agere. Virgilius. ¶ Hic grauis Entellū dicitis castigat Aestes. Quandoque uerò castigare est punire. Sic dicitur Hierusalem à Chaldaeis olim uastandæ, & septuaginta quoque annis in Babylone seruituræ: *Castigabo te in iudicio: ut tibi non uidearis innoxius, & infra, castigabo te castigatione crudeli*. Quod ut notat Hieron. nō sua spē Dñs fecit, sed sicut medicus, qui putridas carnes ardētī puluere, & ferro secat ad salutē. Vnde in signū

כָּסַף

I

Virgil.

Hier. 30.

Hierony.

naturalis

Luc. 19. 2 naturalis clementię, quando iterũ sub Romanis Hierusalē rigidē castigaturus erat: Videns ciuitatem fleuit super illam.

Hier. 46. Castigare plerunq; denotat, ita punire, vt semper ferē salutē castigati puniēs respiciat non vltimum exitum. Sic Dñs ad populũ Iudaicum dicit: Te uerò non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi imo cēti parcam tibi. Et alibi populus Ephraim ab Assyriis captus dicit: Castigasti me Dñe, & eruditus sum, quasi iuenculus indomitus: conuerte me, & conuertar, quia tu Dñs Deus meus. Vbi Hierony. dicit: Tribus decem Israēl, iuxta literam non esse de captiuitate reuerfas in Iudæā, sed iuxta spiritũ hoc planē cōpletur, quando de toto orbe saluatur Israēl virtute passionis Christi Iuxta illud: Cũ esset pontifex anni illius, subaudi Caiphas: prophetauit, quod Iesus moriturus erat pro gente. Et rursus: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. In eũdem sensum castigare accipitur à Paulo. Quem diligit Dñs castigat. & in Apoca. Quos amo, arguo & castigo. Ideo tot tribulationes Dñs suis Apostolis, tanquam dilectis pręparauit, dicens: Ecce ego mitto uos, sicut oues in medio luporum. & Mundus gaudebit uos uero cōtristabimini. Itē: Eritis odio omnibus hominibus propter nomē meũ. Vnde Apostolus ait: Quasi castigati, & nō mortificati, idest tribulati, sed non ad mortē animę per culpam lethalem: maximē infidelitatis, vt exponit Ambros. Tenebatur enim Apostoli, & quia non vincebantur, morti non addicebatur. Hic enim addicitur morti, qui in fide non permanet. Hęc ille. In eodem sensu Propheta dicebat Psa. Castigans castigauit me Dñs, & morti non tradidit me, idest permisit me tribulationibus erudiri, sed à detrimēto, quod inde poterat prouenire, vindicauit me, vt exponit Theod. Vnde Iasar, pro quo uulgata vertit castigauit, est flagellare apud Rabbinos, vt patres solent, aut pręceptores pueros corrigere.

Psal. 117. 3 Castigat quoq; iustus corpus suũ, vt rationi subdat, sic Propheta canit: Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis, idest nō differebatur in longũ, vt exponit Aug. sed mox de perpetratis culpis corripiebar, ut in Gloss. interli. in Hebręo legimus pro in matutinis כל תימים Cal haiom, omni die quotidie incessanter, quia quotidie, & tota die. sic & Aposto-

lus: Castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo, ne dũ aliis predicauerim, ipse reprobus efficiar. Vbi Hieron. Castigo, inquit, corpus per abstinentiam & afflictionē atque labores, sicut alibi ait in ieiuniis multis, & Anselmus cum ille quem vas electionis Deus esse testatur, sic metuit reprobus fieri, quid de nobis miseris erit, qui nullā adhuc Dei uocem de electione nostra audiuius? & iam in otio, quasi de securitate torpemus. Hęc Ansel.

De castitate, vide in verbo Cōtinentia.

CAPVT XLVIII.

Castra.

CASTR A Hebraicē dicuntur Machanech. Num. 13. & Gen. 32

Castra vocantur loca, in quibus milites tentoria fixerunt, vel ipsa tentoria, in quibus milites diuersantur, vel ipse denique exercitus.

Castra pro exercitu quoq; Angelorũ legimus in Gen. Castra Dei sunt hęc. Item in Ezech. Et audiebam sonum alarum, quasi sonũ sublimis Dei, &c. Quasi sonus erat multitudinis, & sonus castrorum, idest Angelici exercitus, sicut dicitur: Et facta est cum Angelo multitudo celestis exercitus laudantium, & benedictium Deum. Rectē uerò castra uocantur Angelorũ, qui nos à castris dæmonum custodiunt, de quibus: Angeli eorum semper uident faciem patris mei. & Psa. Quoniam Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uis tuis.

Castra quoq; Dei uocantur exercitus gentium, quando illorum Deus armis utitur ad puniendos sceleratos. sic Ioel. ait: Deus dedit uocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castraeius. Est autem sermo de Chaldæis contra Hierusalem, de quibus Hierony. Castra, inquit. Dei nominantur, ubi illius faciunt uoluntatē, & Lyr. Quia Chaldæi cōtra Hierusalē, inquit executores sunt diuinę iustitię.

Castroꝝ acies appellatur Ecclesia in Cantic. Terribilis ut castrorum acies ordinata. Vbi Gregor. Si multitudo quæuis tenet ordinē terribilis hostibus apparet, si per discordiam scinditur vndiq; ab hostibus facile penetratur. Hęc ille. Vnde Dominus apud Luc. Omne regnũ in se diuisum desolabitur. Tres patres apud Theodoretũ

1. Cor. 9.

Hierony.

Anselmus.

מחנה

1

2

Gen. 32. Ezech. 1.

Luc. 2.

Matth. 18.

Psal. 90.

3

Ioel. 2:

Hierony.

Lyrā.

4

Cant. 6. Greg.

Luc. 11.

Matth. 16. 5 Ecclesiam magistrā aliarum exercitui comparari putant Angelorum, qui terrorem in dæmonibus incutit merito quia porta inferi non praeualebunt aduersus eam.

Theodor. Cant. 6. Luc. 21: 6 Castrorũ chorus est in Ecclesia Catholica, qui post uictorias præliantium martyrum canit triumphos. Sic exponit Theodor. illud Cant. Quid uidebis in Sunamite, nisi choros castrorum. Castra enim pugnantium sunt in Ecclesia, cuius filiis dicitur: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Sed chori sunt psallentium, & benedictiũ Deo. Quia sequitur: Capillus de capite uestro non peribit. Castra sunt pugnantium: quia scriptũ est: Mundus autem gaudebit: uos uerò cōtristabimini. Sed chori sunt quoque canentium: quia sequitur: Sed tristitia uestra uertetur in gaudium.

Ioan. 16. 6 Castra sanctorum uocatur etiã Ecclesia, in Apoc. Cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satan. is de carcere suo, & exibit, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog & Magog, &c. Et ascendent super latitudinem terræ: & circueunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectã. Quæ nam gentes sint Gog & Magog, & hic, & super Ezech. 38. & 39. disputant expofitores: de quo nos latius lib. 6. in uerbo Gog. Nunc supponimus esse Scythas de quibus in Genes. Filij Iapheth, Gomer, & Magog, ut exponit Iosephus lib. 1. Antiquit. ca. vndecimo: idem tenet Theodoretus, Gog itaque rex erit illarum gentium, non ipse quidem Antichristus, sed vnus ex septem fautoribus eius: ut recte dixit Abbas Ioachim. Quia Ezech. 39. Gog sepeliendus est in montibus Israēl. Sed Antichristus uiuus in infernum descensurus Apocal. 19. Quod non aduerterunt Lyranus in cap. 3. S. Ezechielis, Vatabl. & Paulus Burgensis, qui decepti putauerunt Gog esse Antichristum. Ergo Rex Gog cum exercitu suo innumerabili circuebit castra sanctorum: non in vno loco posita, ut docet Aug. li. 20. de Ciuit. Dei cap. 11. sed ubiq; terrarum, hæc circuebunt Hierusalem materiale, quæ nunc non uocatur plane dilecta, sed Ecclesiam Deo ita dilectã: ut porta inferi non praeualeant aduersus eam. Ita exponunt Beda, Glo. D. Th. Rupert. Primasius, &c. neq; enim tũc Hierusalē uocari potest dilecta. Cum eam uocet Ioan. Spiritualiter Sodo-

mam, & Gomorrhā, ubi Dominus eorũ crucifixus est. Erit autem: tribulatio illa magna qualis non fuit ab initio mundi.

Castrare quære Eunuchus.

Cafus, uide Cadere,

Cataclysmus, uide Diluuium.

Cataracta, uide Fenestra, & Nubes.

Catechizare est fidem docere Galat. 6.

Matth. 24:

CAPVT XLIX.

Catena.

CATENA ferrea, & compedes uocantur Hebraicē Chebech Psa. 105. & Psa. 149.

Catena est uinculum ferreum, quo fugitios retinemus, ne elabantur: sic dicta, quod se capiendo teneat. Anulus enim anulum capit, & tenet.

Esse in catenis propriũ est captiuorũ, & in carcere reclusorum, sic Iob ait. Et si fuerint in catenis: & uinciantur uinculis perturbatis, reuelabit opera eorum. Idest vexatio carceris ducet eos in cognitionem scelerũ suorũ: ut exponunt Beda, & Lyr. E conuerso iustis vexatio carceris charitatem eorum, & uirtutes aperit. Sic Ioannes in uinculis misit ad Christum discipulos, charitatis eximie feruore succensus.

Catena metaphoricē palpabiles Egypti tenebræ uocantur, in libro Sapientię: Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Sic exponunt Glossa, & Lyranus, quia sub illis tenebris nemo se mouit de loco suo Exo. 10. Non quod ambulare, non possent: sed quia timebant ne se præcipites in fossas vel in fluuiũ agerent maxime quia horribilibus phantasias turbabantur. Timore igitur horribili tenebatur: nō crassitudine tenebrarũ: quod sine fudamēto Burgensis asseruit, deinde Hiero. Oleaster hallucinatus est hoc loco, dicens beneficio lucernarum Pharaonem misisse quosdam, qui uocarent Moysen. Quia contra scriptura dicit: Nemo uidit fratrem suũ. Ergo meli⁹ dixit Lyr. post tres dies tenebrarũ missos fuisse nuntios ad Moysen: ne rursus irrueret caligo. Quod si tā horribiles erant tenebræ trium dierum quid erit audire: Ligatis manibus, & pedibus, mitte eũ in tenebras exteriores. quæ si nō nō habet. Ideo Dñs dicebat: Ambulate

כבש

1

2

Iob. 36.

Beda. Lyrā.

Matth. 11.

3 Sap. 17.

Gloss. Lyrā.

Burgensis. Olcafter.

Lyrā.

Matth. 22.

Ioan. 12.

Ioan. 12. dum lucem habetis, ne tenebrae vos comprehendant.

3
Ifa. 58. Catena peccatorum metaphoricè dicitur apud Ifa. Si abstuleris de medio tui catenam, idest peccata, quibus constringeris, vt exponit Hierony. quia Pro. Iniquitates sue capiunt impium, & uinculis peccatorum suorum constringitur. subditq; Hierony m. Difficile reperies, qui his non constringatur catenis, nisi qui dicere potuit. Quis ex uobis arguet me de peccato? De his catenis apud Ezech. dicitur: Et scient, quia ego Dominus, cum contriuero catenas iugum eorum, idest diabolicum scelerum iugum: vt inquit Hierony. sed sicut clauus clauo truditur, sic diabolicum iugum, iugo Christi comminuitur. Ideo clamat: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Deniq; de his catenis Dñs Petro dixit: Quidquid solueris super terram, erit solutum & in caelis.

4
Apoc. 20. Catena magna in manu Angeli, potestas est cõtra dæmonem non quæuis, sed excellentiæ. Sic legimus in Apoc. Vidi Angelum descendentem de celo, habentem clauem Abyssi, & catenam magnam in manu sua. Primaf. Rupertus. Beda, D. Tho. Glossa, & Haymo. Ineuitabile Dei potestatem catenâ intelligunt ad coercendû diabolium, sicut adnotauimus supra libr. 1. in verbo Angelus num. 31. quia licet Angeli habeant potestatem ligandi dæmonem, sicut Raphael Angelus ligasse legitur Asmodæum apud Tob. Non tamen habet catenam in manu sua magnâ, idest pro libito suo. Nâ & Michâel Archangelus cum altercetur cum diabolo de Moyfi corpore, non est ausus iudiciû inferre blasphemie, sed ait imperet tibi Deus. Ergo de Christo magni consilij Angelo sermo est, qui dixit: Nunc iudiciû est mundi, nunc princeps huius mundi eiicitur foras. Quod facere coepit, quando Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum.

5
Luc. 11. Catenas iussit Deus facere Hieremix in signum futuræ populi captiuitatis, quas cû fregisset ei Ananias Pseudopropheta promittens falsam populo pacem, dixit Dominus ad Hieremiã: Vade dices Ananix: Catenas ligneas contriuiisti, & scies pro eis catenas ferreas. Vbi Hierony. Hoc, inquit ostendit, quod minorè renuens poenam maioris supplicij causa fuerit in populo. Sic qui poenitentix leges in hac uita quasi ligneas catenas refugiunt, in alia

vita ferreas æterni cruciatus sustinebunt: ideo Ioannes dicebat: Facite ergo fructus dignos poenitentix. Et Dominus: Tollite iugum meum super uos, idest iugum Euangelicæ poenitentix in remissionem peccatorum.

Matth. 3.
Matth. 23.

CAPVT I.

Cathedra.

CATHEDRA Sessio & sedes vocatur Hebraicè Mosab 1. Regum 20. & Psalm. & in cathedra pestilentix.

מושב

Cathedra dicitur subsellium, est autem, vel magistrorum, vel declamatorum, vel iudicum, sacerdotum & regum, sublimior sedes in libro Reg. Cumq; sedisset rex super cathedram suam, & in Ecclesia fiait. Noli quærere ab homine ducatum, neque à Rege cathedram honoris, idest potestatem iudicandi, vt exponit Lyranus. Vbi ambitionis reprimatur appetitus, sicut & Iacobo & Ioanni dexteram & sinistram regni Domini ambientibus respondit: Nescitis quid petatis. Sic etiam reprehendit eos, qui diligunt primas cathedras Matth. 23. Luc. 11. & 20.

1. Reg. 20.

Eccli. 7.

Lyran.

Matth. 20.

2

Cathedra pro doctrina nonnunquam accipitur. Sic exponit Hieronymus illud Matth. Super cathedram Moyfi sederunt principes & Pharisei. Per cathedram, inquit, doctrinam legis ostendit. Ergo quod dicitur Psalm. In cathedra pestilentix non sedit. Et cathedras uudentium columbas euerit. doctrinam debemus accipere. Hæc Hieronymus. Quod verò Dominus iussit: Quæcunque dixerint uobis, subaudi Pharisei sedentes in cathedra Moyfi, idest in eius doctrina: seruate, intellexit planè quandiu lex illa uigebat, sed umbra legis recedente in lege gratiæ non sunt seruanda ceremonialia, vt docet Apostolus in Epistola ad Galatas. Quod verò in Psalm. dicitur: In cathedra pestilentix non sedit. Septuaginta vertunt λοιμῶν pestium, idest pestilentium hominum: quorum tria sunt præcipua genera. Primum Pseudoprophetarum & hæreticorum: de quibus Dominus: Attendite à falsis prophetis. Alterum scandalum doctrinam ingerentium, de quibus: Vt

Hierony.
Matth. 23.

Psal. 1.

Matth. 21.

Hierony.

Psal. 1.

Matth. 7.

Matt. 18.

a utem homini illi per quem scandalum uenit.

Tertium

Tertium eorum qui publice peccant: & omne genus virtutum irident, de quibus Eccliaft. Attende tibi à pestifero. Lege Basilium, Hilariû, & Aug. super Psal. 14. Cathedra seniorum est sic Psal. Exaltem eum, in Ecclesia plebis, & in Cathedra seniorum laudent eum. Vatablus & Genebrardus per seniores Senatores populi tant intelligi, & Magistratus: quod prius sensit Aug. Non solum (inquit) negotiatores plebis sed & gubernatores laudent Deum. De quorum numero erat Iob. qui dicebat: Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. Sed Hieronymus Lyranus, & Theodoretus Sacerdotes & viros sacros intelligunt, quibus fauet Chaldaicus. qui vertit Sapientes. Docuit autem nos Christus exemplo suo. Deum laudare frequētius, dicens apud Matth. Constitute tibi pater, Domine caeli & terræ, & apud Ioã. Gratias tibi ago pater quia semper me audis, &c.

In cathedra Dei sedere, est diuinam æqualitatem usurpare. Sicut de rege Tyrri scribitur dixisse, in cathedra Dei sedi apud Ezech. & de Nabuchodonosor in Ifa. Et super astra caeli eleuabo solium meum, idest cathedram. Quæ vt super Ezech. 28. Hierony. ait, per hyperbolem debemus accipere: quod in tantum intumuerint, vt elati foelicitate sæculi, dum præsentia bona putant esse perpetua, homines se esse nescierint. Hec ille. E contrario verò tâta fuit modestia Dauid regis, cum summa in rebus bellicis fortitudine, vt de illo scriptum sit: Dauid sedet in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni uermicul⁹ qui octingentos interfecit impetu uno. Super quem locum Angelomus antehos septingetos annos scripsit, virtus in hoc bellica, simul & modesta uiri designatur ciuilitas, quia uidelicet sicut uermiculus fragilis, & paruus apparet: & nihilominus fortissimū ligni robur exedit: sic Dauid domi quietus, atque humilis, in certamine publico intolerabilis hostibus erat. Deinde typū dicit fuisse Christi qui de se ait: Ego uermis & humilis corde, & tamen uasa fortis, subaudi diaboli à se ligati, fortior diripuit, & spolia eius distribuit, apud Lucã & apud Ioan. Nunc (inquit) princeps huius mundi eiicitur foras.

Ecclesi. 11.
Basilius.
Hilar.
August.
Psal. 106:

3
Vatab.
Genebrar.

August.

Iob. 29:

Hierony.
Lyra.
Theodor.
Chaldaus.

Matth. 11.
Ioan. 11.

4

Ezech. 28.
Ifa. 14.

Hierony.

2. Reg. 23.

Angelomus.

Psal. 21.
Matth. 11

uc. 11.

Catinus erat vas maximum in quo carnes cum iure mittebantur de quo vide Marci. 14. & Luc. 11.

Ioan. 12.

CAPVT II.

Catulus.

CATVLVS Hebraicè vocatur Cin Scriptura sancta Gure, & in plura li Gurim Gen. 49. Thre. 4.

מושב

Catulus, caniculus est: seu iunior canis, dictus à cato, vel cauto propter sagacitatē vt vult Varro. vsurpatur etiam pro foetu Leonis, & aliarum bestiarum. Catulus Leonis in scripturis in bonum accipitur, & in malum: in bonum quidem, vt patres obseruarunt, per metaphoram, vel tribu regiam quæ est Iuda, vel Christum Dominum, vel Sampsonem fortissimum, vel gentes significat conuersas ad fidem: in malum verò Antichristum, Romanos, Assyrios & Chaldaeos. Itē Saul & persecutores Dauid. Primū itaque legimus in Genesi: Catulus Leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti. Quod Hierony. in qq. Hebraicis de tribu Iuda, & regibus per stirpē Dauidis exponit. Quamuis de Christo (inquit) sit grande mysterium. Eodem modo Lyranus, & Vatablus, quamuis de Christo, qui præcipuus rex regum in eadē tribu fuit, exponant Orig. hom. 17. in Gene. Aug. 1. 16. & i. de Trinit. c. 9. Theodoretus. q. 109. in Gen. & Beda vnda Apo. 5. Vicit Leo de Tribu Iuda, radix Dauid. In Hebræo legimus vt notat Caiet. gur arie iuda, catulus Leonis Iuda, vt filius Dei quasi catulus ante resurrectionē fuerit: leo verò post resurrectionē. Additur autem in Genesi ad prædam fili mi ascendisti. vbi vox Hebræa Mitareph recte vertitur à vulgata, de præda, nam mendo se legitur ad prædam. Significat autē vox Tareph duo scilicet sarculum, & prædam. Ideo Septuag. vertunt de germine siue sarculo Hieronymus verò in qq. Hebraicis de captiuitate, quod corripuit Damasus Papa, in nostra vulgata, vbi habetur: De præda, quia conuersa parte Iudæorum, de præda in cælum ascendit conuersurus partem aliam, in fine sæculi: quando Erit unum ouile, & unus pastor. vel partem inferni depræ-

I

Gen. 49.
Hierony.

Lyranus.
Vatab.

Origenes.
Aug.
Theodo.
Beda.
Apo. 5.
Caietanus.

Hierony.

Damasus.

Ioan. 10.

cendit

Marc.vlt. cendit in caelum, de quo Marc. vltim. & postquam loquutus est eis, assumptus est in caelum.

2
Mich.5. Apostoli quoque metaphoricè catulus leonis vocatur apud Mich. Et erunt reliquæ iacob in gentibus, quasi leo in iumentis sylvarum: & quasi catulus leonis in gregibus pecorum. Vbi Hierony. Dominus inquit, Iesus de quo in Gene. prophetatur, catulus leonis iuda. dedit Apostolis suis, quibus dixerat: ite baptizate omnes gentes. Vt quomodo catulo leonis nemo potest resistere in gregibus pecorum, ita illi de manu Assyrii, & diaboli liberati raperent iumenta & pecora, id est homines, &c. Hec ille. Neque contra hoc est quod Dominus dixit Apostolis: Ecce ego mitto uos, sicut oves in medio luporum. Quia quasi oves erant mandandi martyrii causa, sed quasi catuli leonis, rapturi prædam animarum.

3
Deut. 33. Iud. 18. Lyra. Glos. Catulus leonis vocatur Samsom, in Deut. Dan catulus leonis. Quod licet de tota tribu Dan intelligatur, quæ potenter cepit urbem Lais, sed specialiter de fortissimo Samsom eiusdem tribus iudice, vt exponit Lyranus. Aut certe de Antichristo eadem tribu nascituro vaticinium est: vt vult Glossa, cui quadrat quod subiungitur in textu: Et fluet largiter de Basam. Quod interpretatur confusio. Ergo catulus erit leonis Antichristus, id est diaboli leonis alumnus: qui fluet largiter in toto terrarum orbe dominatus, de confusione tamen peccati, quia tantam stragem sanctorum edet: Vt nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro.

4
Lyra. Ianse. Theodo. Pfall. 16. Pfall. 56. Theod. August. Catulus leonis vocantur Saul, item satellites eius, vt exponunt Lyranus, & Ianfenius, & ante eos Theodoretus in illud Psal. Susceperunt me sicut Leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in abditis. Item in Psalm. Eripuit animam meam de medio catulorum leonum. Vt exponit Theodoretus, & habetur in titulo Psalmi. Sed quia Dauid typus fuit Christi ideo recte Augus. mystico sensu. Qui sunt inquit, catuli leonum? populus ille minutus, male deceptus à principibus sacerdotum Iudæorum, omnes fremuerunt, omnes occiderunt. Hæc ille. Vnde recte quadrat in Iudeos: de quibus apud Ioan. Et circumdederunt eum Iudei, dicentes si tu es Christus, dic nobis p. lam. Et quando: Tu-

Ioan. 11. Ieunt lapides ut iacerent in eum. Et quando fremebant dicentes: Quid facimus quia hic homo multa signa facit? Denique quando clamabant: Crucifige eum.

5
Esa. 19. Catulus leonis vocatur exercitus Romanorum: in Esa. Rugitus eius, ut rugitus leonis: & rugiet ut catuli leonis. & frendet, & tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit qui eruat. Sic explicat Hieronym. de excidio Hierusalẽ sub Romanis. De quo Dominus: Circumdabunt te inimici tui, &c. Præterea de Chaldæis contra Hierusalem venientibus exponit Hieronym. illud Ioelis. Molares eius, ut catuli leonis, & Nahum: Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum.

¶ Quædam alia de catulis leonum, vide verbo de conuersione gentium, sed latius in verbo Leo, sic & Ose. 5.

¶ Præterea de catulis vrsi, in verbo Vrsus. De catulis Ericij, in verbo Ericius. De catulis Lamia, in verbo Lamia.

CAPVT. LII.

Cauda.



CAUDA in scriptura dicitur Hebraicè Zanab, Iudic. 15. Tulit trecentas vulpes caudasque earum iunxit.

Est autem cauda extrema pars animalium caudatorum: de qua Cicero lib. 3. de Oratore: oculos autem natura nobis, equo & leoni setas, caudam & aures canibus ad motus animorum declarandos dedit.

Cauda metaphoricè pro infimo gradu ponitur Deut. 28. B. E. Esa. 9. C. & 19. C. Vnde dicitur per contemptum, apud Esa. Cor tuum ne formidet à duabus caudis tittonum fumigantium istorum, Regis Rasin Syriæ, & filij Romeliæ. Subaudi Regis Samariæ: qui conspirauerunt contra Hierusalem, regnante Achaz, sed non præualuerunt, imo destructi sunt, vt Hieron. exponit.

Cauda hostiæ in veteri lege iubebatur offerri, in typum perseverantiæ in bo-

CAPVT LII.

Cauere.



AVERE & vitare Hebraice dicitur in scriptura Sacas Leuiti. 11. Morticina eorum vitabis.

nis operibus sic legimus: Tolles adipem de ariete & caudam. Idem præcipitur Leui. 3. c. 7. a. 8. e. 9. c. Vnde Greg. i. li. Mor. c. 40. in illud Iob: Sic faciebat Iob cunctis diebus vite sue. Hinc inquit est quod per Mo. sem caudam hostiæ in altari offerre præcipimur, vt videlicet omne bonum quod incipimus, etiã perseveranti sine compleamus. Hæc Greg. ideo Dominus dicit: Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Et apud Ioã. Sicut palmas non potest ferre fructum, nisi manserit in uita, ita & uos, nisi in me manseritis.

Cauda Behemoth persecutionem denotat Antichristi in fine mundi apud Iob: Ecce Behemoth quem feci tecum, & stringit caudam quasi Cedrum. Hoc de Elephante non potest intelligi, nisi de Satana vt diximus lib. 2. in verbo Behemoth, cuius cauda est ultima Ecclesia persecutio per Antichristum vt exponit Greg. de qua Dominus: Erit enim tribulatio magna: qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet.

Cauda quasi Scorpionum denotant hæreticos sub Larua humanitatis, & pietatis. Sic legimus in Apoc. de locustis quæ exierunt de puteo abyssi: ita habebant facies quasi facies hominum, & capillos, quasi capillos mulierum: & caudas quasi Scorpionum. Ita exponunt Haymo, Beda, D. Tho. Glossa, & Primasius. Quia Scorpio in facie est blandus, sed occulte cauda percutit. Tales sunt hæretici, qui falsis vera permiscet, vnde Dominus ait: Attendite à falsis prophetis: qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, & rurius, Surgent enim Pseudochristi, & Pseudopropheta. Quod si quis obiciat has locustas non esse homines, quia datum est illis, vt in textu dicitur: Vt non lædant nisi tantum homines qui non habent signum Dei. Ergo si homines essent reprobi, læderent seipfos: sed respondendum est, non esse dictum vt læderent omnes, sed homines videlicet alios à se. Item fortassis inter se bellabunt, & seipfos conficient.

6
Cauda draconis fallacia diaboli est qua sub blandiciis, aut specie boni, & spiritus malos allicit, & homines decipit, sic exponit Beda illud Apoc. Craco cauda traxit ad terram tertiam partem stellarum. Vnde & filio Dei blandiendo dixit: Si filius Dei est, dic ut lapides isti panes fiant.

Cauere est fugere, vitare, & interdum diligenter attendere. Vnde Pharao, Moy si dixit: Caue ne ultra uideas faciem meam. Et in Deut. Caue ne quando obliuiscaris pacti Domini Dei tui. Id est diligenter attende: præterea: Caue ne bibas uinum. Id est fuge, & vita.

Cauere à proximo est explorare mores eius, priusquam cum illo secreta nostra communicemus, si Eccles. Secundum uirtutem tuam, caue te à proximo tuo. Pro caue Graece est *σοφία*. Verbum autem *σοφία* *σοφία*, est explorare, & intente in aliquid respicere. Est ergo sensus antequam de tuis consiliis agas cum proximo, diligenter explora, qualis sit, vt si oporteat, caueas ab eo, quia sequitur in textu: Et cum sapientibus, & prudentibus tracta, ita exponit Ianfenius, quamuis Lyranus cauere nos debere exponit, ab his qui nos tradere tyrannis possunt. De quo est sermo in versu præcedenti. In quo sensu Dominus dixit apud Matthæum: Caute autem ab hominibus, tradent enim uos in Concilia, &c. Item in eundem fere sensum ait, Ecclesia: Aduocatus à potentiori discede, & infra: Non parcat de malitia, & uinculis, & caue tibi, & attende diligenter, &c.

Cauere à fermento Phariseorum, est attendere ne illorum hypocritarum qui spiam allectus eorum recipiat errores. Sic legimus apud Matth. Intuemini, & caute à fermento Phariseorum. Ita exponunt Hiero. Chrysost. & Theophy. Sic apud Marcum etiam.

Postremo cauere est attendere, & prospicere, sic de filia inuerecunda dicitur patri in Eccl. Ab omni irreuerentiâ oculorum eius caue. Vbi irreuerentiâ ponitur pro impudentia. Nam Graece legimus: Post inuerecundum oculum eius obserua. E contrario uero oculorum uerecundia laudatur, ideo sola Maria in cubiculo inuenta est ab Angelo: Verecunda

Luc. 2. Ambros. Bernard.

qua turbata est in sermone eius, super quem locum Ambros. Trepidare virginum est, & ad omnem viri ingressum pauere, omnes viri affatus vereri, & Bernardus super Missus est: turbata, inquit, est sed non perturbata, hoc est: non euasit stupida, sed cogitabat qualis esset ista salutatio.

CAPVT LIII.

Cauerna.

מְאֻרָה



CAVERNA dicitur Meaurath Hebraice Esai. 11. & in cauernam reguli, &c.

Cauerna Graece Crypta, hoc est concauitas terrae vacua, & obscura, in huiusmodi

locis absconduntur qui sibi ab aliis timent vehementer, sic de Prophetis, & martyribus dicitur: In solitudinibus errantes, & in speluncis, & in cauernis terrae. Sic etiam in excidio Hierusalem à Babyloniis, vel Romanis Hieronymus secundum Hebraeos exponit illud Esaię: Et ingredientur scissuras petrarum: & in cauernas saxorum, à facie formidinis Domini, &c. cum surrexerit percutere terram. Vnde non casu sed iustitia Domini exigente praelia surgunt, de quibus Dominus dixit: Cum audieritis praelia, & seditiones nolite terreri: quod iustis dicitur, iniqui enim conscientia torquente, in cauernis terrae se abscondunt.

Hebr. 11. Hierony. Esai. 2.

Luc. 2.

2

Porro Hier. 16. de Gentilibus, & in fidelibus, qui suorum conscientia delictorum in cauernis terrae se occultabant, vel in templis idolorum tempore Constantini: Mittam eis uenatores, inquit, multos & uenabuntur eos, de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. Hos venatores putat Hieronymus Angelos esse, & viros Apostolicos, quibus dictum est: Euntes docete omnes gentes, &c. Sicut misit me pater, & ego mitto uos: & Matthae. Venite post me, & faciam uos fieri pisces hominum. Isti sunt illi ablactati de quibus in Esai. legimus expositore Hieronymo: Et in cauernam reguli qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Vbi per metaphoram cauerna reguli domus vel ciuitas quaecunque Ge-

tilium, quorum princeps diabolus erat serpens ille antiquus, intelligitur. De quo Dominus: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Idest regulus ille, qui decepit Euam quinque in cauernis idolatriae dominabatur. Quem Apostoli quidem de cauerna sua detrahere minime potuissent nisi à praesentia Christi visibili prius ablactati, Spiritum sanctum accepissent, ideo Dominus dicebat illis: Amen dico uobis, expedit uobis ut ego uadam, si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos.

Ioan. 12.

Ioan. 14.

3

In cauernis habitare pauperum est, & fugitiuorum, item eorum qui in munitissimis scopulis castra sua fabricant. Prioris exemplum est apud Iob: in desertis habitabant torrentium, & in cauernis terrae. Exemplum vero posterioris apud Hier. Vbi de Idumeis loquitur dicens: Arrogantia tua, & superbia cordis tui decepit te, quae habitas in cauernis petrae. Idest in castris munitissimis. Sic de Assyriis, & Aegyptiis qui venturi erant contra Hierusalem: & in locis munitis castra metaturi, dicit Esai. Sibilabit Dominus muscae quae est in extremis finibus Aegypti: & api, quae est in terra Assur, & uenient, & requiescent omnes in torrentibus uallium, & in cauernis petrarum. Ita Hieronymus exponit.

Hier. 49.

Esai. 7.

Hierony.

4

Cauerna maceriae vulnus lateris Christi metaphorice dicitur in Can. Veni columba mea, in foraminibus Petrae, in cauerna maceriae. Vbi Grego. Per foramina, inquit, Petrae, vulnera manuum, & pedum Christi in Cruce pendētis libenter intellexerim: cauernam vero maceriae vulnus lateris, eodem modo Glossa interlinealis, & Vatablus & Bernardus super Cant. ad hanc maceriae cauernam, cum Thomas Apostolus inuitatus à Domino, tandem a duobus lassat, accipitris ungues, quibus in fide dubius tenebatur, euasit: Affer ait, manum tuam, & mitte in latus meum.

Cant. 2.

Grego.

Gloss. inter.

Vatab. Bernard.

Ioan. 20.

5

Cauerna laci vocatur virtutis exempla maiorum, vnde posteriores generis illius, quasi lapides praecisi sunt, sic legimus apud Esai. Audite ad me qui sequimini quod iustum est, &c. Attendite ad petram, unde excisi estis: & ad cauernam laci, de qua praecisi estis. Attēdite ad Abraham patrem uestrum, &c. ut ergo ad imitationem virtutum Abraham Dominus Iudeos prouocaret, dicebat: Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. Item ut ad fidem

Esai. 1.

Ioan. 8.

Abraham

Abraham moneret eos, subdit: Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, uidit & gauisus est. Quasi dicat, & vos gaudere, & non persequi debeatis. ¶ Caula uide Oule. ¶ Cauterium uide in verbo Conscientia.

CAPVT LIII.

Cedar.

I 777 Gen. 25

CEDAR regio est Arabiae ut notat Hieronymus lib. de locis Hebraicis. Fuit autem posterorum Ismaelis, nam Gen. 25. filium habuit nomine Cedar, vnde dicti sunt Cedareni, & postea voce corrupta Sarraceni qui habitant in tentoriis, & ubicunque castrametati fuerint in Cedar habitare dicuntur, idest in tentoriis Cedar. Sic in Psal. Propheta clamat: Hec mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus Cedar: Idest profugus inter Ismaelitas Sarracenos qui profugorum instar in uno loco diutius non quiescunt. Ita Theodoretus, Iansenius & Genebrardus, sed Theodoretus de captiuis in Babylone Iudaeis suam deplorantibus captiuitatem, Genebrardus uero de Ecclesia inter infideles peregrinante vaticinium esse putat: cui Dominus dixit: Et si abiero, & praeparauero uobis locum, iterum uentam ad uos, & assumam uos ad me ipsum: Propterea suum deplorat exilium esse prolongatum. Augustinus, Cassiodorus de iusto qui solui desiderat.

Psal. 119.

Theodo. Iansen. Genebrard.

Ioan. 14.

2

Esai. 21. Hier. 49.

Luc. 21.

Ezech. 27.

Cedar, ipsi negotiatores manus tuae: cum agnis, & arietibus, & hedis uenerunt ad te. Vbi negotiatores manus Tyri dicuntur, quia societatem cum Tyro manu data de rapinis, & fraudibus fecerant. Quod vitium quia negotiatoribus est familiare, Dominus eiecit ementes uendentisque de templo. Postremo cum instabiles essent in tentoriis huc & illuc transferendis Cedareni, in religione tamen quamuis falsa idolorum suorum stabiliores praedicantur, quam Hierusalem in veri Dei cultu. Sic Hier. ait: In Cedar mittite: & considerate uehementer, &c. si mutauit gens Deos suos, & tamen ipsi non sunt dii populus autem meus, mutauit gloriam suam in idolum. Ergo sicut: Viri Niniuite surgent in iudicio, cum generatione Iudaeorum, & damnabunt eam, comparatione sui. Sic & Arabes Cedar confurgent contra haereticos, qui mutauerunt fidem suam, & religionem ueram in mendacem, cum tamen isti Gentiles stabiles fuerint in paternis suis traditionibus. Surgent etiam contra fideles auaros, qui pluris faciunt aurum, quam Deum.

Ioan. 2. Mat. 21.

Hiere. 2.

Mat. 11.

3

Tabernacula Cedar cum pluuiis, uentis, pulueri, & iniuriis caeli essent exposita, & ardoribus solis, exterius nigra erant, & deformia: sed intus plena diuitiis, & spoliis pulcherrimis, ideo sponsa similem se illis dicit in Cantico. Nigra inquit, sum sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Idest exterius nigra ut exponunt Glossa, Vatablus & Lyranus, propter tribulationes de quibus Dominus ait: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & rursus: Absque Synagogis facient uos: Et ecce ego mitto uos sicut oues, &c. Sed intus variegata uirtutibus, sicut pelles variis coloribus gemmisque & margaritis ornatae, quibus Salomon, hyeme induebatur, ut Theodoretus ait, uarietas enim pellium eius uiuos liliorum, & rosarum colores imitabantur de quibus Dominus: Videte lilia agri, &c. Amen dico uobis Salomon in omni gloria sua non fuit ornatus, sicut unum ex istis.

Cant. 1.

Glossa. Vatab. Lyra.

Luc. 21.

Ioan. 16. Math. 10.

Theodo.

Matth. 6.

4

Cedar ponitur interdum, pro populis gentium conuertendis ad fidem, per synedochem: pars scilicet, pro toto. Sic de Christo praedixit Esaias: Lxtetur desertum, & habitatores eius: in domibus habitabit Cedar. Idest gentium, ut exponit Hieronymus, quod Dominus pollicitus est dicens: Alias oues

Ioan. 10.

Efai. 60. habeo, &c. & illas oportet me adducere. Idem apud Efai. Omne, inquit, pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi. De quo apud Matth. Multi ab Oriente, & Occidente uenient, &c.

CAPVT LV.

Cedron.



EDRON vt notat Hieronymus de locis Hebraicis nomen est vallis, & torrentis iuxta Hierusalem ad Orientalem plagam: de quo meminit Ioannes capit.

19. Scribitur autem Hebraice Quidron per literam Coph. 7. De valle Cedron meminit Iosephus, libro. 6. de Bello cap. 3. significat autem hæc vox non plane Cedros vt imperiti putant, sed obscurum potius, & umbrosum. A valle verò, & torrentis nomen accepit Cedron, qui natiuis minime scaturit aquis: sed abundat pluuia libas tempore suo. Hunc nudis pedibus tranauit Dauid Rex, cum filium suum fugeret Abfalon, in quo typus Christi Domini fuit: qui persecutionem à discipulo traditore passus, eundem cum discipulis torrentem pedibus transuadavit.

Porrò Rex Ezechias cū omnia Hierosolymis comminuisset idola, & turpissimum Priapi simulachrum in cineres rede-gisset, in torrentem Cedron fauillas proiecit legitur, in cuius etiam ripis Rex Iosias omnia vasa combussit, quæ fuerant idolorum cultui Hierosolymis dedicata. Quod ante illum quoque fecerat Rex Ezechias 2. Paral. Torrens ergo Cedron pluuiabilibus aquis de caelo videlicet affluens, lachrymas poenitentium propter Deum summe dilectum adumbrat, in quas sordes, cineres, & reliquæ peccatorum omnium submerguntur. Tales fuerunt lachrymæ peccatricis, & Petri post negationem.

I
Ioan. 19.
1117
2. Reg. 15.
Ioan. 18.
2
3. Reg. 15.
4. Reg. 19.
2. Para. 29.
Luc. 7.
Luc. 23.
1117
or n.

CAPVT. LVI.

Cedrus.

CEDRVS in scriptura dicitur Hebraicè Arez Leuitic. 14. & alibi, & in plurali Erazim.

Est autem Cedrus arbor perpetuo virens, iunipero non absimilis, folio duro, acuto mucrone, capillato & spinoso ligno cōtor to, nodoso, medulla rubete, odorata, baccis quoque flauis, & odoratis esculētis. Laudatissima Cedrus nascitur in Syria montibus. Item in Creta Insula, & in Africa. Materies cariem non sentit: vnde classibus, & tectis ædificandis aptissima est, Plinius lib. 13. cap. 5. Maioris Cedri duo distinguit genera, quædam enim floret, neque fructum facit: altera fructum ferens non floret. Cedrus maxima in Cypro nascitur centum triginta pedum longitudine, crassitudine autem ad quinque hominum complexum charta peritæta resina Cedri tineam minime sentit.

Cedrus in scriptura per metaphoram aliquando in bonum, interdum verò accipitur in malum. In bonum quidem Cedro diuina sapientia comparatur, in Eccli. Quasi cedrus, inquit, exaltata sum in Libano. Vbi Libanus qui interpretatur dealbatus Ecclesiam baptis-mate candidatam significat, in qua sapientia Dei exaltatur, sicut in Libano, monte Phanicæ Cedrus in miram excelsit proceritatem, vt Lyranus notat. Est autem Christus Sapientia Dei incarnata, qui natus humilis in præsepio, mox exaltatus est, stella duce, visitatus & adoratus à Magis, cumque deinde humilis in sepulchro iaceret, tertio die exaltatus est, quando gloriosus resurrexit: sicut prædixerat apud Matthæum, & Luc. dicens de se: Et tertia die resurget. Vnde in Cantic. de illo dicitur: Species eius ut Libani, electus ut Cedrus. Quod Vatablus intelligit quia surrexit immortalis.

Cedrus etiam metaphoricè vocatus est Christus super omnem Ecclesiam exaltandus, in historico sensu, apud Ezechiel. Hæc dicit Dominus, sumam ego de

1117
I
I
Plinius.
2
Eccli. 24.
Lyranus.
Matth. 2.
Matt. 10.
Luc. 18.
Cant. 5.
Vatab.
3
Ezech. 17.
medulla

medulla Cedri sublimis, &c. Et erumpet germen, & faciet fructum: & erit in Cedrum magnam, & habitabunt sub ea omnes uolucres, uniuersum uolatile sub umbra frondium eius nidificabit. Vbi Hieronymus Dominus inquit, Deus pater omnipotens, qui loquutus est ad Ezechielem, tollit de stipe regia, & de genere Dauidis, & plantat super montem excelsum, de quo loquitur, in Psal. Ego autem constitutus sum Rex ab eo, super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Hæc ille Et Theodoretus cum probasset hoc vaticinium, neque Zorobabeli, neque Machabæis conuenire posse, subdit, perspicuū est, de Dño ac Saluatore nostro Iesu Christo hæc fuisse prænuntiata: de quo, apud Matthæum: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Notat etiam Theodoretus non quadrupedia quidem sed uolatile duntaxat sub hac diuina Cedro commemorari, quoniam sub ramis, & religione Christi, non sunt infideles qui quasi iumenta humi iacent, sed fideles qui pennis fidei, & spei ad caelestia volant, quibus Dominus dixit apud Ioann. Creditis in Deum, & in me credite: in domo patris mei, mansiones multæ sunt. Lyranus quoque dicit Rabbi Salomon explicat hunc locum de Rege Messia, vnde Catholici, qui de Zorobabele intelligunt, magis quam ipsi Hebræi hallucinantur. Est ergo Cedrus qui Phariseis dixit: Antequam Abraham fieret, ego sum.

Cedrus aliquando Patriarchas, Prophetas, & Doctores Ecclesiæ significat, sic Psalmus agens de populo Israel sub prelo hora vineæ in terram promissionis Deo duce transplantatæ subdit: Operuit montes umbra eius, & arbusa eius Cedros Dei. Vbi arbusa, idest populus, & regnum Israeliticum dicitur operuisse, idest complexum fuisse altitudinem Prophetarum, & Doctorum, qui quasi Cedri erant inter alios: vt exponunt Augustinus, Hieronymus, Glossa ordinaria, & interlinealis, sed Theodoretus per Cedros Reges sanctos intelligit. quod in idem recedit, nam quod Vatablus Reges superbos explicat, non ita quadrat, nisi promiscue bonos, & malos Reges intelligamus Cedros propter celsitudinem regis dignitatis appellari. Quia quod magnum est, Dei esse dicitur,

Hiero.
Psal. 2.
Theodo.
Matth. 1.
Ioan. 14.
Lyra.
R. Salomo.
Ioan. 8.
7
Psal. 79.
Aug.
Hierony.
Glos. ordin.
Glos. interli.
Theodo.
Vatab.

sicut mons Dei, mons magnus, Cedrus Dei, Cedrus magna.

Cedrus iustum virum significat propter eximias eius proprietates, quæ iusto conueniunt. Sic Psalm. Iustus ut palma florebit: sicut Cedrus Libani multiplicabitur. Vbi Spiritus sancti sapientiam admirari licet, quia iustum dixit instar palmæ florere: non autem more Cedri, sed multiplicari sicut Cedrus se multiplicat. Quia Cedrus si floret, non fructificat: Palma vero, & floret & fructum affert: Denotat itaque non comparari quidem hoc loco iustum Cedri generi florido, & sterili: Quia omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur: Quin potius Cedro fructificanti conferri, quæ minime floret, vt ex Plinio numero. 1. retulimus, flores quippe inanis ostentationis fugiunt sancti, sicut exemplo suo nos docuit Christus, dicens leproso quem mundauerat, apud Matth. Vide nemini dixeris. Porro flores fructum germinantes, idest verba ædificationis amant iusti florentes vt palma iuxta illud Matth. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum.

Cedro quoque iusti absolute conferri solent propter odorem virtutum, & contemplationis celsitudinem, atque materia incorruptionem: & maxime quia multiplicatione similibus sibi in dies augeri cupiunt. Sic legitur in Eccli. 50. de iusto Simone Quis filio: sicut plantatio Cedri in monte Libano. Item in Numer. de populo Dei Balaan quoque prædixit. Quam pulchra tabernacula tua Iacob, &c. quasi Cedri prope aquas. Idest Ecclesiæ in Christo congregatæ, & aqua sacramentali conspergæ in baptismo, de quo Marcus: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, & alibi: Pocete omnes gentes baptizantes eos, &c. De eadem gentium conuersione exponit Hieronymus illud Esaiæ: Dabo in Ierusalem Cedrum, & Myrtum. Hoc est in deserto gentium dabo Ecclesiæ Christianorum, quæ vt Cedrus multiplicentur, sicut Dominus dixit: Multi ab Oriente, & Occidente uenient. In quo forte sensu Propheta: Laudem, inquit, Dominum ligna fructifera, & omnes Cedri. Denique Rex sanctus Iosias Cedro comparatur in Hieremia. Vbi filio eius dicitur: Nūquid regnabis, quonia celsus te Cedro.

8
Psal. 91.
Matth. 7.
Plinius.
Matth. 8.
Matth. 5.
9
Eccl. 50.
Num. 24.
Marc. vlt.
Matt. vlt.
Hierony.
Eesai. 41.
Matth. 8.
Psal. 148.
Hier. 22.

Esa. 2. Cedrus, quando capitur in deteriorum partem, superbos significat reges siue tyrānos atque magnates, sic Esa. ait: *Quia dies Domini exercituum super omnem superbum, &c. & super omnes Cedros Libani.* Vbi arrogantes, & insolentes exponit Hieronymus. De quibus Psalm. *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani: & transiui, & ecce non erat.*

Luc. 16. Talis erat ille de quo Lucas: *Homo quidā erat diues, qui induebatur purpura, & bysso, &c. Et mortuus est diues: & sepultus est in inferno.* Item Psalm. *Vox Domini confringētis Cedros: & confringet Dominus Cedros Libani: & comminuet eas tanquam vitulum Libani.* In Hebræo pro comminuet eas tanquam vitulum Libani, est exilire faciet eas sicut vitulum Libani. Id est confringendo faciet exilire, sicut exilit vitulus. Vel si seruetur nostra versio, comminuet eas sicut comminuit Moyses vitulum aureum, in monte Oreb quem Libanum hic vocat: vt exponit Theodoretus. Sed simplicior expositio est. Comminuet eas sicut scinditur facile vitulus Libani tenerimus, aut pullus Vnicornis, vt explicat Iansenius, vocat autem Cedros superbos, & potentes: quos Dominus confringit ad poenitentiam, ita exponunt Hieronymus. Tales erant Magi qui Christum infantem adorauerunt. Talis Regulus: *qui credidit ipse, & domus eius tota, sed quia postquam dixit Propheeta: Confringet eas tanquam vitulum Libani: posuit in accusatio velut est expresse in Græco: Tanquam vitulum Libani: Id denotat totum Lybanum confringet sicut vitulum tenerum, vt recte exponunt Euthymius & Genebrardus, hoc est totam Gentilitatem cōuertet, nomine Libani significatam in scriptura. iuxta illud: Docete omnes gentes, sed restat difficultas in eo quod sequitur in nominatio: Et dilectus quemadmodum filius Vnicornium. Quid significet. Item quia in Hebræo non est dilectus, sed Sarion, sed sciendum quod Sarion, significat directum, & placentem à radice Iasar, quæ significat rectum esse, & placere, vt ante nos Genebrardus adnotauit, & ita certe Saron est placens, & dilectus. Ponitur autem in nominatio, & subauditur: *erit dilectus, id est Iesus Christus qui hoc faciet, & confringet Cedros: sicut filius Vnicor-**

nium, id est Iudæorum qui vnum solum Deum colentes Vnicornes nominantur, ita exponunt Hieronymus. Augustinus, Caliodorus, Haymo, Beda & Hugo Cardinalis, addit Iacobus de Valentia quia sicut Vnicornis venenosas aquas cornu sanat, sic Christus aquas sanat Baptismi Sacramenti, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, quod placet.

Cedri vocantur reges poenitentia conuersi, iuxta illud Isaia 14. *Contriuit Dominus Deus baculum impiorum virgam dominantium, &c. Abietes quoque letate sunt super te: & Cedri Libani, ex quo dormisti, non ascendit qui succidat nos. Id est extincto Rege Babylonis tyranno crudelissimo, principes resipiscentes, & ab eius tyrannide liberati letati sunt vt exponit Hieronymus. Sed Cyrillus ad principes Hebræos restringit, quia Zachar. 11. Hierosolyma Libanus vocatur. Vnde Cedri Lybani sunt illius populi proceres: quia à captiuitate reuersi dicunt. Ex quo dormisti à tyranne superatus à Cyro, non ascendit ex terra Assyriorum qui succidat nos. Mystice verò Glossa sub typo regis Babylonici diabolum superatum intelligit ab eo, qui dixit, *Nunc princeps huius mundi eicietur foras.* Propterea latantur Cedri, id est omnes qui tam ex Iudæis, quam ex gentibus conuersi sunt ad fidem, dicentes ex quo dormisti Satana ligatus in Tartaro, non ascendit qui succidat nos, dicente Domino saluatore: *Ego cognosco oues meas, &c. Et non rapiet eas quisquā de manu mea, Id est non succidet electos in æternum.**

Ergo Cedri Lybani vocantur vt dicebamus in historico sensu per metaphoram proceres Iudæorum: Vnde apud Hieroniam Dominus ait ad Hierusalem, expositore Hieronymo: *Et sanctificabo super te interficientem uirum, & arma eius, succident electas Cedros tuas.* Item ad Senacherib, qui minabatur Hierosolymitanis stragem dicit Esaia: *Et dixisti, subaudi o Senacherib: ascendi in altitudinem montium, & iuga Libani: & succidam excelsa Cedrorum eius. Id est optimates Hierusalem. Item idem Hieremias. 22. ad impium Regem Ioa-*

Hierony. Augu. Cathodo. Haymo. Beda. Hugo Card. Iacobus. de Valentia. Esai. 14.

8

Hierony. Cyrill. Zacha. 11.

Glossa.

Ioan. 12.

Hier. 22.

9

Hier. Hierony.

Esa. 37.

Hier. 22.

in Cedris.

Lyranus. Vatab. Ezech. 17. *in cedris. Id est in Hierusalem, & magnatibus eius, vt exponunt Lyranus, & Vatablus. Sic etiam de aduentu Nabuchodonosor in Hierusalem dicitur, in Ezechiel. Aquila grandis magnarum alarum, &c. uenit ad Libanum: & tulit medullam cedri. Summitatem frondium eius auulsit: & tulit in terram Chanaan.* Vbi Hieronymus ait, *Aquila grandis est Nabuchodonosor, qui uenit ad Libanum, id est ad Hierusalem: & tulit medullam Cedri, & summitatem frondium eius. Id est Ieconiam Regem cum matre sua, & optimatibus. De quo legimus, apud Mattheum: Iostas autem genuit Ieconiam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. Babylon autem uocatur terra Chanaan, id est negotiationis, de quo uide in verbo Chanaan. Sic etiam exponunt hunc locum Theodoretus, Glossa, Lyranus & Vatablus, &c. Mystice verò Hieronymus. Aquilam hanc grandem, typum dicit esse diaboli, qui uenit ad Cedrum Ecclesie unde medullam eruit, & summitatem frondium. Quia ipsos inuasit Apostolos, Iudamque prostravit in perpetuum. Ad tempus uero Thomam dubium in fide reddidit. Duos uero filios Zebedæi dextram, & sinistram ambire suasisit, Et Petrum negare, &c.*

Ioan. 20. Matth. 20. **IO** Sed vt ad Historicum sensum reuertamur, sub eadem Cedrorum Libani metaphora, uastatio quoque Hierusalem à Romanis sub Tyto, & Vespasiano predictur, apud Zachariam: *Aperi Libane portas tuas: & comedet ignis Cedros tuas. Ulula Abies, quia cecidit Cedrus.* Vbi Hieronymus, Theodoretus, Glossa, Lyranus, Vatablus & Chaldaeus nomine Libani templum, per Cedros optimates Hierusalem intelligunt, per Abietes faculares, qui casum plangunt sacerdotum. Ad hunc luctum seipsum Dominus clementissimus prouocauit: *Quando uidens ciuitatem fleuit super illam.*

Zach. 11: Hiero. Theodo. Glossa. Lyranus. Vatab. Chaldaeus. **Luc. 19. I I** Cedrus interdum ponitur in scriptura ad staturæ proceritatem, vel spiritualem vel corporalem significandam. De corporali quidem apud Amos: *Ego exterminauit Amorrhæum à facie eius, id est à facie populi Israel: cuius altitudo cedrorum altitudo eius.* Vbi vt Hieronymus ait, *Seon Gigantem intelligit Regem Amorrhæorum. Item de omnibus illis*

*de quibus in Numer. dicitur: ibi uelimus mentiri quidam filiorum Enach, de genere Giganteo: quibus comparati, quasi locustæ uideamur. De celsitudine uero spirituali Angelorum dicitur apud Ezechiel: Cedri non parunt altiores uilo, in paradiso Dei. Id est altiores Lucifero non fuerunt quidem ali Angeli, de quo libro. 1. in verbo Angelus numero. 27. & verbo Altitudo numero. 122. Vnde in Euangelio dicitur: *Et populi sedentes de sede, & alibi qui se exaltant sicut cedrus Libani: Ideo Iacobo & Ioanni altiores sedes ambientibus Dominus dixit: Non sitis qui dicitis.**

I 2 Tigna cedrina sunt metaphoricè doctores, & predicatores Ecclesie, sic in Cantic. *Tigna domorum nostrarum cedrina: Id est trabes quæ testum domus sustentant.* Sic doctores Ecclesie sustentant ædificium, magni quidem effecti, vt exponunt Theodoretus, Gregorius, & Glossa. Exemplo uidelicet uitæ, & soliditate doctrine debiliores roborantes, iuxta illud: *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno celorum.* Cedrina quoque tabulæ predicatores esse dicuntur, in Cantic. *Si porta est, compingenda sunt tabulis cedrinis.* Id est Ecclesia, quæ porta est ad caelum, compingenda, & roboranda est tabulis cedrinis, id est sanctis Apostolis, & Doctornis, vt Lyranus exponit. Tabula Cedrina fuit Petrus ad roborandam Ecclesiam dicens Domino Saluatori: *Tu es Christus filius Dei uiui.* Hac tabula tincat non fuit erratis: odoremque suauissimum toto terrarum orbe diffundit.

Cedrinum denique lignum Crucem denotat Saluatoris in sacrificio leprosi Leuitic. 14. De quo in verbo Lignum.

¶ Celebrare est frequentare, & publice colere siue Deum, siue sanctos. siue festa de quo vide in verbo Festum.

Lyranus. Vatab. Ezech. 17.

Hiero.

Matth. 11.

Theodo. Gloss. Lyran. Vatab. Hiero.

Ioan. 20. Matth. 20.

IO

Zach. 11:

Hiero. Theodo. Glossa. Lyranus. Vatab. Chaldaeus.

Luc. 19.

I I

Amos. 2.

Hiero.

Numer. 17.

Ezech. 31.

Luc. 2. Luc. 18.

Matth. 20.

I 2

Cant. 1.

Theodo. Greg. Gloss. Matth. 5.

Cant. 8.

Lyranus.

Matth. 16.

I 3

Celeusma.



κελευμα

ELEVVSMA in scriptura dicitur, α πο του κελευειν. Quod est iube re alteri, & quasi iusio quaedam, clamor nautarum vel vindemiatorum eiusmodi est. Vno quippe inchoante, & quasi iubente, multi respondent. Sicut qui magnam trabem portant clamantque pariter se animantes, & sibi adiuuicem iubentes vt procedant, neque desistant, sed notandum Hebraice pro Celeusma poni vocem Hedad. Quae est sonitus vel clamor sic de Babyloniolorum excidio sub Cyro dicitur, apud Hiero. Super te celeusma cantabitur, id est milites praedam de tuis thesauris ingentem rapientes se adiuuicem ad portandum pariter animabunt. Item de habitatoribus terra promissionis a Babylonicis prius rege capientis exponit Hieron. illud Hiero. Celeusma quasi calcantiu concinetur, aduersus omnes habitatores terra. Simile celeusma canere creditur demones, super animas tyrannorum, & diuitum seculi. Qualis ille diues epulo qui epulabatur quotidie splendide: & mortuus est & sepultus est in inferno.

Hier. 51.

Hiero. Hiero. 25.

Luc. 16.

31. 35. 12.

Cella & cellaria quid in scripturis significant diximus in verbo Apotheca, quo remittimus lectorem ne eadem saepius repetamus.

CAPVT LVIII.

Census.

CENSVS tributum, & vestigal Hebraice in scriptura dicitur Mas Thren. 1.

52

I

Eccl. 30.

Lyra.

Census dicitur affirmatio bonorum, tam mobilium, quam immobilium, secundum quam olim antiqui tributa pendebant. Censur etiam appellatur annuus redditus, in quo sensu dixit Ecclesiasticus: Melius est corpus ualidum, quam census immensus. Et non est census super census salutis corporis. Quia vt Lyra. ait, foris manent omnes diuitiae, salus autem & robur corporis, in

nobis est, quod si laegerit, omnes diuitias pro recuperanda salute libenter impendimus. Quanto vero pluris facienda sit animae salus, ille sentit, qui nouit quantum anima praestet corpori: dicente Domino: Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animae uero suae detrimentum patiatur?

Matt. 16.

2

Matt. 17.

Censum accipiunt reges non a filiis, sed ab alienis, sic cum exactores census rogassent Petrum: Magister uester soluit didrachma: dixit filius Dei, Simon quid tibi uidetur: Reges terrae a quibus accipiunt tributum, uel censum, a suis, uel ab alienis? At ille dixit, ab alienis. Dixit ei Iesus, ergo liberi sunt filij. Vbi Hieronymus Dominus, inquit, noster secundum carnem, & secundum spiritum regis filius erat, uel ex Dauid stirpe generatus, uel omnipotentis uerbum patris. Ergo tributum non debebat, sed quia humilitatis carnem assumpserat, debuit ad implere omnem iustitiam. Hae ille. Et Chrysost. addit hic se substantialiter ostendisse Christum filium Dei esse, & subinde liberum a censu Caesaris. Hunc censum prius super Iudaeam Pompeius imposuit, iuxta Iosephum lib. 14. Antiquit. capit. 8. Et postea super Galilaeam Augustus & super uniuersum orbem, apud Lucam: Exijt edictum a Cesare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. De quo uide libro. 1. in uerbo Augustus. Est autem caute legendus Augustinus libro. 1. qq. Euangelicarum quaestio. 23. Vbi concludere ex hoc loco uidetur, omnes Christianos Dei filios per gratiam liberos esse a regum tributis, sed D. Thom. 2. 2. quaest. 104. art. 6. respondet solum concludi, liberos esse quoad mentem, in qua suscipitur adoptionis gratia: non autem quoad corpus, quamuis in Euangelio de filiis naturalibus sermo est, non de adoptiuis vt Chrysost. tangit. Fuit autem rationi consentaneum vt Christus filius naturalis Dei Regis, & Rex regum, vicarios suos, & familiares, saltem episcopos, & clericos, a censu & tributo regali per Ecclesiae statuta liberos redderet: vt Caietanus dicit super hunc locum.

Hiero.

Iosephus.

Luc. 2.

Augu.

D. Tho.

Chrysol.

Caieta.

3

Matt. 22.

Rom. 13.

Censum dare Caesari licitum esse Iesus confirmauit. Qui rogatus a Pharisaeis: Licet census dari Caesari, an non? respondit reddite quae sunt Caesaris Caesari. Vnde & Paulus. Reddite, inquit, omnibus debita, cui tributum tri-

butum

Hierony. D. Thom. Theophyl. Hilarius.

Ezech. 18.

I

Luc. 16.

צדקה

2

Matt. 19.

Hierony.

3

Luc. 8.

Gen. 26.

Theodoret.

Lyran.

Hierony.

Glossa.

Interlin.

butum, cui uectigal. Sic etiam Hierony. Theophyl. D. Thomas, & omnes patres super Rom. 11. Hilarius uero super Matth. 22. Pulchre concludit. Animam rationalem ad Dei creatam imaginem Deo esse reddendam. Vnde apud Ezech. Dominus clamat: Ecce omnes animae meae sunt: sicut anima Patris ita anima filij.

CAPVT LIX.

Centum, Centuplum, Centurio.

CENTVM numerus est perfectus. Decem decadibus constans. Accipitur autem pro numero quodam magno interdum indefinite, sic Lucas in parabola: Quantum (inquit) uillicus debes Domino meo? at ille ait centum cados olei, &c. centum coros tritici, &c. Centum Hebraice dicitur Mea. ut habes Gen. 33. Centum agnis & Gen. 21.

Centuplum accipit, & uitam aeternam possidebit, legimus de eo qui aliquid reliquerit propter Dominum: Vbi Hieronymus refutata millenariorum haeresi subiungit, sensus igitur iste est. Qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritualia recipiet: quae comparatione sui & merito sunt, quasi paruo numero centenarius numerus comparetur. Hae Hierony.

Centuplum fructificauit semen, quod cecidit in terram bonam in Euangelio: Et aliud (inquit) cecidit in terram bonam, & ortum fecit centuplum. Videtur autem aliudere ad historiam Isaac. Qui seminauit in terra Palaesthinorum in Geraris: Et inuenit in ipso anno centuplum. In quo ut notat Theodoretus. q. 76. super Gen. uoluit Deus suam benignitatem & potentiam ostendere: quod cum terra propter sterilitatem illius temporis, nihil produceret, multiplicem ille fructum accepit. Lyranus etiam notat, propterea additum in ipso anno, subaudi sterilitatis, Hieronymus uero in qq. Hebraicis super Genesim dicit non recte additum a Septuag. interpretibus centuplum hordei, cum in Hebraeo absolute dicitur centuplum, & stimatum, tacens autem scriptura genus frugum quod centuplicauerit, uideatur augmentum cunctarum in illo ostendisse uirtutum. Hae Hierony. Denique Glossa Interlinealis mystice exponit Isaac typum fuisse Christi: qui semine uerbi Dei in gentibus seminauit: & in ipso anno sterilitatis Iudaeorum centuplum ex gentium conuersione collegit. Quod quadrat cum parabola seminantis, cum enim cecidisset secus uiam semen, & inter spinas, & in petrosifine sine fructu apud Iudaeos magna ex parte. Illud tamen, quod cecidit in cordibus gentium, fecit fructum centuplum, id est copiosissimum. Iuxta illud Isai. Lata bitur deserta, & inuisa, & exultabit solitudo, florebit ut lilium: germinans germinabit. Quid autem significet illa distinctio fructus trigemini, sexagesimi, atque centesimi, infra dicemus in uerbo Dextera numero ultimo lib. 4.

Ceturio dicitur dux peditum qui centum militibus praest. De duobus autem Centurionibus celebris in Euangelio fit mentio. Videlicet de illo qui Christo dixit: Domine non sum dignus ut intres sub testum meum: sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus. De quo Dominus: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. Item de illo qui de Salvatore in Cruce moriente dixit: Vere filius Dei erat iste, ubi fugientibus Apostolis, & negante Petro, Centurio confessus est filium Dei, idque publice inter medios eius hostes Iudaeos, uide super Matth. 8. notat Hilarius isti Centuriones primitiae fuerunt gentium crediturarum. Idem Ambrosius super Luc. 7. In quibus capit impleri illud Isai. Posuite in lucem gentium. Et Psal. Ex adorabunt eum omnes reges terrae omnes gentes seruient ei. Item Zach. Et loquetur pacem gentibus.

CAPVT LX.

Cerastes.

CERASTES genus serpentis est, quadrigemina cornua in capite praeferens: teste Plinio lib. 8. c. 23. Sunt autem cornua arietum non dissimilia, unde a κερας quod est Cornu nomen habet. De quo fit mentio in Genesi. Da coluber in uia, cerastes in semita, mordebit ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro. Vbi alludit ad serpentis huius astutiam, quae corpore sub arena occultato cornutum caput tollit: ut uel auiculas decipiat, quae super cornua eius insident, quasi super ramusculos. Sed repente cauda prostermit praedam. Vel expectat equites incautos, & morsu curretes equos

Luc. 8. Matth. 13.

Isa. 35.

4

Matth. 8.

Matth. 27.

Marci. 15.

Luc. 23.

Matth. 8.

Hilarius.

Ambrosius.

Isai. 49.

Psal. 71.

Zach. 9.

κερασες.

Plinius.

Gen. 49.

Vatablus. enervat. Ideo Vatablus putat hac similitudine laudari tribum Dan de astu bellico. Nam ex insidiis incautos habitatores vrbs Lais oppressit repente in lib. Iudicū. Porro Hierony. in qq. super Genesim. putat vaticinium esse de Samson, qui fuit de tribu Dan : quique casarie Nazarai quasi cornutum habuit caput, in quo eius fortitudo vigebat contra Philistaeos, quos ex insidiis percutiebat. Nos tamen secundum communioem patrum expositionem tenuimus iuxta literam de Antichristo de tribu Dan nascituro vaticinium esse, in verbo Antichristum. Aug. Ambr. si. Greg. Prosper. Beda. Eucherius. Rupert. August. Ambr. Greg. Prosper. Beda. Eucherius. Rupert. Matth. 5. Ioan. 8. Matth. 8.

CAPVT LXI.

Cervical, Pulvillus.



ERVICALIA dicuntur Hebraicè in Scriptura sancta Mispachoth Ezech. 13. faciunt cervicalia. Cervical dicitur, quicquid capiti dormientis sustentando, atque fouendo supponitur. Idem fere significat Pulvillus metaphorice verò blandam & fallacem denotare solet consolationem, qua fouentur in vitis suis peccatores. Sic explicat Hierony. illud Ezech. Vae qui consuunt pulvillus sub omni cubitu manus : & faciunt cervicalia sub capite uniuersae aetatis ad capiendas animas. Refert autem Hieronymus, fuisse in populo Dei Pseudopphetissas : quae spiritu pessimo auertebant homines à poenitentia, & ad voluptates relaxabant : ut pugillum hordei ab eis expiscarentur, vel ciceris, aut fabae, faciebant autem vt Lyranus notat Cervicalia, & Pulvillus, vendebant que populo, dicentes dormite super his fe-

curi, sine metu Chaldaeorum. Tales sunt seductores haeretici, pacem peccatoribus sine poenitentia promittentes & veniam. Item dissoluti fideles, qui ad voluptates alios trahentes, magnam Dei misericordiam, quasi cervicalia capiti suorum secutum supponunt : de quibus Dominus dixit : Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in uestimentis ouium, & rursus surgent multi Pseudochristi & Pseudoprophetae. Denique Dominus apud Maicū dormiebat in nauis super Cervical quod ligneum fuisse putat Theophylactus, in quo dedit exemplum humilitatis vt Chrysostr. ait.

CAPVT LXII.

Cervix.

CERVIX Hebraicè in scriptura dicitur Oraph per y & Araphecha cervix tua Isai. 48.

Cervix pars est colli posterior, quae ab occipitio incipit & tendit in spinā. Constat ex ossibus orbiculatis, ex quibus fit ad circumspēctum flexilis. Magnum autem vitium est durities cervicis & inflexibilitas. Vnde in domabiles & inexorabiles, cervicofi dicuntur, hac nota populus Israel passim inuritur sic in Exo. Cerno quod populus iste duræ cervicis fit, & Exo. 34. B. Deut. 9. B. & 10. D. & 31. G. 4. Reg. 7. C. Item Isai. Nervus ferreus cervix tua. De quo & Hier. Indurauerunt cervicem suam, & in Act. Dura cervice & incircuncisis cordibus, semper spiritu sancto resistitis. Qui autem cervicofi sunt, plerumque finem infaustū incurrunt. Sicut Salomon ait. Viro qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei super veniet interitus, & sanitas cum non subsequetur. subaudi mentis & corporis, vt exponit Lyranus. Vnde Pharao duræ cervicis homo cum exercitu suo summersus est in mari Rubro. Datham & Abirom cervicofos, terra dehiscens viuos absorbit. Saulem regem ferreæ cervicis finis in faustus consumpsit, & sic de similibus, obstinatio quippe vulnus est quasi immedicabile. Propterea poeta dixit : Nam immedicabile vulnus est ferecindendum est, ne pars sincera trahatur. Et de huiusmodi filius dei iubet. Si Ecclesiam non audieris, sit tibi sicut Ethiuus & Publicanus.

Cervicem eleuare superbiae signum habetur.

betur, sicut è contrario non eleuare cervicem, vel humiliationis est, vel humilitatis. Sic legimus: Humiliatus est autem Madian coram filiis Israel. Nec potuerunt ultra cervices eleuare, & in Ecclesi. Lacta filium tuum & puenientem te faciet, &c. curua cervicem eius in iuuentute. Solet autem Deus superbos cervices erectas humiliare sicut Iob. ait : Memoria uestra comparabitur cineri : & redigentur in lutum cervices uestrae. Idest potentia quae vos erigit in superbiam, vsque ad lutum humiliabitur sepulturae, vt exponit D. Thomas. Et Psal. Dominus autem iustus concidet cervices peccatorum, idest potentia qua superbiunt fevere praescindet. Quod quamuis de hostibus Dauid iuxta literam exponant Iansenius, & Genebrardus: Melius tamen Lyranus de hostibus vniuersaliter populi Dei, veteris Synagogae, & Ecclesiae Christi latius intelligit. Ita & Aug. Sic praecisa est cervix diuitis purpurati, qui mortuus est, & sepultus in ferno, & illius Pharisei qui Publicanum poenitentem despiciebat, & omnium denique Phariseorum, de quibus Dominus dixit: Vt ueniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram. De huiusmodi cervicofis dicitur, in Deut : Seruies inimico tuo, & ponet iugum ferreum super cervicem tuam: donec te conterat. Quod non solum de iugo intelligitur materiali, sed principalis de iugo diaboli, quod obstinatus dura cervice suscipit, contra verò iugum suae portat seruus Dei, dicente Domino: Iugum enim meum suauis est & onus meum leue. Electere cervicem alicuius est fortitudinem eius enervare, atque deicere, iuxta illud: Tristitia cordis fleuit cervicem, idest tollit fortitudinem, vt exponit Lyran. quod de tristitia saeculi intelligitur: quae mortem operatur, quae autem secundum Deum est, poenitentiam in salutem stabilem operatur, vnde Dominus ait: Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Ascendere super hostium cervicem, est illos subicere, sic legimus in Baruch: Persequutus est te inimicus tuus, sed cito videbis perditionem ipsius, & super cervicem eius ascendes. Quod de Babyloniis, qui populum Dei captiuum adduxerunt, intelligitur: quos postea populus Iudaicus subegit, vel tempore Machabeorum, vt putat Lyranus super Isai. Et erunt captives eos qui se ceperant. Vel tempore Olophernis & Iudith,

vt notat Hieronymus ibidem. Mystice vero conuenit peccatori poenitentiam agenti. Sic Matthaeus super demonem auaritia, à quo fuerat superatus, & super cervicem eius ascendit. Quando vocatus à Domino sequutus est eum. Item Zachaeus. Et mulier quae erat in ciuitate peccatrix. Non dissimilis est alia phrasis quae victoriam similiter denotat de inimicis in Gen. vbi de Iuda dicitur, & successoribus eius in regno: Manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, idest potestas tua super collum hostium tuorum. Quod in Dauide impletum est, & in Christo. De quo in parabola nuptiarum, vbi dicitur: Missis rex exercitibus suis, perdidit homicidas illos. Et in parabola vineae. Malos male perdet, &c. Item super quem occiderit lapis, subaudi angularis: conteret eum.

CAPVT LXIII.

Cervus.

CERVVS Hebraicè vocatur Aial. Psal. 41. sicut cervus desiderat, &c. & Isai. 35. saliet sicut cervus claudus.

Cervus animal syluestre pedum pernicitate valet, sic dictum από των κερων, idest à cornibus de quo Plinius lib. 8. cap. 32. animal placidissimum esse dicit quamuis sua sit illi malignitas. Fugiunt aut Plinius latratu canum audito, aura semper secunda, vt vestigia cum ipsis abeant, cum erexere aures accerrimi auditus, cum remisere surdi. Maria tranant gregatim nantes, porrecto ordine & capita imponentes praecedentium clunibus. Quod & notat Aug. super Psal. 41. Cornua foli maris habent & statuto veris tempore amittunt. Pugnans cum serpentibus : & spirituariu in cauernis extrahunt renitentes. Expetunt fontes aquarum, viuunt longo tempore, post centum annos inuenti sunt, Plinio teste, cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat. Non sentit hoc animal febres. Et carnibus eius vescentes quotidie mane principes foeminas scimus longo auro febre caruisse. Hæc ille.

Cervus in scriptura metaphorice dicitur, qui velox est, & magnam habet dexteritatem in rebus agendis. Sic in benedictione Nephtalim dicitur : Nephtali

Vatablus. *cervus emissus, eloquia præbens pulchritudinis.*
Lyranus. Quod ut Vatablus ait, dexteritatem illius tribus significat in negotiis. Sed Lyranus putat de fertilitate humi tribus illius dictū, in producendis, & maturandis celeriter frugibus, maxime quia ut notat Hierony. in qq. Hebraicis, quod Hebraicè legimus *Ajala Seluha reddi potest vel Ager irrigu⁹, vel cervus emissus.* Sed melius est (inquit) Hieronymus si cuncta ad Salvatoris doctri- nam referamus: quod ibi, idest in terra tribus Nephtalim maxime docuerit, iuxta mare Tyberiadis. Hæc ille. Christus ergo in terra Nephtalim quasi cervus emissus omnes vicos & ipsa deserta docēdo percurrerat, præbens eloquia pulchritudinis. Quando dicebat: *Beati pauperes, &c. Beati mites, &c. Beati qui lugent, &c.* Cū Hieronymo consentiunt Rupertus & Glossa de Christo esse vaticinium. Et certe in mystico saltem sensu dubitare non possumus. Septuag. pro cervus emissus, vertunt Truncus emissus, vel ut vult Ambros. l. 16. de benedictionibus Patriarcharum Neptalim vitis remissa porrigens in germine decorem. Christus autem dicit: *Ego sum vitis vera.*

3
Cant. 2. Ceruorum hinnulo sponsus Ecclesie Christus comparatur in Cant. *similis est dilectus meus capreæ hinnulo quæ ceruorum.*

Greg. Quod Gregorius dictum intelligit propter naturam humanam: secundum quam descendit à Patriarchis, de quibus legitur: *Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham.* Porro Theodoretus cerui similitudinem Christo cōuenire putat quod serpentes abgat, idest dæmones. Vnde ait: *Nunc princeps huius mundi eicitur foras.* Et apud Lucam: *Et cum eiecisset demonum, loquutus est mutus.* Deniq; Vatablus presentissimum Christi auxilium in capreæ hinnulique ceruorum metaphora significari existimat: sic Dominus cum rogatus à Ceturione pro seruo fuisse: *Ego (inquit) ueniā, & curabo eum.* Et rursus cū vocaretur à Regulo ut sanaret filium eius. *Vade (inquit) filius tuus uiuit.* Dicentique leproso: *Domine, si uis potes me mundare, respondit uolo, mundare.* Quod si quis obiiciat, quare ergo cum audisset in Galilæa Lazarum in Iudæa periculose ægrotare non accurrit continuo, sed post aliquot dies: vnde & quadriduanum mortuum illum inuenit? Rogatus etiam à Chananaea pro filia cui

status est. Sed sciendum nō hinnulo tantū ceruorum, sed capreæ simul Dominum comparari, quæ ut (inquit) Theodoretus, acutissimi visus est, penetrabat quippe Dominus oculis mentis opportunitatis punctum, quo quidem completo, ut hinnulus ceruorum accurrebat, iuxta illud Psalm. *Adiutor in opportunitatibus, &c. In tribulatione. Item, Si moram fecerit expecta eum quia ueniens ueniet & non tardabit.*

4
Can. 8. Hinnulo quoque ceruorum filius Dei ad cælum post resurrectionem ascendens comparatur, in Cant. ubi sponsa clamat: *Fuge dilecte mi assimulare capreæ, hinnuloque ceruorum super montes aromatum.* Vbi Lyranus, & Vatablus vocem Ecclesie Apostolicæ agnoscūt, quæ cū Christo Domino ad cælos ascensuro ad mōtē Oliueti procedebat, vnde cū ille cælū ascenderet, clamabat *Fuge dilecte mi instar capreæ, & hinnuli ceruorum super montes aromaticos: & super omnes exercitus Angelorum.* Ita tamen, ut nos quasi capreæ de longe respicias, & in necessitatibus adiuues. Quod etiam Dominus prædixit Apostolis: *Vado (inquit) parare uobis locum. Et cum abiero, & præparauero uobis locum iterū ueniā ad uos, & assumam uos ad me ipsam.* Et rursus. *Iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum: & gaudium uestrum, nemo tollet à uobis.* Aliqui accipiūt fuge, pro reuertere, ut sit vox Ecclesie secundum aduentum Christi ad finale iudicium optantis.

5
Psal. 17. Ceruus celeritatem & alacritatem in vitandis fugiendis que periculis significat. Sic Propheta clamat: *Qui perfecit pedes meos quasi ceruorum, & super excelsu statuens me.* Vatablus & Genebrardus explicant agilitatem significari Prophetæ in fugiendis periculis, maxime persequente Saule. Sed Lyranus, & Iansenius, & ante illos Theodoretus intelligunt celeritatem David in occupandis locis in expugnabilibus, & in sequendis hostibus, sicut ceruus serpentes in sequitur. Mystice verò Hierony. verba esse putat cuiuscunque viri Apostolici, qui gratias Deo agit pro dono expeditionis, & agilitatis ad omnia mundi impedimenta transfilienda. Talis erat Petrus qui dicebat Christo: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.* Sic quasi cerui celeritate idem Petrus & Andreas relictis retibus sequuti sunt eū, item Matthæus: *Surgens sequutus est eum.*

Theodoret;
 Psal. 9;
 Abac. 2;
 Lyran.
 Vatablus.
 Act. 2;
 Ioan. 14;
 Ioan. 16;
 Vatablus.
 Genebrar;
 Lyran.
 Iansen;
 Theodoret.
 Hierony.
 Matth. 19;
 Matth. 4.
 Matth. 9;

6
Psal. 28. In eodem sensu dicitur in Psal. *Vox Domini præparantis ceruos.* In Hebræo est in genere fœmenino, vnde Hieronymus vertit ad veritatem Hebraicam: *Vox Domini obstetricans ceruis.* Sed in idem recidit, quia præparans dicitur vox Domini ceruas ad partum Vox autē accipitur pro tonitru. Sunt enim tam difficiles ad partum cerue propter angustiore vuluam, ut sæpe nisi tonitru pauidæ iuuarentur, parere non possent. Ideo diuina prouidentia obstetricat eis, & præparat. De difficultate partus earum apud Iob. Dominus ait: *Vel parurientes ceruas obseruasti, &c. incuruantur ad partū & rugitus emittunt.* Plinius lib. 8. cap. 32. citato. Fœminæ (inquit) ante partum purgantur herba quæ felis dicitur, faciliore ita vtentes vtero. Hæc ille. Sub typo verò ceruorum præparat Deus tonitru verbi sui spirituales ceruas ad pœnitentiæ partum, dicens: *Qui habet aures audiendi audiat.* Sic & Paralytico dixit: *Confide fili remittuntur tibi peccata tua.* Item languidum in probatica piscina, voce sua præparauit dicens: *Vis sanus fieri.* Item Petrus & Andream quando dixit: *Venite post me.* Sic & Matthæum dicens, *Sequere me.* Vox ergo Domini præparantis ceruas. Nec solum ad partum spiritualem præparat. Sed etiā ut virulentos serpentes velocius persequatur, dæmōnes fugent, & peccata discerpant. Vnde: *Sicut (inquit) misit me pater & ego mitto uos.* Ita Theodoretus exponit. Præparauit itaque Domini vox ceruos quando etiam *Designauit alios septuaginta duos, & misit illos binos.* De quo Habacuc: *Deus Dominus fortitudo mea, & posuit pedes meos quasi ceruorum, quod Ecclesia dicit de suis prædicatoribus, & quilibet Apostolus ut Hierony. explicat.*

7
 Ceruis refugium est altitudo montium scopulique prærupti, ubi latrantium canum insultus euadunt. Psal. *Montes excelsi ceruis.* Ita exponunt Theodoretus Lyranus & Vatablus. Mystice verò Aug. & Greg. lib. 30. Moral. contēplatio cælestis patriæ, refugium est iustis, ut lenocinia carnis, & latratus, ac morsus appetuum sensualium, & malignorum spirituum euadant, iuxta illud, *Alijsimū posuisti refugium tuum: non accedet ad te malum.* Ideo in Euangelio: *Maria optimam partem elegit.* Idest cōtemplationis montem, & amoris cælestiū refugium, quia ut Hieronymus ait Epist.

Psal. 28.
 Iob. 39.
 Plinius,
 Matth. 13.
 Luc. 8.
 Luc. 5.
 Ioan. 5.
 Matth. 4.
 Matth. 6.
 Ioan. 20.
 Theodoret.
 Luc. 10.
 Abac. 5.
 Hierony.
 Psal. 103.
 Theodoret.
 Lyran.
 Vatablus.
 Aug.
 Greg.
 Psal. 90.
 Luc. 10.
 Hierony.

ad Eustochium clauis clauo truditur, & amor amore superatur. Vnde Propheta cælestium amore, carnalem obruens, clamat. *Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat omnia a te Deus.*

8
 Cerui camporum metaphorice dicuntur Angeli. Sic explicat Theodoretus illud Cant. *Adiuuro uos filie Hierusalem, per capreas ceruosque camporum.* Quod Septuaginta vertunt, per potentias fortitudines & virtutes camporum. Sed in versione vulgata legimus ceruos quos Lyranus intelligit Patriarchas & Prophetas, quia in Genesi. Nephtalim vocatur cervus. Nos autem concordantes sensum versionis Septuag. & vulgatæ, putamus potentias & fortitudines esse charitatem Dei & proximi, quia in Canticis: *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Et fortis est, ut mors dilectio.* Quæ typo quoque ceruorum significatur, tum quia cerui mares fœminas vehementer amant: vnde Salomon. *vxorem vocat ceruam charissimam & gratissimam.* Tum etiam quia cerui mare, vel flumina transeuntes, inclunibus præcedentium subsequentes capita sustentant, ut diximus num. 1. adumbrantes præceptum Domini dicentis: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem.* Itaque sponsus ad iurat filias Sion per charitatē Dei & proximi, ne à contemplatione sponsam excitent, quia: *Maria optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea.* Itaque adiuuro vos per capreas & ceruos perinde atque si dicat, *Adiuuro vos per charitatem, quæ figuratur in ceruis syluarū.* Septuaginta verò noluerunt veterere ceruos: sed virtutes, ut virtutem in illis adumbratam significarent charitatis.

9
 Cerui cum serpentes deuorauerint viru lento cibo exastuant, & fontes aquarum magna velocitate petunt: ut notat Aug. su per illud Psal. *Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.* Est & alia causa quia cum se faucios venatorum sagittis sentiant, primum Dictamū herbam degustant, de qua Plinius li. 26. cap. 14. *Dictamum (inquit) potā, sagittas pellit, cum ergo Dictamum demasticatū portet, currit ceruus ad fontem: ut potu traiciat, & sagittas pellat.* Sic mulier quæ erat inciuitate peccatrix. ut sagittas malignorum spirituum eiceret, haurire lachrymis dictamum pœnitentiæ cupiens,

Psal. 41.
 Theodoret.
 Cant. 2.
 Lyran.
 Gen. 49.
 Can. 8;
 Pro. 5;
 Ioan. 15.
 Luc. 10.
 Aug.
 Psal. 41.
 Plinius,
 Luc. 7.

Matth. 17.
Ioan. 4.

ad Christum vitæ fontem properavit. Sic & Chananæa post Christum cucurrit dicens: Domine adiuua me. Sic & Samaritani à femina moniti, venerunt ad Christum.

CAPVT LXIII.

Cessare.



CESSARE Desinereque dicitur Hebraicè Chadal. Gen. 18. Iudic. itē. 5. Sabbath quiescere cessare. Cessare est ab aliquo opere agēdo desistere in Gen. Benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificauit illum: quia cessauit in illo ab opere suo, quod creauit Deus ut faceret. Hebraicè Baisboth, cessauit. Notat autem Hierony. lib. de qq. Hebraicis & Lyranus hoc loco cessasse Deum à nouis rerum speciebus creandis, quia in his quæ creauerat, alia quæ postea prodierunt in lucem continebantur. Deinde quoque de perfectis rebus sermo est, quæ non nisi per generationem maris & foeminæ producantur. Nam quæ ex putrefactione fiunt, vt notat Abulensis, hoc loco postea sunt facta vt Papiliones ex aqua, Apes ex cadaueribus bouum. Vespæ & crabrones ex equi cadauere, & ex caninis carnibus, serpens ex hominis spina & ex lignis vermes, atque id genus alia. Quod vero Dominus ait apud Ioanem. Pater meus usque modo operatur, & ego operor, Cyrillus intelligit vsque modo, idest etiam in Sabbato sicut modo est, non desinit mundum gubernare, & mirabilia facere supra naturam, quia de naturalibus nouis perfectisque in sua specie creandis, cessasset tantum intelligitur die septima. Eodē modo Greg. Naz. Oratione. 4. & Chryl. hom. 37. super Ioā.

Gen. 2.

Hierony.
Lyranus.

Abulensis

Ioan. 5.
Cyrillus.

Greg. Naz.
Chrysof.

Deut. 32.

Lyran.
Iosue. 14.

Apoc. 14.
Ioan. 16.

Iudic. 15.

Cessare aliquid est interdum omnino deficere. Sic in Deut. Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Id est faciā vt memoria eorū deficiat, & euanescat. vt notat Lyra. sic in Iosue: Terra cessauit à praeliis. Id est praelia defecerunt, & longa pax subsequuta est. Sic praelia tentationū id est sanctorū morte cessabunt: Vt requiescant à laboribus suis. Tunc implebitur illud Ioan. Et tristitia uestra, uertetur in gaudium. Sic etiam in eadē significatione sumitur in lib. Iudicum: Cessauerunt fortes in Israel: & quiesuerūt. donec surgeret Debora. Id est defecerūt fortes, qui pa-

triam defenderent: donec veniret Debora. Mystice verò fortes cessauerunt, id est defecerunt, qui caput antiqui serpentis cōminuerent, donec Maria nasceretur, de qua natus est Iesus. Ipsa enim impleuit prophetiam Gen. Ipsa conteret caput tuum.

Cessant impij à tumultu in morte iuxta illud Iob. Ibi impij cessauerunt à tumultu. Et ibi requiesuerunt fessi robore. Sic dicunt: Lassati sumus in uia iniquitatis. Sed non cessabit tormentum eorum iuxta illud: Discedite à me maledicti in ignem æternum. Tunc implebitur quod prædixit Isaias: Cessauit gaudium tympanorum, quicquid sonitus letantium. Quod de fine mundi exponit Hierony. Quando erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium. E contra rio verò iustis ibidem dicitur: Hæc autē fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra: quoniam appropinquat redemptio uestra. Tunc quippe iustis implebitur illud Ezechie. Cessare faciam bestias pessimas de terra. Id est spiritus immūdos ne amplius iustis sint in insidiis, vt exponit Hieronymus.

Cessare nunquā à bonis dicimur, quando humano inore bona frequentamus. Sic dicit Salomon: Non cesses fili audire doctrinam. Item: Iustus retribuet & non cessabit, & in Ecclesi. Mane semina semen tuum & uespere non cesset manus tua. Et in Isaiā dicitur. Clamane cesses, & Hier. 3. F. Eph. 1. c. Coloss. 1. B. Quæ phrasis scripturarum otiosos taxat: quibus Dominus ait: Quid statis tota die otiosi?

Cessat castigatio Dei, quando viget zelus prælatorū, & publica disciplina sicut legimus Psal. Stetit Phinees & placauit, & cessauit quassatio. Quia cum Phinees sacerdos Zambri publice cum Moabitide fornicantem gladio transfuerberasset, cessauit ira Dei, quæ conuassationem totius populi minabatur. Porro Hebraicè quassatio dicitur plaga & percussio, quia occisa erāt viginti quatuor millia hominum, & videbatur plaga ultra processura. Sic exponit Lyranus Vatablus Genebrardus, &c. Sed gladio materiali, quo Phinees olim sacerdos veteris legis transfixit rebellem, successit in Ecclesia Dei gladius spiritalis excommunicationis, quo membrum putridum amputatur iuxta illud: Si Ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.

Cessauit exactio tyrannica dæmonis in Ecclesia per mortem Christi: quod sub

Matth. 17.
Gen. 3.

3
Iob. 31

Sap. 5.

Matth. 25.

Isai. 24.

Hierony:

Luc. 21.

Ezech. 34.

Hierony:

4

Prou. 21.

Ecclesi. 11.
Isai. 8.

Matth. 21.

5

Psal. 105.

Num. 25

Lyran.
Vatablus.
Genebrardus.

Matth. 18.

9

Isai. 14.

Hierony.
Cyrillus.
Lyran.
Vatablus.

Ioan. 12.
Athanasius.
Cyrillus.
Glos. Interl.

7

Isai. 33.

Hierony.
Cyrillus.
Procopius.

Matth. 22.
Matth. 21.

Vatablus.
Lyran.

8

Isai. 30.

Hierony:

Ioan. 8.

9

1. Cor. 13.

Hierony.
D. Thom.
Theodoret.

Theophyl.

10

typo regis Babylonæ prædixit Isaias: Quomodo cessauit exactor, quicquid tributum. Quod de Balthasare à Medis & Persis occiso sub Cyro, qui Babylonem cepit, exponunt Hierony. Cyrillus Lyranus Vatablus, &c. Mystice verò cessauit diabolus consuetudinem peccandi à Christianis exigere. Dicente Domino: Nunc iudicium est mundi: Nunc princeps huius mundi eicitur foras. Sic exponit Athanasius serm. de passione & Cruce, & Cyrillus, & Glossa, Interlinealis. Hoc loco.

Cessare viatores à vis alicuius regionis, manifestum est desolationis indicium. Sic de Hierosolyma sub Tito & Vespasiano vastanda, prædixit Isaias: Angeli pacis amarè flebunt: dissipatæ sunt uie, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum: proiecit ciuitates, non reputauit homines. Ita intelligunt Hieronymus, Cyrillus & Procopius, quia dicit irritum factum est pactum, scilicet legis veteris, veniente post umbram Euangelico lumine, & Iudæis punitis de quo in parabola nuptiarum filij regis dicitur: Missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & alibi: Auferetur à nobis regnum Dei. Quare Vatablus & Lyranus qui hoc de vastatione Hierusalem sub Assyriis exponunt toto cælo aberrant.

Cessare interdum est recedere Isai. 30. Cesset à facte nostra sanctus Israel, id est recedat, quod dicebant reliquæ Iudæorum, qui destructa Hierusalem à Chaldæis cōtra Dei raculum in Ægyptum confugerunt. Dicebant itaque Hieremix, vt exponit Hieronymus, auferatur ab auribus nostris ista prædicatio: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Vnde Septuag. vertunt auferete à nobis verbū Israel. Non dissimiles istis erant Pharisæi: quibus Dominus dixit: Qui ex Deo est, uerba Dei audit: propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis.

Cessabit linguarum diuersitas in resurrectione mortuorum iuxta illud: Siue lingue cessabunt, siue scientia destruetur. Quia tunc opus non erunt, vt exponunt Hiero. D. Thom. & Theodoretus. Quæ autē lingua vel qualis remanebit post diē finalis iudicij, vide in verbo Lingua. Quod verò dicit scientia destruetur Theopylactus exponit ex parte destruetur quia sine Syllogismis per simplicem uisionē multo plura intelligemus & altius & manifestius. Cessauit uetus, & facta est tranquillitas

magna, legimus in Matthæo & Luc. Quādo irruit tēpestas super nauiculam, in qua dormiens Dominus uehebatur. Sed excitatus ab Apostolis, in perauit mari, &c. Vbi Hierony. ille (inquit) cōminatur vento & mari, vt taceat, de quo dicitur: Tu Dominaris potestati maris, moium auem fluctuum eius tu mitigas. Mystice verò subdit Hierony. Ventus & mare persequutores sunt, &c. tranquillitas autem magna pax Ecclesiæ. Hæc ille, isti sunt ueti, de quibus Dan. Vidi quatuor uentos pugnantes in mari magno. Fluctus sunt hæreses, uidelicet Arrij cōtra quā Apostolorū successores Episcopi clamabāt in Cōcilio Niceno, Domine salua nos perimus. Itē hæresis Macedonij cōtra Spiritum sanctū, cōtra quā in Cōcilio primo Constātinopolitano conclamatū est, præterea hæresis Nestorij sub Concilio Ephesino. Deinde hæresis Euthychetis, de qua in Cōcilio Chalcedonensi, &c. sic de aliis Sed cessauit uetus, & tranquillitas uirtute Christi facta est, tanto maior, quanto fuerat tēpestas grauior & periculosior.

CAPVT LXV.

Cete, Cetus.

CETE dicuntur Thanin in Hebræa lingua Gen. 1. Creauit Deus cete grandia.

Cete in plurali tantū indeclinabile, Cetus declinabile nomē est omnibus gradibus piscibus maris cōmune, qui animal pariūt nō oua. Cuiusmodi sunt Ballenæ, Orce, Pristes, Thyni, & huiusmodi. Refert autē Plinius lib. 32. ca. 1. Cetos sexcento rū pedū lōgitudinis, & trecetorū sexaginta latitudinis in flumē quodā Arabiæ in trasse. Nō dissimilis fortasse fuit qui deglutiuit Ionā in typū sepulchri corporis Christi, siue limbi patrū, de quo Dominus: Sicut Ionas fuit in uentre Ceti, tribus diebus & tribus noctibus, ita filius hominis erit in corde terre, tribus diebus & tribus noctibus, quod intelligēdum est per synedochem, accepta parte pro toto spatio trium dierum noctem suam habentium. Secundum Hebraismum. Sed in parte non in totum.

Cetus metaphoricè uocatur diabolus apud Isaiā: Et uisitabit Dominus in die illa super Leuiathā serpentē uetē, &c. Et occidet Cetū qui in mari est. Ita exponit Hiero. qui dia-

Ma. th. 14.
Luc. 8.

Hierony.
Psal. 88.

Hierony.

Dan. 7.

75

1

Plinius:

Matth. 12.

2

Isai. 27.

Hierony.

bolum dicit vocari Satan. Zach. 3. Idest aduersarium, & Belial, idest absque iugo. 2. Cor. 9. & diabolum, idest criminatorem Apo. 2. 0. Itē draconem Psal. 103. & Leviathan Job. 40. Idest additamentū. Hoc vero loco cetus appellatur, quia peccatores quasi pisces ingurgitat. Occidet ergo Dominus cetū extrema iudicij finalis pena, videlicet mortis aeterna. Capit autem ad mortē illū cruciari, quādo de cælo deiecit, de quo Dominus in Euangelio: *Princeps* (inquit) *huius mundi in uicibus est.* Dicitur autē serpens uēdis, quia sicut uēdis ferreus Sanctos in limbi carcere recluserat, quē tamē Dominus in Cruce oriens confregit ut explicant Tertullianus lib. 4. cōtra Marcionē, & Cyrillus & Theodoretus & Procopius hic. Et Athanasius lib. de passione & Cruce. Neq; obstat expositio Vatabli, qui Babylonicū regē cetū hic vocari putat. Quia cōmunis patrum sententia praeferenda est. Itē Leviathan in lib. quoq; Job diabolus appellatur ut dictum est.

Creauit Dominus cete grādia sicut legimus in Gen. & apud Dan. *benedicite cetis, & omnia quae mouentur in aquis Dominū, idest homo propter quē hęc omnia creata sunt benedicat pro his Dominū, illud autē ceterueneritur An cete grādia in sua creatione, humano fuerit in imperio subdita, sub illis uerbis Gen. Et dominantur pisces maris. Et quidē Theodoretus q. 20. super Gen. hoc negat. Nō (inquit) dominatur homo cetis illis grandibus: neque bestis, quae fortasse ab initio non propter ipsum creata sunt. Hæc ille: sed cōtario Basilius hom. 10. Hexamerō aperte docet hominē magnis cetis dominari, ubi etiā asserit uidisse quidē se hominem, mirabilis solertia in Balanis capiendis. Item Iosephus Acosta in libris quos de naturali Indorū historia nuper edidit, ingentes cetos ab vno Indo, hoc artificio capi testatur, portat homuncio in parua cymba fudes duas ligneas funibus ligatas longioribus, & remigans accedit ad cetum quiescentem, saliensque super collū bellæ fudes illas ictibus mallei naribus eius infigit: cumque cetus respirare nequeat, ad litus paulatim accedit ubi fabulo adhaerens, facile a piscatoribus iniectis capitur laqueis. Denique in canonica Iacobi legimus: *Omnia natura bestiarū, & uolucrū, ceterorumque domatur, & domita sunt à natura humana.* Quare Theodoretū senten-*

tia sustineri nō potest. Nā de bestiis quaque terræ in Baruch legimus. *Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quae sunt super terram? Quamuis autem aliquis uictoria sit cete grandia, & feroces domare bestias, illa tamē apud Deū coronā illustrem habet repromissam qua homo se ipsum vincit qui mūdo maior est, de quo Dominus: si quis uult uenire post me ab neget semetipsum &c.*

CAPVT LXVI.

Cethim, Chalane.

CETHIM ut Hierony. ait in qq. Hebraicis super genesim, sunt Citi, vel Cypri, à quibus hodie quoque urbs Cypri Citiū nominatur, proprie igitur & strictè uocabulo sumpto, Cethim est Cyprus insula, de qua legimus in Gen. inter filios lauā ponitur Cethim qui prim⁹ Cypri in habitauit. Ceterū quia consuetudo scripturarū est nomina quadā propria cōmunia facere. Iudæi ab insula Cypri quæ prope illos a diacet illutrior, & Cethim proprie dicitur, loca omnia maritima eodē uocabulo Cethim appellant: ut docet Iosephus li. 1. Antiquit ca. vndecimo. Sic etiā Mach dicitur de Alexandro Magno, postquā: *Percussit Alexander Philippi Macedo, qui exiit de terra Cethim, Dariū regē, &c.* ubi Glossa dicit Cethim maritima totius Græciæ littora significare à Cethim vno ex posteris Noe: sic intelligitur illud Isa. Omnes Tyri uulnate naues maris: quia uastata est domus unde uenire consueuerat. De terra Cethim reuelatū est eis. ubi Cyrill. per terrā Cethim uel insulas Heladicas seu Macedonicas: uel Cypriū intelligit. In eodē sensu dicit Hier. *Transite ad insulas Cethim: & uidete an mutauerit gens Deos suos, & tamē ipsi non sunt dii.* Vbi Hiero. insulas (inquit) Italix, uel Occidentaliū partiū debemus accipere, sic appellatas à Cypri insula, quæ Iudæa proxima est. Hæc ille. Fuit autē illud ingominosum satis, ut gētilis insulani Deos suos falsos nō mutauerint. Iudæa uerò tot propheta rō aculis præmonita, uenientem Deū in carne, nō solū nō receperit, sed uis plurimis signis, quibus suā diuinitatē filius Dei cōprobabat, necem illi machinātes dixerint: *Quid facimus quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic ueniet Romani, &c.*

Ioan. 16.

Tertullia. Cyrillus. Theodoret. Procopius. Athanas. Vatablus.

3 Gen. 1. Dan. 3.

Quæstio. Gen. 1. Theodoret.

Basilius.

Iosephus Acosta.

Iacobi 3.

Baruc. 3.

Matth. 16.

כתיים

Gen. 10.

Iosephus.

1. Mach. 1.

Glossa.

Isai. 23.

Cyrillus.

Hier. 2.

Hierony.

Ioan. 11.

Amos.

Hierony.

Luc. 19.

2. Esdr. 9.

Gen. 11.

Conc. Trid.

Hierony.

Ioseph. Plinio.

Chalanne ciuitas est iuxta Babylonem: sub imperio Nemrod, qui vtranq; ædificauit, Gen. 10, De quo Amos: *Transite in Chalanne, & uidete, &c. si latior terminus eorum termino uestro est.* Nunc autem hæc ciuitas ut Hieron. ait, uocatur Ctesiphō. Est autem uaticinium Amos contra Decem tribus Israel, & cōtra Iudā quoque, & Beniamin. Arguitq; eas ingratitude in Deū, atq; luxuriæ in seipis, & crudelitatis in pauperes. Quæ cum fertilem humū possiderent, & delitiis affluerent, pauperum non miserabantur. Vnde subdit: *Et nihil compatiebantur super contritione Ioseph.* Huiusmodi uoluptarios, pauperum contemptores, imitatus est diues ille qui ulcerofo Lazaro, nec micam humani tatis ostendit.

CAPVT LXVII.

Chaldæa, Chaldæi.

1 ושרים

CHALDÆI populi sunt quorum Babylon olim Metropolis fuit & à Chus filio Cham originem ducunt, pro Deo autem ignem adorauerunt, ideo Abraham iussu Dei ab eorum terminis egressus legitur, ne eorum idolatria sordesceret. Vnde apud Esdr. *Legimus Domine Deus qui elegisti Abraham: & eduxisti eum de igne Chaldæorū.* Item in Genes. Tulit itaq; Thare Abram filium suum, &c. & eduxit eos de Vr Chaldæorū. Est autem Vr Hebraicè ignis. Quod quamuis sit nomē ciuitatis, nihilominus tamen in libro Esdræ citato de igne quoque Chaldæorū dicitur. Est autem liber ab Ecclesia receptus inter canonicos. Ut patet in Concilio Trid. Vnde quod in li. de Traditionibus Hebraicis Hiero. dixit, fabulam esse Iudæorum Abraham fuisse à Chaldæis missum in ignem, quod ignē adorare noluerit, inde uerò à Domino liberatum, non ex propria sententia dixit. Vel fabulam quidem non pro mēdacio, sed pro eo quod fabulādo narratur, accipit. Nam & Iosephus id narrat, ut uerum lib. 1. Antiquit cap. 15. & Philo Iudæus in suis Antiquitatibus. Et Ecclesia in recommendatione animæ agonizantium. Denique de Chaldæis uide quæ diximus li. 2. in uerbo Babylon, & libro. 1. in uerbo Aquilo.

CAPVT LXVIII.

Chanaan, Chanaanai, Cham.

CHANAAN ut inquit, Hieron. in traditionibus Hebraicis Nepos fuit Noe, cui auus maledixit propter peccatum Cham, cui forte consenserat puer Chanaan, ideo tanquam Propheta in nepotem inuectus est dicens. *Maledictus puer Chanaan. Hic terram obtinuit promissionis, quam Iudæi postea possederunt eiectis, secundum uaticinium Noe Chanaanais.* Horum terminos ponit scriptura in Genes. *Facti sunt, inquit, termini Chanaan, uenientibus à Sidone Geraram, usque Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrhā. Et Gen. 15. dixit Dominus Abraham: Semini tuo dabo terram hanc, à fluuio Egypti, usque ad fluum magnū Euphratem. Cineos, & Cenezæos, & Cedmonæos, & Hethæos, & Pherezeos, Raphaim quoque, & Amorrhæos, Eueos, & Chanaanæos, & Gergeseos, Fluius autem Egypti, ut hic notat Lyra. & nos latius ostendimus lib. 1. in uerbo Egyptus, uocatur Rhinocora, diuiditq; terram promissionis ab Ægypto ex parte Australi, Euphrates uero ex parte Aquilonari. Porro sceleribus suis populus Israel implicatus omnes populos Chanaanæorum delere non potuit, sicut dicitur Psal. *Non disperderunt gentes, quas dixit Dominus illis.* Quod etiam legitur apud Iosue, & in lib. Iudicum quia usque ad tempora Saluatoris in Tyro, & Sydone ac tota Syrophænicia, Chanaanæi Gentiles habitauerunt, sic habes apud Matth. *Secessit Iesus in partes Tyri et Sidonis. Et ecce mulier Chanaanæa ex finibus illis egressa, &c.* Quia quæ iustis Dñs pollicetur, peccatib⁹ minime setuat.*

Terra Chanaan strictè & proprie uocatur sola terra promissionis, ut notat Lyra. super Ezech. 17. quod supra ex Hiero. retulimus. Appellatiue autē quæcunq; regio negotiatorū dicitur Chanaā quia Hebraicè Chanaanæus interpretatur negotiator, siue mercator. Vnde Zach. ait: *Et non erit mercator ultra in domo Dñi: ubi in Hebræo legitur nō erit Chanaanæ⁹. Eodē modo apud Sept. & apud Chaldæū quia ergo Chanaanæus est negotiator, ideo Dominus facto flagello defuniculis negotiatores eiecit de templo, ne secundum*

1 Hierony. 1213

Gene. 10.

Lyra.

Psal. 105.

Iosue. 16.

Matt. 15.

2 Lyranus:

Zach. 14.

Matth. 21. Ioan. 2.

3
Prou.vlt.
Vatab.
Matth.5.
Ezech.17.
Vatablus.
4
Soph.1.
Hierony.
Dan.13.
Ezech.16.
Matt.22.
Pfal.106.
5
Hierony.
Ose.12.
Luc.19.

Zachariā esset negotiator in domo Dñi. Chanaan quoq; pro negotiatore ponitur in Prou. *Synolonem fecit & vendidit, & cingulū tradidit Chanaan.* Vbi Vata. pro Chanaanēo vertit mercatori. Et recte secundum mysticū sensum mulier fortis, quæ est Ecclesia, cingulum mercatori vendidit: quando verbis Euāgelij docuit eū restringere cupiditatem, sic quasi cingulo restringit nostram, auiditatem dicens: *Nolite thesaurizare nobis thesauros in terra, ubi erugo de molitur & tinea.* Secundū eandem acceptiōnem Babylon quoq; vocatur terra Chanaan, idest negotiatorū apud Ezech. *Aquila grandis, &c. uenit ad Libanum: & tulit medullam Cedri, &c. & transportauit in terram Chanaan, in urbem negotiatorū posuit illam.* Vbi Vata. pro terra Chanaan vertit terrā negotiatorum, quia Nabuchodonosor ut aquila grandis uenit ad Libanū, idest ad Hierusalē, & captiuum duxit Lechoniam, & fratres eius in Babylonem: quæ erat negotiationibus dedita pariter & rapinis. Ne igitur negotiator rapinas quoque faciat vendit ei cingulum Ecclesie uerbi Dei, sicut dictum est.

Chananzēi uocantur etiam aliquando Iudæi, sed per opprobrium quasi imitatores scelerum Chananzēorū. Sic ait Sophonias: *Conticuit omnis populus Chanaan.* Vbi Hiero. populum; inquit, Chanaan appellauit populum Iudæorum, iuxta illud quod dicitur in Dan. ad senem calūniatorem Susannæ: *Semen Chanaan, & non Iuda, species decepit te.* Et ad Hierusalem, apud Ezech. *Pater tuus Amorrhæus, idest Chananeus.* Quod uero dicit Sophonias: *Conticuit populus Chanaan.* perinde est atque si diceret in excusationem peccati sui nihil potuit respondere, sicut ille cui Dominus dixit apud Matth. *Amice quomodo hic intrasti, nō habens uestem nuptialem? At ille obmutauit. Quia omnis iniquitas opprobriū os suum.*

In eodem sensu Hiero. per opprobriū dictū exponit; quod de populo Ephraim Oseas dicit: *Chanaan in manu eius statera dolosa.* Idest perinde atq; mercator fraudulentus stateram habet falsam, & dolis utitur ad pecunias corradendas, cum contra Dominus suadeat: *Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiat uos in aeterna tabernacula.* Sic per opprobriū dictū exponunt contra Ephraim

Cyrrill. Ruffinus. Theodo. Rupert. Glossa. Vatab. **6** Pfal.104.
Lyran. Ianse. Genebr.
Hierony.

Cyrrillus, Ruffinus, Theodoretus, Rupertus, & Glossa; quidquid dicat Vatablus. Terra Chā uocatur Ægyptus, in Pfal. *Iacob accola fuit in terra Cham.* Sic & Pfal. 105. *Quæ fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham.* Item Pfal. 77. *Percussit omne primogenitum in terra Ægypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.* Sic autem appellatur non quidem specialiter, & proprie, neque per opprobrium quidem, sed genericè, quia ut notat Lyra. super Pfal. 104. & ibidē Ianse. & Genebr. Ægyptus condita fuit à Mizraim filio Chā, de quo fit mētio Gen. 10. & ipsa Ægyptus Hebraicè uocatur Mizraim, & subinde Cham, idest posteroiū Chā, sed Hieron. in qq. Hebraicis, magis ad rem dicit, Cham Hebraicè Ham dici, lingua uero Ægyptiaca vsq; hodie Ham Ægyptū uocari. Quod Ham, idest Chā cum filio suo Mizraim primus illam incoluerit. Vnde merito uocatur terra Cham, & terra Ham.

CAPVT LXIX.

Character.

CHARACTER dicitur signum impressum in signe, nota, & figura. Characterem autem bestie quoddam habere in fronte, vel in manu legimus in Apocalyp. *Et faciet omnes pusillos & magnos, diuites & pauperes, liberos, & seruos habere Characterem in dextera manu aut in fronte suis.* Quidam ex patribus mystice exponunt; illum Characterem Bestie, id est Antichristi, habere in fronte qui professionem facit cultus Antichristi. Item in dextera manu characterem eius habere, qui operatur opera similia operibus Bestie, ita intelligit Tychonius apud Augustinum Homil. 11. & Beda super illud Apoc. 14. *Siquis adorauerit imaginem bestie, aut acceperit Characterem eius in manu sua, aut in fronte sua, &c.* Sed alij iuxta litteram quærun, an differat inter Characterem Antichristi, & nomen eius? & uidentur, quod differat Character, ut ait Hypolytus in oratione de consummatione mundi, & quod sit abominari crucem, sed Primas. Rupert. & Beda dicunt quod nō differat nomen, & Character, sed idē esse quia cap. 14. dicitur: *Siquis acceperit Cha*

acterem

Pfal. 17.
Matth. 11.
Ioan. 13.
Ioan. 16.
Ioan. vlt.
4
Ezech. 28.
Hierony.
Ioan. 12. & 16.

inquit, interpretati sunt cherubim plenitudinem scientiæ: ergo, quia Deus superat omnem scientiam, super plenitudinem scientiæ sedere dicitur. Idem August. Pfalm. 17. *Ascendit super cherubim, idest exaltatus est super scientiæ plenitudinem.* Hæc ille. Nec immerito, sic enim sapere Dominus in Euangelio, ut se patri æqualem ostendat, omnem scientiæ plenitudinem superare demonstrat, sic apud Matthæum. *Nemo nouit patrem nisi filius, subaudi notitia connaturali, qualis est comprehensiuæ.* Et apud Ioannem. *Sciens, quia omnia tradidit ei pater in manus.* Vnde & dixerunt ei discipuli: *Nunc scimus, quia scis omnia.* Et Petrus dixit: *Domine tu scis omnia.*

¶ De alis cherubim Ezech. 1. uide in verbo Ala.

Cherub uocatur princeps tenebrarum apud Ezech. *Tu Cherub extentus, & protegens.* Quod Hebræi, ut Hieronymus ait de Hiram rege Tyri per hyperbolem dictum putant: quos sequuntur Lyranus, & Vatablus. Sed contra Hieronymus ait ad hominem urbis Tyri principem hoc pertinere non posse, sed ad sanctam quandam, & præcipuam fortitudinē, &c. Dicitur autem protegens sacramēta Dei, & appellatur deniq; Lucifer Cherub propter multiplicem scientiā super alios Angelos, quā in naturalibus etiam post casum retinet, in supernaturalibus autē non item. Ideo non celi princeps unde cecidit, sed princeps huius mundi uocatur, de hoc latius in verbo Lapides igniti lib. 10. nobis agendum est.

CAPVT LXXIII.

Chirographum, Chobar, & Chodcod.

I
Coloss. 2.
Hierony.
Deut. 32.

Chirographum est scriptura propria manu conscripta: de qua ad Coloss. *Donans nobis omnia delicta: delens quod auersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio affligens illud cruci.* de quo Hieronymus duas ponit expositiones, alteram chirographum esse legem ueterem, quæ omnia sub maledicto concludit dicens: *Maledictus omnis qui nō permanserit in libro legis, &c.* Alteram uero subdens ait. *Quidam dicunt chirographum esse apud Deū*

memoriā peccatorum. unde Dominus in Deut. ait. *Nōne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis: & Hieremias: Peccatum iudæ in unguine adamantino exaratum est.* Etia hæc deleta est in cruce, dum dimissis peccatis etiā memoria abolita est delictorum. Hæc ille. Priorem expositionem tenent Theophyl. Theodo. Chrysofost. atque Lyranus. Posteriorem uero sequitur D. Thomas super Paulum, & uidetur magis historica, deletio ergo decreto, cuius uirtute captiuus mundus sub tenebrarum principe tenebatur, impletum est, quod Dominus dixit: *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eicitur foras: & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.*

¶ Chirogillus, uide in verbo Herinacius.

¶ Chlamys quære Pallium.

Chobar fluuius, de quo in Ezech. interpretatur grauis. *Cū essem, inquit, Ezechiel in medio captiuorum iuxta fluuium chobar, idest grauem: Accipitur autē pro Tigride, uel Euphrate secundum Hieronymū, ibidem. Mihi autem uidetur Euphrates, qui respectu quidem Tigridis uelocissimi fluuij dicitur grauior. Rectè uero Ezechiel Propheta iuxta fluuium grauem in medio captiuorum uidet uisiones Dei. Quia qui tribulationes patiuntur propter iustitiam consolationes beatitudinis, quā hianter sperant lætantes accipiunt. iuxta illud Matth. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.**

Codcod apud Ezechielē interpretiofas merces Tyri numeratur. Aliqui dicunt, ut ibidem Hierony. refert, omnes pretiofas merces hoc nomine uocari, Pagninus uertit unione, sed alij dicunt esse carbunculum, & Vatablus ita uertit. *Syrus negotiator tuus, propter multitudinem operum tuorum, guttam, & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodcod, sine carbunculum posuerunt in mercatu tuo.* Vbi Gatta est myrrha distillatio, sed Hebraicè est Nophec, quod Pagninus uertit carbunculum, quia eadem uox est Exo. 28. prima in secunda linea gemmarum ratio ualis ubi uulgata uertit Carbunculum, sed uox est æquiuoca Nophec ad guttam, & ad gemmam, unde recte uertit uulgata utrobique. Porro scutulata significat sericum Damascenum, undulatum. Ergo in mundanis

Hiero. Tyri, vt Hiero. notat secundum anagogem, multa sunt; & terrena similia spiritalibus, atq; caelestibus. Est enim gutta boni odoris virtus moralis, qua reperta est vel in Diogene mundanae voluptatis & pompe contemptore, & in Socrate, & Biant e, qui diuitias spreuerunt. Est purpura Regia fulgens secundum naturalem rationem, & aequitate in Traiano Imperatore iusto, & Tyto benigno; Sunt scitu lata varia scientia in Platone & Aristotele. Est byssus castitatis in virginibus Vestalibus, & carbunculus poenitentiae fulgorem ad tenebras peccatorum effugandas emittens in Ninivitis, de quibus Mat. Viri Ninivite surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia in praedicatione Ionae poenitentiam egerunt.

CAPVT LXXIII.

Chorus.

CHORVS dicitur Mechola in lingua sancta Psal. 149. Laudate nomen eius Choro:

Chorus proprie multitudo canentium est, atq; psalentium. Sic liberato Israel de iugo Aegyptiorum, qui de meris fuerant in mari, egressae sunt foeminae post Mariam sororem Moyse, cum tympanis, & choris canentes. Ducere autem chorus est illos ordinare ad musicum concertum, sic legitur in lib. Iudicium. Cum uideritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, etc. & 1. Reg. Porro cum reuertetur Dauid percussio Philisthaeo, & referret caput in Hierusalem: egressae sunt mulieres de universis urbibus Israel cantantes, chorosq; ducentes. Sic Christo in caelum post triumphum mortis, & inferni conscendenti universae virtutes Angelicae canentes, chorosq; ducetes egressae sunt obuiam. De cuius ascensionis apud Mar. legitur: Et postquam loquutus est eis, assumptus est in caelum. Vbi vox assumptus obsequium denotat Angelorum, qui quauis ipse propria virtute conscenderet, sed ministerij gratia deducebant eum. Deniq; quod legitur Psal. Laudemus nomen eius in choro, vnionem denotat charitatis, qua amicum diligit & inimicum. iuxta illud: Diligite inimicos vestros. Sicut enim in choro voces, quauis in qualitate contrariae, quia vna subtilis, & alta, alia

humilis & crassa, tamen in concentu musico, mire concordant. Sic qui fuerant in mundo contrarij, concordant in Christo.

¶ Quid videbis in Sunamite nisi choros castrorum: Vide in verbo Castra.

Choros faciebant olim Iudaei tam in tristibus, quam in laetis. In tristibus quidem, sicut in obitu cuiusq; vel insigni reipublice calamitate. Sic mortuo Rege Iosia Hieremias composuit lamentationes in choris canentium lubricum carmen, quas Threnos vocant. Vnde cum mortua esset filia Principis, Christus eiecit tibicines: & turbam canentium lugubre. Sic & Thren. 5. Versus est, inquit, in lacum chorus noster. In laetis autem chorus ducebant: vt in festis atq; conuiujs. Sicut legitur in parabola filij Prodigij. Quando pater illum conuiuio excepit: & senior filius de agro reuersus audiuit: Symphoniam, & chorum, & interrogauit quid hoc esset? Neque minus gaudium quidem est in caelo super vno peccatore poenitentiam agente.

Chori ludentium egrediuntur de ciuitate in festis diebus, sic Hiero. Adhuc edificaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium.

Vbi Hiero. Hoc inquit, proprie intelligitur in Ecclesia. Delirant enim, qui auream, atq; gemmatam suspirant Hierusalem. Et infra adhuc ornaberis tympanis tuis, vt canas in Ecclesijs. Haec ille. Egreditur ergo Ecclesia in choris ludentium, vel quando comitata martyribus exit ludens pro gladijs, vngulis ferreis, leonibus, saxis, & flammis concinens Deo laudes super victorias martyrum. Sic enim canit in triumpho Pauli illud: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Et in victoria Petri: Super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam. Et in Trophaeo Laurentij canit. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Et sic de alijs. Sic cum confessoribus, & doctoribus triumphans canit: Vos estis sal terrae, & Beatus ille seruus quem, cum uenerit Dominus, inuenerit uigilantem. Et cum virginibus: Simile est regnum caelorum decem uirginibus. Sed de choris etiam canentium horas canonicas in Ecclesijs explicant Lyranus, & Vatablus.

2

Matth. 9. Thren. 5.

Luc. 15.

Luc. 15.

3

Hier. 31.

Hiero.

Matth. 10.

Mart. 16.

Ioan. 12.

Matth. 5.

Luc. 12.

Matth. 25.

Lyran.

Vatab.

Psal. 17.

Matth. 11.

Ioan. 13.

Ioan. 16.

Ioan. 16.

4 Ezech. 28. Hierony.

Ioan. 12. & 16.

Coloss. 2.

Hierony.

Deut. 32.

inquit, interpretati sunt cherubim plenitudinem scientiae: ergo, quia Deus superat omnem scientiam, super plenitudinem scientiae sedere dicitur. Idem August. Psalm. 17. Ascendit super cherubim, id est exaltatus est super scientiae plenitudinem. Haec ille. Nec immerito, sic enim saepe Dominus in Euangelio, vt se patri aequalem ostendat, omnem scientiae plenitudinem superare demonstrat, sic apud Matthaeum. Nemo nouit patrem nisi filius, subaudi notitia connaturali, qualis est comprehensiuua. Et apud Ioannem. Sciens, quia omnia tradidit ei pater in manus. Vnde & dixerunt ei discipuli: Nunc scimus, quia scis omnia. Et Petrus dixit: Domine tu scis omnia.

¶ De alis cherubim Ezech. 1. vide in verbo Ala.

Cherub vocatur princeps tenebrarum apud Ezech. Tu Cherub extensus, & protegens. Quod Hebraei, vt Hieronymus ait de Hiram rege Tyri per hyperbolem dictum putant: quos sequuntur Lyranus, & Vatablus. Sed contra Hieronymus ait ad hominem urbis Tyri principem hoc pertinere non posse, sed ad sanctam quandam, & praecipuam fortitudinem, &c. Dicitur autem protegens sacramenta Dei, & appellatur deniq; Lucifer Cherub propter multiplicem scientiam super alios Angelos, quam in naturalibus etiam post casum retinet, in supernaturalibus autem non item Ideo non caeli princeps vnde cecidit, sed princeps huius mundi vocatur, de hoc latius in verbo Lapides igniti lib. 10. nobis agendum est.

CAPVT LXXIII.

Chirographum, Chobar, & Chodcod.

Chirographum est scriptura propria manu conscripta: de qua ad Coloss. Donans nobis omnia delicta: delens quodauerum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio affligens illum cruci. de quo Hieronymus duas ponit expositiones, alteram chirographum esse legem veterem, quae omnia sub maledicto concludit dicens: Maledictus omnis qui non permanserit in libro legis, etc. Alteram vero subdens ait. Qui dam dicunt chirographum esse apud Deum

memoriam peccatorum. vnde Dominus in Deut. ait. Nonne haec condita sunt apud me, & signata in thesauris meis: & Hieremias: Peccatum Iudae in unguine adamantino exaratum est. Etiam haec deleta est in cruce, dum dimissis peccatis etiam memoria abolita est delictorum. Haec ille. Priorem expositionem tenent Theophyl. Theodo. Chrysofost. atque Lyranus. Posteriores vero sequitur D. Thomas super Paulum, & videtur magis historica, deleta ergo decreto, cuius virtute captiuus mundus sub tenebrarum principe tenebatur, impletum est, quod Dominus dixit: Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eicitur foras: & ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.

¶ Chirogillus, vide in verbo Herinacius.

¶ Chlamys quere Pallium.

Chobar fluuius, de quo in Ezech. interpretatur grauis. Cu esset, inquit, Ezechiel in medio captiuorum iuxta fluuium chobar, id est grauem: Accipitur autem pro Tigride, vel Euphrate secundum Hieronymum, ibidem. Mihi autem videtur Euphrates, qui respectu quidem Tigridis velocissimi fluuij dicitur grauior. Recte vero Ezechiel Propheta iuxta fluuium grauem in medio captiuorum videt visiones Dei. Quia qui tribulationes patiuntur propter iustitiam consolationes beatitudinis, quam hianter sperant laetantes accipiunt. iuxta illud Matth. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

Codcod apud Ezechiel inter pretiosas merces Tyri numeratur. Aliqui dicunt, vt ibidem Hierony. refert, omnes pretiosas merces hoc nomine vocari, Pagninus vertit vnionem, sed alij dicunt esse carbunculum, & Vatablus ita vertit. Syrus negotiator tuus, propter multitudinem operum tuorum, guttam, & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodcod, sive carbunculum posuerunt in mercatu tuo. Vbi Gutta est myrrhae distillatio, sed Hebraice est Nophec, quod Pagninus vertit carbunculum, quia eadem vox est Exo. 28. prima in secunda linea gemmarum rationalis vbi vulgata vertit Carbunculum, sed vox est aequiuoca Nophec ad guttam, & ad gemmam, vnde recte vertit vulgata vtrobiq;. Porro scutulata significat sericum Damascenum, vndulatum, Ergo in mundanis

Deut. 32. Hier. 17.

Theophyl. Theodoret. Chrysof. Lyran. D. Thom.

Ioan. 12.

2 Ezech. 1. Hierony.

Matth. 5.

3 Ezech. 27. Hierony. Pagninus: Vatab.

Pagninus: Exod. 28.

Hiero. Tyri, vt Hiero. notat secundum anagogen, multa sunt, & terrena similia spiritalibus, atq; caelestibus. Est enim gutta boni odoris virtus moralis, quae reperta est vel in Diogene mundanae voluptatis & pompe contemptore, & in Socrate, & Biante, qui diuitias spreuerunt. Est purpura Regia fulgens secundum naturalem rationem, & aequitate in Traiano Imperatore iusto, & Tyto benigno; Sunt scutulata variae scientiae in Platone & Aristotele. Est byssus castitatis in virginibus Vestalibus, & carbunculus poenitentiae fulgorem ad tenebras peccatorum effugandas emittens in Niuiitis, de quibus Mat. Viri Niuiite surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia in praedicatione Iona poenitentiam egerunt.

CAPVT LXXIII.

Chorus.

חֲבוּרָה
I
CHORVS dicitur Mechola in lingua sancta Psal. 149. Laudate nomen eius Choro.
I
Chorus proprie multitudo canentium est, atq; psalentium. Sic liberato Israel de iugo Aegyptiorum, qui de meris fuerant in mari, egressae sunt foeminae post Mariam sororem Moyse, cum tympanis, & choris canentes. Ducere autem chorus est illos ordinate ad musicum concertum, sic legimus in lib. Iudicium. Cum uideritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, &c. & 1. Reg. Porro cum reuertetur Dauid percusso Philisthaeo, & referret caput in Hierusalem: egressae sunt mulieres de universis urbibus Israel cantantes, chorosq; ducentes. Sic Christo in caelum post triumphum mortis, & inferni conscendenti uniuersae virtutes Angelicae canentes, chorosq; ducentes egressae sunt obuiam. De cuius ascensione apud Mar. legimus: Et postquam loquutus est eis, assumptus est in caelum. Vbi vox assumptus obsequium denotat Angelorum, qui quauis ipse propria virtute conscenderet, sed ministerij gratia deducebat eum. Deniq; quod legimus Psal. Laudemus nomen eius in choro, vnionem denotat charitatis, quae amicum diligit & inimicum. iuxta illud: Diligite inimicos uestros. Sicut enim in choro voces, quauis in qualitate contrariae, quia vna subtilis, & alta, alia

humilis & crassa, tamen in concentu musico, mire concordant. Sic qui fuerant in mundo contrarij, concordant in Christo. ¶ Quid videbis in Sunanite nisi choros castrorum: Vide in ve bo Castra.

Choros faciebant olim Iudaei tam in tristibus, quam in laetis. In tristibus quidem, sicut in obitu cuiusq; vel insigni reipublice calamitate. Sic mortuo Rege Iosia Hieremias composuit lamentationes in choris canentium lubricum carmen, quas Threnos vocant. Vnde cum mortua esset filia Principis, Christus eiecit tibicines: & turbam canentium lugubre. Sic & Thre. 5. Versus est, inquit, in luctum chorus noster. In laetis autem choros ducebant: vt in festis atq; conuiujs. Sicut legimus in parabola filij Prodigij. Quando pater illum conuiuio excepit: & senior filius de agro reuersus audiuit: Symphoniam, & chorum, & interrogauit quid hoc esset? Neque minus gaudium quidem est in caelo super vno peccatore poenitentiam agente.

Chori ludentium egrediuntur de ciuitate in festis diebus, sic Hiero. Adhuc edificaberis uirgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium. Vbi Hiero. Hoc inquit, proprie intelligitur in Ecclesia. Delirant enim, qui auream, atq; gemmatam suspirant Hierusalem. Et infra adhuc ornaberis tympanis tuis, vt canas in Ecclesijs. Hae ille. Egreditur ergo Ecclesia in choris ludentium, vel quando comitata martyribus exit ludens pro gladijs, vngulis ferreis, leonibus, faxis, & Hammis concinens Deo laudes super victorias martyrum. Sic enim canit in triumpho Pauli illud: Ecce ego mitto nos sicut oues in medio luporum. Et in victoria Petri: Super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam. Et in Trophæo Laurentij canit. Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam aeternam custodit eam. Et sic de alijs. Sic cum confessoribus, & doctoribus triumphans canit: Vos estis sal terrae, & Beatus ille seruus quem, cum uenerit Dominus, inuenerit uigilantem. Et cum virginibus: Simile est regnum caelorum decem uirginibus. Sed de choris etiam canentium horas, canonicas in Ecclesijs explicant Lyranus, & Vatablus.

2

Matth. 9. Thre. 5.

Luc. 15.

Luc. 15.

3

Hier. 31.

Hiero.

Matth. 10. Matth. 16.

Ioan. 12.

Matth. 5. Luc. 12.

Matth. 25.

Lyran. Vatab.

CAPVT LXXV.

Christus.

חֲבִישָׁא

I
Aug. Ruffinus. Hierony. Cyrill.

Aug.

Zach. 9.

Psal. 109.

Matth. 1.

Luc. 3.

2

Hierony.

Psal. 44.

Aug.

Matth. 16.

Isa. 61.

Luc. 4.

CHRISTVS Hebraice dicitur Mesiach.

Christus idem est quod latine unctus, vt notat Aug. ser. 1. de Adu. Ruffin. in expositione Symboli, Hiero. super Ezech. 1. 6. Hebraice vero Mesiach. Porro apud Hebraeos, vt Cyrill. ait, lib. de Incarnat. Verbi. Reges, Prophetae & sacerdotes vngi consueuerunt. De regibus habes 1. Reg. 1. 6. & 3. Reg. 1. De Prophetis. 3. Reg. 1. 9. De sacerdotibus. Exo. 2. 8. & Leu. 8. Propterea filius Dei. vt notat August. super Psal. 149. Christus fuit appellatus: quia rex fuit pariter, & sacerdos. Vt rex quidem pugnauit pro nobis: ideo apud Zach. dicitur: Ecce rex tuus uenit tibi, idest, vt pro te pugnet. Vt sacerdos autem obtulit semetipsum in ara Crucis. Psal. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Ideo Matth. genealogiam Saluatoris per reges, Lucas vero per sacerdotes enarrauit.

Neq; oleo materiali unctum esse Christum Dominum putare debemus. Vnde Hierony. sup. Ezech. 1. 6. dicit. Illos quidem unctioe materialis olei equisse, qui faucij sunt vulnere peccatorum: at uero filius Dei, illo spirituali unctus est oleo. de quo Psal. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus oleo laetitiae praefensoribus tuis. Quae locum allegat Apostolus Heb. 1. de quo Aug. ser. 7. de Aduentu ipse, inquit Christus est Deus unctus a Deo, qui cum caeteris sacramentis ipsam carnem in spiritualement mutauit unctioe. Hae ille. Qui non quidem intelligit mutatam esse carnem Christi humanam in aliam naturam, sed ad vnionem hypostaticam uerbi Dei assumptam: ita vt non habeat creatam hypostasim, sed solam hypostasim uerbi, quod fuit vngi spirituali unctioe. In quo sensu reuelante luminum patre, dicit Apostolus Petrus Saluatori: Tu es Christus filius Dei uiui, idest per uitali vnione, & substantiali ad uerbum: Tu es Christus, idest unctus filius Dei uiui. In eodem quoque sensu in persona Christi dicit Isai. Spiritus Domini super me, eo quod unxit Dominus me, idest unierit naturam meam humanam uerbo Dei hypostaticè. Quod apud Luc. in se impletum Dominus attestatus est. Sic & Petrus

dixit: Vos scitis Iesum a Nazareth quomodo unxit Deus spiritu sancto. De quo & reuelationem habere Magi, vt tenet Leo Papa ser. de Epipha. quando dixerunt: Vbi est qui natus est rex Iudaeorum? Neq; enim dixerunt, qui factus est aut unctus, sed qui natus est rex: ita ut unctio sit natua, sicut & ius ad regnum. Itē Simeon: Responsum acceperat ab spiritu sancto non usurum se mortem, nisi prius uideret Christum Domini, idest Christum unctum, non ab homine, sed a Domino. In quo sensu Baptista: Confessus est & non negauit: confessus est, quia non sum ego Christus. Et Martha. Ego, inquit, credidi, quia tu es Christus filius Dei uiui. quomodo nulla pura creatura uocari legitur in scriptura.

Christus itaq; tribus modis unctus dicitur, uidelicet per gratiam vnionis hypostaticè personaliter enim. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et Coloss. In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, idest realiter non in umbra. Secundo ex consequenti per gratiam habitualē ab hypostatica vnione promanantē, quae a D. Thom. 3. p. dicitur infinita in genere gratiae, vnde Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam, &c. Ita ut si infiniti homines essent, gratiam ab illo participare potuissent. Tertio unctus est per exteriorē aduentum Spiritus sancti in specie columbae super eum. sicut docet Basilius super illud Psal. Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae.

Caeterum illud notandum est plures esse phrasas in nouo praesertim testamento, in quibus inseritur Christus, quae tamen ne eadem saepius repetamus in suis adiunctis quae reuolunt. v. g. Ioan. 1. dicitur: Lex per Moysen data est, gratia autem & ueritas per Iesum Christum facta est. Quare in uerbo gratia, ubi explicamus Christum causam effectricem esse gratiae, & eius sacramenta: legem autem ueterem solum fuisse figuram & signum gratiae. Item: Christus manet in aeternum. uide in uerbo Aeternitas. Item: In nomine Iesu Christi, idest in uirtute & potentia Christi, uide Nomen. Praeterea Apostolus ait. Mortuus sum legi per corpus Christi, idest liberatus sum ab obligatione legis ueteris, quae erat uelut umbra ueniente corpore illius umbræ, qui est Christus, de quo latius in uerbo Lex. Itē: Coheredes autem Christi,

Act. 10.

Leo Papa.

Matth. 2.

Luc. 2.

Ioan. 1.

Ioan. 11.

3

2. Cor. 5.

2. Cor. 9.

D. Tho.

Ioan. 1.

Matth. 3.

Psal. 44.

Basilius.

4

Ioan. 1.

Ioan. 12.

Acto. 16.

Rom. 7.

Rom. 8.

id est per adoptionem filiorum Dei admi-
 si sumus in hereditate caelesti: de quo in
 Rom. 9. verbo Haeres. Præterea: Optabam anabe
 ma esse à Christo, id est separatus à vita cor-
 porali, vel à visione Dei ad tēpus, de quo
 Roma. 15. in verbo Anathema. Deinde: Christus nō
 sibi placuit, id est, non quaesivit, quod suo
 corpori suaue esset, quare in verbo Place-
 re. Item: Tanquam paruulis in Christo lac no-
 bis dedi, id est rudimenta Christianæ do-
 ctinæ duntaxat, non altiora consilia, vi-
 de in verbo Lac. Deinde: Membr. Chri-
 sti sumus, id est vniti Christo per fidem
 & charitatem, quare in verbo Mēbrum.
 Item: Dormire in Christo, id est mori in gra-
 tia Christi, quare in verbo Dormire. De-
 inde Sublimabit cornu Christi sui, id est po-
 tentiam, de quo in verbo Cornu, & sic de
 similibus. Porro, quod legimus in Psal.
 Astiterunt reges terræ, & principes cōcuerunt
 in unū, aduersus Dñm, & aduersus Christum
 eius. explicauerunt Apostoli Act. 5. dicē-
 tes: Cōcuerunt enim uere in ciuitate ista ad-
 uersus sanctū puerū tuū Iesum, quē unxisti,
 Herodes, & Pētius Pilatus cū populis & gē-
 tibus, &c. Itē occidetur Christus Dan. 9.
 vide in verbo Hebdomada. ¶ Respice in
 facie Chri, quare in verbo Aspicere. ¶ Di-
 stulisti Chri in tuū, vide in verbo Differre.
 Christus in veteri testamēto nomē est,
 quod datur frequenter, & regibus, & sa-
 cerdotibus. sic Samuel de Saule intelligēs
 dixit: Testis est Christus eius, id est rex Saul.
 & de eodē dixit David. Ne facian hanc rē
 Domino meo Christo Domini, ut mittam ma-
 num meam in eum. & 1. Regum 26. b. c. d.
 2. Reg. 1. c. 2. Reg. 9. d. & 2. Paral. 6. g.
 Psal. 19. Nunc cognoui, quoniam saluū faciet
 Dñs Christum suum. id est regē tēporalem,
 quia iuxta literam precatio est, quæ fie-
 bat pro incolūitate regis, vt exponunt
 R. Salomō. Lyran. Iansenius. & Geneb. specialiter
 autē intelligit Theodor. de rege f zechia,
 qui erat à Senacherib Assyrio per Ange-
 lū liberandus. Est tamen typus filij Dei.
 Itē Psal. Dominus fortitudo plebis suæ, & pro-
 tector saluationū Christi sui est. quod David
 de se dixit: antequā vngeretur rex super
 totum Israël. sicut Iansenius, Theodoret.
 Lyranus, & alij dicunt. Mysticē verò de
 Christo Dño. Item in alio Psal. de Sacer-
 dotibus & Prophetis dicitur: Nolite tange-
 re Christos meos. & de rege Persiæ apud
 Isa. Hæc dicit Dominus, Christo meo Cyro.

De rege quoq; Iosia ab Ægyptiorum
 exercitu occiso dicitur in Thren. Spiritus
 nostris, id est non tam propter sua peccata
 vt potē qui iustus esset, sed propter scele-
 ra nostra periit in bello. Vbi Hieronym.
 duas refert expositiones. priorem de rege
 Iosia & sui similibus, iuxta literam, poste-
 riorē de Christo Dño, de quo Isa. Si posue-
 rit pro peccato animam suam, uidebit cemen-
 tū g. eum. & apud Ioan. Sicut Moyses exalta-
 uit serpentem in deserto, sic oportet exaltari fi-
 liam hominis: ut omnis, qui credit in eum, non
 pereat. Sed quibusdam hæc expositio my-
 stica videtur, quia Chaldaicus paraphra-
 stes priorem tenet, & Hebræi, quos se-
 quuntur Lyranus, & Vatablus. Est tamē
 appositissima & historica.

Cæterū quod Psal. dicitur: Propter Da-
 uid seruum tuum non auertas faciem Christi
 tui. Rabbin, vt hoc loco notat Genebrar.
 de Salomone prædictum intelligunt. No-
 stri verò multo aptius de Christo Dño.
 quia hic ponitur promissio Dauidi facta
 de Messia: De fructu uentris tui ponam super
 sedem tuam. Vnde Chrysof. explicat. Ne
 differas Aduentum Christi propter pro-
 missionem factā mihi Dauidi seruo tuo.
 Aug. verò intelligit propter promissionē
 Dauidi factam, ne auertas faciem tuam à
 reliquijs Israël, sed ex illis, & cōuersis Gē-
 tilibus: Fiat unum ouile, & unus pastor. Hie-
 rony. etiā. Ne auertas faciem Christi tui
 ab illuminatione sanctorum, sed impleas
 quod dicitur apud Ioan. Vbi ego sum illic
 & minister meus erit. Et rursus. Iterum ue-
 niam ad uos & assumam uos ad me ipsum.

De Christo Domino intelligitur etiā
 secundum historicum sensum illud Eccli.
 ubi agens de laudibus David regis subiun-
 git: Christus purgauit peccata eius. quia vt
 Lyranus ait. Quamuis carnem filius Dei
 post David assumpserit: nihilominus ta-
 men quantum ad personam æternus est,
 & patri coæqualis, & in omnibus coope-
 rator. Vnde Paulus: Iesus Christus heri &
 hodie ipse & in secula. Vbi Glossa ordina-
 ria, & D. Thomas super Paulum asserūt
 æternitatem Christi hoc loco quantū ad
 personam ab Apostolo introduci occasio
 nē sumpta ex eo, quod Paulus ante dixit
 rat loquens de Christo: Ipse dixit non te de-
 seram. quod d Iosif. c. 1. dictum est, antequā
 filius Dei homo fieret. Ergo obiectioni ta-

6
 Thre. 4.
 Hierony.
 Isa. 53.
 Ioan. 3.
 Chaldaeus.
 Lyranus.
 Vatab.
 7
 Psal. 131.
 Genebrar.
 Chrysof.
 August.
 Ioan. 10.
 Hierony.
 Ioan. 12.
 Ioan. 14.
 8
 Eccli. 46.
 Lyranus.
 Hebr. 13.
 Glossa.
 D. Thom.

citæ respondet, Christum hoc dicere po-
 tuisse Iosue, quia manet semper æternus.
 Et sicut potuit iuuare Iosue ante Incarna-
 tionē, sic poterit Ecclesiam vsq; in æter-
 num protegere. Sed obiiciet aliquis dictū
 August. tract. 107. in Ioannem, ubi agēs
 de Christo ait. Priusquam mundus fie-
 ret, nec nos eramus, nec ipse mediator
 Dei, & hominum homo Christus Iesus.
 Ad quod respōdet D. Thom. 3. p. q. 16.
 art. 9. Augustinū intelligere secundū na-
 turam humanā. Nobis autē propter Ar-
 rianorū hæresim, nō licet ita loqui, nisi re-
 strictionē addamus expresse secundum na-
 turam humanam, quam ideo non addidit
 Aug. quia de natura humana loquebatur.

Christus Dominus multis nominibus
 in scripturis decoratur, & quasi variis plu-
 mis & coloribus adūbratur. Dicitur enim
 principiū Ioan. 8. Principium qui & loquor
 uobis. quia de illo cum Patre procedit Spi-
 ritus sanctus. Sic uocatur vnū cum Patre
 Ioan. 10. Ego & Pater unū sumus, subaudi
 substantialiter. sic & Ioan. 17. Itē Isa. 9.
 Vocabitur nomē eius admirabilis, cōsiliarius,
 Deus fortis, princeps pacis, pater futuris sæ-
 culi, & Isa. 8. Vocā nomen eius accelera festi-
 na, &c. Deinde Apo. 19. Et uocabatur no-
 mē eius uerbum Dei. Item uocabatur fidelis
 & uerax. & Apo. 1. Ego, inquit, sum Alpha
 & omega, principium & finis. & Apoc. 19.
 Et in sœmore eius scriptum Rex regum, &
 Dominus dominantium. & Hier. 23. Et hoc
 est nomē quod uocabunt eum Dñs: Hebraice
 Ichoua iustus noster. & Isa. 49. Redēptor
 tuus sanctus Israël. Item Silo Gen. 49. Do-
 nec ueniat, qui mittendus est Hebraice Silo,
 id est missus. de quo Mat. 11. Estu qui uē-
 turus es: id est ille Silo. s. Messias. uocatur
 etiam Iesus Luc. 2. Et uocatum est nomen
 eius Iesus, de quo Matth. 1. Vocabis nomen
 eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum
 suum à peccatis eorū. Itē Sap. 7. Candor est
 lucis æternæ, & speculum sine macula, & im-
 ago bonitatis illius. ad quod alludēs Paulus
 Heb. 1. ait. Qui cū sit splendor gloriæ, & si-
 gura substantiæ eius, id est consubstantialis
 Patri. & Coloss. Qui est imago Dei inuisi-
 bilis. Item Saluator mundi Luc. 1. Et ange-
 lizo uobis gaudiū magnum, &c. quia natus est
 uobis hodie Saluator, qui est Christus Dñs.
 Itē dicitur Pax Eph. 2. Ipse est pax nostra.
 & lapis angularis Eph. 2. Mat. 22. Psal.
 117. Isa. 28. Ego pono in fundamentis Sēdē

Matth. 11.
 Luc. 2.
 Coloss. 1.
 Luc. 1.

pidē angularē. Itē lux mūdi uocatur Ioā. 8.
 Ego sum lux mūdi. & Ioā. 3. Quia lux uenit
 in mundū. Deinde Ioā. 14. Ego, inquit, sum
 uia, ueritas, & uita. & Psal. 35. Quoniam
 apud te est fons uitæ. Itē liber uitæ Apo. 5.
 & lignū uitæ Pro. 2. Lignū uitæ est his qui
 apprehenderint eā. Præterea. Fōshortorum,
 & puteus aquarū uiuentium. Cāt. 4. & fons
 sapiētiae uerbum Dei in excelsis Eccli. 1.
 Itē: Pastor bonus. Ioā. 10. ostiū celi. Ibidē.
 Ego sum ostiū per me si quis introierit salua-
 bitur. & medicus peccatorū Matt. 9. Non
 opus est ualentibus medico, sed ma. e habenti-
 bus. Itē. Murus Ecclesię Isa. 26. Vrbs for-
 titudinis nostræ. Saluator ponetur in ea, mu-
 rus & ante murale. Itē Hæres Heb. 2. Quē
 constituit hæredē uniuersorū. & Matt. 22.
 Hic est hæres. dicitur & Agnus Isai. 16.
 Emitte agnum Dñe dominatorem terræ. &
 Ioā. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata
 mundi. Itē Legifer Isa. 33. Dñs rex noster
 Dñs legifer noster. & Ps. 33. Etenim benedi-
 ctionē dabit legislator. & Iob. 36. Nullas si-
 milis ei in legislatoribus. Vocatur & uitis
 Ioā. 13. Ego sum uitis. & Eccl. 24. Ego qua-
 si uitis fructificauit. Itē Fluius ibi. Ego qua-
 si ihuus Dorix. Præterea. Sol iustitiæ. Mal.
 4. Et stella splendida & matutina. Apo. 22.
 Itē salutare Dei, Gen. 49. Salutare tuū ex-
 pectabo Dñ. Itē Desideriū collum æterno-
 rū. id est Patriarcharū, ibidem. Itē Agg. 2.
 Et ueniet desideratus cūctis gētibus. Dicitur:
 Et oleū effusum. Cāt. 1. Flos cāpi, & liliū cō-
 uallū. Cāt. 2. Caprea & himulus cornorū.
 ibidē. Et Botrus cypri. Cant. 1. Leode tribu
 Iuda, radix David. Apo. 6. Sactus sanctorū.
 Dan. 9. Sicut aquila prouocans ad uolantū
 pullos suos. Deut. 32. Cerua matutina, &
 uermis. Psal. 21. Margarita pretiosa & the-
 saurus absconditus, Mat. 13. Candelabrū au-
 reū totum. Zach. 5. Fundamentū, extra quod
 aliud nemo potest ponere. 1. Cor. 3. Panis ui-
 tæ, qui de celo descendit. Ioā. 6. Angelus testa-
 menti, quē uos uultis. Mala. 2. Et ipse tanquā
 ignis cōstans, & sicut herba fillonū, ibidem.
 Itē: Dñs quasi uir pugator omnipotens no-
 mē eius. Exo. 15. Itē Gigas. Ps. 18. Exul-
 tant ut gigas ad currendā uiam. Itē sagitta
 Isai. 49. Et posuit me quasi sagittā electam.
 Præterea dicitur quasi uiator. Hiere. 14.
 Quare quasi colonus futurus est in terra, &
 quasi uiator declinans ad manendum. Itē plu-
 uia. Psal. 71. Descedet sicut pluuia in uellus.
 his & aliis nominibus Messias, id est Chri-

Matth. 22.
 Ioan. 13.

Itus delineatus est contra verò Pharisæi Samaritanum illum per opprobrium vocabant: Nōne benedicimus nos, quia Samaritanus est? Item appellabatur: Ecce homo uorax & Publicanorū amicus. & Ioā. 9. Nōs scimus, quia hic homo peccator est. Itē blasphemus Ioan. 10. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, deniq; seductor. Item Beelzebub: Si patrem familias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticus eius. & Si mundus uos odit, scitote, quia me priorem uobis odio habuit. Itaq; ex nominum collatione, quibus scriptura filium Dei honorat, & quibus mundus eidem impropert, deprehendes quanto illum odio prosequitur, & ad imitationē ei⁹ ille, qui mundo est odiosus propter Deū erit Deo in summo pretio in gloria cælesti.

CAPVT LXXVI.

Chrysolitus & chrysofassus.

Chrysolitus pretiosus lapis aureo nitore refulgens, & scintillas emittens in Æthiopia reperitur. de quo Plin. li. 37. cap. 9. & Isido. lib. 1. 6. Etymolog. c. 1. 4. ubi ait Chrysolitus aurei coloris est, cum marini coloris similitudine, &c. ab hac similitudine maris Hebraicè dicitur Tharsis, quod mare significat, ut docet Hieronymus in Comment. in illud Isaię. Super omnes nauis Tharsis. Item Ezech. 10. ubi vulgata vertit: Species autem rotarum erat, quasi uisio lapidis Chrysoliti. Hieronymus notat in Hebræo esse, quasi uisio Tharsis. Quod vulgata quoq; seruauit Ezech. 1. ubi vertit: Quasi uisio maris. Rectè autē uisio rotarū apparet prius, quasi uisio maris c. 1. Deinde uerò ca. 10. quasi uisio lapidis chrysoliti aureum colorem referentis, quia quatuor Euāgeliorum doctrina per quatuor rotas significata, prius uidetur a mara sicut mare dicens: Pœnitentiam agite. Deinde fulget, ut aurum subiungens: Appropinquauit enim regnum cælorum. Et prius ostendit tribulationum fluctus, dicens: Beati pauperes. & Beati qui persequuntur nem patiuntur propter iustitiā. Deinde fulgorē emittit latitię subnectens: Quoniam ipsorum est regnum cælorum. Prius denique dicit: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Deinde ait: Et capillus de capite uestro non peribit.

Chrysoliti speciē referebat corpus, in quo Gabriel Archāgelus apparuit. Et corpus eius quasi chrysolitus. Et Hebraicè, quasi Tharsis, idest mare hyacinthini coloris, scilicet cælestis: in quo Lyranus putat denotari Angelū nō habuisse quidē corpus terrenum, sed cælestē: quia tamē uulgata vertit, quasi Chrysolitus, qui duriciem habet, & fulgorē atq; scintillas, proprietates Angeli Gabrielis denotare uidetur, quibus aptus nuntius describitur, ostendent fortitudinē in lapide, quia Gabriel fortitudo Dei interpretatur. Deinde sapientiā in aureo: postremo scintillas charitatis, quæ proprietates nuntio mysterij diuinę Incarnationis Christi necessarię sunt. Quia nil fortius, nil sapientius, nil diuinā magis redolet charitatem, quā Incarnationis uerbi Dei, in qua prius fecit Deus potentia in brachio suo. & iuxta Isai. Ecce Deus noster in fortitudine ueniet, & brachium eius dominabitur. Deinde. Quid sapientiam illo mysterio: de quo Paulus: Sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam autē non huius sæculi, neque principum huius sæculi. Postremo ubi magis ignis diuinę charitatis scintillas emittit, quā ubi Ioannes clamat: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: Dedit autem primum uirgini filium. Ecce concipies, & paries filium. Deinde nobis Saluatorem, de quo Angelus ait: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. quia igitur Gabriel hæc erat nuntiaturus talibus ornamentis in assumpto corpore refulgens apparuit.

Chrysolitus ponitur in Exo. in quarta linea Gēmarum rationalis, numero decima: denotatque Ioseph, cui successit Ephraim in benedictione Patriarcharum Gen. 49. Mysticè uerò quilibet sapientē in Christo doctorē, qui & auro fulget sanę doctrinę, & ad exēplum virtutum omnium scintillas emittit. Iuxta illud Mat. Qui autem fecerit, & docuerit hic magnus uocabitur in regno cælorum.

Chrysolitus ponitur septimū fundamētū ciuitatis Hierusalē in Apoc. & cū in his fundamētis nomina sint Apostolorū duo decim, cōsequēs est Matthēū, qui Luc. 6. in electione Apostolorū septimus nominatur, chrysolito cōpari. Idq; satis aptè. Primum quia hanc gēmam nobis parit Æthiopia, in qua Mathæus prædicauit, quiq; maris prius, idest sæculi similitudi-

2 Dan. 10.

Lyranus:

Luc. 2. Isai. 40.

1. Cor. 2.

Ioan. 3.

Luc. 1.

Luc. 2.

3 Exod. 28.

Matth. 5.

4 Apoc. 21.

Luc. 9.

nem in teloneo retulit: iam deinde uocatus à Domino aureum induit sapientię fulgorem: ita ut primus omnium scripserit Euāgelium: & scintillas charitatis, quæ nunquam extingui possunt, in totum orbem emisit: Chrysofusus inter uirides gemmas collocatur à Plinio lib. 37. ca. 8. Præfertur inquit his supradictis, uidelicet gemmis, Chrysofusus, porri succum & ipsa referens, sed hæc parum declinans à Topazio in aurum. & Isidorus lib. 1. 6. Etymol. capit. 7. Chrysofusus, inquit, Indicus est coloris porri succū referentis, aureis interuenientibus guttis: designat charitatem, quæ semper uirens nūquam excidit. Sapientię diuinę guttis ornata. Hæc uiguit in Iuda Thadeo, qui Luc. 6. decimo loco numeratur. Et ideo in eius seculo canit Ecclesia, illud Ioan. Hoc est pr. ceptum meum, ut diligatis inuicem. lege Apoc. 2. 1. Fundamentum decimum Chrysofusus.

CAPVT LXXVII.

Chus, chusai, chusi, chub.

CHVB Est eadem prouincia, quæ Arabia, ut notat Hierony. super illud Ezech. 30. ubi agens de uastatione Ægypti à Chaldæis. Et Chub, & filii terræ foederis, inquit, cum eis gladio cadent. Sic qui fœdus ineunt cum Ægyptiis, idest cū peccatoribus, à quibus scandalizantur cū eis cadent, nisi fœdus rumpant. Ideo Dominus Matth. 1. 8. clamat: Si manus tua aut pes tuus scadalizat te, abscinde eum, & proiice abs te.

Chus fuit filius Chā Gene. 10. primus coluit Æthiopiā, quæ ab eo Chus dicitur Chusai, & Chusi interpretatur Æthiops meus, fuitq; nomen uiri principis, qui destruxit consilium Architophel contra Dauid, ut pote qui fuerat consiliarius oliu, & amicus eius, nuntiauitq; Dauid uictoriam contra Absalon, & necē eius 2. Regum. sed in titulo Psal. 7. dicitur: Psalmus Dauid quem cantauit Domino pro uerbis Chusi uiri Iemini. Vbi est disceptatio inter patres: quidam enim putant Chusi hoc loco esse amicum Dauid, quem dicimus destruxisse consilium Architophel: & ita hunc Psalmum 7. interpretantur de persequutione Absalon, Ita tenent Euthym.

Matth. 9.

Plinius.

Isidorus.

Luc. 6.

Ioan. 15.

ברש

I

Hierony. Ezech. 31.

Matth. 18.

2

2. Reg. 18.

Psal. 7.

Questio.

Euthymius,

Theodoretus, Augustinus, Cassiodorus, & Glossa. Contra uerò Hieronymus in expositione Psalmi dicit: Non de puero Absalon sermonem esse, sed de Saule quē Dauid leonem uocat. Deinde in uersione Psalterij ad ueritatem Hebraicam, uertit Psalmus Dauid, quem cantauit pro uerbis Æthiops uiri Iemini: itaq; Chus in Hebræo hoc loco significat Æthiopē, & scribitur initio per literā Chaph. Nomen autem amici Dauidis per literam Heth. Deinde certe Saul erat de stirpe Iemini, ut hic dicitur. Sed amicus ille Dauid fuit Arachites. 2. Reg. 15. Ideo tenendū Saulē hoc loco uocari Æthiopem, quia nigrū etiam latini, & Hispani uocant per contemptum hostem suum. Ita cū Hieronymo tenent Lyranus, Iansenius, & Genebrard. Item Chaldaicus paraphrastes, & R. Salomon, ubi notandū, quod quāuis rex sit aliquis robustus potēs, & opulentus, sita inē uiciosus euadat, & perditus, Æthiops apud Deū reputatur, & uilis. Iuxta illud: Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animæ uerò suę detrimentum patiat? Ideo sponsus fatuis uirginibus dixit: Nescio uos, quia per peccatum atræ sicut Æthiops uidebatur. Iuxta illud Thre: Denigrata est facies eorum super carbones.

CAPVT LXXVIII.

Cibus, cibare, cibaria, esca.

CIBVS In Scriptura dicitur Hebraicè Bag, Dan. 1. & Ezech. 25. Est autem cibus alimentum quo uescimur, siue simpliciter, siue etiam lautè & delicatè, quamuis pro delicatioribus escis frequentius sumitur, teste Donato, qui aridum alimentum & uile uictum appellat, hinc cibare est cibum alicui alendo præbere, & cibaria sunt alimenta.

Cibare dicitur Deus peccatores absinthio, idest tribulationibus affligere. sic legimus: Ecce ego cibabo populum istum absinthio. Vbi minatur populo Babylonicā seruitutem, ut exponit Hierony. Eadem uertitur phrasi aduersus Pseudopphetas, capit. 2. 3. c. Porro cibare aliquem cinere est uilissima illum seruorum esca sustentare, sic explicat Hieronymus illud. Cibauit me cinere, idest pane super cineres raptim cocto, ut Lyranus ait. Sed si Lyran.

Theodoret. August. Cassiodor. Glossa. Hierony.

2. Reg. 15.

Hierony. Lyranus. Iansen. Genebrard. Chaldæus. R. Salomō.

Matth. 16.

Matth. 25.

Thre. 4.

בג

I

2

Hiere. 9.

Hierony.

Thren. 3.

Luc. 6. homo flagellum Do mini patienter ferēs poenitentiam agat de peccatis, propter quæ se corripit videt, audiet illud Luc. Beati qui nūc stetit, quia ridebitis. Et rursus. Beati qui lugent. Eundem verò sensum habet illa phrasis: *Cibabit nos pane lachrymarum*, quod de Babylonica populi captiuitate explicat Theodor. sed de Ægyptiaca & Babylonica exponit Lyran. Itē Iansen. Vatab. & Genebrar. quia subdit Prophe- ta. *Vineam de Ægypto transtulisti*. Sic autē Deus electos suos cibavit in hac vita, quibus dicit: *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum*. Et rursus. *Mundus autem gaudebit vos uerò contristabitini*.

3
Psal. 80. Cibare aliquos ex adipe frumenti iuxta literam est illos delicate nutrire Psalm. *Et cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra mellis saturauit eos*, id est dedit illis bonorū temporalium affluentiam in terra promissionis, quæ fluebat lac & mel, vt exponit Theodoret. Lyran. Iansen. Vatab. & Genebrard. quia mel de rupibus distillabat. 1. Reg. 14. Mistice vero August. Cibauit, inquit eos ex adipe frumenti. Miscuit eos sacramentis suis, & Iudam ex adipe frumenti cibauit. De hoc Dominus dicit: *Ego sum panis uiuus qui de celo descendi*. Et forte de Eucharistia quoque Ecclesiasticus intellexit, quando de iusto loquens dixit: *Cibauit illum pane uitæ, & intellectus*. Enimvero corpus Christi in hoc sacramento panis intellectus est, quia sensus accidentia tantum vsualis percipit panis, intellectus verò lumine fidei illustratus, credit verum corpus Christi.

4
Isa. 8. Cibare quosdam hæreditate Iacob, est excipere illos conuiuio cælesti. sic Isaias: *Et cibabo te hæreditate Iacob patris tui*. Vatablus de promissione terræ Iudæorum secundum Hebræos exponit. Sed extare non potest, quia iam introduxerat Dominus populum in illam promissam patribus terram, & ibi cibabat eos, vt super hunc locum Cyrillus ait, sed loquitur de terra uiuentium, sic etiam de terra cælesti intelligit Ambrosius libr. de Fuga sæculi, cap. 6. de qua apud Mat. *Beati mites, quonia ipsi possidebunt terram, cælestis*, quippe gloria hæreditas est Patriarcharum, vt constat ex Apostolo: *In casulis habitando*, inquit, *de Abraham, cū Isaac, & Iacob coheredibus re promissionis eiusdē*. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius condi-

tor Deus. Sic etiam exponit Hieronymus, sed Origenes homil. 26. super Num. intelligit de terra cordis iusti, in qua virtutes pullulant.

5
Ezech. 3. Cibari Prophetam volumine est refici verbi Dei intelligentia Ezech. 3. *Aperi os meum, & cibauit me volumine illo*. Vbi Hieron. Ego, inquit, aperui os meū, & Dominus cibauit me: quia initia uoluntatis in nobis sunt: & perfectionem benedictionis cælestis à Domino consequimur. Est autem volumen scriptura diuina. Vbi nota Hieronymum dixisse initia in nobis sunt, subaudi per consensum, sed non ex nobis, imo ex gratia Dei. Item Gregor. super Ezech. *Os, inquit, aperimus quando sensum ad intelligentiam facti uerbi præparamus*. Hæc ille. De huiusmodi uero Dominus ait. *Qui ex Deo est, uerba Dei audit*. Dum modo audire accipiat pro custodire. iuxta illud. *Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud*.

6
Gen. 2. Gen. 9. Acto. 15. Cibum non sumere, vel escam in bonū accipitur, & in malum. Bonum quidem est ab illo cibo abstinere, qui lege diuina, vel humana sancte prohibetur: sicut prohibuit Dominus Adæ in paradiso dicēs: *De ligno scientiæ boni & mali ne comedas*. Et tempore Noë: *Carnem cum sanguine nō comedetis*. De quo etiam Leuit. 7. & 11. quo tempore à talibus abstinere cibis honestum fuit. Sicut etiam in primitiua Ecclesia, quando decreuerunt Apostoli dicentes: *Vt abstineatis uos à suffocato, & sanguine*, quod postea cessauit. Item in lege gratiæ quando Ecclesiæ præcepto in qua dragesima, & in uigiliis, nec non in feria sexta à carnibus abstinemus. Præterea in mœstitiæ signum honesta de causa cibi nonnunquam intermittuntur, sicut 1. Regum. Anna flebat sterilitatis mœrore: *Neque uolebat capere cibum*. Sic & lugete Dario rege Danielis damnationem in lacum. *Cibi non sunt allati coram eo*. Aliquando verò charitate nos uigente, ne alios scandalizemus, qui ex infirmitate putant illicitum esse cibum, qui tamen licitus est. Iuxta illud Apostoli. *Si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnem in æternum*, &c. Item cum excommunicatis: *Neque cibum sumere*. In malum uero & contra fas abstinetur à cibis quando id fit more hæreticorum. Iuxta illud Pauli: *Discedent quidē à fide, &c. prohibētes*

Hierony.
Origen.
Ezech. 3.
Hierony.
Gregor.
Ioan. 8.
Luc. 11.
Gen. 2.
Gen. 9.
Acto. 15.
1. Reg. 1.
Dan. 6.
1. Cor. 8.
1. Cor. 5.
1. Tim. 4.

nubere,

Matth. 9. nem in teloneo retulit: iam deinde uocatus à Domino aureum induit sapientiæ fulgorem: ita ut primus omnium scripserit Euāgelium: & scintillas charitatis, quæ nunquam extingui possunt, in totum orbem emiserit: Chrysopasus inter uirides gemmas collocatur à Plinio libr. 37. ca. 8. Præfertur inquit his supradictis, uidelicet gemmis, Chrysopasus, porri succum & ipsa referens, sed hæc parum declinans à Topazio in aurum. & Isidorus libr. 1. 6. Etymol. capit. 7. Chrysopasus, inquit, Indicus est coloris porri succū referentis, aureis interueniētibus guttis: designat charitatem, quæ semper uirens nūquam excidit. Sapientiæ diuinæ guttis ornata. Hæc uiguit in Iuda Thadeo, qui Luc. 6. decimo loco numeratur. Et ideo in eius festo canit Ecclesia, illud Ioan. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem*. lege Apoc. 2. 1. *Fundamentum decimum Chrysopasus*.

CAPVT LXXVII.
Chus, chusai, chusi, chub.

כּוּשׁ
I
Hierony.
Ezech. 31.
Matth. 13.
2
1. Reg. 18.
Psal. 7.
Questio.
Euthymius.

CHVB Est eadem prouincia, quæ Arabia, ut notat Hierony. super illud Ezech. 30. ubi agens de vastatione Ægypti à Chaldæis. *Et Chub, & filii terre fœderis, inquit, cum eis gladio cadent*. Sic qui fœdus ineunt cum Ægyptiis, id est cū peccatoribus, à quibus scandalizantur cū eis cadent, nisi fœdus rumpant. Ideo Dominus Matth. 18. clamat: *Si manus tua aut pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te*.

2
Chus fuit filius Chā Gene. 10. primus coluit Æthiopiā, quæ ab eo Chus dicitur Chusai, & Chusi interpretatur Æthiops meus, fuitq; nomen uiri principis, qui destruxit consilium Architophel contra Dauid, ut pote qui fuerat consiliarius oliui, & amicus eius, nuntiauitq; Dauid uictoriam contra Absalon, & necē eius 2. Regum. sed in titulo Psal. 7. dicitur: *Psalms Dauid quem cantauit Domino pro uerbis Chusi uiri Iemini*. Vbi est disceptatio inter patres: quidam enim putant Chusi hoc loco esse amicum Dauid, quem dicimus destruxisse consilium Architophel: & ita hunc Psalmum 7. interpretantur de persequatione Absalon. Ita tenent Euthym.

Theodoretus, Augustinus, Cassiodorus, & Glossa. Contra uerò Hieronymus in expositione Psalmi dicit: Non de puero Absalon sermonem esse, sed de Saule quē Dauid leonem uocat. Deinde in uersione Psalterij ad ueritatem Hebraicam, uertit Psalmus Dauid, quem cantauit pro uerbis Æthiopsis uiri Iemini: itaq; Chus in Hebræo hoc loco significat Æthiopē, & scribitur initio per literā Chaph. Nomen autem amici Dauidis per literam Heth. Deinde certe Saul erat de stirpe Iemini, ut hic dicitur. Sed amicus ille Dauid fuit Arachites. 2. Reg. 15. Ideo tenendū Saule hoc loco uocari Æthiopem, quia nigrū etiam latini, & Hispani uocant per contēptum hostem suum. Ita cū Hieronymo tenent Lyranus, Iansenius, & Genebrar. Item Chaldaicus paraphrastes, & R. Salomon, ubi notandū, quod quāuis rex sit aliquis robustus potēs, & opulentus, si tamen uiciosus euadat, & perditus, Æthiops apud Deū reputatur, & uilis. Iuxta illud: *Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patiatur?* Ideo sponsus fatuis uirginibus dixit: *Nescio uos*, quia per peccatum atræ sicut Æthiopiæ uidebatur. Iuxta illud Thre. *Denigrata est facies eorum super carbones*.

CAPVT LXXVIII.
Cibus, cibare, cibaria, esca.

כּוּשׁ
I
Hierony.
Thren. 3.
2
Hierony.
Thren. 3.
Lyran.

CIBVS In Scriptura dicitur Hebraicè Bag. Dan. 1. & Ezech. 25. Est autem cibus alimentum quo uescimur, siue simpliciter, siue etiam lautè & delicatè, quamuis pro deliciaribus escis frequentius sumitur, teste Donato, qui aridum alimentum & uile uictum appellat, hinc cibare est cibum alicui alendo præbere, & cibaria sunt alimenta.

2
Cibare dicitur Deus peccatores abstinthio, id est tribulationibus affligere. sic legimus: *Ecce ego cibabo populum istum abstinthio*. Vbi minatur populo Babylonicā seruitutem, ut exponit Hierony. Eadem uertitur phrasi aduersus Pseudopphetas, capit. 23. c. Porro cibare aliquem cinere est uilissima illum seruorum esca sustentare, sic explicat Hieronymus in Iud. *Cibauit me cinere*, id est pane super cineres raptim cocto, ut Lyranus ait. Sed si

homo

Luc. 6. homo flagellum Domini patienter ferēs poenitentiam agat de peccatis, propter quā se corripit videt, audiet illud Luc. Beati qui nūc fletis, quia ridebitis. Et rursus. Beati qui lugent. Eundem verō sensum habet illa phrasī: *Cibabit nos pane lachrymarum*, quod de Babylonica populi captiuitate explicat Theodor. sed de Ægyptiaca & Babylonica exponit Lyran. Itē Iansen. Vatab. & Genebrar. quia subdit Prophe- ta. *Vineam de Ægypto transtulisti*. Sic autē Deus electos suos cibāt in hac vita, quibus dicit: *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum*. Et rursus. *Mundus autem gaudebit nos uerō contristabimini*.

Cibare aliquos ex adipe frumenti iuxta literam est illos delicate nutrire Psalm. *Et cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos*, id est dedit illis bonorū temporalium affluentia in terra promissionis, quā fluebat lac & mel, vt exponit Theodoret. Lyran. Iansen. Vatab. & Genebrard. quia mel de rupibus distillabat. 1. Reg. 14. *Misticē uerō August. Cibauit, inquit eos ex adipe frumenti. Miscuit eos sacramentis suis, & Iudam ex adipe frumenti cibauit. De hoc Dominus dicit: Ego sum panis uiuus qui de celo descendi. Et forte de Eucharistia quoque Ecclesiasticus intellexit, quando de iusto loquens dixit: Cibauit illum pane uite, & intellectus. Enim uerō corpus Christi in hoc sacramento panis intellectus est, quia sensus accidentia tantum uisualis percipit panis, intellectus uerō lumine fidei illustratus, credit uerum corpus Christi.*

Cibare quosdam hereditate Iacob, est excipere illos conuiuio cælesti. sic Isaias: *Et cibabo te hereditate Iacob patris tui*. Vatablus de promissione terræ Iudæorum secundum Hebræos exponit. Sed extare non potest, quia iam introduxerat Dominus populum in illam promissam patribus terram, & ibi cibabat eos, vt super hunc locum Cyrillus ait, sed loquitur de terra uiuentium, sic etiam de terra cælesti intelligit Ambrosius libr. de Fuga sæculi, cap. 6. de qua apud Mat. *Beati mites, quonia ipsi possidebūt terrā, cælestis*, quippe gloria hereditas est Patriarcharum, vt constat ex Apostolo: *In casulis habitando*, inquit, *de Abraham, cū Isaac, & Iacob coheredibus repromissionis eiusdē. Expectabāt enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius condit-*

tor Deus. Sic etiam exponit Hieronymus, sed Origenes homil. 26. super Num. intelligit de terra cordis iusti, in qua uirtutes pullulant.

Cibari Prophetam volumine est refici uerbi Dei intelligentia Ezech. 3. *Aperui os meum, & cibauit me volumine illo*. Vbi Hieron. Ego, inquit, aperui os meū, & Dominus cibauit me: quia initia uoluntatis in nobis sunt: & perfectionem benedictionis cælestis à Domino consequimur. Est autem uolumen scriptura diuina. Vbi nota Hieronymus dixisse initia in nobis sunt, subaudi per consensum, sed non ex nobis, imo ex gratia Dei. Item Gregor. super Ezech. Os, inquit, aperimus quando sensum ad intelligentiam sacri uerbi præparamus. Hæc ille. De humilissimi uero Dominus ait. *Qui ex Deo est, uerba Dei audit*. Dum modo audire accipiatur pro custodire. iuxta illud. *Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud*.

Cibum non sumere, uel escam in bonū accipitur, & in malum. Bonum quidem est ab illo cibo abstinere, qui lege diuina, uel humana sancte prohibetur: sicut prohibuit Dominus Adæ in paradiso dicēs: *De ligno scientiæ boni & mali ne comedas*. Et tempore Noë: *Carnem cum sanguine nō comedetis*. De quo etiam Leuit. 7. & 11. quo tempore à talibus abstinere cibus honestum fuit. Sicut etiam in primitiua Ecclesia, quando decreuerunt Apostoli dicentes: *Vt abstineatis uos à suffocato, & sanguine*, quod postea cessauit. Item in lege gratiæ quando Ecclesiæ præcepto in qua dragesima, & in uigiliis, necnon in feria sexta à carnibus abstinemus. Præterea in mortificatiō signum honesta de causa cibi nonnunquam intermittuntur, sicut 1. Regum. Anna flebat sterilitatis mœrore: *Neque uolebat capere cibum*. Sic & lugēte Dario rege Danielis damnationem in lacum. *Cibi non sunt allati coram eo*. Aliquando uerō charitate nos uigente, ne alios scandalizemus, qui ex infirmitate putant illicitum esse cibum, qui tamen licitus est. Iuxta illud Apostoli. *Si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnem in æternum*, &c. Item cum excommunicatis: *Neque cibum sumere*. In malum uerō & contra fas abstinetur à cibis quando id fit more hæreticorum. Iuxta illud Pauli: *Discedent quidē à fide, &c. prohibetes*

Hierony.
Origen.
5
Ezech. 3.
Hierony.
Gregor.
Ioan. 8.
Luc. 11.
6
Gen. 2.
Gen. 9.
Acto. 15.
1. Reg. 1.
Dan. 6.
1. Cor. 8.
1. Cor. 5.
1. Tim. 4.

Matth. 9. *Non est opus ualentibus medico, sed male habentibus*. Item quando Paralytico dixit: *Confide fili remittuntur tibi peccata tua*. Et de muliere peccatrice: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. In eodē sensu de tēpore aduentus Christi promittitur populo Hierusalem per Hier. *Ecce ego obducam eis cicatricē, & sanitatem, & curabo eos*. Et infra. *In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël ambulabit cōfidenter, & hoc est nomen quod uocabunt eum Iehoua Dñs iustus noster*. Quis autē iustior illo qui dixit apud Ioānem. *Quis ex uobis arguet me de peccato?*

Cicatrix murorum metaphorice dicitur apertura parietis calce & cemento replenda, 2. Paralip. 24.

CAPVT LXXXIX.
Cidarīs, Mitra, Tiara.

Cidarīs Hebraicē dicitur in Scriptura sacra Saniph, vt patet Zach. 3. *Ponite Cidarim, &c.*

Cidarīs tegumentū est capitis, quo Persarū Reges peculiariter utebātur maculis albis in fascia coloris cærulei intermicantibus. Cidarī quoq; utebātur Hebræi sacerdotes, tā summus, quā etiam minores in suo gradu, vt refert Ioseph. lib. 3. antiqui. c. 11. ubi dicit: *Super caput autē gestat pileū ad modum paruę cassidis, quod extēditur supra summitatē capitis, & modice verticis medietatē excedit, uocaturq; Masnāēmphthis*. Et infra. *Summus, inquit sacerdos pileo quasi ceteri sacerdotes utebatur: supra quem extabat alius cōfutilis ex hyacintho variatus*. Hunc aurea corona triplici ordine circūdabat, in quo spectabantur calyculi aurei. Huiusmodi corona ab occipio circū tempora utraq; procedebat. Calyculi autem erant sicut lorū quoddā latum aureum, quod nomē Dei sacris characteribus incisum habebat. Hęc Ioseph. Porro uitta byssina ex lino cōmunis tā summo, quā reliquis sacerdotibus erat. Corona uerō propria summi sacerdotis. de quo Hierony. ep. ad Fabiollā de veste sacerdotali. Præterea de his legimus in Leuit. *Cidarī quoque textit caput*. Et in Exod. *Cidarim & baltheum facient*. Et Leuit. 16. *Cidarim lineā imponet*. Vbi nota hęc quoq; Cidarim uocari tiarā Exo. 28. *Et tiarā byssinam facies*. Appellatur etiam mitra Exod. 29. *Ecce erunt tunicas byssinas Aaron, & filius eius mitras cū coronulis suis ex bysso*. Vbi ex bysso coronulas nō ex auro dat cōmunibus sacerdotibus: in omnibus autem his locis ubi uulgata posuit mitrā, uel tiarā, Sept. Cidarim transtulerunt.

Matth. 9.
Luc. 5.
Luc. 7.
Hier. 33.
Ioan. 8.
Iuuenalis.
Plinius.
Matth. 21.
Matth. 15.
Hier. 8.
Hierony.

Matth. 2.
Luc. 19.
Iosephus.
Hierony.
Exod. 28.
Leuit. 8.
Leuit. 16.

2 Zach.3. Cidarim reponete super caput sacerdotis, quæ ablata fuerat: signum est redditæ dignitatis, sic Angelus dixit apud Zachar. de Iesu filio Iosedech, qui alienigena vxore ducta peccauerat. de quo poenitentiam egerat. Ponite Cidarim super caput eius. Ita Hieronymus. Vel intelligitur de Christo resurgente post ablutas fordes peccatorum nostrorum, cui dignitas redemptoris & sacerdotis in æternum secundum ordinem Melchisedech confirmatur. de quo diximus Patrum sententias in verbo Angelus, num. 12.

3 Ezech. 21. Hierony. Cidaris aliquando sumitur pro regio diademate. sic apud Ezech. ad Sedechiã regem. vt Hieronymus exponit dictum est. Tu autem prophane impie rex Israël, cuius uenit dies in tempore iniquitatis definita, aufer Cidarim, tolle coronã. Vbi impius appellatur, eo quod iuramentum regi Baby Ionico factum violauerit. de quo vide in lib. 1. in verbo Auferre, num. 20.

CAPVT LXXXI.

Cilicium, cilicinum saccus.



CILICIVM Hebraicè vocatur in scriptura Sac Gene. 37. indutus est cilicio. & 4. Reg. 19.

I Cilicium vestis est lугris, aspera ex villis caprarum contexta, primum à Cilicibus populis, vt inquit Varro. lib. 2. de re Rust. cap. 11. inueta. Adhibebatur autẽ militibus olim, vt Vegetius ait, ad excipiendum impetum sagittarum. Deinde vsus eius fuit in luctu. sic in Genes. Iacob putans mortuum esse Ioseph filium suum indutus est cilicio. Itẽ: Respha crucifixis filiis suis, & nepotibus ciliciũ substravit sibi super petram. Deinde: Rex Achab poenitentiam agens post correptionem Eliã operuit cilicio carnem suam. Præterea: Ioram rex Israël obsessa à Syris Samaria induit cilicium. Item: Obsessa ab Holopherne Bethulia sacerdote induerunt se cilicio. In libro Iudith. Ipsa quoque Iudith habebat in uirtute sua super lumbos suos cilicium. Est ergo ciliciũ vestis poenitentia, sicut saccus Hier. 4. Accingite uos ciliciis, plangite & ululate. & cap. 6. Filia populi mei accingere cilicio, conspergere cinere.

2 Item Propheta canit: Ego autem cum

mihimolesti essent induer̃ cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam. Theodoretus putat hoc fecisse Dauid cum fugeret Saullem delatus a Doeg, quod panes propositionis à sacerdote recepisset: in Hebræo verò, quod vulgata vertit cum mihi molesti essent legimus pro infirmitate eorũ. Itaq; pro inimicis suis induerat saccum. sic enim est Hebraicè Sac. Seruabatque præceptum, quod Christus erat promulgaturus Matt. 5. Diligite inimicos uestros.

De Christo verò Dño. Mysticè exponunt Latini patres. Sed pro cilicio exponunt carnis velamen necessitatibus vitæ subiecte. Ita Hierony. August. Cassiodorus, Glossa. De Christo etiam ad litteram exponunt illud. Et posui uestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Ita August. Hierony. Cassiodo. Lyranus, Iansenius, & Genebrardus, quia iste Psal. sex vicibus citatur de Christo in nouo testamento. Cæterum quæstio est. An iuxta litteram filius Dei induit se cilicio? Ad quod August. respõdet, & Glossa. Cilicium accipi pro fletu, quia fleuit Lazarũ quatruiduanum mortuũ Ioã. 11. & super Hierusalem Luc. 19. Sed Lyranus dicit: Vestem Christi fuisse asperam inconsutilem desuper contextam, qualis est saccus Ioan. 19. De vestibus autem cilicinis, quæ luctus tempore in vsu fuerunt lege Thren. 2. Ionã 3. vbi rex Niuiẽ indutus est sacco. & iussit: Operiantur saccis homines & iumenta, & Ioel. 1. b. Zachar. 13. b. Iob. 16. c. Isa. 3. d. Sic etiam Ecclesia in capite ieiunij quadragesimalis ciliciis cooperit altaria, & cinerem imponit frontibus populi in signum poenitentia. Clerici quoque in cathedralibus ecclesiis & collegiatis, iuxta Canonem viuentes, pullis vestibus amiciuntur. In cuius typum olim cilicina saga vndecim cooperiebatur tabernaculũ fœderis Exo. 26. Quibus, vt inquit Beda sacerdotes, & prædicatores Ecclesiæ designantur, qui quanto maiores meritis esse debent, tanto poenitentia studiosiores sint oportet, vt verbo doceant & exemplo. Iuxta illud: Qui autem fecerit & docuerit hic magnus uocabitur in regno caelorum.

Sacco cilicino Sol comparatur ob eam causam obscurus, vt prouocet homines ad luctum, & poenitentiam. sic Apoc. 6. Et Sol factus est niger, sicut saccus cilicinus.

Psal. 34. Theodoret. Matth. 5. 3 Hierony. Aug. Cassiodo, Glossa. Psal. 86, Aug. Hierony. Cassiodo, Lyranus, Iansen. Genebra. August. Glossa. Lyran. Ioan. 3. Exod. 26. Beda. Matth. 5. Apoc. 6.

Matth. 24. De quo Matth. Sol obscurabitur & Lucas. Erunt signa in Sole & Luna, &c. Ita exponit Andreas Casariensis, & Cyrill. Quod verò simul posuit saccũ, & ciliciũ, ad exaggerã dã luctus causam fecit, quia erit in terra pressura gētũ. Præterea saccus & ciliciũ pro eodẽ accipiuntur, & apud Hebræos vtrũque vocatur eodẽ nomine, Saq. in omnib' locis supra citatis, & vbiq; alias. Nã de nomine cilicij nulla mentio est in Hebræo fonte, sed à vulgata sic vertitur, quia idem est q̃ saccus Iã verò mysticè Sol obscurabitur sicut saccus cilicinus, quia viri iusti qui Sole Clariores prius erũt tẽpore quidẽ Antichristi, viles reputabũtur, & aliqui ex eis cadent. Nã certe: Nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro. Ita exponunt Beda, Rupertus, Glos. Haymo, & D. Thom. ¶ Cincinnus vide Capillus.

CAPVT LXXXII.

Cinæus, & Cinæi.

CINÆI populi erãt qui inter Amalechitas habitabãt. 1. Reg. 15. vnde illos recedere iussit Saul, quãdo iussu Domini deleuit Amalech. Ducebãt autẽ Originẽ Cinæi à Ietro, socero Moyfi venerant q; cũ filiis Israel recepta fide & lege Moyfi Exod. 18. & Num. 10. vbi legimus: Dixit Moyses Obab filio Raguel Madianita cognato suo. Veni nobiscũ, & benefaciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israeli, &c. Et paululum renitenti subdidit: Noli nos derelinquere, tu enim nosti per desertũ, quibus locis castra ponere debeamus. Vbi Glos. Greg. allegat, qui ait, Nõ angustiabat mētẽ Moyfi itineris ignorãtia, quẽ columna nubis, & ignis deducebat: sed egit vt superbus auditor eo magis fieret deuotus, quõ putaretur necessarius. Hæc ille prudẽter itaque illũ cepit, iuxta illud: Estote prudentes sicut serpentes, & quis putas est fidelis seruus & prudens, quem cõstituit Dominus super familiam suam, &c. Permanserunt itaque Cinæi inter filios Israel: 1. Paral. 2. G. & Iudi. 1. D. 4. c. 5. D. Cinæus autẽ interpretatur possessio, est que typus gentium, quæ susceperunt fidẽ Ecclesiæ, de quibus Psal. 2. pater filio dicit. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

CAPVT LXXXIII.

Cinnamomum.

CINNAMOMVM Hebraicè dicitur in sacra scriptura Besen. Exo. 35.

Cinnamomum frutex est in Æthiopia surculosus, duorum cubitorum altitudinis, omnem in cortice virtutem, & pretiũ habens, corticem itaque cinnamomi à quadam canalis figura vulgus canelam vocat, de quo Plinius lib. 12. cap. 19.

Cinnamomũ numeratur inter quatuor illas species aromaticas, ex quibus preciosum vnguentum ad vnctionem tabernaculi, & arca fæderis miscebatur. Exo. 30. Denotatque cognitionem sui vt ibidem docet Glossa: tum propter colorem cinericiũ, tum etiam propter humilitatem fruticis, & quia non corde sed cortice pollet. Vnde sapientia clamat in Ecclesi.

Quasi cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi dicat, dedi odorem balsami quia charitate repleo sapiẽtes: & dedi odorẽ pariter cinnamomi, idest propria cognitionis, qua sapiens quidquid habet, non à se, sed ab extra putat habere, iuxta illud Matth. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. & Iocobi. 1. Omne datũ optimum & omne donum perfectum de sursum est, ideo Paulus ait: Induti lorica m iustitiæ, idest nõ ex interiori vestra sed ex donata extrinsecus desuper à Deo. Quod etiam insinuat apud Isaiam, vbi Ecclesia dicit: Quia induit me uestimentis salutis, idest salute ab extrinsecò mihi veniente, non ex mea propria virtute pullulante: quamuis mihi vere inhæreat, & in me re ipsa sit, sicut cinnamomum corticem odoratum inhærentem habet. Hoc ergo modo sapientia quidem aromatizans dat humilitatis odorẽ, sicut cinnamomum. Hunc odorem dedit Centurio Christo dicens: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. Et Petrus cum dixit: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Et Maria clamans: Ecce Ancilla Domini Vnde Hierony. Epist. ad Celantiã, Nihil (inquit) est quod nos ita gratos Deo & hominibus faciat, quã si vitæ merito nõ magni apud nos, sed humilitate infirmi simus. Nõc ille & Glos. super illud Cã. Emissio nes tuæ, paradus malorũ puniceorũ &c. Fistula & cinnamomũ. Fistula, inquit, quæ inter herbas aromaticas à quibusdã cõputatur, humiles spiritu significat cinnamomũ breuis arbor, cinerei coloris, ad medicinẽ vsus, fistula duplo præstans, denotat illos quidũ

Andreas Casariensis, & Cyrillus. Luc. 21. Beda, Rupertus, Glossa. Matth. 24. Haymo, D. Thom. 1. Reg. 15. Glossa. Greg. Matth. 10. Matth. 24.

Plinius. 2 Exo. 30. Glossa. Ecclesi. 24. 3 Matt. 11. Eph. 6. Math. 8. Luc. 5. Hierony. Glossa. Can. 4. Pp se

se infirmos reputant, eorū humilitas apud Deū, dulcedinē habet, & laudē. Hęc Glos.

CAPVT LXXXIII.

Cingere, Cingulum, Baltheus.

CINGVLVM dicitur Hebraicē Cin scriptura Mezach. Pſal. 108. & Iſa. 23. Non eſt Cingulum, &c.

Cingere eſt deſuentes aſtringere veſtes quouis cinctorio. Cingulum verò eſt quo veſtes aſtringimus. Quāuis Cingulū fit ſœminarū frequens, Baltheus vero vi- rorum, & peculiare ſacerdotum & militū. Sic legimus Exo. 29. Cingeſque baltheo Aa ron. Item de militibus habes. 1. Reg. 18. Ionathas dedit Dauid arcum ſuum, & uſque ab baltheum. Et Iob. Baltheum regum diſſoluit. De quo indiſtione accingere libr. 1.

Cinxit eū tintinabulis phraſis eſt Eccl. 45. quæ denotat dignitatem ſummi ſacer- dotij veteris legis: qua Dominus decora- uit Aarō. Erat enim vt Exod. 28. legimus ſummo ſacerdoti facta tunica tota Hy- acinthina, deorſum verò pendebant quaſi mala punica, & aurea tintinabula Hiero. Ep. ad Fabiol. dicit in extrema parte tunicę, ideſt, ad pedes ſeptuaginta, duo tintina- bula & totidē mala punica fuiſſe ita vt in- ter duo mala punica vnū tintinabulū eſ- ſet, & inter duo tintinabula malum puni- cum, vt cum ingreditur pontifex in ſancta totus vocalis incederet. Eccleſiaſticus lo- co citato dicit, iuſſum fuiſſe pontifici ſoni- tū facere in tēplo, in memoriam filiis gē- tis ſuz, quod Lyranus exponit in memo- riam legis datę cum ſonitu buccinæ. Quia ſacerdos non ſolum debet facere legem quod per mala punica designatur in fru- ctu. Sed & docere. iuxta illud: Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus uocabitur in reg- no calorū. Sed Ianſenius explicat in me- moriā debitę reuerentię ſacerdoti, & obe- diētīę, iuxta illud: Super Cathedrā Moysi ſederunt principes & phariſei: quęcumque di- xerint uobis facite. Porro ſecundum Apo- ſtolū: Omnia in ſigura contingebant illis, ideo in memoria promiſſionis Meſiæ de ge- nte ſua ſonitus edebatur, quia ille miſſurus erat duodecim Apoſtolos per omnem ter- ram. Vnde & Iuſtinus Martyr duodecim fuiſſe dicit aurea tintinabula in dialogo cū Tryphone. Quamuis ſi ex ſententia Hiero- nymi fuerint ſeptuaginta duo, ad totidē Chriſti dicipulos referri poſſunt: vt notat

Beda, de quibus Luc. 10. Designauit Domi- nus alios ſeptuaginta duos. Cingulum etiam pro dignitate ponitur ſacerdotali Iſai. 22. Cingulo tuo confortabo eum, ideſt abiato ſa- cerdotiſ Leuitico, quod Sobonas tūc ha- bebat, conſtituā Sacerdotem Eliachim in typum Chriſti vt Hierony. ait vnde Pſal. de Chriſto dicitur: Tu eſ ſacerdos in æternū ſecundum ordinem Melchizedech.

Cingulum non ſoluere eſt ſignum ſum- mę diligentię in bello, ſic legimus Iſa. 5. Neque ſoluetur cingulum renū eius. Quod de Tito Veſpaſiano in expugnatione Hie- ruſalem Hierony. exponit: quia cupidita- te prædandi vix ſomnum admittere pote- rat aut cingulum ſoluere. Quid ergo no- bis faciendū eſt cælum deprædari cupien- tibus, quia Matth. 11. Regum calorū uim patitur: & uiolenti rapiunt illud, ideo & Dominus ait: Vigilate quia nescitis diem ne- que horam. Matth. 25.

Cingulum habiturus Chriſtus prædica- batur Iſai. 11. Et erit fides cinctorum eius, & iuſtitia cingulum lumborum eius. vbi Hiero. fidem credentium cingulum eſſe Domini dicit, ipſe enim etiā vt homo nō fide quidē obſcura, ſed clare Deū videbat, iuxta illud Pſal. Et beatum faciat eum in terra. Itē apud Ioā: Quę uidimus teſtamur, Iuſtitia verò cin- gulum Chriſti eſt quæ tanta fuit, vt dicere poſſet hoſtibus ſuis: Quis ex uobis arguet me de peccato? Poſteſt etiā fides referri ad fideli- tatē Chriſti in ſeruandis promiſſis, quia ſi deliter implet quod promiſit ſi promittit Ioan. 12. Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Et Ioan. 14. Eo parare uobis locum. Itē Ioan. 16. Iterū ueniā ad uos, & gaudebit cor ue- ſtrū. Et Matth. 19. Vos qui ſecuti eſtis me, ſe- debitis ſuper ſedes duodecim, &c. Et certe cin- gulū ſummi pōtificis Aarō. Exo. 28. quod latitudinis quatuor digitorū & ex quatuor coloribus variegatū erat figura fuit huius cinctorij fidelitatis Chri in promiſſis, pro- mittit enim tēporalia bona dicens: Queri- te primū regnū Dei, & iuſtitia eius, & hæc om- nia adiiciētur uobis, ſecūdū pollicetur etiā pacē animę in hac vita: Pacē relinquo uobis. Promittit deinde poſt hanc vitā gloriā ani- mę: Ego uitā æternā do eis. Poſtremo reſurre- ctionē corporis: Qui credit in me etiā ſi mor- tuus fuerit uiuet. Hoc ergo cingulo quadru- plicis promiſſionis aſtringit ſe filius Dei iuxta illud Pſal. Indutus eſt Dominus fortitu- dinem & præcinxit ſe, ſubaudi fidelitate &

Beda. L. uc. 10. Iſai. 22. Hierony. Pſal. 109. Iſai. 5. Hierony. Matth. 11. Matth. 25. Iſai. 11. Hierony. Pſal. 40. Ioan. 3. Ioan. 8. Ioan. 14. Ioan. 10. Ioan. 11. Pſal. 92.

Apo. 19. Iſai. 23. Hierony. Matth. 18. Pſal. 33. Matth. 23. Ioan. vlt. Cyrill. Euthymius. Hierony. Pſal. 104. Lyran. Iosephus. Exo. 8. Genebrar. Oleaster. Ianſen.

veritate iuxta illud Apo. Ecce equus albuseſ- que ſedebat ſuper eū uocabatur fidelis & uerax. Cingulū pro fortitudine & decore acci- pitur Iſa. 23. vbi de Tyro quondā Inſula opulētiffima dicitur: Tranſi terrā tuam quaſi flumen filia maris: nō eſt cingulū ultra tibi, ideſt trāſi in captiuitatē terrā tuā, ſicut qui trāſit fluuiū, vt vel à Nabuchodonofor in Baby- loniā ducaris, vel ab Alexādro Magno in Macedoniā, quia vterque cepit Tyrū. Nō eſt cingulū ultra tibi quod exponit Hiero. ſe- cūdū translationē Septuag. Nō ueniēt, ad te naues, vt te cingāt, & ornēt. ſicut prius conſueuerāt, cū eſſes Inſula. Sed iā eris con- tinens, & deſerta. Myſtice verò, quando anima quaſi inſulā maneta mūdānis terre niſque ſeparata voluptatibus, nauibus vir- tutū Angelicarū cingitur quæ ceſteſtes ad eius nundinas merces ſanctorū donorū ad- ducunt. De quibus dicitur: Angeli corū ui- dent faciē patris mei, & Pſa. Immittet Angelus Domini in circuitu timentū eū. Sed ſi tradita fuerit in poteſtatē Satanę: nō eſt cingulū ultra ei, ideſt nō eſt tam familiaris Angelo- rum proteſtio. Sic Pharifeis Dominus di- xit: Ecce relinquetur uobis dom⁹ ueſtra deſerta. Alius te cinget dixit Dominus Petro mor- tē Crucis illi prædicens, vt exponūt Cy- rill. & Euthymius, quo etiā denotatur ne- minē debere ſeipſum occidere vt ait Aug. Cingulum tradidit Chanaanē uide in verbo Chanaan. Cingulum ſacci uide in verbo Cilicium. Cinxi te byſſo uide in verbo Byſſus. CAPVT LXXXV. Cinipheſ, Cynomia. CInIPſ in ſingulari & Cynipheſ in plurali genus eſt muſcarum minutiffi- marū, quæ tamen aculeo terebrant corpus cui inſederint, ita tenet Hiero. ſuper illud Pſal. Dixit & uenit Cynomia & cinipheſ in omnib⁹ finibus corū. vbi Cynomia muſcā ex- ponit caninā Cinipheſ autē quaſi culices pūgentes: idē tenet Lyra. ſed Iosephus. li. 2. Antiquitatum cap. decimotertio expli- cans illud Exod. Et percuffit puluerem terrę factique ſunt Cinipheſ in hominibus & iumentis. Pediculorū (inquit) innumera multitudo Ægyptiū pullulauit. Idē tenēt Genebrar. ſuper Pſal. 104. & Hieron. Oleaſter ſuper Exo. 8. Et quidē uox Hebræa Chinim ad culices & pediculos indifferens eſt. Vnde Ianſen. in Pſal. 104. vtru nque indifferen-

ter intelligit, ſed quia vulgata Cinipheſ ver- tit, magis tenēdū eſt fuiſſe culices moleſtiſ- ſimos, quos tamē Pharaonis Magi efficere ſuis artibus nequiuertunt ſcilicet uirtute di- uina ligati, vt dicere cogerētur. Digitus Dei eſt hic. De quo uide li. 4. in uerbo Digitus, Myſtice verò culices pūgentes remorſus conſcientiæ ſignificant ad reſpiſcentiam quidē ſtimulātes, quos Deus proſectio & eius prædicatores excitant, dæmonis autē opera non ſunt. Hos immiſit Deus in corda trium millium qui conuerſi ſunt ad prædicationem Petri. Item in cor mulie- ris quæ erat in ciuitate peccatrix.

CAPVT LXXXVI.

Cinis.

CINIS apud Hieremiam cap. 6. & 25. uocatur Epher & Hierony. uer- tit aliquando puluerem.

Eſt autē Cinis ille puluis quod ex cōbuſtio- ne remanet. Cinerē autē ſuper ſe ſpargere vel ſibi ſternere vel panē cū cinere māduca- re eſt agere pœnitentiā & lugere ſic. 2. Reg. 13. Thamar lugens ſe à fratre oppreſſam: Aſperſit cinerē ſuper caput ſuum. & Iudith. 4. Erat cinis ſuper capita eorum. & cap. 7. A. & 9. A. Itē Eſther. 4. A. 14. A. Iob. 16. e. 30. c. Idē cap. 42. dicit. Ago pœnitentiā in ſauilla & cinere. Item Dauid Pſal. 101. Cinerem tāquā panē manducabā & potū meū cū ſletu miſ- cebam, & Iſa. 58. B. 6. 1. A. Et alibi paſſim.

Sic Matth. 11. ad Corozaim & Bethſaidā ciuitates Galilæę Dñs dixit: Si in Tyro & Sidone factę eſſent uirtutes quæ factę ſunt in uo- bis ſolim: in cilicio & cinere pœnitentiā egiſſent: De quo magna queſtio eſt quā mouet hic Hiero. his uerbis ſi Sodoma & Gomor- rha potuerūt agere pœnitentiā ad prædica- tionē & miracula Saluatoris, nō uidentur eſſe in culpa quod olim non crediderunt. Ad quod reſpōdet ignorare nos iudicia Dei ſed Abulēſis q. 53. ſuper hūc locū clarius nodū ſoluit dicēs Tyrios, Sidonios, Sodo- mitas & Gomorrhæos iuſte fuiſſe damna- tos quia illi prædicatores habuere Loth. illi Prophetas ſibi proximos Iudeorū Eſaiam Hiero. qui cōtra eorū uitia ſcripſere itē gra- tiā Dei præueniētē, quæ nulli negatur iux- ta illud Iob. Super quem non fulget lumē illius? Quod ſi adhuc roges quare non dedit il- lis Deus efficacis auxilium? reſpondent do- ctiores ſcholæſtici, fatiſ eſſe dediſſe illis au- xilium ſufficiens, quo ſi bene ubi fuiſſent

Aet. 2. Luc. 7. Iob. 25. Hierony. Queſtio. Hierony. Matth. 11. Hierony. Iob. 25.

Aug. nec libere illud repulissent, dedisset illis sine dubio efficax auxiliū iuxta Theologikum axioma: *Faciēti quod in se est Deus non denegat gratiam.* v. g. vt (inquit) Aug. lib. de gratia & lib. arbit. Deus dat auxiliū sufficiens peccatori, vt orēt, ieiunet, & elemosynas faciat si potest, isti enim comites iuant orationem vt petat peccator auxiliū efficacax, quod si petierit cum conditionibus requisitis accipiet: *Quia omnis qui petit accipit.* Matth. 7 Sed si adhuc roges quomodo Christus defuturo contingenti ab solute dicit: *In cilicio, & cinere,* poenitentia egissent. Ad hoc respondent D. Thomas, in commentariis huius loci, Remigius, & Abulensis, in essentia diuina quam filius Dei clare intuebatur cuncta esse certa, quada certitudine infallibili, etiā quæ apud nos futura sunt contingentia sciebat, ergo Deus scientia simplicis intelligentiæ: si tale auxiliū Tyrij & sidonij accepissent, infallibiliter ad poenitentiam, libere tamen resipuisent.

3 Incinerē aliquid redigere est destruere & desolare sic apud Ezech. de superba Tyr. Dominus dicit: *Dabo te in cinerem.* Et in Amos *Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum, eo quod incenderit ossa regis idumæ usque ad cinerem.* In quo vt Hieronymus ait ostendit se Deus omnium creatorem, qui iniuriam gentilis populi contra gentilem regem Idumæum filicet, vlciscitur. Quod si punit Gētilē, qui odio gentilē habuerit, etiam defunctum: quomodo punit Christianos qui odio habēt inimicos suos contra præceptum illud: *Diligite inimicos uestros.* Item esse sicut cinerē sub pedibus. Est omnino perire, sic de impiis dicitur apud Malach. *Cū fuerint impij sicut cinis, sub planta pedum uestrorum.* Et Petrus ait: *Ciuitates Sodomorum in cinerem redigens.* Vnde ad mortis memoriam, & ad propriæ infirmitatis cognitionem, sepe in scripturis homo cineri comparatur. Sic Abraham. *Loquar ait, ad Dominum meū, quāuis sim puluis, & cinis.* Et Iob. 13. *Memoria uestra comparabitur cineri, & sapiens ait: Extinctus cinis erit corpus nostrum.* Et in Ecclesia: *Quid superbis terra & cinis.* Itē in Isai. *Erunt populi quasi de incendio cinis.* Ideo in feria. 4. cinerū in memoriā mortis & poenitentia signum Ecclesia cinere signat fidelium frontes.

4 In cinerē ponere lapides altaris, lucorū

& templorū, est idolatria destruere gētū, quod facturos Apostolos prædixit Esai. *Super his dimittetur iniquitas domus Iacob. Et iste omnis fructus eius, ut auferatur peccatū eius quia posuit omnes lapides altaris, sicut lapides cineris allisos. Non stabunt luci: & delubra. vbi Hiero. præteritū poluit, pro futuro ponet interpretatur. Vt fit sensus. Dimittetur peccatū Domui Iacob, Crucifixionis Christi, quia per filios suos Apostolos destruet lapides idolatriæ gētū in toto orbe, trinitatis notitiā introducens iuxta illud Matth. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti.* Eodem modo Cyrillus qui ad hoc allegat illud Rom. 11. *Cum plenitudo gentium intrauerit tunc omnis Israel saluus fiet.**

CAPVT LXXXVII.
Circuncisio, ircuncidere.

CIRCUNCIDERE dicitur Hebraicē Mol. vt habes Gen. 17. *Circūcidetur ex uobis omne masculum.*

Circūcisio vt (inquit) damascenus erat abcisio præputij, idest pelliculæ summitatis, mēbri virilis, in signū distinctionis Israeliti populi à gētibus, ex pacto Dei factō cū Abraham Gen. 17. & cū posteris eius, vbi præcipiebatur: *Infans octo dierū circūcidetur.* Hoc præceptū filius Dei obseruauit quādo: *Vocatum est nomen eius Iesus,* idest Saluator, vt ostēderetur, ipsum esse cuius virtute circuncisi remissionem originalis peccati recipiebant.

Quomodo autē circūcisio peccata dimitteret & gratiā conferret iustificantē quærūt doctores in 4. sent. Certū autē est remissionē originalis paruulis cōtulisse cum gratia iustificatē, adultis verō etiā actualia remisisse, vt asserit D. Tho. 3. p. q. 71. ar. 4. ceterū difficultas est, An virtute operis operati ipsi circūcisionis, an verō ex solo pacto diuino hoc fieret: De quo quidquid alij senserint, sententia D. Thom. magis mihi probatur loco citato. Videlicet et non virtute quidē circūcisionis, operis quæ aiūt, operati, sed ad præsentia eius, virtute pacti diuini, ex fide Christi, & propter merita eius præuisa gratiā conferri consueuif se, Quia vt definitū est Concilio Florentino & Tridentino sola nouæ legis sacramenta efficiunt quod significāt, idest gratiā, vetera verō non item. Vnde Gal. 5. *Si per legem iustitia, gratis Christus mortuus est.*

Aug.

D. Thom. Remigius, Abulensis.

Ezech. 28.

Amos. 2.

Hierony.

Matth. 5.

Malac. 4.

2. Pet. 2.

Regula. Gen. 18. Sap. 2.

Ecclesi. 10. Isai. 33.

Esa. 27.

Hierony.

Matth. vlt.

Cyrillus.

ברא

Damascen.

Gen. 17.

Luc. 2.

2

D. Thom.

Concil. Flor. Con. Trid.

Est

Con. Arausi.

Ioan. 1:

3

Rom. 5:

Hugo Viçt.

Magister Sententia.

4

Ioan. 7:

Chrysof. Cyrillus.

Et Concil. Arausiano Can. 16. & 21. dicitur. Si secundum legem alicui contingeret iustitia, sine causa & frustra Christus venisset, vt moretur. Sic Ioan ait: *Lex per Moysen data est: ueritas autem & iustitia, per Iesum Christum facta est.*

Cæterum rogare quis posset quare solis masculis data fuerit circuncisio, cum feminae quidem non minus quam mares in originali peccato nascantur? Ad quod expedita responsio est: propter peccatum Adæ, posteros eius in originali concipi, non propter mulieris culpam: quæ licet peccaret, virò sine peccato perseuerante, immunes plane à peccato nasceremur. Vnde in Epist. ad Rom. *Legimus, per unum hominem peccatum intrauit in mundum. Quam obrem non feminis quidem, sed uiris in dicta est circuncisio.* Habebant autem femellæ remedium suum: uidelicet oblatio nem, qua Deo sicut in lege naturæ offerre bantur, quo etiam remedio saluari poterat in lege puer, qui sine circūcisione forte ante diē octauū moriebatur. Quia vt Hugo tenet, non licebat illis octauum diem à lege præscriptū præuenire, sicut neque hodie Iudæi præuenire audent. Vnde non erat in hoc, quod Magister in. 4. dubitaret.

Circuncisio ergo lege præcepta, cum esset opus salutis, non erat inter opera seruilia connumeranda, ideo in Sabbato fiebat, si Sabbatum quidem esset octauus dies natiuitatis. Eadem quoque ratione cum Dominus corpora simul animas que sanaret, non violabat diem Sabbati, quamuis in Sabbato curaret: quod ignorantes Pharisei stulte damnabant filiū Dei, ideo dixit eis: *Propterea Moyses dedit uobis circuncisionem. Non quia Moysi est circuncisio, sed ex patribus. Si ergo homo circuncisionē accipit in Sabbato, ut nō soluatur lex Moysi, mihi indigna mini, quia totū hominē saluum feci in Sabbato?* Quod ita explicat Chryf. & Cyrill. videlicet cū circūcisio nō sit ex Moysē, vt pote quæ multo prius quā ille nasceretur, data est Abraham, nihilominus tamē nō violat legē de obseruatione Sabbati, quamuis fiat in Sabbato, multo ergo minus miraculosum opus à me factū in Sabbato, violat legē Moysi. In circūcisione quippe vna sola ratio milita, salutis animæ pueri, in meis autē miraculis plures plane rationes sunt. Quia supernaturali virtute fuit, & in salutē corporis & animæ, & à Dño legis.

Circūcisio dicitur ab Apostolo signaculū iustitiæ fidei, vbi Hiero. Signaculū (inquit) accepit illius iustitiæ quā eius fides cū adhuc præputiatus esset meruit. Perfecta enim fuit fides eius: ita vt signaculum mereretur. Semper enim res plena signatur, Hæc ille. Alludit autem ad Epistolam, librum, picturā, & familia, quæ cum perfecta fuerint, ab autore signatur. Hinc probat Apostolus fidē & iustitiā Abraham ante circūcisionem fuisse præstantem: neque ab ea subinde dependisse vt pote antiquiorē illa, & sic esse credētū patrē, tā in circūcisione quā in præputio. Sic explicat Chrysof. Theodoret. Theophy. & D. Tho. qui addit in cōmētariis, circūcisionē ultra signū fuisse quoque iustitiæ Abraham duobus modis. Quia credebatur peccatū à Deo remitti, & resecari, sicut superflua caro resecabatur. Præterea signū erat multiplicationis seminis sui sicut stellas cæli, secundum promissā Dei, quia resecatio præputij ad generationē iuuat. Denique signū erat Christi ex eius semine pura carne & ab omni superfluo munda nascituri.

Circūcisionē aliqui etiā cum lege gratiæ necessariā putabāt ad salutē Apostolis ad huc uiuētibus. vt legimus Act. 15. sed cōtrariū in Cōcilio tūc Apostolico decretū est. Ita tamē vt aliquo tēpore, dum adhuc Synagoga cū honore sepeliretur, circūcisio Iudæis, nō quidē vt necessaria, sed ad eorū consolationē permitteretur: gētibus autem nullo modo indicta est: vnde. 1. Cor. 7. *Circūcisio (inquit) Apostolus: nihil est, & præputiū nihil est, sed obseruatio mādatorū Dei.* Itē circūcisus aliquis uocatus est, nō inducat præputiū: in præputio aliquis uocatus est, nō circūcidatur. Præterea Gētilibus scribit Paul. *Eccē ego dico uobis, quomā si circūcidamini, Christus uobis nihil prodest.* Super quē locū Hiero. potest (inquit) aliquis dicere contrarius est hic locus illi, quod Rom. 2. scribitur: *Circūcisio quidem prodest, si legem custodias.* Quod hac responsione soluitur, illud ad Romanos scribi Iudæis ad fidem conuerfis, qui inter gentiles erant, & hoc egit Paulus vt neuter populus offenderetur, hoc est vt gentiles nō circūciderentur, nec Iudæi præputiū adducerent. Ad Galatas autem solum loquitur his qui crediderant ex gentibus, &c. ideo subdit. *Nam in Christo Iesu neque circūcisio aliquid ualet, neque*

Rom. 4: Hierony.

Chrysof. Theodoret. Theoph.

Act. 15.

1. Cor. 7.

Gal. 5.

Hierony.

Rom. 2.

7
Rom. 2.
D. Thom.
Matth. 15.
Hier. 4.
Luc. 2.
Matth. 16.
8
Rom. 15.
Hierony.
Matth. 5.
Glossa.
D. Thom.
Lyran.
Matth. 15.
Isai. 65.
Zach. 9.

præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Hæc Hieronymus. Secundum hanc ergo regulam Paulus Timotheum, qui ex patre quidem Gentili, de matre Iudæa natus fuerat, circumcidit. Nō quia necessarium esset sed causa dicta.

Circuncisio in spiritu non litera passim laudatur: quæ nihil aliud est quam affectuum, & perturbationum mortificatio, & mundanæ præcisio consuetudinis: sic in Epist. ad Rom. *Non quæ in carne est circumcisio, sed circumcisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo.* Vbi D. Thom. duobus modis circumcisionem cordis exponit, vno modo vt sit illa quæ superfluas cordis cogitationes abscondit, de quibus Dominus Matth. 15. *De corde exeunt cogitationes præuæ, &c.* Alio modo circumcisio in spiritu non litera est spiritualis intelligentia legis, non secundum corticem literæ, quæ in ceremoniis tantum occupatur externis: sed in spiritu fidei & charitatis Christi per legem figuratæ. De qua spiritali circumcisione prædixit Moyses Deut. 30. *Circumcidet Dominus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis uiuere.* Et Deut. 10. *Circumcidite igitur præputium cordis uestri: & cervicem uestram ne induretis amplius.* Item Hiero. *Circumcidimini Domino, & auferte præputium cordium uestrorum uiri Iuda.* Hanc circumcisionem nos docuit Dominus, quando circumcisus octauo die: *Vocatum est nomen eius Iesus, id est Saluator, præsertim eorum, qui corda sua circumcidunt, iuxta quod postea docuit dicens. Si quis uult uenire post me abneget semetipsum.*

Circuncisionis minister dicitur filius Dei. Rom. 15. *Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis, ad confirmandas promissiones patrum.* vbi Hierony. exponit suscepisse Christum circumcisionem vt impleret legem, vnde ipse dixit: *Non ueni soluere legem: sed adimplere.* Secunda expositio Hierony. Glossæ. D. Thomæ & Lyrani uenisse Christum ad prædicandum Iudæis in propria persona. sicut ipse testatur Matth. 15. *Non sum (inquit) missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Quod uerò subditur iuxta promissiones patrum, perinde est atque si diceret, sicut à prophetis prædictum est. Isai. 65. *Et non audietur uox eius fortis, id est extra Iudæam.* & Zach.

9. *Iubila filio Hierusalē. Ecce rex tuus uenit tibi.* Quamuis Ambrosius & Chysostrus extendant promissiones patrum non solum ad Iudæos, sed etiam ad omnes gentes. Sic enim promissum est Abraham: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.*

Circuncisus minime fuit populus in deserto: ne forte perirent teneriores infantes, cum nescirent quādo columna ignis & nubes, eos ad iter agendum impelleret, ideo post annos quadraginta circumcisi sunt à Iosue in Galgalis cultris lapideis, in ingressu terræ Promissionis, Iordane transmissio. vbi Dominus ad Iosue. *Fac tibi cultros lapideos: & circumcide secundo filios Israel.* Quod Lyranus intelligit, fac secundam solennem circumcisionem. Quia prima facta est Gen. 17. ab Abraham, post illam autem nulla alia solennis facta est nisi ista. Nec ualet obiectio Burgensis quod tempore Abraham non dum erat Israel, satis enim fuit, vt in lumbis esset Abraham, maxime quia nulla solennis alia circumcisio facta legitur in scriptura sacra. Neque mysterio caret circumcisio duplex, vt Glossa. notat. Prior enim facta est per legem Moysi, quæ superfluas docuit perturbationes abscondere. Posterior uero in lege gratiæ cultris lapideis imitationis Christi Iesu, de quo Paulus ait: *Petra autem erat Christus.* Qui dat cōsilia p̄ perfectionis.

Circumcidit Moyses filium suum in via Ægypti, de quo Exod. 4. *Tulit Sēphora acutissimam petram & circumcidit præputium filii sui: tetigitque pedes eius & demisit eum, dicens sponsus sanguinum tu mihi es.* Quia uolebat Angelus occidere Moysen eo quod non circumcidisset Eliezer filium suum, vt exponit Aug. in qq. super Exodum, & Theodoretus, & Lyranus & Vatablus, ideo Sēphora uidentem Angelum euaginato gladio, circumcidit infantem, & proiecit præputium eius ad pedes Moysi, & tetigit eum, atque indignata quod sponsus ei sanguinis esset, recessit ab eo cum filiis in domum Patris quod Moysi perutile fuit: vt onere uxoris exutus legatione diuina melius apud Pharaonem, & expeditius fungeretur. Glossa ordinaria Sēphoram Ecclesiæ typum fuisse dicit uenientem ex gentibus, quæ recessit à Moysenēque ceremonias legis accepit.

Ambros. Chrysostr.
Gen. 12.
9
Iosue 5.
Lyran.
Gen. 17.
Burgensis.
Glossa.
1. Cor. 10.
I 0
Exo. 4.
Aug. Theodoret. Lyran. Vatablus.
Glossa.

CAPVT LXXXVIIII.
Circundare.
CIRCUNDARE dicitur Hebraice in scriptura Chog. Iob. 26. Ternium circumdedit aquis.

1
3. Reg. 20.
2. Paral. 16.
Matth. 21.
2
Psal. 47.
Iansen. Vatablus.
Matth. 16.
Hierony. Aug. Cassiodor. Theodoret. Euthymius. Remigius. Glossa. Lyran. Geneb.
3
Psal. 90.
Theodoret.
Ioan. 14.

Circundare est undique claudere, & circumcingere. Sic legimus circumdare ciuitatem vel inimicos, id est obsidere. 3. Reg. 20. 8. & 4. Reg. 3. D. & alibi passim. In bonum quoque accipimus circumdare ciuitatem vel locum muris, vel munitionibus. 2. Paral. 16. *Et muro circumdabat Rama.* Item de uinea in parabola Matth. *Septem circumdedit ei.* Id est populo Iudaico custodiam adhibuit Angelorum vt Hierony. exponit.

Circundare Sion prædicatione iubentur Apostoli Psal. 47. *Circundate Sion, & complectimini eam narrate in turribus eius.* Vbi quamuis Iansenius & Vatablus Hebræorum uestigis inhaerentes, hoc de materiali Hierusalem, post uictoriam regis Iosaphath dictum putent, vt circumspiciant inexpugnabiles muros eius & eam laudibus complectantur: sed nihilominus historicus sensus est, uaticinium esse de Ecclesia Christi: de qua Dominus: *Et porta inferi non præualebunt aduersus eam.* Quia sequitur: *Quoniam hic est Deus in æternum, & in sæculum sæculi, quæ phrasia æternitatem denotat à parte post, quæ materiali nequit Hierusalem conuenire. sed illi, cui Dominus dixit. Ecce ego uobiscum sum usque ad conuocationem sæculi.* Subaudi & postea sine fine sic explicant huc Psal. Hierony. Aug. Cassiodorus Theodoretus Euthy. Remigius Glossa Lyranus & Genebrardus. *Circundate ergo Sion, est idem quod: Euntes docete omnes gentes & prædicate Euangelium omni creaturæ.* Marc. ult.

Circundare est etiam protegere Psal. 90. *Scuto circumdabit te ueritas eius, quod Theodoret. de Ezechia rege prædictum putat: qui confidens in ueritate Dei de Assyriis percussis ab Angelo, triumphauit. Sed alij de omnino iusto in Deo confidete, latius intelligunt: ueritas Dei, quæ nunquam fallit, scutum est ex omni parte circumdans, & protegens. recte uero uox Hebræa Sohera, clypeum rotundum siue parmam significat, ita ut vel ipse Deus qui dicit: *Ego sum uia ueritas & uita.* sit scutum iusticircum circa uel fidelitas eius & ueritas promissio*

nis, quæ promittit dicens Psal. *Sperantem autem in Domino misericordia circumdabit, & Ioā. 16. Tristitia uestra uertetur in gaudium.* Item Luc. 21. *Capillus de capite uestro non peribit.* Sic exponit Lyr. Vatab. Iansen. Geneb. Hierony. Cassiodor. Beda, August. & alij.

Circundare dicitur hominem tristitia, uel etiā læta, id est cingere illum & abundanter affluere, Habacuc: *Circudabit te calix dextere Domini.* Quod regi prædicitur Babylonia, à Medis & Persis deturbado: ut exponit Hierony. Itē ad decem tribus Israel ab Assyriis capiendas dicitur in Osea. *Nunc circumdederunt eos adiuuentiones sue: Et Psal. Circudederunt me dolores mortis.* Sic Iob ait: *Circudedit me felle & labore, &c.* & Psal. *Terrores tui conturbauerunt me: circumdederunt me sicut aqua, tota die.* De prosperis quoque dicitur Psal. *Cōcidisti saccum meum, & circumdediti me lætitia.* Quia post poenitentiam & saccum successit Prophetæ lætitia de spe uenit, sic intelligit Vatab. Lyra. Iansen. & Geneb. Quod etiā quadrat cūctis uere poenitentibus, itē illis qui propter Deum tribulantur: quibus Dominus dicit: *Tristitia uestra uertetur in gaudium.* Mystice uero de Christo resurgente conuulsomortalitatis sacco exponit Hierony. Cassiodor. Glossa. Hugo. Iob. 40.

Circundare sibi decorum est uestiri more Dei qui quasi luminaribus celi ornatur, sic Dominus dixit ad Iob. *Circuda tibi decorum.* Circudari uestimētis salutis est dona gratiæ iustificatis recipere. Sic Ecclesia clamat. apud Isai. *Induit me uestimentis salutis: & in dumeto iustitiæ circumdedit me.* Sic exponit Hieron. de Ecclesia baptizata iuxta illud: *Quot quot in Christo baptizati eritis: Christum induistis.* Sic etiā Cyrillus Lyra. & Vatab. de gratia iustificante. quæ est uestis illa nuptialis, sine qua damnari meruit, qui ad conuiuium intrauit parabole nuptiarum.

Circundatur Ecclesia uarietate secundum eandem partem in Psal. *Assit regina à dextris tuis circumdata uarietate.* Id est uariis & uersicoloribus indumētis, quibus significatur uarietas habituum intusarū uirtutum: ut uult Iansen. uel de uariis charismatibus & gratiis datis serm. est: de quibus Apostolus: *Diuisiones gratiarum sunt, idē autē spiritus.* Sicut exponit Aug. Hiero. Theodoret. Lyra. & Geneb. Itē gētiū cōnexio diuersarū facit uarietatem iuxta illud: *Multi ab Oriente & Occidente ueniunt.* Imo cum recens natus esset sponsus, uariā

Psal. 51.
Lyran.
Vatablus.
Iansen.
Geneb.
Hierony.
Aug.
Cassiodor.
Beda.
4
Haba. 2.
Hierony.
Ose. 7.
Psal. 17.
Iob. 16.
Thre. 3.
Psal. 87.
Psal. 29.
Vatablus.
Lyran.
Iansen.
Genebrardus.
Ioan. 16.
Hierony.
Cassiodor.
Glossa.
Hugo.
Iob. 40.
5
Isai. 61.
Hierony.
1. Cor. 11.
Cyrillus.
Lyran.
Vatablus.
Matth. 22.
6
Psal. 44.
1. Cor. 12.
Aug.
Hierony.
Theodoret.
Lyran.
Genebrardus.
Matth. 8.

Lue. 2. hanc vestē sponsæ cepit contexere, quādo: Pastores uenerūt festinate, & rursus: Ecce Magi ab Oriente uenerunt. Item Simeon & Anna prophetissa.

Matth. 2. 7 Circundare virum fœmina dicitur, quando sola sine viri consortio concipit filium Dei Hier. 31. *Nonum creauit Dominus super terram: fœmina circumdabit uirum.* Ita de virgine Deipara exponit Hierony. quæ sine opere viri concepit filium Dei, qui etate infans, sed perfectione uireterat. De quo Lucas: *Spiritus sanctus superueni et in te, & Matthæus: Inuenta est in utero habens de Spiritu sancto.* Sic explicant Aug. serm. 5. de natiuitate Christi: Cyprianus ser. in natiuitate Domini. Item Lyranus hoc loco, & Vatablus, & R. Heccados hunc locum de Mefsia exponit. Fœmina circumdabit Ghibor. Id est uirum fortem ac potentem. Eodem modo R. Hunna. ut refert P. Galatinus lib. 7. de Arcanis. cap. 14. & lib. 8. cap. 2.

8 Circundant Ecclesiam varij ordines sacrorum hominum Deo ministrantium sic Dominus ait apud Zach. *Et circumdabo domum meam de his qui militant mihi.* vbi Hieronymus exponit circumdabo Ecclesiam meam, de his qui ministrant mihi in variis ministeriis, de quibus apud Matth: *Ecc ego mitto ad uos Prophetas, & Sapientes, & scribas, & Luc. 6. Vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis.* Item: *Designauit Dominus alios septuaginta Duos.* vel loquitur de præsidio Angelorum de quibus Lucas: *Et facta est cū Angelo multitudo celestis exercit⁹.*

9 Circundare est interdum dolo vel fraude alium lædere sic legimus dicentem Dominum apud Oseam: *Circumdedit me in negatione Ephraim, & in dolo domus Israel,* quod exponunt Hieronymus & Lyranus de vitulis aureis, quos adorare fecit Hieroboā, assentientibus decem tribubus Israel, quæ negabant Deum dolose. Nam ore quidem confitebantur, sed vitulis potius latriā exhibebant. Tales sunt qui Deo pariter & mūdo seruire volunt: de quibus Matth. 6. *Nemo potest duobus Dominis seruire.*

10 Circundare collo equi hinnitū, legimus apud Iob. *Aut circumdabis collo eius, subaudi equi: hinnitū?* Quod est proprietatē equo dare vocis clarioris quæ secundū Lyran. procedit ex appetitu se ipsum manifestādi, vel etiā ex appetitu generationis. Vnde recte transfertur ad prædicatores: qui

quod verbis docent, exēplo confirmant, & tales apparent in sermone, quales sunt in opere. In quo sensu Salomon ait: *Misericordia & ueritas non te deserant, circumda eas guttu ri tuo,* id est sermone & opere eas retine iuxta illud: *Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus uocabitur in regno celorum.*

Circūdabit eū, subaudi Behemoth: *salices torrentis.* Iob. 40 sub typo Elephantis qui sub vmbra sali cū requiescit, diabolus designatur qui inter homines otiosos & sine truge, quales salices sunt, per quietem deletatur, ut exponit Hierony. & Greg. hoc loco vnde Dominus ait apud Lucam: *Cum spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiē, & non inueniens, ait, reuertar ad domum meam, &c. & inuenit eā uacantem,* id est otiosam.

Circūdare sibi legem Dei quasi coronā, summam denotat uenerationē eius & obseruantiam. Iob. 31. *Et librum scribat ipse qui iudicat, ut in humero meo portem illum, & circumdēdem illum quasi coronam mihi.* Quia ut (inquit) Greg. si lex super humerum recte portatur in opere, coronat caput operantis quasi diadema uictoriæ, iuxta illud Matth. *Si uis ad uitam ingredi, serua mandata.*

¶ *Iniquitas calcanei mei circumdabit me* Psal. 48. vide in Verbo Calcaneus.

¶ *Quia circumdedit me carcere.* Iob. 7. Vide Carcer.

CAPVT LXXXIX.
Circunducere.

CIRCVMDVCERE dicitur Hebraicē Sebab. Deut. 32. *Circunduxit eum & docuit.* Circunducere est per circuitum ducere. Sic quando rex aut imperatorā militibus creabatur circumducebant eum per castra cūtis acclamantibus uiuat rex. 2. Reg. 2. B. E contra rio quoque circumducebantur ad supplicium malefactores in aliorum exemplū. 2. Machab. 6. B.

Circumduxit Deus olim populum Israel per desertū annis quadraginta: ut doceret eum tolerare mala, & patienter ferre. Deut. 32. *Circunduxit eum & docuit & custodiuit quasi pupillam oculi sui.* Item propter peccatum diffidentia, & pusillanimitatis. Num. 32. *Iratus que Dominus aduersus Israel, circumduxit eum quadraginta annis per*

Pro. 3.
Matth. 5.
I I
Iob. 40.
Hierony.
Greg.
Luc. 11.
I 2
Iob. 31.
Greg.
Matth. 39.
I 20
I
2. Reg. 2.
2. Matth. 6.
2
Deut. 32.
Num. 32

desertum:

Exo. 13. 3
Ezech. 37.
Theodo. Lyra. Vatab.
Hierony. Theodo.
Ioan. 3.
Ioan. 11.
4
1. Cor. 9.
Hierony.
Ambr.
Haymo. Theoph.
Theodo. Lyranus. Glossa.
Matth. 6.

desertum: donec consumatur uniuersa generatio, quæ fecerat malum in conspectu eius. Denique ne reuenterentur in Ægyptū Exo. 13. Circumduxit Spiritus Domini Ezechielem per campum mortuorū ossibus plenum, quæ coram oculis eius resurrexerunt. Neque visio corporalis fuit ut notat Theodoretus, sed imaginaria & rursus Lyranus & Vatablus non de resurrectione mortuorum in die finalis iudicij, sed de liberatione populi Iudæorum à Babylonica seruitute intelligendum esse dicūt, idem ante eos Hieronymus tenuit. Item etiam Theodoretus, qui tamen putat resurrectionem mortuorum finalem propositam fuisse Prophetæ ut intelligeret facile futurum esse Deo captiuitatem populi relaxare, cui tam facile esset mortuos illos suscitare. Vnde apud Ioann. dicit: *Veniet hora, & nunc est quando omnes qui in monumentis sunt audient uocem filij Dei, & qui audierint uiuent,* & rursus: *Omnes qui uiuit, & credit in me etiā si mortuus fuerit uiuet.*

Circunducere mulieres à quibus sustentarentur mos fuit Apostolis per totū orbem prædicantibus. ne populos quibus prædicabant grauent, vnde Paulus: *Nō habemus, inquit, potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut ceteri Apostol. Quidam dixerunt Apostolos vxores duxisse cum ad prædicandum pergerent, contra quos Hieronymus super hunc locum scribit. Non dixit, inquit, mulieres ducendine de vxoribus dicere putaretur, sed circumducendi per prouincias, quæ necessaria de suis facultatibus ministrarent.* Hæc ille. Et Ambrosius mulieres ait, desiderio doctrinæ dominicæ, & virtutis cupidē Apostolos sequebantur: & sumptus ministrabant, & seruitia, quæ simul Christum secutæ sunt Luc. 23. Idem Haymo. Theophylactus quoque fœminas locuples fuisse ait, quæ ministrabant Apostolis, idem tenet Theodoretus, item Lyranus, & Glossa. Fœminæ igitur huiusmodi certissimē credebant dicenti Domino apud Matthæum: *Thesaurizate uobis thesauros in celo.*

¶ *Circum ferre,* vide in verbo Mortificatio, &c. De qua Paulus: *Mortificationē Dñi nostri Iesu Christi in corpore nostra circumferentes.* 1. Cor. 4.

CAPVT XC.

Circuire, Circuitus.



CIRCVIRE circuiuit & circumdedit Hebraicē dicitur Cog Iob 26. Vnde circulus dicitur Chog dicitur etiā circuire Jacaph.

Circumire, & circundare differunt, quoniam dicimus Hercules circuiuit terram, non autem circumdedit, & anulus circumdat digitum, non autem circummit, circuire autem varia significat. Aliquando enim idem ualet quod cingere 3. Reg. Vbi de Labio maris fusilis ait: *Sculptura, subterlabium circumibat illud.* Id est cingebat. Vnde & circuitus in eodem sensu, pro margine ponitur in Exod. Vbi de mensa panum propositio nis ait: *Faciesq; supra coronam per circuitum.* Significat etiam considerare, sic in Gene. *Egressus itaque Ioseph ad terram Ægypti, circuiuit omnes regiones.* Id est cōsiderauit eas diligēter, & lustrauit oculis: Est etiam præterlabi: sicut de fluuio Geon, id est Gange secundum probabilem sententiam dicitur: *Circuibat omnem terram Heuilath.* Id est Indiam præterlabebatur, neq; enim opus est ad ueritatem huius sententiæ, ut totam omni ex parte circumcingeret. Est etiam vagari ad insidiandum, sicut Satan Domino dixit apud Iob: *Circuiui terram: & perambulauit eam.* Id est Vagatus sum insidiando per eam quod quamuis circulum non faceret, sed ad libitum transiliret verum erat.

Significat etiam comprehendere per essentiam, præsentiam, & potentiam, sicut sapientia Dei dicit in Eccli. *Gyrum cæli circuiui sola.* Quod duobus modis potest intelligi, vel comprehendi cælum summum sola, sine indigentia alieni auxilij, & sine ministerio Angelorum aut creaturarum, & hoc quidem modo non excludit, quin Angeli possint circuire omnes cælos. Vel quod probabilius est secundum Lyranū omnem creaturam excludit quantum ad modum comprehendendi per essentiam gyrum cæli, & per potentiam, qua potest, ubiq; cū patre, & Spiritu sancto sola ope-

3. Reg. 7.
Exo. 25.
Gen. 14.
Gen. 22.
Iob. 1.
2
Eccl. 24.
Lyran.

Ioan. 4. rari. Quod quia Regulus ille cuius filius in firmabatur Capharnaum de filio Dei non dum credebat, dixit ei: *Descende priusquam moriatur filius meus. Quamuis postea: Creditit ipse, & domus eius tota.* Scilicet quod stans Christus in terra, gyrum cæli cōprehenderet solus.

3
Exod. 16. Circuitus aliquando significat quod oculis lustratur, sicut de Man dicitur in Exod. *Erat per circuitum castrorum.* Id est in conspectu castrorum, significat etiam vel assistentiam honoris causa, vel custodiam corporis alicuius. Prioris exemplum est, Psal. *Deus qui glorificatur in Concilio Sanctorum: supple Angelorum: magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.* Id est qui reuerentior assistunt ei. Exemplum vero posterioris, in Paral. *Constituitque omnem populum, &c. per circuitum Regis.* Id est ad custodiā Regis, denotat etiam errorem itineris, per longissimos via circuitus Iosue. 5. Designat quoque insatiabilem nocendi cupiditatem, & calliditatem.

4
Theodoret. Genebr. Psal. 11. Vt explicant Theodoretus, & Genebrardus illud Psal. 11. *In circuitu impij ambulat,* id est omnem mouent lapidem vt noceant, sic Pharisei quando rogabant filium Dei: *Licet census dari Cesari.* Item quando dicebant: *Hæc mulier modo deprehensa est in adulterio.* vt anam inde caperent calumniandi, sicut alias passim, iniuriantes Satanam, de quo Petr. 5. *Aduersarius uester diabolus sicut leo rugiens circuit querens quem deuoret.* In quo sensu de satellitibus Saulis quærentibus necem Dauid exponunt Theodoretus, Iansenius, & Vatablus, illud Psal. *Conuertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem.* Sed Genebrardus vaticinium putat esse de Iudæis per totum orbem dispersis post necem Christi, in qua expositione consentiunt Hierony. August. Glossa, Beda, Haymo, Cassiodorus, secundum quos hoc loco circumire est sollicite quære salutem, in fine mundi per ciuitatem, id est per totum orbem ad vesperam, id est in fine mundi.

5
Cant. 3. Sic in bonum accipitur Cant. 3. Vbi sponsa dicit: *Surgam & circuibō ciuitatem, per uicos, & plateas: quæram quem diligit anima mea.* Vbi Glossa. *Quæruit, inquit, plurimo labore mundo peragrato, philosophorum sapientium verbis discussis, & nihil certum de via veritatis addiscere po-*

tuit. Sic Ecclesia ex gentibus quærebat sponsum, quæ quidem in Magis ab Oriente venientibus Hierosolymam ad inquirendum Christū representatur. Sed prius sponsum occultis inspirationibus quæsiuit sponfam, & pulsauit eam, vt surgeret ad quærendū. Vnde Salomon ait de sapientia quæ filius Dei est: *Dignos se ipsa circuit querens.*

6
Item in bonum dicitur, apud Esaiam, Tyro ad Alexandro Magno destructa, & postea tandem reedificata: *Circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita.* Id est quære Deum per poenitentiam vt exponit Hieronymus, quod Tyrus fecit tēpore Christi, vt Lyranus ait, quando conuerti cepit in Chananaea de finibus illis egressa, sic iugit etiam Esaias: *Et bene cape, ut memoria tui sit.* Vtque adeo autem bene cecinit Tyria mulier Chananaea in auribus saluatoris, vt dixerit ei: *O mulier magna est fides tua, tūc cepit impleri in Tyro: Et erunt merces eius sanctificatus a Domino.* Quia hæc mulier fide uiua, & oratione humili mercata est regnum cælorum.

7
Præterea de diligenti hæreticorum inquisitione dicitur, apud Ezech. *Circuibunt per agrate terram: cumque uiderint os hominis statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant illū polliniores.* Vbi Hieron. eligentur, inquit, Ecclesiastici viri, qui hoc habeant studij, nequid in terra maneat fordium pristinarum, & infra si in aliquo loco os hominis, id est duritiam hæreticæ prauitatis uiderint remansisse, ponent circa illum titulum, vt postquam notati fuerint, qui huiusmodi sunt, tunc vel emendentur, vel sepeliantur cum Gog. Hęc Hierony. Et certelicet Scytharum Regem futurum Gog dixerimus, non tamen dubium est, quin hæreticorum protector futurus sit. Ideo Catholici magis eū, & satellites eius cauere debebant iuxta illud Matth. *Attendite à falsis Prophetis, &c.*

8
Circuibunt querentes uerbum Dei, & non inuenient. Legimus apud Amos. Quod Hieronymus & Lyra. dici putant de Ephraim, & decem tribus Israel, quæ cum nolissent audire Prophetas, Eliam, Helisæum, & alios, postea sunt ab Assyriis in Samaria tā grauius obsessæ, vt quæsierint audire uerbum, & oraculum Dei neque habere potuerint. Quod etiam accidit habitatoribus Hierusalem, quæ à Romanis ob-

fessa,

Matt. 23. fessa, nullum à Prophetis oraculū habuit. Sed impletum est in illa, quod apud Matthæum Dominus dixit: *Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.* Et certe siti uerbi Dei mortui sunt, qui audire noluerunt clamantem. *Quia siti ueniat ad me, & bibat.*

Ioan. 7. 9
Eccli. vlt. Circuire in platea est eorū quos mæstitia reddit inquietos, & sollicitos, sic Eccle. *Et circuibunt in platea plangentes.* Quod in obitu mortui fieri notat Hieronymus, ad cuius funus cognati, & amici circumcurant in platea, & lachrymantur. Sic Eccli. ai: *Supra mortuū produc lachrymas, & defuncto Lazaro: lachrymatus est Iesus.* Circuire autem per sepes, fugientium est, & latibula querentium. Sic de captiuitate Ammonitarum à Chaldæis prædicit Hieremias: *Plangite & circuite per sepes.* Ad mores autem poenitentium est, & iram Dei fugere cupientium. Sic mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, plāgēs circubat per sepes, vsque dum stans secus pedes Domini, sepepem humanitatis eius, in qua lateret, inuenit. Denique sancti: *circuierunt in melotis.* Id est fugientes, vagati sunt per loca deserta, latibula querentes.

IO
Psal. 26. Genebr. Iosephus. Circuire solebāt circa altare uociferātes ad Deū qui hostias immolabāt solēnes. Sic Dauid fecisse dicit in Psal. *Circuiui & immolauī hostiam uociferationis.* Vbi Genebrardus notat ex Iosepho li. 3. Antiquit. cap. decimo tertio quædam fuisse solēnia sacrificia, quædam uero priuata: in solēnioribus resonabant tubæ, & Cātica psallentium, de quibus hic loquitur Propheta, in priuatis non item: Præterea Talmudici duplicia ponunt Kodasim, id est sancta quædam sanctorum quibus erat solēnitatis instituta, in loco templi, & tempore certo: alia Kalim sancta leuia, quæ offerri poterāt extra templum, vt agnus Paschalis in domibus priuatis, sic & filius Dei in Cænaculo celebravit festū agni, &c. Sed Lyranus exponit Circuiui, & immolauī, frequentando loca diuini cultus. Mystice uero Hieronym. circuiui consideratione, omnes creaturas, & pro beneficiis cantica gratiarum actionis edidi. Denique Augustin. quem sequitur Glossa circuiui prius circumspectiōne nequid mali culpæ mihi inesset, sicut miles ante prælium omnia explorat, & deinde immolauī, sic apud Matt. Circuire iubemur omnes cordis recessus ante oblationem: *Si offers, in-*

quit, munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, &c. *Vade prius, & reconciliare fratri tuo, &c.* Sic in Apoc. sancta animalia in circuitu plena sunt oculis, vt omnia circūspecte faciāt, & præparent se ad orationē & ad sacrificium altaris, ne sicut Iudas in lethali communicent corpus Christi.

II
Hier. 31. Hierony. Circuire Goata dicitur Ecclesia Hierem. 31. *Et edificabitur ciuitas, & circuibit Goata.* Septuaginta pro Goata uertunt lapides electos, & Hieronymus exponit esse lapides uiuos iustos & fideles, ecclesie filios electos, quos circuit, & protegit Ecclesia, vsque adeo, vt de tempore Antichristi Dominus dicat: *Sed propter electos breuiabuntur dies illi.* Quod orando imprecabitur Ecclesia.

II 2
Apoc. 17. Psal. 117. Psal. 2. Circuire pro obsidere ponitur in Apoc. Vbi de militibus Gog dicitur: *Circuierunt castra sanctorum.* Vide in verbo Castra. Et Psal. 117. in persona Christi dicit: *Omnes gentes circuierunt me.* Quod idem est atque illud Psal. *Astiterunt reges terra, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum: & aduersus Christum eius.*

CAPVT XCI.

Cisterna.



ISTERNA Hebraicè dicitur Bor Exod. 21. significat, & sepulchrum Psal. 7. & Ezech. 31.

I
Est autem Cisterna quæ uiuā, id est scaturientem aquam non habet: sed imbres. excipit per canniculos in stillicidio positos, in tempore vero siccitatis caret aqua, sicut illa in quam Ioseph fratres coniecerunt. Solet etiā aestate frigidam aquam seruare. Sic Hier. ait, *Sicut frigidā facit cisterna aquā, suā sic isti frigidam fecerunt malitiam suam.* Quærun autem expositores, quare cum Dauid desiderare se dixisset in prælio bibere de cisterna Bethlehem, & tres uiri fortes transeuntes per castra Philistæorum tulerunt ei quam petierat aquā, noluit bibere? Ad quod respondet Angelomus antiquus

autor

Match. 3.
 Match. 11.
 Matt. 16.
 2.
 1. Reg. 23.
 1. Para. 11.
 Iosepho.
 Match. 5.
 3.
 Eccl. 12.
 Hierony.
 Glossa.
 Lyranus,
 Vatab.
 Luc. 21.
 4.
 Hier. 2.

autor his verbis, Culpam concupiscentiæ mastravit per pœnitentiam reprehensio- nis suæ. Ideo libavit aquam illam Do- mino. Hæc ille. Vide autem profectum David qui de vxore aliena vsurpata vsq; adeo compunctus remansit, vt neq; aquã bibere voluerit cum periculo militum alla- tã, vt iuxta Matth. *Frustrus faceret dignos pœ- nitentiæ.* Et sibi quasi violentiam inferret quia: *Regnum cœlorum vum patitur: & uiolen- ti rapiunt illud.* Denique Dominus ait: *Siquis uult uenire post me, abneget semetipsum.*

Banaias legitur in medio cisternæ occidisse leonem tempore niuis. De quo Iosephus lib. 7. Antiquit. cap. 12. sic ait. *Quadam tempestate cum ningeret, in pu- teum lapsus incidit leo. Erat autem putei orificium angustum, & niue plenum, nul- lum ergo egressum videns leo rugiebat, Banaias autem audiens bestiam procla- mantem, dum iter tunc ageret, in puteum descendit, & baculo quem portabat in ma- nu bestiam repente prostravit. Hæc ille. Quamuis autem hoc fortitudinis opus ab scriptura laudetur, laudabilis autem est, & maius fortitudinis signum iram extin- guere, omnibus leonibus crudeliorem, maximè quando nũc niue iniquitatis om- nia replentur: *Alioquin omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Est & laudabilis inueteratum odium prosternere. iuxta il- lud: *Diligite inimicos uestros.**

Rota super cisternã cõfringitur per me- taphoram in morte hominis, de qua Ec- cli. *Confringetur rota super cisternam, & reuer- tetur puluis in terram suam.* Vbi Hieronym. Glossa, Lyranus, & Vatablus, rotam in- telligunt humanum caput, puteum vel ci- sternam cor. Vt autẽ rota haurimus aquã ita ex vitalibus cordis spiritibus omnes sensus capitis vigorem hauriunt. Attrahit enim caput à corde vires spiritusque vita- les, quod cessat in morte. Hæc Vatablus. Cæterum si caput nostrum, quod Chris- tus est, nobis per gratiam, & bona opera referemus, caput humanum etiam in pul- uerem conuersum gloriose resurget, in cui- us spem Dominus dicit electis: *Respicite, & leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra.*

Cisternæ dissipatæ dæmones per me- taphoram appellatur, & idola apud Hie- rem. *Dereliquerunt me fontem aque uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere*

non ualent aquas. Vbi Hierony. Glossa, Ly- ranus, Vatablus, & Theodoretus, dicunt Deum quidem comparari fonti viuas a- quas scaturienti bonorum omnium pe- rennium, Idola verò cisternis, quæ non ha- bent aquam nisi aliunde prouenientem, & si fuerint dissipatæ hanc etiam perdunt, sic idola pulchritudinem habent additi- tiam, & hanc facile tempore perdunt. Ta- les etiam sunt mundani inimici Crucis Christi quorum Deus venter est, qui ter- rena sapiunt, secundum Apostolum, qui voluptatibus, & bonis temporalibus fo- diunt cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquam, vsque adeo, vt diues epulo post mortem in flammis gehenne neque guttam aquæ habere potuerit, sed de hoc satis.

CAPVT XCII.

Cithara.



I T H A R A Hebrai- cè dicitur in scriptura Ci- nor Gene. 4. *Pater canen- tium cithara.*

Cithara instrumentũ est musicum, quod alio nomine Lyra vocatur, quam Hieronymus asserit effici in modũ Deltæ Δ. literæ cum chordis viginti qua- tuor, & per digitos variis vocibus tinulif- que ictibus in diuersis modis concitari. Fuit autem Tubal pater canentium citha- ra, & organo, in Genes. 4. in Hebræo est pro cithara Cinor, quæ vox in plurali habetur Psal. 137. *In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.* Vbi pro organis est Chinorothenu citharas nostras, sed vulgata pro eodem accipit organa, & ci- tharas. Porro Gene. 4. Organa dicuntur Hagab ab eo quod insufflando redditur, sonus. De cithara lege epistolã Hierony- mi ad Dardanum de diuersis generibus musicorum, vbi habet quæ supra retuli- mus Tomo. 4. Sed alia cithara duplo mi- nor est, de qua idem Hierony. super illud Psal. *Confitemini Domino in cithara, in Psalte- rio decem chordarum psallite illi.* Sex dicit ha- bere chordas, & in parte inferiori concaui- tatem ad sonum. Psalterium autem conca- uum esse in summo. Idem super eundem

Hierony.
 Glossa.
 Lyran.
 Vatab:
 Theodo.
 Luc. 16:
 Hiero.
 Gen. 4:
 Psal. 137.
 Hiero.
 Psal. 132.

Augu.
 Hiero:
 Matth. 16.
 Luc. 10.
 2.
 1. Reg. 16.
 Iosephus.
 Beda.
 Ioan. 12.
 Angelomus
 3.
 1. Para. 25.
 Lyranus:
 Ioan. 11.
 4.
 Iob. 30.
 Beda.
 Lyranus.
 Vatab,
 Ioan. 16.

Psalium docet Augustinus. Vnde mysti- ce in cithara confitemur, quando carnis appetitum, & quinque sensus mortifica- mus, vt Hieronym. ait, iuxta illud Matt. *Siquis uult uenire post me abneget semetipsum.* Et in psalterio psallimus, quando contem- plationi vacamus, sicut Maria: *Quæ opti- mam partem elegit.*

Quæri autem solet quid sibi velit quod 1. Reg. 16: dicitur: *Quandocunque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam, & percuciebat manus suas, & refocilla- batur Saul, & leuius habebat.* De quo Iose- phus ait lib. 6. Antiquit. cap. 10. Saul au- tem quædam passiones, & dæmonia re- pente comprehenderunt, suffocationes ei & angustias inferentes, iusserunt autem vt cum eum dæmonia inuaderent, aliquis stas super caput eius psalleret, & hymnos diceret. Hæc Ioseph, sed Beda super hunc locum, neque putandum est, inquit, citha- ram illam quamuis dulcissime resonantẽ tantæ potuisse virtutis existere, vt spiri- tus pelleret immundos. Sed figura sanctæ Crucis in cithara, dæmonis iam frange- bat audaciam cū Psalmis passionis Chri- sti, de quo Dominus ait, apud Ioannem: *Nunc princeps huius mundi eiicitur foras.* Idẽ Æqualis Bedæ notat Angelomus, de quo latius lib. 4. in dictione dæmon.

Prophetare in citharis, est canere pro- pheticos Psalmos, & cantica in citharis, sic legimus, in 1. Para. *Igitur David & ma- gistratus segregauit filios Asaph, & Heman, & Idithum, qui prophetarent in citharis, & Psalte- rijs.* Vbi Lyranus, idest prophetias canerent, sicut explicant communiter Docto- res. Hebræi verò dicunt consueuisse quo- que nonnunquam dum canerent, irruere super eos spiritum Domini. Nec mirum cum per Caipham, quia Pontifex erat, lo- cutus sit Spiritus sanctus, ergo & hodie clerici sic attentè, & deuote psallere debe- rent, & orare vt super eos venire dignare- tur Spiritus sanctus:

Cithara per metaphoram prosperita- tem, & temporalem denotat consolatio- nem. Sicut Iob inquit, *conuersa est in lu- tum citharra mea,* idest prosperitas in ad- uersitatem, vt exponunt Beda, Lyranus, & Vatablus. Hoc dicere potuit collegiũ Apostolorum, quando præsentiam cor- poralem filij Dei in passione perdid- erunt, de quo Dominus dixit: *Sed quia hæc*

dixi uobis, tristitia impleuit cor uestrum.

Prosperitatis quoque impiorum ci- thara typus est Iob. 21. *Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi: du- cunt in bonis diebus suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Idest prospere viuunt, & sine angustia in puncto moriuntur, sicut expo- nunt D. Thomas, Lyranus, & Vatablus, D. Tho. Lyra. Vatab. Iob. 21.

Hinc quiescere sonitum citharæ est finem venire prosperitatis huius vitæ. Sic de Ty- ro vastanda apud Ezech. dicitur: *Quiesce- re faciam multitudinem Canticorum tuorum, & sonitum cithararum tuarum.* De fine quoque mundi secundum Hieronymum prædi- cit Esaias: *Qui uult sonitus letantium conti- cuit dulcedo citharæ.* Denique de voluptuo- sis, & mundanis dicit Esaias alibi: *Cithara & lyra, & tympanum in conuiujs uestris, & opus Domini non respicitis, &c.* Quod vt Hie- rony. ait illis quadrat qui delitijs occupati ex creaturis non intelligunt creatorem, de quibus Dominus dixit Apostoli: *Et hæc facient uobis quia nõ nouerunt patrem neq; me.* Sic exponunt Cyrillus hic, Ambrosius li. de Elia & Ieiunio ca. 5. & lib. de Naboth, cap. 3. Basilius Homili. contra Ebrietatẽ Origenes lib. 7. contra Celsum.

Cithara in Dauidicis Psalmis fere sem- per in bonũ sumitur pro instrumẽto musi- co quo Deo laudes canebatur, sic Psal. 42. *Cõfitebor tibi in cithara, & Psal. 146. Psallite Deo nostro in cithara, &c.* In aliis vero scrip- turis sanctis sepe cithara metaphoricè su- mitur iuxta historiã pro mortificatione car- nis, & pro martyrio, sic Apoc. 5. *Et uiginti quatuor seniores ceciderũ super facies suas; ha- bẽtes citharas Dei.* Sic explicat Primas. Be- da, Haymo, Rupertus, D. Thom. Matt. 16. Gloss. Lyra. Andræ. Cef. Apoc. 5.

Primasius,
 Beda.
 Haymo.
 Rupertus.
 D. Thom.
 Matt. 16.
 Gloss.
 Lyra.
 Andræ. Cef.

Apoc. 14.

Apoc. 14. Apoc. 15. ginta quatuor millia virginum in citharis canebant *canticum novum*, & rursus Apoc. 15. *Et uidi tanquam mare uitreum, &c. Et eos qui uicerunt bestiam, &c. stantes supra mare uitreum habentes citharas Dei.* Vbi de electis qui vicerunt Antichristum sermo est, qui stant supra mare vitreum, id est super baptismum vt exponunt Victorinus, Beda, Haymo, D. Tho. & Glossa, &c. Et habent citharas Dei, quas significare dicunt mortificationem Christi in corpore suo, & cantant hymnos gratiarum actionis pro victoria. Deniq; cithara gaudium est in celo pro tribulationibus toleratis in terra, in gloriam Dei, de quo Matthæus, & Lucas: *Beati eritis cum maledixerint uobis homines, &c. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in Cælis.* Item Ioan. *Tristitia uestra uertetur in gaudium.* Et Lucas: *In patientia uestra, possidebitis animas uestras.* Alioquin si quis hanc expositionem secundum traditionem patrum Hiero. & Aug. super Psalmos, & Greg. super Iob, atq; aliorum latinorum patrum super explicata nobis Apocal. loca non recepit, reddat rationem quare de citharis potius Ioannes mentionem fecerit, quam de Psalteriis vt dictum est, aut acquiescat expositioni sanctorum.

Victorinus. Beda. Haymo. D. Tho. Gloss.

Matt. 5. Luc. 6.

Ioan. 16.

Hierony. August. Grego.

CAPVT XCIIII.

Ciuitas, Ciuis.



CIVITAS dicitur Air, per y & in plurali hebraicè legitur Aarim Num. 35.

Ciuitas est collecta multitudo eodem iure uiuentium, legibus firma & stabilis. Aliquando uero sumitur pro ciuibus, & interdum pro loco habitationis. Primus autem Cain hoc in mundo edificauit ciuitatem Gene. 4. de quo Greg. super illud Iob. 22. *Fluuius subuertit fundamentum eius.* Primus inquit, Cain ciuitatem construxisse describitur. Quia ipse in terra fundamentum posuit, qui a soliditate eternæ patriæ alienus fuit, & contrario uero Dominus omnium dicebat, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Et opus habuit: *Vt mulier quædam Martha nomine exciperet eum in domum suam.*

Gene. 4. Grego. Iob. 22.

Luc. 9. Luc. 10.

Ciuitatis oppugnandæ lex præscribitur populi Israel Deut. 20. Et primū si ciuitas non esset de promissis populo, in terra promissionis: *Si quando inquit, accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem, si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est saluabitur, & seruiet tibi. Si autem foedus inire noluerit, & tradiderit tibi Dominus eam, percuties omne masculinum in ore gladij.* Deinde de ciuitatibus eidem populo datis in terra promissa iubet, ne pacem offerant, sed omnem masculinum occidant. Quod non crudelitatis fuit, ut heretici Manichæi garriunt, sed iusto Dei iudicio factum, qui gentes illas ad poenitentiam expectauerat, & tempus exigendæ poenæ definierat. iuxta illud Gen. 15. *Nec dum enim cõpletæ sunt iniquitates Amorrhæorum.* Sic & Dominus dixit Pharisæis apud Matt. *Implete mensuram patrum uestrorum.* Quasi diceret tunc iustas dabitur poenas, nec crudelitati quidem imputabitur mihi.

Ciuitati parcat Deus peccatrici propter paucos iustos Gen. 8. ubi de Sodomis à Domino igne vastandis, dixit Abraham: *Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate peribunt si naut?* Et processit interrogando, vsq; ad decem iustos de quibus Dominus dixit: *Non delebo propter decem.* Notat autem Lyran. decem facere populū: & ad clementiam pertinere propter populū minorē, maiori parcere. Propter duos autem uel tres aliquando negat Deus veniam integræ ciuitati apud Hiero. *Si steterint Moyses, & Samuel coram me non est anima mea ad populū istum.* Et in Ezech. *Et si fuerint tres uiri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, &c. sed nec filios, nec filias liberabunt, &c.* Raro autem propter unum iustum populo parcat quāuis aliquando propter Moysen sexcentis millibus pepercit Deus. Vnde Ambr. li. de Abraham Discimus inquit ex hoc loco, quantus murus sit patriæ iustus, propter quem uniuersa parcatur ciuitati. Hæc ille. Ideo unus aliquando iustus ciuitas uocatur Hier. 1. *Posuit in ciuitatem munitam.* Et de singulis Apostolis, & sanctis Doctoribus dicitur: *Non potest ciuitas abscondi, supra montem posita.* Quia sicut ciuitas suos ab hostibus, & ab ira Dei defendunt.

Sex ciuitates refugij in lege ueteri designabantur quo se reciperent, qui non odio, sed casu hominem occidissent Deut. 19. & Num. 35. Ex his tres erant trans Jordanem

2 Deut. 20.

Gen. 15.

Matt. 23.

3 Gene. 18.

Lyra.

Hier. 15. Ezech. 14.

Exo. 32.

Ambr.

Hier. 1.

Matt. 5.

4

Deut. 19. Num. 35.

danem, & totidem citra. In lege uero gratiæ loco harum ciuitatum succedunt omnia loca sacra, in quo splendet misericordia diuina, item quia olim unum erat in orbe templum Iudæorum, quo non poterant omnes confugere, ideo sex ciuitates refugij locis aptis sunt designatæ: sed in lege gratiæ, ut inquit filius Dei: *Venit hora, quando neq; in monte hoc, neque Hierosolymis, adorabitis patrem, &c.* Sed Ecclesiæ sunt ubique fundatæ quia Deus ubique est benignus, & misericors quia alacrius parcat, quā punit, iuxta illud quod Pharisæis dixit apud Matt. *Euntes discite, quid sit, misericordiam uolo, & non sacrificium.* Ideo & adulteræ pepercit liberalissime Ioan. 8. itē mulierem peccatricem absoluit, & tanquam ciuitas refugij omne genus poenitentium complexus est. iuxta illud Luc. *Erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores.* Itā ut de illo in sensu mystico dici possit: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.*

Qui seruat legem Dei benedictus dicitur in ciuitate. Quia prospere ei cuncta olim ciuitatis ornamenta cedebant, & urbana negotia, & diuitiæ, & proles, ut notat Lyranus, hodie uero cum tot passim occurrant occasiones malorum in ciuitate, solus ille benedictus reputabitur qui omnia uitæ ciuitatis scādala, iuxta illud Matth. *Si manus tua aut pes tuus scandalizat te absconde eum & projice abs te.*

Ciuitas literarum legitur Iosue. 15. *Dabitur quæ prius uocabatur Cariath Sepher, id est ciuitas literarum.* Quia ut notat Lyran. ibidem literæ quibus utebantur olim Chanani fuerant inuentæ, uel quod probabilius est, ibi quondam studium floruerat literarum, talis fuit apud Ægyptios Alexandria, apud Græcos Athenæ, quamuis literas in ciuitate Cariath Sepher inuentas esse coniecturam facit quod Plinius li. 7. Historiæ naturalis cap. 57. literas, inquit, semper arbitror Assyrias: alij apud Ægyptios ut Gellius ait, alij apud Syros reperitas uolunt. Hæc ille. Cõstat autem promissionis terram sub nomine Syriæ ab auctore externis cõprehēdi, ubi probabile est primū literas esse inuentas, sed de hoc agemus latius in uerbo Litera quo remittimus Lectorem ne eadē sæpius repetamus.

Ciuitatis plateas raro prædicatores, & Prophetæ frequentant unde 1. Reg. 9. de Samuele dictum est Sauli: *Festina hodie ue-*

Ioan. 4.

Matth. 9.

Ioan. 8.

Luc. 7.

Luc. 15. Psal. 86.

5 Deut. 1. 28.

Lyranus.

Matt. 18.

6

Iosue. 15.

Lyran.

Plinius.

Gellius.

7 1. Reg. 9.

nit in ciuitatem. Quod ut notat Greg. super eundem locum perinde est atq; si dicatur, si statutum tempus transierit, ad contemplationem recedet. Neq; in horis suæ quietis, uerbis externis, aut ad ionibus intendet, sic ergo statuendæ sunt nobis horæ ministerij, ut breuiter persistamus in opere, & festinanter redeamus ad orationem. Hæc Greg. Sic filius Dei in die prædicabat, & postea erat pernoctans in oratione Dei.

Ciuitas Dauid appellatur Sion, quia cum primum ille creatus est rex super omnes tribus Israel, expugnauit Sion arcem Hierusalem: quæ ab eo tempore uocata est ciuitas Dauid. 2. Reg. 5. 8. 3. Reg. 2. b. 3. a. 8. a. 9. d. 11. g. 15. b. 22. g. 4. Reg. 8. & alibi passim. Vbi notandum omnes fere reges tribus Iudæ sepultos fuisse in Sion ciuitate Dauid, ubi ille conditus fuerat. Est autem ars Sion typus Ecclesiæ Catholicæ, quam Petrus uerbo prædicationis expugnauit, atque ibi sepultus, sedem sibi & successoribus suis delegit, ita ut portæ inferi non præualeant aduersus eam.

Ciuitates equitum condidit Salomō sic legimus: *Edificauit Salomon Gazæ, &c. & ciuitates equitum.* Id est ubi habitarent equites, & seruarentur currus, & arma bellica contra hostes, ut exponit Lyranus, ex redditibus etiam illarum ciuitatum, alebantur equites præfidiarij tempore pacis, ut notat Vatablus. Mystice uero ciuitates equitum significant monasteria in Ecclesia ædificata, in quibus illi habitant, qui super equos consiliorum euangelicorum currentes pedes affectuum sepatant à terrenis, dicentes cum Apostolo Petro: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.* Isti sunt equites præfidiarij qui induunt arma lucis. Et quibus Dominus ait: *Siquis uult uenire post me, abneget semetipsum: & tollat Crucem suam, & sequatur me.*

Ciuitas palmarum uocatur Hiericho in 2. Paral. Quia ut inquit, Vatablus ibi erant excellentes palmæ, scilicet, in illo deserto quod descenditibus à Hierusalem usque ad Hierico late protenditur. Et quia inter palmas latitare in insidijs latrones solent est locus, ibi qui ut Hieronymus ait, in epistol. ad Eustochium uirginem, dictus est Adomim, hoc est sanguinum, quia multus in eo sanguis crebris la-

Greg.

Luc. 6. 8

2. Reg. 8.

Matt. 16.

9 3. Reg. 9.

Lyra.

Vatabl.

Matt. 19. Rom. 13. Match. 16.

10 2. Para. 28. Vatabl.

Hierony.

Isa. 26. sub Romanis dicit Isa. Civitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad pulverem. Vnde satis apte Dñs dixit apud Luc. Non relinquent in te lapidem super lapidem. Sic Hierony. ait. Iudæi putant Romã, nos rectius conuincimus Hierusalẽ esse, quæ occidit Prophetas, & ad extremũ filium patris familias interfecit. Hæc ille. Eodẽ modo exponit Gloss. Interlin. sed Cyr. II. destruendã demonũ potestatem intelligit. iuxta illud Ioan. 1. 2. Nunc princeps huius mundi eiicitur foras. Itẽ de eodẽ excidio Hierusalem Isa. ait. Civitas enim munita desolabitur, & speciosa relinquetur. Vbi Hierony. Hierusalẽ inquit, quia non suscepit filium Dei, sed dixit: Venite occidamus eum, derelinquetur dicente Dño: Ecce relinquetur vobis domus uestra deserta. Sic exponunt etiam Cyrillus. & Lyranus. Quã verò munita fuerit Hierusalem lege Ioseph. libr. 6. de Bello c. 6. vnde de eadẽ Isa. 2. 5. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te, idest Ecclesia, quia posuisti ciuitatem in tumultu, urbem fortem in ruinam. domum alienorum, ut non sit ciuitas, & in sempiternum non edificetur. subaudi in eodẽ loco post vastationẽ à Romanis. Ita intelligunt Hieronymus. Euseb. demonstra. lib. 2. c. 3. 2. & Theod. & Glossa ordina. De eodẽ excidio Hierusalẽ sub Romanis intelligit Hierony. illud Zach. Congregabomnes gentes ad Hierusalem in præliũ, & capietur ciuitas. Itẽ illud Soph. Væ puocatrix redempta ciuitas calumba, non audivit uocẽ, non suscepit disciplinam, &c. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes. Quod Hierony. intelligit de Hierusalẽ, quæ olim erat colũba, & postea redempta sanguine Christi noluit audire vocẽ eius, cui dixit apud Ioan. Propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis. Prouocabant autẽ filium Dei Pharisei, vt notat Lyranus passim dicẽtes: In Belzeub eiicitur dæmonia: & de bono opere nõ lapidamuste, sed de blasphemia: & nos scimus, quia hic homo peccator est. Itẽ Hierusalem appellatur colũba sicut Samaria. Ose. 7. Ephraim columba se ducta non habens cor, &c. Præterea de eadem Hierusalem tempore Saluatoris dicitur in Isa. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis. Vnde apud Matthæum Dominus dixit principibus eius: Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem

uestram, idest adulterastis verbum Dei. De Hierusalẽ à Chaldæis olim deuastanda dicitur apud Ezech. Hæc dicit Dñs, ciuitas effundens sanguinẽ in medio sui, ut ueniat tempus eius, idest tempus Babylonice captiuitatis, vt exponit Hieron. & c. 2. 4. de eadem dicitur: Væ ciuitati sanguinum. Multa alia vide li. 1. in verbo Ædificare. ¶ Vidi iniquitatẽ, & contradictionem in ciuitate, quære in verbo contradicere. ¶ Accipiunt in vanitate ciuitates suas, Psal. 1. 38. vide in verbo Accipere. ¶ Circuibunt ciuitatem quære circuire. ¶ Ciuitates Austri, vide in verbo Aquilo & Auster, & sic de similibus alias. Ciuitas vanitatis vocatur hic mundus apud Isa. Attrita est ciuitas vanitatis, quod de fine mundi explicant Hierony. & Lyranus. De Niniue autẽ dicitur Nahum 3. Væ ciuitas sanguinum. Quia cũ sanguinem fudisset innocentem, à Chaldæis desolata est. de eadẽ legimus apud Soph. Hæc est ciuitas gloriosa habitas in cõfidentia, &c. Quo modo facta est in desertum? Quia videlicet: Omnis qui se exultat humiliabitur. Luc. 1. 8. Cæterum quæstio est inter patres, quænam sit illa ciuitas, de qua Matth. 8. legimus: Ascendens Iesus in nauiculam, transfreta uit, & uenit in ciuitatem suã. Et quidẽ Aug. lib. 2. de consensu Euangelij, & Chrysostomus atq; Lyranus. super Matth. putant esse Capharnaum diuersis tamen rationibus. Nam Chrysost. ideo sic appellatã existimat, quod ibi Dominus diutius resideret, & miracula creberrima faceret, vt constat ex Luc. 4. & Matt. 1. 1. Lyranus verò cum Aug. dicit: Christum Galilæũ dictum, & quia Metropolis Galilææ erat Capharnaum: ideo patriam eius esse vocatam. Porro Hierony. super Matt. Ciuitatem, inquit, eius non aliam intelligimus quam Nazareth, vnde Nazarenus appellatus est. cum quo tenet Abulensis hoc loco. Quod si obicias Paralyticũ, de quo ibi fit mentio, non quidem in Nazareth, sed in Capharnaum fuisse sanatum, ergo Capharnaum dicta est ciuitas eius? Ad hoc respondet Abulensis non ob stare, quod Marcus cap. 2. dixerit Paralyticũ in Capharnaum esse curatum, quia mox, vt descendit de naui Dominus visitauit patriam Nazareth, sed sine mora mox in de perrexit Capharnaum, vbi fecit miraculũ. Quia charitas patriæ, ita seruis Dei

19 Ezech. 22.

Hierony. Ezech. 24.

20 Isa. 24. Hierony. Lyranus. Nah. 3.

Soph. 2.

Luc. 18.

21 Quæstio. Matth. 8. August.

Chrysost. Lyranus.

Luc. 4. Matth. 11.

Hierony.

Abulensis:

Marc. 2.

feruan-

feruanda est, ne illos forte retardet ab operibus charitatis. Ciues sanctorum dicimur per baptismũ, & adoptionẽ filiorum Dei. Ephe. 2. Non estis aduenæ, & peregrini, sed estis ciues sanctorũ, & domestici Dei. Vnde Heb. 1. 1. agens de Patriarchis ait. Non confunditur Deus uocari Deus eorum. Parauit enim illis ciuitatem. & cap. 1. 2. Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei uiuẽtis Hierusalem cælestem, &c. Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis. Sic Apud Lucam dixit Apostolis: Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cælis. Quia ergo gratia ius est ad gloriam conscripti sumus ciues cæli. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futurã inquirimus. vt Paulus ait. Hæc ostensa est in typo Ezechieli: Quasi edificium ciuitatis uergentis ad Austrum. Denique de illa Dominus dixit: Eo parare uobis locum. CAPVT XCIII. Clamare, clamor, exclamare. CLAMARE Hebraicè dicitur Canac, in Cal. & Niphal, est etiam in gemiscere, sed latinè. Clamare est vociferari, ad modum præconis. Genes. 4. 1. Clamante præcone. Et de leproso in Leuit. Clamabit se immundum. Est etiam in bonum clamare in scripturis inuocare Deũ, & clamor oratio quædam affectuosa, quam uis exterior vox non audiatur, aut uix percipiatur, sic Exo. 8. Clamauit Moyses ad Dominum. & capit. 1. 4. Dixit Dominus ad Moysen: Cum ille exterius taceret. vt notat Gregor. super quarti Psalmi penitentialis versiculum primũ. Quid clamas ad me? Item in Iudith. Et clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna. & apud Lucam. Repleta est spiritu sancto Elisabeth, & clamauit uoce magna. vbi Lyranus. Ista, inquit, magnitudo magis intelligenda est deuotio interioris, quã sonus exterioris. sic & Beda. Clamare interdum idem ualet quod plorare, & calamitatem suam deslere. Sic Samuel populo petenti super se regem dixit: Et clamabitis die illa à facie regis uestri, idest oppressi plorabitis. Item in Genesi Esau propter ablatam benedictionem. Irrugit clamore magno. Itẽ cum populus Israël ab Ægyptiis opprimeretur, dixit

22 Ephes. 2.

Heb. 11.

Heb. 12.

Luc. 10.

Hebr. 13.

Ezech. 40.

Ioan. 14.

Gen. 41. Leuit. 13.

Exod. 8. Exod. 14.

Gregor.

Iudith. 4.

Luc. 1.

Lyranus.

Beda.

2

1. Reg. 8.

Gen. 27.

Dominus ad Moysen: Clamor ergo filiorum Israël uenit ad me. Et Abac. ait. Vsq̃ quo Domine clamabo, & non exaudies? uociferabor uim patiens, & non saluabis? Sic etiã est petere auxilium ob uolentiam sibi à quouis illatam, vnde domina Ioseph simulans intentata in uolentiam à iuuenæ ait. Cum audisset me clamare reliquit pallium. Cu mq; Susannam fenēs inuaderent callidissimi. Exclamauit uoce magna Susanna. Est & clamare postulare iustitiã. 4. Reg. Apparuit mulier, &c. clamans pro domo sua, & pro agris suis. In quo sensu dixit Dominus ad Cain: Sanguis fratris tui clamat ad me de terra, idest iustam postulat contra te uindictam. Clamare quoque est confortare se ad prælium, sic in lib. Reg. Clamauit ergo omnis populus post Saul in Galgala. & in Exo. cum populus vitulũ adoraret, dixit Moyses: Non est clamor adhortantium se ad prælium. Sic metaphorice Isa. ait. Dominus quasi uir fortis egredietur, sicut uir præliator suscitabit zelum, uociferabitur & clamabit, super inimicos suos confortabitur. Quod duobus modis explicatur, vel vt sit uaticiniũ de uindicta Domini contra Iudeos per Romanorum exercitum, sicut exponunt Hieronymus, Glossa, & Lyranus. Iuxta quod prædixerat apud Lucam: Circundabunt te inimici tui uallo, &c. vel destructionem intelligit idolatriæ tempore Constantini Magni, & deinceps, vt ait Cyrillus. Quamuis prior expositio magis quadret. Denique clamare est interdum ad duellum prouocare, sicut Goliath. Clamabat aduersus phalanges Israël date mihi uirum, &c. Sed sicut Dauid ignotus uicit funda & lapide Goliath, sic filius Dei adhuc ignotus in mundo, prostrauit diabolum in deserto lapide & funda uerbi Dei. Clamare capitur pro rixari, vel irasci & publicè peccare. Et clamor pro rixa & contentione Isa. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, &c. ut audiat in excelso clamor uester. & c. 5. Expectaui ut faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iustitiam, & ecce clamor. Vbi Hieronymus. Expectauit autem Deus inquit, vt faceret iustitiam populus Iudæorum, & ecce clamorem, quo uociferatus est. Tolle, tolle, crucifige eum, &c. In quo sensu dicitur apud Isaiam de filio Dei: Non contendet,

Exo. 3. Abac. 1. Gen. 39. Dan. 13. 4. Reg. 8. Gen. 4. 3. 1. Reg. 13. Exo. 32. Isa. 42. Hierony. Glossa. Lyranus. Luc. 19. Cyrillus. 1. Reg. 17. Matth. 4. 4. Isa. 58. Isa. 5. Hierony. Ioan. 19. Isa. 42.

neque clamabit, neque accipiet personam. Vbi Hieronymus. Erit ait mitis, & mansuetus, iuxta illud: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Sic etiam explicat Tertullianus libr. 3. contra Marcionem, & Hilarius super illud Psalmi. 131. *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius.* Quod satis ostendit in iudicio adulteræ Ioan. 8. Denique clamor dicitur peccatum publicum, Genes. 18. *Clamor Sodomorum venit ad me.* Vide Gregor. super primum versum Psalmi quarti Pœnitentiæ.

Clamare etiam, & clamor solet esse letantium, & plaudentium 1. Reg. Cumq; uenisset arca Dei in castra uociferatus est omnis Israël clamore grandi. Et 3. Regum. uincto Salomone, & coronato. *Insonuit terra à clamore eorum.* Et apud Isaiam: *De uertice montium clamabunt, ponent Domino gloriam.* Est & laudare Deum Isai. 6. *Duo Seraphim clamabant alter ad alterum Sanctus, Sanctus, &c.*

Clamare est quandoq; prædicare uerbum Dei. Isai. 40. *Vox dicentis clama. & dixi quid clamabo? omnis caro scenum.* & capit. 48. *Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam.* Sic accipitur Hiere. 2. & 3. & 22. & Zachar. 1. *Et dixit Angelus, qui loquebatur in me clama.* Item apud Matthæum & Lucam: *Vox clamantis in deserto.* Idem Ioan. 1. quando rogatus Ioannes Baptista, quid de se diceret. Respondit: *Ego uox clamantis in deserto.* Vbi quatuor notanda sunt, os, uox, uerbum & persona clamans. Et quidem Prophetæ ueteris testamenti os Domini dicebantur apud Isaiam: *Os Domini loquutum est.* Sed Baptista uox appellatur quæ propinquior est: ideo plusquam Propheta uocatur à Domino apud Matthæum: *Verbum autem est ipse filius Dei.* Denique persona clamans intelligitur Spiritus sanctus: *Qui loquutus est per Prophetas.* ut dicit Concilium Constantinopolitanum primum. Sic Ambro. Bene, inquit Ioannes uox dicitur: & uerbum sequitur, quod præcellit. Et Augustinus sermo. 20. in festo Ioan. tomo 10. Beatus, inquit Ioannes uox fuit, per quam ad nos Dominus protulit uerbum suum iam incarnatū, præ uerbi fuit Ioannes: & uox per quam declaratum fuit: *Verbum caro factum.* Dixit enim: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Hæc Augustinus. Potest etiam apud Isaiam ex Hebræo uerbi clamans: ita, ut totus Ioannes sit uox publicè clamans pœnitentiam. Cibus enim eius, uerstitus, potus, habitatio, uita & mores, quauis lingua tacente clamabant, & ad pœnitentiam hortabantur. De quo lege Basilium super Psalm. 28. in illud: *Vox Domini in uirtute.* & Gregor. homilia 7. super Euangelia. Recte autem Ioannes dicitur uox in abstracto, quasi pura & sincera, neque uia falsitate permixta, sicut balsamum non mixtum, sicut argentum purum.

Clamare legimus per diem & noctem, & tota die, & de profundis clamare, & à finibus terræ. Item laborare clamando: præterea in toto corde, & in maturitate clamare. Iam ergo primum in Psalm. dicitur: *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi.* Vbi Christus loquitur. ut exponunt Augustinus, Hieronymus, Theodoretus, Beda, Haymo, Remigius, Euthymius, Lyranus, Vatablus, Iansenius & Genebrardus, qui addit. totum hunc Psalmum ad Christum pertinere, quod etiam docet antiquissima Hebræorum Glossa ante bis mille annos ferè scripta. Dicitur autem in die clamasse, quando in Cruce dixit: *Eli, Eli, &c.* & nocte, quando in horro dicebat: *Pater si possibile est transeat à me calix iste.* Neque insipienter clamauit, licet passionem suam non auerterit, sed ut uoluntati patris consentiens inclinationem ostenderet carnis humanæ, quæ susceperat, ut omnes patres exponunt. Si significat etiam die & nocte clamare, id est iugiter, sicut Psalm. 87. *Domine Deus saluat me à in die clamauit & nocte coram te.* Si uero quærimonia sit cuiuscunque hominis afflicti, ut uolunt Iansenius, Vatablus & Genebrardus, uel populi Iudaici suas calamitates deplorantis, ut putant Lyranus, & Theodoretus, uel Christi Domini in die passionis, quod magis placet, ut existimant Hieronymus, Augustinus, Glossa, Cassiodorus, & plures alij.

Clamare tota die, licet non addatur nox, idem significat, id est iugiter, sic in sua persona Propheta post peccatū dixit: *Quoniam tacui in uetera uerunt ossa mea, dum clamare tota die.* De quo prima expositio est Lyrani, Vatabli & Genebrardi: *Clamare*

Basilius. Psal. 28. Gregor.
7
Psal. 21.
August. Hierony. Theodor. Beda. Haymo. Remigius. Euthym. Lyranus; Vatablus, Genebrard.
Matth. 26.
Psal. 87.
Iansenius. Vatablus. Genebrard. Lyranus. Theodoret.
Hierony. August. Glossa. Cassiodorus.
8
Psal. 31.
Lyranus. Vatablus. Genebrard.

mare hoc loco, & tacere non opponi, quia referuntur ad diuersa. Tacuit enim peccata sua, unde emarcuit in malis inueteratus, dum clamaret propter inflictas à Deo pœnas. Sic & Anonymus, quem allegat Genebrardus, & Hebræi. Sed Augustinus, Hieronymus, & Gregorius. Tacuit, inquit, ille peccata sua, & clamabat merita sua: sicut ille Phariseus qui se iactabat dicens: *Non sum sicut ceteri homines, &c.* Porro Theodoretus tertiam adhibet expositionem quoniam tacuit, neq; pœnitentiam egi, usque ad nonum mensem admonitus à Natham. Deinde dum clamarem meam in pœnitendo tarditatem iugiter, præ macie inueteraui. Itaq; alio tempore tacuit, id est primis nouem mensibus oblitus peccatum suum, & alio postea tempore clamauit pœnitens.

Laborare clamando de Christo legimus Psalm. 68. *Laborauit clamans rauca facta sunt fauces mea, dum spero in Deum meum.* Sic intelligunt patres Hieronymus, & Augustinus. Item Lyranus, & Iansenius, quia sex uicibus in nouo testamento de Christo allegatur hic Psalmus, laborauit autem clamans, mirante quoque Centurione: *Quod sic clamans expirasset.* Unde mirandum est Theodoretum, & Vatablum, non de Christo hunc Psalmum, sed de populo Iudaico calamitatibus oppresso auctos fuisse exponere.

A finibus terræ clamare est ab exilio uociferari. Psalm. 60. *A finibus terræ ad te clamauit, dum auxiliaretur cor meum in petra exaltasti me.* Iuxta corticem literæ non de populo in Babylone captiuo, ut putauit Theodoretus, sed de Dauide potius intelligitur, quando persequutionem illam Saulis euasit, qui cingebat illum in modum coronæ, ut exponunt Lyranus, Vatablus, Iansenius, & Genebrardus, sed quia in titulo ponitur in finem, scilicet, Lamnatseah, sub illa litera, qua Dauid compellebatur exire à finibus terræ promissionis uaticinium est de Christo, uel Ecclesia primitiua eiecta quidem à finibus Iudææ, sed congregante filios suos à finibus terræ. Iuxta illud Matth. *Ite ad exitus uiarum, & quoscunque inueneritis uocate ad nuptias.* Ita Genebrardus, sequutus Augustinum, Hieronymum, &c.

De profundis clamare humilitatem denotat orantis. Sic in persona propria

Anonymus. August. Hierony. Gregor.
Luc. 18. Theodoret.
9
Psal. 68.
Hierony. August. Lyranus. Iansenius.
Marc. 15. Theodoret; Vatablus.
10
Psal. 60.
Theodoret.
1. Reg. 23. Lyranus. Vatablus. Iansenius. Genebrard.
Matth. 22.
Genebrard. August. Hierony.
11

dicit Propheta post peccatum respicēs. De profundis clamauit ad te Domine. Sunt autem quatuor explicationes præcipuæ. Prima Theodoretus cui subscribit Iansenius. De profundis ex toto corde, & uisceribus clamauit, non ut Pharisei, de quibus Dominus apud Matthæum ait. *Hy pocritæ bene prophetauit de uobis Isaias: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me.* Secunda expositio Hierony. De profundis considerationibus iudiciorum tuorum clamauit, quibus permittis electos cadere, ut cautiore resurgant. Sic Deus in nouo testamento permisit labi Petri, Iacobū & Ioannem, Thomā quoq; ut fortiores fierent. Tertia expositio August. & Gregor. De profundis habitacionibus mortalis uitæ, in qua sicut in maris abyssu nihil est firmum, nihil tutum clamauit ad te. Quarta expositio. De profundis clamat, qui de ingentibus calamitatibus non de communibus quidem uite mortalis, sed de specialibus clamat, quasi de mortis faucibus, ut exponit Genebrardus, quæ expositio literæ fati inhæret: quia uox Hebræa Maama in profunditates denotat & abyssos, symbola ingentium calamitatum, sed quæ maior calamitas, quæ lethale peccatum. De hac profunditate clamabat Chanaanæ, unde Apostoli dicebant: *Dimitte eam, quia clamat post nos.*

Clamare lapides dicuntur metaphoricè in re apertissima. Sic apud Luc. Cum ingrediente Domino Hierosolymā uociferari clamarent: *Benedictus qui uenit in nomine Domini.* Quidam de turba dixerunt: *Magister increpa discipulos tuos, quibus ipse ait, Dico uobis: Si hi tacuerint, lapides clamabunt.* Sic in sensu contrario de auaritia & crudelitate regis Babylonis dicit Abacuc: *Lapis de pariete clamabit, & lignum quod in ter uiceturas edificiorum est respondebit.* Quia ut exponit Glossa interlinealis, & Lyranus etiam lapides, & ligna tyrannus ille de alienis rapuerat ædificiis, ut suum ornaret palatium. Sed è contrario doctores Ecclesiæ curare publicè debent, ut aliena restituantur, & eleemosynis hospitalia pauperum ædificentur, ut lapides clament gratulantes eis, iuxta illud Matthæ. *Sic luceat lux uestra coram hominibus, &c.*

Clamat Christus ex commiseratione

Psal. 129.
Theodoret. Iansenius.
Matth. 15.
Hierony.
Luc. 23. Matth. 20. Ioan. 20. August. Gregor.
Genebrard.
Matth. 15.
12
Luc. 19.
Abac. 2.
Gloss. inter. Lyranus.
Matth. 5.
13

Luc. 8. *pereuntium Luc. 8. Hec dicens clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. Vbi Christi charitas innotescit immensa, qui flagellis cæsus tacet iuxta Isai. Et sicut agnus coram tendente se obmutuit. Et tamen quando agit de iactura feminis verbi Dei, & perditione animarum, cælum clamoribus rumpit: Quia fortis est ut mors dilectio.*

I 4
Illud autem quæerunt aliqui, quare Dominus Lazarum quadriduanum suscitaturus. *Clamavit magna voce, dicens: Lazare ueni foras. Cum tamen quando suscitauit puellam, non magna quidem voce clamasse dicatur. Ad quod primo respondendum est. Clamasse hic Dominum magna voce, quia plurima turba sepulchrum Lazari circumsteterat: ut perciperent omnes virtutem vocis, qua mortuus ille iam foetens reuocabatur ad vitam. In suscitatione verò puellæ pauci quidem intererant. Deinde quia licet omnipotentia diuinæ æqualia sint omnia miracula: si tamen ad virtutem causarum naturalium attendamus, maximum miraculum reputatur resurrectio mortuorum: & multo maius quadriduani foetentis, ad quod insinuandum magna voce vociferatus est Dominus. Maximè verò, quia in illo spectaculo resurrectio finalis hominum, quando mortui quidem audient vocem filij Dei repræsentata est: ut notat Tertullianus lib. de Resurrectione carnis, & Ambrosius lib. 2. de Pœnitentia, capit. 7. Denique suscitatio illa referebat restitutionem animæ peccato foetentis ad vitam gratiæ, ut affirmat Augustinus tractat. 49. in Ioannem. & Gregorius lib. 2. Moralium, capit. 9. quæ plurimi fit.*

I 5
Clamor mediæ noctis iudicij finalis indicium est. Sicut in parabola Matth. dicitur: *Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus uenit, exite obuiam ei.* Quod ita iuxta literam exponunt Hilarius hoc loco, Augustinus, Chrysostomus, Gregorius, D. Thomas, & Hieronymus asserentes. Media quidem nocte ultimam illam iudicij finalis tubam resonaturam, quæ mortuos suscitabit, quos dormientes vocat. Sed Origenes tenet, clamorem huius parabolæ denotare quidem strepitum mundi ruentis sub finale iudicium: non tamen noctem hic accipi putat pro

ipso mediæ noctis tēpore, sed pro negligentia, & incauta generis humani desidia, & incogitantia, quia quando minus homines cogitabant, inuadet eos ultimus finis. Ita etiam tenet autor operis imperfecti Chrysostomi, de quo agemus in dictione Nox lib. 12.

Iesus autem clamans voce magna emisit spiritum. Vbi Chrysostomus homilia 89. hunc clamorem indicium fuisse dicit potestatis, quàm habuit ponendi animam suam: & iterum sumendi eam prodigium siquidem fuit magnū, quod cum sanguine fuso, viribus moreretur exhaustis, clamorem edere validum potuisset, quod Centurio miratus dixit: *Vere filius iei erat iste.* Hoc enim clamore sepulchra aperta sunt, ut Chrysostomus notat, & saxa scissa sunt, & templi velum diuisum est in duas partes. Denique mutatio legis veteris in Euangelium significata est, vere igitur: *Vox Domini in uirtute.* Item. *Dabit uoci suæ uocem uirtutis.*

Cæcus, qui clamabat Matth. 20. requiratur in verbo Cæcus. Clamat perdix, in verbo Perdix. Clamat terra, in verbo Terra. Clamat mulier, in verbo Mulier. Clamat seir, in verbo Seir. Clamat leo, in verbo Leo. Clamat pilosus, in verbo Pilosus. Clamor exactoris, in verbo Exactor: & sic de similibus, ne eadem sæpius repetamus.

CAPVT XCV.

Clarificare, Claritas.



CLARVM Esse dicitur Hebraicè in Scriptura sancta Sachach. Isa. 18.

Claritas est luciditas, sicut claritas Solis. Metaphoricè verò dicitur manifestatio nominis, & gloriæ: unde clarifico est clarum reddo, & illustro, atque glorifico. Sic legitur Ioan. 12. *Venit hora ut clarificetur filius hominis.* Quod tunc Dominus dixit, quando uidit Gentiles, qui dixerant Philippo: *Dominus uolumus Iesum uidere.* Hac itaq; occasione recordatus est, quo modo post mortem Crucis erat per totum terrarum orbem tanquam uerus

Chrysof.

I 6

Math. 26. Chrysof.

Ioan. 10.

Marc. 15.

Chrysof.

Psal. 28.

Psal. 67.

I 7

NOX

I

Ioan. 12.

Psal. 56.

I 2

Ioan. 12.

August.

Gregori.

August.

Luc. 2.

Chrysof.

I 3

Ioan. 13.

Hilarius.

Chrysof. Cyrillus.

Dei filius prædicandus & colendus: præsertim à gentibus. Ideo dixit venit hora ut clarificetur filius hominis, idest, ut qui cognoscitur homo cognoscatur ut Deus & homo, sicut exponunt Chrysostomus, Theophyl. & Augustinus. Iuxta illud Psalm. *Exaltare super cælos Deus, & super terram gloria tua, idest, postquam ascenderis in cælum, gloria quoque tua in terra clarificetur: ita ut Deus, & homo credaris.*

In eodem capite Ioan. Christus dixit: *Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo uox de cælo dicens: Clarificauit, & iterum clarificabo.* August. exponit. Pater clarifica nomen tuum, idest manifestam redde potestatem tuam in resurrectione filij tui post mortem. Vox autem de cælo Angelorum ministerio formata fuit, ut notat Gregorius lib. 2. 8. Moralium. Quod uero uox illa respondit: *Et clarificauit, & iterum clarificabo.* duobus modis exponit Augustinus tractat. 72. Respondet: Pater clarificauit, idest ab æterno clarum genui mihi coequalem, & consubstantialem: & iterum clarificabo per resurrectionem à mortuis, ostendens te filium meum, mihi coæternum. Vel aliter, clarificauit te in natiuitate de Virgine, canentibus Angelis: *Gloria in excelsis Deo: & iterum clarificabo in morte prodigijs, & mirabilibus, & resurrectione gloriosa.* Sic etiam explicat Chrysostomus.

Præterea Ioan. 13. cum exisset Iudas, dixit Iesus: *Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo: & si Deus clarificatus est in eo, Deus clarificabit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum.* Duas partes habet hic textus, prior prius exponenda est. Exeunte Iuda, ut morti traderet Saluatorem, ille de præterito propter certitudinem dixit, quod mox futurum erat. *Nunc clarificatus est filius hominis, idest clarificabitur per mortem & resurrectionem, ostendeturq; esse Deus, & homo. Et Deus clarificatus est in eo, idest ipse filius Dei, qui latebat in carne, clarificabitur, & manifestabitur mundo.* Sic exponit Hilarius lib. 9. de Trinitate paulo ante finem, sed Chrysostomus, & Cyrillus consentiunt in eo, quod filius mox erat clarificandus per resurrectionem, differunt tamen in eo, quod subditur, & Deus clarificatus

est in eo. Vbi non intelligunt Deus, idest ipse Dei filius, qui latebat in carne manifestabitur esse Deus, sed pater clarificabitur, qui filium misit. Iam uero in posteriori parte textus ubi dicitur: *Si Deus clarificatus est in eo, Deus clarificabit eum.* Augustinus hoc futurum putat in die finalis iudicij, quod uero subdit: *Et continuo clarificabit eum,* de proxima Christi resurrectione consequenter intelligit: sed postea se corrigit, & utraq; glorificationem ad resurrectionem Christi refert, sic Chrysostomus, & Cyrillus.

In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis: & efficiamini mei discipuli. Ioan. 15. Quod ita exponit Chrysostomus. Ad clarum patris mei notitiam pertinet, ut vos eius uirtute multum faciatis fructum. Quare non contemnet gloriam suam, sed dabit uobis, ut fructificetis. Quod facientes discipuli mei eritis. Hic autem fructus, ut inquit Theophylactus, gentium conuersio est ad fidem, & monumq; expulsio. Accipitur autem præteritum pro futuro, uidelicet: *In hoc clarificatus est pater meus, idest clarificabitur.* Sed Cyrillus de præterito exponit, in hoc mysterio, scilicet incarnationis clarificatus est pater meus apud omnes, qui illud nouerunt: ut uirtute eiusdem incarnationis plurimum fructum afferatis, superantes fructum ueteris legis, cuius sacramenta uacua & egena gratiam minimè conferebant.

Spiritus sanctus clarificat filium Dei apud Ioannem: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis.* Vbi Augustinus tractat. 100. in Ioannem exponit, spiritus charitatem Dei effundens in cordibus uestris manifestabit me patri coequalem. Item ut Chrysostomus ait: Spiritus sanctus ostendet me esse principium unde ille procedit. Quod autem Spiritus sanctus non solum à patre, sed & à filio procedat contra Græcorum errorem, ultra præsentem locum definit Conciliū Lugdunense, & Florentinum, præsentibus, & consentientibus Græcis. Idem docet Didymus lib. 2. de Spiritu sancto, & Cyrillus in epistola Synodali Concilij Ephesini, quæ à tota Synodo approbata est. Cæterum ad mores Spiritus sanctus clarificat filium accipiens ab eo, ut annuntiet nobis. Accipit enim ab

August.

Chrysof.

I 4

Ioan. 15. Chrysof.

Theophyl.

Cyrillus.

I 5

Ioan. 16. August.

Coci. Lugd. Coci. Flor.

Didymus.

Cyrillus.

Coci. Ephes.

Matth. 11. co humilitatis exemplum, & annuntiat nobis illud quod Christus dixit: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.* Accipit ab eo exemplum charitatis, dicens Rom. 7. *Commendat Deus charitatem suam in nobis, qui cum adhuc inimici essemus ipse pro nobis mortuus est, & sic de similibus.*

6 Clarificare pro eo quod est clarum, & perspicuum reddere legimus ad Theffal. *Clarificetur nomen Domini, & 1. Theff. 3. Sermo Dei currat, & clarificetur.* Sic 1. Corinth. 15. c. Philip. 2. d. Act. 22. Apo. 2. 1.

7 Claritas pro fulgore frequenter ponitur, sic Luc. 2. quando Angelus Domini apparuit pastoribus: *Claritas Dei circumfulsit illos.* Quod duobus modis intelligitur, vel claritas Dei, idest magna, quia magna dicuntur esse Dei, vt montes Dei, ceteri Dei, idest altissima. Vel certe claritas procedens ab ipso Deo recens nato, secundum naturam humanam: quae speciali eius enituit virtute, quia sicut stella Magis apparuit in Oriente, sic nox illuminata pastoribus claruit iuxta oppidum Bethlehē: vt in Psal. legimus: *Et nox sicut dies illuminabitur.*

8 Claritas pro honore capitur, & clarificare pro honorare in epist. Heb. *Christus non seipsum clarificauit, ut potius fieret, idest non seipsum honorauit.* Item de Petro Apostolo Ioā. vlti. cum Dominus dixisset: *Cum senueris alius cinget te, & ducet quo tu non vis.* Addit Euangelista: *Significans qua morte clarificaturus esset Deum.* Vbi Chrysof. vt discas ait, quoniam pati pro Christo gloria est, & patiens honor. Hec ille. In quo sensu dicitur Sap. 4. *Qua pulchra est generatio casta cum claritate,* idest cum honore & laude. Enimvero castitas etiam apud gentes honorabilis fuit: vt de virginibus constat Vestalibus, vel cum claritate sapientiae, vt exponit Lyranus, quia virginibus fatus nihil sua profuit castitas. Pro honore quoque accipit Salomon, vbi agens de Sapientia. *Habebo, inquit, propter hanc claritatem ad turbas.* Et Ioan. 1. 7. *Vt uideant claritatem meam, idest honorem sedentis ad dexteram patris.* Et Colos. 1. b. Philip. 3. d. Apo. 7. c. sic etiam 2. Cor. 3. vbi agens Apostolus de honore quem suo tempore habuit lex Moyfi, ait: *Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam, idest in comparatione gloriae Euangelicae, vt exponit*

Hieronymus, obumbratur gloria legis veteris, quamuis suo tempore claruit, & in honore fuit. Eodem modo exponunt Chrysofomus, Theophylactus, & D. Thomas.

Claritas in hac vita gradus est ad claritatem caelestem, vt Paulus ait. *Nos autem reuelata facie gloriam Dei speculantes, in eadem imaginem transformamur a claritate in claritatem.* Vbi Hieronymus. *Transformari, inquit, nitimur in eam gloriam, quam Dominus transfiguratus ostendit in monte: a claritate in claritatem, idest ab hac gloria in futuram proficientes.* Vbi gloriam huius vitae vocat contemplationis exercitium. De quo Lucas: *Maria optimam partem elegit.* Sed D. Thomas: *Nos, inquit, reuelata facie, idest fide explicita tribus gradibus transformamur a claritate in claritatem, videlicet a claritate cognitionis naturalis, ad claritatem cognitionis per fidem: a claritate veteris testamenti in claritatem Euangelij. Denique a claritate fidei ad claritatem visionis eternae.* De hac autem clara Dei visione per lumen gloriae, intelligitur illud Apo. 2. 1. *de caelesti Hierusalem: Ciuitas non eget Sole & Luna, ut luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam.*

CAPVT XCVI.

claudere, clausus.



CLAVDRE Hebraice dicitur Balam, & obturare, sic Psal. 3. 2. & nusquam alibi.

Est autem claudere obferare, obstruere, circumdare: ita vt non sit exitus. Metaphoricè verò claudere dicitur Deus caelum in scripturis, quando retinet pluuiam in peccatorum poenā, hanc phrasim inuenies 3. Reg. 8. d. 2. Paral. 7. c. Luc. 4. d. Apo. 1. 1. a. &c.

Claudere regnum caelorum dicuntur homines, qui impossibilia iubent, vt necessaria ad salutem, quod faciebant olim Pharisei, de quibus Dominus ait: *Imponunt enim onera importabilia super humeros hominum, &c.* & infra. *Ve autē vobis Scribae & Pharisei hypocritae, qui clauditis regnum caelorum ante homines.* Tribus autē modis

Hierony.
Chrysof.
Theophy.
D. Thomas.
9
2. Cor. 3.
Hierony.
Math. 17:
Luc. 10.
D. Thomas.
Apo. 21.
1
2
Math. 23:

Pharisei regnum hominibus caelorum claudere debant, ex quibus duos tangit Chrysof. videlicet, quia duos Christi aduentus negabant, alterum in humilitate carnis passibilis: de quo Isa. 53. alterum verò in maiestate gloriae, solam enim gloriam maiestatis eius agnoscebant, & eam plane carnalem. Secundo duas in Christo naturas alteram humanam, alteram verò diuinā abnegabant, quod erat obstruere portam regni caelorum. Tertium impedimentum obiciebant, quod cum intolerabilia praecepta suis imponerent sectatoribus, ipsi nihilominus tetro quodam odore pessimi exempli mores populi contempnēbant: vt notant hoc loco Origenes, Hierony. Theophy. & D. Thomas.

Claudere ponitur pro termino loci, vel regionis, vltra quem non extēditur. Numer. 34. *Tendent usque ad Iordanem, & ad ultimum salissimo clauduntur mari.* Et Iosue ait. *Ita vt possessio Ephraim sit ab Austro, & ab Aquilone Manasse, ut utramque claudat mare.* Mysticè verò possessionem Ephraim, idest abundantis in saeculo & obliti, atque a Deo recedentis, claudit mare falsissimum & amarissimum, quod typhus est mortis. Iuxta illud Psal. *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: & transiui, & ecce non erat.* Sic mortuus est diues, & sepultus est in inferno.

Quando in Scriptura suos quis oculos claudit, vel Deus claudere oculos dicitur in malum alicuius, denotat caecitatem in his quae pertinent ad salutem, quam non inducit quidem, sed permittit Deus. Iuxta Isaia: *Excaca cor populi huius, & oculos eius claudet.* Quod de Iudaeis necè Dominus machinaturis praedictū est: vt Hieronymus ait: ita Eusebius exponit lib. 7. demonstrationis Euangelicae, cap. 2. Basiliius in as Aticis prooemio de iudicio. Irenaeus lib. 4. capit. 47. in eodem sensu dicitur Isa. 29. *Immittet vobis Deus spiritum soporis, & claudet oculos vestros,* idest claudi permittet in tantum, vt dicatis de Christo: *Nos scimus, quia hic homo peccator est, & demonium habet.* De quo vide lib. 1. in verbo Abscondere. Caterum in bonum claudere oculos, duo in Scriptura significat, vel morientibus vltimū exhibere pietatis officium, sicut iunior ille Tobias. *Ipse clausit oculos eorum, idest parentū suorū.*

Quod tamē qui vocatur inspirante Deo vel ad religionē, vel ad perfectionis statū, licite praetermittit. Iuxta illud: *Sine ut mortui se peliant mortuos suos.* Vel certe significat a nociuis, & ad malum prouocantibus auerti, sicut de viro iusto dicitur Isa. 33. *Qui claudit oculos suos ne videat malū, &c. iste in excelsis habitabit.* Vbi Hieronymus. *Foelix, inquit, conscientia quae non audit, neque aspicit malum.* Talis Maria, quae serpentis sibilum non audiuit, sed Angelum Dei salutantem.

Claudere sermones iubentur Prophetarum, idest, vsque ad tempus congruum occultare mysteria. Dan. 1. 1. *Tu autem Daniel claudere sermones.* Et capit. 1. 2. *Vade Daniel, quia clausi sunt signatiq; sermones.* Vnde Dominus apud Matthaeum dixit: *Non lite sanctum dare canibus,* quia non sunt irrisoribus aperienda mysteria, imo neque iustis imperfectis perfectissima, ideo in transfiguratione sua Dominus solos assumpsit tres primos Apostolos, & liber quidem vitae visus est signatus sigillis septem ab Apostolo Ioanne.

Claudere stellas Deus dicitur Iob 9. *Et stellas claudit quasi sub signaculo,* idest nubibus obducit, vel nubilo, & nebula, vel maiori lumine solis, vt exponit Lyranus. Itē Titelmanus & Vatablus, qui in Hebraeo legit: *Stellas sigillat, idest claudit quasi sub sigillo.* Sunt enim stellae quasi litterae, quibus Caeli narrant gloriam Dei, quae clauduntur interdum. Mysticè verò stellae sunt Apostoli: de quibus Matth. 5. *Vos estis lux mundi.* Qui tamen aliquando sub sigillo clausi erant sub tribulationum caligine. Iuxta illud Luc. *Eratis odio omnibus hominibus propter nomen meum: & absque Synagogis facient vos.*

Claudere viscera sua ab indigente est contra charitatem subsidium illi negare. 1. Ioan. 3. *Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo?* Sed claudere ora canentium Deo, est demoliri fideles hymnos Deo iugiter concinentes. sic Esther 13. & 14. *Ne claudas ora canentium tibi.* Vbi emphasim habet tibi, idest Deo & non sibi, scilicet, vel ob lucrū principaliter, vel ob inanem gloriam. Sic gratias egit Deo non sibi sanctus ille Simco dicens: *Nūc dimittis seruū tuum Dñe.*

Chrysof.
Origenes.
Hierony.
Theophy.
D. Thomas.
2
Num. 34.
Iosu. 17.
Psal. 36.
Luc. 16:
3
Isa. 6.
Hierony.
Eusebius.
Basiliius.
Irenaeus.
Isa. 29.
Ioan. 10.
Ioan. 8.
Tob. 14.

Luc. 9.
Hierony.
Luc. 1.
4
Dan. 11.
Dan. 12.
Matth. 7.
Matth. 17.
Apo. 5:
5
Iob 9.
Lyranus.
Titelman.
Vatablus.
Psal. 18.
Matth. 5,
Luc. 21.
Ioan. 16.
6
1. Ioan. 3.
Esther 13:
Luc. 2:

Luc. 18. sed sibi, & non Deo Phariseus dicens: *Gratias tibi ago Domine, quia non sum sicut ceteri.*

8
Deut. 32. Clausi dicuntur absolute in scriptura, qui carcere detinentur & vinculis. Deuter. 32. *Clausi quoque defecerunt*, id est vincti, vt exponunt Lyranus, Iansenius, & Vatablus. Quamuis Hieronymus Oester clausum secundum phrasim Hebraicam vocari dicat claudum, qui se non potest magis mouere, quam si clausus esset. Sic in libr. Regum. *Et percussam de terroboam clausum, & nouissimum.* Hebraice est Aasur a verbo a Aasar, quod proprie est detinere: & ita Septuaginta vertunt *ερωεω* detentum. Itaque videtur clausus esse detentus, siue vinculis violentis carceris & ergastuli, siue a gritudinis forte vt mancus & claudus quod minus placet. Eadem phrasim est 3 Reg. 21. f. & Isa. 61. *Vt predicare captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.* Vbi aperte clausi sunt detenti in carcere, siue peccati, siue limbi: de quibus Dominus dixit: *Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum, &c.* Porro de solis damnatis dicitur Isa. 24. *Et claudentur ibi in carcere:* de quo vide quae diximus in verbo Carcer.

9
Hierony. Isa. 24. Clausura domus desolationem populi captiuitatemque significant, vel mundi fine, vt docet Hierony. super illud Isa. 24. *Clausura est omnis domus nullo introeunte, subaudi in fine mundi, quod de vastatione Hierusalem quidam intelligunt.* Mihi vero magis haerere literae videtur expositio Hieronymi de fine mundi, sicut etiam exponunt Cyrillus, Glossa, & Lyranus. Clausura namque tunc domus erunt. *Arescentibus hominibus praefusione maris, & fluctuum.* Deinde vero igne de caelo cadente penitus conflagrabit. De captiuitate vero sub Chaldeis ciuitatis Hierusalem, & totius Iudaeae dicit Hierem. 13. *Ciuitates Austri clausae sunt*, quia Iudaea magis Australis est, quam Galilaea & Samaria.

10
Isa. 60. *Portae Hierusalem non claudentur.* Isa. 60. id est Ecclesia patebit omnibus ad fidem venientibus, vide in verbo Porta. Sic & Apoc. 21. Item porta clausa Ezech. 44. est Maria virgo, vide Porta. Item: *Claudent ostia in platea.* Ecclesiastes 12. id est labia in facie hominis senis, qui iam obmutescit, vt Lyranus ait. Clauso ostio orare

patrem est orare in secreto non propter inanem gloriam, vide in verbo Ostium. Clausura est ianua supple caeli virginibus fatuis, quibus defecit oleum charitatis, vide in verbo Virgo, & verbo Porta, quare illud Ioan. 20. *Venit Iesus ianuis clausis.* In quodotem ostendit subtilitatis gloriosa.

¶ *Aperit & nemo claudit* Apoc. 3. vide in verbo Aperire, & sic de similibus in suis locis.

¶ *Clausura porta, vide in verbo Ingredi, numero 3.*

CAPVT IXXXVIII.

claudus.

CLAVDVS Hebraice dicitur Sulea, vt patet Genes. 32. & clauda Suleah, Mich. 4.

Claudus quasi pedibus clausus dicitur, id est impeditus illud autem quaeri solet, quid significet: *Cæcus & claudus non intrabunt in templum.* 2. Reg. 5. de quo Lyranus ait, intelligendum esse de sacerdotibus, qui Leuit. 21. sacerdotis munere fungi prohibebantur in templo, si claudi essent, aut caeci: eo quod huiusmodi commode ministrare non possent. Ceterum cum istud praecipuum ante tot annorum centurias praecesserit, quo modo nunc denuo ex victoria David contra caecos & claudos exiit in proverbium: *Cæcus & claudus non intrabunt in templum.* Est ergo sensus quem super hunc locum insinuat Angelomus aequalis Bedae, videlicet sicut populus Dei non potuit intrare in domum claudorum & caecorum, quae erat ars Sion, nisi expulsis inde caecis & claudis, qui lapidibus & missilibus eam ab exercitu David defendebant, sic postquam illi de Hierusalem exclusi sunt, non intrabunt rursus hostiliter in eam urbem, quae templum Dei est, & ciuitas sancta. Mystice vero secundum Glossam, caecus qui legem Dei sua culpa non intelligit: & claudus qui licet intelligat, sed in opere claudicat, non intrabit in templum regni caelorum. Tales erant Pharisei, de quibus Dominus apud Mat. *Nisi abudauerit iustitia uestra, plusquam Scribarum & Phariseorum non intrabitis in regnum caelorum.*

Oculum esse caeci, & pedem claudi est egentes, & imbecillos omni modo iuuare: sic dicebat Iob. cap. 29. *Oculus fui caeco,* Iob 29.

Matth. 25.

Ioan. 20.

Lyranus.

Leuit. 21.

Angelomus.

Glossa.

Matth. 5.

2

Iob 29.

Lyranus. Titelmanus et pes claudus. Quod licet Lyranus, & Titelmanus metaphorice dictum intelligat quasi diceret. Ego ignorantem docebam & negotia viduarum, & debiliu sollicitabam. Sed melius Glossa ordinaria, ego inquit, per me ipsum duxeram caecum, & manu ducebam claudum, quando opus erat. Et multo magis eorum in aliis negotiis quibus indigebant adiutor erant, & protector, de talibus dicitur: *Beati misericordes, & rursus: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.*

3
Prou. 26. Ianse. Claudus per opprobrium dicitur de negligente in necessariis, sic Salomon ait: *Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.* Quod Iansenius exponit de illo qui mitteret legationem magni momenti per imprudentem, aut de praelato, vt exponunt Beda, Glossa & Lyranus, qui mitteret hereticum ad praedicandum, aut hominem temerarium, vel mali exempli, ideo Dominus sciens quantum referat operarios qui Dei legatione funguntur esse viros iustos, atque prudentes, dixit: *Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Et cum mitteret Apostolos: *Inspulauit etc. & Spiritum sanctum.*

4
Esa. 33. Lyranus. Claudos rapinam diripere ciuitatis, signum est omnimoda vastationis, Esa. 33. *Claudi diripient rapinam,* quod Lyranus exponit de praeda castrorum Sacherib, 4. Reg. 20. Vbi occisa sunt ab Angelo centum octoginta quinque Assyriorum millia, sic etiam Vatablus. Sed contra Hieronymum. de excidio Hierusalem sub Romanis intelligit. De quo Luc. *Circumdabunt te inimici tui uallo, etc.* Sic etiam exponunt Procopius, & Theodoretus. Porro Cyril. de regni diaboli exterminio dictum putat, de quo Ioan. 12. *Princeps huius mundi eijcietur foras.* Et claudi, id est Gentiles claudicantes vno pede, quia non habuerunt legem: & Prophetas, conuersi quidem diripient rapinam regni caelorum. iuxta illud Matth. *Multi ab Oriente, & Occidente uenient, & recumbent cum Abraham, etc.*

5
Esa. 35. Claudum sicut ceruum salire signum est aduentus Messiae, Esa. 35. *Deus ipse ueniet, & saluabit nos, etc. Tunc salit.* Et sicut ceruus claudus. Quod quidem signum dedit filius Dei discipulis Ioannis Baptistae: *Euntes, inquit,*

renuntiate Ioanni quae audistis, & uidistis, caeci uident, claudi ambulant. Matth. 11. Vnde Augustinus Tomo. 6. libro de quinque Haeresibus ex hoc loco probari dicit Christum esse Deum, quia praecessit: *Deus ipse ueniet, etc.* Et Cyprianus libro. 2. contra Iudaeos, capit. 7. Item Eusebius libro. 6. de Demonstratione, ca. 21. & Hieronymus super hunc locum Esaiae, ubi subdit. Quamuis hoc inquit, magnitudine signorum completum sit, quando Dominus loquebatur discipulis Ioannis, &c. tamen quotidie completur in gentibus, quando qui prius claudi erant, & rectam uiam non tenebant, saluunt ut cerui, imitantur Doctores suos. Haec Hierony. Item Cyrillus ibidem sciendum, inquit, haec Christum corporaliter implese in gentibus miraculis. Haec ille. Quamuis spiritualiter etiam claudi Gentiles conuersi ad rectam uiam intelligantur ut notat etiam Hieronymus super Hieremiam. Vbi de conuersione gentium iuxta literam dicitur, & de reductione reliquiarum Israel: *Congregabo eos ab extremis terra, inter quos erunt caecus, & claudus.* Quod intelligi, inquit, potest quod claudi, quibus olium loquebatur Elias, dicens: *Vsq; quo claudicatis utroque pede postea ambulauerint.* Haec ille. Sic etiam Lyranus, Glossa, & Vatablus qui putant ibi praedici multos de omni genere hominum conuertendos ad fidem, iuxta illud parabole Matthaei. *Et congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos & malos, item apud Luc. 14. Vbi homo qui fecit coenam magnam iussit introduci, debiles, caecos, & claudos.* Id est contemptibiles ex Iudeis, quales erant Apostoli piscatores, & discipuli primi qui crediderunt ut notat Iansenius, iuxta illud Apostoli: *Vide te uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae sunt stulta huius mundi elegit Deus.*

6
Psal. 17. *Filij alieni mentiti sunt mihi. Filij alieni inuenerunt, & claudicauerunt a semitis suis.* Vbi Hieronymus ait, vno pede claudicant Iudaei, quia patrem credunt, filium non credunt, imo cum multa uiderent Saluatoris signa dixerunt: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Et

Matth. 11. August.

Cyprian.

Eusebius.

Hiero.

Cyrillus.

Hiero. 31.

3. Reg. 18.

Matth. 22.

Luc. 14.

Ianse. 1. Cor. 1.

6

Psal. 17.

Hierony.

Ioan. 11. August. damnauerunt eum morte, vel claudicae runt vno pede, vt dicit Augustinus, quia vetus tenentes testamentum nouum non recipiunt. Similiter de Synagoga quantum ad reliquias, dicitur apud Sophon. *Et saluabo claudicantem, & eam qua ciecata erat congregabo.* Sic exponunt Hieronymus, Vatablus, & Lyranus. Quod maxime sub Constantino Magno copleri coepit. Eundem sensum habet illud Michæ. *In die illa saluabo claudicantem: & eam quam cieceram colligam, & ponam claudicantem in reliquias,* quia videlicet reliquie Israël conuertentur: vt explicant Hieronymus, Rupertus, & Vatablus, quidquid aliter dicat Lyranus. Et tunc erit unum ouile & unus pastor.

Claudus dicitur, qui se priuat amicis, & auxiliariis propter Deum, Matthæ. 18. *Melius est tibi debilem, uel claudum ad uitam intrare, &c.* id est priuatum obsequiis necessariorum & familiarium, scandalum tibi præbentium: vt exponit Hieronymus iuxta illud Apostoli: *Auferite malum à uobis metipsis: & modicum fermentum totam massam corrumpit.*

¶ Claudus quare mansit Iacob post luctam cum Angelo, vide in verbo Angelus.

CAPVT XCIII.

Clavis.



CLAVIS Est instrumentum, quo clausa aperimus, & aperta obseramus. Clavis metaphoricè multis modis accipitur in Scriptura, in primis autem clauis dicuntur regni cælorum: quas promissit Dominus Petro, & successoribus eius. *Et tibi dabo clauis regni cælorum,* quia nobis ergo cælum propter peccata clausum erat, iuxta Isai. *Peccata uestra diuiserunt inter uos & Deum uestrum: & iniquitates uestræ auerterunt faciem eius à uobis.* Ideo præcipua clavis est potestas remittendi, & retinendi peccata: sicut exponunt hoc loco Hieronymus, Chrysostomus, Theophyl. Beda, & Augustinus libr. 50. homiliarum. Item Calixtus Papa 1. epist. 2. ad omnes Episcopos Gallie, &

Hierony. Chrysost. Theoph. Beda. August. Calixt. Pap.

Concilium Tridentinum. Sess. 14. capit. 5. Dicunt autem Theologi in 4. sentent. duas esse clauis alteram scientie, alteram potestatis. Clavis scientie potestas est inquirendi à peccante peccata sua, & circumstantias necessarias. Potestatis uero est ad ligandum atque soluendum, vt notat Gratianus in Decreto distinctio. 20. in principio, & Beda super Lucam. Est q; aptior hæc clauium distinctio, quam illa Theophyl. qui super Matth. alteram clauem ad soluenda, alteram ad retinenda peccata constituit. Obiiciunt autem hæretici hanc priorem clauium distinctionem, inuentam esse à Beda cum tamen multis annorum centuriis ante Bedam uocet eam Hieronymus super Matth. 16. potestatem discernendi inter lepram & lepram, & iudicandi, quis debeat ligari uel absolui. Et Innocentius I. qui eodem tempore rexit Ecclesiam epist. ad Decentium Ægubinum sacerdotis, inquit est iudicare, vt attendat ad confessionem peccantis, & ad lachrymas corrigentis, & tunc iubere dimitti, cum uideat congruam satisfactionem.

Quamuis autem famosior clauium distinctio sit sicut dictum est scientie & potestatis, soluendiq; uel retinendi peccata. Nihilominus tamen latius oportet secundum scripturas clauium nomen extendere. De Christo enim exponit Hieronymus illud Isai. *Et dabo clauem domus Dauid super humeros eius: & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat.* Vbi nomine clauis regiam Christi potestatem in regno Dauid Ecclesie militantis, & triumphantis, & sacerdotali dignitatem exponunt Theodoretus, & Procopius. Item Cyrillus qui clauem Dauid explicat regnum Israël, non secundum carnem, sed secundum spiritum in electis & sanctis: de qua potestate regia & sacerdotali dicit: *Data est mihi omnis potestas.* Denique de Salvatore quoque intelligi locum prædictum Isaiæ docet Ioannes Apoc. 3. ubi agens de Christo dicit: *Qui habet clauem Dauid, & aperit, & nemo claudit, &c.* quod supremæ quidem potestatis est.

Cum itaque clavis sit, omnis potestas in cælo, & in terra latissime sumpta significatione huius uocis, hæc Christus tanquam Deus in sua latitudine solus retinuit ratione autoritatis: deinde ut Deus &

Conc. Trid. 2
Gratian, Beda.
Theophyl. Matth. 16.
Hierony.
Innocentius Papa
Hierony. Isai. 22.
Theodoret. Procop. Cyrillus.
Matth. vlti.
Apoc. 3.
4

homo potestate quidem excellentiæ, cæterum clauem ministerij, quæ potestatem ministerialem Theologi uocant, promissit Petro. Matth. 16. & tradidit eidem, & successoribus eius super uniuersam Ecclesiam dicens illi: *Pasce oues meas.* Itē Apostolis omnibus clauis dedit, quando dixit: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Et sicut misit me pater, & ego mitto uos.* Neq; tenetur sententia Cardinalis Turrecremate, qui libr. 2. summæ Ecclesie, ca. 77. putauit Apostolos à Petro potestatem clauium accepisse cum constet ex loco Ioann. supradicto à Christo illam immediate, quod aiunt, recepisse, ut toto terrarum orbem prædicatione, & sacramentorum administratione, longe lateq; illustrarent. Non tamen successoribus suis illam relinquere tam amplam utiq; potuere, sed particularē duntaxat episcopis qui in singulis diæcesibus præsunt: solus autem Petrus summam in Ecclesia Catholica potestatem & sibi, & suis successoribus retinuit, cui & reliqui etiam Apostoli tanquam capiti obedire debebant. solusq; ipse & successores eius possunt Concilia generalia congregare, & confirmare, sanctos canonizare, & uniuersales sibi referuare causas Ecclesie, & que sunt ad fidem, & mores Christianorum omnium de finire, legesq; toti Ecclesie condere. Denique solus ille quatenus Papa, errare non potest in fide, iuxta illud Luc. *Ego rogauit pro te Petre ut non deficiat fides tua.* Quæ omnia, nomine clauium comprehenduntur. Vbi illi Dominus dixit: *Tibi dabo clauis regni cælorum.*

Clauis mortis, & Abyssi habere, ad potestatem excellentiæ Christi pertinet Apoc. 1. *Hæbeo,* inquit, *clauis mortis, & abyssi.* Quia ut notat Beda, solus Christus mortem resurgendo uicit: & ab inferis animas sanctorum referatis tenebrarum claustris eduxit, & potestatem habet sacramentis non alligatâ soluendi retinendique peccata: quæ inferni sunt vincula, & mortuos suscitandi. Hic est ille Angelus quem uidit Ioan. in Apoc. *Habentem clauem abyssi.* Id est Christus magni Consilij Angelus ut explicuimus libr. 1. in uerbo Angelus.

Clavis putei Abyssi data est stelle que de cælo cecidit, id est diabolo Apoc. 9. *Et uidi stellam de cælo cecidisse in terram, & da-*

Matt. 16.
Ioan. 21.
Ioan. 90.
Turrecremata.
Ioan. 20.
Luc. 22.
Matt. 16.
Apoc. 1. Beda.
Apoc. 20.
Apoc. 9.

ta est ei clavis putei Abyssi, & aperuit puteum Abyssi. Vbi lector aduertat non esse facile contra omnes patres stellam istam aliumquam diabolum aut aliquem eius fauorem in malum interpretari, sic enim explicant Beda, Haymo, Richardus, Rupertus, Tyconius, D. Tho. & alij, quia nunquam in bonum stellam cecidisse legimus de cælo. Abyssus autem cor est impii, & puteus Abyssi est societas malorum qui clauem cordis sui per liberum consensum diabolo tradunt, unde exeunt cogitationes prauæ, homicidia, adulteria, &c. Quæ coinquinant hominem apud Mat. Vel puteus Abyssi est societas malorum ex quibus exeunt peruersi homines qui se ad inuicem cruciant odiis intestinis, singentes amicitiam more Scorpionum clam percutientium de quibus Apostolus: *Hoc autem scito, quod in nouissimis diebus, instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amantes, &c. proditores, &c.* De quo libr. 10. in uerbo Locusta.

Clauem scientie abstulerunt Pharisei, negantes Christum passibilem in duabus naturis, ut exponit Aug. li. de qq. Euangelicis, in illud Luc. 11. *Ue uobis Scribis, & Phariseis, qui tulistis clauem scientie.*

Beda. Haymo. Richardus. Rupertus. Tyconius. D. Tho.
Math. 15.
1. Tim. 1.
Aug. Luc. 11.

CAPVT XC.

Clauis.



CLAVIS & paxillus dicitur Hebraice Iathed, Esai. 22. Iudith. 4. & Exod. 38. Clauis est quo aliquid configimus, dicitur à claudendo. Dicitur etiam clauis nauis gubernaculum, quo eam dirigimus. De quo in Prou. *Oculus tuus uidebit extraneas: & os tuum loquetur peruersa, & eris sicut dormiens in medio mari, & sicut sopitus gubernator amisso clauo.* Talis est qui uidet mulierem ad concupiscendum eam: qui iam moechatus est eam in corde suo. Tales quoque erant qui accusauerunt adulteram apud Ioannem. Et quia & ipsi erant adulteri: & quasi concupiti, clauo rationis amisso, excitauit eos Dominus dicens, *qui sine peccato*

777
I
Prou. 23.
Matth. 6.
Ioan. 8.

2
 Num. 33.
 Matth. 18.
 1. Cor. 5.
 Matth. 22.
3
 Eccl. 12.
 Hierony.
 Matth. 24.
4
 Matth. 16.
 Isa. 33.
 Theodoret.
 Procopius.
 Cyrillus.
 Matth. ult.
 Hierony.
 Ioan. 16.
 Lyranus.
 Vatablus,
 4. Reg. 24.

est uestrum primus in illam lapidem mittat.
 Clauī in oculis dicuntur hostes populi Dei, & facinorosi, atque scandalosi, quando inter innocentes impune versari permittuntur. Sic legimus Numer. 33. *Si nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanserint erunt uobis sicut clauī in oculis.* Hebraicè Sichim, quàm uocem alij cultros uertunt alij clauos à uerbo Sachah. Quòd est claudere, quare uulgata uertit clauos. Quia clauī claudunt oculos. Ideo apud Matthæum Dominus iubet: *Si manus tua, aut pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te.* Et Paulus: *Auferite malum à uobis metipsis.* Iudices etiam debent malefactores de medio tollere: ne maneant quasi clauī in oculis populi, sicut in parabola Matth. *Rex iratus missis exercitibus suis perdidit homicidas illos.*
 Clauī dicuntur uerba sapientium Ecclesiastes 12. *Verba sapientium quasi clauī in altum defixi.* Vbi Hieronymus. Sunt, inquit, firma, & solida quasi clauī in altum defixi auctoritate Prophetarum corroborata: ideo subdit Ecclesiastes: *Quæ per magistrorum consiliū data sunt à pastore uno.* Vnde Prophetas allegabant Apostoli, & Euangelistæ, & ipse quoque filius Dei, sicut apud Matthæum: *Cum uideritis, ait, abominationem desolationis, quæ prædicta est à Daniele Propheta, &c.*
 Clauī tentorij Ecclesiæ Catholicæ non auferentur: quia *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Sic legimus Isa. 33. *Oculi eius uidebunt Hierusalem ciuitatem opulentam: tabernaculi quod transferri nequaquã poterit, &c. & clauī eius non auferentur.* Quòd Theodoretus, & Procopius. De Ecclesia militante quidem explicant & triumphante. Sic & Cyrillus, quia de militante Dominus dixit Matthæi uiti. *Eccc ego uobiscum sum, &c. usque ad consummationem seculi.* De triumphante uero, de qua intelligit Hieronymus Dominus dixit: *Gaudium uestrum nemo tollet à uobis.* Reicitur uero commentum Lyrani, & Vatabli, qui quosdam sequuti Rabbinos de materiali Hierusalem hunc locū exponunt, quasi ibi prædictum sit non fore à Senacherib Assyriorum tyranno capiendam, sed quomodo quadrat in sempiternum non esse euellendā, quæ paucis post annis à Babylois deuastata est?

De Ecclesia pariter Catholica dicitur Isa. 54. *Dilata tentorium tuū, & clauos tuos consolida.* Vbi Hieronymus, & ne puteamus, inquit iuxta fronsolam Iudæorū fabulam, hoc de Sion dici, quæ in antiquum statum reducenda sit ponit manifestius quod latebat: *Et semen tuum gentes hereditabit.* Eodem modo exponit Eusebius lib. 3. de demonstratione ca. 2. & Augustinus lib. 1. de Consensu Euangelistarū cap. 32. & lib. 18. de Ciuit. capit. 29. Itē Theodoretus, Cyrillus, Haymo, Lyranus, Glossa, &c. Clauī uero Ecclesiæ corroborari dicuntur: quando mysteria gratiæ testimoniis Prophetarum confirmantur, sicut quando illud quod Dominus dixit Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.* Confirmatur ex illo Ezech. *Effundam super uos aquam mūdā.* Et quod Dominus ait Ioan. 6. *Sanguis meus uere est potus: & qui manducat hunc panem uiuet in æternum:* confirmatur & consolidatur ex illo Pro. 9. *Venite comedite panem meū, & bibite unum, quod miscui uobis, &c.*

CAPVT XCI.

Clementia, clemens.



CLEMENTIA Et misericordia dicitur Hebraicè Chesed, inde Chasid misericors & sanctus.

Clemens est qui remittit aliquid de iure suo, quod posset prosequi, quasi colens mentem: differtq; à placido quod clemens animo, placidus uultu fit de hoc Terentius in Adelph. Facilitate, inquit, nihil homini esse melius, neq; clementia. Est autē uirtus regibus & magnatibus accommodata, unde & Deo passim tribuitur. Exod. 34. *Deus miserator & clemens.* 2. Paralip. 10. & 2. Esdr. 9. De regibus uero Prouerbiorum 20. *Misericordia, & ueritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.* Vbi notandum duas uirtutes indissolubili foedere coniunctas in rege, & iudice requiri: ueritatem quæ debitum iustitiæ frequenter in scriptura significat, & misericordiam, siue clementiam, quia hic in Hebræo eadem uox est. Priori loco, ubi misericordiam, & posteriori,

5
 Isa. 54.
 Hierony.
 Eusebius.
 August.
 Theodoret.
 Cyrillus.
 Haymo.
 Lyranus.
 Glossa.

Ioan. 3.
 Ezech. 36.
 Ioan. 6.
 Prou. 9.

707
 I

Terentius
 Exo. 34.
 Prou. 20.

Greg.
 Job. 29.
 Luc. 10.
 Exod. 25.
 Psal. 22.
 Exod. 32.
 Ioan. 8.
2
 Ianse.
 Philippus.

ubi clementiam uulgata uertit, iustitia nā que scelerati quasi membra putrida præscinduntur, aut coercentur, clementia uero boni fortius stabiliuntur, & confirmantur. Hinc Greg. lib. 20. Moral. in illud Job. 29. *Cumque sedere sicut rex circumstante exercitu, eram tamen merentium consolator.* Circa subditos inquit, suos inesse rectori debet, & iuste consolans misericordia, & pie seuiens disciplina, unde semiuiui illius uulneribus, qui à Samaritano in stabulum ductus est, & uinum adhibetur, & oleum: ut per uinum mordeantur uulnera, per oleum foueantur. Miscenda est ergo lenitas cum seueritate: faciendūque ex utraque temperamentum. Hoc nimirum illa tabernaculi arca significat, ubi cum tabulis, uirga simul & manna erat, quia cum scripturæ sacræ scientia est in boni rectoris pectore uirga districtio, & manna dulcedinis. Hinc & David ait: *Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Virga enim percutimur, & baculo sustentamur, &c. Denique in Moyse tanta fuit pietas, ut pro populo peccante se Deo opponens dixerit: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro uitæ.* Et tamen postea tanta fuit in eo seueritas, ut uenia populo ob tenta, occiderit ex eis quasi triginta tria millia, &c. Hæc Gregor. sic filius Dei clementiam ostendit in iudicio adulteræ: *Cuidixit, neque ego te condēnabo, uade noli peccare.* Iustitiam uero quando accusatoribus eius dixit: *Qui sine peccato est, uestrum, primus in illam lapidem mittat.*
 Quod uero thronus regis clementia dicitur roborari, opinionem illorum tanquam falsam omnino repellit, qui ut Iansenius hoc loco notat, armis & bellicis machinis muniendas putant ciuitates, & substantiā ciuium minuendam exactio ne maxime tributorum, & uetigalium, ad confirmationem regni. Contra namque Salomon docet, beneuolentia potius, beneficiis, & clementia, reges magna securitate regnare. Sic fertur Philippus Rex Macedo Nicanorem, quem cōtra se multa in uulgo spargere audierat mala, non solum non puniuit atrociter, sed cum inopia laborare illum deprehendisset, bonam pecuniæ summam dono misit, unde quem senserat prius crimina =

Pericles.
 Antigonus.
 Augustus.
 Cæsar.
 Tytus.
 Seuerus.
 Salustius.
 Cicero.
 Apoc. 4.
 Prou. 11.
 Prou. 16.
 Matt. 11.
 Matt. 18.

torem, expertus est deinde laudatorē, & uerū amicum. Pericles Atheniensis cū iā morti uicinus ab assistētibus lecto eius de multis laudaretur, illud inquit, recolite magis, quod cum Athenas multo tempore gubernauerim, nemo mea causa contra ius lugubrem induit uestem. Antigonus Afsiæ rex filio suo irato, & furētī aliquādo dixit. Nōne scis fili regnū non nisi nobilē quandam seruitutē esse, magis ergo seruire subditis, quā tyrānice dominare debemus. Augustus Octavianus Cæsar, cū deambularet cū Diomede liberto suo, effraētis aper catenis, in Imperatorem impetu magno cucurrit. Diomedes autē post tergū Dñi ab impetu bestię se texit, sed cū incolumis euassisset uterq;, non est iratus Augustus contra libertū, sed formidine eius clementer irrisit. Titus Imperator duos patricios qui Imperiū affectasse dicebantur leniter coarguit, atq; dimisit. De Seuero Imperatore refertur quod cū Mammea mater & præterea uxor eius obicerent ei nimia illa ciuilitate reddere potestatem molio rem: respondit, sed securiorē quidem ac diuturniorem. Deinde Salustius de bello Iugurthino. Non exercitus inquit, neque thesauri, præsidia regni sunt, uerum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio ac fide parantur. Itē Cicero li. 2. officiorum. Malus inquit, custos diuturnitatis metus, contraq; beneuolentia fidelis est ad perpetuitatem. Hæc ille. Sed & Apocal. 4. Ioannes cum thronū Dei uidisset, addit: *Et iris erat in circuitu throni.* Quod signum est amicitię, foederis, & clementię Dei, quæ thronū eius circumdat, unde Prou. 11. *Clementia præparat uitā.* Et cap. 16. *In hilaritate uultus regis uita, clementia eius quasi imber serotinus.* Cæterum quia clementia sine iustitia nō est satis ad regendos populos, utriusque nobis exemplum Dominus insinuat, in parabola patris familias, qui ex clementia filium suum misit ad agricolas, qui seruos prius missos occiderant dicens: *Uerebuntur fortasse filium meum:* Sed cum & filium occidissent, malos tandem male perdidit. Ex clementia quoque debitori decem millium talentorum, debitum omne dimisit: sed rursus ingratus, & in conseruum suum crudelē, se uere puniuit.

3 Prou. 31.

Beda. Fph. 4.

Matth. 5.

Matth. 9. Luc. 5. Luc. 7. Matth. 5.

4

Esther. 4.

Pfal. 17.

Esa. 65.

Matth. 2. Matth. 15. Matth. 8. Ioan. 4.

Denique de Ecclesia sub typo mulieris fortis dicitur Prou. 31. Os suum aperuit sapientie, & lex clementie in lingua eius. Docet autem Ecclesia, vt inquit, hoc loco Beda sapientiam, quando dicit illud Apostoli: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, & qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennae ignis. Lex autem clementie, est lex Evangelica vt pote que non statim morte punit delicta, sed dat locum penitentie, vnde Dominus Paralytico: Confide, inquit, filij remittuntur tibi peccata tua. Et mulieri peccatrici dixit: Remittuntur tibi peccata. Denique lex clementie est quae dicit: Diligite inimicos vestros, &c.

Clementia quando causa rationi subest consentanea, in legibus seuerioribus dispensare facit. Sicut legimus Esther. 4. Omnes serui Regis, & cunctae quae sub ditione eius sunt, norunt prouinciae, quod siue uir, siue mulier, non uocatus interius atrium Regis intrauerit, statim interficiatur, nisi forte rex auream uirgam ad eum tetenderit, pro signo clementiae. Esther autem regina typum gentilitatis praese tulit, quae non uocata per legem, aut Prophetas, uenit ad Christum Regem regum, iuxta illud Psa. Populus quem non cognouit seruauit mihi, & apud Esa. Quae seruerunt me qui antea non interrogabant. Tunc autem primum Christus rex ad gentes uirgam extendit auream, clementiae suae, quando stellam misit ad Magos in Oriente. Item quando recepit Chananaeam minime uocata, & Centurionem, & denique Regulum.

CAPVT CI.

Clerus, Clericus.



CLEROS Graece κληρος latine fors dicitur sicut Psal. 67. Si dormiatis inter medios cleros pennae columbae de argentatae. De quo agimus in dictione columba, & ubi uulgata uertit Cleros Hebraice est Michaim. Id est termini. Caeterum specialiter cleros pro sorte accipitur sacrorum hominum vnde dicti sunt clerici. Sic Petrus: Neque dominantes in cleris, sed forma

1. Petr. 5.

facti gregis ex animo. Vnde Hiero. episto. ad Nepotianum, si enim inquit, κληρος Graece, fors latine appellatur propterea uocantur clerici, vel quia de forte sunt Domini, vel quia ipse Dominus fors, id est pars clericorum est, haec Hieronymus. e contrario a uoce Graeca κλος, id est, populus Laici dicitur populares siue plebei, vnde ex ipso nomine constat distinctio clerici a Laico. Quae tantum abest, ut noua sit, ut ab ipso Apostolo Petro sit nobis tradita. Deinde in Concilio Niceno primo generali Can. 1. Siquis inquit, in aegritudine, vel a Medicis factus, vel a Barbaris castratus est, placuit ut iste per maneat in clero siquis autem se ipsum abscidit, hic etiam si est in clero, cessare debet. Et ex hoc nullum talem oportet ordinare. Item de ordinatione clericorum mentio fit in eodem Concilio Can. 3. 8. 17. 18. & 19. Et in canonibus Apostolorum clerici passim nominantur.

Quales autem clericos esse oporteat filius Dei docet, de sacris hominibus dicens Mat. 5. Vos estis sal terrae: Vos estis lux mundi, &c. Praeterea. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. Omnis quippe clericus in suo gradu super familiam Domini saeculare constitutus est, quam suo subleuat ministerio. Ad quod etiam praeter Apostolos: Designauit Dominus alios septuaginta duos. Qui & operarij segetis dominicae nuncupantur: Rogate inquit Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Dicit autem Papa Thelesphorus in sua. 1. epistola decretali, quae habetur in primo Tomo conciliorum. In omnibus discreta esse debet, & segregata uita clericorum & saecularium Laicorum: & sicut amplius sunt applicati diuinis cultibus, & familiares dicuntur Domini saluatoris, ita moribus debent esse distincti. Haec ille. Item Anicetus Papa epistola sua decretali in eodem Tomo, clerici inquit, qui laicis, & simplicibus, uirtutis, honestatis, pudicitiae, & grauitatis exemplar esse debent, &c. Iuxta Apostolum comam non nutriant, &c. Praeterea Ambrosius libro. 1. episto. 6. ad Irenaeum ait, Pythagoricum mandatum in aliquorum scriptis praedicari inuenimus, in quo ille discipulis suis communem atque uisitatum populo in-

Hierony.

Conc. Nicenum.

2. Matth. 5. Matth. 24.

Luc. 10.

Thelespho. Papa.

Anicetus Papa.

Ambro.

gredi

Chryc.

Matth. 24.

Bernar.

Conc. Carthag.

Conc. Carthag. 4.

3

2. Tim. 2. Can. Apost.

Con. Chalcedo.

Con. Turo.

Co. Tarrac.

Co. Cabilo.

Co. Niceno.

Co. Elibert. Con. Arelat. Co. Laodic. Conci. Carthag. 5. Syn. 6.

gredi uiam prohibuerit. Quod Pythagoras ex Leuitarum praecipis ueteris testamenti, quod aliquando legit, accepit, & ministris Euangelij magis quadrat. Itē Chryc. libr. 2. de Sacerdotio, adducens illud praedictum Matth. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Prodeant, inquit, in medium, qui longe omnibus praestant: quique animi uirtute reliquos excellunt. Quantum corporis magnitudine Saul, Hebraeorum gentem uniuersam excelluit, &c. ut constitui possint super familiam Dei, &c. Et Bernard. libr. 4. de Consideratione. Talis inquit, esse debet qui mittitur ad populum, qui regibus Ioannem exhibeat. Aegyptijs Moysem, fornicantibus Phinees, Eliam idolatris, Helisam auaris, Petrum mentientibus, &c. Qui uulgares non spernat, sed doceat, diuites non palpet, sed terreat: pauperes non grauet, sed foueat: qui minas principum non timeat, sed contemnat; qui Ecclesiam non exspoliet sed emendet, cuius sermo edificatio sit, uita iustitia, &c. Haec Bernardus cuius sententiae consonant decreta Conciliorum. Nam Concilio Carthaginensi. 3. quod allegatur in Decreto distinct. 4. legimus, Clericus aut Monachus, qui uerba scurrilia aut risum mouentia loquitur, acerrime corripatur, & Concil. Carthagi. 4. Can. 6. clericus, inquit, scurrilis suspendatur.

Multa etiam clericis prohibentur, quae sacrum eius statum minime decent, inter quae est negotiatio, iuxta Apostolum: Nemo militans Deo, implicat se negotijs saecularibus, ut ei placeat qui se probauit. Can. etiam Aposto. 19. clericus qui fidei uisiones dat, deponitor. Et Concil. Chalcedonensi. 4. Generali Can. 2. Ne clerici saecularibus implicentur, neue procuratores sint. Idem in Concil. Turonico Can. 2. 3. & Concil. Tarrac. Can. 1. & 10. ut clericus negotiator suspendatur, & Synodo Cabilonensi Can. 8. Ne clerici emant fructus terrarum, ut carius vendant, & ne uillici fiant, Can. 12. Praeterea Concil. Niceno Can. 18. clericus, qui turpia lucra fuerit sectatus, deponatur. Idē Conc. Elibertino Can. 20. & Con. Arelatēsi 2. & Cōci. Laodicensi Can. 5. Item Conc. Carthag. 3. Can. 14. Ne clerici sint conductores. Item Sexta Synodo Generali Ca. 9. Nulli

inquit, clerico liceat cauponariam habere tabernam: Imo ne tabernas clericus ingrediatur praecipit Synodus Cabilonensis, Cani. 44. & in Decreto Euthychiani Papae secundum Gratianum iubetur. Clerici non eant per tabernas, comedendo & bibendo, neque cum foeminis, aut impuris hominibus conuiuia exerceant. Idem praecipitur Cōc. Laodicensi, Can. 24. & Cōc. Carthag. 3. Can. 27. Quod intelligendum est nisi inter peregrinandum necessitas cogat ingredi tabernam, idque cum honestate, & modestia. Itē Cōc. Agathensi Can. 31. clerici uitare iubentur conuiuia nuptiarum.

Accedit ad clericalis status honestatem etiam pertinere ne canes uenaticos, aut accipitres alant, quod statuitur Concilio Agathensi Can. 55. Vbi sic legimus Episcopis, presbyteris, ac diaconibus canes ad uenandum aut accipitres habere non liceat. Idem iubetur Synodo Cabilonensi, Can. 9. Praeterea prohibitum clericis est histriionum munere fungi Can. clerici de uita & honestate clericorum libr. 6. Item arma nisi pro defensione idque decenter portare ut habetur de sententia excommunicationis Can. in audientia. Neque potest clericus causam agere sanguinis ut habetur Concil. Tolet. 1. Can. 5. Idem statuit Alexad. Papa. III. in Conc. Lateranensi p. 27.

Prohibetur etiam clericis cum foeminis cohabitare nisi cum matre aut sorore, &c. Sic legimus Conc. Niceno Can. 3. ne mulier clerico cohabitaret nisi mater soror aut amita, ut sine suspitione sit. Idem Concilio Elibert. Can. 26. & Concilio Arelatensi 2. & Concilio Carthaginensi 3. Can. 17. Concilio Toleta. 1. Concilio Braccarenfi Ca. 15. Concil. Maguntienfi Can. 10. De quo legendus est Cyprianus lib. de Singularitate Clericorum, ubi ad clericos ait. Nimum praecipit est, qui transire contendit uibialium conspiciat cecidisse: & uehementer effrenis est, cui non incutitur timor, alio pereunte, &c. idē lib. 1. epist. 15. ad Pōponium, nec pati inquit, debemus uirgines habitare cum uiris, cum Apostolus dicat Ephe. 4. Nolite locum dare diabolo. Liberanda est uigilanter de periculosis locis nauis, ne inter scopulos, & saxa frāgatur. Et Ambr. li. de Apologia David, uis inquit noua duri, noli ad ignem accedere. Itē Hiero. epist. ad Nepotianum,

Syn. Cabilo. Euthychia. Papa

Co. Laodic. Conci. Carthag. 3.

Conci. Agathense.

4. Conci. Agathense.

Synodus Cabilon.

Conci. Tolet. 11. Con. Later.

5. Con. Niceno

Conci. Elibertinum.

Con. Arelaten.

Conc. Carthag.

Conc. Braccaren.

Conci. Maguntien.

Cyprianus.

Eph. 4.

Ambro.

omnes aut puellas, aut virgines Christi, aut equaliter ignora, aut equaliter dilige. nec sub eodem tecto mansites, aut in præterita castitate confidas: Nec sanctior Dauid, nec Salomone potes esse sapientior. Hæc Hieronymus.

De continentia clericorum, vide in verbo Continentia.

CAPVT CII

Clypeus.

CLYPEVS Hebraicè Chidon, dicitur, sic legimus 1. Reg. 7. clypeus greus tegebat humeros, & Iob. 39.

Clypeus maius scutum est, olim pedutum, nam equitum scutū erat minus, quo se tegebant ab ictibus hostium. Metaphorice vero in scriptura Deus dicitur clypeus salutis, vel diuina protectio 2. Reg. Didisti mihi clypeum salutis tuæ, dicitur etiā clypeus verbum Dei quo protegemur, sic in Prou. Omnis sermo Dei ignitus clypeus est omnibus sperantibus in se, idest protectio. Vnde & filius Dei cum tentaretur à diabolo in deserto. Tribus eius tentationibus tria scripturarum obiecit testimonia vt nos doceret clypeo scripturæ sanctæ tentationum ictus retundere.

In eodē sensu exponit Glos. illud quod de Ecclesia dicitur in Cā. Sicut turris Dauid collū tuū etc. Mille Clypei pēdēt ex ea, omnis armatura fortū. Verba quippe scripturæ sacre muniūt fortes in Chro. castos armat, iuxta illud Mat. 19. Sunt quidam qui se castrauerunt propter regnum celorum: Man suctos, & humiles armat, quod apud Matt. Dñs dixit: Discite à me quia mitis sum, & humiliscorde. Patientes deniq; munit iuxta illud Matt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et sic de similibus: postremo nisi scripturæ sacre nobis armatura, & clypeus essent, non diceret Apostolus ad Tim. Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, &c. ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

Clypeus occupat ciuitatem quæ ab hostili occupatur exercitu, sic de Hierusalē sub Ezechia Rege ab exercitu Senacherib liberanda dicit Esai. Non occupabit eam cly-

peus. Idest non capiet eam hostis clypeo munitus. Deinde clypeus abiectus dicitur hominis fugientis, qui præ trepidatione clypeum etiam deserit 2. Reg: Ibi abiectus est clypeus fortium, ita exponit Lyra. præterea clypeum è contrario cōtra aliquem eleuare est pugnare aduersus illum iuxta illud Ezech. Et ienabit contra te clypeum, idest Nabuchodonosor contra Tyrum. Sic & Isue leuauit clypeum contra ciuitatem, Hai, neq; manum deflexit erectam donec hostilis ciuitas caperetur. Vbi nota non gladiū quidem contra hostes, sed clypeū vir iustus erexit, quia non tam exitiū hostium pugnando, quam nostrā defensionē debemus attendere, iuxta illud Matt. Diligite inimicos uestros

Clypeus vocatur ignitus, vel quia sit aureus, vel quia ictibus telorum pulsatus scintillas emittat. Sic de exercitu Nabuchodonosor contra Ninuem legimus apud Nahu. Clypeus fortium eius ignitus. Lyran. putat, quod cum Babyloniorum clypei tecti essent laminis greis, reuereratione luminis, ignem emittere viderentur: sed magis quadrat, quod tam fortes essent, vt ictibus minime frangerentur, sed ignem scintillarent. Qualem mystice scutum est fidei viue, de quo Paulus: in omnibus sumentes scutum fidei. quod scintillas charitatis, & clari virtutum exempli si tribulationibus, & tentationibus pulsatur, emittit. Tales erant martyres, quibus dictum est apud Luc. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Habent & fortes in fide viri clypeos aureos sicut olim Macha. Refulsit sol in clypeos aureos, & splenduerunt motes ab eis. Et certe in spiritu clypeos aureos in primitiua quondam Ecclesia gestabāt ubiq; fideles de quibus dictum est, Marc. vlt. Signa autē eos qui crediderint, hæc sequentur, in nomine meo demonia eijcient, linguas loquentur nonis, &c. Sed pro dolor clypeos aureos quos fecit verus Salomon, id est Christus Rex pacificus, rapuit Rex Egypti magna quidē ex parte, idest princeps tenebrarum, de quo 2. Para. 12. narratur historia, iuxta illud Matth. Quoniam superabundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et Luc. 18. Cum uenerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Idest fidem quæ per charitatem operatur.

2. Reg. 7. Lyranus.

Ezech. 26.

Iosue. 5.

Matth. 5.

4

Nahu. 3. Lyranus.

Eph. 6.

Luc. 21.

1. Mich. 6.

Marc. vlt.

2. Para. 12. Matt. 24.

Gala. 5.

CAPVT CIII.

Coagitare, Coagulare, Concrefcere.



COAGITARE dicitur Hebraicè in scriptura Zamam.

I

Luc. 6.

Theophy.

Matth. 5.

2

Iob. 7.

Sap. 7.

3

Pfal. 67.

August. Vatab.

Hierony.

Lyra. Vatab.

Coagitare est, ex omni parte agitare. Vnde Luc. 6. Mensuram bonam & coagitatam dabunt in sinum uestrum. Quæ est æterna, & plena ex omni parte felicitas, vt exponit Theophylactus, sed tribulationibus huius vitæ coagitur mensura meritorum, vt plus capiat. ideo apud Matth. Beati eritis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, &c. gaudete, & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in celo.

Coagulare est liquidum constringere, sicut lac coagulatur. Vnde Iob. 7. Non ne sicut lac multasti me, & sicut caseum me coagulasti? Quia vt Phisici dicunt, semen in utero foeminae septem primis diebus conglobatur, & coagulatur, vt ad figuram fulcipiendam idoneum sit. Quamuis largius sumpto vocabulo, toto tempore quo foetus procreatur in utero coagulari dicitur, idest plenè consolidari, vt in lucem editus infans communem possit cum cæteris ærem ferre, sic intelligitur illud Salomonis: Decem mensium tempore coagulatus sum, in sanguine, & semine hominis. Vbi decem menses non plenos intelligit, sed incæptos.

Coagulatus mons vocatur vel excelsus, vel in caseatus. Sic legimus Psal. 67. Mons coagulatus, mons pinguis, ut quid suspicamini montes coagulatos. Hebraicè Gaunanim, quæ vox si deducatur à Gebina, Idest caseo, significat montes ad modum casei coagulatos, vt vertit vulgata, Vnde Augustinus legit montes in caseatos, item & Vatablus vertit mons plenus caseis, si vero vox Hebræa deducatur à Gibben, siue Gab, vertitur mons Gibbosus, & excelsus, vt vertit Hieronymus. Sed magis quadrat versio vulgata. Putant autem Lyranus, & Vatablus de templo Hierosolymitano prædictum, sed falso, quia sequitur: Mons in

quo beneplacitum est Deo habitare in eo, etc. nim Dominus habitabit in finem. Idest in æternum, sed non durauit æternum planè templum Iudæorum antiquum illud. Ideo melius mons iste coagulatus filius Dei intelligitur: vt exponunt Hierony. August. Arnobius & Genebrardus. Quid ergo suspicamini montes coagulatos ait Arnobius, idest multos cur esse putatis Deos? cum vnus sit Deus in Christo: qui rectè lacteus, & coagulatus dicitur, vt potest: qui aperiens os suum lacteū docebat, discipulos, dicens, Beati pauperes spiritu. Et certe lac est doctrina mandatorum decalogi, coagula vero Euangelica dicuntur illa maiora, & perfecta consilia, quæ à filio Dei recipientes Apostoli dixerunt: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Et sunt quidam ait Christus qui se castrauerunt propter regnum celorum. Præterea quod subditur: Vt quid suspicamini montes coagulatos? Hieronymus, & Augustinus exponunt, quare putatis filium Dei esse Eliam, aut Hieremiam, aut vnum ex Prophetis, cum sit Christus filius Dei uiui?

Hierony. Arnobius. Augu. Geneb.

Matth. 5.

Matth. 19.

Hierony. Augu.

Matt. 16:

4 Ambr. Psal. 118.

Ioan. 5.

Matth. 15.

Esa. 58:

5

Prou. 3. Glosa.

Ioan. 20.

Esa. 68.

Coagulatum in malum denotat corruptum cor, & obduratum, vt exponit Ambr. brosius in illud Psal. 118. Coagulatum est sicut lac cor eorum, ego uero legem tuam meditatus sum. Tale cor Pharisæorum erat, herba scilicet inanis gloriæ coagulatum, quibus Dominus dixit apud Ioan. Quomodo potestis credere, qui gloriam ad inuicem queritis? & apud Matt. Hypocritæ bene de uobis dixit Esaias, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Quia uidelicet propria uoluntate coagulatum est, iuxta illud Esa. In medio ieiunij uestri inuenitur uoluntas uestra.

Concrefcere est condensari Prouer. 3. Nubes rore concrefcunt. Idest condensantur, mystice uero Glosa nomine nubiu Apostolos, & prædicatores significari putat, qui rore diuinæ gratiæ solidatur, sic apud Ioann. insufflauit Dominus, & dixit Apostolis: Accipite Spiritum sanctum, &c. & sicut misit me pater & ego mitto uos. De his quoque Esa. Qui sunt hi, qui sicut nubes uolat?

CAPVT C IIII.

Cocum, Coccinum.



COCCINEVS color dicitur Hebraicè Sani Gen. 38. & Leui. 14. Isai. 25.

Coccus vel coccum vt inquit Dioscorides Græce κοκκος βαφικη

Hoc est granum tinctorium dicitur.

Est autem frutex, cui adhærent, hæc grana, quibus tinguntur lanæ coloris istar rosæ præcipui, cuius copia magna est, vt refert Strabo libr. 10. in ea Hispaniæ parte quæ Turdetana vocatur. Meminit eius quoque Plinius libro. 9. cap. 41. qui circa Emeritam Lusitanæ in maxima laude esse dicit, & libr. 16. cap. 8. ait Arbusculam, in qua nascitur coccus, ilicis quondam speciem esse, & cusculium vocari, Hispanice dicitur Grana. In his granis seu coccis, vermiculi parui gignuntur rubri, & optimi odoris, qui paulo post è coccis exeuntes, ac vino albo præstanti inspersi, mox arefacti contunduntur, & puluis eorum lanis rubricandis laudatissimus est. Diciturque vermiculus Hebraicè Tholah. De quo Esai. si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana laba erit. Vestimenta verò coccinea virorū nobilium, & illustriū erant 2. Reg. Super Saul stete, qui uestiebat uos coccino in delitijs. Item ubi legitur Thren. 4. Qui nutriebantur in cocceis, amplexati sunt stercore. Legi debet: Qui nutriebantur in cocceis. Nā Sept. ερω κοκκων idest in cocceis, & in Hebræo est Tholah. Differt autem coccus à purpura, quæ sanguine ostreorū tingitur, cuius color obscurior est. Item à murice qui piscis quidam alius marinus est, cuius sanguine lana tinctorum colore minus florido rubet.

Coccineam vestem milites Christo insignum affectati regni, per lusum circumdederunt Matt. 27. Chlamydem inquit coccineam circumdederunt ei. Cui contrariū prima facie videri poterit, quod apud Marc. legitur, induit eum purpura, idemq; Ioan. testatur, diximus autem purpuram à cocco longe differre. Vnde Ambr. super Luc. 23. duas vestes has esse putauit, alteram qui-

dem purpuream tunicam, alteram verò chlamydem coccineam, quæ super arma solent milites indui, sed Athanasius sermone de Passione vnam, & eandem vestem utroque nomine significari putat, quod patrum conuentione sententia tenet. Porro propter similitudinem vtriusque coloris, alterum pro altero ab Evangelistis usurpari dicunt: addit tamen Euthymius lanas cocci grano bistinctas purpuræ colorem obscuriorem referre: coccum ergo bistinctum Marcus, & Ioannes purpuram propter similitudinē transulerunt. Caterum melius iudicio medio, Antonius Honcala in suo Stauricon cap. 8. dicit vestem illam fuisse Diphabam, idest bistinctam, semel quidem purpura, & iterum cocco, vnde vere & proprie locuti sunt Evangelistæ, vestem illam & purpuream, & coccineam appellantes. Refert autem Plinius libr. 21. cap. 8. ad purpuram adhiberi tinctorum cocci, cuius verba sunt. Coccus quo nihil gratius in rosis micat, in purpuras Tyrias diphabæque traditur. Hæc ille. Tinctorum est ergo regia Christi vestis colore ostreae marinarum, & grano fruticis continentis, vt totius orbis redemptor, qui continente marique cingitur, in ipsa quoque passione ostenditur. Et vt in Apoc. legimus vere: Rex regum & Dominus dominantium.

Cocco dicitur amicta regia ciuitas Antichristi Apoc. 18. Væ ciuitas magna quæ amicta erat bysso, purpura, & cocco. Hanc Antichristi Metropolitim quæ Babylon dicitur diximus in verbo Antichristi, & in verbo Babylon, fuisse olim Romam, cum adhuc gentium ritus, & pompam sequeretur, sed tēpore Antichristi fore Hierusalem. Vbi notandum est, vestimentorum pompam ad ostentationem vanitatis passim quidē à Domino reprobari, sicut apud Matth. Qui mollibus uestiuntur in domibus, inquit, regum sunt. Et apud Luc. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & bysso. Et Matt. 6. Nolite solliciti esse corpori uestro, quid induamini. Deniq; in Eccl. Ab occursum faciei cognoscitur sensatus: amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo.

Coccinea bestia vocatur Satan Apoc. 17. propter superbiam fastum, & crudelitatem, vnde Beda diabolus, inquit, impietate cruentus, blasphemus, inflatus, corruptelâ prauorum, fastu præ-

sumptio-

sumptionis extollit. Hæc ille. Hinc quasi coccum, & purpuram ostentans Domino dixit in deserto: Hæc omnia tibi dabo. Idem est omnia regna mundi: Si eadens adoraueris me. Idem etiam cruentus Herodem ad occisionem innocentium mouit.

Coccinea dicuntur esse peccata, quia peccatoris opera maculant, mentemque cruentant, iuxta illud Esai. Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur. Vbi Hierony. tunc inquit, peccata quæ in modum coccini sanguinea fuerant, & opera cruoris ac sanguinis, veste Domini mutabuntur: quæ de agni confecta est vellere, quem sequuntur in Apocalypsi qui virginitatis candore resplendent. Hæc ille. Vnde leproso sub peccatoris typo clamanti: Domine si vis, potes me mundare. Volo respondit filius Dei, & mox ait: mundare. Sic & decem leprosos, qui figuram eorum sustinebant, qui decem decalogi præcepta conculcant, dum ad sacerdotes Dominus mittit, in ipso sacro obedientiæ promptioris itinere mundat, & niue reddit candidiores, vt pote poenitiæ virtute lotos, atque purgatos.

Coccino se Synagoga, idest externa tantum iustitia uestiebat, charitate contempta: Vnde illi Hieremias dicit: Cum uestieris te coccino, &c. Frustra componeris contempserunt te amatores tui: animam tuam querent. Vbi Hieronymus externa operum ornamenta, & iustitiam Pharisaicam exponit Synagogæ parum professe, quia contempserunt te, inquit, demones amatores tui: qui animæ tuæ quærent interitum. Hæc ille. Vnde Dominus dicebat: Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam Scribarum, & Pharisaorum, non intrabitis in regnum celorum. Ideo vestis coccinea ieiuniorum, & decimarum Pharisæi, qui Publicanum despexit poenitentiam agentem, non profuit ei, quominus voce Domini danaretur. Quod verò dixit Hier. Frustra componeris, non tollit quin opera bona sine charitate facta in culpa lethali non nihil iuuent, vt citius quis disponatur ad gratiam, & ad edificationem aliorum, sed solū intelligit non esse meritoria premij cælestis: neq; iustū euitatura supplicium.

Coccineis vestibus super arma Babylonici milites induebantur, contra Niniue irruentes Nah. 2. Viri exercitus in coccineis. Sic exponit Lyra. Babylonios equites chlamy-

dū à longe nitore hostiū Assyriorum oculos præstrinxisse, & terrore concussos facile superasse. Mystice vero, prædicatores sancti, operibus charitatis, quasi coccineo vestium nitore, hostiles dæmonum exercitus terrent, & fugant: vt animas ab eis captiuas in libertatem afferant. iuxta illud Matth. 1: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut videant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in caelis est.

De cocco bis tinctorum, sæpe fit mentio in scriptura sacra, maxime vero in ornamentis Pontificis Summi, & tabernaculi fœderis. Vnde Exodi. 25. Hæc sunt autem quæ accipere debetis aurum, &c. Coccumque bis tinctorum. Vbi mystice patres notant, non quidem acceptari coccum à Deo semel tinctorum, sed bis potius tinctorum, quia vt inquit Gregor. Homil. 16. super Ezechielem. Quid per coccum nisi charitas designatur, quæ semper flamma amoris accenditur: Sed coccus bis tingitur, quando non solum ex amore Dei, sed etiam proximi charitas inflammatur. Hæc ille. Propterea cum de duobus præceptis amoris Dei videlicet & proximi, Dominus respondisset apud Matth. Ex his inquit duobus mandatis uniuersa lex pendet & propheta. Hinc in veste Pontificis, non nisi bis tinctorum coccus admittitur in Exod. quia Matth. 5. Quicumque soluerit unum de mandatis istis minimis, &c. minimus idest minime uocabitur in regno celorum. Deinde apud Ioan. Hoc inquit, Dominus est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi nos. Idest sicut ego non ob mundanas utilitates dilexi vos, sed propter amorem Dei, sic & vos inuicem diligite propter Deum summe dilectum. Ideo & cortina decem tabernaculi fœderis, in Exodo ex vario colore, & cocco bis tinctorum sunt, quia decem præcepta seruantes animæ fidelium tunc Ecclesiam Dei protegant, & orant, quando flamma geminæ charitatis cæteras virtutes illustrant, ideo etiam superhumeralia Pontificis, & rursus malogranata in ora tunice sacerdotis inter aurea tintinabula mixta ex eodem cocco bis tinctorum texuntur, quia & patientia per superhumeralia significata; in gemina debet charitate fundari, vt Dominus dicat: In patientia uestra possidebitis animas uestras, omniaq; virtutum opera per mala punica figurata vsq; ad vite finem gemina

1. Cor. 16. debent charitate fulgere: iuxta illud 1. Cor. Omnia uestra in charitate fiant. Labia tua sicut vitta coccinea Can. 4. Vide in dictione Labia.

CAPVT CV.

Cocytus.



COCYTUS Græce κωκυτος, interpretatur luctus, quo nomine dictus est à Gentilibus inferorū fluuius à Styge Palude pro fluēs: de quo Virg. 6. Æne:

2. Cocyti stagna alta uicēs, stygiamque paludem. Cocyti glareæ siue lapilli cocyti fluminis, vocabantur olim scelerati, & inferni cruciatibus digni, vt notat Lyranus in illud quod de impio legimus Iob. 21. Dilcis fuit glareis cocyti. Id est amabilis fuit peccatis hominibus, qui glareæ cocyti propter insignem impietatem appellantur, sicut hodie sceleratis imi quiuentiones inferni dicuntur. Talis fuerat olim Mathæus in teloneo, dulcis uidelicet, & amabilis aliis publicanis, qui quasi lapilli erāt fluminis inferni. Sed postquam surgens sequutus est Dominum, eosdem publicanos traxit ad Christum, vt non iam glareæ cocyti, sed lapides viui cælestis fierent edificij. Item & mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, quæ dulcis fuerat glareis cocyti, id est hominibus mundi conuersa tandem lapis viuus, & pretiosus euasit, & exemplar aliis poenitentię fuit.

CAPVT CVI.

Cælum.

1. CÆLI in plurali dicuntur Hebraice Samaim quia caret singulari Gene. 1. Creauit Deus cælum. Cælum illa pars orbis appellatur, quæ supra ignis eminent elementum, à celando quod omnia tegat, vt putat Ambrosius, Exameron. li. 1. ca. 6. Vbi ait fecit Deus cælum sicut cameram: quod intra cæli ambitum vniuersa claudantur, vel certe dicitur à cælatura, quod stellis quasi cælatum sit: Est autem Aristotelis error cauendus,

qui cælum fuisse dixit aeternum, cuius contrarium tenuit Plato: idque fides catholica docet Gene. 1. in principio creauit Deus cælum & terram. Et Psalm. Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. Item sapientia dicit: Quando preparabat cælos aderam. Vnde non solum titulo gubernationis, sed etiam creationis dicitur Deus pater Dominus cæli: Cōfiteor tibi pater Domine cæli & terra.

Cælum Hebraice, sicut diximus in plurali vocatur Samaim, vel à verbo Sam, quod est admirari, sicut dicitur Eccl. 43. Vas admirabile opus excelsi. Vbi de Sole fit sermo. vel certe deducitur à Sem quod interpretatur nomen, quasi creatura nominata, cumque omnes cæli ab Oriente in Occidentem moueātur, super eminent vnū quod est immobile, vbi Angeli creati Deū quasi in propria sede glorificant, hoc theologo impyreum vocat: id est igneum. Et quidem Caieta. hoc cælum inquit, non habere fundamentum in scripturis, ideoque nisi scādalum timeretur, à cælorum numero reici posse. Accepit autem ansam à verbo quodam D. Th. 1. p. q. 66. ar. 3. quod forte nō intellexit. Ille quidem dicendum ait. Quod cælum impyreum non iuenitur positum, nisi per auctoritatem Strabi, & Bedæ, & iterum per auctoritatem Basilij, Homil. 2. Exameron, sed D. Thomas de cælo sub nomine impyreii loquitur vel lucidi, alioquin de summo cælo immobili ipse D. Thom. reiecta ratione Basilij quæ illud asserit esse ponendum, assignat aliā magis congruam: Videlicet rationi consentaneum fuisse, vt sicut Deus ab initio creaturas spirituales creauit, nempe Angelos, quos post secundum instans beatos fecit, & gloriosos, sic etiam corpus crearet cæleste lucidū, & immobile, ab omni plane corruptione longe remotū, quod locus esset beatorum: & cum Angelis symbolizaret. Accedit quod cum motus localis cælorum generationibus, & corruptionibus mūdi huius inferioris solū deteruiat, certe locus beatorū qui sunt immortalitate donati, moueri nō debuit, neque decuit vt Angeli essent quasi in sede beata in cælo mobili: maxime cum in scripturis requies vocetur, sicut Esa. 31. & alibi passim.

Hinc multi patres illud Gene. 1. In principio creauit Deus cælum & terram. De cælo immobili, & summo quod omnia cōtinet

3 Gene. 1.

inter-

interpretatur, ita vt de duobus extremis facta sit mentio, de cælo videlicet summo, & de terra quæ centrum illius est. Ita exponunt Alcuinus, Rabanus, Beda, Magister sententiarum, quem omnes Scholastici sequuntur, Magister quoque Historiæ Scholasticæ, Lyranus, Abulensis, & alij, Refellitur autem sententia Augubini in sua cosmopia, & in lib. de Naturis corporum, tenentis cælum Impyreum esse quandam aeternā, & increatam lucē, de qua 1. Tim. 6. Qui lucem habitat inaccessibilem. Quāuis autem sententiam suam Ecclesiæ censuræ submittat, debuit tum aduertere contra Ioannem in Euangelio dicere: Omnia per ipsum facta sunt. Lux autem illa inaccessibilis de qua Paulus loquitur, lumen est gloriæ beatorum, vel ipse quidem Deus, qui 1. Ioan. 1. Lux est.

4. Caterū vt ad immobile cælum reuertamur, siue Impyreum nominetur à Beda, siue lucidum à Basilio, certe ab scriptura sancta per excellentiam cælum cæli vocatur. Sic Deut. 8. Domini Dei tui est cælum, & cælum cæli. Quo nomine dicitur Psa. 67. Qui ascendit super cælum cæli ad Orientem. Et Psa. 113. sed & ante Basilij antiquior ille Clemens Alexandrinus, li. 1. Stromatū, de summo cælo quod habitaculum Dei & Angelorū dicitur mentionem facit, & Clemens 1. Papa & Martyr discipulus Apostoli Petri episcopi. 4. ad Iulij & Iulianū, dicit summum cælū esse inuisibile habitaculū Angelorū. Vocat autem inuisibile cælū, id est nullo nobis sensu perceptibile, vt pote quod nullā habeat stellam, neque motū. Sic & Diodorus Tharsensis, magister olim Chrysof. quem in sua refert Catena Lymanus, inuisibile dicit esse nostris aspectibus, & cælum cæli ab scriptura vocari. Vnde Damasc. li. 2. de fide Orthodoxa ca. 6. dicit à Philosophis hoc cælū αὐραὶ τῆς γῆς quidem dici id est sine astris & putat esse tertium illud cælum ad quod raptus est Paulus, vt primum cælum in scriptura aeris regio, secundum verò cælum omnes cæli mobiles intelligantur: tertium denique hoc summum, & immobile. Quod sequitur Theophylactus super 2. Cor. 11. Præterea summum hoc cælum habitaculum Angelorum agnouerunt Hebræi, inter quos Philo Iudæus, a qualis Apostolorum temporibus lib. de Opificio Dei, item vt refert Pico Miradulanus in suo Hepta-

plo, ca. 1. Abraham Philosophus Hebræus, & Isaac astrologus, cælum Impyreum asseruerunt. Neque mirum hoc Philosophis, & maxime Hebræis innotuisse, cū & Plato Gentilis plane Philosophus multa ex Moyse, & Prophetis vbiq; collegerit, vt demonstrat Eusebius, lib. 11. de præparatione Evangelica, & Epicurus dixerit, referente Plutarcho, innumeros Angelos in summo cælo cum Deo quietissime commorari, quorum non sit cum hominibus conuersatio.

5. Porro de numero cælorū nonnulli ex patribus dubitauerunt. Nam Chryf. Hom. 4. in Genesim, vnū tantum cælum esse putat quod verò de multitudinē cælestiū orbiū dicitur, figmentum esse Philosophorum. Quod si in plurali scriptura cælos nominat, ideo solum esse, quia in Hebræo nomen cælorum singulari careat, sicut apud nos Athens, & Theba, quamuis D. Tho. pro sua in Doctores sanctos modestia, excuset Chrysof. 1. p. q. 68. Præterea Iustinus Martyr q. 67. ad Gentiles, duos esse cælos integros, & completos affirmat: qui cum in plures partes diuidantur, scriptura sacra plures interdū nominat cælos. Idē tenet Theodoretus q. 11. in Genesim: At qui Basilius Hom. 3. Hexameron tres ad minimum cælos secundum scripturas ponendos putat, eo quod 2. Cor. 12. Paulus ad tertium cælum raptus esse dicitur. Iuniores denique dicunt, cælorū numerū ex diuinis literis non posse constare. Quamuis si re altius inspiciamus Iudas Thadæus sidera ponit errantia: quæ septem esse constat. Cumque illa errare scriptura dicat, in septē cælis ab inuicem diuisis fixa sint necesse est, nisi cælos disruppi dicas cōtra sententiam Iob asserentis: Nunquid cum illo fabricatus es cælos, qui sordidissimi quasi are susi sunt. Octauum autem est cælū Sydereum de quo sub nomine firmamenti legimus Daniel. 12. & Genesim. 1. Accedit & cælum impyreum quod cælum cæli in scripturis appellatur, duos autem alios mobiles inter cælum impyreū, & Sydereum, non nisi astrologorum auctoritate recipimus.

6. Cælum esse rotundę figurę, vltra mathematicos, asserunt Peripatetici, & Stoici philosophi, vt refert Plutarcho, libro 2. de Placitis philosophorum, capit. 7. tum propter aptitudinem huius figurę,

Alcuinus. Rabanus Beda. Magist. sent. Hilo. schol. Lyranus. Abulen. Augubi. 1. Tim. 6. Ioan. 1. Beda. Basil. Deut. 8. Psa. 67. Psa. 113. Clemens. Alexand. Clem. Papa. Diodorus. Tharsensis. Damasc. 2. Cor. 12. Theophy. Philo Iudæ. Pico Miradulanus.

R. Abraham R. Isaac. Eusebius. Epicurus. Plutarchus. Chrysof. D. Tho. Iustinus. Theodo. Basil. Iudas Thadæus. Iob. 37. Dan. 12. Gene. 1. Plutarchus.

Rr 4

ad mo-

ad motum localem, ab Oriente ad Occidentem: tum etiam propter capacitatem, & perfectionem figuræ. Non defuerunt tamen ex patribus aliqui, putantes hoc Philosophorum dogma scripturæ sanctæ contrarium esse, & subinde reiiciendum, inter quos Iustinus Martyr fuit, in responsione ad quæstionem centesimam trigessimam Orthodoxorum. Item Ambr. lib. 1. Exameron, & Chrysof. Homi. 14. & 27. in epistolam ad Hebræos. Præterea Theodoret. & Theophylactus super illud Hebr. 8: *Tabernaculum quod fixit Deus, & non homo.* Vbi putant cælum ab Apostolo poni quasi quadratum tabernaculum, propter hunc etiam locum Procopius in illud Gene. *In principio creauit Deus cælum, & terram,* asserit opinionem de rotunditate cæli sacris literis contrarietate. Item Lactantius lib. 3. Diuinarum institutionum cap. 24. cæterum testimonium Apostoli nihil vrget: solum enim probat, cælum fixum esse tabernaculum, & non mutandū, sicut lex vetus mutabilis, & non fixa fuit. Neque vrget alius locus Esai. 40. Vbi secundum translationem Septuaginta, cælū cameræ assimilatur, vt citat Ambrosius. Neque facit ad rem, locus Psal. Vbi dicitur: *Extendens cælum sicut pellem.* Quia vt docet August. lib. 2. de Genesi ad litteram cap. 9. Nihil obstat cameram esse rotundam, & pellem extendi in morem circuli. Quare si patres citatos prætermittas, reliqui fere omnes Doctores sancti, tenent cælum esse rotundum, idque tantum abesse vt scripturæ sacræ contradicat, vt potius illi consentiat. Ita Hieronym. super cap. 3. episto. ad Ephesios, à plerisque inquit, iuxta Ecclesiastem, cælum affirmatur rotundum: & in spheræ modum volui. Hæc ille. Et merito nam Eccli. 1. legimus: *Oritur sol, & occidit, & in lectum suū reuertitur, &c.* Deinde addit: *Et in circulos suos reuertitur.* Item Eccl. 24. sapientia clamat: *Gyrum cæli circuiui sola.* Eandem sententiam tenet Gregor. Nazianzenus super Eccl. 1. & Damascenus lib. 2. de fide cap. 6. præterea Theodoretus, qui priorem suam mutauit sententiam quæstion. 20. super Genes. & D. Thom. 1. p. quæst. 68. artic. 2. ad. 2. quem omnes Doctores scholastici sequuntur, & ita tenendum certissime censeo.

esse, plurimi ex sanctis patribus ex diuinis literis probare nituntur, alij verò incorruptibiles esse contendunt. Priorem sententiam tenet Ambrosius, lib. 1. Hexameron ca. 6. vbi eos irridet qui cum Aristotele dicunt, cælum esse quintā essentiā, non de natura elementorum. Idem tenet Cassiodorus, super Psal. 101. *Opera manuum tuarum sunt cæli, ipsi peribunt, tu autem permanes.* Et ibidem Euthymius, Damascenus quoque, lib. 2. de fide Orthodoxa, ca. 6. & Grego. Nissenus, lib. de Creatione hominis, cap. 24. Item Chrysof. Homi. 10. ad populum, & Theodoretus super Rom. 8. in illud creatura liberabitur à seruitute corruptionis, Iustinus quoque Martyr in responsione 93. & 94. & 95. ad quæst. orthodoxorū. Et pleriq; alij. Quorum sententia passim multis scripturarū testimoniis corroborari videtur, in primis Iob. 14. *Homo cum dormierit non resurget donec atteratur cælum.* Et Psal. 101. *Opera manuum tuarum sunt cæli, ipsi peribunt.* Item Esai. 34. *Et tabescet omnis militia cælorum: & complicabuntur sicut liber cæli, & omnis militia eorum defluet.* Et ca. 51. *Cæli sicut fumus liquescent, & capit. 65. Ecce ego creo celos novos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora.* Præterea Luc. 21. *Cælum & terra transibunt.* Et 2. Petr. 3. *Cæli magno impetu transibunt.* Item Matth. 24. *Stellæ cadent de cælo. Apocal. 21. Cælum primum, & terra prima transibit, & mare iam non est.* Et alia similia passim. Cæterū altera sententia est cuius fautores in duas factiones diuiduntur, prior est cælus syderibus ornatus, & qui super eos sunt, natura sua incorruptibiles esse quintæ cuiusdam essentiæ, ab elementis remotissimæ. Hanc tenuit Aristoteles, quem sequitur D. Thomas, & cōmunis hodiè schola theologorum, in 4. sent. dif. 48. Alia vero pars tenet quidem cū Aristotele, celos quoad substantiā nūquam esse corrupendos, iuxta illud Psalm. 148. *Laudate eum cæli cælorum, & aquæ omnes quæ super celos sunt, laudent nomen Domini, quia ipse dixit, & facta sunt, &c. statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi, &c.* Porro quod sint ex elementis, vel quintam quandam essentiam, incertum putat, neq; ad id facere Theologiam. Denique ad omnes scripturas, primæ opinioni fauentes: duobus modis respondēt, videlicet, vbi cælum in scriptura

Ambr.

Cassiodo.

Euthymius, Damasc.

Greg. Nisse.

Chrysof. Theodo.

Iustinus:

Iob. 14.

Psal. 101.

Luc. 21.

Matth. 24.

Aristotel. D. Thom.

Psal. 148.

Eccl. 1.

corrupti-

corruptibile dicitur, vel sermonem esse de regione aeris, quæ cælum passim appellatur, sicut quod Petrus ait: *Cæli magno impetu transibunt. Et ignis calore soluentur.* Et quæ huiusmodi sunt. Vel cælis renouari, perire, liquefcere, defluereque; & complicari dicuntur, non quidem quoad substantiā, quæ in æternum manet, vt dictum est: sed quo ad motum qui sistet; & accidentia. Quia sol obscurabitur, & Luna, & Stellæ, & cessabit cælorum motus, rursusque Sol splendebit septemplex. Hæc mihi sententia probatur magis, quæ grauisimorum autorum est, Aug. lib. 20. De ciuitate cap. 24. & Hieronymi, super Isai. 51. & 65: vbi ait: *Si consummato iam mundo Luna fulgebit vt Sol, & Sol septemplex; quomodo cæli quoad substantiam peribunt & non potius in melius mutabuntur?* Vnde Apostolus. i. Cor. 7. *Non dixit cælorum substantia peribit: sed præterit figura huius mundi: quia figura & accidentia mutabuntur, alioquin non solū cæli sed: & Terra semper stat.* Et Eccl. 1: *In quo etiā sensu dicitur Eccl. 3. Omnia opera quæ fecit Deus perseverant in perpetuum; id est simplicia quæ primum facta sunt: non autem mixta, præter humana corpora, quæ perpetua resurgent.* Eandem sententiam docet Gregor. lib. 17. Moral. cap. 5: super illud Iob. 24. *Et humiliabuntur sicut omnia, & auferentur.* vbi ait, quoad accidentia duntaxat, non quoad substantiam quidem celos in terituros, idem tenent Proclus, & Methodius, quos refert Epiphanius hæresi. 64. Idemque asserit Oecumenius super 2. Petri. 3.

8 Ex supra notatis colligitur Regula, in scriptura sancta nomine cæli; aut etiam cælorum, spatium aeris, frequenter intelligi, quod inter cælum & terram continetur: quod plane quia igne finalis iudicij purificandum est, celos instar fumi liquandos scriptura dicit. Nec miram si aer cælū vocetur: cum in Gen. *Volatilia cæli memorentur;* & arcus apparuisse dicatur in nubibus cæli. Item ros cæli; qui descendit ex nubibus quando, vbi Iacob filio pater Isaac benedicens ait: *Derore cæli det tibi Deus, &c.* Et Leuit. 26. *Dabo vobis cælum desuper: sicut ferrum;* id est aerem durum, ne in nubes pluuiaque cōcreseat. Sicque iratus Deus clausurus dicitur cælum, in eodem sensu, terra quoque promissionis dicitur Deut.

Matth. 24.

Isai. 30.

Aug. Hierony.

1. Cor. 7.

Ecclesi. 1. Ecclesi. 3.

Greg. Iob. 24.

Proclus. Methodius. Epiphanius. Oecumen.

Gen. 2. Gen. 9.

Gen. 27.

11. *De cælo expectans pluuia;* sic etiam intellige quod scribitur Iosue. 10. *Deus misit lapides magnos de cælo,* id est de regione aeris. Sic dicitur ignis de celo descendere. 4. Reg. 1. & Elias ascendisse narratur per turbinem in cælum ibidem, id est in regionē aeris nobis ignotam. Secundum eandem phrasim, explicant patres illud Psal. 77. *Ianuas cæli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum.* Item quod Oseas ait cap. 2: *Cælum exaudiet terram;* id est volente, & proptio nobis Deo; regio aeris, quasi quædam res animata exaudiet terræ desiderium: quæ scilicet metaphoricè dicitur imbrum copiam desiderare. Neque putes de sydereis cælis aut de impyreo dici, in baptismo Christi in Iordane fluuio facto; apertos esse celos, & c. Sed de aeris regione, cæli enim superiores, vel in corruptibiles sunt natura; vel firmæ Dei voluntate, vt dictum est.

Cæli portam vidisse legitur Iacob: & scalam à terra ad celos usque pertingentem, Gen. 28. Quod in visione nocturna contigit. Neque fuit locus iste qui postea dictus est Bethel, mons ille Moria vbi Salomon postea templum ædificauit in quo decipitur Historia Scholastica, & Dionysius Carthusianus, & Caietanus, vt ostendimus lib. 2. in verbo Bethauen, & Bethel. Quod verò dixit Iacob: *Verè non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli;* variis decussis id protulit: Primo quia forte vt notat Aug. Quæstionibus super Gen. & Rupertus, præuidit tabernaculi fœderis aliquando ibidem figendum esse, id est in vrbe Bethel; Et quia orationis locus futurus erat; porta cæli dictus est. Vel certe quia ibi reuelatio facta est Iacob, de Christo Domino, ex eius stirpe nascituro: qui de se dicit apud Ioan. *Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur.* Vel per scalam illam Christum Dominum in tellexit, vt Tertullianus ait lib. 3. contra Marcionē, qui via est ad cælum, sicut ait apud Ioan. *Ego sum uia, veritas, & uita.* Denique vt Aug. (inquit) ser. 2. de Natiuitate forte per scalam, & cæli portam, Mariam Dei matrem recognouit: *De qua natus est Iesus qui uocatur Christus.*

Cæli militia nonnunquā Angelos significat sicut Luc. 2. *Et facta est cum Angelo, militia cælestis exercitus,* interdum verò stellas or dine suo fixas, aut discurrentes denotat,

Psal. 77.

Ose. 2.

Matth. 3. Luc. 3.

9

Gen. 18.

Hist. Schol. Carthusian. Caietan.

Aug. Rupertus.

Ioan. 10.

Tertullian.

Ioan. 14. Aug.

Matth. 1.

10. Luc. 21.

Deut. 17. 4. Reg. 17. & 2. Paral. 31. Isai. 24. Hiere. 19. Sap. 1. Act. 7. & alibi frequenter.

I I Cæli leges vocantur statuta tempora. Veris, Æstatis, Autumni, & Hyemis, & mensuræ quoque dierum, mensium, & annorum, quæ ex vario & ordinato cælorum motu procedunt. Hiere: 33. *Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cælo non posui, &c.* Signa vero cæli vocantur vt Lyranus ait non solum stellæ crinitæ sed etiã constellationes quæ tempestates pluuias & grandines significant & similes impressiones tonitruum, fulgurum & alia quæ terrorem incutiunt, de quibus Hier. *Et à signis cæli nolite metere.* Præterea columnæ cæli dicuntur Angeli cælorum præsertim motores apud Iob. 26. *Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius, idest Angeli gubernatores cælorum metu quodam reuerentiæ pauent coram Deo: vt explicant Beda, Glossa, Lyranus, & Titelmanus, & D. Tho. Deinde cæli cardines de quibus Iob. *luxta cardines cæli perambulat, sunt altissima cæli puncta idest duo poli, Articus, & Antarcticus, super quos cælum voluitur: vt ait Glossa, & alij Patres. Denique concentus cælorum de quo Iob. ait: *Concentus cæli quiescere quis faciet. Non est sonitus quidem armonicus sed vt exponit D. Thomas, conuenientia proportionis motus cælestis, cõtra Pythagoricos, qui motum cæli sensibilem concẽtum edere putauerunt: quos refutat Arist. in. 2. de celo. Quamuis Glossa ordinaria, & Beda. Sanctos Angelos intelligant hoc loco cæli nomine significari: qui semper canunt: *Gloria in excelsis Deo, cui expositio ni consentit etiam Titelmanus.****

I 2 Cælum itaque nonnunquã pro cæli habitatoribus ponitur. Sic legimus Psal. 17. *Inclinauit cælus & descendit. Vbi Hieronymus, cælorum nomine cælicolas intelligit, idest Angelos: quos præmisit Deus, quando nostra venit ad nos: indutus natura, sic misit Angelum Gabrielem: *Ad uirginem, desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph: & nomen uirginis Maria: sic militiam cælestis exercitus misit ad pastores. Item Psal. dicitur: *Domine inclina cælum tuum, & descende. Vbi Iansenius & Vatablus putant, cælorum nomine nubes intelligi: quasi Deus super nubes obequitet: & eas***

Hier. 33.
Lyran.
Hier. 10.
Iob. 26.
Beda. Glossa.
Lyran.
Titelman.
D. Thom.
Iob. 22.
Glossa.
Iob. 38.
D. Thom.
Aristoteles.
Glossa.
Beda.
Luc. 2.
Titelman.
Psal. 17.
Hierony.
Luc. 1.
Luc. 2.
Psal. 143.
Iansen.
Vatablus.

inclinet, quando descendit, vt nobis præbeat auxilium. Sed poeticum figmentum redolet hæc expositio. Grauior autem sensus est, vt accipiatur continens pro contẽto: & cæli ponantur pro sanctis. Angelis cælorum habitatoribus, quos inclinat Deus, quando destinat ad nos, & per eos nobis auxiliatur. Sic Iudam Machabæum forma visibili iuuerunt Angeli in prælio, & Apparuerunt aduersariis de cælo: *Viri quinque in equis, frenis aureis decori, ducatum iude præstantes. Item Angelus Petrum de carcere liberauit, &c.*

In eodem sensu dicitur de aduentu Domini ad iudicium Psal. 49. *Aduocabit cælum de sursum & terram discernere populum suum, idest adducet cæli habitatores vt assistant in iudicio, tam Angelos, quam Apostolos. Ita Hieronymus, Lyranus, Vatablus, & Iansenius. Vnde Apostolis Dominus dixit: *Sedebitis & nos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, & Matth. 24. Mittet Angelos suos, &c. De Apostolis etiam intelligitur quod subditur in eodẽ Psal. *Et annuntiabunt cæli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est. Sic exponunt Glossa Interlinealis & Vatablus. Secundum eandẽ quoque phrasim agens de impio Iob. Reuelabunt (inquit) cæli iniquitatem eius, ubi Beda exponit reuelabunt Apostoli iniquitatem impij: Cæli dicuntur quoque laudare Deum, idest cæli habitatores, sicut Psal. 68. & alibi passim. Item cæli latantur, idest ciues cæli: Psal. 95. vel figuratiuẽ dicitur de ipsis cælis.***

Ponere eos in cælum, est blasphemare Deum. Sic explicant Hieronymus, Augustus, Lyra. & illud Psal. 72. *Posuerunt in cælum os suum: & lingua eorum transiit in terra, idest transiit metã rationis, quasi non essent homines, sicut dicit Lyr. vel transiit terrena omnia quia non putant se mortuos vt terrenos. sic intelligunt August. Cassiod. & Glossa: sic Pharisei qui blasphemantes Saluatori dicebant: *Dæmonium habes. Et in Beelzebub principe demoniorum eicit demones, &c. & nos scimus quia hic homo peccator est. Hierony. adueritatem Hebraicam vertit. Et lingua eorum deambulauit in terra, idest peruagata est lingua eorum blasphema per terram. Chaldaus autem transulit: Et lingua eorum ardet in iustos terre, idest non solum blasphemant cælestes, vt exponit Genebrard. sed & viros**

2. Mach. 10.
Ag. 12.
Psal. 49.
Hierony.
Lyran.
Vatablus.
Iansen.
Matth. 19.
Matth. 24.
Psal. 49.
Gloss. Interl.
Vatablus.
Iob. 30.
Beda:
Psal. 68.
Psal. 95.
Hierony.
August.
Lyran.
Iansen.
Psal. 72.
Ioan. 8.
Luc. 11.
Ioan. 10.
Genebrard.

iustos

15 Cæli per metaphoram, & mætere dicentur, in signum calamitatis humanæ, & e contrario lætari, ad fœlicitatis quoque & lætitiæ notam. Prioris exemplum habes apud Hiere. *Aspexi terram, & ecce uacuata erat & nihili cælus, & non erat lux in eis, qua figura denotatur Babyloniorum irruptio contra Iudæos, similiter po describitur vastatio postea Babylonis, & vicinarum gentium; vt notat Hieronymus super illud Isai. *Quoniam stellæ cæli, & splendor earum non expandent lumen suum. Et infra: *Super hoc turbabo cælum. De vastatione quoque exercitus Pharaonis, quando Moyses populũ Dei per mare rubrum eduxit, exponunt Hierony. & Cyrillus. illud Isai. *Induam cælus tenebris, & iaccum ponam operimentum eorum. Sed quia historia Moyfi præterita erat, & Isaias loquitur de futuro, potius intelligendum esse videtur de fine mundi, vt vult Origenes super illud Matth. 26. *Propheta nobis Christus. Quia vt apud Matth. legimus: *Sol obscurabitur, & apud Lucam: *Erunt signa in sole, & Luna, & stellis. Vel certe de tempore passionis Christi prædictũ est: quando obscuratus est Sol, vt exponit Tertullianus aduersus Marcionẽ lib. 4. Similis descriptio est apud Ezech. ubi vastatio prædicitur Ægypti à Chaldeis. *Et operiam cum extinctus fueris cælus, & ingrescere faciam stellæ eius: solem nube tegam, &c. E contrario verò ad gaudium magnũ significandum solent Prophete cælus in ducere splendore fulgentes, & dulcedinem roris & mellis suauissime distillant. Sic in Psal. *Et enim cæli distillauerunt à facie Dei Sina. Quod Lyranus exponit de solutione captiuitatis populi ab Ægypto. Præterea de beneficio natiuitatis Christi, Hieronymus explicat illud Isai. *Rorate cæli de super. De quo lib. 1. in verbo Aperire, num. 43. Itẽ de aduẽtu Christi Hiero. intelligit illud Habac. *Operuit cælus gloria eius: & laudis eius plena est terra: splendor eius ut luxerit.***********

Cælum & terrã mouere dicitur Deus, quando prædicitur in aduentu Christi

Varaylus.
Iansen.
Hier. 4.
Hierony.
Isai. 13.
Hierony.
Cyrill.
Isai. 50.
Origenes.
Matth. 24.
Luc. 21.
Tertulli.
Ezech. 32.
Psal. 67.
Lyran.
Hierony.
Isai. 45.
Hab. 3.
16

mundi totius futura mutatio, sic exponit Hierony: super Aggeum & Ambros. lib. 3. Ep. st. 12. illud Agg. *Adhuc modicum, & ego mouebo cælum, & terram, quod factum est quando moriente in Cruce Saluatore, Sol obscuratus est: & terra contremuit, in signum mutationis veteris legis. in Euangelium. Quamuis non incongrue Franciscus Ribera id explicuit, de Angelorum cantico in nocte natiuitatis. *Gloria in excelsis Deo. Et quando nouæ claritatis Stella Magos duxit ad præsepe. Denique quando prodigia quoque multa præcesserunt vastationem Hierusalem, quæ refert Iosephus lib. 15. Antiquit. cap. 7. & libro. 1. de bello cap. 14.**

De cælo dicitur Deus aspiceret in scripturis, item & audire: quia visus, & auditus eius montium altitudine non præpeditur: non solum ubique sit, sed etiam omnia de celo quasi de altissima quadam speculi conuempter sic habes Psal. 13. *A. 32. c. 52. A. & alibi passim præterea de celo dicit Psal. 19. B. 3. Reg. 8. B. & frequenter alias.*

Cælus aberiri quamuis denotet aliquando regionem aeris diuidi, vt notauimus supra numero. 8. Sed frequentius reuelationem prophetis factam in imaginatione significat, & in mente. vt notat Hierony. super illud Ezech. 1. & aperti sunt cæli, de quo lib. 1. in verbo Aperire.

¶ Cælum tertium quid sit. 2. Cor. 11. diximus supra num. 7.

¶ Regnum cælorum quomodo intelligatur. vide in verbo Regnum. Accipitur enim non solum pro Ecclesia trium phante, sed & promittante, & pro sacra scriptura.

¶ Cæsar, vide in verbo Augustus, & in verbo Censur.

CAPVT CXVII

Cæna, Cenare, Canaculum.

CÆNA dicitur vespertina refectio, à voce Græca *νομος*, idest communis, quia multi simul in communi cænare consueuerunt: vnde cæna sepe fumitur pro conuiuio. Sic in libro Iudith: *Fecit ei cænam magnam, & apud Matth. *Amant primos recubitus in cænis.**

Cæterum Luc. 14. pro conuiuio regio

Agg. 2.
F. Ribera.
Luc. 2.
Matth.
Iosephus.
17
18
Hierony.

cæna

CAPVT CVIII.

Cogere, Compellere.

COGERE Hebraicè dicitur in scriptura Phasar vt patet Gen. 19.

Cogere est vim inferre, siue quouis modo compellere, sic Dominus postquam quinque millia virorum quinque panibus paut coegit discipulos suos a cendere nam. Mar. c. 6. super quem locum Theophylactus post Chrylostomum, coegit (inquit) discipulos, quia non poterant ab eo facile separari, tum propter amoris affectum: tum etiam quia nesciebant quomodo ad illos sine nauigio veniret. Et Hieronymus quia amore (inquit) preceptoris, nolunt ab eo, neque pincto temporis separari. Hæc ille. Vnde contemplationis amator debet interdum coactus amore iuuandi proximos ab vberibus Christi separari: & nauigationi se vitæ actiuae reflatibus etiam ventis committere dicente Domino: Ecce ego mitto uos.

Cogendi sunt aliquando pauperes, & peregrini, vt à nobis sine verecundia velint vitæ subsidia recipere, sic cum Dominus sub forma peregrini duobus discipulis euntibus in Emaus apparuisset: Coegerunt illum dicentes, Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, &c. Vnde Gregor. hom: 2. 3. ait Ex quo exemplo colligitur, quod peregrini ad hospitium non solum inuitandi sunt, sed etiam trahendi. Hæc ille. Sic Abraham tres Angelos sub specie peregrinorū, & duos etiam Angelos iustus in Sodomis Loch, ad suum hospitium coegerunt, de quo Paulus ad Hebr. Et hospitalitatis nolite obliuisci, propter hanc enim nonnulli latuerūt, Angelis hospitio receptis, idest latebat eos quod Angeli essent, vt notat Oecumenius, vt maior esset eis merces. Nam si Angelos esse cognouissent, quid illis esset premitij? Sic exponit etiam Theodoretus, item & Theophyl. qui non legit latuerunt, sed ignorauerunt Angelos se recipere.

Cogere ad bibendum mutuis poculorum propinationibus stultum est, & rudium animorum. Vnde legimus Esther. 1. in splendidissimo regis Assueri conuiuio. Non erat qui nolentes cogeret ad bibendum. vbi notat Lyranus compositos mores Regis Assueri, qui neminem ad vinum epotandum cogi voluit: contra mo-

Theophyl. Mar. 6. Chrysof. Hierony: Matth. 10. 2 Luc. 24. Gregor: Gen. 18. 19. Hebr. 13. Occumen. Theodoret. Theophyl. 3 Esther. 1. Lyran:

tem vel est gaudium de pœna damnatorum, vt exponit Beda. vel de vindicta contra comites Antichristi, quorum hoc loco strages magna metaphoricè describitur, vt Franciscus Ribera dicit. Vel Denique prædicatio est Apostolica, de qua Petro visio facta est omnium reptilium, & quadrupedum & dictum est illi: Petre, occide, & manduca. Quia prædicatores, quasi manducare dicuntur eos, quos ad mysticum Ecclesie corpus trahunt, vt Rupertus explicat.

Cenare dicitur Christus cum eo, qui recipit. Apo. 3. Si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum, & cenabo cum illo. Quia conuersio peccatoris cibus est Christi, iuxta illud, quod de conuersione Samaritanorū, Apostolis dixit: apud Ioan: Cibum habeo manducare, quem uos nescitis.

Cenaculum est locus in ædibus aptum ad cenandum. Porro postquam in superiori parte domus cenitare ceperunt, superior domus vniuersa cenaculum dicta est: vt notat Festus, quo scalis siue cochleis ascenditur. Hinc de regē Ioachim filio Ioseph dicitur apud Hiere. Væ qui edificat domū suam in iniustitia: & cenacula sua non in iudicio. Pars etiam superior templi cenaculū vocabatur, sic enim legimus. 3. Reg. Et per cochleam ascendebant in medium cenaculū. Item. 2. Paral. Et cenaculum quoque texit auro. Dicitur etiam primum, secundum, & tertium cenaculum domus: sic prædicante diu Paulo, dormiens adolescens iuxta fenestram: Cecidit de tertio cenaculo. Postremo dubitare quis posset, quare Dominus paupertatis amator, qui præsepe natiuitati, asellum triumphali pompe in die palmarum, & Crucē ad mortem elegit, quando nihilominus sacramentum voluit corporis sui in suprema cœna consecrare cenaculum magnum stratum in ædibus patris familias elegit? Sed forte hoc ideo fecit vt nos doceret quanti facere debemus mysterium hoc: quod in monte Sion, & in cenaculo magno strato sacrauit. Quod nemo nisi corde charitatis amplitudine dilatato, & virtutum ornāmētis decorato recipere debet, iuxta illud: Probet autem se ipsum homo & sic de pane illo edat.

Beda. Ribera. Act. 10. Rupert. 6 Apo. 3. Ioan. 4. 7 Fest. Hier. 22. 3. Reg. 6. 2. Paral. 3. Act. 20. Luc. 22. 1. Cor. 11.

Seruauit ergo non solum corticem legis, sed & spiritum charitatis extra corticem, quasi medullam eduxit: atque figurā adiecta veritate compleuit. Vbi docuit planè parum esse, si præcepta quoad substantiam, siue quoad corticem solum obseruemus: nisi finem præcepti, nempe charitatem addamus: quæ sola meritum operi tribuit. Et sicut Dominus Iudam proditorē paut, & abluit, sic & nos inimicos diligamus, iuxta illud: Diligite inimicos uestros.

Cœna Dominica vocatur Eucharistia. 1. Cor. 11. Conuenientibus uobis in unum, iam non est Dominicam cœnam manducare: sed unusquisque cœnam suam præsumit ad manducandū. Hic abusus qui in primitiua Ecclesia surreperat vt prius cōmunibus epulis ingurgitandis populus vacaret, quam sumeret Eucharistiam, abolitus est, contrario instituto vt ieiunus accedat vnusquisque ad sacram synaxim, de consecratione dis. 2. ca. sacramenta, & ca. liquido, nisi sit languidus, qui ieiunus expectare non possit propter impendens mortis periculum.

Cœna nuptiarum agni legitur, in Apo. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni uocati sunt. Est autem hæc cœna Beatitudinis æternæ conuiuium, & vt (inquit Beda, finito præsentis vitæ tempore, est contemplationis supernæ refectio. Eodem modo Rupertus, ibi (inquit) tota cœna est amor, vbi vxor viro, idest anima coniungitur Deo: non ad horam, sed æternaliter. Ita etiam D. Thom. & communis sententia patrū, Est autē sermo de uocatione efficaci, qualis illa apud Matth. Quando filius Dei uidit duos fratres, Simonem, & Andream, & rursus alios duos, Iacobum, & Ioannem, & uocauit eos. De quo Paulus ad Rom. Quos prædestinauit, hos & uocauit. Vnde in eodem Apocal. Paulo post, Angelus apparet in sole, qui solas aues per medium cœli volantes vocat ad cœnam magnam Dei, idest nō humi repentes, sed vt Rupertus exponit, qui dicunt: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis? Cæterum an in hac cœna magna Dei, aues quæ per medium cœli volantes uocantur ab Angelo, sint eadem quæ ad cœnam nuptiarum agni paulo ante uocatae sunt: & an sit alia cœna illa quidem ab ista, dubitare quis posset. Et plane Rupertus cœnas putat esse diuersas, quia prior illa nuptiarū agni æterna refectio est, vt diximus. Hæc au-

Matth. 5. 4 1. Cor. 11. De consec. dis. 2. 5 Apo. 19. Beda. Rupert. D. Thom. Matth. 4. Rom. 8. Rupert. Matth. 19. Rupert.

cœna ponitur, vbi legimus: Homo quidam fecit cœnam magnam, dis putari quidē inter autores solet, an sit eadem hæc parabola cum illa de nuptiis filij regis. Matth. 22. Et quidem Aug. li. 2. de consensu Euangelist. dicit esse diuersam cap. 72. Sicut & ordo ipse Euangelicæ narrationis indicare videtur. Idē tenet Greg. in homilia. Quia per nuptias (inquit) hic apud Mattheum præfens Ecclesia, per cœnam illic cœleste conuiuium designatur. Cui sententiæ consentiunt Glossa, & Abulensis. Quamuis Aug. lib. de uerbis Domini, sermo. 35. Per cœnam apud Lucam, nō tam cæleste conuiuium, quā Incarnationem, & Pasionem Domini exponat, quæ in Eucharistie cœna representatur. Eodem modo explicat Theophylactus, sed meo iudicio, parum refert siue cœleste conuiuium cœnam magnam vocari dicas, quia cœna vltima refectio est, qualis erit epulatio gloriosa in spiritu, post seculi finem, siue passionem & Eucharistiam esse putes, quæ vt vltima refectio & vt viaticum morituris ministratur. Hæc ergo merito cœna dicitur magna, quia magnus est qui facit, vt pote filius Dei, magnum etiam quod manducandū conuiuus apponit, nempe corpus suum & sanguinem cum diuinitate coniunctum, magnæ quoque multitudini exhibetur, Ecclesie videlicet vniuersæ, & magnæ promissionis pignus est, gloriæ nimirum sine fine.

Cœna facta, dicitur filius Dei pedes abluisse discipulorū Ioan. 13. vbi Cypranus in sermone de ablutione pedum, putat hoc loco significari Eucharistiam fuisse à Christo Domino iam tunc Apostolis datam, quando lauit pedes eorum: sed nō tenetur hæc sententiā, quia iterum recubuit filius Dei, vt finem imponeret mysterio cœnæ, suumque corpus, & sanguinem veteri cœna præcedente Apostolis consecraret. Alij verò intelligunt, cœna facta, idest ceremonia legalis agni secundum legem finita, & deinde cœna communi nō licet prior ad solam ceremoniam, sed ad naturalem refectioem capta, surrexisse Dominum ad pedes abluendos discipulorum. Ita tenet August. Tract. 55. vnde & lib. 3. de consensu Euangelistarum Can. 1. per acta (inquit) Paschali cœna, & communi incepta, illis cœnantibus, surrexit Christus & lauit pedes discipulorū. Hæc Aug.

Matth. 22. August. Gregor. Glossa. Abulensis. August. Theophyl. Ioan. 13. Ioan. 13. Cypranus. August.

Luc. 21. rem barbarorum, quem etiam filius Dei reprobatur dicens: *Attendite, ne forte grauentur corda uestra crapula, & ebrietate, & curis huius seculi: & ueniat super uos repentina dies illa.*

4
Iob. 37. Cogere aliquando est congregare, & condensare. Iob. 37. *Subito aer cogetur in nubes.* Item de regione Moab à Chaldaeis deuastranda apud Isai. legimus: *In consiliū, cogit concilium: id est, o Moab congrega duces tuos ad concilium, & confule de exitu belli.*

Luc. 14. Compellendi sunt hæretici intrare in Ecclesiam resipiscentes. De quo uide li. 9. in uerbo Intrare ex parabola Euangelij: *Compelle eos intrare, apud Lucam.*

CAPVT CIX.

Cogitare, Cogitatio.

חשב

זמין

I

COGITARE dicitur Hebraicè Chasab Isai. 3. 6. & 53. & Hier. 49. Leuit. 25. Ioan. 1. Item cogitare dicitur Zamam Zach. 8. Psal. 17. & Zamam cogitatio Psal. 140.

Et quidem. Cogitare uerbum est frequentatiuum à cogere, propterea quod mens multa in unum cogat, unde possit eligere potiora. Sed restringitur uox cogitare ad ea tantum, quæ in animo colliguntur ad consilium capiendum. Unde non inepte quidam cogitationem esse dicunt, quasi consilij agitationem, in quo sensu Sanctus Dauid ait: *Cogitauit ut edificarem domum, in qua requiesceret arca faderis Domini, id est longo tempore deliberaui. Et profecto talis esse debet regum, & principum cogitatio præcipua, ut cultus diuinus augetur, ideo & Christus rex regum, ementes, & uendentes eiecit de templo, ut quiete ibi cultus Dei celebraretur.*

1. Par. 28.

Ioan. 2. Matth. 21.

2

Hilarius. Psal. 118. Ambrosi,

Pro. 14.

Matth. 7.

Cogitare hominem uias suas est diligenter ea quæ facit, aut facturus est, præmeditari, sic exponit Hilarius illud Psal. 118. *Cogitauit uias meas: & conuertit pedes meos in testimonia tua.* Et Ambrosius ibidem serm. 8. *Cogitauit (inquit) uias meas, non superiores, sed futuras, ut antea meos actus cogitationibus præuenirem, utrum agendum sit, & quomodo, quia ut Salomon ait: Est uia quæ uidetur homini bona: & posteriora eius ducunt ad mortem. Et est arcta uia quæ ducit ad uitam.* Cogita ergo quomodo videas, quo

modo loquaris. Hæc ille. Hinc Virgo Maria ab Angelo salutata: *Cogitabat qualis esset ista saluatio.* Item sanctus Ioseph, antequam Mariam occulte dimitteret cogitabat: *Hæc autem eo cogitante apparuit ei Angelus Domini.* In eodem sensu Salomon ait: *Cogitauit in corde meo abstrahere à uino carnem meam.* Sic alibi passim.

Cogitare hominem pro peccato suo est sollicitum esse in agenda rationabili poenitentia sic Propheta Psal. 37. *Et cogitabo pro peccato meo.* Vbi Augustinus, si diceretis ait cogitabo vel curam geram pro uulnere meo, quid intelligeretur, nisi dabo operam ut sanetur, &c. Fiant ergo elemosynæ, & redimantur peccata. Idem notat Basilius super hunc Psalm. dicens cogitare pro peccato esse quod Ioannes monuit apud Matth. *Facite ergo fructum dignum poenitentia.* Et Hieronymus ad ueritatem Hebraicam hunc uersiculum uertit, non cogitabo, sed: *Sollicitus ero pro peccato meo.* Item Vatablus: *Et ob peccatum meum sollicitus, sic explicat Iansenius, & etiam Genebrardus qui notat non esse putandum poenitentiam esse solum à peccato desistere sed necessariam esse sollicitudinem ad satisfaciendum pro peccato: unde & Chaldaus uertit: Sollicitus ero propter peccatum meum.* Et certe in Hebræo est uerbum Daag, quod significat sollicitum & anxium esse, & timere ualde. idem uerbum habetur Isai. 57. ubi legimus: *Pro quo sollicita timuisti, & Hierem. 43. Et fames pro qua solliciti estis adhærebit uobis.* Hoc intelligens mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, uis que adeo sollicitè cogitauit pro peccatis suis, ut lachrymis irrigaret pedes Domini, & Petrus sic sollicitus pro peccato suo: *Egressus foras fletu amare.*

Cogitatio hominis confiteri dicitur Deo, quando quidquid latet in corde legitimo sacerdoti confitetur. Psal. 75. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: Et reliquæ cogitationis diem festum agent tibi.* Ita exponit August. Prima (inquit) cogitatio confessio peccati, deinde uero reliquæ cogitationis sunt memoria perpetua doni Dei, qui nobis condonauit peccata, sic Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix post lachrymas & post resurrectionem Domini triginta fere annorum spatio reliquiis cogitationum intenta diem festum in

Luc. 1.

Matth. 1.

Ecclesi. 2.

3

Psal. 37. Aug.

Basilius,

Matth. 3. Hierony.

Vatablus, Iansen. Genebrar.

Chaldaus.

אנך

Luc. 7. Luc. 23.

4

Psal. 75.

Aug.

Luc. 7.

deserto

deserto Domino egit in poenitentia. Sed aliter intelligunt alij Patres prædictum uersiculum Psal. magis forte iuxta literam. quia titulus Psalms est, canticum ad Assyrios, quando uidelicet Angelus occidit 185. milla Assyriorum. Unde ut exponunt Theodoretus, Cassiodorus, & Lyranus, & alij cogitatio hominis confitebitur tibi idem est quod rex Ezechias cum suis liberatus à te Domine, gratias tibiaget & reliquæ cogitationis diem festum agent tibi in adimpletione uotorum tibi gratissima, quæ pro gratiarum uouit actione: Porro nisi ad implere uota Deo placeret, Maria minime Gabrieli dixisset. Luc. 1. *Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco.*

Theodoret. Cassiod. Lyran.

Luc. 1.

5

Deut. 4. Prou. 3.

Sap. 7.

6

Psal. 51.

Hieron.

Cassiod.

Hierony. Psal. 13. Chaldaus.

7

Nahum. 2.

Hierony.

Ioan. ix.

Cogitare in scripturis frequenter accipitur in bonum, pro consideratione honesta mysteriorum, aut beneficiorum Dei. Sic in Deut. *Cogitatio in corde tuo, quod Dominus est Deus.* Et in Prou. *In omnibus uis tuis cogita Deum: & ipse diriget gressus tuos.* Item sapiens ait. *Cogitare ergo de illa, id est de sapientia, sensus est consummatus, &c.*

Cogitare dicitur lingua impij iniustitiam. Psal. 51. *Iniustitiam cogitauit lingua tua, quæ phrasis non solum apud Septuag. Sed in Hebræo quoque sic legitur, iuxta interpretationem Hieronymi ad ueritatem Hebraicam, denotatque locutionem uelocem, instar cogitationis, & quæ cogitationem præueniat ut ait Cassiodorus. Vel lingua ponitur pro corde, ut exponit Hierony. iuxta illud Psal. 13. *Dixit in sepiens in corde suo, non est Deus.* Chaldaus uertit non iniustitiam sed obmurmurationem cogitauit lingua tua. Sed in idem recidit quia iniusta obmurmuratio in iustitia est.*

Cogitare confusionem sibi, est machinari, & seminare malum, unde quis metit sibi peius. Sic Nahum dicit regi Babylonis machinanti malum omnibus fere populis, & regnis: *Cogitasti confusionem domui tuæ.* Quia dum alios ille cogitat deprædare, incidit in manus Medorum, atque Persarum sub Cyro, à quo prostratus & confusus est, ut exponit Hierony. sic Pharisei dum in Concilio suo, cogitant malum contra filium Dei, dicentes: *Sidimitimus eum sic, uenient Romani, & tollent locum nostrum.* Cogitauerunt confusionem domui suæ: quia propter Domini necem ab eisdem Romanis, quos timuerunt, uastati sunt.

Cogitant impij inutile sic Mich. Væ qui cogitatis inutile. Hebraice Auen, id est dolorem & iniquitatem. Quod enim impij secundum mores suos corruptos cogitant, licet ad punctum videatur illis utile quantum ad corpus, sed inutile est quantum ad animam, quam doloribus implicat sine fine, sic quidquid reprobi Pharisei contra Dominum cogitabant in cordibus suis, iniquitatem illis peperit, æternumque dolorem, tum quando rogabant: *Licet censum dari Casari, an non, ut eum traderent Herodianis, tum etiam quando mulierem in adulterio deprehensam obtulerunt ei ut infidias ei necerent, & alibi passim.*

8 Mich. 2.

Matth. 22. Ioan. 8.

9 Psal. 61.

Iansen.

Aug. Hierony.

Luc. 11. Ioan. 8. Ioan. 9. Hierony. Psal. 20.

Matth. 27. Aug.

Ioan. 11. Lyran.

Luc. 16.

10

scelera

Hierony. Hal. 55. scelera condonantis, si respiscant, longe differunt a cogitationibus hominum, sic explicat Hieronymus illud Isai. 55. Sicut exaltantur celi a terra, sic exaltata sunt cogitationes meae a cogitationibus uestris. Hoc est nemo putet gentes post tot scelera non posse saluari: Ego enim ait Dominus clementissimus sum: & multus ad ignoscendum Chrysof. lib. de prouidentia ad Christum refert, qui cogitauit mori pro persecutoribus suis. Sed Cyrillus generaliter de clementia Dei erga maximos peccatores quam non intelligebant Pharisei ideo irascebatur illi quod cum publicanis, & peccatoribus ederet, & quod mulieri peccatrici in domo Pharisei peccata dimitteret & Paralytico.

I I Cogitationes Dei secundum naturam deitatis neque variae sunt, neque fluxae, vel incertae: sed sunt actus vnus, purus, aeternus, qui idem est quod ipse Deus. Porro scriptura de Deo loquitur more humano: quasi plures sint in Deo cogitationes: quae quidem plerumque esse dicuntur salutis & pacis, Hiero. 29. Ego scio cogitationes, quas ego cogito super uos, ait Dominus: cogitationes pacis & non afflictionis, ut dem uobis finem, & patientiam, & Zach. 9. Sicut cogitauit ut affligerem uos, cum me ad iracundiam provocassent Patres uestri. Sic conuersus cogitauit in diebus istis, ut benefaciam domui Iuda. Itē Eccli. de sapientia Dei dicitur: A mari abundabit cogitatio eius. Vbi Iansenius exponit, id est instar maris abundabit cogitatio eius in bonum, quia ut notat Lyr. est infinita scientia Christi diuina simpliciter, itē humana est secundum quid infinita, sicut ergo cognoscit homines, quotquot sunt & erunt, & cogitationes eorum, sic uult omnes homines saluos fieri propterea clamat apud Matth. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam uos. De hac ergo cogitatione filij Dei in salutē mundi Ioānes dicebat: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis: ut omnis qui credit in eum, non pereat. De his etiā cogitationibus exponit Hiero. illud Isai. 25. Confitebor tibi quoniam fecisti mirabilia: cogitationes antiquas, fideles Amen. Quod (inquit) fecerit mirabilia, & cogitationes antiquas in ueritate compluerit: quando stantes ad dexterā audient: Venite benedicti Patris mei: poscite paratum uobis regnum a constitutione mundi. Hae ille. Est itaque saepe cogitatio Dei

in bonum ab aeterno praedestinatis electos ad uitam sine fine, sicut de iusto maturus consummato legimus in Sapientia: Videbunt enim finem sapientis, & non intelligēt, quid cogitauerit de illo Deus. De electis etiam ibidem dicitur: Apud Dominum est merces eorum, & cogitatio eorum apud altissimum. Hae de Apostolis cogitabat dicens apud Ioan. Cū praeparauero uobis locum, iterum ueniam ad uos, & assumam uos ad me ipsum.

I 2 Cogitationes uero Dei quasi coactae contra obstinatos in malis suppliciorum sunt atque poenarum iuxta mensuram iustitiae quas, si in hac uita respiscamus facile retrahit Hiero. 18. Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo, &c. Et ego agam poenitentiam super malo quod cogitauit ut facerē meis. Porro si quis maneat obstinatus, obstinate quoque iustitia diuina cogitat supplicium eius, sic legimus apud Hiero. Eugilabit contra Babylonem cogitatio Domini, & in Thren. Cogitauit Dominus dissipare murum filiae Sion, & infra: Fecit Dominus quae cogitauit. Sic quādo super Hierusalem fleuit, cogitauit illā funditus euertere, quod & opere praestitit, quia noluit illa respiscere.

I 3 Cogitationes Satanāe semper sunt in generis humani perniciē. Vnde Apostolus de illo dixit: Neque enim ignoramus cogitationes eius. Sed hoc intellige de cogitationibus liberis, natiuus enim uoluntatis motus non planē propendit in malū, aut odio habet felicitatē in genere, quamuis sit gehennalibus flammis addicta: unde Dionysius. lib. de diuinis nominibus. c. 4. dæmones dicit bonum concupiscunt actu naturali, esse uidelicet, & uiuere. De quo D. Thom. 1. p. q. 64. ar. 2. ad 5.

I 4 Cogitationes in conscientia accusabunt pro meritis, aut defendēt homines, in die finalis iudicij, iuxta Apostolū: Cogitationibus accusantibus aut defendentibus in die quae iudicaturus est Dominus uiuos & mortuos. Ita explicat Theodor. Theophylast. & alij Patres. cogitationes liberis humani ceteris solus Deus propria uirtute cognoscit. i. Reg. 2. Quia Deus scientiarum Dominus est, ipsi praeparatur cogitationes, sic Iob. Scio quia omnia potes: & nulla te latet cogitatio. De quo etiā. 1. Paral. Matth. 9. A. 1. 2. B. Luc. 5. E & 6. B. 9. u. c. Applaudit autē Deus bonis cogitationibus nostris. Pro. 8. Ego sapientia habito in consilio: & eruditus intersum cogitationibus. Abominatur autem cogitationes prauas Isai. 1. Au

fert malum, cogitationum uestrarum ab oculis meis. De quo & Psal. 32. Sap. i. Pro. 15.

CAPVT. CXI.

Cognatus, Cognatio.

מולדה I COGNATIO dicitur Hebraice Moledeth.

Exo. 3. Num. 10. 2 Cognatus dicitur, qui est alicui affinitate coniunctus, sicut Ietro dicitur cognatus Moysi, qui filiam eius Sephoram, uxorem acceperat.

Hier. 1. Cognationes Aquilonis inscripturis, vocatur Assyrii, item & Chaldei, qui respectu Hierusalem, ad Aquilonem habitabant. Sic legimus apud Hier. Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorū Aquilonis, & uenient, & ponent unus quisque solium suum, in introitu portarum Hierusalem, &c. & loquar iudicia mea cum eis, super omnem malitiam eorum. Vbi nota non sine prouidentia diuina, in uindictā peccatorū nostrorū surgere gentē contra gentē, & regnū aduersus regnū, sicut Dominus futurum esse praedixit. Mittit autem Deus nobis haec mala ante finale iudicium, ut respicamus ante sententiam irreuocabilem in eodem finali iudicio proferendā, ite maledicti, &c.

Luc. 21. Matt. 25. 3 Puer Iesus, cum absconditus a matre Maria quaereretur, noluit inueniri inter cognatos, & notos. Quia ut inquit, Origenes Homi. 18. in Lucā, non inter cognatos & notos, & propinquos inuenitur Iesus neque enim poterat humana cognatio Dei filium continere. Hec ille. Quod est dicere caro & sanguis non solum non retinent saluatore, imo sapius saluti ponunt impedimenta mundana. Propterea non apud cognatos quidem, sed in templo Iesus inuenitur. Ideo quoque in Genes. cum apud cognatos suos Abraham in discrimine pietatis, & uitae uerfaretur, audiuit a Domino: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Nam ut in Euangelio Dominus dixit. Inimici hominis domestici eius. Quod Matth. 10. & Matt. 7. legimus. Hinc Tobiae Parentes & cognati irridebant uitam eius. Vnde Dominus apud Matth. Omnis inquit, qui reliquerit domum, uel fratres, uel sorores, aut patrem aut matrem, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, &c. Denique quinque fratres diuitis epulonis potuerunt eum in gehennam fortassis impellere, sed ab eternis cruciatibus reuocare minime ualuerunt.

CAPVT CXII.

Cognoscere, Agnoscere, Nosse.

I COGNOSCERE & scire dicitur Hebraice Iada Gen. 38.

Cognoscere differt ab agnoscere, quod illos qui prius nobis erant ignoti cognoscere dicamur, sed agnoscimus iam olim notos, Deus autem dicitur in tempore aliquid planē cognoscere, non quod aliquid unquam ab aeterno nescierit, sed secundum Regulam patrum, tunc cognoscere dicitur quicquam, quando nos facit illud cognoscere, ut notant Aug. & Chrys. super illud Gen. 22. ubi Dominus Abraham dixit, filium suum Isaac immolare uolenti. Nunc cognoui quia timeas Dominum. Id est cognoscere te feci, idē obseruat Glossa, & Lyr.

2 Cognoscere quoque Dei, frequenter idē est quod approbare, ut notat Hiero. super illud Psal. 36. Nouit Dominus uiam immaculorum, id est approbavit. Sic Paul. ait: Nouit Dominus qui sunt eius, id est elegit, & approbavit. Et in Psal. Nouit Dominus uiam iustorum, & iter impiorum peribit. Vbi non solum denotat approbare, sed efficere quidem & dirigere, unde Aug. sicut medicina, inquit, nouit salutem, & eius causa est, &c. praeterea Propheta Domino dicit in Psal. Et tu cognouisti secretas meas. Id est secretas iustitiae, ut idē exponit Aug. quas solas probat, & dirigit Deus. In quo sensu legimus, in Pro. Vias enim quae a dextris sunt, nouit Dominus, ut exponit Beda, quod si quis roget an secundum praedictam regulam intelligatur, quod Dominus populo dixit antiquo, apud Amos: Tantummodo cognoui uos, ex omnibus cognationibus terrae, ideo uisitabo super uos omnes iniquitates uestras. Nam scientia speculatiua omnes cognoscit Deus, quae nihil latet, scientia uero approbationis non uidetur eos cognoscere, quorum iniquitates uisitat, quia non probat iniquos. Sed nihilominus Hiero. de cognitione approbationis iustorum hunc locum etiam exponit, quorum praeteritas iniquitates in hac uita plectit, ut in futura partat. iuxta illud Apostoli: Cum iudicamur autē a Domino corripimur, ne cum hoc mundo danemur. Verba Hiero. sunt Non omnes cognoscit Deus: sed eos qui eius cognitione digni sunt, loquens in Euangelio Matt. Amē dico uobis nescio uos, recedite a me omnes

Matth. 25.
3
Exo. 33.
Hier. 1.
Gala. 4.
Hierony.
2. Tim. 2.
Ioan. 10.
Psal. 17.
August.
Lyranus.
4
Psal. 137.
Esa. 37.
Amos. 5.
Hierony.
Matth. 22.
3. Reg. 8.
Psal. 47.
Hier. 17.
5
Zach. 14.
Hierony.

nes operarij iniquitatis, & fatuis uirginibus dixit, nescio uos.
Noscere dicitur De^o aliquē ex nomine, quē specialiter sibi elegit ab eterno, sicut Moyfi dixit in Exod. *Noui te ex nomine.* idem significat alia phrasim Hier. *Antequā te formarem, in utero, nouite*, cognouit quoque Deus Israël in deserto apud Ose. *Ego, inquit, cognoui te, in deserto.* Vbi sept. vertunt, pro cognoui, pauit te, subaudi māna de celo dedi cū lege: cognoscere quippe dicitur illos Deus, quos beneficiis peculiariter afficit, & eligit sic Paulus ait: *Nunc ergo cum cognoueritis Deū, imo cogniti sitis ab eo.* Vbi Hiero. non inquit, quod Deus creator omnium aliquid ignoret, sed quia eos tantum scire dicatur, qui errore pietate mutauerint: *Cognoscit enim Dominus qui sunt eius.* Et saluator in Euangelio: *Ego sum, ait, pastor bonus, & cognosco oues meas:* & contra impios: *Nescio inquit, uos.* Hæc ille. Quod uero legimus Psal. 17. *Populus quē non cognoui seruiuit mihi.* Exponunt Aug. & Lyra. de populo Gētilico quē Deus prius non cognouerat, id est nō approbat neq; illi legē dederat.
Cognoscere nihilo minus à longe dicitur reprobos, & facinorosos Deus, atque superbos, Psal. 137. *Et alta à longe cognoscit.* Videlicet ut puniat, sic introitum, & exitū Regis Senacherib cognouisse dicitur ad perdendū eum apud Esai. itē Iob ait: *Ipsē nouit decipientem, & eū qui decipitur.* Et ad populū Ephraim idolatrā apud Amos. *Quia cognoui multa scelera uestra, & sortia peccata uestra.* Vbi Hiero. sortia inquit, peccata ad oppressionem iustorū, & cædes atque rapinas, in quo sensu de Phariseis rogantibus filium Dei: *Licet censum dari Casari an non?* legitur, *cognita autem Iesus nequitia eorū.* Sic & cognoscere cor hominū est Dei 3. Reg. *Tu nosti solus cor omnium filiorum hominū,* & Psal. *Ipsē enim nouit abscondita cordis.* Itē apud Hierem. *Scrutans corda, & renes Deus.* De quo lege Dan. 13. E. 2. Para. 6. E. Luc. 16. D. Ioan. 2. D. Act. 1. D.
Vna dies quæ nota est Domino, intelligitur dies finalis iudicij, uel dies eternitatis beatorū apud Zacha. *Et erit dies una quæ nota est Dño, non erit dies neq; nox.* Ita exponit Hieron. dicitur autem neq; nox quia tunc motus calorū sistet, qui diem facit & noctem. Vocatur autem dies que

nota est Domino: Quia de die illa nemo scit, neq; Angeli Dei in celo, neq; filius, nisi solus pater. Quod exponit D. Tho. filius non scit, id est nō facit nos scire, alioquin ipse scit sibi, qui iudicaturus est omnes, Pater autem scit, quia filio ut homini manifestat, filius uero nescit eo modo quo sacerdos nescire dicitur quæ scit in confessione.
Notam facit Deus dexteram suā, id est potentiam suā in puniendis peccatis, sic explicat Iansen. illud Psalm. *Dexteram tuā sic notam fac, & eruditos corde in sapientia.* Rogat itaq; Propheta Deū, ut potentiam dexteræ suæ notā faciat in castigandis, & erudiendis hominibus ad resipiscentiā. Sic castigauit languidum triginta & octo annorum infirmitate, quem cū nascet in probatica piscina: *Et dixit ei, noli amplius peccare, ne tibi deterius aliquid contingat.* Porro Lyra. aliter hunc locum exponit, quia in Psalmo de uita hominis olim longiori, nunc uero ad tēpus modicum redacta sermo est, & ita orat Propheta ut ostendat Deus dexteram potentie suæ, & etiā ostendat nobis eruditos corde in sapientia, ut ab eis discamus sapientiam, sic etiā exponit Geneb. Porro Hieron. ad ueritatem Hebraicā, pro dextera tua uertit dies nostros, quia legit Iamenu dies nostros, at Sept. & uulgata legerunt Ieminach per Caph in fine, id est dextera tuā, quæ dextera Dei mystice est filius Dei incarnatus quē mitti rogat Propheta, & cum eo Apostolos eruditos corde in sapientia, ita explicant Aug. Hiero. Cassiod. Remigijs & Gloss. & alij: itaq; orat Propheta, ut saltem in his paucioribus annis uitæ præsentis, ostendat potētiam Dominus dexteræ suæ id est filij sui ad eudiēdos homines. Quod exaudiuit tunc maxime deus, quādo misit Apostolos dicens: *prædicatē Euāgelium omni creaturæ, & euntes docete omnes gentes.* Eadem fere petitio est Psal. 66. *Ut cognoscamus inquit, in terra uia tuam, & in omnibus gentibus salutare tuū.* Vbi Hieronymus ut cognoscamus ait filium tuum, qui dixit: *ego sum uia ueritas, & uita.* Eodemque modo Aug. de eodē Christi aduētū in carne mūdo prædicando, legimus in Habac. *In medio annorum notum facies.* Id est, in selecto tempore: quia secundū phrasim scripturarum, quod selectum est, in medio esse

Matth. 24.
Luc. 13.
D. Tho.
6
Tanse.
Psal. 89.
Ioan. 5.
Lyranus:
Gene
Hierony.
Cassiod.
Remigijs.
Glossa.
Marc. vlt.
Matt. vlt.
Psal. 66.
Hierony.
Ioan. 14.
Aug.
Habac. 3:

Ioan. 20.
Ioan. 15.
7
Luc. 24:
August.
Beda.
Theophy.
Isa. 58.
8
Psal. 47.
Theodoret.
Hierony.
August.
2. Tim. 3.
Matth. 16.
9
Isa. 1.
Iud. 2.
1. Reg. 2.
10
Isa. 66.
Hierony.

dicitur. Vnde selectissimum tempus illud fuit ad prædicandum filij Dei aduētum, quando apud Ioannem Dominus dixit Apostolis: *Sicut misit me pater, & ego mitto uos, & misi uos, ut eatis & fructum afferatis.*
Cognoscere Christum in fractione panis est in consecratione Eucharistiæ illum agnoscere. Sic explicatur illud Lucæ. *Et cognouerunt eum in fractione panis.* subaudi duo discipuli in Castello Emaus, qui audierunt eum super panem uerba consecrationis dicere, ut tenent August. libr. 3. de concordia Euangelist. Beda, & Theophyl. super lucam. Et certe ad cognitionē Dei, puriorem reddit mentem communicatio corporis Christi. Deinde Grego. Papa addit in homilia. Ecce Dominus non est dignatus cognosci dū loqueretur, & cognitus est dum pasceretur. Hæc ille. Ad quod facit illud Isa. *Frangere esurienti panem tuum, &c.* Et tunc erumpet quasi mane lumen tuum.
Cognoscitur Deus in Ecclesia sancta Catholica, qui extra illam ignoratur à gentibus, sicut Propheta prædixit Psal. 47. *Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam.* Ita exponunt Theodoretus, Hieronymus, & August. quia Ecclesia est: *Columna & firmamentum ueritatis,* 2. Timoth. 3. *Suscepit autem Deus Ecclesiā, quando impleuit, quod promisit apud Matth. Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non preualebunt aduersus eam.*
Cognoscere Deum in Scripturis sapè ponitur pro eo quod est illum recognoscere, diligere, & honorare apud Isaiam: *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cognouit, id est non recognouit, neque mihi obtemperauit.* Sic intelligitur illud Iud. *Sacerdotes autem alij, qui non nouerunt Dñm.* Et 1. Reg. *Fili Heli, filij Belial nescientes Dominum.* Sic accipitur Iob 4. c. & 23. a. Psal. 9. 19. 42. 66. 71. Ezech. 38. g. Dan. 13. c. Deu. 11. &c. ¶ In hoc sensu intelligitur illud Isa. 66: *Et cognoscetur manus Domini & seruis suis.* Vbi Hieronymus. *Manus, inquit, Domini Christus intelligendus est, qui cognoscitur & timetur à seruis suis, & indignabitur inimicis suis, &c.* Quod de resurrectione intelligunt patres, quia præcedit: *Ossa uestra quasi herba germinabunt.* Et tunc cognoscetur Christus ab electis. Sic

exponit Cyrillus, Theodoretus, Tertullianus de resurrectione carnis, Augullianus lib. 20. de Ciuitate capit. 21. Secundum eandem phrasim dicit Hierem. 4. *Stultus populus meus me non cognouit: quia Magi cognouerunt Christum recens natum, quem populus Iudæorum non cognouit esse Deum.* De sancto rege Iosia dicitur Hierem. 22. *Fecit iudiciū & iustitiam in bonum suum: Nunquid non ideo, quia cognouit me, dicit Dominus.* Quod intelligitur de cognitione fidei uixæ, quæ est cum charitate: de qua Ioannes: *Qui nō diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas est.*
Est ergo obseruatio in scripturis cognoscere Deum frequenter accipi pro cognitione supernaturali distincta ab illa: de qua Paulus agens de Philosophis gentium ait: *Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt.* Hæc enim cognitio naturalis fuit per creaturas ad notitiam primæ causæ deducens. Porro de supernaturali cognitione per fidem legimus formatam apud Osæam de populo Israël post captiuitatem: *Viuemus in conspectu eius, sciemus, sequemurq; ut cognoscamus Dominū.* Vbi Hieronymus explicat. *Viuemus in conspectu eius, id est agemus poenitentiam præcedentium delictorum, unde perfecta Dei cognitio consurget.* Sic etiam Abac. *Replebitur terra, ut cognoscant gloriam Domini, sicut aquæ operientes mare.* Quod Hieronymus explicat de conuersione gentium, post vastatam Hierusalē à Romanis: de quibus apud Matth. *Multi ab Oriente & Occidente uenient.* Et apud Ioan. *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere.* de his Isa. *Gentes quæ te non nouerunt ad te current.* Sed hoc donū Dei supernaturale fuit: de quo 1. Ioan. 7. *Scimus, quia filius Dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus uerum Deum.* Lege ibi Bedam.
Porro quod legimus Hier. 31. *Omnes cognoscent me à minimo eorum usque ad maximum ait Dominus.* Hieronymus explicat de Ecclesia militante nō semper quidem & ubiq; quia ibidem dixit: *Et non docebit quis ultra proximum suum, dicens cognosce Dominum.* Sed specialiter intelligitur de die Pentecostes, quando Spiritus sanctus uenit super Apostolos. Eodē modo exponit Lyranus. Caterum, quia di-

Cyrillus.
Theodoret
Tertullia.
August.
Matth. 2.
Hierem. 4.
Hier. 22.
1. Ioan. 4.
I. I
Regula.
Rom. 1.
Osa. 6.
Hierony.
Abac. 2:
Hierony.
Matth. 8.
Ioan. 10.
Isa. 55.
1. Ioan. 5.
Beda.
I 2
Hier. 31.
Hierony.
Act. 2.
Lyranus.

Theodoret. Magis placet expositio Theodreti dicentis. Hęc autē verba fortiuntur effectū in futura vita: in qua non amplius indigemus mutua disciplina. Eodē modo intelligit Gloss.ordina. De qua cognitione Paul. 1. Cor. 13. *Tunc, inquit, cognoscam si cut et cognitus sum, id est clare Deū videbo sicut ille clare me vidit ab æterno.*

I 3
Ioan. 17. Quidam autem scholastici de eadē cognitione beata, loqui Dñm putāt, quādo Ioā. 17. dicit: *Hęc est gloria æterna, ut cognoscant re Deum uerum, et quem misisti lesum Christum.* Sed de cognitione potius, quę in hac vita per fidē habetur explicant grauiore patres Aug. Cyril. & Euthym. super Ioan. Itē Basilius contra Eunomiū. lib. 4 & Hilarius. lib. 6. de Trinit. c. 9 & Ambro. lib. 5. de Spiritu sancto ca. 2. Ita tamen ut fidem uiuam de patre & filio: a quo nō excluditur Spiritus sanctus vitam æternā inchoatam esse intelligat Euthy. Porro Cyrill. radicē vitę æternę dici putat hanc fidē. Sed Rupert. Abbas de clara Dei cognitione in patria, quę causa est vitę perēnis exponit. Vtraq; verō expositio probabilis est. De cognitione autē per fidē aperte loquitur Apostolis Dñs apud Ioan. vbi dicit: *Si cognouissetis me, et patrē utique cognouissetis, et amodo cognoscetis eū, et uidistis eū.* Quia cū pater & filius sint correlatiui, credētes Apostoli in filiū Dei uiui, sicut credidit Petrus. Matth. 16. patrē quoq; crediderunt. De eadē præterea cognitione per fidē ait Ioā. 8. *Cognoscetis ueritatem, et ueritas liberabit uos.* & cap. 1. *Mundus eū non cognouit, & cap. 7. Qui uoluerit uoluntatē eius facere, cognoscet de mea doctrina, utrum ex Deo sit: an ego à me ipso loquar? etc.* Vbi sermo est nō solū de notitia fidei speculatiua, sed de practica planē qua, qui seruat præcepta Dei, pacē experitur, & mirabilē de carne uictoria: de qua Psal. 118. *Pax multa diligentibus legē tuam, et nō est illis scandalū.* & Isai. *Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset ut flumen pax tua, et iustitia tua ut gurgitē maris.*

I 4
Nosse patrem æternum notitia cōprehensua, & propria uirtute, solius est filij Dei secundum deitatem à qua non excluditur Spiritus sanctus. Sic explicat Hieronymus illud Matthæi. *Et nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, et cui uolueris filius reuelare.* Vbi po-

nit discrimen inter noticiam naturālē diuinarum personarum, quam de se habent ad inuicem, & de notitia per reuelationē facta creaturæ. Aliud, inquit, est naturæ æqualitate nosse quod noueris, aliud reuelationis dignatione. Hęc ille. Et Chryso. Ostendit, inquit, quod eiusdem cum ipso, id est cum patre substantiæ sit, id enim occultius significatur, ex eo quod sic solum se nouisse patrem dicit. Hęc Chryso.

I 5
Cognoscuntur ab omnibus discipuli Christi nota mutue charitatis. Ioan. 13. *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* De quo Isaias: *Omnes, inquit, qui uiderint eos cognoscent illos, et dicent, istud est semen cui benedixit Dñs.* Quod de Apostolis & Apostolicis uiris exponit Hierony. & Cyril. Et quidē Hierony. Quis, inquit, ex ordine vitę, māsuetudine, cōtinentia & hospitalitate, cunctisq; uirtutibus non intelligat populū Dei? Hęc ille. Propterea dicebat illis Dñs: *Vos estis lux mundi, et sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, et glorificent patrem uestrū, qui in cælis est.*

I 6
Cognoscere pro carnali concubitu in Scriptura sacra sæpe ponitur, Gen. 4. *Adā cognouit uxorem suam.* In quo sensu Maria uirgo dixit ad Angelum: *Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco?* id est uoluit uotum uirginitatis, & seruo. Sicut explicant August. lib. de sancta uirginitate. Beda homil. super Missus est. Bernard. in ferm. super Missus est. Gregor. Nissenus in homil. & D. Thom. 3. par. q. 28. ar. 4. Porro quod de Ioseph Marię legimus sponso, Matth. 1. *Et non cognouit eam, donec peperit filium suum primogenitum:* putauit Heluidius post Christi partum signifi cari Mariam, fuisse ab sponso cognitam. Sed errorem eius refutat August. lib. ad Quod uult Deum. heresi 56. & B. Hierony. lib. contra ipsum Heluidium. Vbi docet secundum phrasim scripturarū particulam donec, non quidem terminum semper significare præfixum, sed aliquando æternitatem admittere sine termino. Sicut 1. Corinth. *Oportet illum, id est Christū regnare, donec ponat inimicos suos sub pedibus eius,* id est etiam in æternum. & Isai. 49. *Ego sum, ego sum donec senescatis, ego sum, dicit Dominus, id est sine termino.*

Cognoscere personam in iudicio, pecca-

Chryso.

Ioan. 13.

Isa. 61.

Hierony. Cyril.

Matth. 5.

Gen. 4.

Luc. 1.

August. Beda. Bernar. Greg. Nisse. D. Thom.

Matth. 1.

August. Hierony.

1. Cor. 15.

Isa. 46.

tum

Prop. 24. Beda. Lyranus. I 8 Psal. 50. Aug. Hierony. Luc. 7. Isa. 59. Hier. 14. Luc. 18. Luc. 15. Cyprian. Luc. 19. I 9 Ecclesi. 19. Lyranus. Matth. 7. Glossa. I 20 Lyranus. Psal. 102.

tum significat, acceptionis personarum, cōtra iustitiam, sic in Prouer. *Cognoscere personā in iudicio, non est bonum.* Sic exponunt Beda & Lyranus. De eodem peccato dicitur c. 28. *Qui cognoscit in iudicio faciem non benefacit.*

Cognoscere peccatum suum, vel iniquitatem initium est pœnitentię Psal. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.* Vbi August. Age inquit pœnitentiam: Dic iniquitatem meam ego cognosco. Et Hieronym. si tu inquit, ponis peccatum tuum ante te, Deus non ponit illud ante se. Hęc ille. Hoc ufa consilio est mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, in quo sensu dicitur in Esa. *Iniquitates nostras cognoscimus.* Et Hier. *Cognouimus Domine impietates nostras.* Hoc fuit initium cōuersionis Publicani: *qui percutiebat pectus suum, dicens Domine, propitius esto mihi peccatori.* Sic & filius Prodigus dicebat: *Ibo ad patrem meum, et dicam, pater peccaui in cælum, et coram te.* Vnde Cyprianus lib. 1. Epist. 3. ad Cornelium, ira inquit, Dei est, non intelligere delicta, ne sequatur pœnitentia &c. Primus foelicitatis gradus est, non delinquere, secundus delicta cognoscere. Hęc ille. Fleuit autem Dominus super Hierusalem dicens: *Sicognouisses et tu, subaudi fletus, ut sordes peccatorū tuorū, vel lachrymis tandem ablueres.* Quis enim si faciē in speculo uideat, maculis sordidam, nō querat fontem ut abluat?

Cognoscere possumus ex signis externis interdū, quod latet in corde. Sic legimus in Eccl. *Ab occursum faciei, cognoscitur sensatus.* Notat autem hic Lyranus in oculis elucere cordis affectum, propter humiditatem complexionis eorū, cum luce mixtam. Nec dissimile est quod legimus de falsis prophetis, quibus dignoscendis, regulā Dominus dedit apud Matth. *Afructu, inquit, arbor cognoscitur, etc.* Et à fructibus eorum cognoscetis eos. fructus autē sunt opera, ut notat Glossa, vnde ex operibus cognoscitur homo.

Non cognoscit amplius locum suum, in hac uita mortali, qui moritur. Quia nō resurget usque dum corruat in extremo die mundus iste corruptibilis. Sic exponit Lyranus illud Psal. *Quoniam spiritus pertransibit illo, et non subsistet, et non cognoscat amplius locum suum.* Hebraice uero

legimus. Neque cognoscat eum amplius locus eius, quasi dicat licet Dominus fuerit alicuius loci, vel regni certe post mortem eius, transibit ad hæredē: neq; eum reuertentem locus eius, dominū & possessorem rursus agnoscat. Propterea Dominus admonēbat: *Thesaurizate uobis thesauros in cælo etc.* quia ibi tantum æterna & secura possessio est.

¶ Cognoscere literaturam, uide in uerbo Litera.

¶ Cognoscere ordinē cęli, uide Ordo.

¶ Cognouit bos possessorem suum, uide in uerbo Intelligere. num. 9.

CAPVT CXIII.

Cohors.

COHORS dicitur à cohortando, quod milites se ad inuicem ad pugnam cohortentur. Est autem cohors peditum: turma uero equitū, habet que teste Varrone lib. 4. de lingua latina cohors, manipulos quinquaginta. Manipulus autem viginti quinque pugnatōres, vnde cohors mille ducentos viginti quinque cōplectitur milites. Hinc intelliges illud Ioā. Quod de Iuda traditore, Christū in horto comprehendere machinante dicitur: *Cum accē pissēt cohortem:* item ad illudendum filium Dei, spinis coronatum, adduxerunt, *uniuersam cohortem,* apud Matth.

CAPVT CXIII.

Colere, Cultus, Cultor, Colonis.

COLERE Hebraice dicitur Habad. Isa. 19.

Colere multa significat, primum est adorare & uenerari Exo. 20. *Non adorabis ea, id est, idola, neque coles.* Dicimus etiam colore homines indignitate constitutos Esther. *Et quem patris loco colimus.* Item in Pro. *Multi colunt personam potentis.*

Colentes vocabantur olim, qui Gentilium errore posthabito Iudaismum eligebāt: ut explicat Beda super illud Act. *Et quidam ex his qui crediderunt, adiuncti sunt Paulo et de colentibus gentilibus, multitudo magna.* De quibus etiam Act. 13.

Matth. 5.

Varro.

Ioan. 18.

Matth. 27.

Exod. 20.

Esther. 13.

Prou. 12.

Beda. Act. 17.

Act. 13.

CAPVT CXVI.

Colligere.



OLLIGERE Dicitur Hebraice Chanas, Ezech. 22. & Ecclesiast. 2.

Colligere est dispersa congregare, sic legitur de Mes-

sa. Isai. 11. Dispersos Iuda colliget a quatuor plagis terrae: quod Hierony. de con-

uersione reliquiarum Israel exponit: quando primum Dominus duodecim ex Iu-

dæis collegit Apostolos. Luc. 5. Deinde septuaginta duos discipulos. Luc. 10. sic

de generali Iudæorū collectione, de qua dicitur Ioan. 11. Quia non solum moriturus

erat pro gente, sed et ut filios Dei, qui dispersi erant, congregaret in unum. Exponit hoc

loco Cyrillus & Basilus, sed Euseb. lib. 2. demonstrationis, capit. 41. de vocatione

gentiū: in quo sensu etiam exponit Hieronymus de conuersione multorum ex Iu-

dæis & gentibus, illud Isai. 43. Omnes gentes congregatae sunt, collectae sunt tribus: quo

modo etiam explicat Procopius, quod se facturum praedixit filius Dei: Alias, inquit,

oues habeo, quae non sunt ex hoc ouile, et illas oportet me adducere, etc. et erit unum ouile

et unus pastor. De Iudæis verò à Cyro relaxatis de Babylonia dicitur Baruch 4.

Venient collecti ab Oriente usque ad Occidentem, ut exponit Lyranus.

Colligere est quoque hospicio suscipere, Matth. 25. Hospes eram, et non collegistis me. Item est reponere, & thesaurizare, sic

in Eccli. de Salomone dicitur: Collegisti quasi aurichalcum aurum, et ut plumbum complesti argentum. Est & post missionem, congregare, vel remanentia metere, quod prohibebat Dominus in Leuit. Nec remanentes spicas colliges, neque in uinea tua racemos et grana decidentia congregabis, sed pauperibus et peregrinis carpèda dimittes. de quo

& Deut. 24. & Ruth. 2. Quia beati misericordes. E contrario verò collecta adandum manus denotat auaritiam in Eccli. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, et ad laudandum collecta.

Collecta stupa cōspirationem denotat perditorū in Eccli. Stupa collecta synagoga peccantiū, et cōsummatio eorū flamma ignis. Subaudit Lyr. aeterni, hoc est gehēnalis. Talis erat Pharisei colligētes con-

iliū cō-

117

1

Isai. 11. Hierony.

Luc. 6. Luc. 10.

Ioan. 11.

Cyrillus. Basilus. Eusebius. Hierony.

Isa. 43.

Procopius. Ioan. 10.

Baruc. 4. Lyranus.

2 Matth. 25.

Eccli. 47.

Leuit. 19.

Matth. 5.

Eccli. 4.

3 Eccli. 21.

Lyranus.

Secuti sunt multi Iudæorum, & colentium Deum aduenarum Paulum.

Esa. 32. Hierony. Cultus iustitiæ per excellentiam, legē significat euāgelicam. Esa. Et erit cultus iustitiæ & silentium. Vbi Hieronymus exponit, de lege gratiæ prædictum esse: in qua non in multiloquio Iudæorum, sed fidei & geminæ charitatis præcepto, in silentio Dominus adoratur: ideo apud Matthæum. Cum duo charitatis præcepta filius Dei proposuisset, addidit: Hinc tota lex pendet, & Propheta. Item cap. 5. Qui soluerit, inquit, unum de mandatis istis minimis, &c. minimus uocabitur. Vbi minima dixit euāgelica mandata, id est, ad minimum: Hoc est ad geminum redacta numerum Dei charitatis & proximi. Mihi etiam videtur cultum iustitiæ silentium in lege gratiæ vocari, quia non opus est sacrificiis taurorum mugientium, aut strepentium animalium, sed illud corporis & sanguinis Domini, sub specie panis & vini de quo apud Ioan. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum.

4 Cultores peruersorum dogmatum, hæretici sunt: Quo nomine Iob vocata amicos suos: qui ut ibi Greg. exponit, typus erant hereticorum. De quibus apud Matth. Attendite à falsis Prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium. Id est, sub prætextu amicorum &c.

5 Culti montes, per metaphoram gentes, & principes mundi, atq; Philosophi dicuntur. Sic legitur de conuersione gentium, expositore Hieronymo. Amos. 9. Et omnes montes culti erunt. Caput autem Christus recens adhuc natus, hos colere montes, quando Magi ab Oriente uenerunt Hierosolymam, dicentes, ubi est qui natus est rex? Et quādo Regulus: Credidit, & domus ei parata. Itē Ceterio. Quādo verò legitur 1. Mach. 4. Unusquisque colebat terram suam, iuxta literam signum est pacis temporalis, mystice uero nota quā dā est, cura salutis animæ propriæ, iuxta illud Luc. Medice cura te ipsum. Et Eccli. Miserece anima tua placens Deo. Et Tob. 4. Attende tibi fili.

6 Coloni uocātur, qui ex metropoli uel ciuitate præcipua, deducuntur ad aliam coloniam, seu habitationem incipiendam: uel etiam cultores agrorum, qui villas habitant, in quo sensu de Christo Domino prædixit Hieremias. Quare quasi colonus

futurus est in terra: & sicut uiator declinans ad manendum. Vbi Hierony. Nostri inquit, de futura Christi dispensatione dicunt: quod sit futurus peregrinus in terra, & paruo tempore terræ uisurus hospicio, ita ut relicta Israel, transeat ad gentes. Hæc Hierony. Quod satis ostēdit natus in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Item cum prædicaret, nō habebat ubi caput reclinaret: Sed mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Miror autem Theodoretum, maluisse cū hebræis tantum nobis auferre de Christo testimonium, aliam secutus translationem, nobis autem uulgata de futuro non de præterito uertens fauet satis.

CAPVT CXV. Collidere.

Collidere hebraice dicitur. Magar Psal. 88. in terra collisisti. Collidere se corpora, est mutuo se percutere. Sic Gen. 25. in utero Rebecca collidebantur paruuli, in typum concertationis, & pugne; iustorum, & iniquorū in utero ecclesiæ: ut notat Aug. serm. 76.

Collidi cadentem spiritualiter in scriptura, est ita peccare, ut nulla penitentia sequatur. Ideo dicitur Psal. Cum ceciderit iustus non collidetur: quia Dominus supponit manum suam. Subaudi agenti poenitentiam, ut exponit Hieronymus. Sic Thomas qui in dubium de resurrectione Christi cecidit collisus non est: quia respuit. Sic & Petrus qui post negationem fleuit amare, sic & filii Zebedæi qui petierant dexteram & sinistram. Iudas autem collisus crepuit medius. In eodem sensu explicat Psal. Theodoretus, adhibito exemplo de casu Dauid, qui tamen egit poenitentiam. Eodem modo Lyranus. Porro pro Iustus hebraice est Gheber, quæ uox uirum uirtute præditum, & fortem sonat. Nec te moueat quod hebraice legitur, quia Dominus firmat manum eius, sensus enim idem est, Dominus enim manu suæ gratiæ quasi supposita, firmat manum eius, ut facile surgat. Sed non tan de casu in peccatum intelligit Aug. sed de casu iusti in tribulationem temporalem, in qua non colliditur: quia ut patietur ferat, iuuatur a Domino: Sicut Lazarus medicus Luc. 16. Nihilominus tamen prior ex-

Hierony.

Luc. 2.

Luc. 10.

Theodor.

Gen. 25.

Aug.

Psal. 36.

Hieron.

Ioan. 20.

Luc. 23. Matth. 20.

Act. 2. Theodor.

Lyranus.

Luc. 16.

positio

positio communior est, & quadrat cū promissione Dñi apud Ioā. Ego cognosco oues meas, etc. et non rapiet eas quisquam de manu mea. Quia uidelicet, quamuis electi cadant de manu gratiæ iustificantis, supponit tamen Dñs manum auxiliij efficacis ut resurgant. De qua manu, neq; mundus, neque caro, neque diabolus rapit eas.

Collisa est in terra Christi sedes regia, quando crucifixus mortuus est, sed renouatū est regnum eius in die resurrectionis. Sic explicat Hierony. illud Psal. 88. sedē eius in terra collisisti, minorasti dies temporis eius. Eodē modo Origenes de persona Christi exponit homil. 4. quæ expositio pulchra est. Nihilominus tamen communior expositio est de regno Dauid & Iudæorū, quod Christi regnum in Scriptura dicitur, eo quod ipse dicat apud Mat. Nō sum missus, nisi ad oues quæ perierūt domus Israel, id est prima intentione Iudæis solis sum promissus: ita Psal. explicant Aug. Theod. Lyr. Vata. Ianse. Gene. & Glos. quia Regnū Dauidis putabatur tanquam æternū à Prophetis esse prædictū, regnū in quā temporale, sed in hoc Psal. Dauid tollit hunc errorē prædicens regnū illud in Babylonica seruitute intercidendū sub rege Sedechia. 4. Reg. vi. & sedē regni illius temporale collidendā, differendūq; esse Christū non auferendū: ut tandem regnaret à ligno, nō solum super Iudæorum reliquias, sed etiā in gētibus. Collisit itaq; Pater sedē Christi Iudaicā plenius, quādo impletū est, illud Matt. Multi ab Oriente et Occidente ueniēt, et recubent cum Abraham, Isaac et Iacob in regno cælorū, filii autē regni eiiciētur in tenebras exteriores.

Colliditur quadriga in bello præ multitudinem. Sic Nah. ut ostenderet Chaldæorum quadrigas innumerabiles contra Niuem cōgregandas, ait. Quadrigæ collisæ sunt in plateis. Sic exponit Hierony. quia neq; latissimæ uia capiebant illas. Ita quadrigas dæmonum putamus præ multitudine collidi, ut rapiant diuitem auarū, qualis ille: Qui mortuus sepultus est in inferno.

Colliditur currus & ascensor in strage bellica, sic de vastatione Babylonis Dominus dicit apud Hiere. Collidam in te currum, et ascensorem eius. Mystice uero dicitur de perditione corporis & animæ: qualem prædixit Dominus Phariseis apud Ioan. Quia moriemini in peccatis uestris.

Ioan. 10.

3

Hierony. Psal. 88.

Origenes.

Matth. 15.

August. Theodoret. Lyranus. Varabius. Ianfenius. Genebrar. Glosa.

Matth. 8.

4 Nahum. 2.

Hierony.

Luc. 16.

5

Hier. 31.

Ioan. 8.

oan. 11. tra filium Dei, & dicentes: Si dimittimus eum sic venient Romani, &c. Item quando collecti cum Herodianis rogabant Dominum: Licet censum dare Caesari? E contrario vero in bonum sumitur: Ecclesia in Babylone collecta, pro Ecclesia Romana primitiua. 1. Petr. 5. Salutat uos Ecclesia, quae est in Babylone collecta. Vbi notat Beda Romam sub Nerone, variis idolorum cultibus deditam Babylonem, id est confusionem fuisse ab Apostolo Petro vocatam. Collecta fiebat apud Iudaeos diebus festis, id est congregatio, Leuit. 23. A quinto decimo die huius mensis septimi erunt festiua tabernaculorum. Et infra. Dies quoque octauus erit celeberrimus, c. est enim coetus atque collecta. Vbi Lyranus ait. Die octaua celebratur aliud festum, quod dicebatur festum coetus, vel collectae, quia eadem die colligebatur pecunia pro sacrificiis per annum fiendis, & aliis necessitatibus tabernaculi, vel templi de communi prestandis, cui sententiae contradicit Paulus Burgensis, sola Rabinorum autoritate fretus, qui dicunt post festum tabernaculorum omnes tribus in die festo coetus & collectae in templum conuenire consueuisse, vt gratias agerent Deo, qui eos a deserto collegerat, neque tunc pecunias colligi solitas, sed ad pecunias quidem collecta fieri solitam per totam promissionis terram, die prima duodecimi mensis. Nihilominus tamen relictis fabulosis Iudaeorum sententiis, Lyrano fauet Scholastica historia libri Numer. c. 47. quae dicit: Octaua dies illa fuit sollemnis, quia conueniebant ad faciendam collectam: forte ad vsus pauperum, vel alios vsus communes. & D. Thomas 1. 2. q. 101. ait. 4. ad decimum. Octauo, inquit die, scilicet post festum tabernaculorum, celebrabatur aliud festum coetus, atque collectae, in quo colligebantur a populo ea, quae necessaria erant ad expensas cultus diuini, & significabatur aduatio populi, & pax praestita terrae promissionis. Haec ille. Idem tenet Abulensis super Leui. 23. q. 26. & 27. quamuis F. Ribera cum Burgensi teneat lib. 5. de festis cap. 16. sed certe tempore Apostolorum per vnam Sabbathi, id est diebus Dominicis, collectae fiebant. 1. Cor. 16. Colligebantur autem eleemosynae mittende pauperibus in Hierusalem, tempore famis sub Imperatore Claudio. Quare nomen collectae

deductum ibi videtur a festo collectae, & coetus praedicto, sed vnusquisque in suo sensu abundet.

Colligere cum Christo non potest Satanus, id est intendere nequit fidelium salutem. Vnde Luc. 11. dicebat filius Dei: Qui non colligit mecum dispergit. Sic Chrysostr. & Cyril. diabolum dicunt: Non colligere Christi oues, sed dispergere, iuxta illud Ioan. Et lupus rapit, & dispergit oues. Eodem modo exponit Beda.

Colligit nemo de spinis vvas. Matth. 7. Nunquid colligit de spinis vvas, aut de tribulis ficus: sic non potest arbor mala bonos fructus facere. Quod intelligit Aug. homi. 4. super Ioan. 5. Quando quis non solum malus est in lethali peccato, sed quatenus operatur secundum inclinationem peccati. Alioquin potest quidem spinosus homo, & peccator vvas alicuius operis boni praestare, vt si det eleemosynam pauperi ex humana compassione, vel ex officio praedicet verbum Dei, vel sacramenta ministrat. Vnde Concil. Trident. Sess. 6. c. 7. definitur: Si quis dixerit: Opera omnia quae ante iustificationem fiunt esse peccata, &c. ana thema sit.

Colligere lapides in hyeme, est edificare parietem, ex lapidibus & calce vigete gelu, quando nihil stabile ex materia simili consistatur. Tales sunt illi de quibus Eccl. 2. 1. Qui edificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Sic exponit Lyra. Quia quod alienis sumptibus fraudulenter edificatur stare non potest. Propterea Zachaeus vt eleemosynis domum sibi edificaret in caelis stabilem, prius quidem in quadruplum aliena restituit.

Colligi dicitur homo cum moritur: Colligi vero regna, vel gentes interdum, idem est quod destrui secundum observationem patrum. Prioris partis huius regulae exemplum est, quod de sancto rege Iosia legimus 4. Reg. Fleuisti coram me, & ego audiui, ait Dominus: idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace. Sic legimus in Cant. Dilectus meus descendit in hortum suum, ut lilia colligat. Vbi Grego. ait. Spousus lilia colligit, quando perfectos quosque ab hac vita suscitavit. Haec ille. In hoc sensu apud Isa. dicitur: A facie malitiae collectus est iustus, & uiri misericordiae colliguntur, & non est qui intelligat. Super quem locum

5

Luc. 11. Chrysostr. Cyrilus.

Ioan. 10.

Ioan. 15:

6

Matth. 7.

August.

7

Eccl. 2:

Lyranus:

Luc. 19.

8

Regula:

4. Reg. 22.

Cant. 6: Grego.

Isa. 57.

Hiero. Iste, inquit, iustus est. De quo dixit Pilato vxor sua: Nihil tibi est iusto illi: viros autem misericordiae, qui colliguntur Apostolos significat: quauis Hebraei hoc ad omnes iustos extendunt, quos sequitur Vata. neque; aduertit vaticinium hoc de Christo intelligi iuxta traditionem patrum: de quo exponit non solus Hierony. sed & Cyril. Theod. Proco. & Aug. in Psa. 81. in illi versum. Eripite pauperem & egenum. Cypria. lib. 2. aduersus Iudeos c. 13. vbi ait, hunc iustum esse. de quo Sap. 2. dictum est: Circumueniamus iustum. & Tertullia. lib. 3. contra Marcionem, & Iustinus aduersus Tryphonem explicat de Christo viros autem misericordiae, qui colliguntur martyres significare putat, qui interficiuntur ab impiis, iuxta illud Ioan. Venit hora, ut omnis qui interficit uos arbitretur se obsequium praestare Deo. Secundum eadem phrasim, dicitur iusto eleemosynas facienti. Isa. 58. Et ante ibi faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te, id est praebit iustitia bonorum operum ante te, vt inquit Lyranus, & Vatablus, & gloria Domini, hoc est Dominus Iesus, qui est gloria patris, deducet te in celum. Porro Hieronymus ait. Gloria Domini colliget te, id est resuscitatum dotibus gloriae corpus tuum circundabit. Denique Leo Castro super hunc locum. Colliget, inquit, te Dominus de pulchre sepulchri ad gloriam resurrectionis. Sic colliget Martham, quae collegit eum in domum suam.

Colligere quoque pro destruere, & de terra succidere legimus apud Sophon. Et colligam regna, & effundam super ea indignationem meam. Quod Hierony. de fine mundi exponit, quando prius surget gens contra gentem. Deinde: Erit in terris praesura gentium, praesura confusione sonitus maris & fluctuum. Praeterea de Hierusalem a Chaldaeis vastanda, intelligit idem Hierony. illud Hieremie 6. vsque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel. Sic etiam in parabola zizaniorum dixerunt serui patrifamilias. Vis imus & colligimur ea? no, ait, ne forte colligentes zizania, simul eradicetis & triticum. Vbi Hierony. & Theophyl. seruos huiusmodi Angelos esse dicunt. Alij vero putant esse principes & magistratus, qui haereticos volunt poena capitali punire: quod quamuis licitum sit, imo valde necessarium, sicut ex quodam sapiente

Hieronymus allegat: Immedicabile vulnus ense recindendum est, ne pars sincera trahatur. Rarissime tamen aliquando praesens parabola docet parcendum esse multitudi, quando sine maxima totius reipublicae perturbatione puniri non potest. Tunc enim relinquenda est poenitentia messoribus Angelis, quibus in fine mundi Dominus dicit: Colligite primum zizania, & mittite in ignem aeternum. Sicut Hieronymus explicat, & August. lib. 99. in Marcum, capit. 12. Eadem phrasim est in fine eiusdem parabola, vbi legimus: Mittere filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, id est de Ecclesia peccatores, qui scandala minoribus ponunt falce mortis abscedent. Sic etiam de palmitibus, in vite quae Christus est, non ferente bonorum operum fructum, Dominus ait, Ioan. 15. Omnem autem palmitem non ferentem fructum colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Ergo praeter istam, quae palmites inserit Christo, fructus bonorum operum necessarius est.

Non colligi in scripturis interdum est omnino deseri, vel ad tempus, vel in perpetuum. Sic de Hierusalem ad tempus in manu Chaldaeorum deserta dicitur Hier. 9. Et cadet morticinum hominis quasi stercus, &c. & quasi foenum post tergum metentis, & non est qui colligat. Item de clade a Chaldaeis Aegyptiis inferenda in Hiere. legimus: Non plangentur, & non colligentur. E contrario vero collecti vocantur illi, quorum Deus post castigationem curam gerit. Sic ad Hierusalem post Babyloniam seruitutem dicitur in Baruc. Vide collectos filios tuos. Et apud Mich. Eam quam ciceram colligam.

Colligi aduersus aliquem est totis illius copiis oppugnare, sic contra Ecclesiam Catholicam: de qua Dominus dixit: Et portae inferi non preualebunt aduersus eam. Colliguntur omnes gentes, sicut legimus apud Zachariam. Ponam Hierusalem lapidem oneris cunctis populis, omnes qui eleuabunt eam concisione lacerabuntur: & colligentur aduersus eam omnia regna terrae. Vbi nomine Hierusalem, non quidem illa terrena, sed Ecclesia potius intelligitur Christi, vt explicant Hieronymus, Rupertus, Lyranus & Vatablus. Nec audiendus est Theodoretus, qui haec de terrena Hierusalem, contra communem

Hierony. Cyrilus. Theodoret. Procopius. August. Psa. 81. Cyprian. Sap. 2. Tertullia. Iustinus.

Ioan. 16.

Isa. 58.

Lyranus. Vatablus.

Hierony.

Leo Castro.

Luc. 10.

9

Soph. 3:

Hierony. Luc. 21,

Hiere. 6:

Matth. 13.

Hierony. Theophyl.

Hierony. August.

Ioan. 15.

10

Hier. 9.

Hier. 25.

Baruc. 5.

Mich. 4.

11

Matth. 16.

Zach. 12.

Hierony. Rupertus. Lyranus. Vatablus. Theodoret.

Luc. 21.

Ioan. 16: Matth. 10.

Iob. 16. Glossa.

Matth. 24.

צבא ארץ

I

1. Reg. 10.

Lyranus. Vatablus.

1. Reg. 7.

sententiam exponit peritiorum: cum con- flet contra solam Ecclesiam Christi om- nia regna terræ fuisse collecta. Cœpit au- tem persequutio tēpore Neronis, qui Pe- trum, & Paulū martyrio sustulit. Et finē habebit tēpore Antichristi, de hac perse- quutione apud Luc. Eritis odio omnibus ho- minibus propter nomen meū. Et apud Ioan. Venit hora ut omnis qui interficit uos, arbi- tretur se obsequiū prestare Deo. Et in Matth. Ante reges & praesides ducemini propter no- men meum. Et fortasse Iob de se, sub Eccle- siæ typo loquutus est, vt notat Glossa, quando dixit: Suscitatur falsiloquus contra faciem meam, totum furorem suum colligit in me. Sic enim in fine præfertim mundi sub Antichristo, diabolus totum suum furorē contra Ecclesiam colliget: Et erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi. Quod autem in Zacharia: Lapidem oneris Ec- clesiam vocat, denotat sub onere Ecclesiae casuros hostes eius, de quo vide in verbo Lapis.

- Colligere ligna, vide in verbo Lignū.
Colligere Bruchum, in verbo Bruchus.
Colligere Concilium, in verbo Conci- lium, &c.

CAPVT CXVII.

Collis & mons.

COLLIS Hebraicè dicitur Ga- baa. 1. Reg. 13. & Psal. 148. Mons verò dicitur Ahar, vnde Aaron mōtanus.

Collis est admontis latus, aliquando in- ferior, sed campis excelsior. Mons autem dicitur altior terræ pars.

Collis Domini locus dicitur, vbi habi- tabant filij Prophetarum. 1. Reg. de quo dixit Samuel, Sauli. Post hæc uenies in collē Domini, ubi est statio Philistinorum, & cum ingressus fueris urbem, obium habebis gregē Prophetarum. Dicebatur autem collis Do- mini, vt Lyranus putat, eo quod ibi Pro- phetæ laudarent Dominum. Sed Vata- blus: potius collem Domini vocari cōfēt ciuitatem Cariathiarim, quæ est tribus Si- meonis, distās à Hierusalem viginti mil- liarijs, vbi arca Dei requieuit in domo Aminadab. 1. Reg. 7. quia ergo laudes ibi Domino canebantur, dicta est illa ciui- tas collis Domini, interpretatur etiā Ca- riathia tum ciuitas vigilantium. Forte, quia

terminus erat Philistim, & ibi erat statio Philistinorum, vt initio dictum est. Vbi & illud nota, Collem Domini vocari lo- cum tabernaculi, quia vt Dominus dixit: Domus mea domus orationis uocabitur. Matt 21. Est etiam collis Domini typus Ecclesiae, de qua Matthæus dicit. Non fo- rest ciuitas abscondi supra montem posita. Sic Hieronymus exponit illud Ezech. 34. Et ponam eos in circuitu collis mei benedictio- nem, id est conuersos ad fidem Iudæos per Christū in Ecclesia mea collocabo eisq; benedicam, & eorum discipulos multipli- cabo. Iuxta illud Ioan, Et posui uos, ut ea- tis, & fructum afferatis, & fructus uester ma- neat. Sic etiam intelligunt Glossa interli- nealis, & Lyranus & Vatablus.

Colles & montes metaphoricè, Apo- stolos, & Ecclesie principes, Angelos quo- que solent interdum in Scriptura signifi- care. Sic Psal. 71. qui iuxta literam de ad- uentu Messiae est. Secundum omnes Ca- tholicos contra novos Rabbinos, quibus contradicunt vetustiores, qui de Christo intelligunt cum Chaldo. Suscipiant, in- quit, montes pacem populo, & colles iustitiā. Vbi per montes & colles, principes Ecclē- siæ intelligunt Hieronymus, Aug. Vata- blus, Iansenius, quibus resurgens Domi- nus frequenter dixit: Pax uobis, & pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Sed Lyranus. Montes Angelos intelligit, qui nato Domino cecinerunt. Et in terra pax hominibus, bonæ uoluntatis. Porrò Theodo- retus accipi putat continens pro cōtento, vt per montes habitatores montium, & collium intelligantur: vbi latrones olim erant, vt notat etiam Genebrardus, sed in lege gratiæ sunt anacoretæ & eremitae in locis illis pacifice Deum collaudates. De quibus dicitur Cant. 4. Vadam ad montem myrrhae, & ad collem thuris. Vbi Gregor. per myrrham, iustos mortificatos per col- lem verò thuris orationi vacates exponit.

Colles transilire, & in montibus salire, iuxta literam magnā denotat cursus velo- citatē, sic legimus de spōso Christo. Cā. 2. En iste uenit saliens in mōtib; transiliens col- les. Quamuis enim ab initio mūdi morari uisus sit: tamen vt Propheta dixit Abac. Si moram fecerit expecta cum, quia ueniens ueniet, & non tardabit. Enimvero mox vt Maria respondit Gabrieli: Ecce ancilla Domini. In eodem momento sine mora.

Matth. 21.

Matth. 5.

Hierony.

Ioan. 15.

Gloss. inter. Lyranus. Vatablus.

2

Psal. 71.

Hierony. Aug. Vatablus. Iansenius. Ioan. 20. Lyranus. Luc. 24. Ioan. 14. Luc. 2. Theodoret.

Genebr.

Cant. 4. Greg.

3

Cant. 2.

Abac. 2.

Luc. 2.

Ioan. 1.

Psal. 96.

Vatablus.

Theodoret. Gregor.

Luc. 1. Matth. 2. Matth. 28.

Matth. 1.

4 Hierony. Isa. 2.

Matth. 16. Hierony. Vatablus. Isa. 41.

Matth. vlt.

Marci vlt. Hierony. Ioelis. 3.

Luc. 10.

Matth. 5.

5

Esa. 54.

Verbum caro factum est. Neq; illius aduen- tum remorari poterunt mōtes, & colles peccatorum humani generis, quin omnia transiliret impediementa: neque superbi dæmones, quia uidelicet, vt Propheta ca- nit: Montes sicut cera fluxerunt à facie Dñi. Quæ est secunda expositio Vatabli, & an- te illum Pselli apud Theodor. Tertia ex- positio est Gregorij, Mōtes & colles, san- ctos omnes intelligētis. In his, inquit, ope- ribus, uidelicet natiuitatis de Virgine. Lu- cæ 1. Manifestationis per stellā ad Ma- gos. Resurrectionis die tertia, &c. Colles transiluit, quia sanctos omnes, quātum- cunq; excreuerint, potētia suæ operatio- nis longe transcendit. Hæc Greg. De his collibus, quos filius Dei transiluit mētio fit Mat. 1. vbi legimus: Liber generationis Iesu Christi, filii Dauid filii Abraham: de Pa- triarchis enim nasci fuit colles transilire, quia per eos ad nos descendit, qui solus sal- uate nos poterat, quod illi non poterant.

De Patriarchis & Prophetis exponit Hierony. illud Isa. Et erit præparatus mons domus Dñi in uertice montiū, & eleuabitur su- per colles. Vbi dicit montem esse Christū in uertice montiū, id est Apostolorum & Prophetarū: vnde super vniū montium Christus fundat Ecclesiā, & loquitur ad eū. Tu es Petrus, &c. De eisdē Apostolis exponunt Hiero. & Vatab. illud Isa. 41. Aperiam in supinis collibus flumina, & in me- dio camporū fontes. Apostoli quippe flu- uiorum instar doctrinam Euang-licam, quasi de verticibus summis donorū Spi- ritus sancti super gentes effuderunt, vt obe- dirent Christo dicenti: Euntes docete om- nes gētes, & prædicate Euangeliū omni crea- turæ. In eodē sensu Hierony. intelligit il- lud Ioelis. In die illa stillabunt montes dulce- dinem, & colles fluent lac, & mel. Vbi mon- tes Apostoli, colles verò discipuli sunt: quales olim septuaginta duo, quos Domi- nus post Apostolos designauit: Et misit illos binos, vt lac & mel populis distillarēt: quo paruulorū nutrire- tur infantia. Et for- te lac sine melle distillant, qui non tā ver- bo, quā exemplo docent. Lac autē & mel: Qui fecerit & docuerit, hic enim: Ma- gnus uocabitur in regno celorum.

Montes mouebūtur & colles sub diem finalis iudicij, Ecclesia tamē Catholica in- concussa manebit. Sic intelligunt patres illud Isa. 54. Montes mouebūtur & colles

contremiscunt, misericordia autem mea nō re- cedet à te. Quia uidelicet veritas illa nō de- ficiet. Super hanc petram ædificabo Ecclesiā meam, & portæ inferi non præualebunt uicer- sus eam. Quæ expositio nō solum est Hie- ronymi, sed & Iustini in dialogo contra Tryphonem, Aug. libr. de unitate Ecclē- siæ, cap. 5. Lyrani & Vatabli. Sed Hie- ronymus addit. Montes & colles mysticè quidem sanctos intelligi, qui in hac vita- tentationibus irruentibus aliquādō moti- sunt. Nam Petrus negauit, Thomas dubi- tavit, & filij Zebedæi dexteram & sini- stram ambiuerunt, & sic de alijs.

Montes & colles Angeli quoque sunt apud Mich. Audiant colles uocē tuam, id est Angeli, vt Hierony. ait, quos Dñs ad iu- diciū vocat, super sceleribus populi sui: vel principes intelliguntur Iudæorū maiores & minores, vt intelligunt Lyr. & Vatab. talibus Dñs dicit: Qui ex Deo est uerba Dei audit, & beati qui audiunt uerbum Dei, & in- stodiant illud.

Colles in deteriorem partem metapho- ricè dæmones significant, & homines su- perbos. Isa. 2. Dies Domini exercitū super omniem montem excelsam, & super omnē col- lem eleuatam, id est contra dæmones, & cō- tra principes insolentes, vt exponunt Hie- rony. Procop. & Basil. Sed Theodoretus iuxta literam, Tito & Vespasiano contra Hierusalem irruentibus omnes mōtes & colles Iudææ ad machinas, & alios: vsus bellicos succisos esse contendit. Porrò ne- gari non potest, nomine montium in ma- lum tenebrarū principes intelligi. Isa. 64. vbi legimus: Utinam dirumperes celos, & descenderes, à facie tua montes defuerēt: sicut exustio ignis tabescerēt. Vbi Hieronymus: Montes, qui ad aduentum Dñi, qui ignis consumens est instar cere consumētur, ad uersaria potestates sunt. Hec ille. Et cer- te liquefiebat dæmones, quasi cera, quā- do eiciebat eos Dñs ab obsessis corpori- bus uerbo, iuxta illud Luc. Et cum eicisset dæmonum loquutus est mutus. Et apud Mar- cum: Surde & mute spiritus, ego præcipio ti- bi exi ab eo, &c. In eodē sensu ad Ecclesiā primitiuam sub Apostolis dicit Isaas: Tri- turabis montes, & colles sicut puluicem po- nes, uentilabis eos, & uentus tollet. Vbi Hie- ronymus, Cyrillus & Theodoretus te- nebrarum potestates, ab Apostolis con- terendas exponunt. Vatablus uerò col-

Matth. 16.

Hierony. Iustinus. Cyrillus. August. Lyranus. Vatablus.

Luc. 23. Ioan. 20. Matth. 20.

6

Mich. 6. Hierony.

Lyranus. Vatablus. Ioan. 8. Luc. 11.

7

Isa. 1.

Hierony. Procop. Basilus. Theodoret.

Isa. 64.

Hierony.

Deut. 4.

Luc. 11.

Marc. 9.

Isa. 41.

Hierony. Cyrillus. Theodoret. Vatablus.

Abac. 3.
Hierony. August.
Ioan. 4.
Matth. 8.
Theodoret.
8
Hierony. Isai. 40.
Luc. 3.
Augu.
Origenes.
Luc. 7.
Ioan. 4.
Luc. 18.
Esa. 42.
Hierony.
9
Lyranus. Vatablus. Iansen. Psal. 64.
Psal. 113.

colles intelligit Senatores & Philosophos ad fidem à prædicatoribus primis conuersos, qualis Dionysius Areopagita, Clemens Romanus, & alii. De quibus etiam iuxta literam dicitur Abac. 3. *Cōtriti sunt montes sæculi, & incuruati sunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius, idest reges & principes atq; Philosophi prædicatione verbi Dei, quod itinera nobis ad æternitatem ostendit cōpuncti, & humiliati sunt, vt exponit Hiero. hoc loco & Aug. lib. 1. 8. de Ciuit. Dei. c. 32. Sic incuruatus est Regulus, quando credidit ipse, & domus eius tota. Itē, & Centurio qui dixit: Dñe nā sum dignus ut intres sub tectū meū. Porro Theodoretus. Montes sæculi & colles mundi dæmones intelligit, quorum oracula ta-cuerunt, & templa contrita sunt.*

De gentium etiam conuersione exponit Hieronym. illud Isai. *Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.* quod citat Lucas Euangelista. cap. 3. Aug. vero ser. 26. de tempore omnis, inquit uallis implebitur, quia omnis qui se humiliat exaltatur, & omnis mōs & collis humiliabitur, quia omnis superbus qui se exultat humiliandus esse prædicitur. Et sic erunt praua in directa, idest deprauata dirigentur. Mystice autem Origenes, satis eleganter ait homil. 4. in Lucā. Valles non tam humiles dici, quā demersos in uitiis, qui in profundum uenere malorū: hos Spiritus sanctus conuersos replet, sicut repleuit mulierem, quæ erat in ciuitate peccatrix. Ita vt dimissa sint ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et Samaritanā, quæ de fornicaria & infideli, prædicatrix Euangelica euasit. Populus autem Iudæus, qui legis fastigio præeminebat, humiliatus est, & à fide præcisus. Sic Publicanus poenitens iustus euasit, Phariseus autem ieiunator damnatus periit. Denique de conuersione gentium exponit Hiero. illud Isai. 42. *Desertos faciam montes & colles, idest pompā sæculi in eis. exiccabo.*

Exultare montes figuratiuè dicuntur, qui florū uarietate conspersi, aspicientiū oculos oblectant: & abundantia fructuū, dominos faciunt exultare. Sic exponunt Lyran. Vatabl. & Iansen. illud Psal. *Pinguet speciosa deserti, & exultatione colles accingentur.* Cæterum in Psal. 113. ubi legitur: *Montes exultastis ut arietes, & colles sicut agni ouium.* Nō accipitur quidem

exultatio pro gaudio, sed pro commotione, & tremore, vt notant Theodoretus, Iansenius & Vatablus. De huiusmodi uero montium, nempe Sinai & Oreb ad præsentiam Domini, legem Moyfi promulgatis concussione, metio fit Exo. 19. nam ubi legitur: *Erat mons terribilis ualde, in Hebræo habetur, omnis mons ualde tremebat.* Porro Lyran. Hanc montium commotionem, putat illam esse: de qua mentio fit Num. 21 his uerbis: *Vnde dicitur in libro bellorum Domini, sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon: scopuli torrentium inclinati sunt, ut requiescerent in Arnon.* Hoc est cum scopuli, ualde prærupti & prominentes, qui eminebat fluuiō Arnon transitū populi Dei præpedirent, inclinauit Dominus scopulos in planiciem: vt transfret populus itinere plano, sicut diuiserat mare rubrum, vt sicco populus uestigio transiret. De quo lege Hieronymum libro de locis Hebræicis, in dictione Arnon. Et quod diximus lib. 1. in uerbo Arnon. Sic etiam spiritaliter in lege gratiæ, omnia poenitentibus aufert impedimenta, quibus dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & ouerati estis, & ego reficiam uos.*

CAPVT CXVIII.

Collocare.



COLLOCARE dicitur Hebraicè Isab. Psal. 112. *Vt collocet eam cum principibus.*

Collocare est aliquid in loco ponere, & cum aliis simul Locare. Sic Gen. 3. dicitur: *Collocauit ante paradysum uoluptatis Cherubim.* De quo egimus supra in uerbo Cherubim.

Collocare est etiam statuere, & dedicare. Sic legitur in Exo. *Igitur in mense primo, anni secundi, in prima die mensis collocatum est tabernaculū.* Vbi Strabus. Primus, inquit mensis est Nisan, seu Aprilis, in quo Iudæi Pascha celebrant. Sed sciendū Nisan, propter decimam quartam Lunam, quæ in Martio uariatur, occupare partem aliquando Martij & partem Aprilis. Mystice uero, collocatio tabernaculi in mense primo, anni secundi, militantis Ecclesiæ fundationē, non in anno primo legis ueteris, sed in anno secūdo legis gra-

Theodoret. Iansenius. Vatablus.

Exo. 19.

Lyranus.

Num. 21.

Hierony.

Matth. 11.

Isai.

I

Gen. 3.

2

Exo. 40.

Strabus.

tia

Matth. 16.
3
Deut. 11.
Deut. 6.
Hierony. Matth. 23.
Psal. 1.
Matth. 24.
Hilarius.
4
Psal. 142.
Theodoret. Lyranus. Hierony.
Matth. 19.
5
Ezech. 26.
Theodoret. Hierony.

tia planè significat: de qua Dominus Petro dixit: *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.*

Collocare uerba legis ante oculos iussit Deo populo ueteri. in Deu. *Ponite, inquit, hæc uerba mea in cordibus, & in animis uestris, &c. & inter oculos uestros collocate.* de quo etiā agit Deu. 6. sed vt notat Hieronymus super illud Matth. *Dilatant enim phylacteria sua, & significant fimbrias.* Pharisei male hoc interpretantes scribebant in membranis decalogum Moyfi, complicantes & ligantes in fronte, & quasi coronam capiti facientes, vt semper ante oculos mouerentur. Quod usque hodie Babylonij, Indi, & Persæ faciunt. Hæc ille. Itaq; quod de oculis cordis Dominus dixerat, illi ad frontē carnaliter transfulerunt: melius autem exposuit Dauid Psal. 1. *dicens: Sed in lege Domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Parum quippe nobis prodest super oculos ponere uerba Dei, neque intelligere: vnde Dominus apud Matth. dicit: *Qui legit intelligat.* Et Hilarius lib. 8. de Trinitate. *Legamus, inquit, & quæ legerimus intelligamus, & tunc perfectæ fidei officio fungemur.*

Collocari Deus iustum in obscuris patitur, quādo persecutionibus agitari permittit. Sic Psal. Propheta clamat: *Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi.* Quod tunc ille dixit, quando à filio fuerat Absalon eiectus è regno, & in speluncis latitare cogebatur. vt notant Theodoretus & Lyran. & ex titulo Psalmi constat. Quod uero subiungit, sicut mortuos sæculi Hieronymus uertit: *posuit me in tenebris, sicut mortuos antiquos, uel antiquitas, hoc est iam olim mortuos: quasi diceret filius meus sepeliuit me uiuum, sicut si iam olim mortuus fuisset, ut ipse regnaret.* Sed ab hac terrena cupiditate longe quidem absunt, qui cum Apostolis dicunt: *Eccc nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.*

Collocat Deus impium in terra nouissima, idest in centro terre, ubi gehenna inferorum est. Sic Dominus comminatur populo Tyri apud Ezechielem. *Cum dederō te in urbem desolatam, &c. & detrahero tecum his qui descendunt in lacum ad populū sempiternum, & collocauero in terra nouissima, idest in profundo inferorum cruciatu, vt exponunt Theodoretus, Hierony-*

mus, & Lyranus, ibi collocatus est ille: de quo: *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.*

Collocantur post captiuitatem in terra Phatures Ægyptij, idest restituntur ad terram suam, in qua propter Nili irrigationem panis est copia, sed panis conculcatus pedibus hostium Chaldæorum. Sic legitur Ezech. 29. *Post finem quadraginta annorum cōgregabo Ægyptum, &c. Et collocabo eos in terra Phatures, in terra natiuitatis suæ.* Sic exponunt Theodoretus, Hieronymus & Lyranus uocem Phatures, quæ interpretatur panis conculcatus. Mystice uero Hieronymus & Glossa significari dicunt sub figura Ægyptiorum populū, qui fuerat peccati uinculis alligatus, atque captiuus, qui per poenitentiam restituitur terræ suæ, idest Ecclesiæ societati: in qua per baptismum natus erat, quæ dicitur terra Phatures, idest panis conculcati, quia prohdolor, multi panem illum in Ecclesia peccando conculcant. De quo Ioan. *Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum.*

Collocare aliquem in folio regni, est regem illū creare. 3. Reg. 2. d. *Iob 36. a. Psal. 112. a. collocare in loco Pascuæ est in uerissimo loco sedem alicui dare, tã bonis spiritualibus, quã corporalibus bonis affluente, Psal. 21. de quo diximus in uerbo Calix. ¶ Collocare in domibus suis, uide Columba.*

¶ Colloqui, uide in uerbo Loqui.
¶ Colluctari, uide in uerbo Luctari.

CAPVT CXIX.
Collum.

COLLVM Hebraice dicitur Sauar. Gen. 41. *Collo torquē auream circumposuit, & Neh. 3.*

Collum pars est corporis, quæ caput humeris cōnectit. Cadere autē super collum alicuius signum amoris est. Sic Ioseph. *ecidit super collum Benjamin fratris sui uterini.* Genes. 45. uident etiam idem Ioseph patrem suum Iacob: *irruit super collum eius.* Sic etiam legitur in Actibus: *Procumbentes supra collum Pauli.* E conuerso uero calcare collum hostium signum est uictoriæ, & subiectionis inimicorum, quæ phrasis habetur apud Iosue. *Et ait ad principes exercitus, qui secum erant,*

Lyranus. Luc. 16.

6

Ezech. 29.

Theodoret. Hierony. Lyranus.

Hierony. Glossa.

Ioan. 6.

7

Psal. 21.

77

I

Genes. 45.

Gen. 46.

Acto. 20.

Iosu. 10.

ite,

ite & ponite pedes super colla regū istorum. Vbi notandum principibus exercitus precipi, vt publicè pedes ponant super colla regum hostiliū: quia principibus Ecclesie, scilicet, prelatis & doctoribus couenit publicè per opera bona cōculcare demones; atq; peccata, iuxta illud Matth. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem, &c.

Matth. 5. 2 Super pulchritudinē colli vitula: Dñs transit, quando lasciuientem populum, & superbū tribulationibus domat. Ose. 10. Ephraim vitula docta diligere triturā: & ego transiui super pulchritudinem colli eius, id est populus decem tribuū doctus diligere triturā, id est contentionem contra Deū, vt vertunt Septuag. domabitur, vt exponit Hierony. per inersum Assyriou, & captiuitatem, quod erit calcare collum eius, quæ currit aduersus Deū erecto collo, sicut apud Iob de impio dicitur: Cucurrit aduersus cum erecto collo. Tales erant Pharisæi, qui vsque adeo superbierunt contra Deū, vt Christo dicerent: Demoniu habes. Et collegerunt conciliū contra illū, dicentes: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Vnde iure optimo Dñs adduxit cōtra eos Romanū exercitū, & transiuit super vitulā Ephraim, doctam diligere contentionem contra Christum Dei, cū enim signa faceret, vt eos ad fidem traduceret, illi contra contēdentes dicebāt: In Beelzebub principe demoniorū eiecit demonia. Sic in Iudæos & Christianos in malis obstinatos quadrat, illud Ecclē. 3. 3. Iugū & lorū curuant collum durum: quod de bubalis & equis exponit Lyra. sed ad homines quoque more bestiarū duros, & insolentes extenditur: quibus dicitur in Psal. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: in chama & freno maxillas eorum confringe, qui non approximant ad te. Et certe iugo & lorū Romanorū collum ferreum Hierusalē curuandum esse Dñs videns: Fleuit super illam. Fleuerat autē prius Hieremias super eādem ciuitatē à Chaldæis vastandā, Thren. 1. Vigilauit, inquit, iugū iniquitatum mearum in manu eius, conuoluta sunt, & imposita collo meo. Deniq; catenæ super collum alicuius, vel manus, vel violentia captiuitatem denotant & supplicium. Hierem. 2. 7. a. 2. 8. c. Mich. 2. a. Matth. 1. 8. a. Marci 9. f. Luc. 1. 7. a.

3 Ad collum pertingere malum, denotat

extremum vitæ discrimen, & summam calamitatem, vnde vix quispiā possit eua- dere. Sic de aduentu Assyriorum, qui decē tribus duxere captiuas, & Iudæos quoque terruerunt in Hierusalē dicitur Isa. 8. Ibit per Iudam inundans, & transiēs usque ad collum ueniet. Item de iudicio finali exponit Hieronymus illud Isai. Labia eius repleta sunt indignatione, &c. Spiritus eius uelut torrens inundans, usque ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum. Sicut, inquit, torrens suffocat eum, ad cuius collum usque peruenerit: sic iudicium Dei, neminē impunitū abire patietur. Hæc ille. Quod quamuis Vatablus de persecutione Senacherib: cum quibusdam Rabbinis exponat: sed melius de finali iudicio intelligūt cum Hieronymo, Haymo, Dionysius & Adamus, quia mox de Thophet, & gehēna fit mentio, & certe tunc fatuis virginibus non proderit uirginitas, & mirabiliū patroribus, sua charifinata nil conferent, quæ malis operibus maculauerunt. Matth. 7. vbi dicturi prædicantur in die iudicij: Domine, Dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus: & demonia eiecimus, &c. Neque fides sine operibus iuuabit illos, quibus dicit rex. Ite maledicti in ignē æternum: quia esurui, & non dedistis mihi manducare.

4 De collo iugum, & vincula tolli, signū est liberationis, & redemptionis Isa. 10. Auferetur iugum de collo tuo, id est iugum Assyriorum de collo Hierusalē materialis, vt Hebræi dicunt. Cæterum de Ecclesia Christi sub nomine Hierusalem exponunt Hieronymus, Lyranus, Cyrillus, Vatablus, Dionysius, & Adamus, illud Isa. 5. 2. Solue uincula colli tui captiua filia Sion. Quamuis enim per annos fere trecentos ab Ascensione Domini, iugum persecutionum durissimum tolerauit, quia tamen scriptum erat Matth. 16. Et porta inferi non preualebunt aduersus eam, tempore Constantini Magni collum erexit: & iam non pertransit per ea incircuncisus, id est diabolus, vt ei dominetur, licet enim transeat tentans, vt ait Adamus, non pertransit vincens Ecclesiam, quia impletum est in illa, quod Dominus prædixerat Cantic. 1. Collum tuum sicut monilia. Vbi Greg. collū Ecclesie prædicatores exponit, qui quasi monilia auro prædicationis, & exempli virtutum splendent.

Iuxta

Matth. 5. Tuxta illud Matth. Qui autē fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorū. Cant. 4. Item Ecclesie conuenit illud Cant. 4. Sicut turris Dauid collum tuum. De quo uide in verbo Ar matura, num. 6.

5 In collo dæmonis uiget fortitudo Iob 41. In collo eius morabitur fortitudo. Ponitur autē sub metaphora ceti grandis, quæ dicitur Leuiathā, vt notat Lyra. quia teste Philof. lib. 2. Animaliu. Nullus inter pisces collū habet, nisi qui uiuū generat animal, quale generat cetus: ideo ad tantā capitis molem sustinendā, & tanto corpori conectendā, robustissimū collum natura fortitur. Porro mysticè collū Leuiathan esse dicuntur, vt Lyran. ait, qui peruerso morū exemplo, vel doctrina pestifera alios ad malum trahūt, & quasi capiti Satanæ coniungunt: de quibus Dñs: Attendite, inquit, a falsis Prophetis, &c.

6 Ad collum vsq; denudare fundamentū Satanæ, est vsque ad summū detegere, & demoliri. Sic exponit Hierony. illud Abac. Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentū eius usque ad collum, id est uicisti, o Christe demone, qui caput est impiorum, iuxta quod dixerat: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiecitur foras. Et vsq; ad summū omnes fautores, & principes eius denudasti, & armis ablatis expoliasti: vt abiectis operibus tenebrarū induerent arma lucis. Rupertus etiam hoc dicit impletum, quando Christus Apostolos misit, dicēs: Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Quibus etiam linguas igneas per Spiritum sanctum distribuit: vt mores gentium pestiferos prædicatione consumerent: & fallacias dæmonum atque oracula falsa denudarent, & de medio tollerent.

7 Quatuor rotæ, quas uidit Ezech. c. 10. Corpus & colla habere describit oculis plena. Vbi Hierony. dicit: Rotas illas cælestes esse virtutes, quæ non solum carnes & corpus, sed & colla & manus habere dicuntur, vt efficientias rerum in singulis, non membrorum imagines sentiamus. Hæc ille. Quod est dicere, Angelicæ quidem illarū virtutes non corporalia membra, sed vim singulis membris propriā in spiritu possident ad operandum. Vnde, quia collum flexibile est ad dexteram & sinistram, liberum denotat arbitrium, vt Lyranus ait. Quod sicut est in Angelis, ita debet in

nobis esse oculatum, atque discretum, ne sicut uirgines fatuæ à regno cælorum in tenebris excludamur.

¶ Collyrida, uide Crustula.

CAPVT CXX.

Collyrium.

COLLYRIVM Medicamentum est oculorum, Apoc. 3. Collyrio unge oculos tuos ut uideas. Super quem locum D. Thomas. Collyrium, inquit, est contritio, qua turbatur oculus cordis, vt prauus humor in lachrymas resoluatur: & clarificetur oculus mentis, &c. Et certe hoc collyrio unxit oculos suos mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, & lachrymis lauit pedes Domini Saluatoris. Secūda expositio est Glossæ. Collyrium esse præceptum dilectionis proximi, Psal. 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Hoc planè collyrio duo discipuli in Emaus dum Dominum sub habitu peregrini retinent, lumen agnitionis Christi receperunt, cognoscentes eum in fractione panis. Tertia expositio Ruperti. Collyrium esse humilitatem, quæ oculos mentis illuminat, dicente Domino: Quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Item tribulatio, iuxta illud Isa. Sola uexatio intellectum dabit auditui.

¶ Collocynthis est cucurbita syluestris amarissima. 4. Reg. 4. quæ missa per errorem est in ollam Helisæi, de qua in verbo Mors.

CAPVT CXXI.

Color, Discolor.

COLOR Dicitur Hebraicè in Scriptura Chetham Thren. 4. Mutatus est color optimus.

Color est accidens, quod rem corpoream cui inest uisibilem, & conspicuam reddit cum lumine. Metaphoricè uero in scripturis Indiæ colores humanæ fucos eloquentiæ significant. Sic explicat Gregorius illud Iob 28. vbi de sapientia diuina loquens ait: Non conferetur tinctis Indiæ coloribus. Hos eloquentiæ colores Paulus despiciebat, dicens:

Loqui-

1. Cor. 2. Loquimur non in humana sapientia uerbis, sed in ostensione spiritus. Ideo Spiritus sanctus igneus Apostolis distribuit linguas, ut confunderent flamma charitatis carnalis sapientia fucos.

2 Hierony. Thren. 4. Color optimus in scriptura in mystico sensu, bonorum operum exemplum denotat. Vnde Hieronymus super illud Thre. 4. Mutatus est color optimus. Color inquit optimus mutatur, cum quorundam, qui agere religiose videbantur, religiosa existimatio minuitur, & quasi pallefcit. Propterea dicit Spiritus sanctus Eccl. 41. Curam habe de bono nomine. & apud Matthæum. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, etc.

3 Ezech. 16. Colores multi vocabantur, qui in ornatu tabernaculi foederis resplendebant. Vnde Synagoga Dominus impropere apud Ezech. Vestita es bysso, & multis coloribus. Quibus tamen illa calcatis ad idola defluxit, ut inquit Lyranus, in quem sensum apud Hieremiam eidem Synagoga impropere Spiritus sanctus: Nunquid, ait, auis discolor hereditas mea, nunquid auis tincta per totum, idest, nunquid non te ornauit quasi pauonem, ut exponit Hieronymus, & coloribus variegauit? & tamen hæc omnia conculcasti, nec saltem sicut pauo turpitudinem pedum tuorum aspexisti, ut te humiliare, atque tua scelera recognoscere. Propterea: Videns Iesus ciuitatem fleuit super illam, dicens, quoniam si cognouisses & tu, idest, si cognouisses ornamenta diuersorum colorum, quibus te ornauit: imo & purpureum sanguinem, quæ pro te fundam: & è conuerso tuam erga me ingratitudinem, & scelera, fortasse fletes & respisceres.

4 Lyranus. Ezech. 27. Color optimus iuxta literam dicitur albus quia natiuus, & primus. & luci propinquus. Ita Lyr. super illud Ezech. 27. ubi de nundinis Tyri Propheta loquens ait: Damascenus negotiator tuus, etc. in lanis coloris optimi. Vbi in Hebræo legitur coloris albi. Sic etiam vertit Vatablus, in lana candida. & Septuaginta, in lana lucida de Mileto; Chaldaeus uero paraphrastes in lana sericia subtili. Est ergo mystice in nundinis Ecclesie lana coloris optimi, & candidi, puritas mentis: quæ pretio quidam lachrymarum emit illa mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix: & Petrus: qui post negationem egressus foras fleuit amare.

Color Bdelij in Scriptura commendatur. Sic enim legimus Num. 11. Erat manna coloris Bdelij, idest lapidis pretiosi, candidi, & splendentis, ut notat Lyranus. Est autem manna typus Eucharistie sacramenti secundum patres. Ergo qui carnem Domini candidam, & dotibus gloriæ splendidam manducat in sacramento, ut maneat in Christo, sicut dicitur apud Ioan. eidem in candore conscientia, & splendore virtutum debet assimilari. Iuxta illud Matth. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona.

¶ Coluber, quare serpens.

CAPVT CXXII.

Columba.



COLVMA Hebraice dicitur Iona.

Columba auis placida, & simplex in duo genera diuiditur, teste Varrone,

lib. 3. de lingua Latina. cap. 7. unum agreste, quod nidificat in turribus, & uillæ culminibus: vnde columba dicitur, quasi culmina petens. Alterum clementius, quod domi pascitur, differt autem utrumque genus à palumbis, qui maiores sunt, & feri, atque in arboribus, vel saxibus nidificat: viuatioreque sunt: ita ut ad triginta perueniant annos, teste Plin. lib. 10. capit. 34. cum columbarum vita octo fere claudatur annis. De quarum Plinius pudicitia sic ait loco citato. Pudicitia illis prima, & neutri nota adulteria coniugi, fidem non violant, communemque seruant domum, nisi cælebs, aut uidua nidum non derelinquit. Hæc ille.

Columba frequenter in Canticis vocatur sponsa: quia fidelis est compari suo, amabilis, sincera, atque morigera & fecunda. Sic intelligunt patres illud Canti. Oculi tui columbarum, idest synceri, fideles casti. Ita Pfellus apud Theodoretum. Oculi tui virginales, inquit, & certe, tales erant oculi virginis, ad quam missus est Gabriel Angelus, Luc. 1. Theodoretus uero cum tribus aliis patribus explicat oculi tui, non solum columbarum, sed sicut columbæ, idest spirituales, quia Spiritus sanctus descēdit in specie columbæ. In eodem sensu

5 Num. 11. Lyranus.

Ioan. 6.

Matth. 5.

1 Varro.

Plinius.

2

Cant. 1. Theodo.

Luc. 1.

sponsa:

Cant. 2. sponsa dicitur. Cant. 2. Veni columba mea in foraminibus petrae, idest, o anima virgo fide, & conscientia pura, ut Pfellus exponit. Veni ad petram, quæ Christus est, ut secura requiescas, & reficiaris deposita nigredine & peccatorum sarcina, sic vocabat Dominus Ecclesiam, quæ laborabat inter accipitres: Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Item Cant. 5. in eodem sensu. Aperi, inquit, mihi foror mea, etc. columba mea, idest mihi uero, & fideli sponso: Aperi tu quæ non admittis adulterum. Nec dubites de uerbis Angeli salutantis: Aue gratia plena. Denique Cant. 6. Vna est colūba mea: quod Gregor. de unitate exponit Ecclesie, de qua Dominus apud Matth. Super hanc petram, ait, edificabo Ecclesiam meam. Non dixit Ecclesiam, quia non sunt Ecclesie Christi, nisi quæ unius Ecclesie Catholice membra fuerint. Ceterum Pfellus apud Theodoretum, & Rupertus Abbas. per columbam unicum, beatam Mariam intelligunt: de qua sola dictum est: Spiritus sanctus superueniet in te, etc. Et apud Matth. De qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Item quæ de se ait. Beatam me dicent omnes generationes.

3 Columba typus iustorum est, ut notat Strabus super illud Gen. 8. Emisitque columbam post eum, idest post coruum, quæ eum non inuenisset, ubi requiesceret pes eius reuersa est ad eum in arcam. Sic iusti in diluuii mundi huius, requiem non habent. sic Apostoli dicunt: Domine ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: sic & Thomas etiã post dubitationem reuersus est ad coenaculum, Ioan. 20. ubi credidit.

4 Columbarum pullos duos, vel par turturum, puerperæ pauperes pro primogenito in lege offerre iubebantur, diuites autem agnum. Leuit. 12. Maria uero Deigenitrix, etiam si aurum, tus & myrrham recepisset à Magis: noluit tamen agnum offerre, sed ut notat Abulensis. q. 47. super Mat. 2. aurum pauperibus dedit, iuxta illud. Misericordiam uolui, & non sacrificium. Deinde uero paupertatis amatrix, pauperum obtulit oblationem, ut notat Beda in homilia Purificationis, quia scriptum est in Isa. Elegi te in camino paupertatis.

5 Columbarum sterco, non est cibus hominibus congruus, sed ualde nociuus: unde ut notat Lyr. quod legimus 4. Reg. 6.

Cant. 2. Pfellus. Matth. 11. Cant. 5. Luc. 1. Cant. 6. Gregor. Matth. 16. Pfellus. Theodoret. Rupertus. Luc. 1. Matth. 1. Luc. 2. Strabus. Gen. 8. Matth. 19. Ioan. 20. Leuit. 12. Matth. 2. Abulensis. Ose. 6. Beda. Isa. 48. Lyranus. 4. Reg. 6.

inualescente fame in Samaria quondam à Syris obfessa partem sextam cabi sterco ris columbarum, quinque argenteis venditam publicè fuisse, intelligendum est de gutture colūbæ, quod plenum granis portant, quod extrahentes Samaritani occisissent columbis, quas remeantes à pastu capiebant: ex illis granis mensuram implebant quam quinque venditarent argenteis: qualis autem mensura sit cabus, uide loco suo in dictione Cadus. Et illud nota vigente fame cibum nullum, etiam uilem ab obfessis negligi. Sic etiam qui ex Deo est, uerba Dei audit: etiam si minima sint consilia, ut spiritualementem vitam obfessus ab inuisibilibus hostibus seruet, quia Eph. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates tenebrarum.

6 Colūba plerumque in bonum accipitur, interdum autem in differenter: raro uero in malum, ut sequentibus ostendemus exemplis. Et primum, quia in bonum frequèntissime capitur, ipse quoque Spiritus sanctus in specie columbæ descendit super filium Dei apud Matthæum. & Luc. quia ut notat Cyprianus in sermone de Spiritu sancto. Columba pro cantu gemitum edit. Et spiritus est qui postulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus, idest postulare nos facit. Deinde, quia columba, ut notat Chryostomus super eundem locum Matthei. Symbolum est charitatis: Quæ diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Rom. 5. Putat autem August. libr. 2. de Trinitate ex elemento circumiacente nempe ex aëre formatam fuisse Angelico ministerio columbam illam, cui non quidem Spiritus sanctus unicus est hypostaticè. Sed ut in typo, sed cõtrouertitur inter patres, an fuerit uera columba & animata: an uero solum apparet quædam species. Et certe hoc posterius tenet Chryostomus hom. 12. super Matth. idem Ambro. lib. 1. de Sacramentis cap. 5. Non, inquit, columba descendit, sed quasi columba: non in ueritate columbæ, sed in specie columbæ. Idem tenuit Procopius super Genes. 18. & Caietanus super Matthæum. At contrarium docet August. lib. de Agone Christiano, cap. 22. scilicet animatam fuisse columbam, non genitam quidem, sed de nouo creatam. Idem sequitur D. Thomas 3. p.

Ioan. 8.

Ephes. 6.

Matth. 3. Luc. 3. Cypria. Rom. 8.

Chryost.

Rom. 5. August.

Questio.

Chryost. Ambros.

Procop.

Caieta.

August.

D. Thom.

Chrysoft. q. 39. art. 7. Quia sicut non debuit fallere filius Dei, assumpto corpore phantastico, sic neque Spiritus sanctus fallere debuit specie phantastica, ita tenent scholastici. Cauendus autē autor imperfecti Chrysoftomi super Matth. 3. qui dicit hoc loco, minorem esse Patre Spiritum sanctū, quod est hæreticum.

6 Colūbis etiam in scriptura cōparantur prædicatores, Apostoli, & cōuersi ex gētib⁹ ad fidē, & iusti resurgētes glorioſi: de quib⁹ omnibus legimus Isai. 6. *Qui sunt hi, qui sicut nubes uolant, et sicut colūba ad fenestras suas.* Vbi notandum Septuaginta vertisse: *Et sicut columba cum pullis suis.* Est autem in Hebræo vox Aruboth, quæ significat fenestras, vt rectè vertit vulgata, quia eadem vox est Gen. 7. vbi legimus: *Cataractæ cæli apertæ sunt,* idest, fenestræ, vbi nemo verteret: *pulli cæli aperti sunt.* Sed forte Septuaginta aliam lectionē nati sunt, quam quæ modo est in fonte, vel eadem vox cū aliis punctis significat multitudinem: & ideo verterunt: *Sicut columba cum multitudinibus pullorum suorum.* Porro Chaldæus vertit: *Et sicut columbae quæ reuertuntur ad columbaria sua.* Si ergo legamus cum Septuaginta: *Sicut columbae cum pullis suis.* Significant Philosophos, & Doctores conuersos ad fidem cū discipulis suis ex insulis gentium, vt exponit Hieronymus, iuxta illud: *Multi ab Oriente & Occidente ueniunt.* Sed etiam Vatablus vertit cum vulgata: *Sicut columbae in fenestris suis.* Iuxta quam translationē per columbas intelliguntur Apostoli in fenestris colūbarij Ecclesie. Sic exponit Theodoretus super illud Cant. 2. *Surge prope amica mea.* & Gregor. dicit esse prædicatores homil. 18. super Ezechielem, qui in fenestris suis sunt, idest sensus suos custodiunt, & aliena minimè concupiscunt, vt pote qui dicūt: *Ecce nos reliquimus omnia.* Matth. 19. idem repetit homil. 5. super Euangelia. Eodem modo exponunt Lyranus, & Dionysius de Apostolis & prædicatores, quibus Dominus ait, apud Matthæum: *Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae.* Dicuntur etiam columbe propter fidelitatem, iuxta illud: *Quis putat est fidelis seruus et prudens, quæ constituit Dominus super familiam suam?* Itē propter indefessum volatum, quia illis dictum est: *Sentes docete omnes gentes.* Item

propter fecunditatem, iuxta illud: *Posui uos, ut eatis, et fructum afferatis.* Cæterum Tertullianus libr. 3. contra Marcionē, & libr. 5. exponit columbas istas Isaiæ, esse animas resurgentes in corporibus gloriosis. Præterea Ambrosius lib. de fuga seculi cap. ultimo per has columbas intelligit contemplationi deditos, & quicum Apostolo dicunt: *Nostra autem conuersatio in cælis est,* quæ omnes expositiones pulchræ sunt: de quo vide in verbo Fenestra numero 6.

7 Columbae pennis de argentatis comparantur in Scriptura, qui de periculis euadunt incolumes. Sic exponit Gueuara in Comment. super Abacuc illud Psal. 67. *Si dormiatis inter medios cleros penna columbae de argentata: supple eritis.* Vbi columbae est in genitiuo, idest, si dormiatis inter medios cleros, siue terminos hostium, quia cleros est terminus, eritis salui & incolumes ò Hebræi de Ægyptiaca seruitute prodeuntes, sicut apud Palæstini nos, ad quos tenditis salutē seruantur, imo vt dij columbae coluntur, & apud Syros. Vnde Poëta Catullus.

Quid referā ut uolitet, crebras in tecta per ur Alba Palæsthino sancta colūba Syro. (bes, Nec multum ab hac expositione diffidet Genebrardus. Qui latius probat dormire inter medios cleros idem esse, quod in medijs versari periculis, quia fors latine est idem quod Græce cleros: & quia forte distributa est Israëlitis promissionis terra, quidā explicant: si dormiatis in terra promissionis. Item, quia fors ad gloriam prædestinatorum, vel gehennam damnatorū referri solet, alij explicant: si dormiatis inter terminos cæli & inferni. Præterea, quia fors de clericis dicitur, de illis hoc loco, quidā sermonē esse putant: sed phrasis est scripturæ, vt de captiuis, & morte plebēdis mittatur fors, sic Ioel. 3. *Super populū meum miserunt sortem.* & Psal. *Super uestem meam miserunt sortem.* Vbi Græcè est cleros periculi aleæ q; genus: sic Aristides in Pericle vna super omnibus alea vna fors iaciebatur, sic etiam apud Homerū & Virgiliū milites super galeam iaciebant sortē. Est itaq; sensus: si dormiatis, quasi negligētes inter media pericula, eritis salui, sicut colūba apud Syros alba, seu deargentata. Porro Hebraicè legimus: Si dormiatis inter medios lebetes, tripodes, & ollas:

Ioan. 15.
Tertull.
Ambros.
Philip. 3.
Gueuara, Psal. 67.
Catullus.
Genebr.
Ioel. 3.
Psal. 21.
Aristides.
Homerus.
Virgilius.

Vatablus: Ianfenius. vt vertunt Vatablus & Ianfenius. Idē tamen sensus est, quasi dicat: Si dormiatis inter medios ignes inter sacrum & saxū, euolabitis vt columbae. Postremò sensus mysticus est Theodoret. Si dormiatis inter duo testamenta videbitis pennas colūbae, idest gratiā Spiritus sancti, vel Ecclesiæ, vt exponit Augustinus.

8 Columbe pennas petit Dauid, vt euadat pericula. Psal. 54. de quo lib. 1. in verbo Ala & Penna. Columba quoq; dicitur meditari, idest gemere. Vnde Ezechias dicebat: *Meditabor ut columba,* idest gemā pro peccatis. Sic & homines profugi, vel captiui, gementibus columbis comparantur. Isa. 59. c. Hier. 48. d. Ezech. 7. e. Nahum 2. c.

9 Quasi columbam auolare, exitū denotat à captiuitate, sic de reliquijs Ephraim, & Iudæis ad Christi fidem conuertēdis, legimus Ose. 11. *Auolabunt quasi columba de terra Assyriorum.* Vbi Assyrii accipiuntur pro Babylonijs, apud quos columbae intactæ volabant, & honoribus diuinis colebantur: vt testatur Xenophon in 1. lib. expeditionis Cyri iunioris, & Diodorus Siculus Babylonios albam columbā in Deos retulisse narrat: quod Semiramidem Reginam in colūbam fuisse versam fabulentur. Itaq; reliquiæ Iudæorum, vt columbae ad Ecclesiam intactæ volabūt: quod in Apostolis, & discipulis Domini coepit impleri, qui dixerūt apud Matth. *Domine: Ecce nos reliquimus omnia, et sequi sumus te.* Et apud Luc. *Erant appropinquantes ad Iesum Publicani et peccatores.*

10 Columba indifferenter accipitur pro Rege Babylonis Hier. 25. *Facta est terra eorum in desolationem à facie columbae,* idest Hierusalem mansit septuaginta annis captiuitatis desolata ab exercitu Regis Babyloniæ, vt exponit Hierony. Item de vastatione Ægypti à Rege Babylonis dicitur: *Surge reuertamur ad populum nostrum à facie gladii columbae,* idest à facie Nabucho donosoris in Babylone regnantis. Idē repetitur cap. 50. *À facie gladii columbae.* Sūt autem variæ rationes, quare scilicet rex Babyloniæ colūba vocetur. Sed relictis alijs, placet mihi ratio quædam, quā inter alia tagit Lyr. videlicet reges Babyloniæ in suis vexillis duo insignia portasse, alterū quidē leonis, alterū verò colūbae. Et quidē illud leonis propter regiā dignitatē

& fortitudinē: ideo leonē illum vocat sermo diuinus, Hier. 4. *Ascendit leo de cubili suo,* idest rex Babylonicus. Aliud verò colūbæ gestabat propter Semiramidē, quæ Babylonicos muros inter miracula mundi relatos edificauit, quam in columbam putarunt fuisse conuersam. Ideo q; vt numero diximus præcedenti, diuinus colūbæ honores decreuerūt, hic itaq; historic⁹ sensus est. Quod verò quidā nomine colūbæ in locis supra citatis Deū intelligūt, sensus mysticus est, & sane venustus. Christus enim Dñs, sicut olim Nabucho donosor, & leonis insigne, & colūbæ gestat vexillū, vt pote qui terribilis sit obstinatis more leonis, & poenitentibus mitis, quasi colūba. Ideo cū illi Pharisæi mulierem adulteram iudicandam adduxissent, apud Ioan. quasi leo digito scribebat in terra, vbi accusatorum scelera, & poenas eternas ostendebat, vnde territi: *Vnus post alium exibant.* Porro sicut colūba, mulieri poenitenti pepercit. Sic Matth. 23. quasi leo reprobis dicit: *Ite maledicti, et facta erit terra eorū in desolationem à facie ire colūbae,* vt dicit Hier. sed vt colūba mitis dicit electis: *Venite benedicti patris mei, etc.*

11 Columba licet rarò in deteriorem partem accepta obliuiosos denotat, & venter cordes. Colūba enim saxi, & sagittis impetita fugit venatorem, sed mox esca vili delinita, periculis obliuiscitur, & ad infidiarum loca reuertitur. Sic de filiis Ephraim propter idolatriam sæpe punitis, & rursus in eadem obliuione relapsis, dicitur Ose. 7. *Ephraim columba seducta, non habens cor.* Ideo Dominus languido triginta & octo annorum infirmitatis, quæ in probatica piscina sanitati restituit, dixit amanter: *Ecce sanus factus est, noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Idem dixit Adulteræ, quam fugatis absoluit accusatoribus. *Yade, inquit, noli peccare.*

¶ Vendere columbas, vide in verbo Vendere.

CAPVT CXXIII.
Columna, inter columnium.
COLV M N A. Dicitur Hebraice Aamud. Exo. 13. *Per diem in columna.* & Psal. 98.

Hier. 4.
Ioan. 8.
Matt. 23.
Hier. 25.
Ose. 7.
Ioan. 5.
Ioan. 8.

1 Columna quasi culmina tenens dicitur, eaq; sustinens, & fulciens. Metaphorice verò frequenter in scripturis accipitur, ita vt vocetur Angeli colūna, item Ecclesia Christi, & Apostoli: præterea prædicatores, & viri spirituales, & Prophetæ, dona quoque Spiritus sancti, vt subiectis exemplis ostendemus.

2 Columnæ cæli, primum omnium vocantur Angeli, vt notat Beda super illud Iob 26. *Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.* Dicuntur autem merito cæli colūne propter naturam immortalē, & propter gratiæ, & gloriæ stabilitatē, & contēplationis altitudinem, & rectitudinē intentionis. Idē sentit Greg. merito ergo singulis hominibus in terra fluctuātib; quasi in medio mari, singuli sunt Angeli dati, quibus quasi columnis, ne cadāt innitātur, iuxta illud. *Angeli eorum uident faciem patris, &c.*

3 Columna vocatur etiam iure optimo Ecclesia Catholica. 1. Tim. 3. *Quomodo te oporteat conuersari in Ecclesia Dei uiui, quæ est columna & firmamentum ueritatis.* De qua Dñs dixit apud Mat. *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non preualebunt aduersus eam.* Huius figuram fuisse legimus columnam illam ignis, & nubis, quæ per mare rubrum, & deinceps præcedebat, atq; ductabat populum Dei ab Ægypto fugiētem, Exo. 13. sic enim Christianos ducit, protegit, & illuminat Ecclesia Romana sedes Petri, & thronus Christi. In cuius typo sapientia dicit apud Eccli. *Et thronus meus in colūna nubis.* Vbi mirandum non est, nubē natura sua debilē, vt pote ex terræ vaporibus conflata, columnā esse, & firmamentū ueritatis inconcussū, & vt theologi dicunt infallibile: quia thronus est sapientiæ, quæ non permittet illā in falsitatē declinare dicente Dño: *Ego rogauit pro te Petre, ut non deficiat fides tua.* Ad hanc columnā collisi sunt, & contriti omnes hæretici.

4 Colūne uocantur Apostoli, prædicatores sancti, & Prophetæ. De quibus super Iob 26. explicat Grego. illud Apoc. *Qui uiderit faciem eū columnam in tēplo Dei mei.* Vnde ad Gal. legimus: *Petrus & Iacobus, qui uidebantur colūne esse, dexteræ dederūt mihi, & Barnabæ societatis.* Tales quippe uerbo, & exēplo alios sustentant, ideo

magni uocantur in regno cælorum. Præterea peccatoribus, hæreticis, lupisq; resistunt. vnde dixit Dñs apud Hieremiam: *Dedi te in columnam ferræam, & in murum arcum, &c. Et bellabant aduersum te, & non preualebūt, quia ego tecum sum, ut liberē te.* De huiusmodi Ecclesiæ prædicatoribus in Christo fortissimis, qui quasi bonus pastor animam dant pro ouibus suis, mysticè August. exponit illud Psal. *Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius,* idest Apostolos, Martyres, & Doctores Ecclesiæ. Confirmauit autē eos Christus, quando misit super Apostolos Spiritum sanctum: item quando dicebat eis apud Matth. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Et rursus apud Luc. *Eritis odio omnibus hominibus propter nomē meū, & capillus de capite uestro nō peribit.* Itē apud Ioā. *Si odit uos mundus scitote, quia me priorē uobis odio habuit.* Has itaq; colūnas tātō Christi magisterio cōfirmatas adumbrabant ille colūna tabernaculi, cum capitibus auri sapientiæ, & basibus argenteis scientiæ, Exo. 27. item columnæ, quas fecit Salomon in templo.

Colūnæ quoq; uocantur fideles principes, & duces Dei zelo succensi, qui defendunt filios Ecclesiæ, sic iuxta literam explicat Lyranus illud Psal. 74. *Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius,* idest uastata, & igne combusta terra Hierusalem à Chaldaeis, ego confirmaui columnas eius, nempe Zorobabel, Iesum filiū Iosedech, Nehemiam, & Esdras, qui eam restituerunt. Quæ expositio non displicet: solet enim Deus, rebus perditis & profligatis, colūnas erigere: quæ restituāt omnia sic Ariana peste Græciam, Ægyptumq; uastante, erexit Dñs Athanasium quasi columnam, & in Galliis Hilarium, in Hispania quoque Isidorum, qui Cōsubstantialis fidem fulcierunt. Item Augustinū contra Manichæos, & Donatistas, & Hieronymum cōtra Heluidium, & Vigilantiū atq; Pelagium. Perrō hunc locum Psalmi Theodoretus, Iansē. & Genebr. de finali potius exponunt iudicio, & columnas tunc confirmatas, iustos esse, quibus liquefacta cū suis habitatoribus terra, Dñs dicit apud Lucam. *Cum uideritis hæc fieri: leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra.*

Matth. 5.
Hier. 1.
Ioan. 10.
August. Psal. 74.
Act. 2.
Matth. 10.
Luc. 11.
Ioan. 14.
Exo. 27.
3. Reg. 7.
Lyranus. Psal. 74.
Theodoret. Iansē. Genebrar.
Luc. 21.

6 Prou. 9.
Hierony. Matt. 16.
7 3. Reg. 7. Glossa.
Matth. 5.

Columnæ septem totidem sunt dona Spiritus sancti, Pro. 9. *Sapientia edificauit sibi domum, excidit colūnas septem,* idest septē in Ecclesia Spiritus sancti dona firma uit, sicut exponit Hierony. super Gal. 2. His enim Ecclesia subnixæ colūnis, sic supra Petram firma consistis, vt *portæ inferi non preualeant aduersus eam.*

¶ Columnæ marmoreæ, Cant. 5. require in uerbo Basis.

¶ Columnæ aureæ, & argenteæ, in uerbo Aurum & Argentum.

Inter columnium legitur 3. Reg. 7. e. ubi dicit Glossa, imo litera ipsa inter colūnia non erant rotunda, vt colūnæ, sed quadrata: habeantq; super se locū aptum, & concauū, ubi locabantur illa uasa, quæ luteri dicuntur: ad continendā aquam in usum ablutionis sacerdotū, suntq; typus prædicatorum & doctorū, qui ad ablucenda crimina, uerbo, & exēplo, quasi aqua gratiæ subministrant: de quibus apud Matth. *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorum.*

¶ Coma, quære in uerbo Capillus.

CAPVT CXXIII.

Comedere, Edere.

COMEDERE Dicitur Hebraicè Lacham, vt patet, Prouer. 4. vnde Lachem est cibus.

Comedere est māducare, & simul edere cibū dentibus mandere atque traicere, quod propriū est animalium. Et aliquando capitur pro gustare. Gen. 3. *Cur præcepit uobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno paradisi?* idest, vt neque gustaretis quicquam ad minimū vt cumq; saporem percipiendū: Interdum uerò est nō quomodocunq; delibare, sed alere se & sustentare, Gen. 45. *Ego dabo uobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullam terræ,* idest, vt optimis terræ fructibus sustentemini. Præterea comedere est pro libito frui. Prou. 27. *Qui seruat ficum, comedit fructū eius: sic qui custos est Domini sui glorificabitur,* idest, qui arborem fici conseruat, fruitur fructibus eius: sic qui custodit Dominum suū gloria fruitur, & honore, sicut olim Abisai, vt notat Lyranus, qui Dñm suum Dauid ab ictu cuiusdam gigantis nomine Iesbidenob custo diuit, & magnam

subinde gloriam consequutus est. Ceterum multo maiorem in æternum obtinuit sanctus Ioseph sponsus Mariæ, qui Iesum infantem in Ægypto ab Herodis persequutione liberauit. Matt. 2. In eodem sensu comedere pro frui ponitur in Eccl. ubi Salomon ait. *Hoc mihi bonum uisum est, ut cui dedit Deus diuitias potestatemq; ei tribuit, ut comedat ex eis, & fruatur parte sua.* Hoc dicit sapiens bonum esse contra diuites auaros, qui se fame conficiunt. Alioquin multo melius est in pauperes omnibus possessionibus dispensatis Domino dicere: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.*

Comedere fortitudinem gentium dicitur Ecclesiæ, quæ gentium ad fidem cōuersarum regna possidet atque diuitias. Isa. 61. *Fortitudinem gentium comedetis, atque in gloria eorum superbietis,* idest exultabimini. Ita exponit Vatablus, qui uertit opes gentium comedetis. Sic & Lyranus & Adamus, quia quidquid opulentū, & pretiosum habuit Gentilitas transiuit ad Ecclesiam, sed Hierony. intelligit fortitudinem martyrum, quam comedit Ecclesia, dum de illa in Domino gloriatur: & spiritualium epularum festos agit dies, canens in festo martyris Laurentij: *Qui amat animam suam perdet eam.* Et in festo B. Stephanij: *Ecce mitto ad uos, Prophetas, & sapientes, &c. & ex eis lapidabitis,* & sic de alijs. Qui sensus pulcher est: prior autem magis Historicus, est etiam mysticus sensus August. lib. 2. de Doct. Christia. c. 6. *fortes gentes incorporabitis in corpus Ecclesiæ per fidem. De eadem gentium conuersione addit Isa. ca. 65. *Edificabunt ciuitates desertas & inhabitabunt: plantabunt uineas, & bibent uinum earum: & facient hortos, & comedent fructus eorum.* Quod de Ecclesia in lege gratiæ per metaphoram dicitur, sicut exponit Hierony. Lyr. & Vatablus. Qui ciuitates quæ fuerant infidelium cōgregationes Ecclesiæ Christi factas intelligunt, uineas uerò martyrum plantationes, de quibus Dominus discipulis dixit: *Ego sum uitis, uos palmites.* De nique hortos Lyranus explicat religioforum monasteria, quæ qui exerxit fructum meritorium eximium comedit, dicente Domino: *Quod uni ex meis fecistis, mihi fecistis.**

Comedere fructus uix suæ est merito-

Matth. 2.
Eccl. 5.
Matt. 19.
Isai. 61.
Vatablus.
Lyranus.
Adamus.
Hierony.
Ioan. 12.
Matth. 23.
August.
Isa. 65.
Hierony.
Lyranus.
Vatablus.
Ioan. 15.
Lyranus.
Matth. 25.

Prou. 1. rum primum, siue bonum, siue malum recipere, Prou. 1. *Comedēt fructus uie sue, suiq; consiliis saturabuntur: quod de reprobis dicitur, sic diues ille epulo in inferno sepultus, fructus uie sue comedit* Luc. c. 16. In eodem sensu dicitur impijs apud Ose. *Comedistis frugem mendacii. Itē de maledicis, & murmuratoribus legimus in Prouer. Vita & mors in manibus linguarum: qui diligunt eam, comedunt fructus eius, idest, qui male diligit, & laxat illi habenas audiet illud Matth. *Qui dixerit fratri suo raca, reuserit gehennae ignis.* Deniq; secundū eandem phrasim dicitur apud Isa. *Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinventionum suarum comedit: uē impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei.* Quod satis implebitur in die finalis iudicij, quādo propter opera misericordiae iustis dicitur: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &c.* Non ergo retributio fidei mortuae, sed manuum suarum fiet Christianis, idest operum suorum.*

4 Comedere ponitur in Scriptura passim, pro consumere quouis modo, siue corrosione. *Iob 13. Sicut uestimentū, quod comeditur à tineā, & Iaco. 5. Vestimenta uestra à tineā comesta sunt, siue combustione.* *Psa. 77. Iuuenes eorum comedit ignis.* Et de Hierusalē à Chaldeis cōburēda Eze. 19. *Ignis comedit eam, siue gladij percussione, sicut Nahū 2. de Ninīue à Chaldæis deuastanda. Et leunculos tuos comedit gladius, idest principes tuos, ut exponit Lyra, siue zelo charitatis cōsumi dicitur cor. Pf. 68. Zelus domus tuae comedit me.* Quod de Christo prædictum Ioannes attestatur, quando uendentes eiecit de templo.

5 Comedere in eodem sensu est auferre, & destruere. *Psal. 78. de hostibus populi Dei dicitur: Qui comederūt Iacob, & locum eius desolauerūt.* Itē de spiritibus imundis, qui auferunt à memoria auditoris uerba cordis semē uerbi Dei, dicitur apud Luc. & Matth. *Aliud cecidit secus uiam, & conculatū est ab hominibus, & uolucres caeli comederunt illud.* Sic in Eccli. legimus: *Nō te extollas in cogitatione tua, &c. ne forte elidatur per stultitiā uirtus tua, & folia tua comedat.* Vbi Lyra. exponit, ne stultitia uerba tua, quasi folia destruat, quod tunc maxime contingit, quando prædicator soluit unū de mandatis minimis Euangelij: tūc enim stultitia peccati, cōsumit ramos præ-

dications eius, & frondes: ita ut minimus, uel minime nocetur in regno caelorum.

6 Comedit & consumit peccatum filiorum, quidquid pro eis orādo & bene operando, patres laborauerūt, sic clamat Hieremias: *Confusio comedit laborem patrum nostrorum, idest idolatria destruxit patrocinium Patriarcharum, & tradidit Hierusalē Babylonis, ut exponit Vatablus.* Vel confusio peccati contra Christū, cui Pharisæi dicebant: *Dæmonium habes, & concilium contra illū, congregabant destruxit, quod in eis erudiendis, & Deo conciliandis, laborauerāt Prophetæ, & traditi sunt Romanis sub Tito & Vespasiano, sicut prædixit filius Dei: Et non relinquet in te lapidem.* Sic explicant Hierony. & Lyra. Ita accipitur comedere pro destruere. *Hier. 10. d. 30. c. 5. 1. b. Eze. 25. a. 28. c. Item Osa. 9. & Matth. 23. Qui comeditis domos uiduarum.* Denique *Genes. 31. Vendidit comeditq; pretium nostrum.*

7 Comedere hominem, metaphoricè dicitur de tyrans, qui occidunt innocentes, sic de Ioachim Rege impio legimus apud Ezechielem: *Didicit hominem comedere.* Eadem metaphora est c. 22. b. Comedere autem cibos lugentium, est comedere super cinerem cum sacco, ut exponunt Hieronymus & Lyranus super Ezechielis 24. c. f.

8 Comedere terram dicitur serpens antiqus, qui est diabolus, idest consumere corda terrena, *Genes. 3. ubi serpenti Dñs dixit: Terram comedes omnibus diebus uitae tuae.* Quamuis controuersia fuerit inter patres, an maledictionem istam Dominus contra diabolum, an uerò contra corporeum serpentem fulminauerit? Tenent autem quidam maledictionem istam cōtra serpentem corporalem prima intentione iaculatam, effecisse, ut qui prius reclusus incedebat, curuaretur, & humi serperet. Ita Didymus in cattera Lyppomani. Secunda sententia tenet sub nomine serpentis dæmonem fuisse maledictum, nō autem serpentem, qui natura sua serpit, & terrā comedit. Ita putat August. libr. 11. super Genes. ad literam capit. 36. & Rupertus Abbas, Hugo de sancto Victore, Albinus, D. Thomas. 2. 2. q. 166. ar. 2. ad ult. Lyranus, Caietanus, Augustinus, Augubinus, & alij. Tertia denique sententia probabilior contra dæmonem quidē

Hier. 3.

Vatablus.

Ioan. 8.
Ioan. 11.

Luc. 19.
Hierony.
Lyranus.

Matth. 23.

Gen. 31.

Ezech. 19.

Hierony.
Lyranus.

Gen. 3.

Didymus.

August.
Rupertus.
Hugo de sancto Vict.
Albinus.
D. Thom.
Lyranus.
Caietanus.
Aegubinus.

praecipue

Theodoret. Chrysof. praecipue maledictionem inflctam, secundaria tamen intentione contra serpētem, qui tanti sceleris fuerit instrumentum: nō ut aliquid noui pateretur, neq; enim imperatiuē dictum est, terram comedere. Sed enūtiatiuē, terrā comedēs, sicut solebas: sed prius natura tua, nunc per execrationem. Ita Theodoretus super Gen. & ante illum Chrysofostomus, qui adducit exemplum de gladio, quo filius familias occisus est: quem uident pater maledicit, & longe proicit, sic Deus serpentem execratus est. Vnde discat etiam homo longe proicere cum execratione instrumenta peccati, & socios, qui ad peccatū alliciunt, refecare. Iuxta illud Matth. *Si manus tua aut pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proice abste.*

9 Comedere in sanguine, est uiuere ex rapto per iniustitiam, ut notat Lyranus super illud Ezech. 33. *Qui in sanguine comeditis, & leuatis oculos uestrōs ad immunditias uestras, idest ad idolatriā.* Alia uerò phrasise est: comedere cum sanguine, quod erat contra præceptum illud *Genes. Nisi quod carnem cum sanguine non comedetis.* Idem etiam erat comedere sanguinē *Leuit. 17. Deut. 12.*

10 Comedere peccata populi, iuxta illud *Ose: Peccata populi mei comedent.* Est hostias pro peccatis oblatas comedere, quod sacerdotum fuit. Ita exponit Theodoretus approbans in hoc sententiam aliorū. Sed Hieronymus aliter explicat. Comedunt peccata populi, idest: deuorant sine scrupulo, & quasi cibum suauem deglutiunt eorum peccata, & laudant ea. Iuxta illud *Psal. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animae suae, &c. exacerbauit Dominū peccator.* Quæ magna peruersitas sacerdotum est: de qua Dominus *Matth. 5. Quod si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Iuxta phrasim hanc comedere interdū in scripturā, idē est quod fornicari, uel adulterari, ut notat Glossa super illud Prouer. *Talis est uia mulieris adulterae, quæ comedit, & terges os suum dicit nō sum operata malū.**

11 Comedere sacrificia mortuorū *Psal. 105. erat de oblati idolo cuiusuis defuncti in deos relati, comedere.* Vnde legimus. *Initiati sunt Belphegor, & comederunt sacrificia mortuorum.* Erat autē Belphegor idolum Moabitum, in honorem Belipatris Nini Regis, dedicatum in monte

Phegor post mortem eius. Populus autē Israël pellectus à foeminis Moab, suscipiebat ceremonias huius idoli, & comedebat de sacrificijs eius, quare refecanda sunt cōfortia foeminarū, iuxta illud *Matth. 18. Si manus tua aut pes tuus scandalizat te, &c.* Comedere quoque in montibus erat de sacrificijs idolorum māducare, *Ezech. 18.*

12 Comedere metaphoricè transfertur ad intellectum, & uoluntatē, denotatq; mente aliquid, & affectu comprehendere. Sic ad Ezechielem dictum est c. 2. & 3. *Comede uolumen istud, idest scripturam prophetiae, de quo nos alibi latius.* Præterea apud Isaiam: *Venite properate: emite, & comedite absque argento, idest percipite scientiam, & doctrinam Euangelicam, ut exponit Hieronymus.* Item *Hiere. 15. Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est uerbum tuum mihi in gaudium, & in letitiam cordis mei.* quod quadrat his, de quibus Dominus ait: *Qui ex Deo est, uerba Dei audit: & beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud.* De quibus, & Sapientia dicit in *Eccli. Qui edunt me, adhuc esuriant, idest non me fastidient.*

12 Comedere multa & diuersa dicimur in Scripturis, sicut comedere prædam, messem, fauum, carnes, ficus bonas, & malas, & uiam acerbam, quæ suis locis quaerenda sunt, scilicet in uerbo Præda, messis, fauus, caro, ficus, &c. & sic de alijs, ne eadē sæpius repetamus.

CAPVT CXXV.

Commendare.

COMMENDARE Hebraicè dicitur in Scriptura *Pakad.* *Isa. 10. Apud Machmas commendauit uasa sua.*

Commendare alicui aliquid, est illud eius curæ, uel fidei committere. *Exod. 22. Si quis commendauerit amico pecuniam, aut uas in custodiam, &c.* Sic etiam dicitur, quis regi commendatus, idest fidei eius commissus, uel apud eum laudatus. *2. Mach. 4. d. & alibi passim.*

Commendare spiritum suum in manus Dei, est illi quasi in depositum tradere, sic Dominus in Cruce moriens: *Pater, inquit, in manus tuas commendo spiritum*

Matth. 18.

Ezech. 18.

Ezech. 2.

Isa. 55.

Hierony.
Hier. 15.

Ioan. 8.

Luc. 11.

Eccli. 24.

799

I
Exo. 22.

2. Mach. 4.

2

Luc. 23.

Psal. 30. *meum. quod prædictum erat Psalm. 30. quasi diceret: Depono spiritum, idest, animam meam in manu tua, vt pote diuinitati vbi hypostaticè vnitam, vt eam tertio die resurgens, iterum corpori meo coniungam. Græce legimus de futuro παραθήσεται cōmendabo. Sic etiam in Hebræo habetur Psal. 30. & ita vertit Chaldaus Paraphrastes. In manu tua commēdabo spiritum meum, quasi dicat, mox vt spiritum efflauero, deponam illum in manu tua depositi more. Dum enim in corpore est, per eum viuit corpus meum, sed cum separata fuerit anima, manebit quidem depositata, sicut est in Verbo, sed in manu potentia tuæ depositata, & non tibi hypostaticè vnita. Redemisti me Deus ueritatis, idest ab omni periculo liberaisti.*

3
Theophy. Luc. 12.
Beda.
Prou. vlt.
2. Cor. 6.
Sap. 7.
Dan. 12.
Matth. 5.
Matth. 25.
4
Hierony. Isai. 10.
4. Reg. 20.

Commendare multum dicitur Deus prælatis Ecclesiæ: sic explicant Theophylactus, & Beda, illud Lucæ 12. Cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Doctoribus enim non solum proprium sibi ipsis donum datum est, sed commune talentum, quod aliis quoque proficit, est commendatum. Vnde vacare debent laboribus propter lucrum animarum: sicut de Ecclesia dicitur in Prou. Et panē ociosa non comedit. Item: Multæ filia congregauerunt diuitias, tu supergressa es uniuersas. Sic Paulus ministris præfertim Ecclesiæ dicit: Videte ne in uacua gratiam Dei recipiatis. De sapientia quoque doctorum dicit sapiens: Qua qui usi sunt, participes facti sunt amicitia Dei, propter disciplinæ dona commendati. scilicet, quia laudabiles magistros reddunt profectus discipulorū. Ideo ait: Qui usi sunt, non in ocio compresserunt. Et Dan. 12. Qui alios ad iustitiam erudiūt, sicut stellæ fulgebūt in perpetuas eternitates. Deniq; Matth. Qui autem fecerit & docuerit, magnus uocabitur in regno cælorū: & qui cum talentis duobus alia duo lucratus est, audiuit à Domino: Euge serue bone & fidelis, &c.

Commendare uasa sua, est in depositum traddere, sic de Senacherib explicat Hieronymus illud Isai. 10. Apud Magmas commendabit uasa sua. Quia occisis ab Angelo centum octoginta quinque milibus de eius exercitu, trepidus fugiens apud Magmas oppidum Iudææ commendauit sarcinas, & currus, quo expeditior euolaret in patriam. Et certe vt

quidam dixit: Fas est & ab hoste doceri. Si enim impius iste, vt celerius euaderet, omnes sarcinas, quasi impedimenta reliquit, quare & nos non relinquemus nauigium, & retia cum Petro, & Andræa, & teloneum cum Mattha. Et omnia denique tēporalia cum Apostolis dicentibus: Ecce nos reliquimus omnia. quod fecerunt, vt fideli Deo commendarent animas suas. 1. Petr. 4.

Commendare significat etiam laudare, sic Roma. 3. Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus: idest si iniquitas nostra conspicuam reddit, & illustrem iustitiam Dei. Per accidens enim ostenditur æquitas iustitiæ Dei punientis, quando magnitudo iniquitatis nostra consideratur.

Commendat etiam Deus charitatem suam in nobis, idest conspicuam reddit: Quia cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus, idest ad spaciū tridui, ipse pro nobis mortuus est, vt explicat D. Thomas. Quia bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, sed filius Dei animam suam dedit pro lupis, quos reddidit oues. Et impletū est illud: Habitabit lupo cum agno.

Esca nos non commendat Deo. 1. Corinth. 8. idest sola esca, nisi adfit abstinentia, & modus charitatis, & finis, vt ab eis, quando & quomodo oportet abstinemus propter Deum. Sic explicat Hieronymus, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus & D. Thom. quia vt dicit Apostolus: Non est regnum Dei esca & potus. Propterea dicebat filius Dei: Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, idest seruare finem charitatis.

Commendare seipsum, non cuiusq; licet, neque in omni euentu, iuxta illud 2. Corin. 10. Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat, idest laudat. Sic Dominus Baptistam commendauit Matth. 11. & Petrum Matth. 16. Item Centuriorem Matth. 8. Nō, inquit, inueni tantam fidē in Israël. Præterea Chananæam. O mulier, inquit, magna est fides tua. Quorum virtutes, ideo Christus ore suo laudauit, vt nos illas pro uiribus imitemur.

Matth. 4.
Matth. 9.
Matth. 19.
1. Petri 4.
5
Rom. 3.
6
D. Thom. Rom. 5.
Ioan. 10.
Isai. 11.
7
1. Cor. 8.
Hierony. Chrysost. Theodoret. Theophy. D. Thomas. Rom. 14. Matth. 5.
8
2. Cor. 10.
Matth. 11.
Matth. 16.
Matth. 8.
Matth. 15.

CAPVT CXXXVI.

Commune, Communicare.

I
Gen. 13.
Act. 2.
Deut. 20.
Lyranus.
Gloss. inter.
Matth. 5.
Sap. 7.
Eccli. 8.
Ioan. 4.
Rom. 1.
Luc. 11.
2
Eccli. 13.
Lyranus.
Matth. 10.
Matth. 16.
Eph. 5.
3
Psal. 140.

Commune dicitur, quod ad omnes, & ad plures se extendit, sic Abraham & Loth propter gregū multitudinē, nequibant habitare cōmuniter. E contrario uero Hierosolymis discipuli: Habebant omnia communia. In quo etiam sensu legimus in Deut. Quis est homo qui plantauit uineam, necdum fecit eam esse communem, de qua uesci omnibus liceat, reuertatur in domum suam. Vbi notat Lyran. morē fuisse Hebræorum, fructibus cuiusuis arboris primis tribus annis minimè uesci, fructus uero quarti anni, offerre Deo tanquam primitias: quinto deniq; anno, cōmunes erāt fructus, Dño pariter & populo: in quo Glof. inter. notat typice significatū, vt fructus operū nostrorum, & in gloriā Dei, & in cōmunem omnium ædificationē faciamus, iuxta illud Matt. Sic luceat lux uestra corā hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrē uestrum. Sic & sapiens de Sapiētia dicit: Quam sine fictione didici, & sine inuidia cōmunico. Neq; contra hoc est, quod dicitur Eccli. 8. Non communices cum homine indocto. Hoc enim intelligitur de familiaritate sæculari, secus esset ad instruendū eum. Cū & filius Dei cū muliere Samaritana, vt eā doceret, longum miscuisse legamus sermonē, & Apostolus dicat: Sapiētibus, & insipientibus debitor sum. Item legimus Luc. 11. Loquente Iesu ad turbas, & frequenter alias.

Cōmunicare honestiori se, idest potentiori, prohibetur, Eccli. 13. Pōdus super pondus tollit, qui honestiori se cōmunicat. Quod de cōmunicatione in negotiis sæcularibus, in cōtractibus societatis, in litibus, & emulationibus, exponit Lyra. In quibus potērior ad se potiora uolenter trahit. Vnde subditur: Nunquid communicabit cacabus ad ollā: idest, nūquid fictilis olla, ad ferreum vas collidetur: Et infra. Si cōmunicabit lupo agno. Et paulō post: Quæ cōmunicatio sancto homini ad canē: In quo sensu Dñs dicebat apud Mat. Caute autē ab hominibus. & cap. 16. Intuemini, & caute à fermento Pharisæorum. Item Paulus: Nolite cōmunicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem redarguite.

Sic Propheta dicebat Psal. 140. Et nō

communicabo cum electis eorum, idest cum illis qui se iustificant, & alios despiciunt: sicut Phariseus, Luc. 18. vt exponit Augustinus & Theodoretus. Electos, inquit, homines prauos, scilicet uiuentes nuncupauit. Sed in Hebræo electis est in genere neutro. Vnde vertit Hieronymus ad ueritatem Hebraicam: Non comedam in delictis eorum. Hebraicè Vbal elham, bemanhamehem, & non uescar delictis eorum, idest, neque in mensa cum impiis communicabo, vt exponunt Lyranus, & Genebrardus: & Chaldaus vertit. Nec sustentabor cantilena conuiuij eorum. & Vatablus. Neque fruar delictis ipsorum. qui sensus legitimus est, ad quem Dñs inuenit, cū dixit apud Mat. Si Ecclesiā nō auerit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. Et Paul. Cum huiusmodi, neque cibū sumere.

Communicare dicitur peccatis alienis, qui ordinat in sacris indignū. 1. Tim. 5. Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis: quia Episcopus respergitur peccatis, quæ committit ille, quem sine debito examine sacris inuitauit, vt exponunt Ambrosius, Theophylactus, D. Thomas, & alij. Vt ergo doceret filius Dei, sacerdotes cum magna consideratione creandos, ipse licet non indigeret, priusquam duodecim ordinaret Apostolos, per noctauit in oratione Dei. Sicut legimus apud Lucam: Et si Iudam inter alios elegit, certe quando illum elegit bonus erat, vt putat Hieron. ep. ad Furiam.

Communicare est etiam elemosynā facere. Gal. 6. Communicet autem is qui catechizatur, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Item ad Rom. Necessitatibus sanctorū communicantes. Vbi Hieronymus exponit. Ministrantes eis, qui propter Christū omnia sua contempserunt. Itaq; hoc loco Hieron. de elemosyna intelligit, quæ peculiariter illis fit, qui uoluntariam paupertatem profitentur. Porrō D. Thomas de elemosyna, quæ fit iustis, etiā si uoluntariam paupertatem minimè sectentur, intelligit. Sed fortasse melius Theodoretus, de illa, quæ Christianis fit indigētibus explicat, hi enim sancti per baptismum ab Apostolo, & per chrisma uocantur. Item Dñs: Omni, inquit, petēti te tribue. In quo sensu etiā intelligitur illud Pauli ad Heb. Et cōmunionis nolite obliuisci, talibus enim hostis promeretur Deus.

Luc. 18.
August.
Theodoret.
Lyranus.
Genebrardus.
Matth. 18.
1. Cor. 5.
4
1. Tim. 5.
Ambros.
Theophy.
D. Thomas
Luc. 6.
Hierony.
5
Gal. 6.
Rom. 12.
Hierony.
D. Thomas.
Theodoret.
Luc. 6.
Hebr. 13.

6
Hebr. 2. Communicare filium Dei carni & sanguini, est hominem fieri. Hebr. 2. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, ipse etiam participauit eisdem. Neque gratis quidem filius Dei nostrae communicauit carni & sanguini, sed recompensauit cumulatè: primum, quia suam nobis in Eucharistia carnem, suumque sanguinem communicauit. Vnde sumptio huius altissimi sacramenti communicatio vocatur. 1. Corinth. Panis quem frangimus nonne communicatio corporis Christi est? Deinde carni nostrae aditum in caelo referauit, Ioan. 14. Vado, inquit, parare uobis locum: & qui manducat hunc panem uiuet in aeternum.

7
Act. 10. Commune in scripturis saepe capitur pro immundo secundum legem, quales erant quidam cibi, & alia quae ad veteris legis obseruantiam pertinebant. Sic Act. 10. cum ad ostendendum Gentiles ueniens ad fidem Christi, non esse ut immundos repellendos, orati Petro dixisset vox de caelo in reuelatione lintei pleni reptilibus terrae: Petre occide & manduca: ait Petrus: absit Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum. Cui Dominus: Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Sic ad Roma. Quia nihil commune per ipsum, nisi ei, qui existimat quid commune esse ei commune est, id est nullus cibus, aut potus est natura sua immundus, nisi ex conscientia erronea, quis putet aliquid immundum: tunc abstinere debet usque dum conscientiam illam deponat errantem, sicut exponunt Chrysostomus, Theophylactus, D. Thomas, Theodoretus, Hieronymus, & Anselmus, & alij. Hinc etiam intelligitur alia phrasim, qua dicitur in Scriptura communicare hominem, quod significat illum facere immundum. Sic legimus Marci 7. Quae de homine procedunt, haec sunt quae communicant hominem, id est, quae illum immundum efficiunt: ibidem etiam dicitur: Cum uidissent, subaudi Pharisei, quosdam ex discipulis communibus manibus manducare, id est immundis & non lotis, ut Lyranus exponit.

8
Prou. 21. Communis etiam domus est, inquam omnibus ingredi licet, mundis, & immundis. Sic Prouerb. 21. Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi. Vbi angulus

domatis, ut Iansenius exponit. Pinna-culum denotat tecti minimè cooperti, quia vox Hebraea Pinath, idem est quod pinna tecti subdio. Mystice uerò, ut exponit Beda. Mulier litigiosa sollicitudo saeculi est, unde melius erit in religione, in pinna tecti uiuere more passeris solitarij, quam in lati saeculi domo: quod consilium Mattheus elegit, quando relicto teloneo: Sequutus est Dñm. Itē Andreas, & Petrus, quando relicti retibus sequuti sunt eum

CAPVT CXXVII.
Commutare, Commutatio.



COMMVTARE
Est simul mutare, item commutare est unum pro alio dare, & commutatio dicitur contractus ille, in quo unum datur pro alio ad modum cambij, sic de Sapientia dicitur apud Iob: Nec commutabuntur pro illa uasa auri excelsa. id est Prophetæ, ut exponit Gregorius. Hinc Petrus, quando rogauit Dominus: Quem dicunt homines esse filium hominis, non commutauit illum pro Elia, aut Hieremia, sed ait: Tu es Christus filius Dei uiui.

Commutatio pro uenditione & emptione capitur, Psalm. 43. Non fuit multitudo incommutationibus eorum. Praecedit autem: Vendidisti populum tuum sine pretio. Quod de Iudæis tempore Machabæorum exponunt Theodoretus, Lyranus & Iansenius. Quando paruo pretio uendebantur ab hostibus, sed pro commutationibus August. legit: iubilationibus, sic etiam habetur in Graeco ἀλαλάγματος uociferationibus, id est pauci tunc erant, qui hymnos decantarent: sed in Hebraeo foenerationes, & commutationes legimus. Vnde Hieronymus vertit ad ueritatem Hebraicam: Nec grandis fuit commutatio eorum. Et Chaldaus: Non multiplicasti lucrum in commutationibus eorum. Item Vatablus transulit. Nec auxisti pretium eorum in licitando. Denique Genebrardus. Non fuit foeneratio, &c. & certè Paulus huc Psalmum allegat Rom. 8. ut tribulationes martyrum describat: quare non solum de Machabæis, sed de illis & de omnibus persequutionem propter iustitiam patien-

Iansen.
Beda.
Matth. 9.
Matth. 4.
Iob 18.
Gregor.
Matth. 16.
Psal. 43.
Theodoret.
Lyranus.
Iansenius.
August.
Hierony.
Vatabl.
Genebrar.
Rom. 8.

tibus, hunc locum intellige, de quibus apud Ioā. Dominus ait: Absq; Synagogis facient uos. Et apud Luc. Eritis odio omnibus hominibus, propter nomen meum. ¶ Emitte absq; vlla commutatione, Esai. 55. Quare in uerbo Appendere. ¶ Quā commutationē dabit homo pro anima sua: Quare in uerbo Anima.

CAPVT CXXVIII.
Comparare, Conferre.

COMPARARE dicitur Hebraicè in scriptura sancta Iarah, Iob. 30. comparatus sum luto.

Comparare, est cōparationem facere, uel interdū adæquare, sic legimus Deut. 3. Neque enim est alius Deus, uel in caelo, uel in terra, qui possit facere opera tua, & cōparari fortitudini tuae, ideo Christus dicebat apud Ioan. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi, subaudi quod sim equalis Patri. Et Ioann. 14. An non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est: alioquin propter opera ipsa credite. Vnde Iob de homine puro, qui non sit Deus pariter, & homo dicit: Nunquid Deo potest comparari homo etiam cum perfecta fuerit scientia? Quod de perfectione scientiae, secundum creatam mēsuram dicit. Alioquin filius Dei, qui tam perfectæ scientiae quidem est, ut dicere possit: Nemo nouit patrem nisi filius, cum Deo Patre iure poterit ad æqualitatem cōparari. Sic etiam intelligitur illud Iob. Nunquid iustificari poterit homo, comparatus Deo: ut appareat mundus, natus de muliere: Vbi de muliere corrupta quidem intelligit, secundū phrasim Hebraicā. Alioquin homo natus de Virgine iustificari potest cōparatus Deo secundum deitatem hypostaticè sibi unitam, & dicere suis hostibus: Quis ex uobis arguet me de peccato?

Comparari non potest, puræ creaturæ sapientia diuina, quæ propter nos carnem suscepit. Sic intelligitur illud Prouer. 3. Preciosior est cunctis opibus. Et omnia quæ desiderantur, huic non ualent comparari. Vnde Ioan. ait: Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Comparatio negatur interdum creaturæ ad omnia creata per hyperbolem. Sic legimus Eccli. 6. Amico fideli nulla est comparatio. Intellige in rebus temporalibus,

bus, quantumcunque pretiosis, ut exponit Lyra. intelligitur autem amicus secundum Deum, ut notat Glossa. Et certe ut in libris de amicitia, Tullius dixit. Non est amicitia nisi inter bonos, de qua Dominus dixit apud Ioan. Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos.

Comparare debet doctrinam prædicator captui, & ingenio discipulorum, sic Paulus 1. Cor. 12. ait: Quæ & loquimur, non in doctis humane sapientiae uerbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia cōparantes. Id est loquimur doctrinam ab Spiritu sancto reuelatam, inquit Apostolus, & hanc captui comparamus auditorum, qui sunt homines spirituales, ut exponit Hiero. qui ex aliis spiritualibus sibi cognitis, hæc nostra percipiunt. Eodem modo explicant Ambro. & D. Thomas, sed aliter exponunt Theodo. Theophy. & Caietanus, quasi Paulus dicat, si quid in hac doctrina spirituali difficile occurrit ex cōparatione ad alia spiritualia declaramus: ita ut principia sint spiritualia, & cōclusiones similiter. Et per figuras ueteris testamenti, & prophetias, mysteria nouæ legis elucidamus. Quem etiam more seruabat filius Dei, dicens Apostolis apud Lucam: Quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & in Prophetis, & Psalmis de me.

Comparari non potest uirtus naturalis creaturæ corruptibilis cum potestate Satanæ Iob. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ, &c. Non est potestas super terram quæ comparetur ei, qui factus est, ut nullum timeret. Quod licet sub typo grandis ceti dicatur, nihilominus de diabolo, iuxta literam intelligitur: ut notant hoc loco D. Thom. & Lyranus, propterea apud Lucam uocatur, fortis armatus, quæ tamen fortior Dei filius uicit, & expoliavit. Porro de cete grandi marino Augustinus exponit, sed sustineri non potest expositio eius, cum cete grãdia ab hominibus capiantur.

Comparare se ipsum sibi, est non supra se ipsum ex tolli: sed quæ quis facit, iuxta mēsuram potestatis, & uirum meritum, sic exponunt Ambr. & D. Thomas. Quod dicit Apostolus 2. Cor. 10. Comparantes uos metipso nobis, cuius contrarium fecit rex ille pessimus Ioachim filius Iosif regis sanctissimi: qui cōparare se uole-

Ioan. 16.
Luc. 21.
Deut. 3.
Ioan. 10.
Ioan. 14.
Iob. 22.
Matth. 11.
Iob. 5.
Ioan. 8.
Prou. 3.
Ioan. 10.
Eccli. 6.

Lyranus.
Gloss.
Cicero.
Ioan. 15.
1. Cor. 12.
Hierony.
Ambr.
D. Tho.
Theophy.
Caieta.
Luc. 24.
Iob. 41.
D. Tho.
Lyranus.
Luc. 11.
A. Eugub.
Ambr.
D. Tho.
2. Cor. 10.

Hiere. 22. Ideo dixit ei Hieremias: *Confers te cedro, idest cū sis spina comparas te cedro, vt exponit Hierony. Sed quāuis filius impius se tegat splendore sanctitatis patrum suorum, tamen ex fructu arbōr cognoscitur: ne que enim colligunt de spinis uuas, &c.*

6
Luc. 2. Conferre verba Dei in corde, prudētis est, & iusti. Sic de Maria virgine legimus: *Maria autem conseruabat omnia uerba hæc conferens in corde suo.* Vbi Ambros. Maria, inquit, argumenta fidei, conferebat in corde. Si Maria à pastoribus discit, cur tu declinas discere à sacerdotibus? Hæc ille.

Beda, Et Beda secreta Christi, quæ nouerat, nemini diuulgare volebat: sed conferebat ea quæ faciēda legerat, cū his quæ iā facta cognouit. Hæc Beda. Itaq; quæ legerat in Prophetis, conferebat cū his, quæ heri cernebat, & inde fidem corroborabat. Vnde recte de illa dicitur in Cant. *Si porta est cōpingamus illam tabulis cedrinis: & si murus est ædificemus super illā propugnacula argentea, idest, quæ porta celi est roboretur sciētia & experientia, vt sit murus Ecclesiæ.*

CAPVT CXXIX.

Compedes, Compeditus, Compita.

כָּבֵד
I
Ecc. 6. **C**OMPES Dicitur Hebraicè Chebel. Psal. 104. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius.*

Compedes sunt vincula pedum ferrea. Metaphoricè verò sunt præcepta charitatis, sic legimus de Sapientia Ecc. 6. *Audi fili mi, & accipe consilium intellectus, &c. in uice pedes in compedes illius, idest Sapientia.* Et infra: *Et erunt tibi compedes eius in protectione fortitudinis.* Quia vt notat Lyran. qui adhæret sapientiæ, quæ cū charitate cōiuncta est, euadit inuictus. Vnde Apōstolus ad Rom. *Quis, inquit, nos separabit à charitate Christi.* Et in Cantic. *Fortis est ut mors dilectio.* Hos sapientiæ compedes, in protectione fortitudinis habebāt illi, quibus Dñs dixit: *Ego dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, aut contradicere omnes aduersarii uestri.* Et rursus. *In pacientia uestra possidebitis animas uestras.*

2
Thren. 3. Compedes etiam calamitates & tribulationes vocantur, & captiuitates. Sic Thren. 3. *populus Iudaicus à Babiloniis abductus ad Dominum clamat: Aggraua*

sti compedem meū. Et de Niniuitis à Chaldaeis captis dicitur in Nahum. *Et omnes optimates eius confixi sunt in compedibus.* De Ægyptiis quoq; quos Moyses tenebris trium dierum ligauit, legimus in Sapientia: *Tenebantur uinculis tenebrarū compediti.* Sic in Scriptura compediti uocantur peccatores cōsuetudine peccādi, quasi ligati Psal. *Dominus de celo in terram asperxit, ut audiret gemitus compeditorum,* idest eorum, qui uinculis peccatorum ligati detinebantur, sicut explicant Hieronymus, Lyranus, Vatablus, & Genebrardus. Nā quod Iāsenius intelligit de captiuis in Babilone, friuolum est: cum mox de cōuersione gentium ad fidem sermo sequatur: *In conueniendo, inquit, populos in unum, & reges ut seruiant Domino.* Quod neq; tempore Machabæorum factum est: vt putauit Theodoretus, sed sub Christo, qui huiusmodi Reges cōpeditos soluere cōcepit, quando Magos stella duce ab Oriēte uocauit, quos Reges fuisse carit Ecclesia. Et Regulum conuertit apud Ioannem. Itē Centurionem apud Matth. De his compeditis legimus Psal. 145. *Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos:* quæ locum Theodor. ipse de Christo iuxta litteram exponit, allegatq; illud Isa. *Dedi te in scædus populi in lucem gentium, ut educes uinctum de domo carceris.* Item Aug. super eundem Psa. *Corpus, inquit, nostrū, quasi ornamentū accepimus, peccauimus, compedes nobis inde facti sunt.* Hæc ille.

Compedes interdum æternū denotāt supplicii, in quo reprobi retinētur. Sic explicat Lyran. & Genebr. illud Psal. 149. *Exultabūt sancti in gloria, &c. Ad alligandos reges eorū in compedibus:* quem locū absurdè aliqui ad Machabæos retorquēt, cum aperte sit sermo de iudicio finali, de quo Sap. 3. *Fulgebunt iusti, &c. iudicabūt nationes.* &c. 1. Cor. *Sacti de hoc mūdo iudicabūt.* vnde Arnob. hoc refert ad locū illū Euan gelij: *Sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israēl.* Chrysol. ad uictoriā de Satana, & Gentilibus. Ad hoc deniq; pertinet parabola Matt. 22. *ubi rex seruis suis, & iudicibus affessoribus dixit de illo, qui sine ueste uenerat nuptiali: Ligatis manibus eius & pedibus, mitte eum in tenebras exteriores.*

Cōpedibus domandi sunt inobediētes & cōtumaces, siue mancipia sint hominū,

Ecc. 33. siue serui Dei obedientiam in religione professi, ne pereāt in æternum, Ecc. 33. *Seruo maleuolo tortura, & compedes, & infra: quod si non obaudierit curua illum compedibus.* Cui simile est illud Psal. *In chamo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.*

5
2. Reg. 1. Compita sunt, concursus duarum uiarum, quæ se intersecant, sicut duæ lineæ. Vbi solet multitudo cōcurrere, tam euntiū, quam redeuntiū à quatuor partibus, ideo cum David mortem lugeret Saulis, in Cantico lugubri dixit: *Neque annuntietis in compitis Ascalonis, ne forte latentur filii Philisthijm.* Vbi David ostendit se diligere Saulem inimicum suum, etiam antequam audiret illud. Matthæ. 5. *Diligite inimicos uestros.*

CAPVT CXXX.

Compingere, Compactum.

חֲפָצָה
I
C

OMPINGERE dicitur Hebraicè Rachach. Cōpingere est cōponere, & effingere, hinc de Leuiatham ceto grādi, qui typus est Satanae, dicitur Iob. 41. *Corpus eius scuta fusilia, cōpactum squamis se prementibus.* Idest tectū & munitum squamis, sic dæmones cum suo capite lucifero conspirant in malū, quasi squamæ se prementes, ideo apud Luc. *Dominus dixit: Si Satanas in se ipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius.* Hanc dæmonum in malo concordia, imitabantur Pharisei, contra filium Dei cum apud Ioann. *Collegerunt principes, & Pharisei consiliū, &c. itē, quando miserunt discipulos suos cum Herodianis.*

2
Vatablus, Cant. 8. Compingit Deus fide, spe, & charitate animam, quæ quasi ostiū aperit cor suum omnibus egenis propter Deum, sic expliat Vatab. illud Cant. 8. *Si ostium est, compingamus eam tabulis cedrinis.* Idest si ostiū misericordiæ patens omnibus egenis, prebet. cor iū, &c. Talis erat Martha de qua apud Luc. *Ingressus est Iesus in quodā castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.* Talis Matthæus qui conuersus excepit Dominū conuiuio, & Zachæus. Sed alij de Ecclesia hunc locum explicant, quæ ostium est cœli: & compingitur tabulis cedrinis, idest uirtutibus multorum populorū, ita Gregorius,

Quia in Petro datur Ecclesiæ pastoribus clauēs ad cælum aperiendū. Et totum Ecclesiæ corpus charitate cōpactum crescit Eph. 4. *Complacere uide placere. Complacere, uide amplecti, & sic de similibus.*

CAPVT CXXXI.

Componere.

C

OMPONERE dicitur hebraicè Arach. Componere est ex multis vniti constituitur: & aptare. Gen. 22. *De super ligna composuit.* Et in Exo. componere lucernas & Thymiamam, item unguentum cōpositum, ibidem, de notat orationem iustorum, ex multis conflata uirtutibus: cū conditionibus requisitis, vt exponit Origenes Homil. 9. in Leuiticū, in illa uerba Exo. 30. *Factusq; Thymiamam cōpositū, opere unguentarij, mixtum diligenter.* Quod est mystice dicere. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, idest in nomine Christi qui interpretatur uictus, & unguentarius, in nomine igitur, hoc est in uirtute, & meritis unguentarij Christi petere debemus. Mixtū uero unguentū est cui cōditiones ad sunt, uidelicet vt pie, humiliter, & cū perseuerantia, petamus, de quo D. Thom. 2. 2. q. 483. artic. 15. ad. 2.

2
Compositus sermo in bonū sumitur, & in malū, in bonum quidem Ester. 14. *Tribus sermonem compositū in nos meū.* In malū uero de Leuiathā qui typus est dæmonis, Dñs dicit: *Non parcā ei uerbis potentibus, & ad depræcandum compositis.* Idest quāuis Leuiathan, idest diabolus deprecetur me dicens Luc. 4. *Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, uenisti perdere nos, scio quia sis sanctus Dei.* Nihilominus non parcā ei, sed expellā de obsessis hominibus: *Et princeps huius mundi eijcietur foras.* Ioā. 12. Hic est legitimus sensus huius loci, sed Vatab. sequutus Rabbinos qui omnia uaticinia de Christo nobis auferre conātur, pro eo quod uulgata uertit: *Non parcā ei uerbis potentibus, transulit: Non silentio ce labo membra eius, & non tacebo fortitudinem eius, & quam pulchre interfert copias suas.* Itē Aug. Augustinus reprehēdit seuere uulgatā, q̄ male trāstulerit, quia in He

brao est Acharish, idest: Tacebo Lo, idest, non tacebo. Deinde Badau, idest membra eius. Vnde & Septua. vertunt: Non tacebo propter ipsum, & uerbis potenti. miserebitur equalis sui. Ceterum Eugubinus equo rem se cenforem vulgata debuit exhibere, & reuereri eam. Sciendum ergo, quod olim fuit duplex lectio in Hebraeo fonte: alteram, que hodie circumfertur in fonte, scilicet: Non tacebo membra eius, & uerbum facultatum eius, &c. Alteram uero, quam Hieronymus in nostra vulgata ut uerore elegit, quod ne de meo capite confingere uidear, testimonium irrefragabile est uersio Chaldaea, qua sic legit in Hebraeo, sicut legit nostra vulgata, & vertit hoc modo: Non tacebo mendacia eius, & uerbum fortitudinis, & deprecationis, que iuxta eum est. Vbi idem sensus est. Non tacebo mendacia eius, quod: Non parcam ei uerbis potentibus: quia mendacia demonis usque adeo potentia sunt, ut dicens mendaciter Eux: Eritis sicut dii. Gen. 3. prostrauerit genus humanum: quod uero Chaldaicus, subdit: Et uerbum fortitudinis & deprecationis. Idem est cum eo quod vulgata vertit: Et ad deprecandum compositis. Sed uirges: quomodo vulgata vertit: Non parcam, cum tam Septuaginta, quam Chaldaeus & Vatablus vertant: Non tacebo? Ad hoc facile respondemus, uerbum Acharis aequiuocum esse, & significare parcere, & tacere. Melius autem vertit vulgata: Non parcam. quia ut Ioannes ait: in hac apparuit filius Dei in mundo, ut dissoluat opera diaboli. De quo dixit apud Ioannem. Quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Et tentatus ab eo in deserto uerbis potentibus, scilicet: Hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Matth. 4. non pepercit, sed ait: Vade Satana.

Componere est etiam fingere. 2. Esd. 6. De corde tuo componis haec: Et Susanna dixit: Moriior cum nihil horum fecerim, que malitiose isti composuerunt aduersum me. Praeterea compositio gradu incedere, est posture & artificiose ambulare, iuxta illud Isai. Et pedibus suis composito gradu incedebant. Quod explicat Amos dicens: Inredientes pompatice domum Israel, quod signum leuitatis est & superbiae, ut notat Hierony. Cuius contrarium Maria foeminas docuit: de qua Luc. ait: Surgens Maria abiit ad montana cum festinatione.

Componere est interdum comparare. Iob 9. Non iustificabitur homo compositus Deo. Item apud Iob de sapientia dicitur: Nec tinctura mundissima componetur. Vbi Glossa. Tintura, inquit, mundissima, est gratia, quam ex natura nostra non habemus, neque ex propriis. Sed filius Dei propter unionem personalem humanitatis ad Verbum habet illam ex propriis: ideo nemo potest illi comparari, neque Elias, neque Hieremias, ut dicebat turba, quia de illo solo potuit dicere Petrus: Tu es Christus filius Dei uiui. Denique componere pacem est, & amicitiam refarcire, vel etiam inire foedus: de quo habes 1. Mach. 9. 6. & 11. a.

Comportare est simul portare: de quo uide in uerbo Capere, ne idem sit nobis saepe repetendum.

Comutare, uide in uerbo Mutare.

Compati, uide in uerbo Pati.

Comprehendere, quare Apprehendere.

CAPVT CXXXII.

Compungere, Compunctio.

COMPVNCTIONES

Hebraice dicuntur Madceroth, Pro uerb. 1. 2. Et quasi gladio compungitur.

Compungi dicitur ille, qui simul pungitur, & dolore afficitur, praesertim affectu poenitentiae, Psal. 4. Quae dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris compungimini. Pro compungimini est Hebraice Dommu, idest quiescite, & tacete. Sic uertunt Hieronymus & Vatablus. Chaldaicus uero translulit: Mementote diei mortis. Septuaginta, denique compungimini. Sed in idem fere recidunt omnes translationes: quia qui mala cogitat, & ab his quiescit, is incipit poenitere, quod est compungi, ut recte Genebrard. & Ians. adnotant. Tunc enim compunctus prohibet, ne de corde exeant opera mala, nec uerba. Item in cubilibus uestris compungimini, idest noctu, ut ait Euthym. In eodem sensu compungi pro poenitere ponitur Psalm. 3. 4. Dissipati sunt, nec compuncti, idest Iudaei uisus Christi miraculis obstinati sunt, ut Hieronymus ait.

Compunctionis uinum, tribulationes sunt, quibus nos prouocat Deus ad poenitentiam & lachrymas. Psal. 5. 9. Potasti nos uino compunctionis, idest summis calamitatibus,

4

Iob 9: Iob 28. Glossa.

Matth. 16.

מִדְּכֶרֶת

I

Psal. 4.

Hierony. Vatablus. Chaldaeus.

Genebrard. Iansenius.

Euthym.

Hierony.

2

Psal. 59.

qua

Augu. Theodoret. Lyranus. Iansenius. Genebrard. Hierony. 2. Cor. 1.

Luc. 21:

Ioan. 16.

Matth. 20:

Psal. 108.

Act. 2.

Hierony. Theodoret. Euthym. Lyranus. Genebrard. Matt. 26. Euthym.

3

D. Tho. Rom. 11.

Ambr.

Origenes. Hierony. Theophy. Thodor.

Esa. 29.

Suidas. Chrysoft. Origenes.

que dolor usque ad stuporem inducunt, sic exponunt Aug. Theodo. Lyra. Ians. & Genebrard. Aquila uertit, ut Theodo. ait, uino torporis, Hieronymus uino consopiente, aliqui exponunt toxicum, denotaturque summa crux, de qua Paulus 2. Corinth. supra modum grauati sumus, supra uirtutem. Sic Dominus praedixit Apostolis: Eritis odio omnibus hominibus, propter nomen meum. Et uenit hora, ut omnis qui interficit nos, arbitretur se obsequium praestare Deo. Nec mirum cum, & filius Dei de eodem biberit uino, dixeritque filiis Zebedaei: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? In quo sensu Christus Dominus, compunctus corde uocatur, idest maestus sum ma tribulatione, Psal. 108. quem de Iuda Petrus allegauit proditore in Actis: Et persequutus est hominem inopem, & mendicum & compunctum corde, mortificare. Sic explicant Hiero. Theodo. Euthymius, Lyra. & Genebrard. & uere fuit compunctus corde, qui dixit: Tristes est anima mea, usque ad mortem. Idest usque ad summum dolorem, qui possit mortem inferre, ut exponit Euthymius.

Compunctionis spiritus, quando capitur in deteriolem partem, denotat dolorem de bonis alienis, ex odio, & inuidia promanentem. Sic explicat D. Thom. in Comentaribus illud ad Rom. 1. 1. Dedit illis spiritum compunctionis, oculos ut non uiderent. Idest permisit subtractione gratiae inuidiam Iudeis, eodem modo exponit Ambr. Quidam inquit ex Iudeis, dum inuident Saluatori, nolebant uideri intelligere, que audiebant, ut dum a legis peritis non intelligitur, res absurdas loqui uideretur. Ceterum per spiritum compunctionis pertinet in malo intelligunt Origenes, Hiero. Theophy. & Theodo. idest spiritum compunctum, & quasi clauis perforatum, & affixum in malo. Sumpsit autem Apostolus testimonium ex ca. 29. Esa. ubi legitur: Misit illis Deus, spiritum soporis quod Sept. uertunt: Spiritum compunctionis. Quorum translationem sequutus est Paulus Porro Suidas sequutus Chryso. & Origenem, exponit spiritum compunctionis, idest clauis affixionis, ita ut mens Iudeorum, in malo maneat, quasi clauis, affixa. Quod quadrat cum proxima Hieronymi, & communiori patrum expositione. Quadrat etiam cum spiritu soporis,

ris, & stuporis, quo mens quasi ligatur, & figitur. In quo sensu petit Propheta Psal. 29. Psalat tibi gloria mea, ut non compungar. Idest ut non configar malo, ut exponit Isidorus referente Suida. Iudei uero spiritu compunctionis confixi audire meruerunt horrendam Saluatoris sententiam apud Ioannem. Dixi uobis, quia, in peccato uestro moriemini.

Computare uide in uerbo Putare & in uerbo Numerare, in quo sensu accipitur apud Lucam: Quis ex uobis uolens turrim adificare non prius sedens computat sumptus si habeat ad perficiendum.

CAPVT CXXXIII.

Concedere.

CONCEDERE Hebraice Nathan.

Concedere est permittere, sic de Idumeorum Rege dicitur: Quando transire per regionem eius, uoluit, populus Israel de Aegypto, ad terram promissionis: Nec uoluit acquiescere deprecanti, ut concederet transitum per fines suos. Idest ut transire permitteret quia ergo fecerunt Idumaei contra ius gentium, ad debitam ultionem post multa tempora Dauid dixit in Psal. In Idumeam extendam calceamentum meum: mihi alienigenae subditi sunt. Idest calcabo sub pedibus meis subditam Idumeam, & puniam rebellem. Sic filius Dei cum mitteret septuaginta duos, quos designauit, apud Luc. Dixit in quacunque autem ciuitate intraueritis, & non succurrerint uos, dicite etiam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos, dico uobis, quia Sodomis in die illa, remissius erit, quam illi ciuitati.

Concedente Deo pacem nemo restitit, Iob. 3. 4. Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet, ipso autem abscondente, uultum suum, quis est qui contempletur eum? Idest nemo potest impedire ordinationes eius: ut exponit Lyranus. Et certe quamuis demonum omnium fremant phalanges, & tyranni cum orbe uniuerso, contra iustum quem Deus custodit, in pace liberabitur, sic Petrus Dominus de carcere per Angelum eduxit in pace, Herode fremente: Quasi Deus pro nobis quis contra nos.

Psal. 29.

Isidorus. Suidas.

Luc. 14.

יְהִי

I

Num. 20.

Psal. 59.

Luc. 10.

2

Iob. 34.

Lyranus.

Acto. 12. Rom. 8.

Concedit

3
Marc. 5.
Hieron,

Concedit Deus aliquid petenti demoni, & negat aliquid deprecanti paulo. Sic legimus Marc. 5. *Deprecabantur eum spiritus dicentes: mite nos in porcos: & concessit eis statim Iesus.* Quia ut inquit Hieronymus non in bonum demonum, petita concessit, sed in salutem eorum, qui viso illo miraculo crediderunt, & timuerunt Deum. Itaque spiritus quidem immundos in detrimentum, & malum eorum exaudiuit, ut perderent quos deprecant. Paulum vero qui stimulo carnis fatigatus petebat, ut discederet ab eo tentatio, in bonum ipsius petentis audire noluit: *Quia sufficit, inquit, tibi gratia mea, nã uirtus in infirmitate perficitur.* Vnde apud Ioan. non dixit filius Dei: *Siquid petieritis patrem, dabit uobis, sed siquid petieritis in nomine meo.* Idest in nomine Iesu, quod Saluator interpretatur, idest quod non sit contrarium saluti, ut Augustinus exponit.

CAPVT CXXXIII.

Conscindo, Concisio, Concido.



ONSCINDERE Hebraicè dicitur Ra-gaa.

Conscindere, est simul, scindere, sicut de Leuiathã ceto marino, vel potius de diabolo,

sub eius typo dicitur Iob. 40. *Conscindent eum amici, diuidet eum negotiatores.* Quod Lyra. Vatab. & Titelmanus interrogatiue legunt, quasi dicatur, nunquid conscindent eum cetarij gladijs suis, sicut alios cetos minores solent? nequaquam profecto. Quia hunc neq; capere poterunt, neque scindere. Porro Greg. & Beda, affirmatiue intelligunt, videlicet diuident corpus Satanæ mysticum, inter se prædicatores, quos filius Dei vocat amicos Ioan. 15. item Matt. 13. *negotiatores: simile, inquit, est regnum cælorum, homini negotiatori.* Ergo diuident inter se Apostoli, regiones mudi, quarum caput, & princeps est Satanæ, ut impleatur quod Dominus dixit apud Ioan. *Nunc princeps huius mundi, eiectur foras.* Ut capite scilicet, præciso, corpus eius quod Gẽtiles sunt, traducatur ad fidem. Vbi verò vulgata

vertit, conscindent eum amici, Chaldaei, quem Vatablus sequitur, transfudit: *Nunquid prandium facient, super eum amici?* Sumpta metaphora, à piscatoribus, qui quando magnum capiunt cetum, prandium pariter gaudentes faciunt. Sic Matthæus conuersus ad Christum, hominẽ veterem suum magnum cetum reputauit, & quasi cetum cū Domino, vel Leuiatham magnum cepisset, prandium fecit ei in domo sua, iam verò quod non possit interrogatiue legi, conscindent eum amici, sed affirmatiue, constat, quòd nullus est tam grandis cetus, quem homines nõ capiunt.

Conscindere gladios in vomeres, signum est pacis diuturnæ, Mich. 3. *Conscident gladios suos in vomeres.* Quod exponit Hieronymus de pace in Christi Natiuitate sub Augusto Cæsare, toto terrarum orbe concessa. De qua cecinerunt Angeli: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.* Sed contra rra phrasia est Iob. 3. *Concidite aratra uestra in gladios.* Quod intelligit Hieronymus fautoribus Antichristi prædici, per modum ironiæ: quasi dicat, pacis instrumenta ò perfidi, in arma bellica, studio præliandi commutate. Quia nihilominus conatus uester cõtra Ecclesiã meam, erit inanis: *Quoniam porta inferi non preualebunt aduersus eam: sed propter electos breuiabuntur dies illi.*

Concidere terram est illam deuastare Zachar. 11. *Ego tradam homines unumquemque in manum proximi sui: & concident terram.* Quod Hieronymus explicat, de tempore desolationis Hierusalem, sub Tito, & Vespasiano: Quando populus tumultuabatur obsessus, & seipso mutua cede conficiebant. Quod præuidens filius Dei, ante annos quadraginta duos, super ciuitatem fleuit. Sic etiam conscisio in scriptura est schisma, & discordia, iuxta illud: *Uidete canes, uidete malos operarios, uidete conscisionem.*

Concidere populos multos, est tyrannice conuellere, & transmigratiõnem de patria sua in alienam cesos cogere, sic de Rege Babilonis dicitur, ut Hieronymus ait, super illud Abacuc: *Concidisti populos multos.* Sed & ipse Babiloniæ tyrannus, qui alios conciderat,

2. Cor. 11.
Ioan. 16.

77
I

Iob. 40.

Lyranus.
Vatablus.
Titelman.

Gregor.
Beda.

Ioan. 15.
Matth. 13.

Ioan. 12.

Chaldaeus,
Matth. 9.
2
Mich. 3.
Hierony.
Luc. 2.
Ioel. 3.
Hierony.
Matt. 16.
Matth. 24.
3
Zach. 11.
Hierony.
Luc. 19.
Philip. 3.
4
Hierony.
Abac. 2.

Hiere. 47.
Psal. 9.
Matth. 2.
Marci. 6.
Luc. 21.
5
Hiere. 34.
Exo. 21.
Theodoret.
Gen. 15.
Luc. 2.

derat, quasi mucro sanguinosus à Perlis, & Medis sub Cyro, concisus est: sicut dicit Hiero. *Vsq̃ue quo concideris mucro Domini, idest quando tu quoque ipse concisus cades.* Quod etiam de Antichristo dicitur in Psalm. *Inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.* Vbi etiam notandum, quomodo Tyrannus sanguisimus mucro Domini uocetur, quia non nisi Deo permittente, bella consurgunt, & cades hominum fiunt ad puniendos impios, & purgandos innocentes. Sic Herodes qui innocentes occidit mucro Domini fuit. Sic & alius Herodes prioris filius, qui Ioannem in carcere iugauit, sic Domino iuste permittente: *Uergat gens contra gentem, ut legimus apud Lucam.*

Concidere vitulum in duas partes, & transire per medium illarum diuisionum, mos erat Iudæis, in solemnibus iuramento. ubi Dominum præcabantur, ut & ipsi, qui transibant, medijs conscinderentur, nisi iurata seruarent. De hoc ritu meminit Hieremias quando Rex Sedechias, & omnes ciues Hierusalem, qui retinuerant seruos Hebræos, ultra septem annos, contra præceptum Exod. admoniti à Hieremia, dimiserunt eos, & iurauerunt solemnitate prædicta, non illos ultra in seruitutem redacturos. Sed iuramentum uiolauerunt. Vnde Dominus dixit: *Et dabo viros qui præuaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt uerba fœderis, &c. Vitulum quem conciderunt in duas partes, & transferunt per concisiones eius, &c.* Vbi notat Theodoretus, hanc consuetudinem fœderis ineundi cum Deo, fluxisse ex eo quod olim in Genesi ouem, capram, & vaccam trimam diuisit Abraham, & apparuit flamma ignis, transiens per diuisiones illas, quod fecit quidem Deus, ut seruaret morem, qui tunc uigebat. Vbi duo notanda sunt, primum transisse Deum in flamma ignis inter diuisiones sacrificij Abraham, ut quasi typo mystice ostenderet inter duos populos gentilium uidelicet & Iudaicum transfuturum, ut utrunque fidei uicæ flammam coniungeret, & non tam carum quam in spiritu faceret filium fidei Abraham, propterea recens natus pastores quidem ex Iudæis per Angelicum nun-

tium, & gentiles Magos. Stella duce, transiit ab Oriente. Deinde & illud aduerte curam gerere clementissimum Deum, etiã de seruis ideo regi Sedechiæ pro seruis crudele minatur supplicium. E contrario uero placuit illi Ceterio, qui obnoxie pro seruulo paralytico deprecatus est saluatorem.

Concidere sacco signum est lætitiæ Psalm. 29. *Concidisti sacco meum: & circumdedisti me lætitiã.* Quod prædixit Dauid, in signum Ecclesiæ Christi edificandæ super Petrum. Quod præuidit, quando ipse domum suam Deo dedicauit, quod habetur in titulo Psalmi huius, ut notat Genebrardus. Conscidit autem sacco Ecclesiæ Dominus tempore magni Constantini, quando tyrannorum persecutio cessauit, & iterum impletum est canticum Angelorum: *Et in terra pax.*

Concidere uero pro cadere, componitur à præpositione con, & à uerbo cado, denotatque simul cadere, sic dicitur Cain Gen. 4. *Quare concidit uultus tuus?* Idest quare contristatus es? ita ut neque oculos erigas: quod illi, ex inuidia fratris accidit.

Concidere uero cor alicuius, est deficere præ timore, ut notat Vatablus, super illud 1. Reg. Quod Dauid contra Goliath pugnaturus dixit: *Non concidat cor cuiusque in eo: Ego uadam & pugnabo aduersus Philistæum.* Qui typus Christi fuit. Qui ductus est ab spiritu in desertum, ut pugnaret contra Satanam, ne iam amplius concideret cor alicuius, maxime quia dedit nobis arma uerbi Dei & scripturarum, quibus facile proferimus aduersariũ, ideo in tribulationibus Christus diabolo respondit per scripturas.

Concidere semel, est vel in hac uita per poenitentiam à superbia cordis cadere, vel in morte quidem ruere in poenas aternas, sic exponit Iansenius illud, Pro. 28. *Qui peruersis graditur uis, concidet semel: idest vel semel plene, ut non surgat à casu idam natus in æternum, ut Lyranus ait uel semel, idest aliquando, ut explicat Dionysius Carthusianus: Sic mulier que erat in ciuitate peccatrix, concidit semel ad pedes Domini, ut in æternum staret. Itẽ mulier Chananaea, quæ tenuit pedes eius dicẽs, Domine adiuua me. Ceterũ*

Matth. 2.
Matth. 8.
6
Psal. 29.
Matth. 16.
Genebr.
Luc. 2.
7
Gen. 4.
8
Vatablus.
1. Reg. 17.
Natth. 4.
9
Iansenius.
Pro. 28.
Dionysius.
Luc. 7.
Matth. 15.

Iai. 3.
Matth. 23.
Luc. 19.
Gregor.
Dan. 12.

concidere in malum, sine spe reparationis dicitur, de Hierusalem sub Tito & Vespasiano apud Isaiam: *Ruit Hierusalem & Iudas concidit. De quo Dominus dixit apud Matth. Ecce relinquetur uobis, domus uestrae ferta. Et apud Luc. Non relinquent in te, lapidem super lapidem. Nam ut notat Greg. in homilia alio nunc loco Hierusalem & edificata est, templum autem eius in cultum Dei nunquam reparabitur Dan. 12. Et usque in finem perseverabit desolatio.*

CAPVT CXXXV.

Concilium, Concinnare.

ענה
אסיפה
I
Num. 16.
Aet. 15.
Marcellus. Hist. Tripar.
Iulius Papa.
Athanasius.
Damafus.
Con. Carth.
Con. Chalce.
Syn. 7. Gen.
2
AA. 15.
Leo. Papa.
Cong. Rom.

CONCILIVM cætus Hebraicè dicitur Eeda item Asipha. Concilium est consultantium congregatio, Num. 16. Qui tempore concilij, per nomina vocabantur. Concilium autem in Ecclesia Catholica, est congregatio Episcoporum, & Sacerdotū, ad tractandum de rebus pertinentibus ad fidem, & bonos mores, autoritate sedis Apostolicæ Romanæ. Prius tamen quam Ecclesia Romana fundaretur, Hierosolymis fuit ab Apostolis congregatum super cessatione legalium. Sine autoritate verò Papæ, non posse cogi concilia, neque vim habere, testatur B. Marcellus Papa, in Ep. Decretali. 1. Tomo Concil. & Historia Tripartita li. 4. ca. 9. ubi dicitur. Cum Ecclesiastica regula iubeat, non oportere, præter sententiã Romani Pontificis concilia celebrari. Idem decreuit Iulius Papa primus. Epist. prima. Idemque Epist. 2. dicit, definitum fuisse in concilio Niceno. Idem tenet Athanasius Epist. 1. ad Fœlicem Papam secundū, & Damafus Papa Epist. 3. Neque vlla (inquit) concilia rata leguntur, quæ non sunt fulta Apostolica autoritate. Idem ait Concil. Carthaginense Epist. ad Innocentium Papam, & Concil. Chalcedonense, quod est quartum generale, Aet. 3. in Epist. ad Leonem Papam, & Synodus. 7: generalis Aet. 6.

Concilia verò autoritate Romani præfulis congregata, & confirmata, dicuntur spirata ab Spiritu sancto, sic legimus Aet. 15. *Visum est Spiritui sancto & nobis. Idem docet Leo Papa. 1. Epist. 61. Item Concilium Romanum*

sub Hilario Papa. Idem habetur in proœmio Concilij Aruernensis, & Concilio Masticonensi. 2. Item Concil. Chalcedonense Aet. 5. & Concil. Tolet. 4. cap. 3. & Concil. Tolet. 8. Can. 11. & Synodo. 6. generali Aet. 18.

Concilio non est opus ut assistant Laici, quamvis regali aut imperiali fulgeant potestate, nisi forte ad decorem expediat, vel ad pacem componendam, ut habetur in Epistola Concilij Chalcedonensis, inserta sessione. 3. ad Leonem Papam. Vnde in quodam canone Apostolorum legimus. Episcoporum concilia celebrentur: & inter se inuicem dogmata pietatis explorent, &c. A hoc facit quod secundum Apostolum Eph. 4. Non dedit Deus in Ecclesia omnes doctores: sed quosdam: Neque omnes pastores, sed qui dicuntur Episcopi, tales eliguntur, ut possint esse doctores. 1. Timoth. 3. Hinc soli Episcopi iubentur ad concilia venire: ut patet Concil. Africano. Can. 43. & Concil. Carthagi. 5. cap. 10. Item Concil. Agathensi Can. 35. & pud Leonem Papam Epist. 4. ad Episcopos Siciliæ. Excusatur autem Papa ad concilia venire, quando fiunt extra urbem: modo suos mittat legatos, ut constat ex Epist. 13. Leonis. 1. ad Theodosium Augustum & Epist. 45. ad Concil. Chalcedonense. De ordine verò seruando in conciliis, lege Concilium Tolet. 4. cap. 3.

Quatuor prima generalia concilia Gregorius Papa sicut quatuor Evangelia veneratur libr. 2. Epist. 49. ad Sabinum Subdiaconum. Primum est Concilium Nicenum sub Papa Syluestro, & Imperatore Constantino, ubi trecenti decem & octo Episcopi, Arium damnauerunt. Secundum est Constantino politanum sub Damaso Papa, & Theodosio maiore Imperatore. Vi centum quinquaginta Episcopi Mecedonium contra Spiritū sanctum blasphemum, dā nauere. Tertium Concilium Ephesinum sub Cælestino Papa, ubi contra Nestorium, Mariam virginem Dei matrem dici debere, negantem: ducenti Episcopi conuenerunt. Quartum est Chalcedonense sub Leone Papa & Martiano Augusto, ubi contra Euthychem, & Dioscorum, naturam Christi humanam,

Con. Aruer.
Con. Mastic.
Con. Chalce.
Con. Tol.
Con. Tol. 8.
Synodo. 6.
3
Con. Chalce.
Eph. 4.
1. Timot. 3.
Con. Africa.
Con. Carth.
Con. Agath.
Leo Papa.
4
Greg.
Con. Nice.
Con. Confl.
Con. Ephe.
Con. Chalce.

in deitatem fuisse conuersam affirmantes Patres sexcenti triginta congregati sunt.

5
Psal. 21.
Ioan. 10.
Ioan. 11.
Sap. 22.
Isai. 6.
Isai. 29.
6
Aug. Calsiodor.
Psal. 25.
Hierony.
Ioan. 11.
Sap. 13.
Luc. 16.
7
Isai. 32.
Lyran.

Concilium in scriptura sacra, non nunquā vsurpatur in malum, sicut in persona filij Dei, Propheta canit. *Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Quod capit impleri, quando apud Ioan. Circumdederunt eum Iudæi dicentes, si tu es Christus, dic nobis palam. Et Ioan. 11. Quando. Collegerunt principes & Pharisei concilium, dicentes quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Vbi notandum concilium illud alioquin legitimum, circumstantia finis fuisse viciatum, congregatæ si quidem fuerant personæ legitimæ, principes Synagogæ, & Pharisei: & à summo sacerdote, penes quē tūc erat autoritas cō uocadi. Itē materia de qua consultatio, & inquisitio facta est, summi ponderis erat: scilicet de Messia, & designis eius. Sed finis odium fuit, & inuidia, ad perdendum filiū Dei. Propterea: *Excacauit eos malitia corū. Et domus impleta est fumo. Item: Miscuit eis Dominus spiritum soporis.**

Concilium vanitatis dicitur eorum, qui ad res vanas, quæ nihil ad vltimum finem felicitatis æternæ faciunt, congregantur, ut notant Augustinus, & Calsiodorus super illud Psalm. *Non sedi cum concilio uanitatis.* Porro Hieronymus vanos illos homines vocat, qui sola terrena sapiunt: quales fuisse dicit qui apud Ioan. Collegerunt: ut paulo ante dicebamus: *Concilium contra filium Dei dicentes si dimittimus eum sic, uenient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Quia Vanisunt omnes homines, quibus non sub est scientia Dei. Præterea concilium ludentium dicitur eorū qui voluptatibus tantum, & iocis vacant. Hiere. 15. *Non sedi cum concilio ludentium.* Tale erat concilium diuitis epulonis, qui cum quinque fratribus suis frequenter epulabatur splendide, propterea timuit, ne sicut ipse ad poenam ipsius in locum uenirent tormentorum, quia solis vacabant carnis voluptatibus.*

Concinnare est aptare, & componere, dicitur autem homo concinnare cogitatione, lingua & manibus. De cogitatione apud Isai. De impio rege Manasse, qui medium secavit Isaiam dicitur: *Cogitationes concinnabit, ad perdendos mites, idest ad perdendos Prophetas Dei, ut exponit Lyranus. Tales cogitationes concinnauit He-*

rodes, ad perdendos innocentes, putans se posse inter illos Christum occidere.

8
Psal. 49.
Matth. 22.
Psal. 57.
Aug.
Isai. 53.
Matth. 22.
Psal. 22.

Præterea de lingua dicitur in Psalm. *ostium abundauit malitia: & lingua tua, concinnabat dolos, idest coniungebat fraudem, & necebat infidias. Tales erant Pharisei, qui discipulos suos ad Christum in sermone capiendum, cum Herodianis miserunt, dicentes licet census dari Cæsari, an non. Postremo de manibus dicitur Psalm. 57. *Iniustitias manus uestræ concinnant. Videlicet peccatum peccato nestantes, ut exponit Augustinus. v.g. Furaris ut ludas, perdis, & blasphemias, corripieris de blasphemia, & cædis corripientem, sic iniustitias conecitis. Audi Isaiam: *Væ qui trahitis iniquitatē, in funiculis nanitatis: & sicut uinculum plaustris peccatum. Quod si modo hæc vincula peccati non sentis, ait Augustinus, senties quando Rex dicet: *Ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores.****

CAPVT CXXXVI.

Concipere, Concubina.

7
Isai. 32.
Lyran.

CONCIPERE Hebraicè dicitur Harah, Num. 11. Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem.

Concipere est simul apprehendere, hinc & semen virile apprehendens foemina, concipere dicitur Gen. 4. *Adam cognouit uxorem suam, & concepit, &c.*

Concipere dicuntur animalia foetus suos versicolores, si ad aspectum rei diuerforum concipiāt colorum. Sic legimus in Gen. *Tollens igitur Iacob uirgas uirides, detradis que corticibus, &c. color effectus est uariis. & ut cum uenissent greges ad bibendum, ante oculos haberent uirgas: & in conspectu earū conciperent, &c. & parerent maculosa.* Hierony. lib. qq. super Gen. Nec mirum (inquit) hanc in coceptu foeminarum esse naturam, ut quales perspexerint, siue mente conceperint, extremo voluptatis æstu, talem sobolem procreent: cum hoc ipsum equarum gregibus, apud hispanos dicitur fieri, & Quintilianus in ea controuersia, in qua accusabatur matrona, quod Athiopem peperisset, pro defensione illius argumentetur, hanc conceptus esse naturam, quam supra diximus. Addit Hieronymus, Hippocratem simile in li-

hah
2
Gen. 4.
I
Gen. 30.
Hierony.
Quintilian.
Hypocrat.

bris exemplum, de alia matrona reli-
quille, qua cum accusata esset, quod pul-
cherrimum filium peperisset, absoluta
proinde fuit, quod talis pictura, in eius
cubiculo fuerit inuenta. Mystice verò
Christus, sub typo Iacob adumbratus,
virgas ouibus suis rationalibus, versico-
lores, idest varias virtutes suas, ob ocu-
los ponit, dicens: *Discite à me, quia mitis
sum, & humilis corde.* Et rursus: *Exemplum
meum do uobis, ut quemadmodum ego feci uobis,
ita & uos faciatis.* Ut ad exemplar versico-
lorum actionum eius, varias virtutes con-
cipientes, parturiamus, iuxta illud Isai.
*Domine à facie tua concepimus: & quasi par-
turiuimus spiritum salutis.* De his ouibus Do-
minus ait, Ioan. 10. *Ego cognosco oues
meas: & cognoscunt me meae:* hoc est
oues meae virtutes meas scrutantur, ut imi-
tentur.

3
Concipere virginem illibatam, & pa-
rere, soli Mariae Deiparae datum est. Isai.
7. *Eccc uirgo concipiet & pariet filium.* Vbi
notandum, hoc loco Hebraicè, pro vir-
gine non poni Vetulah. Quod quamuis
fit apud Hebraeos nomen virginis com-
mune. Sed hoc planè aliquando ponitur
pro adolescentula etiam corrupta, sicut
Ezech. 23. Meretrix vocatur Vetulah, &
apud Ioel: *Plange uirgo.* Hebraicè Vetu-
lah. *Accincta sacco, super uirum pubertatis tuae.*
Vbi ponitur pro uidua. Ceterum in prae-
senti loco, Isaià scribitur Alma quae di-
ctio, ut Hieronymus ait, non solum vir-
ginem significat, sed *αὐτονομήν* abs-
cōditam, & in tactam, ut constat ex Gen.
24. ubi Rebecca vocatur alma, & *Incogni-
ta uiro.* Addit Hieronymus lingua quae
que punica, quae de Hebraeorum fontibus
manare dicitur, proprie uirgo, Alma
vocatur. Nostro quoque sermone, Alma
sancta dicitur: Et quantum cum mea pug-
no memoria, nūquam me arbitror Alma,
de muliere nupta legisse. Hæc Hierony.
Eodem modo explicat Irenæus libr. 3.
cap. 9. & 18. & lib. 4. ca. 40. Item Eusebius
lib. 7. de demonstratione cap. 2. Orig. lib.
2. in Isaiam & lib. 1. contra Celsum, Iusti-
nus dialogo contra Tryphonem, Epiphan.
Greg. Nisse. Basilius. Tertull.
Cyprian.

tra Iudæos, Rufinus in expositione
Symboli, Ambrosius Epist. 81. August.
sermon. 2. de Natiuitate. Quare Erasmus
audacter in suis annotationibus. Quan-
tumuis (inquit) constet, Alma Hebraicè
proprie uirginem significare: nihil inde
concluditur. Nam sensus esse posset: uir-
go concipiet & pariet, desinens esse uirgo.
Porro suam in hoc ignorantiam Hebrai-
ci sermonis prodidit Erasmus, quia ibi le-
gitur: *Eccc uirgo ens pragnans & pariens
est, itaque ens, siue existens uirgo, pa-
riens est.* Neque fideliter Vatablus ver-
tit de futuro, sic *Eccc uirgo: & ibi facta
distinctione subiungit: pragnans & pa-
riens erit, quia in Hebræo de presenti po-
nitur uirgo existens, & particulæ exis-
tens pragnans, & pariens, tæmenini gene-
ris, idest sicut ante partum, ipsa perma-
nens uirgo, erit pragnans & pariens.* Ace-
dit non fore plane signum mirabile, quale
domui Dauid promittit Isaias, siue in pro-
fundo inferni, siue in excelsis supra, si uir-
go desinens esse uirgo, conciperet, quod
ingenue quoque nobiscum Erasmus, &
Vatablus, consentunt. Denique Septuag.
vertunt *παρθένος*, uirgo. Postremo quis
dubitat Isaiam prædixisse, quod Angelus
Mariae prænuntiavit postea roganti. Quo
modo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? sci-
licet Spiritus (inquit) sanctus superueniet in te,
&c. Et quia sine virili semine iuxta Isaiã
erat paritura, ita exponunt Patres, Chryso-
Theophyl. Euthymius. Irenæus libr. 4. con-
tra Hæreses cap. 40. Aug. sermo. 14. de
Natiuitate, ideo Angelus ut ostenderet,
Isaiam de uirgine integra manente intelli-
gere, Exemplum sterilis addidit, &c.

4
Concipimur omnes de immundo semi-
ne, propter originale peccatum Iob. 14.
*Quis potest facere mundum de immundo
conceptum semine: ita exponit Glossa. sic
legimus apud Iob secundum Septuag. Ne
mō mundus à sordē, neque infans cuius est unius
diei uita super terram. Quare cum nō possit
in cælestem Hierusalem intrare pollutus
Apoc. 21. solida manet illa sententia Ioã.
3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu
sancto non potest intrare in regnum Dei.*

5
Concepta dicitur sapientia diuina an-
te Abyssos Pro. 8. *Nondum erant Abyssi,
& ego iam concepta eram, idest ante mare
& mundum ab æterno genita. Quod duo
bus modis patres intelligunt, ut notat Beda*

Rufinus.
Ambr.
August.
Erasmus.

Vatablus:

Erasmus.
Vatablus:

Chryso-
Theophy.
Euthymius.
Irenæus.
Aug.
Luc. 1.

Iob. 14.
Glossa.

Apo. 21.
Ioan. 3.

Pro. 8.

Beda.

super hunc locum. Vel de filio Dei, secun-
dum Deitatem, qui ab æterno genitus est
Patri coequalis, & consubstantialis, ubi
idem est conceptum esse, & genitum, in
quo sensu dicit Michæas: *Et egressus eius à
diebus æternitatis, & apud Ioan. Dominus
ait: Ante quam Abraham fieret, ego sum.* Sic
intelligit Tertullianus in libro quem scri-
psit contra Hæreticum Hermogenem: Alio
modo si cum Septuag. legamus: *Dominus
creauit me, &c.* intelligitur de filio Dei se-
cundum naturam humanam, qui creatus
dicitur ante omnia, idest: *Prædestinatus fi-
lius Dei in uirtute.* ut dicit Apostolus Rom.
1. in hoc ergo sensu concepta dicitur an-
te Abyssos sapientia, idest secundum hu-
manitatem præordinata atque prauis-
sa. Ita exponit August. in lib. de Trinit. 1.
cap. 12. & Cyrillus in libr. Thefaurorum.
5. cap. 1. & sequentibus.

6
Concipere ardorem, reprobis dicuntur,
quando peccata committunt, propter
quæ in hac uita, & in futura: flammis con-
scientiæ puniuntur quasi stipula sic ex-
ponit de pœna finalis iudici, contra Iu-
dæos Hieronymus, illud Isai. 33. *Concipite
ardorem, & parietis stipulam, & spiritus
uester sicut ignis uorabit uos.* De eisdem Iu-
dæis intelligit Hieronymus, illud Isaiæ.
59. *Conceperunt laborem: & pepererunt ini-
quitatem: oua aspidum ruperunt.* Pharisei
quippe & Sacerdotes reprobantes Chri-
stum, & alium loco eius quærentes, con-
ceperunt dolorem, & laborem, sicut quan-
do mittebant ad Ioannem: *Rogantes tu
quis es? & quando dicebant: Hunc scimus un-
de sit. Christus autem cum uenerit, nemo scit un-
de sit.* Item quando signum de cælo quæ-
rebant sed pepererunt iniquitatem, quan-
do dixerunt in Concilio: *Si dimittimus
cum sic, uenient Romani, &c.* Et quando di-
xerunt: *Crucifige, Crucifige eum.* Rumpent
denique aspidum oua, quando recipient
Antichristum apud Ioan. *Si alius uenerit:
In nomine suo, illum recipietis.* Sic etiam ex-
ponit hunc locum Isaiæ Procopius & Car-
thusianus.

7
Concepta dicitur Prophetissa de Spi-
ritu sancto, idest Maria uirgo. Isai. 8. *Et ac-
cessi ad prophetissam: & concepit, & peperit fi-
lium. Quæ uerba sunt Spiritus sancti, qui
accessit ad Mariam uirginem, uirtute suæ
diuinitatis, & concepit illa, sine opere vi-
ri, sic exponunt Cyrillus, hoc loco Greg.*

Mich. 5.
Ioan. 8.

Rom. 1.

August.
Cyrillus.

Hierony.
Isai. 33.

Hierony.
Isai. 59.

Ioan. 1.
Ioan. 7.
Matth. 11.

Ioan. 11.
Ioan. 19.

Ioan. 5.
Procopius.
Carthusian.

Cyrillus.

Nazianzenus homil. in Sanctum Pâscha.
Epiphanius lib. 3. contra hæreses, aduer-
sus Collyridianos. Et Procopius: Tunc ait
Spiritus sanctus accessit ad eam, quando
Gabriel dixit: *Spiritus sanctus superueniet
in te.* Eodē modo Tertullianus. lib. de Tri-
nit. & Eusebius libr. 7. de demonstratio-
ne cap. 3. & Basilius super Isaiam. Ca-
terum Hieronymus duas adhibet exposi-
tiones, prior est prophetissam vocari Spi-
ritum sanctum, ad quem accessit Isaias, re-
uelatione ab eo recepturus, quia Hebrai-
cè Spiritus sanctus Ruah, in genere voca-
tur fœmenino sed quia hoc non quadrat,
posterior expositio est quod Maria pro-
phetissa dicatur, quæ Luc. 2. uaticinata di-
xit: *Eccc enim ex hoc, beatam medicent omnes
generationes.* Ad quam præuisionem pro-
pheticam Isaias accessit, sic & Lyranus
intelligit, & Dionysius & Adamus neque
audiendus est Vatablus, qui ait, Isaiam
ad suam uxorem accessisse quæ expositio
est D. Thomas non ex propria sententia
sed ex sententia Iudeorum eam ponit su-
per Isaiam, est autem contra communem
patrum sententiam quam recte refutat
Adamus ad quem remittimus lecto-
rem.

8
Concordia, vide in dictione Discor-
dia Concrefcere, vide Coagulare, &c.
Concubina dicitur, quæ simul cum vi-
ro cubat. Et aliquando accipitur pro vxo-
re legitima, sicut Iudic. 19. de Leuita cui⁹
uxorem ciues Gabaa, uio Lenter rapue-
re dicitur: *Quod cernens homo, eduxit ad eos
concupinam, idest coniugem suam, sic &
Abraham: Filiis concubinarum, largitus est
munera, idest filiis aliarum vxorum, post
mortem Saræ. In quo mystice figuratur
Deus pater omnium gentium, sub ty-
po Abrahæ: qui solis Saræ, idest Ecclesiæ fi-
liis, in baptismo renatis hæreditatem con-
fert cœlestem: filiis autem concubina-
rum, idest non baptizatis, neque per ui-
uam fidem regeneratis, largitur mu-
nera temporalium bonorum: Quia so-
lem suum oriri facit super bonos, &
malos: & pluit super iustos, &
iniustos.*

Greg.
Nazian-
Epihan.
Procopius.

Tertullian
Eusebius.
Basilius.
Luc. 1.
Hierony.

Luc. 2.

Lyranus.
Dionysius.
Adamus.
Vatablus.

Adamus:

Iud. 19.

Gen. 25.

Matth. 5:

Concupiscere, Concupiscentia.

CONCUPISCERE & desiderare Hebraicè dicitur Iaab. Psalm. 119.

Concupiscere idem est quod cupere. & concupiscentia cupido. Exod. 20. Non concupisces domum proximi tui, non desiderabis uxorem eius. Vbi notandum est, Iudæos circa huius præcepti expositionem, duobus modis errare: vt Lyranus hoc loco meminit, primum enim dicunt quod duæ prædictæ prohibitiones, sub vno duntaxat præcepto compræhendantur, quo omnis inordinata concupiscentia refecatur. Nostri verò duo præcepta non sine causa distingunt, alterum quo desiderium alienæ substantiæ male ordinatum cohibetur: alterum verò quo venereorum concupiscentia coarctatur, cum enim duæ sint difficultates appetitus nostri, longe distinctæ superandæ, duo debuerunt esse præcepta, sunt enim ad vxorem alienam aliqui propensissimi, qui tamen omne genus furti abominantur: & è contrario. Alter Hebræorum error est, dicentium non quidem omnem interiorem concupiscentiam esse prohibitam, sed quæ aliquo saltem signo prodit exterius: vt si quis inhoneste contrectet vxorè alterius, vel nutu sollicitet. In quo etiam errat Glossa super Philip. 3. dicens, Lex vetus prohibet manum: & non animum. Quod olim tenuit Iosephus lib. 12. Antiquitatum, contra Polybium Perfarum historiographum. Sed eius planè tempore, seniores Iudæorum sensum legitimum mandatorum adulterabant, dicente Domino: Irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem uestram. Et Matth. 6. Audistis quia dictum est antiquis, non adulterabis. Ego autem dico vobis, si quis uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam machatus est eam in corde suo. Et certe vsque adeo voluntate peccandi peccatum est, vt sine voluntate nullum sit actuale peccatum, de quo lege D. Thomam. 1. 2. quæst. 20. artic. 1. vbi citat Augustinum in libro retractationum dicentem, voluntas est qua peccatur, aut recte viuatur.

Concupiscentia in scripturis, in malum sumitur, & in bonum, sicut & concupiscere in malum quidem, Ecclesi. 18: Fili post concupiscentias tuas ne eas, & Iacobi. 1. Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua, abstractus, & illectus, concupiscentia autem cum conceperit, parit peccatum: & peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Vbi Beda tribus (inquit) modis tentatio agitur, suggestione, delectatione, & consensu, suggestione hostis, delectatione & consensu nostræ fragilitatis. Sola suggestio victoriam parit, nisi delectatio, vel consensus noster accedat. Si sola delectatio sine consensu sit, peccatum est leue, quia delectando offendimus, sed nec dum lapsus mortis incurrimus, at si delectationem partus prauæ sequitur actionis, nobis iam morte victis, hostis victor abscedit. Hæc ille. vbi intelligendum est nomine actionis, non opus solum exterius, sed liber etiam consensus sine opere externo, vel cum illo, sic de Antichristo dicitur apud Daniel: Et erit in concupiscentia seminarum, scilicet interius & exterius, in quo sensu apud Tobiam Sara dixit: Tu scis Domine, quia nunquam concupiui uirum, & mundam seruaui animam meam. Et Rom. 6. Non regnet peccatum in uestro mortali corpore ut obediatis concupiscentiis eius. subaudi per liberum consensum. Hi enim qui liberum negant concupiscentiæ consensum, Dominum audiunt dicentem: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum. Le his denique dicit Apostolus: Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum uitiis, & concupiscentiis.

Concupiscere in bonum accipitur pro honesto, & rationabili desiderio. Psalmo. 83. Concupiscit, & despicit anima mea, in atria Domini. Iansenius desiderium exponit Dauid, cum exularet, uoto uidentis tabernaculum fœderis. Eodem modo Vatablus, & Genebrardus. Caterum melius Theodoretus, cui consentit Lyranus, desiderium hoc latius exponit esse iustorum, de atriis cælestibus, & æterna fœlicitate. Primum quia Iudæi unum solum habuere tabernaculum, & altare holocaustorum unum, hic uero in titulo, de multis torcularibus, Ecclesiæ martyrum cruore rubentibus, & de multis atriis mentio fit. Deinde certe deside-

Ecclesi. 18. Iacob. 1.

Beda.

Dan. 11.

Iacobi. 3.

Rom. 6.

Matth. 16. Gal. 5.

Psal. 83. Iansen.

Vatablus. Genebrard. Theodoret. Lyranus.

rium, vsque ad deliquium animi, non plane de tabernaculo fœderis, sed de cœlesti fuisse videtur. Nam uerbum Kala est confici desiderio. Denique Hieronymus desiderium hoc, illorum esse dicit: qui Dominum audiunt dicentem apud Lucam: Facite uobis amicos, de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos, in æterna tabernacula. Et apud Matth. Theaurizate uobis thesauros in cœlo. De quo & Philippus apud Ioan dicebat: Omne ostende uobis Patrem, & sufficit uobis.

Concupiscere dicitur filius Dei, decorem animæ iustæ, & Ecclesiæ suæ baptismi gratia purgatæ Psalm. 44. Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, &c. & concupiscet decorem tuum. Vex est Dei Patris, secundum Hieronymum, ad sponsam filij sui Ecclesiæ, vel secundum Aug. vox est Prophetæ, tanquam vnus ex patribus Ecclesiæ, ex gentibus congregatæ, sic & Theodoretus, propterea enim iubet vt obliuiscatur populum suum, idololatriæ deditum. Audi ergo Euāgelium, ait, d. filia, quod Iudæi audire noluerunt, quibus Dominus dixit: Propterea uos non audistis, quia ex Deo non estis. Et concupiscet rex speciem tuam, non speciem peccatrici, sed ilius, de qua dicitur in Cant. Quæ est ista quæ ascendit dealbata: vt exponit Hieronymus: vt ergo rex decorem tuum concupiscat quādo ieiunas: Vnge caput tuum & faciem tuam laua. Matth. 5. id est ora & confessione te ablue.

Concupiscentiam carnis, contra rationem insurgentis malam esse docuit lex. Rom. 7. Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces. Vbi representat naturam humanam in se Paulus, ante legem Moyfi, vt putat Theophylactus. Vel suscipit in se personam cuius cunque hominis, quando annos discretionis attingit, vt uolunt Hieronymus, & D. Thomas. Qui licet concupiscentiam malam distinguat à bona, non tamen intelligit, tantum esse in consensu malæ concupiscentiæ reatum, vt peccatum inducat æternam: nisi lex diceret: Nequis ergo per ignorantiam affectatam, in excubiabilis fiat, audiat uerbum Dei, iuxta illud Lucæ: Beati qui audiunt uerbum Dei: & custodiunt illud. Sed uide quæ de hoc dicimus libro. 10. in uerbo Lex.

Concupiscere dicitur ad inuidiam

spiritus, qui habitat in nobis Iacobi. 4. Quod duobus modis exponit Beda, vel de spiritu humano qui per surreptionem carnis adulteratur, & propendit ad malum contra proximum, vel si intelligatur de Spiritu sancto, legendum est interrogatiue. Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in nobis: quasi dicat non plane. vel denique, si affirmatiue legatur, sub audiendum est, ad inuidiam extirpandam, quia: Charitas non amulatur. vt (inquit) Apostolus.

Iacob. 4. Beda.

1. Cor. 11.

Concutere.

CONCUTERE Hebraicè Naar, Concutere est commouere, sic de Samsone legimus Iud. 16. Concusis quam fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes. Vbi quamuis se ipsum cum hostibus occiderit, non peccauit: vt notat Lyranus, quia instinctu diuino id fecit. Alioquin non illi ad hoc dedisset, irruens in eum Spiritus sanctus vires supra naturam. Denique in catalogo sanctorum descriptus est ab Apostolo ad Hebræos: fuit autem, vt Glossa ex Gregorio docet figura Christi, qui plures moriens in Cruce prostrauit, omnes uidelicet demones & omnes facilius populos ad fidem traduxit, quam dum ageret in uita mortali: iuxta illud Ioan: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum, Et quia moriturus erat non solum progente sed uel filios Dei, qui dispersi erant, congregaret in unum.

Concutere columnas terræ, vel extrema terræ, dicitur Deus: quando terremotum per causas secundas excitat, Iob. 9. Qui commouet terram: & facit eam tremere: & columnæ eius concutiantur. Et apud Isai deterremotu sub finali iudicio, legimus: Concutientur fundamenta terræ. Sic exponit Hieronymus. Vnde Luc. ait: Et in terra prætura gentium. Quia fluctus maris ex vna parte, ex altera uero exhalationes de cauernis uolenter irrupentes, concutient terram. De quo in Psalmo. Nescierunt, neque intellexerunt, in te nebris ambulantes: mouebuntur omnia fundamenta terræ. Id est ante quam illi respiscant, mundus corruet uiniferus ideo Iudæis Dominus dixit: In peccato uestro moriemini.

771

1

Iudi. 16.

Lyranus.

Heb. 11. Glossa. Greg.

Ioan. 12.

Ioan. 11.

2

Iob. 9.

Isai. 34.

Hierony. Luc. 21.

Psal. 82.

Ioan. 8.

Condemnare.

CONDEMNARE dicitur Hebraice dicitur Chieeb Dan. 2. Condē nabit caput meum.

Condemnare est damnare, actus iudicialis, præceptum verò fuit Num. 35. Ad unius testimonium nullus condemnabitur. Quod de humano intelligitur iudicio, in quo Deut. 19. duo testes requiruntur. omni acceptione maiores: sed in iudicio Diuino, satis est ipse Deus, iudex & testis, Hiere. 29. Quia fallere aut falli non potest, iuxta illud: Est autem Deus uerax omnis autem homo mendax. Vnde mulierem peccatricem à Phariseorum turba olim, accusatam, solus testis & iudex poenitentiae eius, Christus absoluit apud Ioannem Nal Si Deus est qui iustificat quis est qui condemnet? Ideo Publicanum sine alio teste poenitentem absoluit, & iustificauit apud Luc. Et mulierem peccatricem.

Cōdemnatur ore proprio, qui se ipsum sua virtute præsumit, coram Deo iustificare. Iob. 9. Si uoluerò me iustificare, os meum condemnabit me. Quia ut (inquit) Glossa nescit homo sine reuelatione diuina, an iustus omnino sit, iuxta illud Ecclesi. Nemo scit an odio uel amore dignus sit, hinc Paulus. 1. Cor. Nihil (inquit) mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem me iudicat, Dominus est. Ideo Petrus cum rogaretur à Domino tertio: Diligis me plus his, caute respondit: Domine tu scis quia amo te. Sed è contrario Phariseus stulte dixit, & temere: Non sum sicut ceteri homines.

Condemnare nemo Deum debet, quā tumuis sine culpa ab eo flagelletur: quia Deus Dominus est vniuersorum, quæ de nihilo fecit, sic apud Iob. Dominus dixit: Condemnabis me, ut tu iustificeris? In quo excessit Iob, non cauens scandalum pusillorum, idest amicorum, dum se vsque adeo pobabat innocentem, ut videretur quātū ad exetioem sonum verborum, damna re Deum: ut notant super hunc locū Greg. D. Thomas, Lyranus, & alij, ideo poenitentiam egit & stulte (inquit) Locutus sum. Neque huic sententiae contrarium est, quod Iob. 2. dicitur: In omnibus his non peccauit Iob: neque stulte aliquid contra Deum loquutus est, intelligitur enim in omnibus pla-

3 Isai. 14. Hierony. Matth. 24. Hieron. Isai. 33. Ecclesi. 31. Theodoret. Matth. 18. 4 Amos. 9. Hierony. Theodoret. Matth. 25. 5 Luc. 3. Concusio regnorum vel regionum dicitur de bellica vastatione, sic legimus de Babylonico rege Isai. 14. Qui concussit regnum, idest bellica cede vastauit. ut exponit Hierony. Quamuis multi Patres de diabo dictum intelligant qui apud Matthæ. Domino ostendit: Omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Porro de trepidatione propter regis Babylonis in cursum, intelligit etiam Hieronymus illud Isai. Concussa est Basam & Carmelus. In descriptione quoque destructionis Ægypti, dicitur in Ezechi. Contristatus est super eum libanus: & omnia ligna agri concussa sunt. Vbi Theodoretus duas admittit patrum expositiones, quidam enim vaticinium esse de Ægypti desolatione sub Nabuchodonosor intelligunt, in cuius calamitate non motem quidem libanum materialem, aut ligna, sed proceres, & principes contristatos intelligit: si vero secundum alios sub typo regis Ægypti, casum luciferi intelligamus, in eius plane ruina, dæmones alios contristatos exponere congruum est. Ne igitur Apostoli propter superbiam, luciferi casum incurerent, cum facta esset: Contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior, ad uocans Iesus paruulū, ait: Nisi conuersi fueritis, sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum celorum.

Concutere in omnibus gentibus domū Israel, est dispergere, per totum orbem Iudæos: propter necem Christi. Amos. 9. Ecce mandabo, &c. & concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur in cribro: & non cadet lapillus super terram. Sic exponit Hieronymus de dispersione Israel, sub Tito, & Vespasiano, vastata Hierusalem, sic & Theodoret. Sed hæc iustitia diuina, ea clementia temperatur, ut qui ex eis cōuer ti uoluerint, quasi in cribro retineantur, ne qui fuerit ut lapillus, roboratus in fide uiua cadat super terram, solus autem puluis peccat, & pallex comburantur: quibus in die iudicij finalis dicitur: Recedite à me: Male disti in ignem æternum.

Concutere denotat interdum, vi, & timore quenquam opprimere, sic Ioannes militibus præcepit: Neminem concutiatis. Vox Domini concutientis desertum, Psalm. 28. vide in dictione Ca des, & Desertum, &c.

257
I
Num. 35.
Deut. 19.
Hiere. 29.
Rom. 3.
Ioan. 8.
Rom. 8.
Luc. 18.
Luc. 7.
2
Iob. 9.
Glossa.
Ecclesi. 9.
1. Cor. 5.
Ioan. vlt.
Luc. 18.
3
Iob. 40.
Gregori.
D. Thom.
Lyran.
Iob. vlt.
Iob. 2.

Pro. 10. Luc. 2. 4 Psal. 93. Theodoret. Hierony. Aug. Tyran. Vatablus. Iansen. Aug. Ioan. 11. Sap. 2. 5 Rom. 2. Hierony. Theodoret. D. Thom. Luc. 6: Matth. 7. Ioan. 7. 6 Tit. 3. D. Thom. 1. Timo. 3. gis, quas acceperat, nō peccasse, vsque ad disceptationem verborum cum amicis. Vbi notandum est difficile esse multa loquentem, non offendere. Ut Salomon ait: In multiloquio non de erit peccatum. Ideo Maria salutata ab Angelo, tacens: Cogitabat, qualis esset ista salutatio.

Condemnare sanguinem innocentem magnum est piaculum Psal. 93. Et sanguinem innocentem condemnabunt. Quod de ini quis iudicibus dictum est ut ait Theodoretus. Et congruit nō credentibus Dei pro uidentiam, circa defensionem inocentis ut Hierony. Aug. Lyranus, Vatablus, & Iansenius, exponunt. Quamuis August. applicet hoc ad Iudæorū principibus, qui collegerunt concilium contra Iesum apud Ioan. At Christus à mortuis resurgens regnum illorum sub Tito & Vespasiano su uertit. Et reddidit illis iniquitatem ipsorū, quia dixerunt Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum.

Condemnat se ipsum qui cum aliquo sit irretitus delicto, alium de eodem delicto iudicat Rom. 2. In quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas. Quod de iudicibus & principibus Hierony. & Theodoretus principaliter dictum pntant: quamuis generaliter ad omnes qui rationis sunt compotes extendatur & D. Thom. in differenter ad Iudæos & Gentiles dictum existimat. Qui etiā notat nō omne iudiciū hoc loco reprehendi, qui enim auctoritatem habet à republica, est secundum leges sine scandalo, bona iudicat intentione, laude potius dignus est. Qui verò iudicat sine auctoritate, vel non quidem secundum leges, vel mala intentione, vel cum scandalo, vel si priuata persona sit temere iudicat, se ipsum condemnat. De quo Luc. & Matth. Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare: & non condemnabimini. Sic Dominus dicebat Phariseis: Nolite iudicare secundum faciem.

Condemnatus proprio iudicio dicitur hereticus. Tit. 3. Quia sicut hoc loco notat D. Thomas, Hæreticus sic dicitur quia hæret propriæ sententiæ contra Ecclesiæ decretum, in his quæ sunt fidei, & religionis, si ergo pertinaciter hæreat, proprio quidem iudicio condemnatur. Reprobum quippe iudicium est, quod sibi potius credit, quā communi sententiæ, præfertim ecclesiæ, quæ columna est: Et firmamentum ueritatis.

Item proprio iudicio condemnatus est quia nō habet unde se excuset ut ait Theodoretus.

Condemnationis multorum causa fuit Adæ peccatum. Rom. 5. Sic iudicium ex uno in condemnationem. Quia uidelicet primus ille parens, sicut iustitiā accepit originale, quam si non peccasset, tanquam caput ad prolem, ex Dei pacto transfudisset, sic etiam cum peccasset, transfudit quidem in posteros originale peccatum, in condemnationem: ut exponit D. Hierony. D. Thomas, & alij. Propterea ut ab originali purgemur Dominus dicit apud Ioan: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.

CAPVT. CXL.

Condensio.

CONDENSVM vocatur Hebraice Sebach. & in plurali Sibache Isai. 10. Condensa saltus.

Condensio dicitur locus, multis arboribus confusus, vel arbor densis ramis Psal. 28. Et Reuelabit condensio: & in templo eius, omnes dicent gloriam, idest nemora idolorum nudabit dæmoniis eiectis, ut explicat Theodoretus. Mystice verò, Hierony. per condensio, occulta scripturarum exponit mysteria: quæ Dominus duobus discipulis aperuit, euntibus in Emaus. Et omnibus paulo post Ap. ostolis. Aperuit (inquit) illis sensum, ut intelligerent scripturas. Eodem modo intelligit Aug. Item Casiodorus, Beda, Haymo & Remigius.

In condensio diem celebrare solennē, iuxta corticem literæ det otat festum celebrare tabernaculorum, cum ramis densarum frodium, sic explicat Iansenius sequutus Hæbræos, illud Psal. 117. Constituite diem solennem in condensio, usque cornu altaris. Sed melius Genebrardus, de ingressu Domini in templum cum ramis Palmiarum, & Oliuarum intelligit: ut habetur apud Matth. & Ioan procedite (inquit, cum ramis condensio, obiam Christo, vsque ad cornu altaris illum introducentes. Allusio verò solum facta est ad festum tabernaculorum in Leuit. in quo etiam Iudæi osanna canebant, sic etiam Patres intelligunt. Quamuis particulam in condensio, varie quidem explicent. Nam Theodoretus

7
Rom. 5.
Hierony.
D. Thom.
Ioan. 3.
I
Psal. 28.
Theodoret.
Hierony.
Luc. 24.
Aug.
Casiod.
Beda.
Haymo.
Remigius.
2
Iansen.
Psal. 117.
Genebrar.
Matth. 21.
Ioan. 12.
Leuit. 23.
Theodoret.

Augu. Hierony. Matth. 5. Matth. 10. 3 Esai. 10. Lyranus. Vatablus. 4. Reg. 20. Hierony. Cyrillus. Procop. Eusebius. Luc. 19.

tus & Lyranus, in condensis turbis frequentibus, & precedentibus saluotorem exponunt. Vel in frequentibus, & densis hymnis vt Augustin. ait, vel in condensis virtutibus, quibus filium Dei imitatur, vt vult Hieronymus. Et quidem rami Oliuarum quos tunc pueri gestabant misericordiam significant, de qua Dominus apud Matthæ. *Beati misericordes. Palmæ verò fortitudinem, & perseverantiam, de qua Matth. 10. Qui persecuerit usque in finem, hic saluus erit.*

Condensa saltus, multitudinem populi scelerati, per metaphoram significant. Sic legimus Esai. 10. *Et subvertetur condensa saltus eius ferro.* De quo dux sunt expositiones altera est Lyrani & Vatabli, dicentium per condensa quidem saltus, exercitum Senacherib ab Angelo prostratum intelligi. Sed quia non ferro, neque manu, sed angelica potius virtute cecidit illa multitudo, hoc autem loco ferro succidenda dicitur, altera probabilior expositio est, de succisione multitudinis Hierusalem, gladio Romanorum, sub Imperatore Tito: Ita Hieronymus, Cyrillus, & Procopius intelligunt. Item Eusebius libro. 2. de Demonstratione capit. 40. & lib. 8. cap. 4. de qua Dominus epud Lucam: *Circundabunt te undique, & ad terram prosternent te, &c.*

¶ Condense frondes, Ezechiel. 31. *quæ re Frondes.*

CAPVT CXLI.

Condire, Conditum.



CONDIRE Hebraicè dicitur Chanat. Genes. 50. vt aromatibus condirent patrem.

Codire est sapidum facere, vel confectio-nibus aliquid à putredine præseruare, sicut Gene. 50. de cadauere Iacob aromatibus condito, dicitur: *Iste mos erat, cadauerum conditorum.*

Condire sacrificium sale, præceptum erat Leuit. *Oblationem sacrificij sale condies. Quod in typum discretionis institutum*

est, quæ in omnibus operibus necessaria dicitur, vt notat Gregorius lib. 7. Mora. ideo Dominus Apostolis, & doctoribus dixit apud Matthæ. *Vos estis sal terra: & Apostolus ad Colos. sermo, inquit, uel ser sale fit conditus, idest discretionem, & gratia, vt exponunt Hieronymus, Theophyla. & D. Thomas. Vnde Isidorus, quidquid, inquit, boni sine discretionem feceris, vitium est.*

Conditum vinum in scriptura obsequium Deo gratum dicitur Canti. 8. *Dabo tibi poculum ex uino condito.* Quod Vatablus verbum esse dicit sponsæ Christo dicentis: *dabo pauperibus tuis refrigerium propter amorem tui, quia tu dicis: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Vel conditum vinum, est deuotio fidelium, ita Lyranus potabo te, ait, o sponse, deuotione fidelium, qualis fuit illa deuotio Magorum, ad Christum recens natum, ab Oriente cum muneribus venientium. Nec dissimilem potum filius Dei, à Samaritana petebat, Ioann. 4. dicens: *Mulier da mihi bibere.* Vel vinum conditum, nouum dicitur testamentum, vt exponit Gregor. Quia miro ab Euangelistis modo, testimoniis veteris legis conditur, vt magis sapiat. Sic Matthæus cedem Innocentium narrans condit illam testimonio Hierem. dicens: *Vox in Rama audita est, &c.* Sic historiam ingressus Domini in Hierusalem, in die Palmarum, vaticinio condit Zach. *Ecce rex tuus uenit tibi, &c.* Item Ioannes historiam Domini eijcientis de templo negotiatores condit testimonio Psal. *Zelus domus tuæ comedit me.* Imo Dominus ipse docuit sponsam, vinum hoc pulchre condire, quando aperuit discipulis sensum, vt intelligerent scripturas. Postremo vinum conditum est dilectio cum operatione, vt explicat Diuus Thomas, iuxta illud Ioan. *Vos amici mei eritis, si feceritis, quæ præcipio uobis, & alibi. Qui diligit me sermonem meum seruabit.*

¶ Condere: vide in verbo Edificare, & in verbo Facere, & in verbo Creare, item in verbo Lex.

Augu. Hierony. Matth. 5. Matth. 10. 3 Esai. 10. Lyranus. Vatablus. 4. Reg. 20. Hierony. Cyrillus. Procop. Eusebius. Luc. 19. 1. Gene. 50. 2. Leuit. 2.

Grego. Matth. 5. Colof. Hierony. Theoph. D. Tho. Isidorus. 3 Cant. 8. Vatablus. Matt. 25. Lyranus. Matth. 2. Ioan. 4. Greg. Matth. 2. Hiero. 31. Matt. 21. Zach. 9. Ioan. 2. Psal. 68. Luc. 24. D. Tho. Ioan. 15. Ioan. 14.

CAPVT CXLII.

Conducere.



CONDUCERE dicitur Hebraicè Sachar Gen. 30. *Quia mercede conduxit te.*

Coducere est simul ducere, & congregare: Sive amore, sive mercede, Esai. 46. *Conducentes artificem, ut faciat Deum.* Idest mercede cum eo conuenientes. Conducere quoque aliquid, alicui, est illi utile esse Eccl. 7. *Cum ignoret, quid conducatur sibi, in uita sua.* Idest quid profit ei. Est & conducere, dispersos colligere apud Michæ. *In unum conducam reliquias Israel.* Quod in fine mundi futurum, Hieronymus exponit: *Quando fiet unum ouile & unus pastor.*

שכר I Esai. 46. Eccl. 7. Mich. 2. Hierony. Ioan. 10. 2 Esai. 7. Hierony. Vatab. Lyranus. Carthusia. Adamus. 3 Matth. 20.

Conducta nouacula ad radendum caput populi Iudaici, rex est Assyriorum seu Babylonie Esai. 7. *In die illa radet Deus in nouacula conducta, in his qui transflumen sunt in Rege Assyriorum, caput & pilos.* Vbi Hieronymus dicit Nabuchodonosor à Deo conductum, vt vastaret Tyrum, proposita ei pro mercede laboris, terra Ægypti, de quo habetur Ezech. 28. & 29. Ideo hic vocatur nouacula conducta, vt radat caput populi Iudaici, idest victum ducat in captiuitatem, vocatur autem Rex Babylonie, Assyriorum Imperator, quia pariter Assyriis imperabat. Quæ expositio magis placet, quam illa Vatabli, Lyrani, & Carthusiani de Senacherib Assyrio, cuius exercitum Angelus deleuit, hunc locum intelligentium. Quomodo enim nouacula conducta, virtus angelica potest appellari, quæ caput & barbam raderet Assyriorum, quos potius rededit in cinerem? Denique cum Hierony mo tenet Adamus, & contextus cogit de vastitate per Chaldaeos intelligere, quia sequitur: *In die illa nutriet homo uaccam unam, &c.* quia tota terra deserta manebit.

Conducere dicitur Deus operarios, in vineam suam Matth. 20. exiens ad hoc primo mane, & hora tertia, sexta, nona, & vndecima. Quia ab Adâ, scilicet, vsq; ad Noe, & à Noe, vsq; ad Abrahâ, & ab illo,

vsq; ad Moysem, & ab isto vsq; ad Christum, & inde vsq; ad mundi consumationem, vocauit prædicatores, & prælatos, quibus vineam populi sui excolendam exemplo pariter & doctrina commisit. Ita exponunt Gregor. & Hieronymus, & Diuus Thom. Est & alia expositio, quæ per horas prædictas, varias hominis aetates intelligit. Quosdam enim Deus in pueritia, quosdam in iuuentute, alios in aetate virili, & in senecta vocat, vt exponunt Chrysof. Theophy. & alij. Danarius autem diurnus, præmium est aeternæ vitæ vt dicimus li. 4. in dictione Denarius. Ex hac vero conductione, meritum bonorum operum, præsupposita iustificationis gratia, satis aperte deducitur. De qua Conci. Arauficano definitur Can. 18. *Debetur merces bonis operibus si fiant, sed gratia quæ non debetur, præcedit ut fiant.* Denique in Eccl. legimus: *Omnis misericordia faciet locum unicuique, secundum meritum operum suorum.*

Conduxerat autem nemo illos operarios, qui patri familias improperanti: *Quid statis hic tota die ociosi?* Respõderunt, *Quia nemo nos conduxit,* quia vt inquit, Gregor. in Homil. nullus ad Gentiles, legissator à Deo, nullus fuerat Propheta missus. Quod intellige caute, Ionas enim ad Ninuitas missus est, & Daniel Babylonico Regi Prophetauit. Sed non fuit facta conuentio mercedis aeternæ vitæ cum Gentibus, vt ait Chrysof. Homi. 34. *conductio enim nostra, & conductionis merces, est promissio vitæ, aeternæ gentes vero Neque Deum sciebant, neque promissa Dei.* Hæc Chrysof. sed excipe illos qui à suis Angelis sunt supernaturaliter illuminati, de quo D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 7. ad 3. Recte vero dixerunt. Nemo nos conduxit. Quia de solis dicitur Iudæis, apud Amos. *Tantum modo cognoui uos, ex omnibus cognationibus terræ.* Et apud Esai. *Gentem, quam nesciebas uocabis.* Quod verò diabolus cum gentibus pepigerit, non fuit quidem illas conducere, sed seducere.

¶ Quia promissa eius vana sunt, iuxta illud Eccles. *Vanitas uanitatum, & omnia uanitas.*

CAPVT. CXLIII.

Confidere.



CONFIDERE dicitur Hebraicè in scriptura sancta Chafa Psalm. 56. Quoniam in te confidit anima mea.

Confidere est fiducia habere. Quod in bonum accipitur, & in malum, in bonum quidem quando in Deo præsertim fiducia collocatur, & in virtutibus, Psalm. 2. Beati omnes qui confidunt in eo. Dicuntur autem beati, propter certitudinem spei, qua confidunt se per Dei gratiam clara Dei cognitione beatificandos, iuxta illud Sap. Qui confidunt in illo, intelligunt ueritatem, &c. quoniam donum, & pax est electis eius. Item Eccli. Qui intuetur illam, subaudi sapientiam: permanebit confidens, si crediderit ei, permanebit, & hereditabit illam. Vbi Lyranus exponit hæreditabit illam in patria, ubi nunquam amittet, in quo sensu dicitur apud Esai. Et sedebit populus meus in multitudine pacis, & in tabernaculis fiducia. Vbi Hieronymus exponit tabernacula fiducia Ecclesiam esse, in qua certissima fiducia est præmij celestis, sic etiam de Ecclesia intelligunt Cyril. Theodoretus, Procopius, addit Adamus hanc fiduciam non excludere timorem, contra Nouatores quia Eccl. 9. Nemo scit an odio, an amore dignus sit. Secundum hanc Regulam intellige illud Eph. 3. in quo scilicet Christo: habemus fiduciam per fidem eius, subaudi uiuam & Hebr. 10. Nolite amittere confidentiam uestram, quæ magnam habet remunerationem. Scilicet beatitudinis. De hac confidentia dicebat Apostolis filius Dei apud Ioan. Confidite, quia ego uictum mundum. Idest confidite in meritis meis, quibus uobis & omnibus electis promerui iustificationem primam, & deinde ut illi ipsi mereri possent condignis operibus vitam æternam. Confidite etiam in deitate mea, quæ præstare potest, æterna promissa, iuxta illud Ioan. Creditis in Deum, & in me credite: in domo patris mei, mansiones multe sunt, & rursus: uado parare uobis locum.

De hac in Deo confidentia quæ nostram exigit, in obedientia mandatorum Dei,

cooperationem, legimus Psalm. 24. Deus meus in te confido, non erubescam. Etenim uniuersi qui te sustinent, non confundentur. Confundantur omnes iniqua agentes superuacuo. Vbi sustinere Deum ut recte notat Genebrardus, est patienter illum ferre, & præcepta dantem, & tribulationes immitentem, & moram aliquando uocatum, facientem. Ergo ut confidentes in Deo saluemur, in bonorum operum exercitio, & malorum perpersione, sustentia requiritur, & constantia. Sic intelligitur illud Psalm. Miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, & in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Idest donec transeat iniquitas persequentium, quæ certe non transibit, nisi in me qui persequutionem patior, iustitia inueniatur, unde Symmachus vertit ut notat Theodoretus, donec transeat calumniator, sed non est calumniator, nisi qui persequitur & accusat innocentem, nec innocens est, nisi iustus in quem sensum Theodor. pulchre factis exponit illud Psalm. Qui confidit in Domino, sicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Idest ille qui habitat in Hierusalem secundum Hierosolymam leges eum uiuere oportet, iis autem qui hoc pacto habitant, & legis obtemperant scopo, firmitatem uates pollicetur. Hæc ille. Abeat ergo inanis Nouatorum fiducia. De hac enim quæ cooperationem liberij nostri arbitrij ad iustificationem, & opera bona secum affert, intelligit in Euangelio Dominus, quando Paralytico dicit apud Matth. & Lucam. Confide filie, remittuntur tibi peccata tua. Et Hemorroisæ: Confide, inquit, filia, fides tua te saluam fecit. Idest fides quæ per Charitatem operatur, Gal. 5.

Sic exponit Glossa interlinealis illud Eccl. 11. Confide in Deo, & mane in loco tuo. idest mane in fide, & charitate, & Lyranus mane in loco tuo, per amorem in Deo qui est locus in quo sicut in centro, quiescit anima, iuxta illud Augustini inquietum est cor meum, donec quiescat in te. Hæc ille. Quod est dicere propter sollicitudinem temporalium, ne deferas locum charitatis Dei super omnia, sed confide in eo, qui dicit: Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adicientur uobis. Denique in Prou. dicitur: Iustus quasi leo confidens sine timore erit.

Confidere pro non metuere in scriptura-

Psal. 24. Geneb. Psal. 56. Symmach. Theodo. Psal. 24. Matth. 9. Luc. 5. Matth. 9. Gal. 5. 3 Gloss. inter. Eccl. 11. Lyra. August. Matth. 6. Prou. 28. 4

ra capitur Prou. vlt. Mulierem fortem quis inueniet, &c. Confidit in ea cor uiri sui. Quod Iansenius de femina pudica intelligit, de cuius castitate uir eius non metuit. Sed melius Beda exponit de Ecclesia sancta, in qua uir eius Christus, ita confidit, idest non metuit, sed bene sperat ut dicat: Porta inferi non preualebunt aduersus eam. In quo sensu Paulus: Confidens, inquit, in omnibus uobis. Idest non metuens, sed bene sperans de uirtute uestra, & uera fide, & sic alibi passim, quando in scriptura de homine confidere uel in homine in bonum dicitur, intelligi debet, Galat. 5. b. 2. Thef. 3. a. ad Philemonem. d. &c.

Confidere in arte medicorum magis quam in Deo reprobatur 2. Para. 16. Vbi de Afa Rege dicitur: Nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed magis in arte medicorum confusus est. Quamuis si præcipuam in Deo fiduciam reponamus, non est illicitum uti medicorum industria, ut patet in Eccli. Honor a medicum, &c. Dummodo qui e alicuius peccati consciuum nouit, radice in morbi, quæ frequenter peccatum est, recare studeat, sicut habetur Can. Cui infirmitas, de poenitentis & remissionibus, cuius constitutio seruanda est, ut prius uocetur medicus animarum. Quod quia non fecerat Hæmorroisæ, duodecim annis fluxum sanguinis passa est, donec medicum uitæ Christum inuenit. Eundem medicum adhibuit Centurio seruulo Paralytico. Et Regulus filio.

Confidentia in humano potius auxilio quam in diuino, frequenter in scriptura reprehenditur Hierem. 17. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor eius. Talis erat Phariseus qui in iustitia sua carnali, magis quam in Deo confidebat, unde Psa. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Vbi bonum, ponitur pro melius, quia homo quidem mendax est, iuxta illud Rom. Est autem Deus uerax, omnis autem homo mendax. Item homo mutabilis Deus autem immutabilis, Malac. 2. Ego Deus, & non mutor, de quo lege Esa. 32 & 59. Mich. 7. a. Ose. 10. d. Amos. 6. a. Psal. 145: Nolite confidere in principibus, in quibus non est salus. Quod si confidere in homine qui perfectissima sub cælo creatura est, ut ueratur, multo magis uitio dabitur, in auro confidere, iuxta illud Baruch:

Qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines. Sed Christus ab hoc errore nos abducit apud Matthæum, dicens: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra.

Confirmare, uide Firmus.

CAPVT CXLIII

Confiteri, Confessio.



CONFITERI Hebraicè dicitur Iadach. Psalm. 75. & 3. Reg. 8. Psalm. 28.

Confiteri denotat ueritatem fateri. Matth. 7. Tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos. Idest nunquam approbauit.

Confiteri fidem per excellentiam dicimur. Quia fides de supernaturalibus est mysterijs, extat autem præceptum affirmatiuum de confessione fidei, quod tempore persequutionis aut necessitatis obligat solum. De quo Matth. 10. Qui confitebitur me coram hominibus: & ego confitebor eum coram patre meo. Vbi notat Chrysostomus Græce legi ομολογησθη εν εμοι. Qui confitebitur in me, idest auxilio meo suffultus: Quia nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Hoc est nemo potest id dicere fide uia, supernaturali, obediendo ei, ut Domino, sicut exponit Diuus Thomas, sed obicit Chrysostomus, quid nam culpæ erit Christum negare, si ab ipso deseramus, cum nemo possit eum, nisi gratia ipsius subnixus confiteri? Respondet autem: imo uero maxima culpa est, quia Deus non deserit iustum, nisi prius ab ipso deseratur. Hæc ille. Quod confirmat hoc tempore, sacra Synodus Tridentina, sessio. 6. ca. 11.

Confessio fidei uocalis, quando non uiget necessitas, non est in præcepto. Sed factis est corde tunc credere. Unde Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem. Idest ad iustificationem nostram sufficit, uia fide corde credere, tempore autem necessitatis ingruentis, fit ore confessio ad salutem. Primo quando sistimur coram publico magistratu, de fide

Psal. 2. I Sap. 3. Eccl. 4. Lyranus. Esai. 32. Hiero. Cyrillus. Theodo. Proco. Adamus. Ephe. 3. Heb. 10. Ioan. 16. 2

Matth. 5. Matth. 7. Matth. 10. Chryso. 1. Cor. 12. D. Tho. Chryso. Conc. Trid. 6. ca. 11. Rom. 10. 3

nos nostra interrogante. Item quando a priuatis rogati, si non respondeamus, scan-

D. Tho.

Cyrrillus.
Hierony.

Ioan. 1.

Iob. 15.

3
Ioan. 9.

Chrysoft.

Theoph.
Psal. 26.

4

Matth. 11.

Gene. 49.

vt exponit Hieronymus, item Chrysoftomus. Porro Hilarius sapientes hoc loco, vocari putat omnes Iudaeos, quibus erudiendis data sit lex, & prophetia. Paruulos vero Gentiles appellari, qui lege carerint & Prophetis. Sed prior expositio magis quadrat cum intentione Christi, qui Apostolos genere quidem Iudaeos, paruulos uoluit ostendere. Deinde consonat cum proprietate uocabuli, quia ubi uulgata uertit paruulis, Graece legimus *υη τω τω* infantibus, non tam aetate, quam lingua & innocetia, quales erant Apostoli, iuxta illud 1. Cor. *Malitia paruuli es tote*. Item foemina sancta Elizabeth paruula, idest humilis confessa est, Mariam esse matrem Dei dicens: *Et unde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me: Quia reuelauerat Deus paruulae mysterium suum,*

Hierony.
Chrysoft.
Hilarius.

1. Cor. 14.

Luc. 1.

5
Num. 5.

Psal. 31.

Eccli. 17.

Lyranus.

Ioan. 20.

Conc. Trid.

6

Dionys.

Irenaeus.

Tertull.
Origenes.

Confiteri, & confessio, frequenter in scriptura significat peccatorum apertione & accusationem proprii delicti, Num. 5. *Confitebitur peccatum suum*. Et Psal. *Dixi confitebor aduersum me iniquitatem meam Domino, & tu remisisti*. Et in Eccl. *Ante mortem confitere, a mortuo quasi nihil perit confessio, confiteberis uiuens, &c.* Quod de peccatorum confessione Lyranus exponit. Erat autem inueteri lege typus duntaxat, & umbra sacramenti confessionis, quod in lege gratiae Dominus instituit, Ioan. 20. dicens Apostolis: *Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c.* Vbi Synodus Tridentina sessio. 14. ca. 1. per spicuis uerbis Apostolis, & successoribus eorum potestatem esse datam remittendi peccata, secundum communem patrum consensum docet, ita & Chrysoftomus ad solos Ecclesiae Catholicae sacerdotes, hanc refert potestatem. Neque enim laicis, sed Apostolis dictum est: *Accipite spiritum sanctum, &c.*

Confessionem auricularem in Ecclesia tempore Nouati capisse, error est unius ex autoribus historiae Tripartitae, cuius assertio falsitatis arguitur, testimonio sanctorum putrum, qui a tempore quidem Apostolorum scripserunt. Inter quos Dionysius Areopagita Pauli discipulus, de auriculari confessione mentionem facit epist. 6. ad Demophilum. Et Irenaeus Polycarpi quondam auditor, lib. 1. contra haereses, cap. 9. & lib. 3. cap. 4. Tertullianus lib. de Poenitentia, Origenes super Psal. 37.

& super

Athanasius.

Basilus.
Creg. Naz.
Cyprianus.
Epiphanianns.
Clem. Papa.
Concil. Antioche.

Iacob. 5.

Act. 19.

7
Chrysoft.
Cassianus.

Magist. sent.

Sixtus sent.

Sozomenus

Can. omnis
utriusque
sexus.

Luc. 11.

& super Leuit. 2. Athanasius super illud Matt. 2. 1. *Eutes in castel lum q. contra uos est*. Basil. in regulis Monachorum quod Greg. Nazianzenus in oratione de Hieremiae dictis, Cyprianus Epist. 3. ad Cornelium Papam li. 1. Epiph. contra Catharos, Clemens Petri discipulus, & successor epist. 1. ad fratrem Dni, & Conci. Antiochenum sub Iulio. 1. Cu ergo Apostoli, potestate haberent a Dno retinendi, & remittendi peccata, & illa si secreta essent publice confiteri difficilimum, & scandalosum fuisset vsus ab initio retinuit, ut peccator secreta secreto quidem confiteretur. Vnde sic intelligimus illud Iacobi. 5. *Confitemini alterutrum peccata uestra*. Idest non coram omnibus, sed ad alterum tantum, sacerdotali ordine praeditum, quod uero de presbyteris loquatur, ex praecedenti sententia patet, ubi dixerat: *Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros Ecclesiae, &c.* Praeterea legimus Acto. 19. *Multique credentium ueniebant, confitentes, & annuntiantes actus suos.*

Quod si quis obiiciat Chrysoftomum dicere Homili. 2. super Psalm. 50. Confessionem Deo fieri debere, quando quis hominem erubescit. Quem sequitur Cassianus lib. 20. collationum cap. 8. Respondet Magister sentent. in 4. disti. 18. intelligi, quando non est copia sacerdotis, qui uices Dei gerit, non opus esse hominibus laicis confiteri, qui non possunt a peccatis absolueri. Vel ut putat Sixtus libr. 5. Bibliothecae cap. 175. Chrysoftomus agit de publica confessione, in qua quis hominem erubescit. Fuit enim olim publica in usu frequentissima, de qua Sozomenus li. 9. Tripartitae cap. 35. Nunc uero remansit apud sacros solum inquisitores haereticae prauitatis, & in foro episcoporum iudiciali externo. Porro si quis uerecundia praepeditus, aliquod lethale peccatum sciens, & prudens, in secreta confessione sacramentali dicere praetermittat, sacrilegium committit, neque confessio ualet, cum omnia debeat manifestare, quorum recordari, diligenti examinatione praemissa, potuerit, ut habes in Ca. omnis utriusque sexus, de poenitentia & remissionibus, quare cauedum a daemone muto, idest obmutescere faciente, de quo apud Luc. *Erat Iesus eiciens daemoneum, & illud erat mutum*. In typum etiam obmutescentium in sacramentali confessione, de insula Tyro quondam opu-

lentissima, quae peccata sua confiteri per poenitentiam noluit, & ideo tradita est, uastanda Chaldaeis, legimus Ezech. 27. *Quae est ut Tyrus, quae obmutuit in medio maris*. Idest tacuit peccata sua, & ideo a fluctibus poenarum abortita, uocem perdidit, & spiritum.

CAPVT. CXLV.

Conflare, Conflatile.



ONFLARE dicitur Hebraice in scriptura sancta Isac Exo. 38. conflatae sunt bases.

Conflare est simul flare, & conflatile uocatur opus, quod fuso metallo, multis conflantibus efficitur. Vnde conflare est ex fuso metallo fabricare. Iob. 28. *Est locus, in quo conflatur aurum*. Porro conflare pecuniam, est illam hinc inde congregare 4. Regum. 2. A. 2. Paraly. 24. B.

Conflare metaphorice dicitur Deus, quando tribulationum flammis, uitia nostra purificat, Malach. 3. *Ecce enim ipse quasi ignis conflans, &c. & sedebit conflans, & emundans argentum: & purgabit filios Leui*. Quod Theodoretus exponit non solum de aduentu ad iudicium, quando signis quae fiunt in Sole, Luna, & Stellis, & in praesentia gentium, puriores reddet Dominus iustos, quibus dicit apud Luc. *His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita uestra, quonia appropinquat redemptio uestra*. Sed etiam de aduentu Spiritus sancti, super discipulos Act. 2. Quando purgauit eos gratia septiformi.

Conflat etiam Deus, idest purificat peccata, populi peccatoris, bellis & calamitatibus, sic de populo Iudaico a Babylonis capiēdo praedicat apud Hier. *Ego conflabo, & probabo eos*. Et apud Ezech. *Conflabo uos*. Et cap. 24. *Et conflatur in medio eius, inquinamentum eius*. Propter hoc autem per mittit Deus ut surgat gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. Iuxta Lucam ut peccata purgentur.

Conflator etiam dicitur Propheta, & praedicator, qui peccata populi reprehendit Hierem. 6. *Defecit sufflatorium in igne, co*

777

I

Iob. 28.

2

Mala. 3.

Theodo.

Luc. 21.

Act. 2.

3

Hier. 9.

Ezech. 22.

Ezech. 24.

Luc. 21.

4

Hier. 6.

Hiero. Lyranus. Theodo.

sumptum est plumbum, frustra conflatu... iniquitates eius non sunt consumptæ. Vbi vt exponit Hieronymus, Lyranus & Theodoretus, ignem & plumbum pœnam vocat scriptura, conflatorem vero prædicatorem, sententiam contra peccatores diuinam fulminantem, sufflatorium vocem prædicantis, plumbum autem iniiciunt argenti, sicut ait Theodoretus, vt per illud absumatur quidquid est adulterinum sed pro dolor omnia consumuntur instrumenta quibus peccata purgari debuerant, & peccata minime consumuntur, propterea Dominus clamabat apud Lucam: Qui habet aures audiendi audiat. Plumbum etiam Dominus comminationis supplicij frequenter addebat in Euangelio dicens: Auferetur a uobis regnũ Dei: Et ecce relinquitur domus uestra deserta, item, circumdabunt te inimici tui uallo. Sed consumptum est plumbum, & iniquitates eius non sunt consumptæ.

Luc. 8.

Matt. 22. Matth. 23. Luc. 19.

5

Hiere. 7.

Matth. 23.

Conflari dicitur indignatio Dei contra sceleratos, quando paulatim augetur, & crescit, sicut fluuius riuis in eum concurrit in undat Hierem. 7. Indignatio mea constat. Idem dicitur Hierem. 42. D. & 44. B. Sic a tempore Zachariæ quem occiderunt Iudæi, inter templũ & altare, imo a tempore Abel iusti, vsque ad necem Saluatoris, conflata est paulatim indignatio Dei contra Iudæos, vt veniret super eos: Omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram.

Conflatile ponitur in scriptura, pro idolo, Exo. 31. A. 34. C. & alibi passim.

CAPVT CXLVI.

Confortare.



CONFORTARE & roborare dicitur Hebraicè Saad Iudic. 19. dicitur etiam Azaz per. 7.

Confortare est animare, & fortem reddere. Quod in bonum accipitur, & in malũ, in bonum quidem in Psa. de Christo Domino dicit pater æternus: Et Brachium meũ confortabit eum. Vbi Hieronymus Brachiũ inquit meum, confortabit eum, in assum-

Pfal. 88. Hierony.

pto corpore. Hec ille. Quia Brachium Patris dicitur filius, qui naturam confortauit humanam, per unionem hypostaticam. Vnde apud Ioann. de suis ouibus agens ait: Quod dedit mihi pater, maius omnibus est, nemo rapiet eas de manu patris mei: ego & pater unum sumus.

Ioan. 10.

2

Pfal. 138.

Hierony.

Matth. 19.

Hierony.

Chaldaeus.

אשריח

Matth. 5.

Vatablus.

3

Pfal. 147.

August.

אשריח

Theodo. Ianse.

Lyranus.

Genebr.

Euthym.

Matt. 16.

Hiero.

Calsiodo.

Augu.

Glossa.

Matth. 25.

4

Zach. 10.

Hierony.

Confortatus est principatus Apostolorum super Ecclesiam Psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Hieronymus aduertit Hebraicam vertit: quam fortes pauperes eorum. Id est Apostoli paupertatis amatores qui dixerunt apud Matthæum: Ecce nos reliquimus omnia, & ideo sedebunt super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus Israel. Quamuis autem versio Hieronymi pulchra sit, & predicari possit, sed sciendum in Hebræo esse Rasechem. Id est capita eorum, quod vulgata, & Sept. & Chaldaeus vertunt principes eorum, quia capita populi sunt principes, fortasse vero Hieronymus pro Rasechem legit in aliquibus exemplaribus Hebræis Rachim, pauperes, sicut in Euangelio Matthæi. 5. Racha vocatur pauper & stultus. Nihilominus vulgata tenenda est, quæ vertit sicut habetur in fonte Hebræo, nam quod Vatablus vertit, alibi latius refutamus.

Confortauit Deus portas Ecclesiæ, Psal. 147. Lauda Hierusalem Dominum, etc. Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Augusti. legit vectes, & sic habent Sept. λωχους: quod etiam sonat dictio Hebraica Berihe. Quod quamuis de materia li Hierusalem post captiuitatem reedificata Theodoretus & Iansenius intelligant, sed melius Lyranus & Genebrardus, Euthy. & Hieronymus, de Ecclesia Catholica, quæ cæpit in Hierusalem de qua Matthæi. 16. Et porta inferi, non præualebunt aduersus eam. Denique Calsiodorus, Aug. & Glos. de cælesti Sion exponit quando post diem iudicij, expulsis virginibus fatuis, & intrantibus prudentibus, claudetur ianua, ideoq; dicit quoniã confortauit vectes, portarũ, vt nemo iam inde eiiciatur, & nullum malũ ingredi possit.

Confortat Deus martyres & iustos Ecclesiæ. Zach. 10. Confortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt. Quod Hieronymus iuxta literam de prædicatoribus, Apostolis, & martyribus, atque omnibus

iustis

Matt. 10.

Luc. 21.

Vatablus:

5

Luc. 22.

Origenes.

Beda? Theophy:

Hierony.

6

Hier. 5.

Hier. 9.

Matth. 23.

Matth. 8.

Ioan. 10. Psal. 9.

Hierony. August. Lyranus. Matt. 22.

7

Efal. 8.

Hierony.

Matt. 16.

iustis, intelligit, quod si quis obiiciat quomodo confortat eos, quibus dicit, apud Matth. Ecce ego mitto uos, sicut oues in medio luporum. Responso expedita est, confortatos quidem esse, ne in tormentis a fide uia deficerent, & rursus, quia oues huiusmodi gregis Christi, de lupis tandem uictoriam in Resurrectione reportabunt, iuxta illud Luc. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de capite uestro non peribit, sicut etiam exponit Vatablus.

Confortauit Angelus Dominum orãtem in horto, apud Luc. Et aparuerunt Angelus de celo confortans eum. Hic Angelus, vt notat Origenes, non fuit eius custos: quia non eguit Angelorum custodia rex Angelorum, quod notat etiam hoc loco Beda. Addit Theophylactus filium Dei, non interius, sed exterioribus uerbis fuisse ab Angelo confortatum. Denique putatur hic Angelus fuisse Gabriel qui interpretatur fortitudo Dei, iuxta Regulam Hiero. quam ponimus in uerbo Gabriel.

Confortatum in deteriorem partem, idem est quod obduratum, sicut Hierem. Confortata sunt auersiones eorum. Id est obdurati sunt in peccato. Et cap. 9. Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt. Tales erant Pharisei, qui nunc Domino Laqueos tendebãt, rogantes: Licet censum dari Casari? Nunc calumniabatur dicentes: Quare cum Publicanis, & peccatoribus, manducat magister? Nunc circumdabant eum dicentes: Si tu es Christus, dic nobis palam. In eodẽ sensu de Antichristo, dicitur in Psal. Exurge Domine non confortetur homo. Sicut exponunt Hierony. Aug. & Lyran. Quia nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro.

Confortetur licet persecutores, Domino tamen suos protegente, vincuntur. Sic dicitur Esai. 8. Confortamini, & uincemini. Quod Hieronymus explicat de Rege Syriæ, qui tempore Regis Achaz, validam manum congregabat, contra Hierusalem. Sed frustra, quidem protegente Domino ciuitatem suam. Quod mystice de hostibus Ecclesiæ dici potest: Confortamini, & uincemini, quia porta inferi non præualebunt aduersus eam.

CAPVT CXLVII.

Confundere, Erubescere.



CONFVNDI dicitur Hebraicè Buch, unde Nabuch confusi sunt Ioel. 1. & Nebuchim confusi. Exodo. 14.

Confundere est rubore suffundere. 2. Reg. 10. Vbi de legatis, quos misit Dauid ad Regem Ammon aquo uestibus ad cingulum usque præcisiss, remissi sunt, dicitur: Erant uiri confusit piter. Quia rasi etiam dimidiam partem barba eorum. In quo mystice figuratur opprobrium, quod Apostoli & prædicatores ad gentium conuersionem destinati, a tyrannis sustinuerunt. De quo apud Ioan. Absque Synagogis facient uos. Et apud Lucam: Eritis odio omnibus hominibus, propter nomen meum.

Confundi in bonum accipitur, & in malum, in bonum quidem, est de peccatis per pœnitentiam erubescere. Sic Ezechiel. 7. de Iudæis, uastata Hierusalem a Chaldæo Rege Pœnitentiam agentibus dicitur: Et accingent se cilicis, etc. & in omni facie confusio. Et capit. 39. Miserebor omni domui Israel, etc. & portabunt confusio-nem suam. Et Psal. de peccatoribus dicitur: Confundantur, & erubescant ualde uelociter. Hæc confusio initium iustificationis est, quando homo scditatẽ agnoscit peccati, quod quia indignum est homine rationis particeps, & fide prædico, multum erubescit. Sic Publicanus qui neque audebat oculos leuare, sed percutiebat pectus suum, præ confusione Deo placuit. Item mulier que erat in ciuitate peccatrix, quæ præ confusione accessit retro, & lachrymis irrigauit pedes Domini.

Confundi in eodem sensu capitur. Ezechiel. 43. Vbi Dominus iussit Prophetæ: Ostende domui Israel templum, & confundantur ab omnibus iniquitatibus suis, & mentiantur fabricam, & erubescant. Vbi Hieronymus multam, inquit, proderit ei, qui ante peccauerit, uidere domum Dei, & omnis fabricæ nosse rationem, vt peccare desistat, & habens illud desi-

Ioan. 14.

Matth. 25.

Matth. 5.

4

Hierony. Esai. 29.

Act. 2.

Hier. 31.

Ezech. 36.

Luc. 15.

Soph. 3.

Hierony. Fran. Ribera.

derium, dicat ad Dominum, illud Psalm. Domine dilexi de corem domus tue, & locum habitationis glorie tue. Hæc ille. Propterea Dominus sæpe de regno cælorum disputabat, dicens Apostolis: In domo patris mei mansiones multe sunt. Vt quodammodo metirentur mansiones cælestis fabricæ, & ad eas suspirarent. Sic de virginibus prudentibus ait: Et quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Vbi describitur ædificium, & ianua cælestibus nuptiis celebrandis. Et in parabola de Talentis, vbi lucrum reportanti dicit: Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuidisti fidelis, supra multa te constituam. intra in ganilium Domini tui. Vbi magnum describitur cæleste palatium, & sedes sedibus altiores, vt metiamur fide fabricam, & confundamur, qui thesaurizamus in terra: contra consilium Domini.

Confusi sunt aliqui ex Iudæis, pœnitentiam agentes, postquam viderunt Apostolos, & gentes in Christum credere, sic explicat Hieronymus vaticinium, Esaiæ: 29. Non modo confundetur Iacob, &c. sed cum viderit filios suos, opera manuum mearum in medio sui, sanctificantes nomen meum. Sic cum viderunt Act. 2. Petrus & Apostolos prædicantes in die Pœtecostæ, & cõuersi sunt ex Iudæis ad triamillia nō sunt cõfusi in eodē sensu dicit populus Iudæus, apud Hier. Postquā enim conuertisti me egi pœnitentiam, &c. Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Id est ignorantia meæ. De eadem cõnuersione Iudæorum, dicit Ezechiel. Et recordabimini uiarum uestrarum pessimarum, &c. Displicebunt nobis iniquitates uestræ, &c. Confundimini, & erubescite. Sic confusus est filius prodigus, & displicuerunt ei viæ suæ. Quando dixit ad patrem: Pater peccavi in cælum & coram te, & iam non sum dignus uocari filius tuus. Sed contrarium prædictis videbitur prima fronte. illud Sopho. 3. In die illa non confundaris super cunctis abominationibus tuis, quibus præuaticata es in me: quia auferam de medio tui, magniloquos tuos, &c. Nihilominus tamen nulla est contradictio, confundi namquam debent Cathecumeni ante baptismum, de infidelitate sua procedente. Porrò post baptismum susceptum, vt post Hieronymum. adnotat Fran. Ribera, nulla

remanet confusio in Christo renatis. quibus tota culpa, & tota pœna remissa est: in eodem sensu exponit Hieronymus, illud Ioelis. 2. Non confundatur populus meus in sempiternum. Quid inquit, respondebit Nouatus negans pœnitentiam, & reformari posse peccatores in pristinum statum si digna fuerint opera pœnitentiæ, in tantum enim Deus recipit pœnitentes, vt vocet eos populum suum, neque vltra asserat confundēdos. Hæc Hierony. Sic post pœnitentia neque mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, apud Lucam, neque Zachæus, neque Matthæus, neque Latro, neque post dubitationem Thomas, neque post negationem Petrus confusi sunt.

Confundi non potuit Ecclesia propter persequutionē tyrannorum cõtra martyres, qui quasi rei maiestatis cruciabantur obfidem Christi. Sicut prædicitur Esaiæ. 54. Quia non confunderis, non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tus obliuisceris. Quæ propheta impleta est tempore præsertim Magni Constantini, quādo opprobria & tormenta martyrum versa sunt illis in gloriam, etiam in conspectu gentiū. Sic exponit hunc locum Hierony. hic & Aug. li. 1. de Consensu Euangelist. ca. 32. & super Psal. 58. Sic & Cypria. aduersus Iudæos li. 1. ca. 20. & Euseb. lib. 3. de Demonstra. Euange. ca. 2. Iustin. martyr dialogo aduersus Tryphonē, & in Apologetico 2. pro Christianis. Sed ingerit dubium quia additur, in Esai. Et opprobrii uiduitatis tuæ non recordaberis amplius. Ecclesia verò non videtur fuisse vidua. Respondet tamē Ambros. lib. de Viduis fere in principio, viduam fuisse Ecclesiam in triduo mortis Christi, Deinde probat Hieron. de Ecclesia esse vaticiniū, & non de materiali Hierusalem, quia sequitur in textu: Et redemptor tuus sanctus Israel Deus omnis terræ uocatur. Quod dicit de Gentilitate ad fidem conuersa quæ postquā virum habet Christum Gentilitas non recordatur uiduitatis quam incurrit, quando sub Noe legem peruertit naturalem Deo sponso relicto. Sic etiā intelligit Dionysius quod magis placet quam quod Adamus ait viduam dici quæ nunquam fuerat nupta.

Confundi non potest, qui ex toto corde sperat in Deo, quia nō frustratur spe sua, sed quod sperat cumulatissime confe-

Hierony. Ioel. 2.

Luc. 7. Luc. 19. Matth. 9. Luc. 23. Ioan. 20.

5 Esai. 54.

Hierony. August. Cypriani. Eusebius, Iustinus,

Ambros. Hiero.

Dionys. Adamus.

6

quitur,

Psal. 21.

Psal. 24.

Matth. 25. Psal. 33.

Matth. 20.

Chrysof.

Psal. 30.

Rom. 9. Rom. 9.

Gal. 5. Matth. 25.

8 Psal. 52.

Theodoret. 4. Reg. 20.

Ioan. 11.

Matth. 2. Hiero. 17.

Isai. 30. Hiero. 2.

quitur Psal. 21. In te sperauerunt patres nostri, &c. in te sperauerunt & non sunt confusi, & in alio Psal. Qui sustinent te non confundentur. Sic Chananea quæ Dominum sustinuit, quando non respondit ei verbum, & quando dixit: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, non est confusa, sed potius ore Domini commendata. vnde Prophetæ Psal. Accedite (inquit) ad eum, & illumina mini: & facies uestræ non confundentur. Quod si quis obiiciat, mater filiorum Zebeda: ipse quæ filij accesserunt ad Dominum, dexteram, & sinistram in regno eius postulantes & tamen Domino respondente: Nescitis quid petatis, confusi sunt, facilis resensio est: illos non cordis affectibus, sed pedibus corporis, accessisse: nec sperasse in Domino spe supernaturali præmij cælestis, sed spe humana regni terreni, vt Chrysof. adnotat dicens, nihil spirituale petebat. Ideo confundi meruerunt. Non autem ille qui dixit: In te Domine speraui, non confundar in æternum, in iniustitia tua libera me. Id est secundum iustitiã tuã, quæ reddit vnique, secundum opera sua. Itaque spes viua neminem frustratur iuxta illud Pauli: spes autem non confundit, & Rom. 9. Qui crediderit in eum, non confundetur. Non dicit qui crediderit ei, quod fide mortua fieri potest. Sed qui crediderit in eum, scilicet fide quæ per charitatem operatur. Talis enim non frustrabitur in fine, sed audiet: Venite benedicti Patris mei, &c.

Confunduntur omnes, qui sperant in diuitiis suis, aut in rebus caducis, Psal. 52. Qui hominibus placent, confusi sunt: quoniam Deus spreuit eos. Vbi Theodoret. de Rapface prædictum exponit, qui dum placere cupit regi Senacherib, blasphemauit cõtra Deum. Sic & Pharisei dum placere volūt Romanis, Christum in cõcilio tuo damnauerunt, dicentes: si dimittimus eum sic, uenient Romani, & tollent locum nostrum. E cõtrario verò Magi noluerunt Herodi contra filium Dei conspiranti placere sed: Responso accepto in somnis, per altam uiam reuersi sunt, in regionem suam ne incurerent confusionē de qua Hiero. ait: Domine qui te derelinquunt, confundentur. In eodē sensu de Iudæis, qui plus in auxilio Ægyptiorum, quã in Deo confidebant, dicitur in Isai. Erit tibi fortitudo Pharaonis in confusionem, & in Hiero. Ab Ægypto confunderis, id est non te poterit adiuuare contra Babylonios Ægyptus, vt ex

ponunt Hierony. Lyran. Vatabl. Sed verum auxilium n est nisi à Deo per pœnitentiam, qui clamat apud Matth. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. & ego: reficiã uos. Quam qui spreuerit uocationem, confundetur in iudicio finali iuxta illud Isaiæ: Videant & confundantur zelantes populi: & ignis hostes tuos deuoret. Quod de Iudæis Hierony. exponit, qui cū viderint gentes conuersas ad Christum in suum locum successisse, zeli & liuoris stimulis cruciabantur de quo Matth. 8. Multi ab Oriente & Occidente uenient, & recumbent cum Abraham, &c. in regno cælorum, filij autem regni eiicientur in tenebras. Sic etiam vt Hierony. exponunt Cyrillus & Procopius Itē Isichius in illud Leuit. Caro & cutis quã ignis excussit. Sed generaliter de omnibus reprobis intelligunt Dionys. Adamus, &c.

Confunduntur agricolæ, quando laborem perdunt agriculturæ Hiero. 14. Confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua. Et apud Ioel. Confusi sunt agricolæ: & confusa est uinea. Ceterum maior erit confusio in fine mundi, quando uinea reproborum sine fructu boni operis vindimiabitur, vsque adeo vt Solipse in sensibilis, qui frustra calore suo fouit illã, confundi videatur iuxta illud Isai. Erubescet Luna, & confundetur Sol. Quod Hiero. de illo prædictu die finali putat, quando erunt signa in Sole & Luna.

Confusio duplex auferenda prædicitur ab Ecclesia Christi Isai. 61. Et pro confusione uestra duplici laudabunt partem eorum: & in terra sua duplici possidebunt, quod Hiero. Apostolis dici censet & discipulis Domini pro eo quod duplicem habebatis confusionē, tã super populo Iudæorū, qui à Deo recesserat quã super nationibus quæ idolis seruebant, laudabitis partē eorū, qui ex vtraque gente conuersi in terra sua, id est in patria cælesti, duplicia possidebunt, id est æterna bona sciētia intelligit Dionys. quia de Apostolis Dominus dixit apud Ioan. nem: Ego posui uos ut eatis, & fructum afferatis: & fructus uester maneat. Ceterum Lyran. exponit de Martyribus pro confusionem uestra duplici, quia & sacrilegi & corruptores populi habebamini in terra uiuentium, duplicia, id est gloriam corporis & animæ possidebitis, iuxta illud Luc. Et capillus de capite uestro nō peribit: in patientia uestra possidebitis animas uestras, sic etiã intelligit Aug. ser. 4. de sanctis innocentibus.

Hierony. Lyran. Vacabulus, Matth. 11.

Isai. 26.

Hierony.

Cyrillus. Procopius. Isichius. Adamus. Dionysius.

9 Hier. 14.

Ioel. 1.

Isai. 24. Luc. 21.

10 Isai. 61.

Hierony.

Dionys. Ioan. 15.

Lyran.

Luc. 11.

Aug. 1.

Hierony. Pfa. 68. Heb. 12. Confusio Christi faciem operuit, in passione, quando fugerunt omnes Apostoli, & negavit eum Petrus. Sic exponit Hieron. illud Pfa. 68. Operuit confusio faciem meam: extraneus factus sum fratribus meis. De notat etiam ignominiam Domini inter la trones crucifixi, de qua Heb. 12. Sustinuit Crucem confusione contempta.

I O Eccl. 4. Greg. Confusio quaedam gloriosa est, quaedam vero opprobriosa. Eccl. 4. Est confusio adducens gloriam, & est confusio adducens peccatum. Quod explicat Gregor. Homi. 10. super Ezechiel. Qui erubescit inquit, poenitendo de malis quae fecit, ad vitae libertatem pervenit, id est ad gloriam. Qui vero erubescit bona facere, a statu rectitudinis cadit. Hae ille. Et certe mulier quae erat in civitate peccatrix, poenitentia ducta coniuantes non erubuit: & inter epulas lachrymas fudit, quae confusio quantam illi, bone Deus, gloriam peperit. Iudas vero qui desperare potius, quam veniam postulare de scelere voluit, filius confusio nis fuit. De eiusmodi enim in Psa. dicitur: Induantur qui detrahunt mihi pudore, & operiantur sicut diploide confusione sua. Id est sicut veste duplici in hac vita, & in futura confundantur. Quod verò in scriptura filius confusio nis peccator dicitur, Hebraeus est, id est filius confusus, & ignominiosus. Prouer. 10. Qui congregat in messe, filius sapiens est, qui autem stertit astate filius confusio nis. Super què locum Beda sapientem esse dicit: qui lucratur animas in hac vita, quando messis quidem multa, operarij autem pauci. Qui verò a sua salute curanda torpescit, audiet cum virginibus fatuis. Amendico vobis: nescio uos.

Luc. 7. Pfa. 108. Confundere nonnunquam idem est, quod ordinem disturbare, Act. 19. Impleta est civitas confusione. Sic intelligitur confusio maris, & fluctuum Luc. 21. Subdiem finalis iudicij. Quia legem mare praetergredietur, de qua Prouer. 8. Et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Praeterea 1. Regum. Facta est confusio mortis. Quia in discriminatim, mutua cede Philisti, seipsos conficiebant, ad praesentiam Ionathae, sic hodie haeretici, mutuis se vulneribus, id est contrariis factis sauciant, ad praesentiam veritatis Ecclesiae Catholicae. De qua dictum est: Et porta inferi, non praevalerunt adversus eam.

I I Act. 19. Luc. 21. Prou. 8. 1. Reg. 5. Matth. 16. Confundere nonnunquam idem est, quod ordinem disturbare, Act. 19. Impleta est civitas confusione. Sic intelligitur confusio maris, & fluctuum Luc. 21. Subdiem finalis iudicij. Quia legem mare praetergredietur, de qua Prouer. 8. Et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Praeterea 1. Regum. Facta est confusio mortis. Quia in discriminatim, mutua cede Philisti, seipsos conficiebant, ad praesentiam Ionathae, sic hodie haeretici, mutuis se vulneribus, id est contrariis factis sauciant, ad praesentiam veritatis Ecclesiae Catholicae. De qua dictum est: Et porta inferi, non praevalerunt adversus eam.

Cumque vna sit lingua veritatis in Ecclesia Romana, confusum est labium, & lingua Nouatorum, Turrim Babel edificantium.

CAPVT CXLVIII.

Congregare.



CONGREGARE sociare, & coniungere dicitur Hebraice Chabad, item Agad.

Est autem congregare in vnum plura coniungere, si con-

gregatur populi multitudo, vel ad concionem. Exod. 4. G. vel ad praelium Iud. 9. D. vel ad Concilium, Daniel. 3. & alibi passim.

Congregare est interdum, obsidione populum cingere, Hier. 8. In tempore uisitatio nis corruent, dicit Dominus: congregans congregabo eos. Vbi Hieronymus ait: Haud dubium quin in Hierusalem, vt obsideantur à Chaldaeis longo tempore, & cap. 10. Congrega de terra confusio nem tuam, quae habitas in obsidione. Vbi praecipitur Hierusalem, sicut ait Hieronymus, vt quidquid foris habet substantiae, in urbem colligat, & separet ad obsidionem. Sic & decem tribubus ab Assyriis obsidione cingendis, dicit Dominus, apud Oseam: Nunc congregabo eos, & quiescent paulisper ab onere Regis, & principum. Id est colligam eos, vt obsideantur in oppidis suis ab Assyriis, & non laborent in muneribus, donisque mittendis eisdem Assyriis, vt solebant tempore pacis. Ita explicant Hierony. Lyranus, & alij. Permitterebat autem Deus populum Israel ab hostibus obsideri, & vexari, vt tribulationibus admonitus, ageret poenitentiam. Sic etiam notat Theophylactus super illud Matthae. Habeo sub me milites. Morbos etiam esse quasi milites Dei, quibus obsidet peccatores, vt poenitentiam agant. Sic feruum Centurionis Paralyticum obsidebat, & filium Reguli languoribus cingebat donec Deo se dedit pater eius: Et domus tota.

Congregare denotat interdum captiuos ducere Abacuch. 1. Et congregabit quasi

quasi

quasi

Gen. 11.

Gen. 11.

Exo. 4.

Exo. 4.

Hier. 8.

Hier. 8.

Hier. 10.

Hiero.

Ose. 8.

Hiero.

Lyranus.

Theoph.

Matth. 8.

Ioan. 4.

Habac. 1.

Abac. 2.

Hierony.

Abac. 1.

Ioan. 3.

Hier. 4.

Hierony.

Hier. 8.

Hierony.

Matth. 5.

Matth. 16.

5

Gen. 25.

Gen. 49.

Soph. 1.

Hierony.

Theodoret.

Ezech. 22.

Hierony.

Ose. 9.

quasi arenam captiuitatem. Quod de Nabuchodonosor Propheta praedixit. Et cap. 2. de eodem dicitur: Congregabit ad se omnes gentes. In quo vt notat Hieronymus super illud Abac. 1. Facis homines sicut pisces maris: & sicut reptile, non habentes principem: totum in hamo suo subleuabu: & congregauit in rete suam. Chaldaeus iste Nabuchodonosor typus diabolifuit, qui primum hominem, quasi hamo cepit. Deinde vero posteros eius, rete peccati originalis pariter congregauit: vnde euadere nemo potest, nisi per baptismum, iuxta illud: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.

Congregari intra ciuitatem munitam, consilium est grassantibus hostibus, sic Hier. 4. Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas. Id est confugiamus ad praesidia ne capiamur ab exercitu Chaldaeorum: sicut explicat Hieronymus. Eodem modo intelligitur illud Hier. Conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam. Vbi Hieronymus sic (inquit) fideles, grassantibus haereticis, confugere debent ad Ecclesiam. De qua Matthaeus. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, & cap. 16. Et porta inferi non praeualebunt aduersus eam.

Congregari est interdum de vita mortali praescindi: & in sepulchro colligi. Sic de Abraham defuncto dicitur Gen. 25. Congregatus est ad populum suum. Idem dicitur de Iacob. In quo sensu intelligit Hieronymus illud Sophonia: Congregans congregabo omnia a facie terra, dicit Dominus: congregans hominem & pecus, congregans uolantia caeli, & pisces maris. Quod Hieronymus intelligit praedictum de clade, quam multis regnis intulit Nabuchodonosor, ita vt occisus hominibus, & pecora, & volatilia deficerent. Sic etiam exponit Theodoretus. Eadem phrasi utitur Ezech. Sic congregabo uos in furore meo & in ira mea. Item de reliquiis decem tribuum Israel quae Assyriorum declinantes violentiam, in Aegyptum confugerunt, vbi & mortui sunt in felicitate, explicat Hieronymus, illud Ose. Aegyptus congregabit eos: Memphis sepeliet eos. Vbi notandum, voluisse quidem reliquias decem tribuum, fugere iram Dei, quae per manus Assyriorum illos cor-

ripiebat, petentes Aegyptum: sed non potuerunt, quia poenitentiae sunt oblitii. Idem fecerunt reliquiae Hierusalem, vastatae postea à Baby loniis. 4. Reg. 25. vbi poenitentia post habita perierunt. Vnde Dominus ait: Nisi poenitentiam egeritis omnes similiter peribitis, & Matth. 11. Venite ad me, subaudi per poenitentiam: Omnes qui laboratis. &c. & ego reficiam uos. Quasi dicat frustra confugitis in Aegyptum: cum ad me potius confugere debeatis, & iugum poenitentiae succipere, vt salutem consequamini.

Secundum eandem phrasim legimus Soph. 3. Quia iudicium meum, ut congregem gentes, & colligam regna: & effundam super eos indignationem meam: & reddam populis, labium electum. De quo sunt duae expositiones probabiles altera Hieronymi, qui de vastatione Hierusalem, cum aliis oppidis, & regnis gladio Romanorum intelligit: post qua cladem, reddidit Deus terram, labium electum: vt iam non plures Deos, sed vnum inuocarent. Eodem modo exponit Cyrillus & Rupertus, posterior tamen expositio est Lyrani, & Vatabli, de finali iudicio intelligentium, ante quod, praedicationem legis gratiae pollicetur Dominus, per labium electum à Christo, qui dixit Apostolis: Euntes docete omnes gentes: & sicut misit me pater, & ego mitto nos.

De eodem finali iudicio est similis phrasim Psalm. 49. Deus manifeste ueniet, &c. congregate illi omnes sanctos eius. Id est fauce mortis praecisos, congregate ante tribunal iudicis: vt sedeant cum eo & Apostoli, super sedes duodecim, iudicantes. Itè apud Ioel: Venite omnes gentes de circuitu: & congregamini. De quo Matth. Cum autem: enerit filius hominis in maiestate sua, &c. congregabuntur ante eum omnes gentes. An vero pueri qui sine baptismo descendunt in limbum, congregandi sint, ante tribunal iudicis, problema est, de quo latius agimus in verbo iudicare.

Congregare bona temporalia, est reponere, vt longius conseruentur. Psalm. 38. Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea, & Ecclesiasticus: Qui acervat ex animo suo iniuste, aliis congregat: & in bonis eius luxuriabitur alter. Et Abac. Vae qui congregat auaritiam matrem domui suae. Propterea dicebat filius Dei: Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius: & haec

Luc. 13. Matth. 11.

Soph. 3.

Hierony.

Cyrillus. Rupert. Lyrani. Vatablus.

Matth. 28. Ioan. 20.

7 Psalm. 49.

Matth. 19. Ioel. 3. Matth. 25.

Rom. 5.

I Psalm. 38. Ecclesi. 14.

Abac. 2.

Matth. 6.

Matth. 5. omnia adijcientur uobis, & nolite thesaurizare uobis, thesauros in terra. Alioquin eueniet uobis quod Dominus comminatur. in Deuter. 32. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Idest usque ad vltimam illam iaculabor contra eos. Itē maledicti in ignem aeternum.

9 Congregauit Ecclesia ex gentibus conuerfa spirituales diuitias super eos qui uixerūt in lege nature ab Adā usque ad Moysem, & super eos qui fuerūt in veteri testamento, iuxta illud Pro. vlt. Mulierē fortem quis inueniet &c. Multa filia congregauerūt diuitias in supergressa es uniuersas. Vbi Glos. dicit Ecclesia Philosophos superauit, & de hoc intelligitur illud parabola de operariis vineę quibus fero ueniētibus datus est prius denarius diurnus, non quidem tempore, sed glorię cumulationis prerogatiua. Quia licet vnus sit denarius visio Dei clara, sed multe sunt mansiones in domo patris apud Ioa. Quia ergo Ecclesia ex gentibus supergressa est opulencia omnes Synagogas Iudaeorum, ideo filiis suis ceteris paribus maiores parat glorię diuitias, & in hac vita maiora charismata.

IO Congregare fructus temporis Autumni est Exod. 2. 3. B. Leuit. 2. 3. G. significat etiam industriam in rebus domesticis Esai. 17. Et erit sicut congregans in messe quod restiterit. Quod contigit Syria, & Palestina per Chaldaeis uastata. De Ecclesia uero expositore Hieronymo dicitur: Qui congregabunt illud. Scilicet triticum & uinum, comedent, &c. Congregari autem a Deo famem, est multiplicari, apud Ezechiel. Porro congregare cor, est ad celestia colligere Eccl. 30. Congrega cor tuum in sanctitate eius. Et certe hoc fecit Maria, quae sedens secus pedes Domini audiebat uerbum illius.

II Congregare profugos, & dispersos munus est Christi. Ioannes. 11. Quia Iesus moriturus erat pro gente, & non solum pro gente, sed ut filios Dei qui dispersi erant congregaret in unum. De quo plura sunt prophetarum uaticinia in historico sensu, sic dicit Esaias: Congregabit profugos Israel. Subaudi Christus, & rursus: Et uos congregabimini unus, & unus filij Israel. Vbi denotatur ut Hieronymus ait, tardior, & lentior conuersio Iudaeorum, ut tandem in fine mundi Antichristo perempto fiat Vnum ouile & unus pastor. Item Esai. 40.

Ecce Deus noster in fortitudine ueniet, & in brachio suo congregabit agnos. Idest meritis humanitatis suae uerbo Dei uenit congregabit, non quidem haedos, quibus a sinistris stantibus dicit recedite, maledicti. Eo quod inquieti, & mali fuerint odoris, & famae, sed agnos, & oues obedientes, & innocentes, & Esai. 43. Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Vbi Cyrillus Hieronymus, Procopius. Item Irenaeus libro. 3. capit. 28. de Conuersione omnium gentium ad Christi fidem exponunt de remotissimis locis quod hodie impleri uideamus, nam ab Occidente conuersi sunt gentes in Pirru, & Mexico seu noua Hispania. Ad Orientem. Sinæ praedicantibus patribus nostrae societatis Iesu, qui primi Crucis vexillum gentibus illis intulerunt, de quo etiam Esai. Congregamini, & uenite, & accedite simul qui saluati estis ex gentibus. Recte uero congregari dicuntur ad unius ueri Dei cultum qui plures deos falsos coluere.

Ceterum quaestio est de illo Esa. 49. Et Israel ad eum non congregabitur. Cuius contrarium dicitur Esai. 27. ut numero praecedenti docuimus, & quidem Sept. affirmatiue uertunt Israel ad eum congregabitur, quia legerunt Lu. ubi sibi, sed uulgata legit. Lo. non Porro cum Sept. legunt omnes patres Graeci Cyrillus, Procopius, Theodoretus, & alij. Item ex latinis Ambrosius, Augustinus inde tamen soluitur quaestio quod nostra uulgata concordat cum Sept. Si interrogatiue legatur, & ita legi debet non conuabitur: id est imo congregabitur ut fiat, unum ouile, & unus pastor, Ioann. 10. cui conueniat illud Esai. Ait Dominus qui congregat dispersos Israel: adhuc congregabo ad eum, congregatos eius. Sicut exponit Hieronymus, sunt autem congregati eius, id est Israelis, populi gentium, ut lapis quem reprobauerunt a edificantes fiat in caput Anguli, id est duos parietes, duorum copulet populorum. De quo & Psal. Exurge Domine in praeccepto quod mandasti, & Synagoga populorum circumdabit te: & propter hanc in altum regredere. Quod Aug. Hiero. & Cassio. explicat de resurrectione & ascensione Dñi, propter quam multitudo gentium credit, sed in sensu mystico quia sensu literali contra Saulē orat, ut Deus fergat ad iudiciū illius

illius

illius ut exponit Genebr. Porro iuxta historicum sensum, legimus Esai. 60. dicitur Ecclesia primitiua, ex Iudaeis & Apostolicis congregata: Leua oculos tuos & uide: omnes isti congregati sunt, uenturunt tibi, filij tui de longe uenient: id est ex insulis gentium, & regnis remotis, sic exponit Hieronymus. Cyrillus. Theodoretus, Procopius, Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 17. unde & Magi ab Oriente uenerunt, nato Domino in Bethlehem. Quod etiam a Hieronymo praedictum est: Et uocabitur Hierusalem solium Domini & congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini. ut Hieronymus explicat & Theodoretus de eodem Hiero. 23. A. & 31. B. De reliquiis etiam Israel conuertendis Ezech. 36. Congregabo uos de uniuersis terris: & effundam super uos aquam mundam. De qua Ioan: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. De quo lege Ezech. 11. E. & 28. G. & 34. & Zach. 10. ubi praedicitur conuersio Iudaeorum.

De eiusdem Ecclesiae ex Iudaeis & gentibus uocatione Ose. 1. Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput unum. De quo uide lib. 1. in uerbo Ascendere. Item Mich. 2. Congregatione congregabo Iacob totum: in unum conducam reliquias Israel, pariter ponam illum, sicut gregem in ouili. Ad quod alludit filius Dei quando dixit apud Ioan. Et erit unum ouile, & unus pastor, sicut supra dicebamus. ubi Hieronymus, per Iacob luctatores intelligit gentiles, ad fidei luctam uenientes: per Israel uero populum Iudaicum: de quo Mich. 4. B. Sopho. 3. D. Ezech. 39. Tobia: 13. C. & Psal. 46. Quae omnia diligenter nota, ut dicernas, quod difficilimum est in prophetis, congregationem populi ad fidem Christi, ab ea quae fuit in lege ueteri, post Babilonicam seruitutem. De qua iam dicemus.

14 De congregatione Iudaeorum in Hierusalem terrenam post reditum ex Babilone, praedicitur in Psal. 106. Dispersiones Israelis congregabit. ut Theodoretus ait & Lyranus. Vatablus & Iansenius, item Esai. Congregabit uos Deus Israel. Et Hiero. 29. d. Ezech. 11. c. & 20. g. & 27. f.

15 Congregat sagena missa in mare bonos & malos pisces, id est reprobos & electos, in parabola Matth. Quia Deus uocat omnes. Qui uult omnes saluos fieri. Sed

reprobi suo se libero perdunt arbitrio. sic in parabola Nuptiarum in eodem sensu in nuptiis boni congregatur & mali apud Matth. Ceterum contra hoc esse uidetur quod de reprobis Dominus ait Psal. 15. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. Sed nulla est contradictio. Solum enim dicit Dominus non se congregaturum conuenticula impiorum ad impia, unde ad ueritatem Hebraicam uertit Hieronymus: Non habbo libominum eorum de sanguine. Quod duobus modis intelligi potest, uel ut sit sermo de sacrificiis cruentis Iudeorum, ut exponunt Euthymius & Glossa, id est non amplius renouabo conuentus & sacrificia Iudaica, in lege gratiae: Nec memor ero nominum eorum, scilicet Ephraim Benjamin, &c. Sed baptizare praecipia: In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, uel ut sit sermo de gentium idolatria ut, explicat Theodoretus, & Lyranus: quam in lege gratiae non congregat Christus, qui apud Matth. allegauit: Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli seruias, de quo uide latius in uerbo Labium.

Congregat Christus ubi non spargit apud Matth. in parabola de talentis: Congregabo ait ubi non sparsi. Quia Gentium conuersionem metit, ubi non sparserat semen legis, & prophetarum, ut exponit Hilarius. uel ex peccatis ubi Dominus minime seminat, metit stimulos conuersionis, & poenitentiae uerberioris, & gloriam & laudem, ut explicat D. Thomas, in commentariis Matth. Quia ex peccato Iudeorum, qui iudicauerunt filium Dei esse occidendum apud Ioan. Congregauit hominum redemptionem. Ex peccatis Magdalenae apud Luc. & boni Latronis item Thomae dubitantis apud Ioan. Congregauit maiorem fidei confirmationem.

Congregari in nomine Christi quid sit Matth. 18. uide in uerbo Consentire numero. 3.

Congregare mercedes in uerbo Merces & sic de similibus.

Coniungere, uide in uerbo iungere. Coniux, uide uxor. Coniugium, uide matrimo.

Genebrard. Isai. 60.
Hierony. Cyillus.
Theodoret.
Procopius.
Tertulli. Matt. 2.
Hier. 3.
Hierony. Theodoret.
Ezech. 36.
Ioan. 3.
I 3.
Ose. 1.
Mich. 2.
Ioan. 10.
Hierony.
I 4.
Psal. 106.
Theodoret.
Lyranus.
Jansen.
Vatablus.
Isai. 52.
I 5.
Matth. 13.
2. Timor. 2.

Matth. 22.
Psal. 15.
Hierony.
Enthymius.
Glossa.
Matth. vlt.
Theodoret.
Lyran.
Matth. 4.
I 6.
Matth. 25.
Hilarius.
D. Thom.
Ioan. 11.
Luc. 7.
Luc. 23.
Ioan. 20.

CAPVT CXLIX.

Coniurare, adiurare, & conopeum.



CONIVRARE vel adiurare dicitur in lingua sancta Isai. 1. Reg. 14. Adiuravit Saul populum.

Coniurare dicuntur, qui iuramento se astringunt contra hostem. Est etiam idem quod iurare, & quasi iurando cogere alium, ad id quod volumus. 1. Reg. 22. Quoniam coniuisti omnes. Item Abalon contra Dauid insurgente: Facta est coniuatio ualida.

Coniurauerunt Rex Syriae, & Rex Samaritae, decem videlicet tribuum, contra Ciues Hierusalem, ut eius Regem extinguerent. Sic explicat Hieronymus illud Esai. 8. Non dicatis coniuatio, omnia enim quae loquitur populus iste coniuatio est. Id est non dicatis coniuatio viget duorum Regum, contra Hierusalem, quae nihil praeualebit, sed magis considerate verba populi mei, quae omnia sunt scelerata, & coniuatio contra Deum, cuius leges conculcat. Quod maxime tunc impletum est, quando Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo, in Magorum aduentu, contra filium Dei recens natum, coniuauerunt apud Matth. Et quando in parabola vineae dixerunt: Hic est haeres uenite, & occidamus eum.

In eodem sensu tempore Hierem. verbum Dei praedicantis dicit: Et dixit Dominus ad me, inuenta est coniuatio in uiris Iuda, & in habitatoribus Hierusalem. Vbi exponit Hieronymus, Iudeos tunc pari studio mandata Dei per Hieremiam contempnissse, sic Ezechiel ait: Coniuatio prophetarum in medio eius, sicut leo rugiens, rapiensque praedam, animas deuorauerunt, &c. Sacerdotes eius contempserunt legem. Quod manifestius impletum est, quando collegerunt principes, Pharisei Concilium contra filium Dei. Ioannes. 11: Vbi & Caiphas, cum esset Pontifex anni illius, Prophetauit.

Conopeum velum est per modum

papilionis, vel lineum, vel bombycinum, quod lecto circumdatur, ad arcendos culices. Quo maxime utuntur Alexandrini, propterea quod ex Nilo culices confluant, quos *κωνωπεύς* Conopas dicitur uindicatnr conopeum, illud sub quo vino sopitus Olophernes dormiebat, Iudith. 10. tam profundo sopore, ut prius fuerit iugulatus, quam fenserit gladium. Sic & qui sub prudentia carnis, quasi sub Conopeo dormiunt, profundo sopore deprimuntur, ita ut neque clamorem Christi percipiant dicentis, apud Matthaeum: *Confiteor tibi pater, quia abscondisti haec a sapientibus, & prudentibus, quibus & Dominus ait apud Ioannem. Quia moriemini in peccatis uestris.*

CAPVT CL.

Conscientia.

CONSCIENTIA est sui conscientia, & certitudo eius, quod animo nostro inest, Prouer. 12. Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientia. Quia ut exponunt Beda, Lyranus & Iansenius conscientia dicitur inter-dum promittenti, non esse facturum, quod promittit, & quasi gladio pungitur conscientiae.

Conscientia mala summum in hac uita malum, sicut est contrario, conscientia bona, summum inter humana bonum est in hac uita. De priori Sap. 17. Semper enim praesumit seua, perturbata conscientia. De posteriore Paul. Haec est gloria nostra, testimoniū conscientiae bonae. De utraque uero Plato Dialogo. 1. de iusto, qui multas, inquit, iniquitates in uita commiserit, ex ipso frequenter somno excitatus, extimescit, & pessima in spe uiuit, qui autem nullius iniuriae sibi conscius est, huic iocunda spes semper adest. Haec Plato. Vnde Eccli. ait. *Secura mens iuge conuiuium.* Graece bona mens. Porro Bernard. sermone. 3. super Cant. infernus enim, & carcer animae, rea conscientia est. Haec ille. Vnde licet non esset ignis inferni, damnatis paratus in aeternum, sicut uere est, Matthae. 25. ipsa mala malorum conscientia, quasi ignis esset aeternus, intollerabilis, sine fine, qui Esai. ult. vocatur

vermis:

Chrysof.

vermis. *Et uermis eorum non morietur.* De quo pulchre Chryst. de Lazaro concione prima. Non (inquit) mihi dixeris illum mensa sumptuosa frui, uerbis circumdari sericis. Sed explica mihi istius conscientiam: uidebis grauem peccatorum tumultum, tempestatem, metum,urbationem: Videbis uelut incuria mentem super thronum conscientiae regalem consedisse: & tanquam iudicem, cogitationes loco carnicum adhibere: in eculeo conscientiam suspendere, & uulgulis quasi latera radere pro commissis peccatis. Haec Chryst. Hoc conscientiae tormento cruciati Pharisei qui adulteram coram filio Dei accusabant, uisus iniquitatibus suis, quasi digito Dei scriptis: *Vnus post alium exhibant.* Porro filius Dei secunda conscientia morti uicinus, pedes lauit discipulorum, & sacramentum instituit eucharistiae, o felix conscientia quae mortem reputat transitum ad gloriam.

Ioan. 8. Ioan. 13.

3. 1. Timoth. Chrysof.

De bona conscientia. 1. Timoth. 1. *Filius praecipit charitas, de corde puro, & conscientia bona.* De qua Chrysof. homil. 5. ad populum non uiuimus (inquit) cum diligentia, non habemus conscientiam puram: quod si hoc esset, non nos mors terruisset, non fames, non pecuniarum iactura. Aufer iusto pecunias, sed habet in caelo diuitias, uincula iniicies, sed habet conscientiam solutam. Idem homil. 63. nihil bona suauius conscientia. Et Bernard. Epist. ad Henricum Senonensem Episcopum. Nihil formidat bona conscientia, exemplo Hieremiae, & Ezechielis in Aegypto, & Chaldaea cum transgressoribus captiuarum: & cum Iob fieri frater draconum, & cum Moysse, deleri de libro uita, & cum Paulo fieri Anathema: ipsam quoque si necesse est intrare gehennam. Quia inter medias flammis decantat: *Si ambulauero in medio umbrae mortis, non timebo mala quoniam tu mecum es.* Psalmo. 22. haec Bernard. de bona conscientia, quam ostendit Christus quando mortem suam transitum ad caelum esse ostendens, maxima dilectionis signa tunc discipulis ostendit & quando Dominus dixit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos, subaudi bonae conscientiae refrigerio, quia haec est illa pax, de qua Dominus apud Ioannem: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis.* Ideo enim morti uicinus lauit pe-

Bernard.

Psal. 22.

Matth. 11.

Ioan. 14.

des eorum ut ostenderet quod iuxta Can. 8. *Multa a qua non potuerunt extinguere charitatem. Quia: Lampades eius lampades ignis atque flammaram.*

Can. 8. Ioan. 10.

CAPVT CLI.

Consentire.

CONSENTIRE dicitur Phrasi Hebraea uno ore conuenire, dicitur autem os peh, Iosue. 9. uno animo.

Consentire est idem cum alio sentire Act. 8. *Saulus erat consentiens nece eius, id est, Stephani.* Dicitur etiam Hebraice consensus. Rages. Psal. 54. *Ambulauimus cum consensu.*

Consentire aduersario nostro, in licitis & honestis, consilium est. Matth. 5. *Esto consentiens aduersario, dum es cum eo in uia ne forte tradat te aduersarius iudici, &c.* Aug. lib. 1. de sermone Domini in monte ca. 2. Consiliū hoc metaphorice dictū intelligit, ut consentiamus Deo, & precepto eius, quae aduersantur sensualitati nostrae, & ueteri homini. Sed mystica uidetur expositio: Vnde iuxta literam Hiero. dicit pro eo quod nos habemus esto consentiens, Graece legimus *ευνοω* benignus, & beneuolus: Quia ergo dixerat Dominus ut reconciliaremur fratri, relicto etiam munere nostro, coram altari, nunc subdit, ut dum in uia huius saeculi currimus, cum proximo nobis aduersante, quem laesimus, curemus esse beneuoli, si cut in sequentibus iubet: *Diligite inimicos uestris.* Eodem modo explicant, Hilarius, Chrysof., & Theophylactus. Item quia aduersarius Graece hoc loco dicitur *αυτιδικος*. Quod non simpliciter aduersariū, sed in causa litis contrariū significat, a quo uel lesi sumus, uel quem lesimus.

Consentire duos super terram infide catholica, & mutua deuotione, conditio est, ut oratio impetratoria sit. Matth. 18. *Si Duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quancumque petierint, fiet eis a Patre meo, praecesserat autem: Vbi cumque fuerint Duo uel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum.* Quae sententia nihil fauet haeretis, ut notat Cyprianus libr. de unitate Ecclesiae. Quomodo enim in nomine Christi congregantur, qui ab unitate corporis eius, quod est Ecclesia, separati sunt: quare de solis fidelibus sine schismate conuenien-

I

Act. 8.

Matth. 5.

2

Matth. 5.

Aug.

Hierony.

Hilarius.

Chrysof.

Theophyl.

Matth. 18.

Cyprianus.

tibus ad pietatem, intelligi debet, vt exponunt Orig. Hiero. Chrysof. Theophyl. & alij patres. Fortiori vero ratione, de conciliis, auctoritate Papæ congregatis, & ab eo rite confirmatis, intelligitur hæc promissio, vt exponit Synodus septima generalis Act. 4. Tribus (inquit) Dominus in nomine suo congregatis, affuturum esse dixit. Ergo putas ne, tantas congregationes, zelo bono, vt cultus illius propagetur, diuina illius inspiratio, & directio reliquit? Hæc Concilij Idem asserit Caestinus Papa Epist. ad Cōcilium Ephesinū, quod est tertium generale. Et eundem locum Euangelij ad idem propositum Cyrillus allegat in expositione Symboli Nicenæ. Consentire legi Dei, est illi obedire libero plane consensu Rom. 7. *Consentio legi, quia bona est.* Consentire demum, significat conspirare, & coniurationem facere Act. 5. *Exiit Iudas Galileus, & ipse perit, & omnes quotquot consenserunt ei.*

CAPVT CLII.

Consequi.

CONSEQUI est simul sequi Sap. 19. *Et cum magna solitudine eierunt illos, idest Egyptij Israelitas, quos tyrannice, in operibus luti, & lateris detinuerant: Et consequebatur (inquit) illos penitentia actus.* Hoc est immediate pœnituit Egyptios, quod Dei populum dimississent.

In eodem sensu 1. Cor. 10. De patriarchis Paulus ait. *Bibebant autem de spiritali, consequte eos petra: Petra autem erat Christus,* quod Hiero. in historico sensu explicat his verbis. Ostendit Apostolus quod postquam populus primum de petra bibit, quando postea fuit in deserto, per omne inter eorum, sequebatur eos petra, ex qua populo cum omni substantia sua, fluentia suffecerunt, donec veniret in terrā Moab. Hæc Hierony. Item Lyranus vt sequeretur (inquit) immediate populum, quacunque iret, riuus aquarum, de petra iugiter scaturiens, ita vt neque cibus manna de celo, neque aqua de petra Oreb, de ficeret eis in via deserti. O rem mirabilem. Sed in figura corporis & sanguinis Christi: quæ nunquam fidelibus in via deserti mundi huius, vsque ad ingressum terræ

viuentium, deficiet, dicente Domino, apud Ioan. *Caro mea uere est cibus: & sanguis meus uere est potus.* Nec solum Hieronymus, & Nicolaus Lyranus, ita exponunt, sicut diximus. Sed & D. Thomas, in commentariis eiusdem loci. Adhibet etiam secundam expositionem consequte eos petra, idest conseqente eos ueritate petra, qui Christus est. Tertia expositio est Ambrosij, Anselmi, Glossæ, & Caietani, quæ cum prima fere coincidit, bibebant de petra conseqente eos, idest ueritate Christi, secundum diuinitatem, prius quā homo fieret, suggerentis illis aquam elementarem & omnia ad uitam necessaria, quandiu hæc in deserto quidem non inueniebantur. In quo etiam figura precesit prouidentia particularis Christi erga suam Ecclesiam, in omnibus necessariis, cui dixit: *Ecce ego uobis cum sum omnibus diebusque ad consummationem seculi.*

Consequitur secundum eandem phrasim sicut pœna culpam ita etiam bona opera præmium, Tobia. 6. *Vt benedictionem in filiis consequaris.* Et Matth. *Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur, idest obtinebunt præmium per misericordiam Dei.* Consequi est quod sequeris obtinere etiam si gratis id obtineas, sine merito præcedenti, ideo in scriptura consecuti misericordiam per excellentiam dicuntur electi, qui ab infidelitate, vel peccato, ad gratiam uocati sunt sic, Paulus: *Quod querebat Israel hoc non est consecutus. Electio autem consecuta est: ceteri uero excacati sunt.* Idest iustificationem primam, quæ gratis datur, & salutem, totus Israel non est consecutus: *Quia excacauit eos malitia eorum.* Sed electio idest reliquiæ ex eis electæ ab æterno, simul cum gentibus ad eandem salutem præordinatis, consecuta est gratiam. Ita explicat Hierony. Chrysof. Theophyl. & D. Thomas, &c. In quo sensu dicebat Apostolus Dominus apud Ioan: *Non uos me elegistis, sed ego elegi uos.* Quia ut Paulus ait Ephesius. *Gratia saluati estis per fidem & hoc non ex uobis donum enim Dei est.*

Eodem modo Ose. 2. Legimus: *Dicite fratribus uestris, populus meus: & sorori uestræ, misericordiam consecuta.* Qui locus, quamuis alioquin difficilis, magna tamen ex parte declaratus est ab Apostolo. Rom. 9. *Vbi ait hanc sororem scilicet misericordiam con-*

secutam

sequutam esse quidem, electos, & uocatos ad fidem ex Iudæis, & gentibus, sicut numero. 4. dicebamus: *Vocauit (inquit) Paulus: Non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit, &c. Vocabo nō dilectā, dilectam, & nō misericordiam consequutam, misericordiam consequutam.* Vbi nota Gentilitatem olim uocatam fuisse non misericordiam consequutam, quia nec legem habuit, neque Prophetas. Synagoga uero, ab eo tantum tempore, quo filium Dei crucifixit, uocata est non populus. Dan. 9. *Et non erit populus eius, qui cum negaturus est.* Itaque Paulus de Iudæis quidem etiam loquitur, non tamen de solis Iudæis, ut minus recte Origenes & Theodoretus putauerunt. Sed etiam de gentibus, quæ multo magis dicebantur non populus Dei, ut recte Chrysostramus explicat super Rom. 9. & eodem modo Ambrosij. Theophylactus, & Oecumenius. Itē Anselmus, & Prosper. lib. 2. de uocatione gentium cap. 18. & Aug. lib. 22. contra Faustum. cap. 89. & libr. 18. de Ciuit. Dei cap. 28. Vbi ait, Apostolos, uerba Osee prædicta, de uocatione gentium intelligere, dicit autem Apostolos, ut comprehendat quoque Petrum, qui hūc locū Osee in sua prima Canonica allegat, cap. 2. Scribit autem Epistolam illam ad gentes, & ad Iudæos, ut ait Augustinus, cuius sententiā probo, quæ media est inter duas opiniones extremas, quarum altera dicit ad gentes, illam Epistolam, non ad Iudæos misisse Petrum. Ita Beda Glossa. D. Thomas, & Lyran. Altera sententia in alio extremo, ad solos dicit missam Iudæos, sicut tenet Didymus Oecumenius, Caietanus, Titelmanus, & Erasmus Cæterum melius Augustinus ad conuersos extroque populo, quia secundum Paulum Rom. 9. de utroque Populo uaticinatus est Oseas, ergo Petrus in eodem sensu allegauit, ad utrumque populum, intra Ecclesiam ouile collectū, de quo Dominus apud Ioan. *Fiet unum ouile & unus pastor.*

Consequitur facilius misericordiam, qui per ignorantiam peccat, non affectatam, sic Paulus ait: *Sed ideo misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci, in incredulitate mea.* Vbi Hieronymus ait Leuius esse ignorantia peccatum demonstratur. Quod si quis obiciat Iudæos quoque per ignorantiam Domini necem machinatos, ut Petrus ait: *Scito fratres quoniam per ignorantia fecistis, si-*

cut & principes uestri. Et tamen multi misericordiam minime consequuti, in peccatis suis mortui sunt: sicut Dominus prædixerat eis: *in peccatis uestris moriemini.* Ad hoc respondet D. Thomas in commentariis Pauli, aliud esse ignoranter facere quippiam, aliud per ignorantiam. Ille dicitur enim per ignorantiam facere, qui si non ignoraret non fecisset. Talis autem fuit ignorantia Pauli & illorum, qui ad prædicationem Petri conuersi sunt, ad tria millia. aliud autem est ignoranter facere. ubi non denotatur ignorantia, ut causa facti: quia potest quis ignoranter suum hostem occidere putans esse hominem. Quem tamen multo libentius occidisset, si hostem suum esse agnouisset, sic ego multi ex Iudæis, Christum ignoranter occiderant, quem ex odio cognitum quoque ut Messiam occidissent. De quibus Stephanus ait: *Vos semper Spiritum sanctum resistitis.* Hæc ita quam ignorantia non excusat. Conferere uide in uerbo Gena, & in uerbo Apprehendere, & in uerbo Manus, & frequenter alibi in suis coniunctis, ne eadem repetamus passim.

CAPVT CLIII.

Conseruare.

CONSERVARE dicitur Hebraice Natar Dan. 7. *uerba autem in corde meo conseruauit.*

Conseruare, idem est quod seruare, & custodire, sic dicimus conseruare animam, idest uitam Iudith. 10. Conseruare disciplinam Pro. 5. conseruare iustitiā Eccl. 1. Conseruare legem Ecclesi. 35. Conseruare amicitiam. 1. Mach. 8.

Conseruare tempus, est obseruare temporum uicissitudines, sic explicat Glossa illud Ecclesi. 4. *Fili conserua tempus,* idest obserua quando mutatur, ne & tu muteris ab statu iustitiæ, sic Dominus docuit discipulos mutari tempora apud Ioan: *Vbi ait: Nōne sunt duodecim horæ diei? Sed aliter Lyra. exponit, conserua tēpus docēdi, ut opportunè doceas, quia ut ait Eccl. Omnia tēpus habent: Et est tēpus tacendi, & tēpus loquēdi.* Sic filius Dei clamante ad eū Chananaea tacuit, vsque ad tēpus. Tertia denique expositio est, Bern in Epist. conserua tēpus, ne ociose iacturā illius facias.

Quia

Synodus. 7.

Caestinus.

Cyrellius.

Rom. 7. Act. 5.

Sap. 19.

1. Cor. 10.

Hierony.

Lyran.

Ioan. 6.

D. Thom.

Ambrosij. Anselmi. Glossæ. Caietanus.

Matth. vi.

3

Tob. 6. Matth. 5.

4

Rom. 11.

Sap. 21.

Hierony. Chrysof. Theophyl. D. Thom. Ioan. 15. Eph. 2.

5

Ose. 2.

Rom. 9.

Dan. 9.

Origenes. Theodoret.

Chrysof.

Ambrosij. Theophyl. Oecumen. Anselmus. Prosper. Aug.

1. Pet. 2.

Aug.

Beda. Glossa. D. Thom. Lyran. Didymus. Oecumen. Caietanus. Titelman. Erasmus. Aug.

Ioan. 10. 6

1. Tim. 1.

Hierony.

Act. 2.

Ioan. 8. D. Thom.

Act. 2.

Act. 7.

ubi

1

2

Glossa. Ecclesi. 4.

Ioan. 11.

Lyranus.

Ecclesi. 3.

Matth. 15.

Bernard.

Considerare.

CONSIDERARE Hebraicè dicitur Sabar cum puncto super y in sinistro cornu Nechem. 2.

Considerare est cogitare, & contemplari quod à Syderum contemplatione deductum est, vt Festo placet. Est autem in scriptura considerare personam ad Iudicandum prohibitum Leuit. 19. Non consideres personam pauperis, idest ne accipias personam eius, cõtra iustitiam. Porro condescendere pauperi, in causa iusta, licitum est, vt Notat Lyranus.

Considerare multis modis accipitur in scriptura. Nam considerare terram est interdum explorare. Num. 13. Misit ergo Moyses ad considerandam terram Channaan. Sic & cap. 14. f. & 23. &c. Præterea considerare nouissima cuiuscunque, est interitum illi machinari, sic dicit Dominus de populo ingrato: Auertam faciem meam ab eis: & considerabo nouissima eorum, idest finē & mortem. Itē considerare est notare. 2. Reg. 23. Dixit Saul Ziphais considerate locū, ubi per eius sit. idest notate diligenter Davidis latibula: vt comprehendam eum. Est etiam, idem quod aduertere, sic Dominus dixit ad Satan: Considerasti seruum meū Iob? Idest aduertisti. & apud Luc. hypocritæ dicitur: Trabem quæ in oculo tuo est, non consideras? Idest peccatum tuum graue no aduertis.

Considerare dicitur Deus opera nostra, & semitas omnes: idest examinare, sic legimus in Iob. Obseruasti omnes semitas meas, & uestigia pedū meorū considerasti. Vbi D. Thom. exponit. Examinaſti (inquit, omnes actiones meas, etiā quātū ad affectū: & nō solū quoad substantiam operis, sed quoad omnes circūstātiās. Propterea dicebat in Euāgelio filius Dei: Cū ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrite tristes, &c. Et ne uidearis hominibus ieiunans. sed patri tuo qui est in abscondito. Et uidete ne faciatis iustitiā uestrā corā hominibus ut uideamini ab eis, alioquin mercedē nō habebitis. Quia Deus circūstantias examinat. Ita apud Iob. Omnes gressus eius considerat. Et Salomō ait: Respicit Dominus uias hominis & omnes uias eius considerat, idest examinat, vt exponit Vatablus quod testimonio, refutatur philosophorum error,

שב

I

Festus.

Leuit. 19.

Lyran.

2

Deut. 32.

Iob. 1.

Luc. 6.

3

Iob. 13.

D. Thom.

Matth. 7.

Iob. 34.

Pro. 5.

Vatablus.

providentia

providentiam Dei negantium: & dicitur apud Iob. iuxta cardines scali perambulati: nec nostra considerat. Contra quam hære sim filius Dei, texuit parabolam apud Matth. Simile (inquit) est regnum celorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis, idest uoluit res gestas eorū ad calculum reuocare. Cum ergo Deus examine quodam exactissimo, nostra sit opera discussurus, imitemur fortem mulierē, de qua legimus in Proue: Considerauit semitas domus sue: & panem otiosa non comedit, idest omnes cogitationes domus cordis sui examinauit: vt exponit Greg. libr. 35. Moralium.

Secundum eandem phrasim Dominus dicit de vastatione Ægypti, à Babylonis, propter scelera eius: Quiescam, & considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est, idest omnia in me ipso luce clarius examinabo, quæ vel apud Babylonios victores, vel apud Ægyptios victos geruntur: vt exponunt Hieronymus Lyranus, Dionysius & Adamus vel certe typo Ægyptiorum, & Chaldæorum, Ecclesia primitiua ab impiis impugnata representatur: de qua dicit filius Dei, considerabo in loco meo, idest ad dexteram Patris residens, quæ fiunt in Ecclesia post ascensionem meam: vt exponunt Procopius, & Vatablus vt omnes iudicem in æquitate, & vt auxilium oppressis præbeam, sicut explicat Origenes super Matth. 16. sic Stephanus lapidibus impetitus dixit: Video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris uirtutis Dei. Sic de loco suo Christus considerat, vt promissionem suam de ecclesia compleat, in Matth. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

Considerate nubes timoris est nota, sicut Ecclesi. ait: Qui considerat nubes nunquā metet. Idest prædicator qui tempestates persecutionū, plus nimio timet. Nō coliget animarū fructum: vt exponit Greg. 3. p. Pastoralis admonit. 16. Ideo Dominus dicit: Neque accedunt lucernam, & ponunt eam sub modio, subaudi timoris inanis, sed vt ibi Hierony. explicat uult Dominus vt prædicator, totā libertate se prodatur. Secūda expositio Glōssæ Interlinealis, qui considerat nubes adulatorum, non metet opera pietatis. Propterea Dominus adulatoribus Pharisæis, & dicentibus: Magister scimus quia ueraces, & uiam Dei in ueritate do-

ces, &c. aspere respōdit. Quid me tētatis hypocritæ: Tertia expositio Lyranī, scilicet, qui generaliter ad opera pietatis tardus, est ob nimiam prudentiam. expectans cōmodiora tempora, nunquam metet fructū æternæ uitæ. Propterea Zachæus sine mora: Stans dixit: Domine dimidium bonorum meorum do pauperibus. & Matthæus ad uñā Domini uocem: Surgens sequutus est eum. Itē Petrus & Andreas: Relictis relictibus sequuti sunt eum.

CAPVT CIV.

Consilium, Consulere, Consiliarius.

CONSULERE Hebraicè dicitur Iaas. 2. Regum. 77. Isai. & 19. & consiliarius dicitur Ioes Isai. 9. Consilium est faciendi, vel non faciendi, ratio ex cogitata. Consulere uero est consilium dare, vel petere. Capitur etiam interdum consiliū pro libero arbitrio. Ecclesi. 15. Deus creauit hominem & reliquit eum in manu consilij sui, ideo Dominus dicebat apud Matth. Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum: idest liberum uolenti permitto consilium, & arbitrium, neminem cogo.

Consilium in Deo ponitur metaphori ce, cū non sit in illo discursus, sed actus unicus, æternus, inuariabilis. Vocatur nihilominus consiliū dispositio eorū quæ ab eo fiunt in tēpore: vt notat Glōssa super illud Iob. Ipsi habent consilium, & intelligentiam. Vbi etiā D. Thom. consiliū (inquit) est in actiuis inuenire uias commodas, ad aliquem finem: quod sine discursu competit Deo. Sic intelligitur illud Pauli in Act. Non enim subterfugi, quo minus annuntiarem, omne consilium Dei uobis, idest uiam quā in lege gratiæ Deus hominibus aperuit ad salutē consequendam. Et ad Eph. Qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis sue: Vbi D. Thom. in commentariis, de hoc (inquit) consilio uoluntatis Dei, dicit Dominus Isai. 46. Omne consilium meum stabit: & omnis uoluntas mea fiet. Non solum autē dicit secundū uoluntatem, ne credas irrationabilē. Sed secundū consilium uoluntatis, ex ratione uidelicet, sine discursu. Hæc D. Tho. cui adde nō solū dicit Apostolus consiliū Dei, ne putes esse coactū, sed consilium uoluntatis, vt liberum esse

intelligas,

Luc. 2.

Matth. 2.

Chrysof. D. Thomas. Lyran.

3 I. Ioan. 5.

Beda.

August.

Lyran.

D. Thom.

Matth. 20. Ioan. 20.

¶ Maria conseruabat omnia uerba Lucæ. 2. uide in uerbo, conferre.

Lyranus.

Luc. 19. Matth. 9. Matth. 4.

¶

I

Ecclesi. 15.

2

Glōssa. Iob. 12. D. Thom.

Act. 20.

Eph. 3.

D. Thom.

Isa. 46.

intelligas. quidquid facit ad extra, nec solum libera voluntate: *Omnia per ipsum facta sunt.* Sed & quod Ioannes addit: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, libere fecit secundum consilium voluntatis suae, in quo sensu dixit filius patri: Reuelasti ea paruulis, ita pater, quia sic placitum est ante te.* In eodem sensu vocatur filius Dei Magni consilij Angelus secundum translationem Sept. De quo in verbo Angelus. **3**
 Ceterum quaestio est quomodo consilium Dei dicitur immutabile Hebr. 6. *Volens Deus ostendere pollicitationis haereditibus immobilitatem consilij sui, &c.* Item apud Isai. *Omne consilium meum stabit.* Cum tamen legamus Luc. 7. *Pharisaei autem & legis periti consilium Dei spreuerunt, non baptizati ab eo, subaudi a Ioanne.* Ad quod propria responsio est, consilium Dei voluntate Dei absolutam includere, quae semper impletur, iuxta illud Pauli: *Voluntati enim eius quis resistit.* Fuit autem consilium Dei: ut filius Dei homo fieret: & a praecursore Ioanne praedicaretur, baptismus quoque Ioannis ad baptismum Christi diserneret: ita tamen ut libere homines ad utrumque conuenirent. Quod plene completum est, quamuis hoc consilium Pharisaei contempserint cum animae detrimento. non tamen illud impedierunt, sicut neque Herodes, qui ad Magorum aduentum turbatus est, & voluit infantem Christum occidere, consilium Dei potuit irritare. Neque olim Iudaei, quando per ironiam & irrisionem dicebant apud Isaiam: *Veniat consilium sancti Israel, videlicet subsannantes Prophetas, qui Babylonicam seruitutem, vel finale iudicium comminabantur.* Et certe per excellentiam iudicium finale consilium Dei vocatur. Quia multi metu comminationis huius respiscunt, audientes: *Erunt signa in Sole & Luna, &c.*
 Consilium pacis vocatur vno hypostatica duarum in Christo naturarum, in dignitate regiam & sacerdotalem in vna Christi persona concurrentes, de quo Zach. 6. *Et consilium pacis erit inter illos duos.* Quod quamuis Hebraei de Zorobabel & Iesu filio Iosedech sacerdote ad litteram explicent, qui ad templi restorationem conspirauerunt, quam sententiam sequitur Theodoretus: quia tamen hoc dicitur de illo, de quo Propheta dixit: *Ecce uir oriens nomen eius, melius explicat Hierony-*

Ioan. 1.
Ioan. 3.
Matth. 11.
Isa. 9.
3
Heb. 6.
Quaestio.
Isai. 64.
Luc. 7.
Rom. 9.
Matth. 2.
Isai. 5.
Luc. 21.
4
Zach. 6.
Theodoret.
Hierony.

mus, quem sequitur Rupert. Cyrill. Lyra. Vatabl. & alij plures ad litteram dici de Christo Domino. Nam & Chaldaeus vertit: *Ecce uir Messias nomen eius, & alij Hebraei de Messia intelligunt, quos li. refert Galatinus 3. c. 16.* Quod vero legimus consilium pacis erit inter illos duos, non ad duas personas refertur, ut ait Ribera, sed ad duos ordines dignitatum, regalem videlicet, & sacerdotalem. Quia vnus Christus rex est & sacerdos secundum ordinem Melchisedech. De quo Magi rogauerunt apud Matth. *Vbi est qui natus est rex? Mihi autem videtur per illos duos intelligi patrem a quo filius oriens dicitur iuxta illud: Ego in patre & pater in me est.* Ioan. 14.
 Consilium in opis confundere, est irridere iusti propositum in Deo firmum Psal. 13. *Consilium inopis confundisti: quonia Deus spes eius est.* Quod Theodoretus, & Lyranus de exercitu Senacherib, qui regem Ezechiam tunc inopia victus, propter obsidionem laborauit, & in Deo nihilominus confidentem irridebat, praedictum putant. Ceterum Vatablus, Iansenius, & Genebrardus generaliter de impiis diuitibus, qui pauperem in Deo confidentem irrident, potius intelligunt. Qualis erat diues ille, qui Lazarum pauperem confundebat. Mystice vero Hierony. & Aug. in opem Christum intelligunt: cuius consilium fuit, per paupertatem, & ignominiam Crucis mundum redimere: quod Pharisaei passim irridebant. Vnde & Dominus dixit apud Matthaeum: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me, & Paulus ad Corint. Pradicamus Christum Crucifixum: Iudaeis quidem scandalum.*
 Consilium fundentium sanguinem iniuste reprobat Gen. 49. *Simeon & Leui uasa iniquitatis bellantia in consilium eorum non intret anima mea.* Hierony. in qq. Hebraicis exponit Iacob in hac sententia declarare, se in ea nece qua Simeon & Leui Sichem & Emor interemerunt minime consensisse. De quo latius in dictione maledicere. Fuerant autem figura sacerdotum & Pharisaeorum, qui collegerunt concilium contra filium Dei. Ioan. 11.
 Quia ut refert Ambros. li. de benedictione Patriarcharum, a Leui, & Simeon sacerdotibus, & Pharisaei descendunt, cui consentit Hiero. sequutus Orig. hom. 17. in Genes. **7**
 Consiliarius est vnum e nominibus filij Dei, Isai. 9. *Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius.* Sic autem Appellatur ut pu-

Rupert.
Cyrillus.
Lyranus.
Vatablus.
Chaldaeus.
Galatinus.
Ribera.
Matth. 2.
5
Psal. 15.
Theodoret.
Lyran.
Vatablus.
Iansen.
Genebrat.
Luc. 16.
Hierony.
Aug.
Matth. 11.
1. Cor. 1.
6
Gen. 49.
Hierony.
Ioan. 11.
Origenes.
7
Isai. 9.

tat Athan. lib. de Beatitud. filij Dei. Propter consilium redemptionis humanae, quam de rigore iustitiae neque purus plane Deus, qui mereri aut pati non potest, nec purus homo qui condigne mereri non sufficit, obtinere valuit. Fuit ergo consilium, ut Deus fieret homo qui pati posset: & condigne debitum solueret. Eandem rationem assignat Dionys. lib. de caelesti Hierarch. c. 4. & Iustin. martyr Apologia. 2. pro Christianis, ad executionem vero tanti consilij consensum praebere debuit virgo Maria ad quam Gabriel Archangelus cum legatione missus est. De hoc consiliario intelligit Hieronymus illud Michae. *Quod ad Hierusalem dicitur: Quare merore contraheris, nuquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perit? Quasi dicat, imo rex tibi est, de quo Magi rogabant: Vbi est qui natus est rex iudaeorum? Et consiliarius, qui omnibus consulit dicens: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum: tollat crucem suam, & sequatur me.*
8
 Consuluit Rebecca Dominum in Genes. *Perrexit Rebecca, ut consuleret Dominum.* Orig. hom. 12. super Genes. in spiritu suo, & in corde putat Rebeccam Dominum consulisse, de prole quam gestabat in utero. Sed quia in Scriptura legimus: *Perrexit Rebecca.* Melius Aug. in qq. 169. super Genes. forte inquit, ad Melchisedech sacerdotem Dei exelsi perrexit. Hoc idem tenet Euseb. Genad. & Lyran. & plerique Iudaeorum. Erat autem Melchisedech, Sem filius Noe qui, vixit quadragenis annis post diluuium, Gen. 11. & post natiuitatem Iacob superuixit annis quadraginta & amplius. Diodorus Tharsenf. & Theodo. addunt supra sententiam Orig. forte ad aram accecisse Rebeccam, in qua aliquando Isaac qui sacerdos erat sacrificabat, & de prole quam in utero gestabat, interrogasse. Est autem probabile consuluisse quoque Dominum de Messia, quidem Abraham primam in femine Isaac mariti sui promissio. Erat autem Rebecca typus Synagogae, sicut Ioan. Baptista, qui quasi nomine Synagogae per discipulos suos, Dominum consuluit dicens: *Es tu qui uenturus es, an alium expectamus?*
9
 Consilium in rebus gerendis capere a prudente in Scriptura laudatur, Ezech. 25. *A presbyteris cognosce consilium, &c. 32. Fili sine consilio nihil facias.* Item Prou. 8. *Ego sapientia habito in consilio.* Ideo Magi in Hierusalem peritos legis consuluerunt, ubi Christus

Athanas.
Dionys.
Iustin.
Luc. 11.
Hierony.
Mich. 4.
Matth. 2.
Matth. 16.
8
Genes. 25.
Origen.
August.
Eusebius.
Genadius.
Lyranus.
Genes. 11.
Diodorus
Tharsenf.
Theodoret.
Matth. 11.
9
Eccle. 25.
Ecclesi. 32.
Prou. 8.

nasceretur, sed spreuerunt consilium Herodis, qui dixit eis: *Et cum inueneritis renuntiate mihi, quia scriptum est: Cum fatuus consilium non habebas non enim poterunt diligere nisi ea quae eis placent.*
CAPVT CLVI.
Consolari, Consolatio.
 Consolari Hebraice dicitur in Scriptura Nacham ut patet. 1. Reg. 15. Consolari est rebus aut uerbis solatiu praestare: & leuare moerorem. Deus dicitur in scripturis per metaphoram, consolationem accipere, Isai. 1. *Heu consolabor super hostibus meis.* Vbi Hierony. consolari Deum super hostibus suis est: ut qui non senserunt beneficia, supplicij corrigantur. Et paulo ante corripit, inquit, hoc loco Scribas & Pharisaeos, de quibus in Euangelio loquitur. *Generatio praua & adultera, signum quaerit* apud Matt. *Et uiri Niniuitae surgent cum generatione ista, & condemnabunt eam.* Tunc ergo consolabitur Deus super hostibus suis, quod uero dicit Heu: plangit certe, clementissimus pater delinquentes, sicut apud Luc. *Videns Iesus ciuitatem fleuit super illam.* & apud Matt. ait: *Hierusalem, Hierusalem, quae occidis Prophetas.* Haec ex Hierony.
 Consolatur Deus populum suum, multis modis: primam remissionem promittens peccatorum per Spiritum sanctum, cui tribuitur remissio peccatorum quia illi bonitas attribuitur quae auferit malitiam peccatorum, Isai. *Consolamini, consolamini populus meus, dicit Dominus Deus uester: loquimini ad eum Hierusalem, &c. Dimissa est iniquitas illius.* Vbi Hierony. *Quis, inquit, est iste populus, quem consolatur per Apostolos & viros Ecclesiasticos? Non Israel, & Iacob, & Iuda, sed de populo Dei, de quo Zach. *Gaude & latere filia Sion: quia ego uenio & habitabo in medio tui.* Ita Procopius quoque & Cyril. Quod capit impleri quando Angeli, nato Domino cecinerunt, *Gloria in excelsis Deo.* Subdit praeterea Hieronymus causaque consolationis remissio peccatorum est: & acceptio Spiritus sancti, de quo apud Ioan. *Si ego non abiero, paracletus non ueniet ad uos, id est consolator: Si autem abiero mittam eum ad uos.* Item consolatio Israel dicebatur aduentus Messiae, sic Simeon iustus. Luc. 2. *Erat expectans consolationem Israel.*
 In eodem sensu dicitur Isai. 49. *Iubilate mo-**

Matth. 2.
Eccle. 8.
Isai. 1.
Hierony.
Matth. 11.
Luc. 19.
Matth. 23.
Isai. 40.
Hierony.
Zach. 2.
Procop.
Cyrill.
Luc. 2.
Hierony.
Ioan. 16.
Isai. 44.

Hierony. tes laudem: quia consolatus est Dominus populū suum: & pauperū suorū miserebitur, idest eos, qui ex Iudæis credere voluerunt: vt Hieronimus ait, qui sunt populus eius, quod verò subdit & pauperum suorū miserebitur de gentilibus intelligit, qui pauperes dicuntur, quia neque legem habuerunt, neque Prophetas. Eodē modo exponit Eusebius lib. 2. de demonstratione cap. 21. & Aug. lib. de vnitāte Ecclesiæ cap. 7. & Cyrillus hoc loco, Vatablus quoque, & Lyrā. & Glossa, de quo apud Matth. Multi ab Oriente, & Occidente uenient. De quo etiam Isaias: Consolabitur Dominus Sion: & consolabitur omnes ruinas eius. Quod licet Hebrei ad tempora reuocent Zorobabel, non quadrat tamen iste sensus cum præcedentibus, & subsequētib; nisi de aduētu Christi, quia subdit: Prope est iustus meus, egressus est saluator meus, &c. Ita exponunt Iustinus, Procopius, Cyrillus, Vatablus, Lyranus, Aug. Matth. 5. Matth. 15. Lyrā. Ioan. 12. 4 Hiero. Hierony. Lyranus. Ioan. 16. Isai. 16. Luc. 4. Matth. 5. Ioan. 16.

idest consolator, &c. Ipse testimonium perhibebit de me, consolans credētes, sic legimus Isai. E. cū Hierusalē consolabimini, idest cū illa: Quæ sursum est mater nostra. Ita exponit Ambro. li. 3. super Lucē. 3. & Aug. li. 20. de ciuitate ca. 21. itē cū Ecclesia Christi. Consolabatur quoq; Dñs populū antiqū sub lege spe liberationis à Babylonica seruitute, sic Zach. 1. &: Respondit Dñs Angelo uerba bona: uerba consolatoria. Videlicet de reedificatione ciuitatis, vt exponit Hiero. de qua infra subdit: Et consolabitur adhuc Dñs Sion. Itē in Psal. In conuertēdo Dominus captiuitatē Siō, factis sumus sicut consolati. vbi Geneb. explicat particulā sicut, appositā, vt denotaretur tanta vis consolationis, vt quasi somniū videretur: sicut in Act. Apostolus quādo petrū Angelus à carcere liberauit: Putabat se uisum uidere. Sic apud Liuium li. 33. De græcis audiētib; vocē præconis beneficio populi Romani, cōcedētis omnibus libertatē. Alij (inquit) alios intuebatur mirabūdi, velut somnij vanā speciē, sic etiā Theodor. particulā sicut ad exaggerationē notat pertinere lætitiæ: Cyro Iudæis libertatē largiatē, sic etiā mystice de sanctis animab; de corporis ergastulo, in cælū sublatis intelligitur: quib; Dñs ait apud Ioā. Et iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum. Contolationes vitæ præsentis, qui propter desiderij Dei fastidio habet, consolationē spiritualē experitur, sic Greg. super Iob. 2. 8. vbi explicat versiculū Psal. de Dauid, qui decebat: Renuit consolari anima mea memor sui Dei: & delectatus sum, & exercitatus sum. Quia videlicet nec regia dignitate, neq; opibus delectabatur, ideo memoria Dei consolationē capiebat, sic etiā Aug. super Psal. & Theodor. Quod vsq; adeo verum est, vt fili; Dei Apostolis dixerit post suū ascensum in cælū, & nō atea missurū paracletū, idest consolatorē, quia vidēs Apostolos præsentia corporis sui mortalis adhuc & visibilis, humano quodā affectu delectari, dixit eis apud Ioā. Amē dico uobis, expedit uobis ut ego uadā, si enim nō abiero, paracletus, idest consolator: non ueniet ad uos. Quod verò dicit Propheta: Delectatus sum, vox in hebreo significat præ lætitiā vociferatus sum & iubilauit, est enim uerbum Hamach. Sic etiā Psal. 83. Cor meū & caro mea, exultauerūt in deū uiuū. Quia impetus gaudij mētalis in corporis lætificationē erūpit, sic Maria dixit: Exultauit spiritus me; in Deo saluari meo.

Isai. 66. Heb. 12. Ambrosi. August. 5 Zach. 11. Hierony. Psal. 125. Genebrar. Act. 12. Liuius. Theodoret. Ioan. 16. 6 Greg. Psal. 76. Aug. Theodoret. Ioan. 16. nah Psal. 83. Luc. 2.

7 Gen. 5. Hierony. Philoso. Chryso. Hierony. Quæstio: Diod. Thar. Caieta. Lyranus. Dionysius. Abulensis. Matth. 11. Psal. 103. Ioan. 6. 8 Hier. 31. Matth. 2. Chryso. Theodoret.

Cōsolatus est Noë generationē suam, in cuius natiuitate pater eius dixit: Iste consolabitur nos ab operibus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus. Hieronym. in qq. Hebraicis allegat Septuag. qui vertit: Iste requiescere nos faciet, quia Noahh requies interpretatur, vnde Noë ab eo quod omnia opera requieuerunt sub eo, per diluuium appellatus est requies. Ad idem alludit Pnilo lib. Antiquitatum, cui subscribit Chryso. Cæterum Hierony. potius vertit: Iste consolabitur, quia uerbū Ienah, menu, quod hic ponitur, non deriuatur à uoce Nah, idest quiescere, sed à Nahhā, quod est cōsolari: ideo Hierony. reliquit hoc loco Sept. Porro quæstio est inter patres, in quo Noë consolatus est mundū. Ad quod respondet Diodorus Tharsensis in Catena Lyppoma, Caieta. Nicola. Lyrā. Diony. Carthu. hoc loco, & Abulensis. Secundū Hebræorū traditionē Noë primum inuentorem extitisse iungēdi boues ad arandum: in quo genus humanū cōsolatus est. Quod licet probabile sit, non tamē habetur in Scriptura sacra, in qua quidē habentur alia duo certissima, quibus Noë uniuersum consolatus est mundū. Alterum quod post Adā unicus fuit propagator humani generis, quod alioquin, nisi per illū periisset: omneq; genus animalū, & uolatilū in arca seruauit. Et maxime, quia ex eius progenie, crediderunt parentes eius, Messia proditurū, qui consolatus homines dicturus erat: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā uos. Alterū uero fuit, quod primus legitur uinē plantasse. Vnde non solū uinum expressum cor hominis lætificat, iuxta Prophetā, sed in eo quidē consecratur sanguis Christi: de quo Dominus ait: Sanguis meus uere est potus. Consolari renuit Rachel, idest Bethlehē de cede infantū ab Herode facta: sicut prædixit Hierem. quē citat Matth. agens de innocentiū strage in Hieremia ergo, sic legimus: Vox in excelso audita est lamentationis, luctus, & fletus Rachelis plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia nō sunt. Vbi Septuag. Rhama posuerunt, Hebræa uoce relicta, scilicet, vox in Rhama audita est. Vnde quia est quædā ciuitas Rhama in tribu Benjamin, non longe à Bethlehē, Chryso. & Theodo. aliiq; Græci patres putant uoces lamen-

tantū matrum, vsq; ad illam ciuitatē peruenisse. Imo Iustinus martyr, in dialogo contra Tryphonē, vsq; ad ciuitatem aliā Arabiæ, quæ Rhama quoq; uocatur famā Herodianæ in pueros crudelitatis peruenisse testatur, ubi Magi eam audierunt. Cæterū Hierony. putat, non pro ciuitate quidē, sed pro excelso capi Rhama, quasi dicatur: Vox in excelso audita est. Quod probabilius censo, subscribunt autē Beda, Glossa. Lyrā. & Abulens. q. 7. 2. super Matth. Quomodo autem Rachel plorare dicatur: Hierony. etiā exponit. Quia nimirū corpus eius sepultum fuerat, prope Bethlehē, quæ olim dicta est Ephrata: & à uicinitate loci, matris nomē accepit. Postremò. Noluit Rachel, idest Bethlehē, consolari, quia nō sunt, idest noluit ea falsa cōsolatione, leuare dolorē, quia licet occisi fuerint: uere quippe paruulorum animæ sunt apud Deū coronis martyriū redimitæ, sicut explicat Hilarius. Vel certē, quia nō sunt ad uitā rursus mortale reuocandi, vsq; ad finale iudiciū cum corporibus gloriosis: ita exponit Iustinus in dialogo contra Tryphonem, & Chryso. Iustinus. Chryso. Hierony.

CAPVT CLVII. Consors, Constantia. CONSORS Et particeps, dicitur Hebraice Chaber, Iob 40. Diuident eum amici consortes. Consors dicitur eiisdē fortis, idest conditionis & fortunæ, & qualitatis, in omni re, & negotio. sic Assuerus Reginā Esther uocauit consortem regni nostri. ca. 1. 6. Et uxor dicitur consors uiri sui. Consortes Christi uocantur homines propter naturā humanam, eiisdē cum humanitate Christi speciei. Psal. 44. Dilixisti iustitiā, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Septuag. ut notat August. ponunt Deus in uocatio priori loco. Idē notat Hierony. in epist. ad Principiam, in expositione huius Psalms, quasi dicat: ad hoc (O Deus) unxit te Deus. Vinctus est ergo, inquit, Deus à Deo, quo oleo, nisi spirituali? Quod uero transfert uulgata præ cōfortib; tuis Sept. dicūt, præ participibus tuis. Qui enim, inquit, Aug. participes eius, nisi filij hominū? quia & ipse filius ho-

Hebr. 1. minis. De quo Paul. Quia pueri eius comu-
nicauerunt carni & sanguini, ipse similiter par-
ticipauit eisdem. Theod. addit, vel secundum
Symmachum pre sociis tuis, participes autem
eius & socij, & fratres secundum humanitatem
Rom. 8. sunt credentes, ut Paul. ait: Ut sit ipse pri-
mogenitus in multis fratribus. Quia ergo con-
sortes nos fecit sui secundum naturam hu-
manam, sibi hypostaticam unitam, consequen-
ter & confortes nos fecit diuine nature in
seipso: quia ipse Deus & verus homo est, in
quo nos sumus cuius confortes sumus: ita ut
verum dicamus homo est Deus in Christo.
2. Petr. 1. Sic intelligitur illud Petri: Magna nobis est
preciosa promissa donauit, ut diuine efficiamur
confortes nature. Quod tunc primum
impletum est, quando Maria dicitur: Ecce an-
cilla Domini. Mox Verbum caro factum est. Su-
mus etiam confortes diuine nature, id est
participes quidem dono gratie iustificationis.
Iuxta illud Psal. Ego dixi diis es, & filij ex-
celsi omnes. Quod Christus de Prophetis
dictum allegat apud Iohannem. In eodem quoque sen-
su apud Mattheum cum dixisset: Diligite inimicos
uestros. Addidit: Ut sitis filij Patris uestri
qui in caelis est. Postremo confortium fami-
liaritatem significat: unde facies Moyse re-
flectit ex confortio sermonis Domini. Tri-
bus ergo modi confortes Christi sumus:
primo, quia homines sumus sicut ille vere
homo est licet Deus sit: secundo, quia iusti-
ficati deificamur: tertio, quia familiares ei-
dem sumus, & cibo corporis eius sagginamur.
Iohannem 6. Caro mea uere est cibus.
Conspicere, vide Aspicerem.
3. Constantia uirtus est, que inclinatur ad per-
sistendum in bono incepto, contra quacumque
exteriora impedimenta, siue tentationum
carnis, siue diaboli, siue mundi, excepto te-
dio, & difficultate proueniente ex diuturni-
tate actus. Nam hoc vincere ad perseveran-
tiam pertinet. Sicut docet D. Thomas. 2. 2. q. 137. art. 3. Fuit itaque constantis Susanna,
que a senibus sollicitata, metu quoque; mor-
tis, & infamie incusso, fortis in castitate
permansit. Porro Iosephus non solum constantis,
sed & perseverans fuisse dignoscitur. De
quo legimus in Genesi. Huiusmodi uerbis per
singulos dies loquebantur: & mulier molesta
erat adolescenti: & ille recubabat strupum, &c.
quia difficultatem quoque; uicit Iosephus, ex
diuturnitate sollicitationis foemine procedente,
qualis in Susanna minime fuit. Sic
& Iudith, quae paruo quidem tempore apud

Olophernem egit, formidinem tamen foemi-
neam uicit, constantis fuit: quam uirtutem illa pe-
tuit a Domino: Da mihi, ait, in animo constantiam.
De qua etiam meminit. c. 16. in cantico di-
cens: Amputauit pugione ceruicem eius, id est
Olophernis: Horruerunt Persae constantiam
eius, & Medi audaciam eius. Et certe non mi-
nus constantis, quam Iudith, Maria uirgo fuit,
que cum turbata esset in sermone Angeli: ni-
hilominus rogauit eum: Quomodo fiet istud,
quoniam uirum non cognosco? Hoc est con-
stantis in proposito castitatis sum, etiam pro-
missa mihi matris Dei filij dignitate.

CAPVT CLVIII.
Constituere.

Constituere, dicitur Hebraice Ma-
nah, Dan. 1. Constituit eis annonam.
Constituere est statuere, definire, propo-
nere, perficere. Sic Genes. 9. Dominus dixit ad
Noe: Hoc est signum foederis, quod constitui
inter me, & omnem carnem super terram, &c.
id est, quod proposui, ne deleterem terram am-
plius uniuersali diluuiio. Fuit autem Philo-
nis sententia. Signum hoc non quidem Iridem
fuisse uersicolorum, sed in nubibus esse toni-
trua, quibus Dei omnipotentia designatur.
Eodem modo exponit Ambrosius. li. de Noe, &
arca. c. 27. Ita ut sit sensus. Ponam arcum
meum, id est moderationem faciam in nubibus,
ne sit uniuersale diluuium. Ceterum de iride
potius intelligunt Chrysostomus, Eucherius, Ru-
pertus, Glossa, Histor. scho. Alcuinus, & Hiero-
nymus. super illud Ezechiel. 1. Velut aspe-
ctus arcus cum fuerit in nube. Et Augustinus. lib. 12.
contra Faustum. Est etiam notandum sententiam
fuisse Glossam & Alcuini. Ante diluuium arcum
minime non apparuisse, quod non tenetur,
quia ut inquit Augustinus. Deus res creatas sic
administrat & regit, ut eas agere sinat pro-
prias operationes, & motus, quare cum sit
arcus naturalis, non defuit unquam, sed datum
est signum ad placitum, ut dicit Lyranus. sicut la-
pis iacens in agro, ponitur interdum ex be-
neplacito, ut signum diuisionis hereditatis:
sicut dixit Rabbi Moyses Gerunden-
sis: ideo non dixit textus: Hoc est signum
quod creauit denuo, sed quod constitui.
Ad diuinam autem clementiam pertine-
bat hoc signum constituere, ne ad singu-
las tempestates pauidi essent homines, &
anxii, ut Chrysostomus ait. Praeterea ut
typus esset foederis Christi cum Ecclesia,

Iudith 9.
Iudith h 16.
Luc. 1.
Gen. 9.
Philo.
Ambrosi.
Chrysost.
Eucherius.
Rupertus.
Glossa.
Histo. Scho.
Alcuinus.
Hierony.
Glossa.
August.
Lyranus.
R. Moyses.
Chrysost.

vt notat

Rupertus. vt notat Rupertus super illud Isa. Sicut in
diebus Non habet mihi est. Quod Christus
denique; pollicetur dicens: Et porta inferi non
preualebunt aduersus eam, uidelicet propter
pactum cum ea factum.
2. Constitutum uocant Prophetam per
excellentiam, quod firmiter decretum est
a Deo, sine retractatione, aut conditione.
Sic de incarnatione filij Dei de stirpe Da-
uid, ut Lyranus ait, dicit regius ipse uates
2. lib. Regum. Dixit uirum constitutum est de
Christo Dei Iacob. De quo in Psal. Semel
iuravi in sancto meo si Dauid mentiar, semen
eius tu aeternum manebit. Et Psal. 4. Quonia-
tu Domine singulariter in spe constitui mihi.
Vbi recte Lyranus. Singulari certitudine
fuisse Prophetam asserit certiore factum,
de consequitione regni aeterni per Chri-
stum. Ideo Gabriel de hac speciali consti-
tutione facta Diuidi, meminit in legatio-
ne ad Mariam. Et dicit, inquit, illi Deus se-
dem Dauid patris eius.
In eodem quoque; sensu filius Dei dicit
Psal. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo
super Sion montem sanctum eius, praedicans
praecipuum eius, id est irrefragabili decreto
praedestinatus sum filius Dei, ut inquit
Apostolus ad Romanos. Quia Christus non se-
meritum clarificauit, ut pontifex fieret, sed
qui loquutus est ad eum, filius meus es tu, ego
hodie genui te. Sic explicant super Psal. 2.
Hieronymus, Augustinus, Theodoretus, Glossa,
Lyranus, Vatablus, Euthymius, & alij.
Vnde recte solus natus est rex, iuxta illud
Matt. 2. Vbi est qui natus est rex, &c. Quia
nimirum ab aeterno singulari fuit praor-
dinatione constitutus, Hebr. 1. Quem con-
stituit heredem uniuersorum, per quem fecit
& secula. Porro secundum humanam pla-
ne naturam, heredem intellige constitu-
tum, quia secundum deitatem non est co-
stitutus, sed natus & creator saeculorum,
sicut explicat Chrysostomus, Theophylactus,
Theodor. D. Thom. Lyran. & alij. Ceterum
in Psal. 2. ubi Christus ait: Ego autem consti-
tutus sum rex super Sion. Hebraeo pro constitutus,
est uox Nasaeti, pro qua uertit actiue Hiero-
nymus. Ordinari, sed passiuem accipit, ut
Gen. 1. ait. Praeterea secundum eandem phra-
sim dicitur actiue de homine Christo: Hic
constitutus est a Deo, iudex uiuorum & mortuo-
rum, Et Psal. Dauid non in sua persona, ut Ly-
ran. & Iansen. aninus recte putauerit, sed
potius in persona Christi, quam ut pater

Matth. 16.
2.
Lyranus.
2. Reg. 23.
Psal. 88.
Psal. 4.
Lyranus.
Luc. 1.
Psal. 2.
Rom. 1.
Hebr. 5.
Hierony.
August.
Theodoret.
Glossa.
Lyranus.
Vatablus.
Euthym.
Matth. 2.
Hebr. 1.
Chrysost.
Theophy.
Theodoret.
D. Thom.
Lyranus.
Psal. 2.
Hierony.
Genebrar.
Act. 10.
Psal. 17.
Lyranus.
Iansen.

eius secundum carnem representabat pre-
dixit: Constitues me in caput gentium. Sic ex-
plicat Hier. Aug. Cassiod. Remig. Theod.
Glossa & Genebr. unde Iohannem 1. oratione
dixit: Alias oues habeo, quae non sunt ex hoc
ouili, & illas oportet me adducere, & in oem
meam audient. Dauid autem non fuit rex Ge-
beli constitutus, sed duodecim tribuum Israel.
Constituit etiam Dominus Apostolos princi-
pes Ecclesiae, Psal. 44. Constitues eos princi-
pes super omnem terram. Quod etiam ad Episco-
pos in suo gradu & districto extendi po-
test: ita exponit Hier. Aug. Cassiod. Glossa,
Lyran. Vatab. Iansen. Genebr. & Arnobius qui
ait, pro duodecim Patriarchis nati sunt
duodecim Apostoli, quos Luc. 6. Dominus ele-
git. Eodem modo Theod. dicit, inquit, Iu-
dei, quos non habuerint filios, qui totam terram
imperauerunt: sed extremam feracitatem fer-
uiunt. Hec illi. Et qui se hunc principatum
amplissimum Apostolis Dominus dedit, quan-
do dixit apud Iohannem. Sicut misit me Pater, &
ego mitto uos. Et rursum. Ego elegi uos, &
posui uos ut eatis, & fructum afferatis, & fru-
ctus uester maneat. Denique; apud Mattheum di-
xit: Eritis doctores omnes gentium, & apud Mar-
cum. Prædicare Euangelium omni creature.
Constituere dicitur Dominus legislatorum,
quidem malum in peccata, id est peccata:
Psal. 9. Constitue Domine legislator super eos, ut
sciant gentes quonia homines sunt. Quod quia
uis Theod. & Lyran. in bonum accipiant, &
legislatorum Christum intelligat, qui tamen
totus ferè Psal. est de impio, & impiorum
magistro: multo quidem aptius de Antichri-
sto intelligitur, qui hoc loco Hebraice
More, per Segol, id est magister & doctor
uocatur, propter dogmata impietatis. Sic
explicat Hiero. Aug. Cassiod. Glossa, &
Genebr. De quo apud Mattheum. Erunt tribulationes
magna, qualis non fuit ab initio mundi, & c. ad
quod alludens Chaldaeus uertit: Constitue
Domine timorem super eos.
Constituere est aliquando, fingere, & co-
ponere, Psal. 40. Verbum iniquum constituerunt
aduersum me: inquit quid qui dormit non adu-
ciet, ut resurgat Vatab. Iansen. & Genebr. se-
quenti Hebraeos, hoc in persona Dauidis
dictum putat in persequitione Absalonis,
sed contradicere uidetur, quod legitur
Iohannem 13. ubi Dominus de se protulit se-
quentem uersiculum: Etenim homo pacis
meus, & c. magnificauit super me supplantatio-
nem, id est Iudas, praemisit Euangelista,

Hierony.
August.
Cassiodorus
Remigius.
Theodoret.
Glossa.
Genebr.
Iohannem 10.
4.
Psal. 44.
Hierony.
August.
Cassiod.
Glossa.
Lyranus.
Vatablus.
Iansen.
Genebr.
Arnobius.
Luc. 6.
Theodoret.
Iohannem 20.
Iohannem 13.
Matth. vii.
Marc. vii.
5.
Psal. 9.
Theodoret.
Lyranus.
Hierony.
August.
Cassiod.
Glossa.
Genebr.
Matth. 24.
Chaldaeus.
6.
Psal. 40.
Vatablus.
Iansen.
Genebr.
Iohannem 13.

Yy 2 quoque;

quog; vt impleatur scriptura, &c. Quare tenenda potius est expositio patrum, de Christo hoc exponentiu: ita Aug. Hiero. Theodor. Glossa, Cassiodor. & Lyranus. Verbum autem iniquum, quod ait filius Dei. *Constituerunt aduersum me*, putat August. fuisse illud quod dixerit apud Mat. *Venite occidamus eum, & nostra erit hereditas*. Sed frustra, quia vt inquit Theodoretus: *Tertia die resurrexit*, sicut dixerat apud Matth. & Luc. *Et tertia die resurget: Nunquid ergo qui dormit non adiciet ut resurgat: quod etiam prædixit Dñs Mat. 12. Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic & filius hominis erit in corde terræ tribus diebus, &c.*

7
Hier. 1. Hierony.

Theodoret.

Nicolaus Papa.

Ioan. vlt.

Matth. 16:

Clem. Papa.

Bonif. Papa.

Leo Papa: Gelaf. Papa.

1. Cor. 6.

8
Chrysof. Theophy. Lyranus. Matth. 24. Sap. 8. Hierony. Euthymius.

Constituit Deus suos sacerdotes super gentes & regna, præsertim summū pontificē. Sic legimus Hiero. 1. *Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna*. Vbi Hierony. Quidā, inquit, hoc referunt ad Christum, Regem regū, sed dici super persona Hieremias, nulla dubitatio est. Hæc ille. Eodem modo Theodoret. quia sacerdos erat Hieremias de sacerdotibus, scilicet Anathoth, Vnde recte ex hoc loco Nicolaus Papa in epist. quæ refertur titulo de maiestate & obediētia, cap. Duo lumina. Probat sacerdotis potestatem, maiore esse quā Imperatoris, quod in spiritualibus intelligit. Quis enim dubitet Imperatorem & Regem, vnā ex ouibus esse: de quibus Petro Dñs dixit: *Pasce oues meas*. Et quem ligare potest & soluere, iuxta illud Mat. *Quidquid ligaueris super terram, ligatū erit & in cælis*. Hinc Clemēs Papa, & mart. ep. in 1. to. cōciliorum. Omnes, inquit, principes terræ sacerdotibus obediāt. De quo lege ep. Bonif. Papæ I. quæ est prima ad Honorij Imperatorē. & ep. 94. Leonis Papæ. & ep. Gelasij Papæ ad Anastasium Imperatorē. Vnde & Paulus ostendens quanto pluris faciendi sunt sacerdotes, quā iudices sæculi. 1. Cor. 6. *Contemptibiles, inquit, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum*.

Constituit ergo Dñs in temporalibus reges super subditos, sed in spiritualibus prælatos Ecclesie, & sacerdotes. Sic explicat Chrysof. Theophy. & Lyran. illud Matth. 24. *Quis putas est fidelis seruus & prudens quæ constituit Dominus super familiā suam? Iuxta illud Sapient. Per me reges regnant, &c.* Sed Hierony. de folis Aposto-

lis & prælati Ecclesie dictum putat. Eodem modo Euthymius, Anselmus, & D. Thom. qui dicunt emphasim habere verbum istud: *Quem constituit Dominus*: quia multi seipfos, vel precibus, vel precio, vel ambitione constituunt, contra dictū Apostoli: *Et nemo assumit sibi honorem*.

¶ *Supra multa te constituam*. Matth. 25. quare in verbo Fidelis.

¶ *Constitui custodes*. Isai. 62. quare Custos.

¶ *Constituite diem solemnem*. Psalm. 117. quare Cornu.

¶ *Constituit terminos populorū*. Deut. 32. vide in verbo Angelus, & sic de similibus.

CAPVT CLIX.
Consuetudo.

CONSVETVDO Mos & via dicitur Hebraicè Derch. Psal. 1. Gen. 31.

Consuetudo est quæ lōgo paratur vsu, & exercitatione cuiusvis rei, siue bonæ, siue malæ. Vt autem vim legis obtineat, oportet vt sit rationabilis, & legitime præscripta. Alioquin iuri naturali, vel rationabili legi obstare non potest, vt inquit Gregor. Papa IX. de consuetudine capit. vlt. *Licet etiam, inquit, longuæ consuetudinis, non sit leuis autoritas, non tamen est usque adeo ualitura, ut uel iuri positiuo debeat præiudicium generare: nisi fuerit rationabilis, & legitime sit præscripta*. Hæc ille. Quando verò consuetudo cum lege concurrat, maiorem vim habet, sicut apud Lucam legimus: *Cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo*. Item ibidem quando mansit in templo filius Dei annorū duodecim legimus: *Ascendentibus illis in Hierosolimam, secundum consuetudinem diei festi, &c.* Vbi consuetudinem legem appellat, quæ habetur Exo. 23. *Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo, id est in tabernaculo, vel in templo*. Optabile autem esset vt omnis lex naturalis & Ecclesiastica, atq; diuina, à teneris vnguiculis consuetudine obseruationis, in nobis altas radices ageret. Vnde & Poëta dixit 2. Georgicorum.

Adeo in teneris consuescere multum est.
Et Horatius.

Semel imbuta recens seruaabit odorē, testa diu.

Anselmus. D. Thom.

Hebis.

Greg. Papa.

Luc. 2.

Exod. 23.

Virgilius.

Horatius.

Sic & Plinius asserit. Ceruos teneros adhuc pulles suos, docere meditari fugam, serpentes quoque ciconiæ pullis edendos portant, vt eiusmodi cibis assuescant, & auiculę dulciorem cantus melodiam pullos docent, quod in Philomena præsertim obseruatum est, deniq; consuetudo leones domat: neque quicquam, tam asperū est aut durū, quod nō mollescat cōsuetudine. Vnde Cælius li. 8. c. 7. & Plutarchus narrat, Schilium Philosophū, in Theatro ad sotiū dixisse: Aduertis, quam efficax sit consuetudo, athleta plagis affectus, nō clamat: clamant autē aspectantes. Mithridates præterea Rex Pōti robustissimus, cū victus esset à Romanis venenū sumēs, vt vitā sibi auferret, lēdi nō potuit: quia consuetudinē habuit parum veneni quotidie, quod necare nō poterat sumere. Consuetudo castitatis, legiq; seruandæ ab infantia, Susannā contra senes constantē reddidit. Et Ioseph inuictū, contra dominā ad strupum allicientē. Consuetudo de fendēdi oues gregis sui cōtra leones & vrsos, fortē effecit Dauid cōtra Goliath. Rei militaris consuetudo fortiorē reddi: Iudā Machabæum ad bella Dñi. Deniq; consuetudo legis seruandæ à teneris annis, septē pueros Machabæos ad tormēta crudelissima pro religione ferēda fecit inuictos.

Consuetudo praua difficile vincitur, nisi alia cōtraria cōsuetudine virtutis & honestatis erradicetur. Vnde Bernardus ser. 13. Abscindatur, inquit ferro acutæ compunctionis, vlcus inueteratæ cōsuetudinis. vbi ferrū vocat, consuetudinē peccati vsu firmatā. Et Chrysof. ho. 6. ad Populū. Res, inquit, corrigēdi difficilis est cōsuetudo: scio ego, & propterea vos festino in aliā consuetudinem bonā inducere, Idem ho. vltima de Pœnitentia. Planta, inquit, humi nuper consita, facile reuellitur: sed quæ multo tēpore radice firmata fuit, non item: & difficilī recenter fundatū facile subuertitur: bene autem fundatum diruere conātib⁹, multa præbet negotia: & febris ab initio aggressa, non magna siti laborantes exurit: postquā verò inualuerit accendit fornacē. Sic in vitioso accidit affectu, si circa primordia nō prohibuerimus. Hæc ille. Vnde & Poëta.

Principiis obsta, sero medicina paratur.
Adhibet autē, & aliud remediū Chrysof. contra prauā consuetudinem, homilia de

Plinius.

Cælius. Plutarchus. Schilius.

Dan. 13. Gen. 39.

1. Reg. 17.

1. Mach. 2.

2. Mach. 7. 2

Bernardus.

Chrysof.

David & Saule. Morbū, inquit, qui multo tēpore cōcretus sit, qui radicitus euellere voluerit, non satis est ad correctionem vnus duorum dieum monitio: verum oportet frequenter, & diebus pluribus in hac cura versari. Et Basil. respōsione 6. ad quæstiones late suas. Cōsuetudo, inquit, vetustate firmata, naturę vim solet nasci: illā autem nullo modo poterimus vincere si multa hinc inde habeamus, quibus temerē animus distrahatur: & vitę huius negotiis implicetur. Hæc ille. Quare consulte magnates faciūt, qui circa hebdomadā sanctam, vel quadragesimam in monasterium soli recedūt: vt consuetudines mūdi, contrariis actibus in secreto radicitus euellāt. Iuxta illud Thren. 5. *Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se supra se*. Et Psal. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine*. Ideo filius Dei, quamuis ipse sibi nō indigeret, in deserta nonnunquā recedebat, sicut Ioā. 6. *Subiit in montē Iesus, & apud Mat. Duclius est Iesus ab spiritu in deserto*.

Consuetudo peccati neminem debet ad desperationē inducere, cū legamus: *Sana-biles fecit Deus nationes hominum*. Quod si quis obiciat illud Hierem. 13. *Si potest Ætiops mutare pellē suam, aut pardus uarietatem suam, sic & uos poteritis benefacere, cū didiceritis mala*. Respōdet Hieron. ibidē, sed hoc quod hominibus impossibile est, Deo possibile est. Vnde & mulieri, quę erat in ciuitate peccatrix fecit mutare pellē & uarietate: ita, ut remitterentur ei peccata multa, quoniam dilexit multū. Matthei quoq; pellē mutauit, quē de telonario fecit Apostolum. Et latroni confitēti dixit: *Hodie mecū eris in paradyso*. Itē Ezech. 10. *Auferā, inquit, a uobis cor lapideū: & dabo uobis cor carneū*. Vnde Iob ait: *Lapides excauant aquæ, & gutta cauat lapidē non ui, sed sepe cadendo*. Sic assiduis fletibus praua consuetudo deturrit.

CAPVT CLX.
Consumere, & Consummare.

CONSVMERE Dicitur in Hebraeo Dacha, Iob. 4.

Consumere est destruere & in nihilum redigere. Genes. 35. *Et consumptus est mortuus est*. & Exod. 18. *Ietro*

Basilius.

Thre. 5.

Psal. 54.

Ioan. 6. Matth. 4.

Sap. 1.

Hier. 13.

Hieron.

Luc. 7.

Matth. 9.

Luc. 23.

Ezech. 10.

Iob. 14.

Gen. 35.

2
Deutero.
Lyranus.
Theophy.
Glossa.
Matth. 25.
Luc. 7.
3
Hier. 46.
Isai. 27.
Hierony.
Matth. 23.
Isa. 31.
Hierony.
Lyranus.
Rom. 10.
Ioan. 10.
Iob 30.
Luc. 16.
Osc. 11.

Moyfi dixit stulto labore consumeris.
Cōsumit Deus sicut ignis peccatores,
Deut. 4. *Deus noster ignis cōsumēs est.* Vbi
Lyranus Deus inquit, acriter punit, sicut
ignis acriter cruciat. Theoph. super Heb.
1 2. vbi citatur testimoniū hoc. Consumit
inquit Deus peccatores, & aduersarios po-
puli sui. Glossa vero interlinealis cōsumit
peccata & peccatores, vnde apud Matth.
dicet reprobis: *Recedite à me maledicti in
ignem aternū.* Sed interdum manēte per-
sona & respiciente, sola peccata consum-
mit, sicut de peccatrice dixit: apud Luc.
*Remittuntur ei peccata multa, quoniam dile-
xit multum.*
Consumere tamē in scriptura frequen-
tius est puniendo delere, Hierem. 46. *Tu
noli timere serue meus iacob, ait Dñs: quia
ego tecum sum. Quia ego consumā omnes gen-
tes, ad quas eieci te: te vero non consumam, sed
castigabo te in iudicio.* Cæterum cōtra hoc
esse videtur, quod de Hierusalem dicitur:
Isai. 27. *Ciuitas enim munita desolata erit,
&c. ibi pasceatur uitulus, & ibi accubabit: &
consumet summitate eius.* Vbi Hieronymus
vitulum exponit Romanum exercitum
sub Imperatore Tito, de quo apud Matt.
Ecce relinquetur domus uestra deserta. Item
apud Isa. *Corruet auxiliator, & cadet cui
præstatur auxiliū, simulque omnes consu-
nentur.* Id est corruet Ægyptus qui auxiliari
voluit Hierusalem, à Babyloniis obfesse:
& corruet quoque Hierusalem, & redige-
tur in puluerem, vt Hieronym. explicat.
Sed nulla contradictio est: quia Hiere-
mias, negat quidē Iudæos consumendos,
etiam cōsumpta ciuitate Hierusalē. Enim
vero vel in Christum credentes saluati
sunt: vel dispersi ad finem vsq; mūdi per-
manebunt, vt Lyranus ait. *Quando reli-
quæ illorū saluæ fient: Vt fiat unum ouile,
& unus pastor, sicut Dñs dixit Ioā. 10. quod
erit in fine mūdi.* Isaias vero non tā de Iu-
dæis, quā de ciuitate eorū cōsumenda, lo-
quitur est. in eodē sensu de iustis Iob di-
cit: *Veruntamē non ad consumptionē eorum,
emittes manū tuā: & si corruerint ipse salua-
bis.* Sic Lazarū vlcerofum squalore & fa-
me corruentem, Dñs non omnino con-
sumpsit, imo saluauit. De reprobis autem
filiis Ephraim ab Assyriis deuastatis, di-
cit Oseas: *Cæpit gladius in ciuitatibus eorū,
consumet electos eius.* De Hierusalem quo-
que à Babyloniis bona ex parte combu-

sta, sub similitudine palmitis dicitur in
Ezechie. *Partem eius consumpsit ignis.*
Consumptus ferē vir pœnitēs, restau-
ratur, Iob. 11. *Cum te consumptum putau-
ris orieris ut Lucifer.* Vbi notat Beda Lu-
cifer per occultas, cursus sui metas, aliquā
do occultatur: sed repente oritur in auro-
ra. Sic pœnitens post luctus sui tenebras,
iustificationis lumine repente refulget.
Quod mulieri contigit peccatrici: quę re-
tro, secus pedes Domini fleuit. Et quasi
Lucifer orta surrexit.
Consumere est aliquando comedere,
Dan. 14. *Et consumebantur omnia, quæ erāt
super mensam.* Præterea consumptio voca-
tur prodigalitas & commessatio, sic Eccli.
ait: *Quis equitur consumptionē replebitur ex
ea.* Vbi Lyra. exponit qui prodige in cō-
messationibus, & superuacuis sumptib⁹,
sequitur, consumptionē consumetur. Sic
filius Prodigus consumpsit substantiam
suam, viuēdo luxuriose. Ideo Dominus
non dixit: *Vendite quæ possidetis,* & vane
consumite. *Sed date elemosynam.* Alioquin
lli qui conuiuuiis vacant, & ebrietatibus,
audiunt Salomonem qui ait. *Dantes, in-
quit, symbola consumentur.*
Consummare est, aliquid ad summū
perducere: hoc est ad perfectionē. 1. Ma-
chab. *Consumauerunt opera quæ fecerunt,* id
est ad perfectionem adduxere. Sic dicitur
apud Matt. *Cum consumasset Iesus ser-
mones hos omnes,* Id est verbo & opere cō-
pleuisset, super quem locum D. Thom.
in comment. Solus inquit, Christus suos
potiut cōsummare sermones. Quod duo-
bus modis intelligitur, scilicet, quod solus
sine peccato, opere quod docuit impleuit.
Deinde quia Moy ses, & cæteri legistato-
res, præcipere duntaxat potuerunt, solus
autem Christus præcepit, & virtutē con-
tulit, ad implenda præcepta. In eodē sen-
su dicit Matt. *Et factū est, cū consummasset
Iesus uerba hæc admirabantur turbæ: Erat
enim docens eos, sicut potestati habēs.* Vide-
licet quia quod docebat implebat, vt di-
cit Hierony. & quia quosdam igniculos
ad exequendum sermonē addebat, iuxta
illud Luc. *Nonne cor nostrum ardens erat
in nobis cum loqueretur in uia.* Eadem phra-
sis est Matth. 11. & 14.
Secundū eūdem sensum dicit apud Ioā
nem. *Pater opus consummaui, quod dedisti
mihi ut faciam.* Vbi putat Aug. præteritū

Ezech. 15.

4
Iob. 11.
Beda.

Luc. 7.

5
Dan. 14.
Eccli. 31.

Lyran:

Luc. 16.

Prou. 23.

6

1. Mach. 4.

Matt. 26.

D. Thom.

Matth. 7.

Hierony:

Luc. 24.

7
Ioan. 17:

consum-

Chrysof.
Angust.
D. Tho.
Leo Papa.
8
Ioan. 19.
Pfal. 68.
Euthim.
Aug.
Luc. 18.
9
Heb. 10.
D. Thom.
10
Quæstio:

consummabo morte mea mūdi redēptio-
nē. Sed Chryf. de præterito potius Dñm
loquutum censet, sicut scripsit euāgelista.
Quia quod parum distat, nihil distare vi-
detur. Quasi Dominus diceret, iam me
reputo crucifixum, & mortuum. Solus
autem Christus quia Deus erat, & homo,
potuit redemptionis opus, de rigore iusti-
tiæ consummare, Quia vt dicit Aug. lib.
1 3. de trinitate quem allegat D. Thom.
3. p. q. 1. art. 2. Deus purus, sicut pati nō
poterat, ita neq; satisfacere: homo autem
purus de rigore iustitiæ minime valebat.
Præterea vt dicit Leo papa sermone de
Natiuitate. Nisi esset verus Deus, nō af-
ferret remedium: & si homo non esset,
non præberet exemplum.
Consummauit omnia Christus mor-
te sua Ioan. *Sciens Iesus quoniam omnia con-
summata sunt & paulo post. Cum ergo acce-
pisset acetum, dixit consummatum est.* Quia
nimirum sola prophetia de aceti potu
deerat implenda, de qua in Psal. *Et in siti
mea, potauerunt me aceto.* Qua impleta
dixit: *consummatum est.* Hoc est vt Eu-
thimius exponit, omnibus numeris com-
pleta sunt omnia, vt iā nihil deficiat. Idē
dicit Aug. tract. 1 19. Quia nihil inquit,
remanerat, quod antequā moreretur fie-
ri oporteret. Hæc ille. Huc ergo respi-
ciebat Dominus quādo dixit: apud Luc.
*Ecce ascendimus Hierosolymam: & consum-
mabūtur omnia, quæ scripta sunt per Prophe-
tas, de filio hominis.* Vnde sicut filius Dei
secundum legem ordinariam, Redēptor
minime fuisset, nisi omnia quę de illo scri-
pta fuerant, consummasset: sic etiā Chri-
stianus, redemptionis fructum consequi
nequaquam poterit, nisi præcepta cōple-
uerit, vel de peccatis pœnitentiā egerit.
Consummare sanctificatos, est ad finē
beatitudinis illos perducere. Sic Paulus
de Christo dicit ad Hebr. *Vna oblatione
consummauit in aternū sanctificatos.* Vbi &
D. Tho. in comment. Quia inquit Chri-
stus est Deus & homo, habet virtutē eter-
nā sanctificandi. Ideo satis fuit vna oblatio,
vt omnes homines ad finem vsque mun-
di futuros, parti ipes facere posset sancti-
tatis. Hæc ex Diuo Thoma.
Cæterum rogabit fortasse quispiam,
quomodo in sacramento altaris, quotidie
repetitur oblatio Christi, si vna filius Dei
oblatione sua cruenta, cōsummauit omnia.

Ad quod expedita respōsio est, non repe-
ti quidem oblationē quantum ad rē obla-
tā: neq; moritur iterū Christus in Cruce:
Quia mors illi ultra nō dominabitur Rom. 5.
Nec iterū pro nobis satisfacit, cū semel
omnia consummauerit. Sed repetitio fit
quantū ad modū incurētū, & representa-
tionē rei gestæ. Quia vero Chrs infinite
Synkategorematicè satisfecit, hoc est sine
determinata mēsurā, hinc fit vt in repeti-
tione incurēta, & representatione sacrifi-
cij Dñi in Cruce, tā offerentibus quā par-
ticipantibus, rectē dispositis, aliquid secū-
dū dispositionē singulorum satisfactionis
quotidie communicetur. Præterea Chrs
vna oblatione cruenta, cōsummauit semel
in aternū sanctificatos, quantū ad sufficiē-
tiā. Quia sufficientia reliquit in vasis sacra-
mētōrū, vulneribus nostris curādis medi-
camēta. Ceterū quoad efficaciam, nō pote-
rit quis inde sanctificari, nisi applicetur ei
sacramenta. Et hoc sacrificiū, vnde sacra-
mētōrū virtus scaturit, vel in re quidē, vel
in voto, si desit copia ministrī, ad sitq; de-
uotio. Propterea hoc sacrificium quotidie
modo incurētō fit in Ecclesia. Iubete Do-
mino, iuxta Paulum. *Hoc, inquit, facite in
meā cōmemorationem.* Vocaturq; sacrificiū
incurētū, & sacrificiū Missæ, sicut vere ita
est. Vt Euseb. Cæsar. ait li. 1. de demōstr.
ca. 16. *Sacro sanctū, inquit, sacrificiū sacri-
ficamus nouo more.* Et Aug. li. de Cinit.
Dei. c. 20. *Dicit Christū authorē esse sa-
crificij Missæ. Et Occumen. super Hebr.*
vbi ait, Chrm dici sacerdotē eternū, quia
semp p sacrificulos suos, offert Missæ sacri-
ficiū: Sed de hoc latius in verbo Sacrificiū.
Cōsummare in bonum accipitur, & in
malū: in bonū quidē, de morte iusti iunio-
ris ætate Sap. 4. *Consummatus in breui, cō-
pleuit tēpora multa,* id est finitus breuiter:
Quia sic ibidē dicitur, iuuetus celeriter cō-
summata. Talis fuit iusti Abel, quia tamē
filius viduę, iuxta Naim. Licet in breui cō-
summatus, non tamē cōpleuerat tēpora
multa grauitate morū & cumulo merito-
rū, suscitauit eū Dñs. Est itaq; cōsumma-
tū idē quod mori, Psal. *Paulo minus cōsumma-
uerūt me in terra: ego autē nō dereliqui mada-
ta tua.* Itē de Senacherib in malū cōsum-
mato, explicat Vatabl. illud. *Isa. Finitus est
puluis: cōsumat⁹ est miser.* De populo quoq;
Iudaico Hierosolymā habitāte, qui Dñm
crucifixit quique sub Tito & Vespasiano

Rom. 5.

1. Cor. 11.

Eusebus.

August.

Heb. 5.

11

Sap. 4.

Luc. 7.

Pfal. 118.

Vatablus.

Isa. 61.

deletus, poenas dedit, prædixit Isai. *Pauperes homines in sancto Israel exultabunt: quoniam defecit qui præualebat, consumptus est illufor.* Illudebant enim Iudæi Apostolis, pauperibus & discipulis Christi: qui destructis postea Iudæis, exultauerunt in Domino triūphantes, iuxta illud Ioā. *Tristitia uestra uertetur in gaudium.* Sic explicant Cyrillus, Procopius, Lyranus & Vatablus. Item Iustinus in dialogo contra Tryphonem. Irenæus lib. 4. cap. 2. 6. Et Nazarius quorum expositionem refert hoc loco Hieronymus. Præterea populus Iudaicus vocatur Irrisor, quia & Dominum irridebat dicens: apud Ioan. *Quadragesima & sex annis edificatum est templum hoc, & tu tribus diebus excitabis illud? Item. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? Denique. Si filius Dei est, descendat de Cruce.*

De populo quoque gentium tyrannidē contra martyres Christi exercente, dicitur Isai. 3. 3. *Vae qui prædatis, nonne & ipse prædaberis? Vae qui spernis, nonne & ipse sperneris? Cum consummaueris de prædationem de prædaberis.* Quod quamuis de Senacherib exponant Hebræi: Hieronymus tamen, negatiuxta consequentiam textus posse de illo intelligi, sed potius de gentiū populo, qui per terecetos fere annos post Ascensionē Domini, vsque ad Magnum Constantinum Ecclesiam martyrum persequuti sunt. Cuius fere omnes persequutores insignes, miserè perierunt: ut constat de primo omnium Nerone, qui seipsum interfecit. Itē de Domitiano cuius acta sunt à Senatu recisa, & Maximiano strangulato, Deocletiano deposito ab Imperio, Decio interrēpto. Maximino morbo insanabili consumpto. Et aliis eiusdem farinae: ut impleretur verbū Domini de Ecclesia, apud Matt. *Et porte inferi non præualebunt aduersus eam.* Sic etiā exponunt locum Isaia, Cyrillus, Theodorētus & Procopius.

Cōsummatio sumitur absolute pro fine mundi frequenter, sic Soph. 1. *Consummationem cum festinatione faciet,* ut Hiero. ait, & Dan. 9. *Vsque ad consummationē per seuerabit desolatio.* Id est vsq; ad finē mundi, templum Hierosolymitanum in Deicultū nō ædificabitur amplius, sic Matt. 13. & Hebr. 6. Sed aliquando significat consumptionē omnimodam alicuius po-

puli, in quo sensu de Hierusalē nō omnino à Babylonis eradicanā Hier. 4. *Consummationem non faciam.* Sic & Hiero. 5. c. Ezech. 11. B. De reprobis vero mittēdis in ignem æternum, intelligitur illud Nahum. 1. *Et in diluuiū prætereunte consummationem faciens.*

Porro quod dicitur Dan. 9. *Vt consummetur præuaricatio, & finē accipiat peccatū.* Intelligitur quidē præuaricatio primi hominis, propter quam cælo clauso, iusti in limbū descēdebant, finē per mortē Christi acceptura: ita ut iam deinceps porta cæli, iustis & omnino purgatis pateat: iuxta quod Dñs dixit, apud Ioan. *Vado parare uobis locū.* peccata vero damnatorū, finē nō habēt: quia sunt illi extra viā in termino. Deniq; peccata viatorū quantum ad sufficientiā, morte Christi consummationem acceperunt, quantum ad efficaciam tamen, opus est sacramētis in re, vel in voto: quando copia ministri defuerit.

Consummatus est filius Dei die tertia, id est post modicū tēpus, ab initio prædicationis suæ mortuus est, sicut Pharisæis dicētib;: *Exi hic quia Herodes uult te occidere, respōdit: Dicite uulpi illi ecce eicio dæmonia & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die cōsummor,* id est post modicū tēpus. Est enim phrasiscrpturæ, ut modicū tēpus, uocetur hodie, cras, & per die. Sicut explicant Theophyl. Euthy. Caiet. & Iansenius. Ommissa interim expositione mystica, Aug. lib. 2. de consensu Euāg. c. 75. quam sequitur Beda super Lucā. Cæterū difficultatē habet, quod Dominus subdit ibidē: *Veruntamen oportet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare.* Si enim tertia die consummāduus erat, cōpletis omnibus uaticinijs, & mysterijs, quæ ad eum in uita mortali pertinebāt, quomodo oportebat eū ambulare die tertia? Ad quod Caiet. respondet, aliter priori loco accipi, hodie, cras, & die tertia, scilicet pro modico tempore, ut dictū est. Aliter uero posteriori loco, scilicet, pro itinere triū dierum, quod inde ubi tūc erat, distabat à Hierusalē, ubi moriturus erat. Sed melius accipitur eodē modo pro modico tempore, in cuius fine per diē tertiā significato, & ambulaturus erat inter uiuos filius Dei, & tandem moriturus: ut Iansenius exponit.

Cōsummari dicitur indignatio Dei, si per peccatum alicuius, quando punit tan-

Hier. 4.

Nahum. 1.

14

Dan. 9.

Ioan. 14.

15

Luc. 14.

Theoph. Euthym. Caietan. Iansen. Aug. Beda. Questio.

Caieta.

Iansen.

16

Isai. 10.

dem peccata, sic de Senacherib rege Assyriorum, cuius exercituum Angelus de leuit, dicit Isaias: *Adhuc enim paululum, modicumque, & consummabitur indignatio, & furor meus super scelus eorum.* ¶ Cōsummatio abbreviata quid sit Esa. 10. uide in verbo Abbreviare,

CAPVT CLXI.

Consurgere.

CONSVRGERE dicitur in lingua sancta Vur. Hierem. 50. *Consurgent à finibus terræ, & Ioel. 3.*

1

Iosue. 8.

Gen. 4.

Iob. 20.

Luc. 16.

2

Gen. 22.

Prou. vlt.

Hier. 48.

Ioan. 8.

Matth. 22.

3

Gen. 37.

Deut. 24.

Hierony.

Consurgere, idem est quod surgere Iosue. 8. *Consurgens ascende in oppidum.* Consurgere in aliquem, est ire contra illum: sic Cain *consurxit contra fratrem suū Abel.* Et de impio, ad æternas poenas dā nato, dicit Iob: *Et terra cōsurget aduersus eū* Quia uidelicet, in Resurrectione corpus eius, & animam deglutiet in Barathro, in terim autem corpore in sepulchro putrescente, animam deuorabit abyflus Gehē næ iuxta illud Luc. *Mortuus est diues, & supultus est in inferno.*

De nocte consurgere vel mane, vel diluculo denotat diligentiam. Gen. 22. cum iussus esset Abraham filium immolare: dicitur: *Igitur Abraham de nocte consurgens.* Et de muliere forte legimus: *De nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis:* Et merito quia scriptum est apud Hierem. *Maledictus homo, qui opus Dei facit negligenter.* Diligentia uero Saluatoris in populo erudiendo resulget, in eo quod Ioan. 8. dicitur: *Et iterum diluculo uenit in templum.* Eadem in Deo diligentia, in salute generis humani procuranda, tangitur in parabola patris familias: *Qui exijt summo mane, conducere operarios in uineam suam.*

Consurgere nonnunquam denotat dominari, sic uidit Ioseph in somnio, quia si consurgere manipulum suum, & stare super manipulos fratrum suorum, quibus erat dominaturus. in Gen. & in Deut. de regno Christi prædicitur: *Orietur stella ex Iacob, & uirga cōsurget ex Israel.* Quod uaticinium ut notat Hieronymus, super Matthæum. Magi de stirpe Balam def-

cedentes, de Christi regno intellixerūt, ideo ingressi Hierosolymam rogarunt: *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Quam sententiā refert D. Tho. 3. p. q. 36. ad. 3.* E contrario uero nō consurgere amplius gentē, vel regnū, est vel extingui vel inferuitute in perpetuā redigi, sine spe domnandi Deut. 33. *Qui oderunt eum non consurgant.* Sic Samuel dixit Sauli: *Sed nequam regnum tuum ultra consurget.* Et de Babylone destruenda Hierem. ait: *Non consurgat dicit Dominus.* Quod tamen intelligendum est in eodem situ. Nam tempestate nostra Babylō, in alio loco, non longe à priori cernitur. Sicut & Hierusalem in alio situ, non longe à priori restituta est ab Adriano Imperatore. Quamuis desolanda vsque ad mundi finē apud Danie. prædicebatur. in eodem sensu de Assyriis dicit Esaias: *Non consurgent, neque hæreditabunt terram.* Quod ad tyrannos martyrum persequutores extendit Hieronymus.

Consurgere pro alio, est illi succedere, vel in hæreditate, vel dignitate, & potestate, sic legimus apud Eccl. *Vidi uniuersos uiuentes, qui ambulant sub Sole, cum adolescente secundo, qui consurget pro eo.* D. Hierony. sequutus Hebræum suum Baruchiam, exponit hunc locum tropologicè de homine veteri, & de nouo in Christo qui consurgit proueteri, sed iuxta historicum sensum Lyranus, Dionysius, Carthusianus & Vatablus, explicāt de adolescente senis Regis filio, qui consurgit pro patre, & forte aufert patri suo regnum, ut olim Abfalōn, quem tamen omnes sequuntur, relicto patre. Quod est vnū ex malis, quæ fiunt sub Sole.

Consurxit Christus in regnum à Cruce. Esa. 33. *Nunc consurgam dicit Dominus, nunc exaltabor.* Vbi Hieronym. de exaltatione Christi in Cruce, & Resurrectione uaticiniū esse dicit. De quo apud Ioannem: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Eodem modo explicat Cyprianus libro. 2. aduersus Iudæos cap. 25. & Ambrosius libr. de Benedictionibus Patriarcharum cap. 11. & quod hic sit sermo. de excidio Hierusalē in vindictam mortis Christi, tenēt Cyrillus, & Dionysius, sed Procopius, de aduentu Christi ad iudicium, de quo Lu-

Matth. 2.

D. Tho.

Deut. 33.

1. Reg. 13.

Hier. 31.

Dan. 9.

Esa. 14.

Hierony.

4

Eccl. 4.

D. Hiero.

Lyranus.

Carthusia.

Vatab.

5

Esa. 33.

Hierony.

Ioan. 12.

Cypria.

Ambr.

Cyrillus.

Dionys.

Procop.

Luc. 27.

cam: Tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus. Dicit autem nunc exurgam quia tempus vitæ præsentis momentum in scriptura reputatur. Porro Hebræi quos sequitur Vatablus & Adamus de exaltatione iustitiæ diuinæ contra Senacherib delecto eius exercitu intelligunt, sed præponenda est prima expositio.

Confurgere præcipitur Ecclesia Christi, post varias persecutiones Esai. 52. *Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere uestimentis gloriæ tuæ Hierusalem, &c. Quia non adiciet ultra, ut transeat per te incircuncisus, &c.* Conueniunt patres, hoc vaticinium de materiali Hierusalem nequaquam intelligi, differunt tamen, in hoc quod Lyranus putat, de illo tempore tantum accipi, quando magnus ille Constantinus baptizatus, Ecclesiam ab in circuncis corde, idest ab infidelibus defendit, quando uixit. Sed Cyrillus putat incircuncisos transire per Ecclesiam, esse illam omnino superare, quod nunquam futurum promittitur, iuxta illud: *Porte inferi non præualebunt aduersus eam.* Caterum Augustin. hoc vaticiniū complendū putat perfecte quidē in æterna uita, libr. 1. contra Donatistas capite, 8. De quo Dominus dixit apud Ioann. *Et gaudiū uestrum nemo tollet à uobis.* Quæ expositio pulchra est, & uera, sed etiam illa Cyrilliteneri potest, quia ut alibi dicimus transire potest per Ecclesiam incircuncisus tentans, sed non pertransire prosternens.

Confurgere est de somno excitari, Prou. 6. *Vsq̄e quo piger dormis, quando cōsurges.* Itē iuxta Leui. *Corā cano capite cōsurge.* Præterea confurgere est ad Deum deprecandum, incaligine adhuc peccatorum moueri. Quod frustra facient reprobi, post mortem in Resurrectione finali. Vnde in Prou. dicit: *Mane confurgent ad me, & non inuenient me.* Ita exponit Beda, sic accidit uirginibus fatuis, quibus pulsantibus ad cæli ianuam, Dominus dixit: *Amen dico uobis, nescio uos.* Item confurgere dicitur furor Domini apud Iosue: *Quādo pœnas sumit de transgressoribus cū quibus diutius dissimulat.*

Confurgit tribulatio contra peccatores in hac uita tantum, si perfecte respiciant, & non in alia Nahum. 1. *Quid cogi-*

ratis contra Dominum, consummationem ipse faciet, non consurget duplex tribulatio. Vbi Theodoretus semel, inquit, adeo acerbū de uobis capiet supplicium, ut non opus sit secundam plagam inferre, sed nō quædrat expositio. Quia infra dicit: *Afflixit te & non affligam te ultra.* Est ergo sensus iuxta literam, quem Hebræi ponūt, quos sequitur Hieronymus, scilicet, quoniam decem tribus sub Rege Salmanasar Assyriorum puniti fuerant, nō consurget alia tribulatio sub Rege Senacherib, contra duas reliquas tribus, Beniamin & Iuda, sed Angelus Domini delebit exercitum Senacherib. & dabit Hierusalem pœnitentiæ locum, sub Rege Ezechia, quod factum est 4. Reg. Porro Sept. aliter uertunt hunc locum, nimirum: *Non punit, Deus bis in id ipsum.* Quæ uersio à Græcis, & latinis receptissima, dedit ansam Hieronymo & Ruperto, aliisque expositioribus, ut explicationem huius loci, non solum ad tribus carnales, Israel, sed ad omne genus hominum extenderent, ita ut sit sensus, Deus semel punit peccatores, vel in hac uita, si pœnitentiam agāt congruentem, ubi pœnam infligit temporalem, quæ licet repeti millies in hoc mundo, & rursus in purgatorio, si quid purgandum remanserit, uideatur, unica tamen pœnitentia, hoc est temporalis dicitur. Vel certe si minime respiciant, una pœna plectuntur æterna. Quod constat in diuite epulone. Quod si Antiochus, ut Rupertus ait, & Herodes hic quoque puniti sunt, certe non duæ pœnæ censentur, sed hic cæpit in illis æterna pœna: *Quia non punit Deus bis in id ipsum.* Caterū caute lege Hiero. super hunc locum, ubi dicit receperunt, & qui in diluuiio perierūt, & Sodomitæ, & Ægyptii, & Ifralitæ in solitudine mala sua, in uita sua. Vbi dicere uidetur Ægyptios cum Pharaone in mari Rubro summos, & Sodomitæ, propter pœnas temporales, æternas euasisse, uerum infra se explicat, de illis intelligere, qui in ipso mortis discrimine pœnitentiam egerunt toto corde, & Deum summum agnouerunt. Idem docet de eisdem Cypria. serm. de Passione, quia uox illa Christi Matt. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā uos, etiā ad illos extenditur, qui animam efflantes pœnitentiæ iugum accipiunt.*

Theodoret.

Hierony.

4. Reg. 19.

Hierony. Rupertus.

Luc. 16.

Hierony.

Cyprianns. Matt. 11.

CAPVT CLXII.

Cotemnere, Contemptibilis.



ONTEMNERE spernere dicitur in Hebræa lingua Bagad, Exod. 21. si spreuerit eam.

Contemnere est uilipendere, & contemptibile, quod uilipenditur, sic contemptibilis anima dicitur Iudæorum, qui apud omnes seruiunt nationes, iuxta illud: *Dorsum eorum semper incurua.* Sed idem dicitur de anima Christi, quam uilipenderunt Iudæi Esai. 49. *Hæc dicit Dominus ad contemptibilem animam.* Ita Hieronymus quia præpositus est illi Barabbas latro, & quia ille contempsit eam, pro nobis contemptibilibus, iuxta illud: *Et pono animam meam pro ouibus meis.* De illo quoque dicitur Esai. 53. *Desiderauimus illum despectum, & nouissimum uirorum.* Et certe tam humilis fuit ut diceret apud Matth. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Vnde consolationem accipere iusti debent, qui in calamitatibus suis, à superbis contemnuntur, sicut legimus apud Iob: *Deridetur iusti simplicitas, Lampas contempta, apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.* Ita explicat Gregor. lib. 10. Mora. Sic Apostoli cum essent de illis lapidibus, de quibus apud Matth. dicitur: *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio.* Nihilominus despiciabantur, sed tempore statuto: *Fulgēbunt iusti. Et iudicabunt nationes & duodecim tribus Israel, ut explicat Titelmanus.*

Contemni humiles inter fideles minime debent, iuxta illud: *Uideat ne contemnat unum de his pusillis, &c. dico enim uobis quia Angeli eorum, uident faciem patris mei, qui in cælis est.* De quo in uerbo Angelus. Est autē duplex contemptus proximi, sicut & legis, uel negatiuus tantum sicut scholastici dicunt, uel positius. Negatiuus quidem est minime uel proximi uel legis curam habere. Quod in tempore quidem quo non obligat lex nullum peccatum est, in tempore tamē quo iam obligat, peccatū est omissionis tam mag-

num quanta fuerit negligentia culpa, uel leuis quidem, uel lethalis, si lex illa obligat ad lethale. ceterum contēptus positius formalis, quo quis sciens & prudens legem contemnit charitatis, uel iustitiæ, & simul Deum, uel certe proximum, etiā humilem lethale peccatum est, ut si quis proximum scandalizet, uel contumelia quidem afficiat, aut lædat grauius, sicut Phariseus qui dicebat: *Non sum sicut ceteri homines, & sicut etiā hic Publicanus.* Denique consuetudo peccandi inducit ad contemptum, iuxta illud Prou. *Peccator cum ad profundum peccatorum uenerit contemnit.* De quo lege D. Tho. 2. 2. q. 186. artic. 9. ad tertium. Tales erant olim Chaldæi, & Babylonii innumeris sceleribus astricti, qui crudelissima quidem tyrannide omnes fere gentes conterebant. Vnde de Habacuch. *Quare ostendisti mihi iniquitatem, & laborem, uidere prædam, & in iustitiam iuxta me. Quare respicis contemptores, & taces?*

Contēnit ciuitatē Onager, idest asinus syluestris, Iob. 39. *Contemnit multitudinem ciuitatis.* Tum quia liber est ab exactore, tum etiam quia liberis, & uerioribus, potitur in solitudine pascuis. Quod merito Gregor. hoc loco ad uitam contemplationi uacantium refert. De qua Dominus apud Lucam: *Maria optimam partem elegit.* Quia neque onera matrimonij uirgo, uel continēs, neque exactoris mundi uocem audit, & spiritualibus animæ pascuis abundat.

Contemptibilis est peccator, & maxime obstinatus, quia contemnitur ab Angelis, & à Deo, & similis fit iumentis insipientibus. Sic de populo Idumæorum Hierem. ait: *Ecce paruulum dedi te in genibus, contemptibilem inter homines.* Et de eodē populo dicit Abdias: *Contemptibilis est ualde.* Et certe peccatores usq̄ ad eō cōtēptibiles sunt. ut de illis dicatur, in Psal. *Qui habitat in cælis irridebit eos.* Maxime uero pessimi inter sacerdotes de quibus Malachias: *Dedi uos contemptibiles omnibus populis.* Et merito quia ut Dñs ait, *quod si saluauerit, ad nihillum ualeat ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Præterea quia isti Deū, quē manibus impuris contrectant, quotidie contemnunt. Dicit autem Deus 1. Reg. *Qui autem contemnunt me erunt ignobiles.*

Vatabl. Adamus.

6 Esai. 52.

Lyranus.

Cyrill.

Matt. 16. August.

Ioan. 16.

7 Prou. 6. Leuit. 19.

Prou. 1. Beda.

Matt. 25. Iosue. 23.

8 Nahu. 1.

Luc. 18.

Prou. 18.

D. Tho

Habac. 2.

3 Iob. 39.

Greg.

Luc. 10.

4

Hier. 49.

Psal. 2.

Malt. 2. Matah. 5.

1. Reg. 2.

Pfal. 118. Porro iusti hunc maxime contemptum cauent, qui ex peccato nascitur. Vnde Propheta clamat: *Aufer à me opprobrium & contempum, quia mandata tua quæsiui.* Aufert autem Dominus piissimus contemptum à suis, & auget honorem, iuxta illud: *Qui mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.* Qui mihi inquit, non sibi, sicut miseri mercenarij fugitiui, de quibus Dominus *Mercenarius autem fugit quia Mercenarius est.*

5 Contemptum pariunt etiam apud homines, prauis moribus, & leuitas conuersationis, quæ fugere iubet Apostolus: 1. Timoth. dicens: *Nemo adolescentiam tuam contemnat.* Vbi Hierony. hoc, inquit, age, vt admirationi potius sis, quam contemptui, & Theodoretus, si vitam, ait, honeste transegeris, nequaquam adolescentia tua contemnetur. Denique D. Thomas in Commentariis, licet sis, inquit, iuuenis, mores tamen representent senectutem. Sic etiam Paulus ad Titum ait: *Nemo te contemnat.* Id est ne soluas mandata Dei. *Quia qui soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno celorum.* Id est contemptibilis erit in Ecclesia. Quia vt Greg. ait, cuius vita despicitur, restat vt & doctrina contemnatur.

CAPVT CLXIII.

Conterere, Contritio.



CONTERERE & contundere Hebraicè dicitur Racac, & comminuere, & attenuare. Esai. 41. Exod. 32.

Conterere, est comminuere, & quasi in puluèrem redigere, vel destruere. Exo. 10. *Quoties contriuerim Ægyptum.* Conterere bella, est pacem restituere, deuictis hostibus. Sic Iudith. ait: *Qui conteris bella ab initio.* Et Oseas: *Et arcum, & gladium, & bellum conteram de terra.* Quod de pace Ecclesiæ per Christum restituta, exponit Hieronymus, quando Angeli cecinerunt: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax.*

Conterere molas iniqui, est potentiam tyranni comminuere, Iob. 29. *Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebam prædam.* Ita exponit Beda & Lyranus, in quo Iob, & quilibet iustus index, imitatur Deum. De quo legimus apud Iob: *Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis.* Et Psal. *Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisi.* Quod quauis Dauid, in sua dicat persona, cuius hostes Deus comminuit, vt vult Theodoretus. sed in Typo Christi Ecclesiæ, vt exponit Aug. De qua Dominus: *Et porta inferi non preualebunt aduersus eam.* In eodem sensu de Saul, & fautoribus eius contra Dauid Psal. 57. dicitur: *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum.* Id est potentiam, & machinationes, ita exponunt Theodoretus, Lyranus, Vatablus, & alij, sed in figura Phariseorum Christo Domino insidiantium, vt pulchre docet August. Quando enim rogauerunt eum: *Liçet censum dare Cafari?* Ipse accepto numismate census, rogauit eos: *Cuius est imago hæc, & superscriptio: dicunt ei, Cafaris,* tunc Dominus contriuit dentes eorum in ore ipsorum dicens, reddite ergo quæ sunt Cafaris, &c.

Contemni morte desiderant aliquando iusti. Sic Iob ait: *Qui cepit ipse me conterat.* Subaudi per mortem, vt exponunt D. Thomas, Lyranus & Titelmanus, nõ fuit autem desperatio, cum postea dixerit: *Etiam si occiderit me, sperabo in eum.* Sed quia dolores eius erant morte grauiores, finem optauit sine peccato, vt notat Beda.

Conterere noluit Dominus ex infirmitate peccantes, sicut prædixit Esaias: *Calamum quasatum non confringet.* Quia vt Hieron. ait, cunctis placabilis filius Dei fuit etiam infimis peccatoribus, qualis Paralyticus ille. Cui dixit: *Confide fili remittuntur tibi peccata tua.* Et Adulteræ ait: *Neque ego te condemnabo.* Sic etiam hanc phrasim Tertullianus ad lenitatem Christi refert, lib. de patientia, & Eusebius libro. 9. de Demonstratione cap. 15. Chrysostom. & Theophylactus super Matth. & Hilarius Can. 12. in Matthæum. Item hoc loco Cyrillus, Procopius & Basilius, quia tanta fuerit Christi clementia, vt poenitentibus facile parceret, sic mulieri quæ

Beda. Lyranus. Iob. 34.

Theodo.

August. Matth. 16.

Pfal. 57.

Theodoret. Lyranus. Vatablus. August. Matth. 22.

2 Iob. 6.

D. Th. Lyranus. Titelman.

Beda.

3 Esai. 42: Hiero. Matth. 9.

Luc. 5: Ioan. 8.

Tertulia. Eusebius. Chrysost. Theophyl. Hilarius. Cyrill. Procop. Basilius.

5 Esai. 5.

Hierony. Cyrill. Theodoret. Procop. R. Salomon Lyranus.

Euseb.

6 Esai. 61.

Pfal. 50.

Greg. Nazi.

Leuit. 1.

Pfal. 146:

Theodoret. Genebrar. Ose. 14.

Esai. 66.

7

erat in ciuitate peccatrix, & latroni in Cruce pepercit.

Contriuit pater æternus filium suum in infirmitate Esai. 53. *Et uoluit Dominus, conterere eum in infirmitate.* Sic exponunt Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Procopius, & alij patres, vnde satis malitiose Rab. Salomon de populo intelligit Iudaico vt notat Lyranus, quia populus Iudaicus non iustificauit morte sua multos, neque est sepulchrum eius gloriosum sicut est Christi. Porro Sept. vertunt: *Et Dominus uoluit mūdare eum, ab infirmitate.* Et plane vox Hebraea vtrunque significat. Eadem quippe vox est, Hierem. 44. *כח. Dacha.* Vbi vulgata vertit: *non sunt mundati usque in diem hanc.* Vnde Euseb. libr. 3. de Demonstratione cap. 2. Secundum Sept. ad Christi Resurrectionem refert, in qua cruor eius mundatus est, si autem legamus cum vulgata, conterere, ad passionem potius pertinet, vt dictum est. Et certe versio vulgata magis cõgruit textui, sicque vertit Vatablus.

Cõtritus corde dicitur humilis, & poenitens, sic dicit filius Dei apud Esa. *Spiritus Domini super me, &c. Ad euangelizandum pauperibus misit me, ut moderer contritus corde.* Et Psal. *Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.* Id est cor percussum, & attritum. Quia contritione Deus utitur pro instrumento ad peccati remissionem, vt inquit, Nazianzenus in Apologia prima. Et quemadmodum in holocausto veteris legis, prius hostia iugulabatur, Leuit. 1. deinde pelle de tracta infrastræcabatur, & igne cõflagabat, sic De⁹ cor nostrum vt poenitentia gladio iugulemus expectat, in quæ sensum dicit Propheta: *Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.* Vbi priori loco contriti corde, sunt poenitentes, posteriori vero contritiones eorum, sunt peccata, vt exponit Theodoretus, & Genebrardus, & alligat vulnera more chirurgi. Sic apud Oseam. *Sanabo,* inquit, *contritiones eorum diligam eos spontaneè quia auersus est furor meus, &c.* Porro iugum legis Dei aggrauat, & conterit veterem hominem, spiritumq; superbiam. Vnde Dominus in Isa. *Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritum?*

Conteritur etiam cor, id est humiliatur, in poenam peccati superbiam,

Prouerb. 18. *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur.* Iansenius putat, hanc eandem sententiam in eodem sensu Dominum protulisse, Luc. 18. vbi ait: *Sic omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur.* Idem insinuat Beda, sic & Dionys. Carthusianus: quod vero ibidem dicitur: *Os stulti cõtritio eius,* denotat per verbum stultum, animam interdum spiritualiter occidi, sicut Phariseo contigit dicenti: *Non sum sicut ceteri homines, &c.*

Conterenda dicitur terra in iudicio finali apud Isai. *Contritione conteretur terra,* iuxta illud Luc. *Et in terra pressura gentium, præ confusione sonitus maris.* Ita exponunt Hieronymus, & Lyranus, neq; contra hoc est, quod legimus, in Eccl. *Terra autem semper stat.* Et in Psal. *Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi.* Quia hæc de tota terræ mole dicuntur, quæ in suo centro immobilis perseuerat, illud autem de partibus terræ, & edificiis eius.

Qui alios tyrannice conterit, conteritur. Sic de Senacherib exponunt Hieronymus & Vatablus illud Esa. 10. *Ad conterendum erit cor eius.* Propterea cap. 14. de eodem Dominus dicit: *Quomodo mente per tractaui, sic eueniet, ut conteram Assyrium de terra mea.* Sic contritio in malum denotat desolationem, & vastationem, Esai. 30. c. 51. f. 59. b. 60. d. 65. c. Hierem. 4. b. & alibi sæpe. Sic Psal. 13. De impiis dicitur: *Contritio & insolentia iniuise eorum, & uiam pacis non cognouerunt.*

¶ Conterere caput serpentis, vide in verbo Caput.
¶ Cõtete brachium, naues, baculum, virgam, caput, vide suis locis, ne multa repetamus.

Contritio est pars poenitentia, scilicet, dolor de peccatis, propter Deum summe dilectum. De qua Ezech. 21. *Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum.* Id est cordis, quia lumbi pro corde nonnunquam accipiuntur. Et Daniel. *Sed in spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur sicut in holocausto arietum, & taurorum.* Differt autem ab attritione, quæ etiã dolor est de peccatis, sed non propter Deum summe dilectum ideo, hæc attritio sine sacramento non sufficit ad salutem.

Prou. 18.

Iansen.

Luc. 18.

Beda. Dionys.

Luc. 18.

8

Esai. 24: Luc. 21.

Hierony. Lyranus. Eccl. 1. Psal. 103.

9

Hierony. Vatabl. Esai. 10.

Esai. 14.

Plaf. 13.

10

Ezec. 21.

Dan. 3.

CAPVT CLXIII.

Contestari, conticere.



CONTESTARI dicitur in lingua sancta Aauad Exod. 19. Contestare populum.

Contestari, est cum adiuratione obsecrare, & deprecari, quo ver-

bo vtimur in magnis rebus sic Angelus Zacha. 3. Contestabatur Iesum. Idest sacerdotem summum filium Iosedech, vt age- ret poenitentiam, sicut Hieronymus exponit. Item Paulus discessurus ab Ephe- lijs ad martyrium, dixit. Contestor uos om- nes. Idest adiurans rogo, Et in monte Si- na Dominus ad Moysem ait: Descendet & contestare populum. Videlicet ne acce- dentes ad montem omnes perirent. Di- cimus etiam contestari caelum & terram, idest adiurare homines, per habitores ca- li, & terrae, & quasi testes illos citare. Sic Iudith. Contestamur hodie caelum, & terra, &c. ut tradatis civitatem, &c.

Contestari non unquam ponitur pro- tellari, & testimonio confirmare, Hebr. 2. Contestate Deo, signis, & portentis, & varijs uirtutibus, & Spiritus sancti distributioni- bus. Vbi D. Thomas in Commentarijs explicat contestante Deo, idest confir- mante salutem, quae per Christum facta est signis, idest minoribus miraculis, qua- lia sunt supra naturam, sed non contra co- munes naturae leges. Et portentis, idest mirabilibus contra omnem naturam con- suetudinem, qualis est partus Virginis. Et uirtutibus infusis, fide spe & charita- te, & varijs denique charismatibus gratie gratis datae, quae sunt Spiritus sancti di- stributiones.

Conticere, est tacere, cessare loqui. Denotat autem aliquando desolationem, & vastationem, vel captiuitatem, quia in ciuitate vastata cunctis percuntibus, si- lentiū manet. Quod & Troia capta poe- ta describit.

Horror ubiq; animos, simul ipsa silentia terret Sic Esai. 15. Vastata est Ar, Moab conticuit, ubi vt notat Lyranus, Ar, ci- uitas fuit Moabitarum nobilissima, ab Assyrijs solo aequata, in eodem sensu Hiero. Conticuit Aschalon, & reliqua ual-

lis earum. Et Sopho. Conticuit omnis popu- lus Chanaan. Quia scilicet captiuus hircere no audet, & pro magnitudine mali, stupi- dus riget. Sic cum rogasset quendam rex apud Matth. Amice quomodo huc intrasti, non habens uestem nuptialem: ille obmutuit. Quia ligatis manibus, & pedibus stupēs nullus est in tenebras gehennales.

Conticuit populus Iudaeorum, quia nesciunt Deum, ideo decem tribus capti- uae in aeterno mansere silentio, sic expo- nit Hieronymus illud Ose. 4. Nocte sile- re feci matrem tuam, conticuit populus meus, quia non habuit scientiam. Idest quia vitu- los aureos colens, Deum verum ignora- uit. Quod autem tacere Deus fecit ma- trem eorum, denotat etiam Synagogam vniuersam, captiuitati tradendam, vt in- quit, Theodoretus, qui cum Sept. legit, nostri assimilauit matrem tuam. Idest no- ctis profunda tenebris, & silentio, sicut hodie iacet, iuxta uerbum Domini: Ecce relinquetur domus uestra deserta. Et Psalm. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulat.

CAPVT CLXV.

Continere, Continentia.

CONTINERE dicitur in lin- gua sancta Aphac, Gen 43. Con- tinuit se.

Continere, in scripturis tria signifi- cat, aliquando enim idem est quod reti- nere & coercere. Deinde denotat abstinere, & maxime a teneris. Tertio, intra se tenere & complecti. Primum itaque con- tinere pro retinere, 2. Reg. Deus Ange- lo, peste ciuitatem percipienti, dixit: suffi- cit. Contine manum tuam. Idest retine. Itē Ioseph. cum in lachrymas Beniamin viso prorumperet: Egressus continuit se. Et Psalm. Aut continebit in ira sua miseri- cordias suas. Idest non retinebit. sic accipi- tur Prou. 30. Sap. 6. a. 17. a. 18. c. Eccl. 4. 6. d. Itai. 5. 3. d. 63. d. 64. d. 2. Matth. 4. e. Act. 7. g. Galat. 5. a. Exod. 36. d. Job. 12. Si continuerit aquas, idest si reti- nuerit, ne pluat.

In eodem sensu dicitur Deus in lib. Sapi. dedisse primo parenti uirtutem co- tinendi omnia, idest suo imperio retinēdi & moderandi. Quia Graece legis σωφρονισμός, uirtutē dominandi

omnib⁹. Alludit enim ad illud Gen. 1. Do- minamini piscibus maris, uolatilibus caeli, & uniuersis animantibus, &c. Sic explicant Iansenius, Lyranus & Dionysius in pri- ma expositione. Vnde miror plane Ru- pertum alioquin eruditum, qui libr. 3. in Genesim ca. 3. 1. Falsum esse dicit, quod hoc loco legimus Deum dedisse primo parenti, uirtutem continendi omnia. Vn- de & asserit librum Sapientiae non esse canonicum, nec aduertit receptum esse, hunc librum inter Canonicos Concilio Carthag. 3. & Concil. Loadiceni. De quo diximus in dictione Adam libro. 1. Præterea quid mirum si Deus Adæ uir- tutem dederit moderandi creaturas ra- tionis expertes, cum Christus Aposto- lis dixerit: Venite post me, & faciam uos fieri piscatores hominum. Et constituerit eos principes super omnem terram? Continere pro abstinere, præsertim à carnis illecebris & libidine, legimus ad Titum: Oportet episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, &c. Sed hospitalem benignum, &c. continentem. Super quem locum Hieronymus conti- nentem, inquit, ab uxoris amplexibus. Disputant autem expositores an propo- fuerit præceptum continentiae Paulus, tanquam ius diuinum. An uero tãquam mandatū humanum sacerdotibus. Qui- dam enim putant esse diuinū inter quos Ioānes Maior. 4. dist. 24. q. 2. Sed con- tra præceptum esse tantum humanum, tenuit D. Thomas 2. 2. q. 88. artic. 11. Vbi asserit votum continentiae sacrorum Ecclesiae ministrorum, ex solo Ecclesiae Decreto, fuisse ordinibus sacris anexam: & posse à Papa dispensari. Quia nullum aliud præceptum in veteri aut nouo testa- mento reperitur, nisi illud Paulinum alle- gatum, quod solum est Apostolicum, de illorum, scilicet, numero, de quibus Pau- lus ait, priori ad Corint. Nam ceteris dico ego non Dominus. Tenuit eandem senten- tiam Caietanus tom. 1. in Opusculis tra- cta. 27. Et mihi placet, maxime quia Ec- clesia Romana multis retro saeculis, per- misit Graecis sacerdotibus, usum uxoru, quas antequam sacerdotio initiarentur, matrimonio sibi copularunt, vt habetur capit. Olim de Clericis coniugatis, iuxta quam Regulam Gregorius Papa libr. 1. epist. 42. permittit Subdiaconis, vt libe-

re vtantur vxoribus suis, quas ante ordi- nationem habuerunt. Præterea Concil. Conci, An- Ancyrano, dicitur posse diaconos cum li- centi a tum episcopi, vxores ducere. Est- que hoc Concilium confirmatum à Leo- ne Papa dist. 20. cap. De libellis. Postre- mo in Concilio Tridentino Sessione vi- gesima quarta Can. 9. continentiam cle- ricorum in sacris de lege dicit esse Ecclē- siastica. Quare locus Apostoli, recte ex- ponitur à D. Thoma esse præceptum humanum.

Cæterum an sit præceptum Aposto- licum, quod ab Apostolis in Ecclesia ser- uari cæperit. An noua consuetudo, non- nulli disputat. Nam Heretici Nouatores dicere audent à tēpore Gregorij Papæ, vel Syriaci, cæpisse hunc morem, non à tempore Apostoli Pauli, sed confundit illos ipse locus Apostoli, ubi continētem esse oportere dicit episcopum. Quod pre- ceptum ab Apostolis cæpisse expresse testatur Conciliū Carthaginēse 2. Can. 2. Vbi legimus: Presbyteri, Diaconi, uel qui sacramenta contrectant, pudicitiae custodes, etiam ab uxoribus se abstineant, ut quod Apo- stoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Item Concilium Conci. Ancyra- Ancyranum ante mille trecentos annos celebratum, & ante Magnum Constantinum, Can. 10. statuit, ne ordinentur diaconi, qui non protestati fuerint perpe- tuam continentiam seruare. Et Conciliū Cœc. Cesari- Cœsariense, cap. 1. Idem definit, & Concilium Roman. sub Syluestro Papa, & Magno Constantino, prohibet Subdiaconis, ne vxores ducere audeat, Can. 8. Et ante prædicta cōcilia Origenes Homi. 23. in Numeros ean- dem sacrorum hominum continentiam in Ecclesia stabilitam ostendit rationi cō- sentaneam. Quia si Apostolus iubet con- iugatis Laicis. 1. Cor. 7. vt ab opere con- iugali ad tempus abstineant, vt vacent orationi, consequens est, vt sacris initiati, qui septies in die, precibus incumbunt, perpetuam continētiā seruent. Quam rationem vsurpat Hierony. lib. 1. contra Iouenianum, & Epiphanius in Hæresi Catharorum. Et eandem Apostolicam traditionem commendat Eusebius, libr. 1. de demonstratione Euangelica, cap. 9. & Antiquior. Cyprianus libro de Sin- gularitate Clericorum, & Chryso- Chryso-

Hierony. Act. 10. Exo. 19. Iudith. 7. Heb. 2. D. Thomas Maior. D. Tho. 1. Cor. 7. Caieta. Greg.

Leo Papæ. Conc. Trid. 4. Questio. Conci. Car- thag. Cōc. Ancyra. Cōc. Cesari. Cōc. Roma. Origenes. 1. Cor. 7. Hiero. Epipha. Eusebius. Cyprianus. Chrysoft.

Greg. Nize. mus Homil. 2. de Patientia Iob, Gregorius Nissenus libro de Virginitate capit. vltim. Oecumenius super 1. Timoth. 3. Cyrillus Hierosoly. Cateche. 12. Augustinus libro de Adulterinis coniugiis capit. 20. Ambrosius libr. 1. officiorum cap. vlt. Gregor. Turonicus libr. 4. Histo. cap. 4. Isidorus libr. 2. officiorum diuorum cap. 10. Anselmus episto. 8. 5 Iam vero continere pro intra se retinere habetur, Num. 17. Nomen autem Aarō erit in tribu Leui. & vna virga cunctas eorum familias continebit. Id est comprehendet, & Deutero. 9. dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, scriptas digito Dei & continentes omnia verba, que vobis loquutus est in monte. Sic 2. Paral. 33. d. 36. b. Esther. 9. f. & saepe alias. 6 Continet Deus omnia per essentiam dans omnibus esse, quorum ideas ab etero in se habet. & cooperatur cum omnibus, & omnia cognitione complectitur. Sic de Spiritu sancto legimus Sap. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet uocis. Ponitur autem in neutro genere. τὸ πνεῦμα ὡς ὄνομα. quia Pneuma Græce, spiritus, in genere neutro est, dicitur autem scientiam habere uocis, quia ut exponit Iansen. cognoscit omnia quæ loquuntur etiam in occulto. Eodem modo explicat Lyranus. legitimus sensus, ut patet ex sequenti sententia, quæ sic habet: Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere. In quo etiā sensu accipitur ab Ecclesia, quamuis non id putet Iansen. quādo apparuerunt Apostolis dispartitæ linguæ, tanquam ignis, & data est illis scientia omnium linguarum, itaque primum spiritus, quod scientiam habet uocis, id est omnem linguam intelligit, dedit Apostolis, ut similiter omnes linguas intelligerent. Deinde addidit, ut etiam omnium linguas loquerentur. Sed quia perfectius est intelligere, quam non intelligendo loqui omnibus linguis, de priori fit mentio in laudibus Spiritu sancti ab Ecclesia, ut secundum consequens intelligatur, quod est loqui omnibus linguis, quod consequitur ad maius, quod est intelligere cuncta idiomata.

CAPVT CLXVI. Contradicere, Contradictio.



Otradicare lingua Hebraea dicitur No. Nū. 30. Eo quod contradixit pater. Contradicere est, contra quempiam dicere Iob. 6. Nec contra dicam sermonibus sancti. Id est non temere, & impatienter iudicabo opera Dei, sicut exponit Glossa, vel ut exponit Diuus Thomas. Succidat me Dominus de vita presentis, ne impatientiam incurrens contradicam eius præceptis. Quod contigit populo Israelitico ad aquas contradictionis, ubi iurgati sunt contra Dominum. Est ergo Deo contradicere non illi obedire. Sicut est conuerso in scriptura, non contradicere Deo, est illi obedire, ut notat Hieronymus super illud Esaias. 50. Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico. Quæ sunt verba Christi qui Philipp. 2. Factus est obediens usque ad mortem Crucis. Ita exponit Origenes tom. 2. in Matthæu, Prophetia est, de obedientia Christi de qua apud Ioanem ait: Ut cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio, surgite eamus hinc. Sicut etiam exponit Nazianzenus in fine Apologetici de Christo patri suo obediens, sic etiam Cyrillus, Theodoretus, Procopius, Lyranus, Carthusianus, Adamus, & omnes patres de Christo intelligunt etiā Vata. vnde miratur Adamus, quia D. Tho. hoc exponat de persona Esaiæ, sed D. Tho. non ex propria sententia de Esaiæ exponit, sed ex sententia Iudeorum. 7 Contradicere Deo, est etiam non credere his, quæ ab Spiritu sancto per Prophetas dicuntur, sic Esai. 45. Væ qui contradicit fidei suo, testa de samijs terra. Vbi Hiero. duas adhibet expositiones, prior est: si adhuc de Cyro sermo est, væ qui non credit, que proxime de Cyro prædicuntur, qui similis est propter suam incredulitatem, cuidam testæ de Samiorum figulo, vel ut Sept. vertit est, sicut aratrum terræ, ad aratores comparatum, quod poterit illos reprehendere, ut explicat Procop. & Theodo. Si vero quod probabilius est, de Cyro ad Christum fiat

Nū. 30. Iob. 6. Gloss. D. Tho. Num. 20. Hiero. Esai. 50. Philip. 2. Ioan. 14. Origenes. Greg. Nazi. Cyrill. Theodo. Proco. Lyranus. Carthul. Adamus. V. t. Ius. D. Thomas. Esai. 45. Hiero. Procop. Theodoret.

CAPVT CLXVII.

Contristare.

transitus, sensus legitimus est. Væ ei qui non credit Christum à Patre ab æterno genitum. Neq; Mariam eundem filium Dei humanatum in tempore parituram: propterea dicit Isaias. Væ qui dicit patri quid generas? & mulieri quid parturis? Nam vaticinium Isaiæ impletum de partu Mariæ testantur Euangelistæ. Matth. cap. 1. De qua natus esset Iesus. & Lucæ 2. Et peperit filium suum primogenitum. Sic etiam exponit Epiphanius contra Nœtianos. Hieronym. hic, & Dionysius Carthusianus. 3 Contradicit, qui se operibus alteri contrarium exhibet. Sic dixit sanctus Simeō de Iesu Luc. 2. Hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signū cui contradicetur. Et certe contradicebant ei Iudæi, cum voluerunt eum præcipitare de monte Nazareth: & cum lapidare voluerunt: & quando contra eum conciliū congregarunt. De hac contradictione Paulus ait ad Heb. Recogitate eū, qui talem sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus contradictionem. De qua ipse filius Dei patri suo dicebat, sicut Theodor. exponit Psal. 17. Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Sic etiam intelligunt Hierony. August. & Genebr. &c. De eodem explicat Aug. illud Psal. Quia vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, id est in Hierusalem contra filium Dei coniarante, ut eum morti traderent ignominiosè, quo modo exponunt etiam Hieronymus & Theodoretus. 4 Contradicere plebeculam sacerdoti signum est inopudentiæ, sic Oseas de populo decem tribuum Israel, qui vitulos aureos adorabat, ait: Populus enim tuus, sicut ij qui contradicunt sacerdoti, id est, tam perfrecata fronte Deo verò contradicunt, sicut quando ignobile vulgus contradicit sacerdoti, sic exponit Hierony. Quod quadrat in Phariseos Christo summo sacerdoti secundum ordinem Melchisedech contradicentes apud Luc. In Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia. & apud Ioan. Nos scimus, quia hic homo peccator est. & capit. 10. Tu homo cum sis, facis te ipsum Deū. 5 Contrahere, vide in verbo Pastor, ex Zach. 11. Contrahata est anima mea in eis. Item in verbo Os, & in verbo Manus.

Matth. 1. Luc. 2. Epiphanius. Hierony. Diony. 3 Luc. 2. Luc. 4. Ioan. 8. Ioan. 10. Ioan. 11. Hebr. 12. Theodorct. Psal. 17. Hierony. August. Genebr. Psal. 34. Hierony. Theodoret. 4 Oseas 4. Hierony. Luc. 11.

CONTRISTARE Est tristitia afficere, Iagah. Sic Exod. 22. aduenam non contristabis. Contristari contra Deum est impatienter de illo, & male sentire Tob. 2. Non est contristatus contra Deum. Præterea iustus non solum contra Deum minime contristatur, sed neq; vlla tristitia sic ei dominatur, ut ad iniquitatem trahat. Sic exponit Iansenius illud Prou. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Quia Hebraice Auen dolorem & iniquitatem significat, vnde sensus est. Non ita punget eum dolor, ut ad iniquitatem impellat. Ita etiam explicat Lyranus, sic Maria & Martha fratre mortuo, non sunt ita contristatæ, ut non sperarent in Christo: ad quem Martha: Sed & nunc, inquit, scio, quia quæcunque poposceris à Deo dabit tibi Deus. Quod si aliquando iusti vsq; ad lachrymas contristantur, tristitia seruit illis ad exercitiū patientiæ, sic exponit Aug. illud Psal. Contristatus sum in exercitatione mea à uoce inimici. Ita Dominus martyribus dixit: In patientia uestra possidebitis animas uestras. De niq; priuilegium bonorum parentum est, ut cum filios sancte educauerint, nullā de illis tristitiam sentiant. Sic dicit Ecclesiast. Qui docet filium suum, in uita sua letabitur: & in obitu suo non est contristatus. Quia ut Lyranus & Iansenius adnotant bono patris exemplo filius confirmatus, conseruaturus in pace domum creditur, quod morienti patri solatium est. Sed multo magis letabitur Doctor Ecclesiæ, qui fecerit, & docuerit filios spirituales, quia Magnus uocabitur in regno celorum. 2 Contristari dicitur secundum hominū existimationem, etiam qui tristitia simulat. Sic de Hero de legimus, cui petiit filia Herodiadis caput Ioannis Baptistæ: Et contristatus est rex. Et certe quidam patrū existimauerunt tristitiam illam Herodis fuisse verā. Ita Chrysostomus. Indoluit, inquit, propter virtutem, admiratur enim virtutem & hostis. Ita Theophylactus & Euthymius. Item Ambro. lib. 3. de Virginitibus. Sed contra Hierony. fictam putat fuisse tristitiam: & de industria iurasse ad prætextum facinoris perpetrandi: ideo

Tobi. 2. Iansen. Prou. 12. Lyranus. Ioan. 11. August. Psal. 54. Luc. 21. Eccles. 30. Lyranus. Iansen. Matth. 5. Marc. 6. Chrysof. Theophy. Euthym. Ambros. Hierony. Glossa. Anselmus.

Luc. 13. apud Lucam Herodes à Domino vulpes appellatur, quæ sententia mihi videtur probabilior: quam sequuntur Beda, Glossa, Anselmus, Lyranus, & Caieta. Dicitur autem historico more ab Euangelista contristatus, quia sic putabatur, & quia vultu tristatus est.

3
Matth. 26. Hierony. Contristari non potuit plenè Christus absolutè: ideo Matthæus de illo dixit: *Cæpit contristari, & pauere, & mæstus esse.* Quia vt notat Hieronymus. Non fuerunt in Christo passiones, sed propassiones, quæ non præueniunt ratione, sed ei admissum obtemperant. Putat autem Hilarius hoc loco propter Iudæ scelus, non autem propter suam mortem iam impendentem fuisse Dominum contristatū. Cæterum contraria sententia tenenda est, videlicet filium Dei secundum inferiorem portionem humanæ naturæ naturaliter mortem timuisse: & de illa concepisse dolorem, quem manifestauit, vt homo esse crederetur. Ita Chrysostomus hoc loco, & Theophylactus idem Cyrillus lib. 10. in Ioā. Epiphanius in Anchorato pag. 304. Greg. Nissenus lib. 2. contra Eunomium. Damascenus lib. 3. de Fide cap. 24. & Cyprianus, serm. de Passione. Vnde Paulus ad Hebr. *Non habemus, inquit, pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, probatum per omnia, pro similitudine absque peccato.* Denique Ambrosius super Lucam idem asserit.

Ambr. Contristare Spiritū sanctum, vide verbo Affligere.

CAPVT CLXVIII.
Contus.

Amos 4. **CONTVS** Est hasta longior duriorque, & ad percipiendum apta; accipitur etiam pro pertica ferrum in capite habente, qua nautæ vtuntur ad loca nauibus opportuna exploranda, vnde verbū deducitur percontari, id est inquirere, vt Priscianus ait. Hinc intelligitur locus ille Amos 4. vbi de optimatibus Samariæ, quos vacas pingues Propheta vocat, subdit: *Et leuabunt uos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus.* Vbi crudelitas Assyriorum denotatur, qui capta Samaria, capita magnatū eius, hastis erant præfixuri, quod moris fuit olim victoribus, iuxta illud 9. Æneidos.

Gloss. Anselmus. Lyranus. Caietan.

3 Matth. 26. Hierony.

Hilarius:

Chrysof. Theophy. Cyrillus. Epiphanius. Greg. Nisse. Damascenus. Cyprianus.

Hebr. 4.

Ambr.

Amos 4.

In hastis præfiguntur capita.

Rectius verò Hieronymus vertit in contis, quàm Rabbi Dauid, & Rabbi Salomon, qui transferunt, leuabunt vos in spinis. Quia vocem Hebræam Theodotus vertit *ἰσχυρὰ* hastas, vel cōtos, & Sept. *βόλιδες*, hoc est iacula, eadē quippe vox est Num. 23. *Et lanceæ in lateribus.* Vnde & Vatablus vertit. Et auferent vos læceis, & postremam partem uestri in ollis piscullorum. Sed pisculli coquuntur in ollis feruentibus: vnde recte vulgata vertit in ollis feruentibus, & per reliquias intelligit reliquos de vulgo ab Assyriis igne concremandos, vel aqua bulliente decoquendos: quia imitati fuerant scelera maiorum suorum. Ideo Dominus dicit ad turbas de Principibus & Phariseis: *Secundum opera eorum nolite facere.* Qui enim scelera principū imitantur similiter cruciabuntur.

CAPVT CLXIX.
Conuertere, & Conuersio.

CONVERTERE Hebraice dicitur Haphach Leuit. 13. Psal. 78.

Cōuertere idem est quod uertere, aut mutare: pertinet autem præcipuè ad mutationem mentis humanæ, quæ dicitur conuersio.

Conuertere nos, dicitur Deus in Scriptura sacra: & rursus iubet, vt nos ipsos cōuertamus, in priori phrasi gratiam suam, qua nos conuertit. In posteriori verò liberum nostrum arbitrium quoad cōuersionem nostram cum Deo libere concurrimus manifestans. Quàm regulam nobis tradit Aug. lib. de gratia & libero arbitrio cap. 5. cuius verba sunt: *Cum dicit Dñs: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos.* Zacha. 1. vnum horū videtur esse nostre voluntatis, & alterū ipsius gratiæ. Deinde ait, non nostris meritis, vt volebat Pelagius, sed ex pura gratia sua nos impios ad pietatem conuertit Deus: quod multis locis docet Scriptura apud Zach. *Conuertam eos, quia miserebor eorum, & erunt sicut fuerunt, quando non proieceram eos.* Ego enim Dominus Deus eorū exaudiam eos. Ergo ex misericordia precibus exoratus, non meritis nostris nos à peccato cōuertit: in quo sensu Propheta clamat in Psal. *Deus uirtu-*

Virgilius. Hierony. R. Dauid. R. Salomō. Theodotus.

Vatablus,

Matth. 23.

נָחַח

I

2

Regula. August.

Zach. 10.

Psa. 79.

tum

tum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Vbi per ostensionem faciei, quid nisi fauorem, & clementiam intelligit: & Psal. 89. *Conuertere Domine usquequo & deprecabilis esto super seruos tuos.* Ecce non iustum retributorem, sed deprecabilem miseratorem rogat. sicut Psal. 84. *Deustu conuersus uiuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te: ostende nobis Domine misericordiam tuam, &c.* Quod multo magis innotescit. Ex illo Ioelis: *Nunc ergo dicit Dominus, conuertimini ad me, ex toto corde uestro in ieiunio, &c. & conuertimini ad Dominum Deum uestrum, quia misericors est & patiens, &c. Quis scit si conuertatur, & ignoscatur Deus? & relinquat post se benedictionem.* Vbi ponitur dubitatio quis scit, vt non ex debito iustitiæ, sed gratis nos conuertere Deus intelligatur: & quia nescit homo an ad suscipiendam gratiam Dei, se disposuerit satis, vt notat his verbis Hieronymus. Ego hortor, inquit, quod meū est ad poenitentiam, & Deum noui ineffabiliter esse clementem, sed scientiam tempero: & opto potius quam præsumo. Hæc Hierony. Item August. qui refertur de poenitentia, dist. 3. Can. is qui. *Poenitentiam, inquit, dare possumus, securitatem dare non possumus.* Hæc ille. Solus ergo dat securitatem, qui Paralytico dixit: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & mulieri peccatrici: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* & Adulteræ: *Neque ego te condemnabo, sed rari sunt, qui hoc clare de ore Domini audierunt.*

Conuertere se negat Deus peccatorem, vel populum peccatorem, cuius peccata per obstinationem sunt irremissibilia. Amos 1. *Hæc dicit Dominus, super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertat eos.* Sic in hoc capit. sæpè repetitur quartum peccatum, propter quod Deus non conuertit Damascū, Gazam, Ædon, Ammō, Iudam, & Israëlitas. Et quidem Rupertus existimat, quando dicitur: *Non conuertam eum,* in genere masculino, ad verticem Carmeli referri, qui interpretatur scientia circuncisionis, & significat Hierusalē non esse conuertendam, neque referri ad singulas ciuitates Gazam, Ædon, &c. quæ sunt generis fœmenini. Cæterum expositio minimè quadrat, quia solet scriptura genera mutare diuersa, sicut Ose. 4. *Contiuit populus meus.* Ecce genus masculinū.

Psal. 84.

Ioel. 2.

Hierony.

Aug.

Matth. 9.

Luc. 7.

Ioan. 8.

3

Amos 1.

Rupertus:

Ose. 4.

Deinde subdit in fœmenino: *Oblita est legis mea, quæ regula seruanda est.* Præterea Chaldeus vertit in plurali super quatuor non parcam eis. Porro maior cōtrouersia est de quarto peccato irremissibili. Lyranus super hunc locum refert sententiam Hebræorum, ter peccati dimitti, sed qui peccatum idem quater repetit, veniam non obtinere, quæ sententia pugnat cum Euangelio, vbi Dñs Petro dixit apud Matth. remittendū peccati, non solum septies, sed & septuagies septies. Vbi numerus accipitur finitus pro indefinito. Item Regi Manasse innumera ferè sunt dimissa peccata, qui 2. Paral. poenitentiam egit. Secunda Theodoretus sententia est super tribus, & super quatuor multitudinem in definitam significari, sicut Poëta dixit: *O terq; quaterq; beati,* id est multis modis. Vatablus vero super tribus, & super quatuor, septies significari dicit, septies autem multitudinem magnā denotare, sed utraque expositio, si intelligit multitudinem peccatorum hominibus quantumcūq; magnā non posse quoad culpam dimitti, aut non solere, falsa est, sicut contra Hebræos demonstrauimus. Si verò quoad poenam intelligant duntaxat, probabilis expositio est: sic enim solet Deus interdū remissa culpa, non conuertere peccatorem ad statum prioris securitatis, in quo erat ante peccatum, sed potius exterius sine remissione, aut venia punire: sicut Moysen & Aaron nunquam in terram promissionis intrare permisit. Sic & Dauidi culpa remissa, irrefragabiliter occidit infantem, quem de adulterio susceperat. Sic de idolatris simulachra in templo colentibus dixit apud Ezech. *Faciam in furore meo, & non parcat oculus meus, neque miserebor.* Quod non de culpa, sed de poena qui dem intelligit. Sic & in præfenti loco putauerim esse intelligendum probabiliter, quia de poena subdit, & mittam ignem in Gazam, &c. Est nihilominus certa expositio de peccato finalis impoenitentis Dominum loqui, quod quartum peccatū vocat, vt tenet Hieronymus epistol. 48. ad Sabinianum. Primum enim est peccatū cogitationis deliberatæ, secundum consensus, non in sola delectatione, sed in opere contra legem Dei, tertium operis perpetrati, quartum finalis impoenitentia, quod solum est irremissibile, solet tamen Deus

Regula. Chaldeus.

Lyranus.

Matth. 18.

2. Paral. vii. Theodoret.

Vatablus.

1. Reg. 12.

Ezech. 8.

Hierony.

ante quam homo poenitere velit repente de viuis illum auferre, propter multitudinem peccatorum, cui si longius tempus dedisset vitæ, forte poenitentiam egisset. Sicut si fecisset in Sodomis signa, quæ facta sunt in Iudæa poenitentiam egissent. In quo etiam sensu Dñs forte loquitur est in presenti. Sic etiam Phariseis dixit: *Moriemini in peccatis uestris*, id est vitæ ab auferam, ante quam velitis poenitentiam agere.

4
 Conuertere cor alicuius in bonum, siue naturale, siue supra naturale, Deo quidem absolute ad ostensionem omnipotentis tribuitur. Sic 1. Esdr. 6. *Quoniam laudificauerat eos Dominus, qui conuertit cor regis Assur ad eos, ut admiraret eos.* Item Esther 15. *Conuertitq; Deus spiritum Regis in mansuetudinem.* De quo Psalm. 79. 84. a. Pro. 16. a. Hier. 31. c. d. Act. 7. e. Potest quippe Deus sine violentia liberum hominis arbitrium, quo voluerit inclinare. Sic vno verbo Matth. 23. conuertit. c. 9. & Zachæum Luc. 19. Quando vero in malum conuertere, quosdam Deus dicitur: *Permittere eos conuerti.* debet intelligi sicut Psalm. 104. *Conuertit cor eorum*, id est Ægyptiorum, vt odirent populum eius. Vbi Hieronymus. Conuertit, vt contemplantur Ægyptij iniquitates eorum, vnde illos oderunt, vel vt Aug. ait. Benefaciedo populo Israël, & augendo, permisit Ægyptios ad inuidiam conuerti.

5
 Cæterum quæstio est, quia videtur in Scriptura Deo nonnumquam tribui, vt auferat lumē aliquibus facinorosis, ne conuertantur. Sic enim legimus Isai. 6. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, ne forte conuertantur, & sanentur.* De quo variæ sunt expositiones. Prima, quæ refert August. lib. 99. Matth. ca. 14. Ne, particulam esse optantis, quasi dicat: Si quando conuertantur, & sanentur eos. Græcè *μη' ωστε*. Ita Iansen tenet in concordia Evangelica. Secunda expositio Cyrilli super Isai. 6. Esse præscientis, quod vere conuerti prius deberent, & sanari, si intelligerent parabolas Saluatoris, sed deberent postea peius relabi: & propterea potius clementer vult, vt in sua prima cæcitate minus culpabili remaneant. Ita Theophylactus. Tertia expositio Hieronymi rigidior super Isai. & Chrysof. Permissionem fuisse, vt excæcarentur, neq; conuertentur in poenam

peccatorum suorum. Itaq; pro magnitudine sceleris, ait Hieronymus, Iudei poenitentia indigni iudicati sunt.

6
 Conuerti ad poenitentiam, & ad cor frequens est in scriptura 2. Par. 6. d. Pro. 1. c. Eccli. 5. b. & sepe alias, ad quam conuersionem inuitat filius Dei Matth. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis, &c.* Præterea conuerti ad cor, est respicere: & poenitentiam agere, vel cognoscere semetipsum, Pf. 48. *Quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor.* Ita vertunt Septuaginta *εἰς καὶ ἑαυτὸν* ad cor. Sed Hierony. ad veritatem Hebraicam, & Chaldaicam, & Vatabl. vertunt. *Qui non reuertuntur ad stultitiam.* Ratio vero diuersitatis est, quia Sept. legerunt *Al. 𐤀𐤏*, sed Hieronym. *𐤀𐤏*. lo. non. Præterea, quia Chislah est vox æquiuoca, quæ significat ilia & interiora cordis, & stultitiam, quare melius vertit vulgata, & quoad vocem, & quoad sensum. Quia vt Theodo. ait. Conuersio cordis ad Deum poenitentia est, & liberatio à peccato, & subinde ab stultitia, quia omnis peccans est ignorans, iuxta Philosophum. Sic Dñs loquutus est pacem peccatrici conuersæ ad cor apud Luc. & Zachæo, & Chananææ. Eadē phrasi vertitur Baruch 2. *Conuertentur ad cor suum in terra captiuitatis suæ.* Et filius Prodigus dicitur in se reuersus, id est ad cor suum, vnde peccando exierat foras. Itē Ecclesi. ait. *Qui timet Deum conuertetur ad cor suum.* Quia nimirum non in elementis quidē, nec in sideribus cæli, aut in omnibus creaturis rationis expertibus, loquitur Deus, aut splendet imago eius, sicut in humano corde: quod solum inter hæc omnia capax Dei est: & ideo in corde loquitur homini Deus, vnde beatus erit qui in se reuersus conuertitur ad cor.

7
 Conuertere pollicetur Deus captiuitatem & desolationem populi per os Prophetarum, partim à temporali malo, partim ab spirituali miseria suos eripiens in fide Christi: quod quia difficile in scripturis, nisi ab expertis discernitur, nos hic lectorē manu ducemus. De captiuitate quippe temporali sermo est, Psalm. 52. *Cum conuerterit Dñs captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob.* Ita Theod. & sic Psalm. 115. 2. & Ose. 6. *Cum conuertero captiuitatem populi mei.* Hiero. sub Cyro, inquit Rege. Et Hier. 32. *Conuertam captiuitatem eorum:* subaudi à Babylonia, vt

Matth. 11.
 Ioan. 8.
 1. Esdr. 6.
 Esther 15.
 Matth. 9. Luc. 19.
 Psalm. 104.
 Hierony.
 August.
 Isai. 6.
 August.
 Iansen: Cyrilli.
 Theoph. Hierony. Chrysof.

Hierony.
 6
 Matt. 11.
 Pfal. 84.
 Hierony. Chalda. Vatablus.
 Theodoret.
 Aristot. Luc. 7. Luc. 19. Matth. 15. Baruc. 2. Luc. 15. Eccl. 21.
 7
 Pfal. 52.
 Theodoret. Pfal. 115: 2. Ose. 6.
 Hierony. Hier. 32.

Hierony. Hiero. ait. Deniq; ex præcedentibus & subsequētibus diiudicabit lector, an scriptura loquatur de liberatione materiali populi. Porro de conuersione ad fidem Ecclesiæ Catholicæ dicitur Isai. 52. *Oculo ad oculum uidebunt, cum conuerterit Dñs Sio,* subaudi ad Ecclesiam Christi. Ita Hiero. Lyr. Vata. & ante eos Euseb. libr. 6. demonstrat. Euang. c. 24. Itē Isai. 60. *Cum conuersa fuerit ad te multitudo maris*, id est gentium instar maris ad Ecclesiam conuenientium: vt exponunt Hieron. Cyri. Proco. Lyr. & alij. Quod coepit impleri, quando Magi ab Oriente uenerunt. De uocatione quoque reliquiarum Israël ad fidem explicat Hieron. illud Hier. 23. *Et conuertam eos ad rura sua.* & c. 30. *Conuertam conuersionem populi mei Israël,* & c. 31. *Conuertam luctum eorum in gaudium.* De quo Dñs apud Ioan. *Tristitia uestra conuertetur in gaudium.* Quod uero Hier. 33. dicitur. *Conuertam conuersionem terræ sicut à principio.* Lyr. exponit, sicut quado exierunt de Ægypto. De eodem Sopho. 3. d. & Ezech. 36. b.

8
 Ceterum difficultatem habet, quod Ezechiel. 16. de eadē conuersione populi Iudaici ad Christum legimus: *Conuertam restituens eas conuersione Sodomorum cum filiabus suis, & conuersione Samariæ, & filiarum eius, & conuertam conuersionem tuam in medio earum, & soror tua Sodoma reuertetur antiquitatem suam.* Loquitur autē Dñs ad Hierusalem, cuius sorores in iniquitate, dicit esse Sodomam, & Samariam cum filiabus, id est cum villis earum, & Sodomam quidē atq; Samariam conuertendas priores ad fidem in lege gratiæ: deinde uero reliquias Hierusalem, sicut exponunt Hierony. Lyr. & Vatabl. sed illud uix intelligitur, quod Sodomam restituendā, & conuertendam dicit Propheta, quā uidemus usque hodie destructā, & in mare mortuum conuersam: ideo Theod. dicit: *Conuersionem hoc loco in malum accipi, pro desolatione & restitutione in eam solitudinem, in qua fuit Sodoma antequam conderetur, & poni futurum pro præterito.* Quod certè minimè quadrat: vnde Hierony. fabulā refert Hebræorum dicentium, quod Sodoma tempore Christi, id est Antichristi, sit reedificanda, ipse uero Hierony. ad spiritalem sensum cofugit tacens literalem, dicitq; animam intelligi peccatricem conuertendam, &c. Porro Dionys. Carth. nomine Sodomæ intelligit Gallileam, quæ in ma-

ri mortuo terminatur ubi fuit Sodoma, estq; à dextris Hierusalem, & Samaria à sinistris, vt hic dicitur. Deniq; Lyranus & Vata. per Sodomam Moabitas & Ammonitas intelligi putat, quia ex filiabus Loth habitatoris Sodomæ nati sunt Moab, & Ammon, vnde Moabitæ & Ammonitæ procedunt. Cōstat autē Arabes, quorum pars isti sunt, ab Apostolis ad fidem fuisse conuersos. Sic explicat comūnior sententia iuniorum. De his Dñs prædixit: *Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere.* & mihi uidetur historica hæc expositio.

9
 Conuertere faciem ad parietem est poenitentis, vel innanem gloriam uitantis, sicut exponit Hierony. de rege Ezechia, qui conuertit faciem suam ad parietem. Ne lachrymas, inquit, suas assidentibus ostentare uideretur. Vnde & Dominus innanem fugere gloriam nos docuit, dicens: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.*

10
 Conuertit Deus electos suos, etiā si fuerint in profundo maris. Psalm. 67. *Dixit Dominus ex Basam conuertam, conuertam in profundum maris.* Vbi Hierony. ad ueritatem Hebraicam transtulit conuertam de profundis maris. Et Sept. *ἐν βυθοῖς θαλάσσης.* In profunditatibus maris. Et Chaldaus. *Reducam iustos, qui sunt suffocati, & quos absorberunt pisces in profundo maris.* Ideo August. An fallit, inquit, latina loquitio: Et positum est in profundum maris, pro conuertam in profundo maris: vt sit sensus, sicut Ionas in profundo maris, & in ventre ceti conuertetur, sic electos meos etiā si in profundo maris fuerint conuertam, si forte peccauerint. Hæc ille. *Conuertam ex Basam,* id est ex turpitudine & confusione, id enim significat Basam, vt inquit Hieronymus, & Cassiodorus, sic de maris profundo, & confusione conuertit filius Dei peccatricem, & Chananæam. Denique adulterā. Præterea Vatabl. iuxta literam exponit. *Dixit Dñs: Conuertam ad salutem meos, sicut olim Israëlitas de terra Basam, contra Og regem illius oppidi præliantes, & sicut eos de mari Rubro saluauit.* Est ergo legendum, conuertam in profundo maris, non autem in profundum.

11
 Conuertere naturas rerum Dei omnipotentis signum est Exo. 7. ubi uirga Moysi conuersa est in draconem, & Psalm. *Qui conuertit mare in aridam.* Itē: *Conuertit in san-*

Ira. 52.
 Hierony. Vatablus. Eusebius. Isai. 60.
 Hierony. Cyrillus. Procopius. Lyranus. Matth. 2. Hierony. Hier. 23. Hier. 30. Hier. 31. Ioan. 16. Hier. 33.
 Lyran.
 Ezech. 16. Quæstio:
 Hierony. Lyranus. Vatablus.
 Theodoret.
 Hierony. Dionys.

Lyranus. Vatablus.
 Ioan. 10.
 Hierony. Isai. 38.
 Mat. 5.
 Psalm. 67.
 Hierony.
 Chaldaus.
 August.
 Hierony. Cassiodo.
 Luc. 7. Matth. 15. Ioan. 8. Vatablus.
 Exod. 7. Psalm. 65.

sal. 77. *quinem flumina eorum. & qui convertit petram in stagna aquarum. Sed super omnes has conversiones excellit conversio sacramentalis panis & vini in corpus & sanguinem Christi. De qua Dñs ait. Caro mea vere est cibus, &c. quia hic tota substantia præcedens convertitur in corpus Christi, unde transubstantiatio vocatur, Cā. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica.*

12 *Iustitia convertitur in iudicium, quando bona opera, quæ vel occulta iacebant, vel calumniæ patiebantur in die finalis iudicii clarescent. Sic exponit Lyranus, Iansenius, & ante eos Theodoretus illud Psal. 93. Hereditatem suam non derelinquet, donec iustitia convertatur in iudicium. Tunc dicit rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, quia esurivi, & dedistis mihi manducare. Sed Augustinus exponit. Donec iustitia Apostolorum, & similibus, qui dicunt: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. convertatur in iudicium, id est in iudiciale potestatem, quando se debent, & iudicabunt duodecim tribus Israel. Non dissimile est illud Psal. Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dñs benefecit tibi, id est in requiem paradysi, pro labore vitæ præsentis, ut exponit Basilus sic legimus Zach. 9. Convertimini ad munitionem iuncti spei, id est iuncti sperantes salutem per Christum, ut exponit Hieron. Est autem munitionis cæli locus, ubi Saluator est: Murus & ante murale.*

13 *Convertere dicitur manus suam, ut congreget filios Ecclesiæ, Zach. 13. Et convertam manum meam ad parvulos, & erunt in omni terra: partes duæ in eadisperdentur, & tertia pars in ea relinquetur. Vbi Hieron. Hanc tertiam partem Christianorum esse dicit, qui pereuntibus aliis partibus duabus, Iudæis videlicet, & Gentilibus obstrictis, ipsi electi ex utroque populo salvantur. De quo Ioannes: Quia moriturus erat, ut filios Dei, qui dispersi erant, congregaret in unum. Convertit autem Dominus manum suam ad parvulos, quibus dixit: Nisi conversi fueritis, sicut parvulus iste, non intrabitis in regnum cælorum.*

14 *Converti ad aliquem sanctorum est in uocare auxilium eius Iob 5. Ad aliquem sanctorum convertere. Hoc facere Gentiles cœperunt dicentes Philippo: Domine volumus Iesum videre. Convertere autem gladium in vaginam est à cœde cessare. 1. Paral. 21.*

ral. 21. d. & Matt. 26. e. Denique converti sumitur aliquando pro perverti, quod ex adiunctis facile colligitur. Sic Levit. 19. a. Isa. 41. c. 44. d. 59. c. Ezech. 8. g. Ps. 39. d. 77. b. c. & 128.

15 *Convertere se quoque dicitur interdum Deus ad puniendum, Iosue 24. Convertet se Deus, & affliget vos. Non quod in Deo sit mutatio, sed quia merita nostra mutantur. Habet tamen Emphasim, quasi dicat, Deus cui naturalis est misericordia: Quia miserationes eius super omnia opera eius: & qui multus est ad ignoscendum, & præstabilis super malitia. Tamen sceleribus nostris exacerbatus, quasi convertitur de sua misericordia ad iustitiam, quando dicit: Serue nequam omne debitum remisisti tibi, quoniam rogasti me, &c. & tradidit eum tortoribus. Itē Ligatis manibus & pedibus eius, mitte eum in tenebras. Propterea quasi cum dolore convertitur ad ultionem ait apud Isa. Heu consolabor super hostibus meis. Sed quia sicut via Dei regia & trita est misericordia, sic semita, ad quas puniendi causa convertitur sunt ira & furor eius. Qui placat per poenitentiam iram Dei, dicitur Isa. 58. Convertens semitas in quietem, ut Hieron. exponit. Talis fuit mulier in ciuitate peccatrix.*

CAPVT CLXX.
Convivium, Cophinus.

CONVIVIVM Hebraicè dicitur Marzèach. Hier. 6. Ne ingrediaris domum convivij.

Convivium à convivendo derivatur: unde Cicero de senectute. Bene, inquit maiores nostri epularem accubationem, quia conjunctionem haberet, convivium nominarunt. Porro Scriptura sacra magna ex parte convivia reprehendit. Sic Deut. 21. De filio familias contumaci lapidando dicunt parentes: Filius hic noster comestationibus uacat, luxurie atque conviviis. Et quidem Absalon in convivio occidit fratrem suum Ammon. Simon Machabæus in convivio transosus est. Balthasar Rex in convivio vidit articulos manus, sententiam mortis in eum fulminantes. Vastia Regina in convivio contumax coniugi Assuero repudiata est. Herodes in convivio iussit Ioannis caput abscindi. Filij Iob

Iosue 24.
Psal. 144.
Ioel. 2.
Matth. 18.
Matth. 22.
Isa. 1.
Isa. 8.
Hieron. Luc. 7.
Ierem. 6.
Deut. 21.
2. Reg. 13.
1. Mach. 16.
Dan. 5.
Esther. 1.
Manc. 6.

in convivio sunt oppressi, nec illos servare potuit sacrificium patris pro singulis oblatus octavo quoque die, Iob 1. super quem locum Greg. lib. 1. Mor. c. 5. sic ait. Vir quippe sanctus noverat, quod celebrari convivium sine peccato vix possunt: quia magna purgatione sacrificiorum diluenda sunt epulæ conviviiorum. Hæc ille. Inducunt enim oblivionem operum Dei, quæ omnium malorum radix est, apud Isaiam: Cithara, & lyra, & tympanum, & vinum in convivio vestris: & opus Domini non respicitis, neque opera manuum eius consideratis. Unde Eccl. ait. Melius est ire ad domum lutis, quam ad domum convivij: in illa enim finis sanctorum admonetur hominum. Unde Aegyptiis conviviantibus moris fuit, calvariam hominis defuncti recte elaboratam singulis conviviis aspiciendam, contrectandamque porrigere. Romani vero leges varias moderandis statuere conviviis, ut refert Macrobius, lib. 3. Saturnalium. c. 17. & quidem lex Orchia numerum conviviatorum restrinxit. Deinde lex Licinia decrevit, ut Calendis, Nonis, Nundinis Romanis cuique in dies singulos triginta solum asses in epulis consumere liceret. Cæteris vero diebus, ne amplius apponeretur, quàm carnis aridæ pondo tria, & fassamentorum pondo libra, quod ex terra, vite, arboreæ natum sit. Sed relictis prophanis, sacras conviviij leges ponit, Eccl. c. 31. & filius Dei apud Luc. Cū facis prandium, inquit, aut cenam noli vocare amicos tuos, neque fratres, neque cognatos, neque divites: ne forte & ipsi te reinventent, & fiat tibi retributio. sed voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatuseris, quia non habent retribuere tibi, &c. Porro Greg. in homilia. Vocandi, inquit, sunt aliquando amici, & cognati, sed tam moderata illis convivia præparanda sunt, ut supersit, unde pauperibus elemosina tribuatur. Hæc ex Gregor. & certè diviti epuloni, qui sepultus in inferno dicitur, nihil aliud opponitur, nisi quod oblitus pauperis vicerofus: Induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Sed scriptura nobis considerandum experimento reliquit, ex nimia ingurgitatione, & potu luxuriam, lasciviam, adulteria, cædes, discordias, rixas, murmuraciones, & omne genus flagitij procedere. Certè magnus Alexander in convivio Clitæ fratrem collataneum hasta transfixit, & consilio

Iob 1. Greg.
Isa. 5.
Eccl. 7.
Macrobi.
Eccl. 31. b.
Luc. 14.
Gregor.
Luc. 16.

cuiusdam pellicis Persepolim Persiæ metro polim opulentissimam igne succendit.

Musica in convivio adhibebatur Ecclesiast. 49. Mysticè verò musica in convivio denotat mores honestos, & ordinem in convivio profuturum: qualis fuit in convivio Nuptiarum Cana Galilæe, ubi tanta fuit vini parcitas, ut defecerit quidè & occasio fuerit Saluatori convertendi ad aquam in vinum. Quia sicut luxuriosis conviviis diabolus, sic honestis, & sanctis Christus assistit. Item convivio Abraham Angeli quidem tres in figuram Trinitatis Dei interfuere.

Convivium mysticè in scriptura Eucharistiæ denotat sacramentum, imò & in sensu literali & doctrinam Evangelicam, Isa. 25. Faciet Dominus omnibus populis in mote hoc convivium pinguium medullatorum, & vinum melle defecatum. Vbi Cyrillus ad mysterium Eucharistiæ refert. De quo Dñs apud Ioannem: Caro, inquit, mea vere est cibus. Eodè modo intelligit Cyprian. in expositione Symboli, & Eusebius Cæsariensis, lib. 1. demonstrat. c. ult. sic & Dionysius. Secunda expositio est Procopij, & Vatab. Convivium esse Evangelicorum dogmatum, & vituli faginati Christi. De quo Luc. 15. Occidit pater tuus vitulum faginatam. Tertia expositio esse dicit convivium gloriæ cælestis, quæ tenet Hiero. Itē Adamus, & placet mihi non minus quàm priores.

De convivio ablationis Abraham, unde verbo Ablactare. Præterea, nota quod post cenam legalè agni Paschalis, quasi figura completa, convivium legis gratiæ fecit Iesus in Eucharistiæ.

Cophinus vox Græca Latine corbis, vas est rusticum vimine contextum, erat autem apud Iudæos consuetudo, ut serviles homines cophinum, aut cistam vacuam super humeros circumferrent ad portanda, quæ iubebantur. Unde cestiferos Poëtæ vocant Iudæos: ita Martialis ait.

Ad sceminam quæ nupsit Iudæo,
Nupsisti Gellia cistifero.

Sic etiã loquitur Iuvenalis. &c. Unde deprehendimus sine difficultate duodecim cophinos habere potuisse discipulos, Ioann. 6: ad colligenda fragmenta conviviij quinq; panum, quibus quinq; millia filij Dei hominum satiauerat. Lactantius lib. 4. divinarum restitutionum, cap. 15. Testimonium citat Sybillæ hoc miraculum sic predictis. Hic panibus quinque & duobus piscibus

2
Eccl. 49.
Ioan. 2.
3
Isa. 25.
Cyrillus.
Ioan. 6.
Cypria.
Eusebius.
Carthusian.
Procop.
Vatab.
Luc. 15.
Ioan. 13.
Hieron.
Adamus.
4
Martialis.
Iuvenalis.
Ioan. 6.

bus quinq; myriades hominū saturauit, & ex his quæ māducantibus superfuerant dōd exca-
 Chrysoft. Matth. 14. *ω λ κ ρ ω σ κ κ ο φ ι ο ς*, duodecim imple-
 uit cophinos. Hęc Sybilla. Chrysoft. ve-
 rō super Matt. 14. O ego, inquit, nō tam
 panis modo copiā, & multiplicatiōē ad-
 miror, sed quod duodecim sportas cape-
 rēt de fragmentis, nec plus, nec minus: &
 quod prāuiderit quantū essent consum-
 pturi. Hęc ille. Quis ergo de prouidētia,
 & potētia Dñi diffidat? De qua Sap. 12.
 Tua Pater prouidentia ab initio cuncta guber-
 nat. & cap. 11. Omnia mensura, & numero,
 & pōdere disposuisti. Albertus Magnus ex-
 ponit ad mores. Panes esse prācepta, qui-
 bus turba faturatur: reliquias verō esse cō-
 filia, vt puta perpetuæ obedientiæ, casti-
 tatis & paupertatis, quæ turba non capit:
 sed Apostoli & Apostolici viri hęc colligunt,
 vt ipsi pascantur in terra, & locuple-
 tius in cælo.

CAPVT CLXXI.
 Coquere.

COquere Hebraicè dicitur Aphach
 vt habes Ge. 19. *Inde ophach pistor.*
 Est autē coquere ignis calore cibū esui
 aptū reddere. Exod. 23. *Non coques hadū
 in lacte matris sue.* Quod exponit Lyran.
 fuisse prāceptū ad crudelitatem detestan-
 dā. Crudele quippe videtur coquere hā-
 dū lacte, quo nutrirī debuit. Itē quia ido-
 latræ hoc faciebāt. Sed Vatab. aliter expo-
 nit. Ne coquas hādū simul cū matre, quæ
 lactat illum, sicut prohibuerat auem cum
 pullis pariter occidere, quod crudelitātē
 sapit. Probabilius tamē est, quod August.
 ait, in qq. super Exod. citatus à Glossa.
 Prohibitionem esse ne coqueretur hādus
 lactaneus. Nā vt omittā tenellū, & humi-
 dum magis assari ad cibū, quā coqui debe-
 re: typus tamē erat Christi, qui non erat la-
 ctaneus infans ab Herode perimēdus. Vn
 de Angel⁹ Ioseph in somnis admonuit, *Su-
 me puerū, & matrē eius, & fuge in Ægyptū.*
 Coquere per metaphorā dicitur dece-
 ptor, eos quos decipit. Ita de Rege Iero-
 boā, qui per deceptionē decem tribus Is-
 raēl induxit, vt vitulos aureos adorarent,
 dicitur Ose. 7. *Tota nocte dormiuit coquens
 eos, idest, quod dormiēdo illusus à diabo-
 lo somniat, mane surgēs suasit populo,
 vt Hierony. ait, secundū sententiam He-*

braorū. Et certē omnis peccator dormire
 merito dicitur, quia secundum Philoso-
 phum: *Omnis peccans est ignorans.* Quare
 Dominus ait: *Beati sunt serui illi, quos cum
 uenerit Dñs inuenerit uigilātes.* Omnis etiā
 hæreticus impostor prius blandis sermo-
 nibus decoquit simplices, quos postea de-
 uorat. Ideo Christus ait. *Attendite à falsis
 prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis
 ouium.*

Coquendis panibus multarum familia-
 rum, vnum sufficere clibanum, qui est vas
 paruū portatile ex ære vel ferro fabrica-
 tum, signum est penurię frugum, & famis
 grassantis: ita de populo peccatore fame
 plectendo dicitur Leuit. 26. *Vt decē mu-
 lieres in uno clibano coquant panes, & reddāt
 eos ad pondus, & comedetis, & non saturabi-
 mini.* Sic exponunt Lyran. & Vatablus.
 Mysticè verō famē verbi Dei scriptura
 propter scelera nostra minatur: ita vt mul-
 tæ quidē Ecclesię vix vnum predicatorē
 zelo Dei quasi clibanum feruentē habe-
 re possint. Propterea Dñs ait apud Luc.
*Rogate Dominum messis, ut mittat operarios
 in messem suam, videlicet, ne populus fame
 contabescat.*

CAPVT CLXXII.
 Cor.

COR Hebraicè dicitur Lebab, vt
 spatet Deut. 28. & Exod. 14.
 Cor prācipuum est membrū in visce-
 ribus, sedes vitæ, fons arteriarum, & calo-
 ris natiui domiciliū. Nullum autē animal,
 quod sanguinē habeat sine corde esse po-
 test, vt Galen⁹ docet li. 6. de Vsu partiū.
 Cor deitati per metaphorā tribuitur, de
 notatq; voluntatem eius & mentem. Sic
 1. Reg. 2. Dñs ait. *Suscitabo mihi sacerdo-
 tē, &c. qui iuxta cor meum, & iuxta animam
 meā faciet, idest secundū mentem meā.* di-
 citur etiā de Dauid. *Quæsiuit Dñs uirū iux-
 ta cor suū, idest obedientē voluntati suæ.*
 Itē Iob ait. *Quid est homo, quia magnificas
 eū? aut quid apponis erga eū cor tuum?* idest
 cur mentē ad illius adhibes gubernatio-
 nē? vt exponit Lyra. Quod verō Dñs di-
 cit Isā. 63. *Dies ultionis in corde meo,* signi-
 ficat minas, quas intētat, dicēs apud Mat.
Ibunt illi in supplicium æternum. Et alibi pas-
 sim: non esse solū verborū strepitū, sed ex
 animo proficisci, vt Hieron. ait. De corde

Aristot.
 Luc. 12.
 Matth. 7.
 3
 Leuit. 26:
 Lyranus:
 Vatablus,
 Luc. 10:
 4
 Galenus,
 2
 1. Reg. 13.
 Iob 7:
 Lyranus.
 Isā. 63,
 Matth. 27:
 Hierony.

pro

pro mēte Dei, vide Hie. 19. b. Iob 9. &c.
 Cor humanū Deus non cogit, sed per
 suam omnipotentiam libere Hecitit quo
 vult. Iob 12. *Qui immutat cor principum.*
 Sic immutauit cor Zachæi Publicanorū
 principis, & Reguli, quia vt Salomon ait.
*Cor Regis in manu Dei est, quocumque uolue-
 rit uertet illud.* Sic Reges ab Oriēte traxit
 ad Bethlehē. Itē mollit cor durum, iuxta
 illud Iob. *Deus molluit cor meum.* Sic mol-
 liuit cor Sauli, & de lupo fecit agnū. Prete-
 rea dat cor intelligēs, vt dicit apud Baruc.
Dabo eis cor intelligens. Sic dedit Chana-
 nææ, quæ cū esset Gētilis, vtranq; in Chri-
 sto naturā intellexit, dicens: *Miserere mei
 Domine fili Dauid.* Deus etiam tangit cor.
 1. Reg. 10. d. Et aufert cor lapideū, sicut
 in Ezech. *Auferam cor lapideum de carne ue-
 stra, & dabo uobis cor carneum.* Quod prā-
 stitit Thomæ de Resurrectione dubitāti.
 Deniq; dat cor vnum in fide uiua & cha-
 ritate Ezech. 11. *Et dabo eis cor unū.* Quod
 prācipuē completum est in die Penteco-
 stes, quādo erant omnes discipuli pariter
 congregati, & descendit Spiritus sanctus
 super eos.
 Cor hominis prauū dicitur, idest cogni-
 tu difficile, nisi à Deo, Hier. 18. *Prauū est
 cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscat il-
 lud? scrutans corda & renes Deus.* Sed illud
 posset opponi, quod Salomō ait. *Quomodo
 in aquis respundet uultus prospicientium,
 sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.*
 Sed respōdet Gregor. Corda ex signis, &
 operibus externis cognosci, iuxta illud
 Matt. *Ex fructibus corū cognoscetis eos.* Ce-
 terū quando nullum signum exterius ap-
 pareret, liberā hominis cogitationem solus
 Deus natura sua cognoscit. Sic dicitur
 1. Reg. *Homo uidet ea quæ parent, Deus autē
 intuetur cor.* Et in Eccli. *Quoniam agnitor
 cordis ipse est.* Ideo filius Dei cogitationes
 Pharisaorum intelligens, Deus ostēditur
 apud Matth. & Luc.
 Cor humanū non quidem positiuē, vt
 Theologi dicunt, sed permittendo dūta-
 xat Deus indurat, vel aggrauat. Sic intel-
 ligunt patres illud Exo. de Pharaone: de
 quo Dñs ait: *Ego indurabo cor eius, idest in-
 durari permittā, vt exponunt super illud
 Rom. 9. Cuius uult miseretur, & quæ uult in-
 durat.* Hierony. D. Tho. & Theophylact.
 Nō inquit, quo ipse peruersitatē, aut ne-
 quitia eum doceat. Ceterū, quod Dñi lon-

3
 Iob 12.
 Luc. 19.
 Ioan. 4.
 Pro. 21.
 Matth. 2.
 Iob 23.
 Act. 9.
 Baruc. 2.
 Matth. 15.
 1. Reg. 10.
 Ezech. 36.
 Ioan. 20.
 Ezech. 11.
 Act. 2.
 4
 Hier. 18.
 Pro. 27.
 Greg.
 Matth. 7.
 1. Reg. 16:
 Eccli. 7.
 Matth. 9.
 Luc. 5.
 5
 Exod. 4.
 Rom. 9.
 Hierony.
 D. Thomas.
 Theophy.

ganimitate iste ad peruersitatis suæ incre-
 mentū abutatur, quippe qui eam cōtem-
 nat. Hęc Theophy. Quod enim liberum
 arbitriū permissum sit Pharaoni, vt inquit
 Adamus, hoc loco satis cōstat Exo. 7. 8.
 & 9. *Dimitte populū meum, &c. quod si uo-
 lueritis, &c.* Quod enim homo libere cor
 suū induret satis exprimitur in Psal. quem
 Paul. citat Hebr. 4. *Hodie si uocē eius audie-
 ritis, nolite obdurare corda uestra.* Et certe
 cor suū obdurauere Pharisei, quibus Dñs
 dixit apud Ioā. *In peccato uestro mstrēmi-
 ni.* Et merito sane, quia scriptū est in Eccl.
Cor durū male habebit in extremis. De quo
 Bernar. lib. 5. de cōsideratione. *Quid est,
 inquit cor durū? Ipsum est, quod nec com-
 punctione scinditur, nec pietate mollitur,
 nec mouetur precibus, minis nō cedit, &c.*
 Cor sepius accipitur pro libera volūta-
 te, & affectu: vnde toto corde, vel perfe-
 cto corde diligere est toto voluntatis affe-
 ctu. Deuter. 6. 10. 11. & alibi passim, de
 quo egimus in verbo Amare. Itē rectum
 cor dicitur, quod per charitatē omnia sua
 in Deū summe dilectū dirigit, sic Prophe-
 ta: *Parauerunt sagittas suas in pharetra, ut
 sagittēt in obscuro rectos corde.* Et Psal. 31.
Gloriamini omnes recti corde, subaudi in
 Deo in uobis, iuxta illud Ps. *Nō nobis Dñe
 nō nobis, sed nomini tuo da gloria.* Alioquin
 nō erit rectum cor, sicut non fuit rectū cor
 Pharisei, qui dicēs: *Non sum sicut ceteri ho-
 mines, non in Deo, sed in seipso gloriaba-
 tur.* Erat enim de numero illorū, de quib⁹
 dicit Propheta: *Generatio quæ non direxit
 cor suū.* Est autē gaudium fructus rectitu-
 dinis cordis, iuxta illud Psal. *Lux orta est
 in isto, & rectis corde latitia.* Vbi August.
 Esto, inquit rectus corde, & semper est tibi
 de Dño iucunditas. Et Hierony. Quia
 Christus, inquit, refulget in corde iusti,
 ideo latatur, iuxta illud Ioan. *Iterū uidebo
 uos, & gaudebit cor uestrū.* Rabbi Kimhi vt
 refert Genebr. hoc loco ait Lucē & lati-
 tia futuræ beatitudinis, hic seminatum in
 cordibus nostris, & conceptam colligent
 in cælo iusti beato Dei conspectu.
 Cor multa recipit in scripturis epitheta,
 siue adiuncta in bonum, & in malū. In bo-
 num quidē cor mundum, cor immacula-
 tum & purificatum, item paratum, conca-
 lescens, effusum Deo, eructans, dilatatum,
 robustum quasi cor leonis: contabescens,
 languidū, liquefcens, corruptum, mcerēs,

Adamus.
 Psal. 94.
 Hebr. 4.
 Ioan. 8.
 Eccli. 2.
 Bernard.
 6
 Deut. 6.
 Psal. 10.
 Psal. 31.
 Psal. 113.
 Luc. 18.
 Psal. 77.
 Psal. 96.
 August.
 Hierony.
 Ioan. 16.
 R. Kimhi.
 Genebr.
 7

	aridum, dissolutum, dissimile, obscuratū, insipiens, longe à Deo, contractum, vanū, &c. Primum ergo cor, dicitur mundū, & immaculatū à forde peccati, vel per baptismū quidem, vel per poenitentiam. Quod Propheta petebat Psal. 50. <i>Cor mundum crea in me Deus.</i> Sciebat enim sine cordis munditia neq; in cælū conscendi, iuxta illud Psal. <i>Quis ascendet in montem Domini? &c. innocens manibus, & mundo corde.</i> Neq; Deū clare videri, iuxta Matt. <i>Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uident.</i> Ideo Hier. clamabat: <i>Laua à malitia cor tuū Hierusalem, ut salua fias.</i> Neq; sola fides cor purificat, nisi iustificationibus bonorū operum in charitate dealbetur, iuxta illud Psal. <i>Fiat cor meum immaculatū in iustificationibus tuis, ut nō confundar.</i> In quo sensu intelligendus est locus Act. 15. <i>Fide purificans corda eorum.</i> Fide in quā, quæ per charitatem operatur.	Pfal. 61. <i>Effundite coram illo corda uestra.</i> Quod tribus modis exponitur. Cor lachrymis per poenitentia resolutum: & uirius peccati effundite corā illo, sicut mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Sic explicat Hierony. Aug. & Glos. vel preces offerre Dño ex toto corde, ut intelligunt Lyran. & Ianse. vel quod magis quadrat, omnem mentem uestrā, & sollicitudinē in eo collocate, quia præcessit: <i>Sperate in eo omnis cōgregatio populi.</i> Sic Theodor. Vatab. & Geneb. quod Apostoli fecerūt, dicentes: <i>Ecce nos reliquim⁹ omnia, & sequuti sumus te.</i> Cor eructās Dei laudes legitur Pf. 44. <i>Eruclauit cor meū uerbum bonū.</i> Vbi Propheta saturatus gratiæ plenitudine eructauit laudem Christi: de quo uaticinatur in præfenti Psalmo, non de Salomone, sicut stulti hæretici Geneueses cōtra Rabbinos etiā recentiores dicūt, & cōtra explanationem Apostolorū, Hebr. 1. & Act. 13. & contra textū, quia maiores hic promissiones ponūt de Messia, quā quæ Salomoni quadrare possint. Sic exponūt August. Cassiod. Theod. Glos. Hiero. Lyr. Vata. Ianse. & Geneb. Et certe: <i>Ex abundantia cordis os loquitur.</i> Iuxta Matth. id est eructat: sic & Ioannes ex abundantia cordis eructauit dicēs: <i>In principio erat uerbū.</i> Itē Petrus, quando dixit: <i>Tu es Christus filius Dei uiui.</i> Quāuis Hilarius putet esse uerba Patris æterni eructātis filiū ab æterno genitū, & Aug. id probat: de quo aliās.	Pfal. 61. Luc. 7. Hierony. Aug. Glos. Lyranus, Iansen. Theodo. Vatablus. Geneb. Matth. 19. I I Pfal. 44. August. Cassiod. Theodoret. Glos. Hierony, Lyranus. Vatablus. Iansen. Genebr. Matth. 12, Ioan. 1. Matt. 16. Hilarius. Aug. I 2 Pfal. 118. 2. Cor. 6. Chrysost. Matth. 5. I 3 Amos 2. Hierony. Matth. 25. Nahum. 2.
Pfal. 50.			
Pfal. 23.			
Matth. 5.			
Hier. 4.			
Pfal. 118.			
Act. 15.			
Gal. 5.			
Pfal. 56.	Cor paratum intelligitur ad uoluntatē Dei exequendam Psal. 56. <i>Paratum cor meū Deus, paratum cor meum.</i> Lyranus ad seruiendū tibi, Cassiodorus ad laudandū te, Aug. ad toleranda pro te mala, Theodoretus. Hoc, inquit, Symmachus ita uertit: <i>Firmatum cor meū.</i> Nam clare tuā prouidentia uident, non amplius hostiū machinationes perhorresco, sed paratus sum ad tuos sermones profequēdos. Hæc ille. Sic Saulus humi iacēs dicebat: <i>Domine, quid me uis facere?</i> & Matt. c. 9. Ad primā uocationem paratum se satis ostendit.		
Acto 9: Matth. 9.			
Pfal. 38.	Cor concalescens igniculis charitatis legitur Psal. 38. <i>Cōcaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.</i> Aug. exponit concaluit amore Dei, ex desiderio cælestiū. In quo sensu Psal. 72. <i>Quoniam inflammatum est cor meum.</i> Eodē modo Glos. sic discipuli dixerunt: <i>Nonne cor nostrū ardens erat in nobis cū loqueretur in uia.</i> Sed Lyran. explicat. Concaluit cor meū charitate inimici, uidelicet Abfalon filij cōtumacis, iuxta illud Matth. <i>Diligite inimicos uestrōs.</i> Tertiā nihilominus expositio germanior est, Theod. qui ait Symmach. sic explanauit. <i>Exaruit cor meum intra me,</i> quia redigens in memoriā peccatum, zeli igne ardēbā: itaq; zelo cōcalescebat, sicut de filio Dei, discipuli intellexerunt apud Ioā. quod Propheta prædixerat: <i>Zelus domus tuæ comedit me.</i> sic Iansen. & Genebr.		
Glossa. Luc. 24. Lyran.			
Matth. 5.			
Theodoret. Symmach. 9.			
Ioan. 2. Psa. 68. Iansen: Genebr.			
10	Cor effundere coram Deo iubemur		

Iofuc. 2.	<i>cors.</i> Præterea languidum reddere, sicut Raab dixit exploratoribus: <i>Pertinuimus, & elanguit cor nostrum, & cap. 7. pertenuit cor populi, & ad instar aquæ liquefactum est.</i> Et in Esaia de Babyloniis, sub Cyro uasta dicitur: <i>Omne cor hominis contabescet, & conteretur.</i> Sic in die finalis iudicij de quo legitur Luc. 2. 2. <i>Arescentibus hominibus præ timore.</i>	Chaldæus: Chaldæus uertens: <i>Quoniam oblitus sum legem doctrinæ meæ.</i> Sic ergo cor mulieris quæ erat in ciuitate peccatrix, aruerat, sed ad fontem gratiæ currēs lachrymis illud irrigauit, & recreauit. Est & cor dissolutū, Eccli. 2. <i>Væ dissolutis corde,</i> quod competit remissis, quia Græce legitur, <i>καρδιω απαμηνω</i> cordi remisso, quod ad omnem auram mouetur, iuxta illud Matth. <i>Quid exiistis in desertum uidere? aruidinem uento agitatam.</i> Præterea peruersum cor in Prou. ponitur: <i>Qui peruersi cordis est nō inueniet bonum.</i> Subaudi uirtutis, & præmij cælestis: peruersum uero duobus modis intelligitur, uel quod aliter intus, & aliter foris est, sicut Phariseorum mos fuit, qui exterius dicebāt Chro: <i>Scimus quia uerax es, & interi⁹ necē illi machinabatur,</i> sic exponit Ianse. De his dicitur Eccl. 2. <i>Væ duplici corde.</i> Vel peruersum est quod cōtra mentem agit, & in se ipso diuiditur, ut explicat Lyra. De quo Prou. 15. <i>Cor stultorum dissimile erit.</i> Tale fuit cor agricolarum, qui dicentes, <i>hic est hæreres,</i> occiderūt Christum. Quia si credebant Iesum esse Christū, & quod Christus manet in æternū, sicut confessi sunt Ioan. 12. quomodo dixerunt occidamus eū, nisi corde peruerso, & in se ipso diuiso? De quo Oseas: <i>Diuisum est cor eorū, mox interibūt.</i> Et quia quod de Gentilibus Paulus dixit: <i>Obscuratum est insipiens cor eorum,</i> etiā Iudæis cōgruit quia: <i>Excauauit eos malitia eorum,</i> quæ fuit inter alia uicia præsertim auaritia, de quo Petr. <i>Cor exercitatum auaritia.</i> Ideo permissum est illis <i>cor malū incrementatis Hebr. 12. & cor impoenitens.</i> Quod de philosophis gētium dixit Apostolus, sed Iudæis congruit similiter quibus Dominus ait: <i>Dixi uobis quia moriemini in peccatis uestris, &c.</i>	I 4 Pfal. 21. Aug. Hierony. Cassiodo. Remigius. Theodor. D. Thom. Lyra, Genebrar. Vatablus. Damafce, Chaldæus. I 5 Esa. 5. Eccli. 45. Pfal. 100. Eccli. 21. Pfal. 5. Pfal. 101. Hierony. Theodoret. Vatablus. Aug. Glosa.
I 4	Cor Christi an liquefactū timore passionis dici possit, quidam dubitauerunt, super illud Psal. <i>Factū est cor meum tanquā cera liquefscens, in medio uentris mei.</i> Vbi August. non audeat personæ Christi hæc tribuere, quia nimius uideretur illi fuisse mortis timor, sed per cor liquefactum intelligit scripturam apertā in passione Domini. Hierony. autem de corpore mystico Saluatoris exponit, quia cepit Ecclesia in Apostolis liquefieri. Nihilominus quāuis cum Aug. cōsentiant Cassiodo. & Remigius, tenendū est dici de persona Christi, sic explicant Theodo. D. Tho. super hunc Psal. Lyra. & Geneb. Quia ut etiam Vatab. ait cor humanū Christi relictum est ut pateretur, sicut & sudauit sanguineo sudore facies eius, & ut Damafce. ait, vnaqueq; pars in Christo passibilis relicta est ut ad mortē vsq; pateretur, unde Chaldæus uertit hunc locū: <i>Fuit cor meum liquefactum, ut cera palpans in medio uiscerum meorum.</i> Ergo uenter pro uisceribus, & concava pectoris parte ponitur à uulgata, & de se ipso in propria persona Dominus locutus est.	Matth. 11. Prou. 27. Matth. 11. Prou. 27. Ianse. Matth. 22. Eccli. 2. Lyra. Prou. 15. Matt. 22. Ioan. 12. Ose. 10. Rom. 2. Sap. 2. 2. Pet. 2. Heb. 12. Rom. 2. Ioan. 8: I 6 Esa. 50. Esa. 61. 1. Reg. 25. Iob. 27.	
Pfal. 21. Aug.			
Hierony.			
Cassiodo. Remigius. Theodor. D. Thom. Lyra, Genebrar. Vatablus.			
Damafce,			
Chaldæus.			
I 5	Cor moerens in malū capitur Esa. 1. <i>Et omne cor moerens.</i> Id est felle amaritudinis peccati contractū, & cor corruptū Eccli. 45. <i>C. Præterea insatiabile, propter ardorē auaritiæ Psal. 100. insatiabili corde, cum hoc nō edebā.</i> Cor contractū, est quod non retinet secretum, ut Eccli. ait. <i>Cor stulti sicut uas confractū.</i> Item cor vanū quod caducis rebus ad finem ultimum non pertinentibus studet Psal. <i>Cor eorum uanum est.</i> Est & cor aridum, ut Propheta canit: <i>Aruit cor meū, quia oblitus sum comedere panem meum.</i> Quod ad poenitentia rigorē quam pro peccato egit Dauid referunt, Hierony. Theodo. & Vatab. Sed nihilominus contra hoc Aug. Glos. cor inquit, quod obseruatione legis gratia uirebat, per legis transgressionem aruit, itaq; noui dicebat hoc Propheta exaggerando poe		
I 6	Cor contritum pro poenitente, & dolore contracto capitur Psal. 50. <i>Cor contritum, & humiliatum Deus non despicit.</i> Et apud Esa. <i>Ut mederer contritis corde.</i> Cæterum cordis scrupulus est conscientia remorsus. Sic Abigail Dauid uindicare se uolenti dixit 1. Reg. 25. <i>Non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis.</i> Item cor reprehendens idem significat Iob 27. <i>Neq; enim reprehendit me cor meū.</i> Id est conscientia. Sic Vatab.		
Pfal. 5.			
Pfal. 101. Hierony. Theodoret. Vatablus. Aug. Glosa.			
Chaldæus.			
I 5			
Esa. 5. Eccli. 45.			
Pfal. 100.			
Eccli. 21.			
Pfal. 5.			
Pfal. 101. Hierony. Theodoret. Vatablus. Aug. Glosa.			

1. Reg. 24. **1** vertit illud. Reprehendit cor suum Dauidem. 1. Reg. 24. pro quo vulgata trāfert: Percussit cor suum Dauid. Vbi Dauidem intellige in accusatiōe, sicut 2. Reg. 24. Percussit cor suum Dauid eum. Quod valde placet Deo, vt qui peccat remorsu conscientie refrenetur, quia vt Cyprian. ait, lib. 1. ep. 3. ad Cornelium. Ira Dei est non intelligere delicta, ne sequatur poenitentia, &c. & primus gradus foelicitatis est, non delinquere, secundus delicta cognoscere. Hæc ille, sic Publicanus Luc. 18. in signum reprehendentis conscientie, & poenitentis, percutiebat pectus suum. Et hoc denotat in scriptura cor hominis alicui dari, quia rationalis est creaturæ de malo poenitere, sic de Nabuchodonosor dicitur: Cor hominis datum est ei. Daniel. 7. quia resipuit, vt Hieronymus ait.

18 Cor perire dicitur, quando nullum ad uitandā mala consiliū succurrit. Quia cor interdum pro sapientia ponitur, & prudentia, sic Hier. 4. de vastatione Hierusalem à Chaldæis, dicit: Peribit cor Regis, & cor principū, & obstupescunt sacerdotes. Vt exponit Hieronymus. Sic etiam insipiens dicitur non habere cor. Ose. 7. Ephraim columba seducta, non habens cor. Quod explicatur Hier. 5. Paspule insipiens, qui non habes cor. & Ose. 4. Vinū, mulier, & ebrietas auferunt cor. Sic vino Loth inebriatus stuprum comisit. In eodē sensu Psal. 39. Cor meum dereliquit me, idest consiliū de fuit: sicut ē contrario, qui inuenit salutare consiliū dicitur inuenisse cor, sicut 2. Regum 7. vbi Propheta dicit: Propterea inuenit seruus tuus cor suum, ut oraret te oratione hac. In eodem sensu sapiens dicitur possidere cor. Prou. 15. Qui acquirit increpationibus: possessor est cordis. Ita exponit Iāsenius. Sicut ē contrario cordis inopia denotat insipientiam. Prouer. 6. Qui adulter est, propter cordis inopiam, perdet animam suam. Propterea Dominus Adulteræ dixit. Ioan. 8. Vade, & iam amplius noli peccare. Quasi diceret, caue quod de adultero, & quouis stulto dicitur Prou. 10. In egestate cordis morietur, idest sine consilio: sicut & Mortuus est diues delitiis affluens caducis, & sepultus est in inferno. Luc. 16. Ne igitur hoc nobis accidat Isaias clamat, capit. 46. Redite prauaricatores ad cor, idest ad prudentiam, & considerationem prætorum, præsentiū, & futurorū, quæ

sunt partes prudentie ad salutem necessaria. In eodem sensu dicitur Agg. 1. Ponite corda uestra super vias uestras, idest attendite considerate cursum vite uestræ, vt poenitentiam agatis. Sic posuit cor suū super vias suas Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, & cucurrit ad medicum, & vitæ ducem. Luc. 7. Magnum ergo Dei donum est conuerti ad cor. In quo sicut in speculo respundet bonum sequendum, & malum fugiendum, vt habes supra in verbo conuerti. Maximè si lachrymis cor abluatur poenitentia, iuxta illud Hier. 4. Laua à malitia cor tuum Hierusalem, ut salua fias. Quod fecit Petrus, qui Luc. 23. Egressus foras fleuit amare. Sic enim mundauit cor, recolens verbum magistri sui. Beati mundo corde. quoniam ipsi Deum uidebunt.

Ad cor alicuius loqui, est illum consolari, vt Hieronym. ait, super illud Isa. 40. Loquimini ad cor Hierusalem, & aduocate eam. Qui enim, inquit moerenti loquitur, & blandiens consolatur, ad cor loquitur. Hæc ille. Sic Ruth dixit Booz. ca. 2. Qui consolatus es me, & loquutus es ad cor ancillæ tuæ. & Ose. 2. Ducam eam ad solitudinem, & ibi loquar ad cor eius.

Cordis dolore tangitur Deus per metaphoram: quando nostris sceleribus cogitur nos punire seuerius: vt notat Glossa, & Lyranus, super illud Gen. Tactus dolore cordis intrinsecus ait, delebo hominem quem creauit. Quod signum immensæ misericordie quidem est: vnde quando sub humana carne flere potuit, eadem misericordia motus: Videns ciuitatem fleuit super illam: quam præuidit esse vastandam. Quia cum plectit dicitur de illo Isai. Attennum est opus ab eo. Et merito, quia in Psal. Misericors & misericors Dominus.

Cor diuinū similiter per metaphorā, dicitur vulnerari iaculo charitatis animarū. Sic Cant. 4. de Ecclesia dicit: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in uno oculorum tuorum. Vbi Greg. & D. Thomas exponunt, fauciari cor Dei amore vnitatis doctorum Ecclesie, qui omnes simul concordes quasi vnus oculus sunt. Propterea vt melius vulnerare posset Ecclesia viscera Patris æterni, filius dicebat: Hoc est præceptum meū, ut diligatis inuicē. Secūda expositio Theodo. Duos esse oculos Ecclesie: alterū quo vitæ quidē actiua, alterū quo contemplationi defixa est. Oculo ergo cō-

Agg. 1.
Luc. 7.
Hier. 4.
Luc. 23.
Matth. 5.
19
Isa. 40.
Ruth. 2.
Ose. 2.
20
Glossa.
Lyranus.
Gen. 6.
Luc. 19.
Isa. 28.
Psal. 102.
Can. 4.
Gregor.
D. Thomas.
Ioan. 15.
Theodoret.

tēplationis maximè fauciat spōsum, ideo Ioannes contemplationi deditus vocatur discipulus, quē diligebat Iesus, scilicet, in delitiis amoris tenerimi, & ideo: Maria optimam partem elegit. Porrò Sept. vertunt, ex apd iōanis u mas. abstulisti nobis cor, idest verbum nostrum æternum, quasi cor nostrum ita in nobis vulnerasti, vt quodāmodo illud euulseris ad incarnationem & passionem, vnde Ioann. 3. sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Postremo Chaldaica translatio, sic vertit: infixus est in tabula cordis nostri amor tuus soror mea, &c. infixus est in corde meo dilectio minimi filiorum tuorum, qui est iustus. Hæc Chaldeus ideo Christus dicebat apud Matth. Videte ne contemnatis unum de his pefillis, qui in me credunt, & quod uni inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

Cor maris denotat profundum maris, iuxta illud Psal. Et transferentur montes in cor maris. Sicut & cor terræ significat profunda terræ, apud Matthæ: Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Quod denotat in sepulchro Dominū iacuisse, tribus diebus naturalibus per synedochem, sumpta parte pro toto. Nam Græce quoque Hebraismus explicatur, quia dies naturalis vna voce Nictimeron vocatur, quasi Noctidies, tres ergo noctidies, per synedochē Dominus egit in limbo patrum, scilicet, vnam integram noctidiem, & partē duarum, & surrexit summo mane, cum fuisset in sepulchro horis tatum quadraginta vt dicit Augu. lib. 4. de Trinitate.

¶ Coriandrum, vide in verbo Manna.

CAPVT CLXXIII.

Cornu.

CORNIV Hebraicè dicitur in sacra scriptura Kerem, vt patet Dan. 8. & 1. Reg. 2.

Cornu secundum Varronē, & Priscianū à curuore dicitur. Scribit autē Plinius li. 11. c. 37. omnibus animalibus corniferis caua, & in mu crone concreta esse cornua. Ceruis tantū solida, & singulis annis decidua, vbi animali pauido solidū ad aliquatū roborem cornu natura tribuit, seruit & ad my sticos sensus, vt prædicator, de

Luc. 10. Septuag.
Ioan. 3.
Chaldæus.
Matth. 18.
Matth. 25.
21
Psal. 45.
Matth. 12.
I
Varro.
Priscianus.
Plinius.

quo paulo post dicemus, quasi ceruus cornua sermonū solida possideat, cōcretionē operis, iuxta illud Matt. Qui autē fecerit & docuerit hic magnus vocabitur. &c.

Cornu in scriptura vires & potentiam significat: qua feriuntur, & quasi ventilantur aduersarij, hinc exaltare cornu, est potentiam ex tollere, frangere verò, est deprimere, iuxta illud Psal. Nolite extollere in altū cornu uestrum: Nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. Et infra: & omnia cornua peccatorum confringam: Et exaltabitur cornua iusti. Sic confracta sunt cornua diuitis: & exaltata cornua iusti Lazari, de confractioe, abscissione, & contritione cornu prauaricatiū idest potentie illorum abolitione vide Eccl. 47. Hier. 48. D. Thre. 2. A. 20.

Cornua in scriptura regnum Ecclesie, & Christi eius, per excellentiam significant, & potentia inuictam. Sic Apostoli & Apostolici viri dicunt in Psal. Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrū. Vbi Aug. Quia tibi bene placuit, nō quia nos digni sumus. Hæc ille. Sic filius Dei cum dixisset patri: Reuelasti ea paruulis, addit ita, pater, quia sic beneplacitū est ante te, Itē, Non uos me elegistis sed ego elegi uos: & posui uos ut eatis, & fructum afferatis. Prima quippe vocatio ad regnū Christi, & electio non cadit sub nostro merito: neque gratie gratis datæ, qualis illa Petro promissa apud Matth. Tibi dabo clauē regni celorū. Et illa quæ data est Apostolis dicente Domino: Sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim, &c.

Cornu Dauid uocatur regnum Christi Psal. 131. Illuc producam cornu Dauid, quod licet de Regno Dauid carnali intelligat Lyra. & Vata. sed de regno in Christi Ecclesia melius intelligant Hiero. Aug. Cassiodo. Beda & Theodo. qui id probat, quia regnum materiale Dauid defecit in Iechonia, & transmigratione Babylonis, vt prædixit Hiero. & Zorobabel nō fuit rex neq; posterius eius. Idem tenet Geneb. & probat: quia vbi vulgata vertit producam cornu Dauid, in Hebræo est Semiah, idest geminare faciam, est autē Semach, idest germē proprium nomē Christi, vt ostendimus in verbo Geminare. Vnde Hierony. ad veritatem Hebraicā vertit ibi: Oriri faciam cornu Dauid. Quasi dicat faciam, vt regnum quod deciderat

Math. 5.
2
Psal. 74.
Luc. 16.
3
Psal. 88.
Aug.
Matth. 11.
Ioan. 15.
Matth. 16.
Matth. 19.
4
Psal. 131.
Lyran.
Vatab.
Hierony.
August.
Cassiodo.
Beda.
Theodoret.
Hier. 22.
Genebr.

Luc. 1. August. in Iechonia, iterū oriatur in Christo, sicut dixit Angelus Mariæ: *Et dabit ei Dñs sedē David patris sui.* & vt notat Aug. hic, recte regnum Christi dicitur cornu, quia cornu supra carnem eleuatur: & ita Christus dixit Ioan. 19. *Regnum meum non est de hoc mundo,* idest non est carnale, sic etiam exponit Iansenius: de quo Zacharias apud Luc. ait. *Erexit cornu salutis in nobis in domo David pueri sui.* Ec sic necesse est intelligere illud Eccli. 47. vt notat Hieron. vbi agens de David ait. *Exaltauit in aeternum cornu eius.* Est itaq; Christus solus propriè cornu salutis, quia uocatum est *nomen eius Iesus,* idest Saluator. De quo etiam exponit Hieronymus. illud Ezech. 29. *In die illa pullulabit cornu domus Israël,* idest Christi regnum.

5
Psal. 91. Cornu sicut vnicornis vocatur regnum Christi in Ecclesia fidelium Psal. 91. *Et exaltabitur sicut unicornis cornu meū,* & *senectus mea in misericordia uberi.* hic psalmus canebatur in die Sabbathi in figurā resurrectionis Christi. Quamuis autē Vatablus, Genebradus, & Lyranus intelligant, dici in persona David: non tamen quadrat eorum sententia, sed præferenda est expositio patrum, qui à Dauide dictū exponunt non de suo regno materiali, sed de regno spirituali in Ecclesia Christi, vt intelligunt Hierony. Aug. Beda, Cassiodorus, & Arnobius, quia in Hebræo est: *Sicut Monocerotis cornu meū.* vt vertit Hieronymus ad veritatem Hebraicam, qui differt à Rhinocerote, quia Rhinoceros duo habet in naribus cornua. Monoceros verò, vt refert Plinius lib. 11. ca. 46. vnicum habet in fronte cornu duorum cubitorum magnitudine, capite Ceruino, pedibus Elephantis, cauda Apri, reliquo corpore Equo non dissimilis. Hæc ille. Ergo cum regnum David esset diuidendum in duo regna, scilicet Iuda, & decem tribuū Ephraim, non potuit regnum suum exaltandum ad instar vnicornis verè prædicere, nisi intelligeret de regno Christi, quod vnum est, vt inquit August. vnione charitatis. De qua Dominus apud Ioan. *Hoc, inquit, est preceptum meum, ut diligatis inuicem.* quia vnitate tam firmum est, vt *Portæ inferi non præualeant aduersus Ecclesiam.* Quod si quis dicat, quo modo cohæret, quod sequitur, & *senectus mea in misericordia uberi:* Ad hoc respondemus, primum

Hebræos non vertere: *Et senectus mea in misericordia uberi, sed conspersi caput meum oleo uiridi.* Sic & Chaldaus. Item Vatablus: *Tunc delibutus ero oleo uirenti,* quod Lyranus refert ad personam David, qui ter vnctus est rex, sed non recte vertunt Vatablus & Rabbini, quia Hebraicè pro senectus, est vox Balluth, quæ significat senectutē, à radice Bala, idest inueterauit. Sed Rabbini deducunt male hanc vocem à radice Balal, conspergere. Est autē sensus legitimus: *Senectus mea in misericordia uberi,* idest senectus regni mei spiritualis in Christo, qualis erit circa finem mundi in Ecclesia militante, scilicet tempore Antichristi, erit in misericordia vberi: quia vt Matthæus ait: *Propter electos breuiabuntur dies illi.* Ecce misericordiam vberem. Itē quia tunc Antichristo sublato, iuxta Ioanem: *Fiet unum ouile & vnus pastor.*

Cornu quoque vocatur regnum Iudaicum, tam decem tribuum Ephraim, quæ se à Iuda sub Ieroboam separauerunt, quam tribus Iuda regiæ. De priori dicitur in Deuter. in benedictione Ioseph: *Cornua Rhinocerotis, cornua illius, in ipsis ventilabit gentes, usque ad terminos terræ.* Fuit autem Ephraim filius Ioseph, de cuius tribu Ieroboam regnum sibi decem tribuū vindicauit. Sed ante Ieroboam de tribu Ephraim fuit Iosue, & de tribu Manasse Gedeon, qui ventilauerunt gentes sibi hostiles, vsque ad terminos terræ promissionis: vt notat Dionysius Carthusianus, qui in eo decipitur, quod Rhinocerotem vnum putat cornu duntaxat habere, cum Pausanias affirmet habere duo, & experientia nos doceat. De quo Martialis Epigra. 9. *Namq; graue gemino cornu, sic extulit ursum, Iactat ut impositas, taurus in astra pilas.* Præterea regnum tribus Iudæ cornu dicitur in Isa. *Vinea facta est dilecto meo in cornu filij olei,* idest in regno Iudaico pingui, vt exponit Hierony. vel in loco excelso, & potenti, vt exponit Hebræi, quia Hierusalē metropolis erat. De hac vinea Dominus agit in parabola Matth. 22. Porro quod legimus apud Mich. *Surget triturata filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum,* &c. Et *comminues populos multos.* De materiali Hierusalē intelligunt Hiero. & Theod. & Fracif. Riber. dicit hoc planetē pore Machabeorum cōtigisse. Quamuis de prædicatione Apostolorū in Ecclesia

Chaldeus.
Vatablus.
Lyranus.
Matth. 24.
Ioan. 10.
6
Deut. 33.
3. Reg. 12.
Carthusian.
Pausanias.
Martialis.
Isa. 5.
Hiero.
Matth. 22.
Mich. 4.
Hierony.
Theodoret.
Fracif. Rib.

Lyran.
Vatablus.
Ioan. 20.
Matth. vlt.
Psal. 43.
Rom. 8.
Ezech. 32.
Ioan. 12.
Hab. 3.
Hierony.
7
Zacha. 1.
Hierony.
Cyrillus.
Theodoret.
Matt. 23.

primitiua explicent Lyranus, & Vatablus, imo & Hebraei de tempore Messie prædictum putant. Quod mihi non displicet. Hoc ergo ferreum cornu roborauit, & exacuit filius Dei, dicens apud Ioanem Apostolis: *Sicut misit me pater, & ego mitto uos,* & Matth. vlt. *Euntes docete omnes gentes.* Sic Apostoli & martyres loquuntur in Psal quem allegat de eisdem Paulus Rom. 8. *In te inimicos nostros ventilabimus cornu.* Vbi Hebraicè vox Nigah. est cornu petere: *Chaldaicus uertit inimicos nostros subiciemus.* Sic itaque mundum Apostoli subiecere nō ferro sed verbo Dei. E contrario verò de diabolo sub typo regis Egypti dicitur in Ezech. *Ventilabis cornu, in fluminibus tuis.* Et cap. 34. de membris Satanæ, & magistris pessimis. *Ventilabis omnia infirma pecora.* Sed quia Dominus dixit Ioan. 12. *Nunc princeps huius mundi eicietur foras,* dicunt ei Apostoli, in te, idest virtute Crucis tuæ, inimicos qui nostros olim vētilabant nos contra ventilabimus cornu, vel cornibus illis, de quibus Abac. 3. *Cornua in manibus eius, idest cornua Crucis in manibus Christi,* vt exponit Hieronymus.

Cornua vocantur regna, quæ vexauerunt populū Iudæorum. Zacharia. 1. *Ecce quatuor cornua, &c.* Et dixit Angelus, hæc sunt cornua quæ uentilauerunt Iudam, & Israël, & Hierusalem. Hieronymus & Hebræi primū cornu dicunt esse Babylonios, qui ceperunt Iudæos, & seruituti subiecerunt. Secundum Persas, & Medos, sub Cabyssis eisdē infestis, quia Cabysses impediuit reedificationē templi. Tertium græcos, sub Antiocho Epiphane crudelissimos, quartum Romanos sub Tito & Vespasiano. Sed Cyrillus reicit hunc sensum quia Romani non uentilauerant Hierusalem, quando scripsit hæc Zacharias, ideo Theodoret. quatuor cornua, quatuor mundi plagas intelligit, à quibus gentes vexauerunt Hierusalē, ab Aquilone Chaldaei, à Meridie Egyptii, ab Oriēte Moabæ Ammon, ab Occidente Palæstini: quæ sententia non displicet. Quamuis autem a quatuor ventis ventilati sunt Iudæi, ante quā occiderent filium Dei, sed nunquam a se ipsis suis dispersi, millequingentis annis errauerunt sine templo, & sacrificio, vsque ad necē Saluatoris, quādo impletum est: *Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.*

Cornua vocantur regna quæ Romanū imperium contritura dicebātur Dan. 7. *Ecce bestia quarta terribilis, &c.* Et habebat cornua decem. Et ecce cornu aliud paruum, ortum est de medio eorum: & tria de cornibus primis euulsasunt. Hieronymus refutata expositione Porphyrij subdit ergo dicamus, quod omnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt in consummatione mundi, quando regnū destruendum est Romano, decē futuros reges, qui orbem Romanum inter se diuidant: & vndecimum surrecturū regem paruulum qui tres de decē regibus superaturus sit, idest regem Egypti, & Africa, & Atyopiæ, sicut in consequentibus manifestius fit. Hic autem rex paruus, non daemon, sed homo peccati, idest Antichristus futurus est. Hæc Hiero. Eodē modo Theodoret. explicans illud: *Et ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit.* Quod si non eodem (inquit) tēpore regnabūt, sed succedēs alius alij, quomodo iste tres superiores eodē tēpore humiliabit? Perspicuum igitur est, fore vt decē circa finem mundi simul exurgāt & postremus Antichristus exoriatur, hæc ille. Sic Lyranus & alij plures. Nec audiendus est Vatablus, qui contra communem sententiam hoc cornu paruū regnum Turcarum esse dicit: & cōtra textum, qui subdit. *Et magnificatum est usque ad fortitudinem cæli, & deiecit de fortitudine, & de stellis &c.* quod ad persecutionē pertinet Antichristi, de qua in Matth. *Et erit tribulatio magna qualis nō fuit ab initio mūdi neque fiet.*

Item de his decem cornibus Apo. 17. postquam descripta est bestia habens capita septem, & cornua decem, subdit Angelus: *Hæc decem cornua, quæ uidiisti, decem reges sunt: qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges una hora accipient post bestiam,* intellige non ordine temporis post eum, sed in eo sensu vt sint reges post eum, idest sub eius dititione: quamuis ei insidiabuntur: & ideo tres ex illis prosterneat. De quo lege Petrum Cornestorem in Ecclesiastica historia, & Haymonem super Apocal. & ibidem Dionysium Carthusianum. Vnde facile deprehendes longe aberrare, qui decem hos reges dicunt esse Alexandri successores, vt refert Cælius in collectaneis. Neque sunt decem illa regna, quæ ab initio mundi nomen Dei

8
Dan. 7.
Hierony.
Prophir.
Theodoret.
Lyranus.
Vatablus.
Matt. 24.
9
Apo. 17.
Petrus Cornestor.
Carthusian.
Cellus.

Rupertus. blasphemauerunt: in quo etiam Rupertus super hunc locum hallucinatus est: quia regis illi diutius dominati sunt: Ipsi vero, ut inquit Angelus Regnum nondum acceperunt: Sed potestatem vna hora accipient, id est paruo tempore. Ex quibus vndecimum cornu erit Antichristus, sicut etiam Gregorius exponit. li. 3. 2. Mora. in illud Iob. *Stringit caudam quasi cedrum.* Vbi omne, inquit, peccatum vndenarium est, quod dum peruersa facit, precepta decalogi transit. Hæc ille.

Grego. Iob 40. De duobus cornibus Arietis Dan. 8. vide in verbo Arietis.

De duobus cornibus, quæ habebat bestia similis agno, Apoc. 1. 3. vide in verbo Bestia.

Cornu dicitur per metaphoram altaris angulus, quem rei tenere solebant, ne inde tanquã à loco sacro ad supplicium euellerentur. Sic Adonias 3. Reg. *Tenuit cornu altaris.* Præterea cornu dicitur pars exercitus dextra, vel sinistra. sic 1. Mach. 9. *Bachides erat in dextro cornu, &c.*

De Boue cornu peta, vide verbo Bos.

CAPVT CLXXIII.

Corona, Coronare.

CORONA Hebraice dicitur Nezar. 2. Reg. 1. *Tulit diadema.* & 4. Reg. 1. *Posuit super eum diadema.*

Corona dicitur qua cingitur caput, & ornatur: & dicitur à choro, quamuis sine aspiratione scribatur, quia chorus circuli facit. Erant autem apud Romanos variae coronæ, quæ victoribus conferebantur: videlicet triumphalis ex lauro, vel ex auro purissimo, quæ erat Imperatoris triumphatis. Obsidionalis, quæ dabatur ei, qui ciuitatis soluebat obsidionem ex gramine Ciuica, quã ciuis seruatus in bello exquecu dabat seruatori suo. Murialis ex auro, quæ donabatur, qui primus hostilem murum concendisset. Castrensis, quæ dabatur ei, qui primus hostilia castra penetrabat: sicut ex auro Naualis donabatur illi, qui in nauem primus classis hostilis insiliisset: de quo lege Aulum Gellium in libris noctium Atticarum.

Corona ergo ponitur in scriptura tanquam præmium victorum. Isai. 61. vbi

agitur de aduētu Christi ad solatium pauperum. *Spiritus Domini super me, &c. ut predicare captiuis indulgentiam, &c. & darem eis coronam pro cinere, id est pro pœnitentia, quæ in sacco & cinere fieri consueuerat.* Ad quod allegat hoc loco Hieronymus illud Matth. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* In eodem sensu Paulus ait: *Nô coronabitur, nisi qui legitime certauerit, id est secundum leges Euangelij.* Nã qui ieiunant, ut ab hominibus videantur ad hypocritism: *Receperunt mercedem suam.* Et diutius orantes petunt sed quia nõ in nomine Christi, nõ recipient. Præterea de seipso in eodẽ sensu Paulus ait 2. Timot. *Bonum certamen certavi, &c. in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c.* Vbi bonum certamen vocat, quod suis circumstantiis munitum est. Notat autem D. Thomas super illud: *Quam reddet mihi in illa die iustus iudex.* coronam gloriæ essentialis animæ non quidem ad illam vsque diem finalis iudicij differri, sed purgatis mox animabus à corpore solutis dari. De qua Iacobus: *Beatus uir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, recipiet coronam uitæ, id est mox ut probatus fuerit & purgatus.* Porro corporalis gloriæ corona differtur ad resurrectionem vsque corporum immortalem. Vocatur autem corona iustitiæ, id est debita ex cõdigno: *Quia conuentione facta cum operariis de denario diurno, misit eos in uineam.* Dominus apud Matth. *Et non est iniustus Deus, ut obliuiscatur operis uestri.* Heb. 7. Nihilominus tamen non debetur de toto rigore iustitiæ, quia gratia prima supponitur, iuxta illud Psal. *Qui coronat te in misericordia & misericordiationibus.* Vbi Augustinus. Coronat, inquit, Deus in nobis misericordias suas: in quo sensu apud Lucam dicitur: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnum.* Et in Matth. *Sic beneplacitum est ante te.*

Corona præterea accidentalis, quam laureolam Theologi vocant, triplex est. ut notant Doctores in 4. sentent. Et D. Tho. super locum citatum. 2. Timoth. 4. Prima est virginum, qui propositum uirginitatis Deo quidem oblatum nõ uoluerunt. De quo Sap. 4. *Quam pulchra est generatio casta cum claritate, &c. & in perpetuum coronata triumphat, incoquinatorum certaminum præmium uincens.* Hanc expo-

Hierony. Matth. 5.

2. Timot. 2.

Matth. 6.

Ioan. 16.

2. Timot. 4.

D. Thom.

Iacob. 1.

Matth. 20.

Hebr. 7.

Psal. 102.

August.

Luc. 12.

Matth. 11.

3

D. Thom.

Sap. 4.

3. Reg. 1.

1. Mach. 9.

71

I

Aulus Geli.

2

61.

fitore

Chrysof. Matth. 25.

Matth. 19. 1. Petr. 59.

Philipp. 4. 1. Tess. 2.

Apoc. 2.

4 Hierony. Isai. 61.

Matth. 19.

5 Hierony. Cyrillus. Isai. 62. Procopius: Phil. 4.

Aug. Lyranus. Carthus. Vatablus.

Ioan. 12.

Heb. 2. Psal. 8.

Ioan. 12.

Psal. 95. Psal. 20.

Hierony. Aug. Glossa. Beda. Geneb.

Apoc. 19.

fitore Chrysofostomo, consecutæ sunt uirginis prudentes apud Matth. Item illi, de quibus Dominus ait: *sunt quidam qui se castrauerunt propter regnum celorum.* Secunda est corona doctorum, de qua Petrus: *Pascite qui in uobis est gregem Dei, &c. ut cum apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam.* De hac corona Paulus discipulis dicebat Philip. 4. *Gaudium meum & corona mea,* & ad Tessa. discipulos uocat coronam suam. Tertia est martyrum de qua Apo. 2. *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ.*

Coronantur perfecti essentiali corona præclariori, sic explicat Hieronymus illud Isai. 61. *Gaudens gaudebo in Domino, &c. Quia indumento iustitiæ circumdedit me quasi sponsum ornatum corona: & quasi sponsam ornatam monilibus suis.* Vbi priori loco intelliguntur coronati perfecti, quique de quibus apud Matth. *Dixit Simon Petrus ad Iesum, ecce nos reliquimus omnia.* Incipientes uero comparantur sponsæ ornate monilibus suis: id est primis rudimentis spiritus.

Corona capitis Christi sunt omnes electi, ut explicat Hieronymus. Cyrillus & Procopius illud Isai. 62, quod Ecclesiæ dicitur electorum: *Et eris corona gloriæ in manu Domini: & diadema regni in manu Dei tui.* Quia si discipuli coronant doctorem, Phil. 4. quanto magis doctorem pariter & Redemptorem sic Ecclesia corona Christi est. Ita quoque exponit Aug. lib. de unitate Ecclesiæ ca. 7. Lyranus, Carthusianus & Vatablus. & certe summus honor electorum erit, ut sint corona capitis Christi, de quo forte Dominus intellexit apud Ioannem: *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.* De hac corona Paulus ad Hebræ: *Videmas Iesum gloria & honore coronatum, & Psal. Gloria & honore coronasti eum.* Ad fabricationem uero huius diadematis dixit apud Ioannem: *Et si ego exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum: id est omnes electos ad me ipsum coronandum, tanquã regem, qui regnauit à ligno.* De eadem corona Psal. 20. *Posuisti super caput eius, coronam de lapide pretioso.* Sic intelligunt Hiero. Aug. Glossa, Beda, & Genebrardus Hebraicæ uero pro lapide pretioso habetur paz aurum obrizum preciosissimum iuxta literam & purissimum. Quid autem pretiosius, & purius post Deum Ecclesia triumphante qua coronatur Rex regum, & Dominus dominantium, in Apoc. ubi

legimus &: *In capite eius diademata multa, id est omnes electi, præterea cap. 6. Ecce equus albus: & qui sedebat super eum, data est ei corona.* Subaudi omnium sanctorum, quia ta. 4. *viginti quatuor seniores: Mittebat coronas suas ante thronum Dei, dicentes dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, &c.*

Coronam Christo dedit mater Maria, naturam scilicet humanam sine macula, sic explicat Gregorius illud Cant. *Videte regem Salomonem in diademe, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius: id est quando dixit: Ecce ancilla Domini quia tunc uerbum caro factum est: Sic etiam Ambrosius lib. de institutione uirginis ca. 16. Beatus (inquit) Maria uerus, qui tantum Dominum coronauit, coronauit autem, quando formauit, quando genuit. Hæc ille. Eodem modo exponit Cassiodorus. Glossa, D. Bernardus, D. Thomas, & Vatablus, super Cant. 3. Vocatur autem humanitas Christi corona, quia ex genere regio David: *Et dabit illi Dominus sedem David Patris eius.* Item quia secundum humanitatem uentus est Christus rex & sacerdos: *De qua natus est Iesus qui uocatur Christus.* De quo Psal. *Ego autem constitutus sum rex ab eo, &c.* Vnde Magi dicebant: *Vbi est qui natus est rex iudæorum.* Natus uidelicet rex, quia in ipsa incarnatione uentus ab Spiritu sancto.*

Corona mulieris amictæ sole, est claritas duodecim Apostolorum, qua ornatur Ecclesia, de qua Apo. 1. 2. *Signum magnum apparuit in celo, mulier amictæ sole, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Et ut diximus in verbo Apparere libr. 1. de Ecclesia iuxta literam exponunt Beda, Rupertus, Ansel. Glos. D. Tho. Lyra. Cælius, & alij. Quamuis de beata Virgine intelligent Aug. lib. 4. de symbolo ad Catechumenos c. 1. Bernardus in sermone de Maria, & Arethas græcus, de quo alias.

Coronanda uocatur Ecclesia Can. 4. *Veni de Libano sponsa, ueni coronaberis, de capite Amanæ, Sanir, & Hermon.* Est autem Libanus mons Phœnicie altissimus, niuium candore conspicuus. Vnde candidus, uel dealbatio Hebraice interpretatur: denotat que Gentiles lauacro baptismi candidatos ut exponunt Greg. Theodor. Glos. D. Thom. & Vatab. Ter autem uocatur, primum ut exponit D. Tho. ueni ad iustificationem in presenti uita: secundo ueni ad

Apo. 6.

Apo. 4.

6

Gregor. Can. 3.

Luc. 1.

Ambrosii.

Cassiodo. Glossa.

Bernar.

D. Thom.

Vatablus.

Luc. 1.

Matth. 24.

Psal. 2.

Matth. 2.

7

Apo. 11.

Beda.

Rupert.

Anselmus.

Glossa.

D. Thom.

Lyran.

Cælius.

Bernard.

Aug.

Arctas.

8

Gregor.

Theodoret.

Glossa.

D. Thom.

Vatablus.

visionē beatā in morte, tertio veni ad gloriā in iudicio finali resurrectionē: coronatur autē Ecclesia de gramine nōtiū, idest principū quos ad fidē vocat tot enim coronas accipit, quot animas Deo lucratur, vt Paulus ait: *Gaudium meum & corona mea.* Quot ergo coronas habebunt Apostoli? quibus Dominus dixit: *Ego elegi uos, & posui uos ut eatis: & fructum afferatis: & fructus uester maneat, corcatur itaque Ecclesia de de capite Amana, Sanir & Hermon, idest de floribus montium gentilitatis qui sunt credentes ex illis.*

Coronam hominis iustificati, & postea per peccatū mortale damnati, alius loco illius accipit, iuxta illud Apoc. 3. *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Controvertitur autē inter expositores, An gloriæ coronam quā iustus, cū reciderit, perdit, alius pro eo semper accipiat? Quod quibusdam videtur difficile. Quia oporteret tot esse prædestinatos, quot post gratiam acceptam lapsi pereunt. Nihilominus hoc ita effetenet D. Tho. 1. p. q. 2. 3. ar. 6. ad 1. Vbi ait nō permittit Deus aliquos cadere, quin alios erigat pro eis: iuxta illud Iob. 24. *Conteret multos, & innumerabiles: & stare faciet alios pro eis, sic in locum Angelorum apostatantium substituti sunt homines, & in locum Iudæorū Gentiles* Matth. 8. Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbēt cum Abraham, &c. Filij autē regni mittentur in tenebras, idē tenet Greg. li. 25. Morali. super locum citatum Iob, & Beda sup. Apo. 3. & ibidē Rupertus, Haymo, Glossa, & Cælius. Vnde de loco Iudæ pereuntis suffectus est Matthias Act. 1. Et pro inuitatis ad nuptias, qui venire noluerunt apud Matth. & Lucam, alij sunt substituti.

Coronas duas præcipuas inter alias habuit Christus, Regis videlicet, & Sacerdotis, quod figuratum est Zacha. 6. Vbi legimus: *Sumes aurum, & argentum & facies coronas: & pones super caput Iesu filij Ioseph.* Vbi Hebræi putāt, duas coronas factas, alteram ad coronandū Iesum Sacerdotem, alteram verò ad coronandum Zorobabel. Sed contrarium tenet Hieronymus cum Ecclesiasticis doctoribus, quos allegat. Videlicet soli Iesu Pontifici summo vtrāque coronam iussam imponi. Quia de Zorobabel nulla fit mentio, idē tenent hoc loco Cyrillus, Lyranus, & Va-

tablus, significatur autem duplex Christi corona, Regis videlicet & Sacerdotis, quæ ex auro quidem, & argento fabricata sunt, quia duobus populis, Iudaico nimirum, & Gentilico in vna Ecclesia congregatis Dominus praestitit, iuxta illud Ioan. Et fecit unum ovile & unus pastor. Deinde subdit Propheta Zacharias: *Et corona erunt Helim & Thobia, &c.* Vbi præcipit, vt postquā impositæ fuerint coronæ summo sacerdoti, tradantur quidem his, qui ad illas fabricandas aurum & argentum dederunt. Quia qui dona conferunt Dei templo ad Ecclesiam ornandam, ipsi quoque eisdem ornamentis ornantur in gloria sine fine, iuxta illud Matth. *Qui reliquerit domum, aut agrum propter nomen meum, centuplum accipiet: & vitam æternam possidebit.*

Corona regnum plerumque significat, & principatū Iob. 19. B. Isai. 28. A. Thre. 5. c. Ezech. 16. B. 21. F. 1. Mach. 10. B. Isai. 23. B. Vfurpatur etiam pro honore, vnde Salomon: *Prudentia ut corona inclita proteget te, idest honorabit te.* Et Pro. 12. *Mulier diligens corona est viro suo.* Et cap. 14. *Corona sapientium diuitiæ eorum.* Vbi non dixit diuitias hominis cuiusuis esse coronam, sed sapientis, qui nouit bene dispensare pauperibus: iuxta illud Luc. *Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum descenderit, recipiant uos in æterna tabernacula.* Sic diuitiæ coronauerunt Zachæum, qui dimidium bonorum suorum dedit pauperibus. Ad eundem sensum idem Salomon ait: *Corona dignitatis senectus, sed non quæcunque sed quæ in uiris iustis reperietur, talis Simeon iustus & timoratus apud Lucam.* Quia: *Corona sapientiæ timor Domini Eccli. 1: & cap. 25. A. In malum vero iniquos Deus coronat, idest cingit supplicis, sicut Sobonam, cui dixit apud Isaiā: Coronans coronabo te tribulatione.*

Coronam de spinis plectentes milites imposuerunt capiti Saluatoris per irrisionem quasi regni affectati. De iuncis vero marinis fuisse contextam testatur Lyranus, quem alij sequuntur: inter quos Antonius Honcala in suo Staurico, cap. 8. & Toletus super Ioannem. Quod vero fuerint septuag. duæ spinæ, in certo quidē autore fama percrebuit, forte quia si in duodecim partes circulum humani capitis diuidas, in singulis partibus fenæ

possunt

possunt spinæ crassiores infigi, quæ tanquā totidē margaritæ sunt, quas in diademate filij Dei Synagoga mater inclusit. De quo Ber. ferm. 5. de sanctis explicat illud Salomonis Cant. 3. *In diademate quo coronauit eam mater sua, & Hieronymus putat hanc coronationem ab Isaiā prædictam cap. 5. Expectaui ut faceret uinas, subaudi vinea Iudæorū: Et fecit spinas, sic enim transtulit Theodotion. Item Rupertus quod dictum est primo Adæ: *Maledicta terra in opere tuo, tribulos & spinas germinabit tibi.* Secundū Adā fuisse dicit super caput suum, idest Christum, spinis coronatum qui figuratus est in ariete quem post tergum vidit Abraham herentem vepribus in Genesi.*

CAPVT CLXXV.

Corpus.

CORPVS in lingua sancta dicitur Hebraicè Geu. Isai. 50. Corpus meū dedi percutientibus.

Corpus dicitur substantia, triplicem habens quantitatis dimensionem. Corpus autem organicum est altera pars compositi physici, quæ animam continet.

Corpus Christi verum contineri in Eucharistia, docet mundi Saluator dicens: *Accipite, & manducate, Hoc est corpus meum, apud quatuor Euangelistas & 1. Cor. 11. verbum autem (est) veram & realē denotat existentiam, sicut ex Apostolica traditione ab initio nascentis Ecclesiæ patres explicat. Irenæus Polycarpi Ioannis Apostoli discipuli auditor lib. 4. contra hæreses cap. 34. Iustinus martyr Epilogo suæ secūdæ Apologiæ. Origenes homil. 7. in Numeros. Cyprian. li. de oratione dominica, super illud panem nostrū quotidianū. Et ser. de cæna Domini. Deinde Concilio Niceno. 1. Generali, in quodam canone qui extat inter canones septuaginta illius concilij. Athanasius ferm. de fide, qui citatur à Theodoro dialogo. 2. Eusebius Emiffenus hom. 5. de Paschate. Basilus ferm. 2. de Baptismo. Hilarius libr. 8. de Trinitate. Greg. Niffenus libr. de vita Moyfi. Hiero. super Matth. 26. & Epif. ad Edibiā. q. 2. Tom. 3: Dñs (inquit) Iesus ipse conuicta & conuiuuium: ipse comedēs & qui comeditur. Ambros. super Luc. 22. & lib. de his qui mysteriis iniantur.*

cap. 8. & 9. Aug. super Psal. 23. concionē. 1. & 2. Et super Psal. 39. & 98. Greg. hom. 22. super Euangelia. Itaque per mille fere annos à passione Domini nullus hanc veritatem ausus est impugnare, vsque ad Berengarium, qui fuit damnatus à Leone. 9. in Concilio Vercellensi, de quo Platina in vita Leonis. Deinde Anathematizatus est à Victore Papa. II. in Concilio Turonensi, & Concilio Romano sub Nicolao. 2. rursus definita est hæc veritas Concilio Lateranensi cap. firmiter de summa Trinitate, & fide Catholica, & Concilio Trident. sess. 13. cap. 1.

Porro Augustinus refertur de consecratione dis. 2. Can. vtrum corpus Christi, & veritas & figura est? Vbi luculenter docet, quomodo in Eucharistia sit figura corporis Christi in accidentibus panis & vini, repræsentantibus corpus, & sanguinem eius: & nihilominus sub illis est veritas ipsa. Et ibidem Hilarius ca. Corpus. In quo sensu locutus est Tertullianus lib. de resurrectione. Sic ergo intelliguntur in veritate verba Christi apud Ioan dicentis: *Caro mea uere est cibus, & quod Paulus ait. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.*

Corpus Christi mysticum vocatur Ecclesia, capiti suo Christo charitatis uinculis copulata. In quo sensu Paulus ait ad Roma. *Multi unum corpus sumus.* Et. 1. Cor. 10. d. & 12. B. d. Ephe. 2. d. 4. A. B. d. & Eph. 5. f. G. Colo. 1. c. 2. c. Sic exponit D. Tho. in commentariis illud Rom. *Itaque fratres, & uos mortificati estis legi per corpus Christi, idest legem exuistis Mosaycam, quia membra mystica facti estis corporis Christi, quasi coniugio cum Christo copulati per mortem legis.*

Corpus etiā in scriptura significat ueritatē legis gratiæ, quatenus opponitur umbræ, & figuræ ueteris legis, sic Colof. 2. *Nemo uos diiudicet in cibo, aut in potu, aut in parte dici festi, Neomeniæ, aut sabbatorū, quæ sunt umbra futurorū, corpus autē Christi.* Vbi D. Tho. legalia (inquit) umbra sunt, ueritas autē rei pertinet ad Christū. Secundū eandē Phrasim, sicut corpus accipitur pro rei ueritate sic corporaliter pro uere, & re ipsa, sicut illud explicat Aug. Ep. 57. super Colof. 2. *In quo, scilicet Christo: Habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, idest non in umbra, uel figura sed re ipsa.*

Philip. 4.

Ioan. 15.

9 Apo. 3.

Quæstio.

D. Thom.

Iob. 24.

Matth. 8.

Greg. Beda.

Rupertus.

Haymo.

Glossa.

Cælius.

Act. 1.

Matth. 22.

Luc. 14.

10

Zach. 6.

Hierony.

Cyrrillus.

Lyran.

Vatablus.

Ioan. 10.

Matth. 19.

11

Pro. 4.

Pro. 12.

Pro. 14.

Luc. 16.

Luc. 19.

Pro. 16.

Luc. 2.

Eccli. 1.

Isai. 22.

12

Ioan. 19.

Lyranus.

Honcala.

Toletus.

Bernar. Can. 3.

Kai. 5.

Teodotio. Rupert.

Gen. 3.

Gen. 22.

1

2

Math. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

Ioan. 6.

Irenæus.

Iustinus.

Origenes.

Cypria.

Con. Nic.

Athanasius.

Eusebius.

Emiffenus.

Basilus.

Hilarius.

Greg. Naz.

Hierony.

Ambros.

August.

Con. Verc.

Platina.

Con. Turo.

Con. Rom.

Con. Later.

Con. Trid.

3 August.

Hilarius.

Tertullian.

Ioan. 6.

1. Cor. 11.

4

Rom. 12.

D. Thom.

Rom. 7.

5

Colof. 2.

D. Thom.

August.

Colof. 2.

6
Lyranus.
Varablus.
Iansen.
Sap. 8.

In corpus venire, aliquando ponitur in scriptura, pro eo quod est, ortu rationis lumine post infantiam venire ad corpus ratione moderandum. Sic explicant Lyran. Vatablus, & Iansen. illud Sap. 8. vbi Salomō ait: *Sortitus sum animam bonam: & cum essem magis bonus, ueni ad corpus incoquinatum.* subaudi moderandum, cū capivi ratione, itaque non dicit anima mea extra corpus creata secundum hæreticorum errorem venit ad corpus, sed ego ueni ad gerendam corporis bene inclinatum curam: non quod uirginitatem seruari, sed castitatem conualem, usque dum senex: *A mulieribus deprauatus est.* Porro expositio Aug. lib. 10. de Genesi ad literam cap. 17. & 18. mystica est, vbi de verbo æterno intelligit, quod uenerit ad corpus mundum: est etiam mystica expositio Glossæ, quod populus Christianus per baptismum uenerit ad corpus mundum. Illud denique aduerte iuxta historiam, si Salomon tam bene inclinatus à mulieribus in senectute scādalum incurrit, recte monere nos filium Dei, apud Matth. *Si manus tua aut pes tuus scandalizat te, abscinde illum. & proiice abs te.*

3. Reg. 11.
August.
Glossa.

Matth. 18.

7

Corpus sicut terram ponere transeuntibus, est ab omnibus conculcari, sic de Hierusalē prius à Chaldæis propter scelera sua, deinde à Romanis conculcata dicitur apud Isai: *Posuisti ut terra corpus tuum sicut uiam transeuntibus.* Sic exponunt Hierony. Glossa. Lyran. & Vatablus, & merito hæc passus sunt Iudæi, qui de Christo dixerunt: *Si dimittimus eum sic, ueniet Romani, & tollent locum nostrum, ideo à Romanis conculcati sunt.*

Isai. 51.

Hierony.
Glossa.
Lyranus.
Varablus.
Ioan. 11.

8

Corpus Christi gloriosum attrahet ad se in die iudicij finalis omnes electos, Matth. 24. *Vbiunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilæ, id est electi, ut exponunt Hierony. Chrysof. Euthymius, Glossa Interlinealis, Lyranus, & alij.*

Matth. 24.
Hiero.
Chrysof.
Euthymius.
Gloss. Inter.
Lyranus.

9

Corpus nostrum physice uiuens mortuum esse dicitur Rom. 8. *Corpus mortuum est propter peccatum.* Quod duobus modis exponitur. Prior est Hieronymi; si Christus per gratiam nobis inhæserit, corpus mortuum est, quantum attinet ad peccatum: & non resistit spiritui, item, quasi non sentit iniurias iuxta illud Psal. 37. *Ego tanquam surdus non audiebam.* Eodem modo exponunt Chrysof. Theophylactus & Theodor. Ceterū aliter Aug.

Rom. 8.
Hierony.

Chrysof.
Theophy.
Theodo.
Psal. 37.

super Psal. 85. vbi ait corpus nostrum corporatum corpori glorioso, non solum esse mortale, sed mortuum propter peccatum. Sic & Anselmus, & D. Tho. Glossa, & Lyran. super Paulum. Quæ expositio magis quadrat, quia non dicit corpus mortuum esse peccato, sed propter peccatum, unde mors sine dubio processit, & quotidiana defectio corruptionis quid est, nisi quædam prolixitas mortis, ut Gregor. ait: *Ideo Dominus clamat: Vigilate quia nescitis diem neque horam.* Hinc legimus Sap. 9. *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, id est impedit mentis vigilantiam.*

August.
Anselmus,
D. Thom.
Glossa.
Lyran.

Gregor.
Matth. 25.
Sap. 9.

10

Corpus peccati dicitur per metaphoram omnium peccatorum congregatio, quæ committimus in ebriis nostris, & potentis, sic Hierony. super illud Rom. 6. *Vetus homo noster simul crucifixus est: ut dextratur corpus peccati.* Omnia itaque vitia corpus, & singula vitia, singula membra sunt, ita etiā Chrysof. D. Tho. & alij. De quo Dñs Matth. 16. *Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suam, quia uidelicet, sic dextratur corpus peccati, si abnegemus concupiscentias eius.*

Hierony.
Rom. 6.

Chrysof.
D. Thom.
Matth. 16.

CAPVT CLXXVI.

Corrigere, Corripere.

CORRIPERE dicitur Hebraicè Iasar Hier. 31. *Castigasti Domine.* Corrigere est obliquum dirigere. Corripit autem Deus hominem aliquando poenitentis, sic in Leuit. *Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correctionem uestram septuplū propter peccata uestra.* Sic Hiero. *Corripe me Domine, ueruntamen in iudicio: & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.*

707
1

Leui. 26.

2

Corrigunt doctores & prælati sibi subditos Iob. 13. *Audite ergo correctiones meas.* Unde Salomon: *Si autem corripueris sapientem intelliget sapientiam, & Pro. 17. Plus proficit correctio apud prudentem, quam centum plaga apud stultum.* Ita Dominus Apostolos corrigens proderat eis, sicut quando dixit: *Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me?* Et filiis Zebedæi: *Nescitis quid petatis.* Item duobus discipulis euntibus in Emaus: *ostulisti & tardi corde ad credendum.* Denique ascensurus in cælum: *Exprobrauit incredulitatem eorum.* Ideo Salomon ait: *Melior est manifesta correctio,*

Iob. 13.

Pro. 19. B.
Pro. 17.

Ioan. 14.

Matth. 20.

Luc. 24.

Marc. ult.
Prou. 27.

Pro. 27.
Psal. 140.

Pro. 29.

Pro. 15.

Amos. 5.

Pro. 29.

Luc. 19.

Pro. 1.

3
Matth. 18.

Hierony.
Chrysof.
Matth. 6.
Hilarius.

Beda,
Euthymius.
August.

Abulenfis.

4
Origenes.
August.

quàm amor absconditus. Meliora sunt uulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Unde Propheta: *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me oleum autem id est adulatio, peccatoris non impinguet caput meum.* Notandum autem quomodo uix unquam discipuli à Domino correpti, se uerbis exufabant. Quia ut dicit Salomon: *Uidisti hominem uelocem ad loquendum, stultitia magis speranda est quam illius correctio.* Signum autem stultitiæ est, odio habere corripientem, sic legimus Pro. 15. *Non amat stultus eum, qui se corripit, iuxta illud Amos. Odio habuerunt corripientem in porta.* Denique Sapiens ait. *Qui corripientem dura cervice contemnit, repente ei superuenit interitus.* Sic populus Iudæorum à filio Dei correptus incurrit contemptus sui poenam, Hierusalē repete à Romanis circumfessa, sicut Dominus prædixerat eis: *Circumdabunt te inimici tui uallo, & ad terram prosternent te.* Unde illis Dñs dixit: *Omnes increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu uestro ridebo.*

Correctionis præceptum extat Matth. 23. *Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum, inter te & ipsum solum.* Quod præceptum omnes fere patres de peccato, quod contra nos proximos committit, exponunt: ita ut si peccauerit in te, idem sit quod contra te, & si te læserit ut exponit Hieronymus, & Chrysof. Prius (inquit) docuit dicere: *Dimitte nobis delicta nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:* Nunc autem non dixit accusa, sed argue. Eodem modo Hilarius, Beda, Euthymius, & Aug. li. de uerbis Domini fermone. 16. *Quia te (inquit) iniuria frater affecit certe scis tu, quia in te peccauit.* Hec ille. Quod si quis roget quomodo ergo doctores Scholastici, exponunt in te, non solum contra te sed utcumque te sciente: Ad hoc respondet Abulenfis. q. 84. super hunc locum Matthæi, subtiliter à Theologis explicari: & cum patrum sententia ad amussim conuenire sententiam eorum, quia quicumque coram te uel te sciente Deum offendit, te quoque offendit, qui filius Dei per ad optionem uocaris. Et quantum in se fuit, coram te peccas, scādalum tibi præbuit: & contra te peccauit. Correctionem autem de uenialibus tantum peccatis instituta esse putauit Origenes tract. 6. super Matth. contra quem August. ferm. 16. citato probat de mortalibus corripiendis esse præceptum, quia dicitur in textu: *Si te audierit, lucratus eris fratrem*

tuum. Quare (inquit) lucratus es? nisi quia in hominem peccato perierat. Ita D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 2. nisi forte tale sit ueniale quod transeat in lethale quando incipit scādalum præbere pulsilis, ut autem præceptum hoc quod alioquin affirmatiuum est, obliget sub lethali peccato tres requisitæ sunt circumstantiæ, prima ut certi quidem simus uel quasi certi moraliter fratrem peccatum mortale committere, secunda ut sit probabilis spes emendationis eius, tertio ut non succurrat alius, qui hoc tunc correctionis sit munere futurus uiliter, si nos non corrigamus. His itaque concurrentibus circumstantiis, corripere debemus, non solum prælati, sed etiam æquales, imo etiam subditi ut habetur Can. Ephesius. & Can. dispensatio. 43. distinctione. Itē Gal. 2. vbi Paulus corripuit Petrum, qui caput erat Ecclesiæ. Et Nathā Dauidē. 2. Reg. Quamuis geri debeat hoc modestissime: ut docet D. Tho. loco citato. ar. 4. Imo semper fere correctio fieri leniter debet etiam æqualibus Gal. 6. *Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.* Quod si qui correctionem differat, eo consilio, ut tempus inueniat opportunum, minime peccat: ut docet Aug. lib. 1. de ciuita cap. 9. & Greg. lib. 4. super. 1. Reg. 11. & 13.

D. Thom.

Gal. 2.

2. Reg. 12.
D. Thom.

Gal. 6.

August.
Greg.

5

Ecclesi. 18.
August.
D. Thom.

6

Ecclesi. 7.
Lyran.

D. Thom.

Luc. 12.
August.

de correptione & gratia: Item Dominus de funiculis facti flagello negotiatores eicit de templo. Et in terrorem aliorum Petrus verbo Annaniam & Saphiram occidit.

Ioan. 2. Act. 4. 7
Eccl. 19. 19. *Est correctio mendax in ira contumeliosus.*
Matth. 9. 13. *Talis erat illa Phariseorum, qui Apostolis dicebant: Quare cum Publicanis & peccatoribus manducat magister uester?*

¶ Corrus vide in aliis dictionibus adiunctis.
¶ Corruptere vide in coniunctis.

CAPUT CLXXXVII.

Creare, Creatura.

CREARE Hebraice Bara quod est producere quidem & gignere, sed iā stricta significatione usurpatur in scriptura Graece, & latine, pro eo, quod est aliquid de nihilo formare, in quo sensu dicitur Gen. 1. In principio creavit Deus caelum & terram. Et de sole, luna, & stellis, ait in Deut. Quae creavit Dominus Deus in ministerium cunctis gentibus, id est de nihilo fecit, non ut adorentur ab homine, sed ut seruirent homini Psal. Ipse mandavit & creata sunt. Ceterum quia legimus Ecclesi. 1. 8. Qui manet in aeternum creavit omnia simul, controuertitur inter expositores. An eodem die Deus ab initio, simul omnia creauerit. De quo tres sunt sententiae. Prima est August. libr. 4. super Gen. ad litteram cap. 24. & in sequentibus. Item 1. 2. de ciuitate. Omnia fuisse momento temporis creata, & distincta, quantum attinet ad corpora simplicia caelorum, & elementorum, cum virtute producendi reliqua mixta, quae eodem quoque die produxerunt. Quod vero Moyses haec sex dierum spatio facta recenset, non re ipsa, sed in mente Angelorum successiones illas factas exponit, quatenus species inditas omnium rerum successiue recipiebant ad cognoscendum opificium Dei. Eandem sententiam tenuit prius Philo Iudaeus. libr. 1. Allegoriarum legis, sed alio fundamento, dicit enim allegorice Moysen, dies illos distinxisse: ut cum septimo die requieuisset creator, ad obseruationem Sabbati prouocaret, idem tenet Procopius Gazaeus addens, eo modo distingui dies per imaginationem solū, non quidem re ipsa, sicut in processionibus Trinitatis personarum distinguimus in

stant primū in quo pater est a secūdo, quo generat verbum, & a tertio quo cum verbo, spirat Spiritum sanctum: non quod sit durationis distinctio, sed exempli causa ponitur. Pro hac sententia facit illud Gen. 2. Haec sunt generationes caeli, & terrae, in die qua creauit Deus caelum, & terram, & omne uirgultum agri. Ergo in eodem die creauit omnia. Secūda sententia est, quam refert Hugo libr. 1. de sacramentis cap. 2. & 3. Omnia fuisse creata sex dierum intervallo, sicut a Moysē describuntur.

Tertia denique opinio est, omnia corpora simplicia, caelos uidelicet & elementa, sine decore, & ornatu in eodem momento confuse creata quidem esse. Postea uero secūdam processum Moysi, tribus primis diebus fuisse distincta, & tribus aliis sequentibus, suis paulatim ornamentis decorata, uidelicet quarto die luminaribus, quinto piscibus, sexto quadrupedibus. Haec sententiam tenent, Basilus in Exameron, Greg. Nissenus lib. de creatione rerum, Ambrosi, in Hexameron, Chrysostr. super Gen. 1. Beda, Strabus, Greg. Nazianzenus serm. de Spiritu sancto, D. Tho. 1. p. q. 6. ar. 1. Abulensis super Gen. 1. Et est communior patrum & confirmatur ex eo quod Moyses subdit: Terra autem erat inanis & uacua. Hebraice Thou. id est Chaos confusum, hoc autem Chaos per traditionē acceperunt Philosophi gentiū, quia Moyses omnes Philosophos, & Poetas gentiū praecessit: ut docet Clemens Alex. li. 1. Stromatū, & Tertullian. in Apologético cōtra gentiles, & Cyrillus li. 7. contra Iulianū, & Aug. lib. 18. de ciuit. ca. 39. (Facit etiā ad hanc sententiā illud Sap. Manus tua creauit orbem terrarum, de materia inuisa. Graece εἰς ἀμορφον ὄλης Ex confusa materia. Ergo non sunt omnia creata distincte, sic apud Isai. dicitur Deus: Creans tenebras, id est corpora lumine priuata, quando tenebrae erāt super faciē abyssi. Ergo nondū erat lux sed confusio. Quod uero Eccl. 18. dicitur, qui manet in aeternū, creauit omnia simul, nō ad idē tempus plane refertur, sed ad vnū creatorē, qui simul, id est sine socio, vel alio creatore omnia creauit solus.

Creare ideas non est locutio admittēda, in quo Rupertus improprie & incaute locutus est lib. 2. de Trinitate cap. 1. 8. dicens creauit Deus ab aeterno, quod posterius fecit opere externo, creauit Deus

Gen. 1.
Hugo.
2
Basilus.
Greg. Nisse.
Ambrosi.
Chrysostr.
Beda.
Strabus.
Greg. Nazianzenus.
D. Thomas.
Abulensis.
Clem. Alex.
Tertullian.
Cyrillus.
August.
Sap. 11.
Isai. 45.
Gen. 1.
Eccl. 18.
3
Rupertus.

aeternaliter

August. D. Tho.
4
Isai. 45.
Hierony.
Matth. 6.
Aug.
Abac. 1.
Irenaeus.
Chrysostr.
Greg. Iob. 2.
5
Ecclesi. 1.
Ecclesi. 24.
Lyranus.
Iansen.
Hierony.
Damasc.

aeternaliter in sua essentia, quae temporaliter creauit in propria natura, contra quod Augustinus lib. 8. 3. qq. quem allegat D. Thomas. 1. p. q. 1. ar. 2. Ideo (inquit) formatae non sunt, ac per hoc aeternae, & eodem modo semper se habentes: quae diuina intelligentia continentur, &c. Sed cum ipsae neque orientur neque intereant, ut ibidem ait D. Thomas, secundum tamen eos formari dicitur, omne quod oriri, aut interire potest. Haec D. Thomas.

Creare malum dicitur Deus Isai. 45. Faciens pacem & creans malum. Vbi Hieronymus hoc malum non contrarium bono, sed pro afflictione ponitur, & bello, secundum illud quod in Euangelio scriptū est: Sufficit diei malitia sua. Eodem modo Augustinus lib. 1. contra Adimantū Manichaeum cap. 27. ubi malum poenae intelligit, non culpae, iuxta illud Abac. 1. Mundi sunt oculi tui Domine ne uideas malum. Eodem modo Irenaeus lib. 4. cap. 77. & Chrysostr. hom. 2. 3. super Matth. 6. sic explicat Greg. lib. 3. Moral. ca. 7. illud Iob. 2. Si bona recepimus de manu Domini, mala cur non sustineamus.

Creata dicitur sapientia Dei incarnata secundum humanitatem, Ecclesi. 1. Prior omnibus creata est sapientia, & paulo post: Ipse creauit illam in Spiritu sancto, & Ecclesi. 2. 4. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Et certe Lyranus his locis dicit creationē accipi pro emanatione ab aeterno filij Dei secundum deitatem, de qua in hoc capite Ab initio & ante saecula creata sum. Quia humanitas non fuit (inquit) ante saecula. Porro Iansenius dicit sapientiā hoc loco, non poni quidem pro filio Dei, vel secundum humanitatem, vel secundum deitatem, sed sapientiam istam esse rationes ideales, quae sunt ad aeterno in mente diuina, creatae uero dicuntur, id est confideratae ab aeterno ante omnem creaturā, sed istae duae expositiones sunt contra sententiā patrū, & contra legitimā acceptionē uocis huius creare Graece & latine de qua Hierony. Epist. ad Cyprianū Tom. 3. creatio (inquit) est eius quod prius non erat, conditionis exordium, quamuis quid sit Hebraice postea dicemus & Damascenus lib. 1. de fide Orthodoxa cap. 8. creatio (inquit) est factio ex extrinseco, & non ex substantia facientis fieri, quod creatur: & dissimile prorsus secundum substantiā. Haec ille cū

ergo secundum latinā, & Graecam phrasin in ut Hebraea omittā, creati sit eorum quae de nihilo fiunt, & non sunt de substantia ex eātis, expositio Lyrani tenenda non est neque Iansenij, nisi cautissime. Explicat ergo patres praedicta loca de sapientia filij Dei incarnata, secundum humanitatem: non quod fuerit humanitas ab aeterno, sed quod in aeternitate quidē ordine dignitatis fuerit prius praedestinata quā alia sicut & ipsa dicit Pro. 8. Ab aeterno ordinata sum. Ita explicat Glossa, & Rabanus, & Dionysius, item super illud Pro. 8. Dominus possedit me, in initiationum suarum. Vbi Septuag. vertit Dominus creauit me quod Patres de incarnatione filij Dei exponunt, ab aeterno praedeterminata, Aug. lib. 1. de Trinitate cap. 1. 2. Secundum (inquit) formam serui ductus est, Dominus creauit me, & Beda super Pro. 8. in expositione secūda Basilus lib. 4. aduersus Eunomium, & Epist. 1. 41. ad Caesarianos. Chrysostr. ser. de Trinitate tom. 3: ubi ait: igitur cum dicit Dominus creauit me, praedicit futurum quasi iam esset, & maxime haec expositio est a patribus praelecta contra Arriū qui dixit filiū Dei esse creaturam ideo etiā Cyrillus libr. 5. Theaurorum cap. 5. creatum dicit filium Dei secundum carnem significari. Nihilominus tamē in Hebraeo in his locis nō est difficultas ut Hiero. ait Epist. ad Cyprianū quia non est uerbum Bara quod est creare sed uox cana, id est possidere.

Creauit Deus pacē per Christū Isai. 57. Creauit fructū laborū pacē, quia per Christū Deus pacē praedicauit: ut exponit Hiero. Sic Ioā. 1. 5. Pacē (inquit) meā do uobis: pacē relinquo uobis. Et cap. 2. 0. Pax uobis, itē discipulis dixit apud Lucā: In quamcunque domū intraueritis, dicite pax huic domui. Alia expositio est D. Thomae fructū laborum prophetarū esse pacē: quia siue cōminaretur populo, siue prospera promitteret, pacē in ter populū & Deū, tanquā fructū suauissimū intēdebant, sic etiā quanto Angeli humana uoce loquuti sunt in natiuitate Domini, pacē decantantes dixerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax.

Creauit Deus diaboliū nō quoad peccatū sed quoad naturā, sic explicat Hiero. illud Isai. 54. Ego creauit fabriū sustantē in igne prunas, diabolus enim, suscitāt intēdia & proferet (inquit) cōtra te uasa, sed ego creauit in perfectore eorū. Quia uidelicet quamuis

Pro. 8.
Glossa.
Rabanus,
Carchu.
Aug.
Beda.
Basilus.
Chrysostr.
Cyrillus.
Isai. 57.
Hierony.
Ioan. 15.
Luc. 10.
D. Thom.
Luc. 2.
7
Hierony.
Isai. 54.

tyrannos cōtra Ecclesiā diabolus excitet; iuxta illud Matth. Et ante reges & principes ducemini propter me, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, sed capillus de capite vestro non peribit. Et quamuis Satanas hæreticos exaceret cōtra Ecclesiā sed tamē: Porta inferi non præualebunt aduersus eam.

8 Omnis creatura ponitur in scriptura pro homine, quia microcosmos, & epilogus est omnium creaturarum: ut exponit Greg. super illud Marci ult. *Predicatio euangelium omni creaturæ.* Ita etiā Aug. lib. 83. c. 9. q. 67. in quo sensu Paulus ad Rom. Omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc. Quia omnis homo felicitatem desiderat, ubi Hierony. Manifeste edocuit quia non de irrationabili, & insensibili creatura mentionem fecerit, quia non participat Spiritum sanctum hæc ille quæ expositio magis quadrat, quam alia Theophylacti, & aliorum patrum dicentium, elementa muta ingemiscere, &c. Quia elementa non habent spem, Paulus autem loquitur de creatura subiecta correptioni in spe. Deinde creature insensibiles per metaphoram naturalem perfectionem expectare possunt, sed supernaturalem neque per metaphoram expectare dicuntur, nisi admodum violenter. Quia non est appetitus naturalis ad supernaturalia proprie loquendo. Quod verò legimus Rom. 1. *Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellectus conspicuntur.* Quidam per creaturam creationem exponunt ut Hieronymus & Augustinus qui lib. 8. de ciuitate cap. 8. citat hunc locum. pro creatura mundi legens, à constitutione mundi, sed Theophylactus & Chrysostomus per creaturam mundi, omnes creaturas intelligunt, de quibus Psal. 118. *Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiant firmamentum.* Item non incongrua est expositio magistri, in 1. sententiarum dist. 3. qui à creatura mundi interpretatur ab homine, qui microcosmos est, sequutus Bernardum. Vox autem græca *κτίσις* ambigua est, ad creationem, & ad creaturam: id est ad creandi actum, & ad rem creatam, quod etiā notauit Adamus super hunc locum.

9 Creator dicitur Spiritus sanctus: quia Deus vnus est cum patre, & filio Psal. 103. *Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.* Vbi Hieronymus si spiritus (inquit) creat, ergo Deus est. Idem

ait Cyrillus in libro quod Spiritus sanctus sit Deus allegans hunc locum, & Aug. super Psal. & Glossa, item Genebrardus, unde reicienda est expositio Theodoretii, qui spiritum animale hoc loco intellexit, sed distinctionem apertam Propheta fecit, dicens: *Auferes spiritum eorum.* Ecce spiritum animale eorum esse dixit. Deinde subdit. *Emitte spiritum tuum & creabuntur.* Vbi non eorum dixit. Sed tuum, id est diuinum.

CAPVT. CLXXVIII.

Credere.

CREDERE Hebraice Rachas Dan. 3. qui eripuit seruos suos qui crediderunt in eum.

Credere, est dictis vel factis alicuius fidem adhibere. Gen. 15. *Credidit Abraham Deo: & reputatum est ei ad iustitiam.* Quærun autem hoc loco expositores, quomodo verum sit hoc Apostoli dictum cum contra legamus Gen. 17. *Cecidit Abraham in faciem suam, & risit in corde suo.* Quæ locum adducens Hierony. lib. 3. cōtra Pelagium ait, Abraham non credidit, quod Deus repromisit: sed risit in corde suo. Idem asserit Chrysostomus. homil. 6. de penitentia. Sed cōtrariū tenet Aug. lib. 16. de ciuitate cap. 26. videlicet Abraham non dubitasse, risisse verò præ gaudio. Idem tenet Ambrosius lib. de Abraham, & Glossa Interlinealis hic, & Theophylactus, & Rupertus. imo & aperte Paulus Apostolus Rom. 4. ubi agens de Abraham: *In promissione (inquit) Dei, non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide.* Vnde conciliantur sententiarum: insinuat enim Paulus hæsitasse Abraham, non diffidentia quidē, sed metu quodam indeliberato. Sed confortatus est actu fidei deliberato, sic conciliat sententias Ioannes Arboreus li. 1. Theosophiæ, & Sixtus Senensis li. 5. Bibliothecæ annot. 98. Vnde qui resistit motibus indeliberatis peccati, laudatur ut iustus. Hoc est enim abnegare semetipsum iuxta illud Matth. *Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum.*

Credere debemus verbis Dei sine delibata dubitatione. unde reprehendit Dominus Moysem, & Aaron. Num. 20. *Dicens: Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me cū filiis Israel, non introduceris hos popu-*

Cyrillus, Aug. Glossa, Genebrardus, Theodoretus.

I Gen. 15. Quæstio. Gen. 17. Hierony. Chrysostomus, Aug. Ambrosius, Glossa Interlinealis, Theophylactus, Rupertus, Rom. 4. Ioannes Arboreus, Sixtus Senensis.

Math. 16. Num. 20.

los in terram quam dabo eis. Vbi Lyra. assert Hebræorum expositionem dicentium, Dominum dixisse ad Moysem & Aaron. *Loquimini ad petram: & ipsa dabit aquas:* Illi vero dubitantes an soli verbo Dei obediret petra, percuferunt eam semel & iterum Ideo non sanctificauerunt, seu glorificauerunt Deum. Magna quippe Dei gloria est ut sermo diuinus omnipotens appareat. Certe Glossa Isidori, & Augusti. in qq. super Numeros asserunt Moysem dubitasse cū Aaron. Et quia de omnipotentia Dei quæ experti sæpe fuerant, vix poterant dubitare, probabile est dubitasse de sola uerbi efficacia, ideo percussisse petram. Ceterum ut e contrario efficacia uerbi Dei nobis innotesceret, sæpe filius Dei, solo uerbo sanabat ægros. Sic Regulo dixit: *Vade filius tuus uiuit, & Centurioni ait: Sicut credidisti fiat tibi.* Item Chananaea: *O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis.*

Non credere uitæ suæ est non credere Christo, Deut. 28. *Et erit uita tua tanquam pēs dēs ante te, & timebis die ac nocte, & non credes uitæ tuæ.* Lyranus, Dionysius Carthusius & Vatablus iuxta litteram exponunt. Vita tua o Iudæe erit in dubio pendula. Et non credes posse de mane ad uesperum usque uiuere, sed desperabis de uita. Porro Augustinus lib. 16. cōtra Faustum, cap. 22. Testimonium hoc adducens ait: præter predictum sensum literalem, de Christo posse intelligi: de quo non posse intelligi. Nec Faustus ausus es dicere. Ne quisque prorsus audebit. ait Augustinus. Nisi qui negauerit aut Christum esse uitam, qui de se ait: *Ego sum uita ueritas & uita.* Aut qui dixerit à Iudæis non fuisse uisum pendentem in cruce, aut Iudæos dixerit Christo credidisse. Eodem modo explicat Leo Papa serm. 8. de passione: & Glossa interlinealis. Propterea dixit Christus Iudæis apud Ioannem. *Vos non creditis quia non estis ex ouibus meis.* Porro Ioannes Baptista quia erat ex ouibus Christi in utero matris accepta rationis usura credidit in Christum, ut notat Ambrosius super Luc. 1. *Ideo exultauit infans in utero matris Elizabeth.*

Credere uiuere se diutius posse, non putat quem propter scelera multa conscientia remordet, maxime si sit homicida. de quo Iob: *Detrahit sorte in sortitudine sua: & cum steterit non credet uitæ suæ.* Id est, cū steterit in prosperitate tyrannus timebit in-

fidias. Ita exponit Beda, Lyranus, & Vatablus. Hinc Herodes rex cum audisset Magos quærentes. *Vbi est qui natus est rex Iudæorum? turbatus est.*

Credere uolebant Iudæi & Gentiles, habitare Deum in Ecclesia Christi, quod ut crederet, uenit Spiritus sanctus igneis linguis super Apostolos, quod prædixit Propheta Psal. 67. *Ascendisti in altum: cepisti captiuitatem: accepisti, uel dedisti dona hominibus.* Et enim non credentes inhabitare Dominum Deum. Id est, o Christe ascendisti in altitudinem cæli cum patribus qui in limbo fuerant captiui, & accepisti ut Spiritus sanctus descendens super Apostolos daret hominibus dona charismatum. Ita explicat Hierony. Augustinus, Arnobius, Euthymius Beda, Cassiodorus Haymo, Remigius, Theodoretus, Lyranus, Glossa, Ephes. 4. Hieronymus, Lyranus.

Credentes uerba Dei loquuntur confidentes fidem, quando casus necessitatis occurrit, sic Propheta Psal. 115. *Credidi, inquit, propter quod loquutus sum.* Quod cōtra communem sensum patrum explicat Lyranus de fide humana, quam præbuit Dauid Sibæ mentienti contra Dominum suum Mithphiboseb, propter quod locutus sum inquit, diuidite inter uos hæreditatem. Sed hæc est hebræorum interpretatio. Nam Apostolus. 2. Cor. 4. hoc allegat de fide supernaturali. Nos, inquit, etiam credimus, propter quod & loquimur quia corde creditur ad iustitiam: ore autem, fit confessio ad salutem. omnes etiam expositores catholici alicuius notæ de fide supernaturali, quam promissis Dei adhibuit Propheta, communi sensu exponunt. Porro Hierony. Augustinus, Beda, Cassiodorus, Genebrardus, Iansenius, Vatablus de firma fide promissorum Dei, promiserat quippe illi regnum post Saulem, & Christum de sua progenie in throno eius sessurum, & quod eum esset a malis omnibus liberaturus, quod Propheta credidit, sed Chrysostomus putat Dauid hoc dicere in persona populi Iudaici multa in Babylone mala perpessuri. Alij in persona martyrum, alij melius generaliter dictum putant de omnibus firmiter Deo credentibus, ita Genebrardus.

Beda, Lyranus, Vatablus, Matth. 2.

5 Act. 2. Psal. 67.

Hierony. Augustinus, Arnobius, Euthymius Beda, Cassiodorus Haymo, Remigius, Theodoretus, Lyranus, Glossa, Ephes. 4. Hieronymus, Lyranus.

6 Psal. 115. 2. Reg. 16. 2. Corin. 4. Rom. 1. Hierony. Augustinus, Beda, Cassiodorus, Genebrardus, Ioannes, Iansenius, Vatablus.

Chrysostomus.

Genebrardus.

Sap. 18. Isidorus, Augustinus.

Ioan. 4. Matth. 8. Matth. 15.

3 Deut. 28. Lyranus, Carthusius, Vatablus.

Augustinus.

Ioan. 14.

Leo Papa, Glossa interlinealis.

Ioan. 10.

Ambrosius, Luc. 1.

4

Iob. 24.

Esai. 7. Septuag. Vatablus. Eusebius. Chrysof. Ican. 6. Augu. Ioan. 7. Sap. 3. 8. Esai. 58. Hierony. Abac. 2. Ioan. 14. Matth. 10. 1. Pet. 2. 9. Ioan. 3. Ioan. 11. Ioan. 7.

Crederet debemus, vt intelligentes firmitus permaneamus in fide. Esai. 7. Si non credideritis non permanebitis. Vbi Sept. vertunt: Si non credideritis, non intelligetis. In Hebræo verò habetur non eritis firmi, siue stabiles: vt vertit Vatablus. Sed in idē fere recidit cum versione Sept. Quia radix firmitatis est intelligentia, vnde prouenit stabilitas in opere. Præmisit autem hoc Esaias tanquam fundamētum, loqui volēs de partu Virginis. Sic cōnectit & exponit Eusebius lib. 7. de Demonstratione cap. 2. sic etiam citat Chrysof. Hom. 5. 1. super Ioan. 7. & August. super illud Ioan. 6. Et nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. Non dixit, inquit, cognouimus & credimus, sed è contrario, prius credimus, deinde cognouimus. Idē Tract. 29. in illa verba Ioannis. 7. si quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoscat ex doctrina, an ex Deo sit. Id est si corde & opere crediderit, cognoscat. Sic Sap. 3. Qui confidant in illo, intelligent ueritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi.

Credentes longanimitate sperare debent. Esai. 28. Qui crediderit, non festinet. Hebraice de futuro, non festinabit. Vbi Hierony. si tardus videatur aduentus Domini ad iudicium, qui credit, & tribulatur, non desperet, iuxta illud Abac. Veniens ueniet, & non tardabit. Vnde Dominus dicebat Apostolis apud Ioan. Cum abiero, & præparauero uobis locum, iterum ueni ad uos, & accipiam uos ad me ipsum. Quare sensum legitimum vertunt Sept. Qui crediderit non confundetur. Quia si longanimitate expectat, obtinebit, iuxta illud Matth. Qui perseverauerit usque ad finem, hic saluus erit. Petrus autem allegauit hoc iuxta Septuag. 1. c. 2.

Crederet in Deum, plus est quam credere Deum, quia præpositio (in) directio nem voluntatis significat in vltimum finem: quod fit per charitatem, sic intelligitur illud Ioan. Vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Item, qui credit in eum non iudicatur. Id est non damnatur & cap. 11. Omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum. Id est æterna morte. Item cap. 7. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ uiuæ, quod dicebat de spiritu quem recepturi erant credentes in eum. Quia licet in eum credentes Spiritum sanctum haberent, non tamē plene charismata

eius acceperant. Quod uero dicit in eodē capite: An non creditis, quia ego in patre, & pater in me est? Denotat unitatem essentiaē patris & filij. Quæret autem aliquis si credere in Deum denotat fidem, quæ per charitatem operatur, quæ potissima uirtus est, iuxta illud Colof. Super omnia autem charitatem habetis, quæ est unicū uinculū perfectionis. Quomodo Paulus ait, ad Philip. Quia uobis donatum est, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini? Ad quod respondendum est, sicut credere in Christum charitatem includit, sic etiam pati pro Christo. Et ultra addit cum fide, & charitate patientiam. De qua Iaco. 1. dicitur: Patientia opus perfectum habet. Vnde super locū citatum Philippen. Chrysofomus ait. Pati pro Christo gratuitum donum est, & munus maioris admirationis, quam sit re uera, mortuos suscitare, & miranda signa patre. Nam hic quidem debitor sum, illic uero debitorem habeo Christum. Hæc ille. De quo in uerbo pati latius agimus.

Crederet nolens nisi signa & prodigia uiderit, reprehenditur Ioan. 4. Vbi Dominus Regulo dixit, nisi signa & prodigia uideritis non creditis. Cæterum quæret aliquis, quomodo filius Dei Regulum reprehendit signa quærentem, quæ usque adeo ad plantandam in populo fidem necessaria erant, ut ipse dixerit apud Ioan. Si signa non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberet. Et signa facturus Christus à Prophetis prædicebatur, sicut Isaias ait: Deus ipse ueniet & saluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, &c. Sed expedita responsio est. Solam filij Dei loquelam fuisse satis, cum gratia, qua interius cor auditorum illustrabat, atque flestebat, ut credere tenerentur, propterea in eodem capite Ioan. dixit: Si non uenisset, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent. Deinde multa signa uiderat Regulus in Capharnaum, sed maiora prodigia quærebat. Ideo Dominus dixit: Nisi signa, & ultra prodigia uideritis, non creditis. Quæ causa fuit ut ex ciuitate Capharnaum, ubi tanta Dominus miracula fecit, pauci crederent, quia semper maiora quærebant. Vnde Esaias Propheeta prædixit: Quis credidit auditui nostro, & Brachium Domini cui reuelatum est? Vbi interrogatio denotat paucitatem, ut exponit Origenes lib. 1. contra Celsum & super Roma. 10. Item August. lib. 1. de Cō

sensu

Chrysof. Ioan. 10. I I Matth. 8. Matth. 9. Marci. 5. Marci. 9. Matth. 21. 1. Ioan. 3. 1. Cor. 13. I 2 Heb. 11. Ioan. 20. Greg. August. Hilarius. D. Th. I 3 Luc. 16. Beda.

sensu Euangelist. & libro. 18. de Ciuitate cap. 29. & Chrysof. super Rom. 10. Vnde de Christus dicebat: Vos non creditis quia non estis ex omnibus meis. Ioan. 10.

Crederetium Gentilium fidem Dominus in Euangelio laudauit, inueniens ex illis Ecclesiam maiori ex parte replendam, sic Centurioni dixit: Sicut credidisti fiat tibi, & sanatus est puer eius ex illa hora. Ut effectus festinus ostenderet fidei soliditatem, & certe sicut credimus fit nobis, nam qui tepide credit, tardius impetrat. Ideo fidem exigere Dominus consueuit ab illis, quos miraculose sanabat. Sic duobus cæcis visum petentibus dixit: Creditis quia hoc possum præstare uobis. Et Archi Synagogo filiam sibi suscitare petenti dicebat: Noli timere, tantummodo crede. Item apud Marcum, patri Lunatici ait: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Denique apud Matth. Omnia quæ in oratione petieritis credentes accipietis. Vbi non solum exigitur Catholica fides, quæ omnes articulos symboli credimus, sed ultra illam fiducia quædam & spes ardentior in Deum, de qua Ioan. Fratres si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus, quod quicquid petierimus ab eo, recipiemus. Quæ fides ad miracula plane requiritur, quæ gratia gratis data est, & orationibus impetratur, atque interdum sine gratia iustificante reperitur, iuxta Paulum: Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, &c.

Credidit Thomas aliud quam uidit. Quia nimirum uidit ueram humanitatem, & vulnera Christi, sed diuinitatem credidit. Quia fides est argumentum non apparentium, ut Paulus ait. Sic intelligitur illud Ioan. 20. Quia uidiisti me Thomas credidisti, &c. Ita explicat Gregorius Homil. 26. in Euangelia & Augustinus Tractat. 79. super Ioannem, & Hilarius lib. 7. de Trinitate, & Diuus Thomas 2. 2. q. 1. art. 4. ad. 1.

Crederet alicui aliquid, est eius fidei uel fidelitati committere. Sic dicitur Luc. 16. Si in iniquo mammona fideles non fuistis, quod uerum est, quis credet uobis? Vbi Beda exponit si in fallacia diuitiarum fideles dispendiosiores minime fuistis, spirituales diuitias, quæ ueræ sunt, quis dabit uobis? quæ sunt plane uirtutes, & gratia, qua ad patriam gloriosam peruenitur, de quibus

Esai. Diuitiæ salutis sapientia & scientia. Fidelis est autem ille in diuitiis materialibus, qui disperfit, dedit pauperibus.

CAPVT CLXXIX.

Crescere, & Crocus.



RESCERE est augeri atque magnificari Hebraice dicitur Gadal Gene. 38. Iob 2. Iosue. 4. Num. 6. Esai. 49.

Et proprie crescere est augeri, quod præcipue de uiuentibus dicitur, quæ ab intrinseco habent augmenti principium.

Crescere debuit genus humanum per naturalem generationem, sicut hodie homines propagantur, etiam si homo non peccasset, quamuis tunc sine peccato conciperentur, in quo sensu Dominus dixit primis hominibus. Gen. 1. Crescite & multiplicamini, & replete terram. In hoc tamen multi ex Græcis patribus hallucinati sunt. Nam in statu innocentia sine coniunctione carnali, more Angelorum, homines uisum multiplicandos tenuit Greg. Nissenus lib. de creatione hominis. Idem tenuerunt super Genesim Chrysofomus, Procopius, & Euthymius super Psal. In peccatis concepit me mater mea. Item Damascenus libr. 4. de Fide cap. 25. & August. libr. de Genesi allegorice, sed retractauit sententiã li. 1. retractationum, cap. 10. & 19. & lib. 8. de Genesi ad literam, cap. 10. Quæ omnino sententia tenenda est, uidelicet per carnalem concubitum homines nascituros, etiam si homo non peccasset. Quam tuetur August. lib. 14. de ciuitate cap. 21. & 22. & Iunilius, seu potius Beda in opere sex dierum, Glo. ordi. hoc loco. & Itē Glo. interli. & D. Tho. 1. p. q. 98. ar. 2. & Abulē sis hoc loco. Ad quod facit Euangelium Matthæi cap. 19. ubi dicitur matrimonium ab initio diuina copulatum autoritate: Et quos Deus cōiunxit, homo non separet. Quare Græcorum contraria sententia inter errores Armenorum à Guidone computatur.

Non crescere dicitur, qui priuatur aliqua dignitate, quam debuit alioquin habere.

bere,

Cen. 49. bere. Sic Iacob in Gene. dixit Ruben primogenito suo: *Effusus es sicut aqua, non crescas quia ascendisti cubile patris tui.* Hieronymus in qq. Hebraicis dicit Sept. pro non crescas, vertisse: *Sicut aqua non ebullias.* In Hebræo autem habetur: *Non adicias.* Cuius phrasid sensus est, ut ait Hieronymus. Tu es primogenitus in liberis meis, cui primogenitura debebatur, nempe sacerdotium, & regnum. Sed quia maculasti cubile meum, effusus impetu libidinis, ne adicias peccare, sed esto priuatus in pœnam in numero fratrum tuorum. Hæc ille. Cæterum aliqui auctores contra maledictionem Iacob creuisse dicunt tribum Ruben: ideo Diodorus Tharsen. dicit comminatoriam fuisse sententiam, & pœnitentia deletam, vnde Moyses eam reuocauit, Deu. 33. dicens. *Viua Ruben, & non moriatur.* Secunda Responso Genadij, non fuisse tribum maledictam, sed peccatum Ruben, ne cresceret, sed potior est solutio Caietani, in Hebræo haberi, non plus habebis, hoc est non habebis dignitatem primogeniti, vel non crescas regio diademate. Sic exponit Origenes Homilia. 17. super Gene. Quia moris est Dei, maiores acius reprehendere, vt minores timeant. Sic filius Dei filiis Zebedæi dignitatem affectantibus seuerius dixit: *Nescitis quid petatis.* Et discipulis euntibus in Emaus dixit: *O stulti & tardi corde ad credendum: Item Petro: Simon dormis?*

4. Creuit in vineam latiore fermen cedri, Ezech. 17. Id est regnum Sedechiæ creuit post transmigrationem Iechoniæ in Babylonem, ita vt ausus sit Sedechias rebellare. Quare timenda est prosperitas, nam Petrus, postquam audiuit à Domino: *Tibi dabo clauis regni cælorum,* negauit ter filium Dei, quem fuerat tam sublimi reuelatione confessus.

5. Creuit regnum Persarum sub Cyro Rege, qui Babylonicam populi Dei captiuitatem relaxauit. Quod præuidit Daniel in visione arietis iuxta paludem, bestias omnes cornibus ventilantis, cap. 8. Arias quippe vt Hieronymus ait regnum Persarum significabat, dicitur autem arius habuisse duo cornua, quia Persis & Medis Imperauit, & creuit vnum cornu excelsum altero, id est potentia Persarum sub Cyro, vt inquit, Glossa: quia Cyrus templum Dei iussit reedificare, quanto ergo magis

etiam in temporalibus, si sit opus, augetur Christianus, qui diuina & sacra fouerit, & restituerit: Ideo prius diuina quam humana curare docuit nos Dominus, dicens: *Quærite primum regnum Dei, & iustitiæ eius, & hæc omnia adicientur uobis.* Matth. 6. 6

Creunt humiles in oculis Dei & si ad salutem animæ sit opus, in temporalibus etiam augentur. Sic legimus de Esther regina, quæ se pœnitentis & ieiuniis humiliavit: *Creuit paruus fons in fluuium magnum, quia, omnis qui se humiliat exaltabitur.* Mystice verò competit Mariæ Virgini, quæ cum dixisset ex corde: *Ecce ancilla Domini.* Fons paruulus ille creuit in fluuium magnum: ita vt quasi mare gratiarum redundauerit, vnde fluuius immensus natus est Christus, qui letificat ciuitatem Dei.

7. Crocus flos est, qui Safranum vulgo dicitur, nascitur ex herba, quæ folia more capillorum emittit. Floris huius fibræ vtilis sunt medicamentis, & condimentis, atque inter aromata numeratur, Can. 4. *Emissio nes tuæ paradysus, &c. Nardus, & crocus.* Vbi Glossa crocus ait, coloris aurei mentes significat diuina præditi sapientia, & D. Tho. in Commentariis Crocus, inquit, auri coloris est, & ideo significat charitatē. Et quemadmodum crocus ignitas febres refrigerare dicitur, sic charitas ardorē cupiditatis secularis refrigerat. Hæc ille. Hac charitate plenus, refrigeratisque cupiditatis ardoribus, Petrus Domino dixit: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.* Hunc crocum è paradiso cordis sui Dominus Matthæo porrexit, dicens: *Sequere me.* Et mox refrigerato diuitiarum cupiditatis ardore: *Surgēs sequutus est eū.* Porro Theodo. crocū inquit: qui mediam inter caliditatem, & frigiditatem obtinet vim, & vtriusq; excludit extrema, iustitiam accipimus. Hæc ille. Hunc ergo croci florē Zachæo Dominus dedit. Quando surgēs ille in conuiuio, dixit: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: & si quem defraudani reddo quadruplum.* Luc. 19. 8

Crocea ponuntur pro coccineis, Thre. 4. *Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercorea.* Id est qui in coccineis & purpureis inuoluebantur, de quo vide in verbo Coccus.

CAPVT. CLXXX.

Cruciare.



5. 771
I
Ioel. 2.
Hierony.
Matth. 4.
2
Luc. 16.
Quæst.
Greg.
Paludan.
Dionys.
Ferrariensis
Caietanus.
Altiſiodorē.
Aegidius
Rom.
Richard.
Gregor.
Dom. Sotus.

RUCIARI & dolere Hebraicè dicitur Chul, Ioel. 2. a facie eius cruciabantur populi. Id est a facie exercitus Nabuchodonosor Regis Chaldeorum, vt Hieronymus ait, sed multo magis a facie Satanæ, qui & ipsum Dei filium tentare non metuit, Matth. 4. quem tamen non cruciavit tunc, sed ab eo cruciatus est.

Cruciatur animæ damnatorū inflāmis inferni, ante corporū resurrectionē, mox vt è corpore migrant, sic apud Lucam de diuite legimus epulone dicente: *Quia crucior in hac flamma.* Sed controuertitur inter patres, quomodo corporeus ignis cruciare potest spiritum incorporeum? De quo sunt variæ Doctorum sententiæ. Primā ponitur à Grego. libr. 4. dialogorum cap. 29. intellectu quidem spiritum comprehendere notitiā ignis, & eadem notitiā cruciari. Sed non explicat, quomodo ignis notitiā cruciet animam. Secunda sententiā, ignem quasi vinculum detinere animam, & hac violentiā cruciari. Sic tenuerunt Paludan. in 4. distin. 44. & Dionysius ibidem. q. 10. & Ferrariensis li. 4. contra gentes, Caietanus in oratione ad Iulium Papam. Sed quomodo detentio combustionis dici queat, non apparet. Quare Altiſiodorensis in 4. dicit, Deum ignem comburentem animā nudā posse colligare. sicut eidē in corpore viuēte. Sed quomodo id fieri valeat, nusquā exponit. Est itaque quarta sententiā Aegidii Romani in quodlibetis, & Richardi in 4. dicentium speciem ignis spiritualem spiritus considerationē impedire, & cogere, vt semper ignem cogitet. Sed certe aliud est coactē cogitare, aliud autem comburi. Postrema denique sententiā est Greg. Papæ li. 4. dialog. ca. 44. dæmones, sicut animas damnatorum nudas, cruciatū ignis experiri: quia refrigerium aquæ diues ille petebat contra flammā ardorem, & cruciatum. Quod Sotus 4. distin. 49. subtilius explicat, videlicet certum esse quando quis in vita mortali comburitur præter laesionem, &

dolorem corporis in anima rationali tristitiam combustionis illius ingenerari, potest ergo Deus hanc ipsam specificam tristitiam combustionis conseruare in anima separata, & subinde illā ipsam dæmonibus ingerere: quod est eos igne cruciari. Quæ sententiā clarius videtur punctū attingere.

Cruciari dæmones extra infernum modo, huc illuc inter nos discurrentes igne corporeo quidam negant, sed cruciandos in die iudicij, & deinceps in gehenna dicunt, sic videtur dicere scriptura 2. Petri. 1. *Si enim Deus Angelis peccantibus non percutit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari, &c.* Ecce dicit cruciandos in iudicium reseruari, ergo ante iudicium finale, qui inter nos versantur, non sentiunt ignis cruciatum. Constat autem magna ex parte dæmones in hoc aere caliginoso versari, iuxta illud Ephe. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates tenebrarum harum.* Præterea Matth. 25. *Dicit rex his, qui a sinistris eius erunt, discedite à me maledicti in ignē æternum, qui parati estis diabolo, & Angelis eius.* Vnde Bernardus sermone de sancto Matthia. *Iam inquit, diabolo paratus ignis est, sed nondum est præcipitatus in ignem.* Idem Aretas episcopus super illud Apocalyp. 20. *Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis.* Idem Iustinus martyr, quem ibidem allegat Aretas. Sed ais saltē dæmones alligatum secum ignem portat, quocunque extra infernum discurrat, sed si modo igne cruciarentur in hoc mundo super terram, non dixisset Petrus *cruciandos in iudicio reseruari.* Deinde in homine quodam Luc. 8. legio dæmonum erat. Cū ergo intra corpus illius essent tot myriades, si singuli secum ignem materialē alligatum ferebant, certe condensatus ignis intra corpusculum combussisset illud. Nihilominus tamen quia legimus apud Ioan. *Princeps huius mundi iam indicatus est,* id est damnatus, nec debet esse melior conditio dæmonum, quam animarum, quæ mox vt à corpore migrant, igne cruciantur. Item Iob 41. de principe dicitur dæmonū, *flamma de ore illius egreditur.* Ideo inter duas illas extremas opiniones, alterā dicentē, dæmones, nullo igne super terrā cruciari, alterā verò contendentem cor-

po ra ignea secum ferre, tenere possumus, sola tristitia nunc, & specie combustionis cruciari. Sed in die iudicij finalis in igne materialis esse mittendos, qui paratus est eis. Et ita omnia consonant. Quia licet modo crucientur specie ignis apprehensa cum dolore combustionis vel tristitia inde procedente, sed magis cruciabuntur post die finalis iudicij in inferno ligati: ideo Petrus ait referuari cruciandos.

- ¶ Mulier cruciatur, ut pareret vide in verbo Apparere.
- ¶ Cruciarum mensibus quinque Apoc. 9. vi de in verbo Locusta.

CAPVT CLXXXI.

Crux, Crucifigere.



RUCIFIGERE siue suspendere in ligno dicitur Hebraice in Hiphil Iaca 2. Reg. 21.

Crux patibulum erat in quo damnati figebatur, dicta à ἀποδν. Quod est ferre. Crux autem in Hieroglyphicis Aegyptiorum literis significabat futuram vitam sine fine. Quia si lineam à pede Crucis ad dextrum cornu, & inde ad caput, & à capite ad sinistrum brachium, & inde rursus ad pedem ducas, ciculum facis, qui significat aeternitatem propterea vocatur signum Dei viui, Apoc. 7. Vidi Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui. Id est aeterni. Habet & terra hoc signum impressum in quatuor punctis, Oriente, & Occidente, Septentrione, & Meridie, à quibus si lineas ducas, ab Oriente scilicet in Occidentem, & à Septentrione in Meridiam. Crucem facis, quo designabatur terra tunc esse perficiendam, quando Crucis signum susciperet adorandum, ad quod Dominus misit Apostolos Matthae. vlti. Præterea volucres volantes alis extensis Crucem faciunt. Ideo Angelus stans in Sole in Apocalyp. Clamauit ad aues quae uolabant per medium caeli, ut uenirent ad coenam magnam. Id est ad eos qui obediunt Christo dicenti: Si quis uult uenire post me abneget semet ipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me. Neque aliter nauigare possumus mare mag-

num mundi huius ad portum usque salutis nisi antennas malo in Crucis effigiem applicemus, ut notat Ambrosius sermo. 55. de Cruce. Postremo extensis brachiis homo precans Crucem facit, ut non fortuito quodam inuentu putemus Crucis signum introductum, quod Dominus erat morte sua in salutem humani generis illustraturus. Quodque subodoratus Satanas tyrannis ingessit, ut Cruci affixos facinorosos cruciarent. A Cruce nanque cruciatus dicitur, ut dicit Isidorus lib. 5. Originum cap. vlti. Eratque ignominiosissimum genus mortis, ut ait August. sermo. 18. de uerbis Domini, & Chrysof. Homi. 7. ad Philip & D. Thomas super illud mortem autem Crucis. Ideo Sap. 2. dicitur Morte turpissima condemnemus eum. Sed postquam perfidus serpens qui in ligno vincebat, in ligno deuictus est à filio Dei, capit honorem Crucis esse, super capita regum longe lateque refulgens, quae prius erat opprobrium: statuitque Magnus Constantinus, ne quis amplius toto terrarum orbe ad Crucis patibulum damnaretur.

Crucem suam humeris portare mos fuit antiquus, ab his obseruatus qui Crucis supplicio damnabantur, quod notat Plutarchus libro de Sera numinis vindicta, quam etiam consuetudinem, quoad potuit, corpore iam flagellis exhausto, uoluit Dominus pro nobis seruare. Vnde Ioan. 19. Banians sibi Crucem exiit in eum, quid dicitur Caluarie locus, quod praeter alia fecit ut adimpleret uaticinium Esai. Et factus est principatus super humerum eius, quod de Crucis gestatae mysterio exponit Ambrosius lib. 3. de fide cap. 4. & Hieronymus super eundem locum Esai. Iustinus martyr 2. Apologetico, Tertullianus lib. 3. aduersus Marcionem, Cyrillus lib. 12. in Ioan. cap. 28. Leo Papa serm. 8. de Passionem, Chrysof. Hom. 88. in Ioan. Euthym. super Ioan. 19. Athanas. ser. de Passi. Aug. ser. 71. de tempore & Theophyl. super Luc. 23. imposuerunt ipsi Crucem, quod uero Matthaeus refert cap. 27. Angariatum Simonem Cyrenaeum, ut Crucem Iesu portaret: intelligi debet, postquam Dominus aliqua itineris parte baiulauerat eam, ut notat August. lib. 3. de Consensu Evangel. cap. 10.

Crucifigere non auderent impii filium Dei, cognitum uerum Deum. 1. Cor. 2.

Ambrosi.

Isidorus.

August. Chrysof. D. Tho.

2

Ioan. 19.

Esai. 9.

Ambros. Hierony. Iustinus. Tertul. Cyrillus: Leo Papa: Chrysof. Euthymius. Athanasius. August. Theophyl.

Aug.

3 1. Cor. 2.

Quem si cognouissent, nunquam eum in gloria crucifixissent. Id est si credidi Christum, quem ex parte Messiam esse cognouerant, dicentes hic est haeres, Matth. 21. Deum esse cognouissent, minime crucifixissent, tenebant Tertul. lib. 3. contra Marcionem. Euthymius, Theophyl. Hierony. Glossa. D. Thomas, Lyranus, Origen. Homil. 2. in Cant. Burgensis, August. lib. de qq. no. uis, & veteris testamenti, de quo uide latius lib. 8. uerbo Haeres. Vel certe si daemones Christum Deum esse cognouissent, mortem eius machinati non essent, ita exponit Ambrosius super epist. ad Corinthios Hierony. super Dan. 10. August. q. 66. Noui testamenti. Ansel. super. 1. Cor. 2. ideo in tentatione diabolus curiose quaerebat si filius uerus eius. Matth. 4.

Crucis cruore pacificauit Christus caelum & terram, Colof. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in caelis, siue quae in terra sunt. Tenet autem Bernardus Christum praesens ab initio mundi morte sua, meruisse Angelis sanctis ne laborentur, & sic pacificasse caelestia, praetera meruisse quidem hominibus iustificationem à lapsu, sicque pacificasse terrena. Quod asserit serm. 22. in Cantica. Idem tenet Cyrillus lib. 1. super Leuit. Vbi ait non solum pro terrestribus, sed & pro caelestibus oblatus est hostia Iesus: & hic quidem pro hominibus ipsam corporalem materiam sanguinis, pro caelestibus uero vitalem sui corporis uirtutem, uelut spirituale sacrificium immolauit. Haec ille. Sed contraria sententia est uerisimilior, non meruisse Christum Angelis sanctis perseuerantiam. Neque propter illos de caelo descendisse. Ita August. lib. de uerbis Domini, & Leo Papa sermone de Natiuitate, & D. Thomas. 3. p. Pacificauit autem caelestia, ut exponit Theophylactus & Theodoretus, quia Angelos olim hominibus propter peccatum auersos, reddidit amicos, & caelestis regni consortes. De quo latius agimus in uerbo Iesus.

Crux Christi dicitur thronus filij Dei regalis, sicut patres explicant, super illud Psal. 95. Dicite in gentibus quia Dominus regnauit. Vbi Iustinus in dialogo aduersus Thryphonem dicit pag. 83. sua tempestate apud Septuag. legi. Quia Dominus regnauit à ligno. Quod Rabbini primum ab Hebraeo, deinde in odium crucis à Septuag.

quoque abraferunt. Sunt autem praeter Iustinum testes omni acceptione maiores, qui ita legerunt apud Sept. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem. Solus inquit, Dominus Iesus rex nouus, in humero effert, ut secundum prophetiam Dauidis Dominus regnet à ligno. Et Ambrosius super cap. 15. epist. 1. ad Corinthios, agens de cruce ait, Dauid in Psalmo ait, Dominus regnauit à ligno. Praetera D. August. ita legit & exponit Psal. 95. ita etiam alleg. t. Lactantius, ita exponit Arnobius, & Cassiodorus. ita canit Ecclesia ex Psalterio Romano. Deberetque restitui in Psalterio communi, cum tot & tanti sint testes.

Crucifigere iterum filium Dei in semetipsis, est iterum baptizari. Sic Hebr. 6. Rursus crucifigentes filium Dei, &c. Quod sic explicant Chrysof. Theophyl. Theodoretus, Ambrosius, Glossa, D. Thomas, & Lyranus. Quia baptismus ut Chrysof. ait, crux est, iuxta illud Romano. 6. Consepulcra enim sumus eum illo per baptismum in mortem. Vnde apud Ioan. agens Dominus de baptismo, ad Nicodemum de cruce subiunxit, dicens: Sicut exaltauit Moyses serpente in deserto, ita oportet exaltari filium hominis.

Crucifigere carnem suam cum Christo, est mortificare ueterem hominem, sic exponunt patres praeter allegati numero praecedenti, super illud ad Galat. Qui sunt crucifixerunt carnem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentijs. Et super illud Rom. Uetus homo simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati. Id est multitudo peccatorum, & Gala. 2. Christo confixus sum cruci.

Crucifixum esse mundum alicui, est voluptates diuitias, & honores mundi, quasi ei mortuas esse & nihili pendii. Sic Paulus aiebat ad Gala. Absit mihi gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Id est, mundus est mihi horrore, sicut factum cadauer, & ego illi, ut explicant Ambrosius, Chrysof. Theophyl. Theodoretus, & alij plures. Crux autem Christi, in qua Paulus gloriatur, est contumelia & tribulatio, iuxta illud Rom. Sed & gloriamur in tribulationibus. Item secundum eandem phrasim inimicos Crucis Christi uocat Apostolus, inimicos tribulationum quas pro Christo patimur.

Tertul.

Ambr.

August. Lactantius. Arnobius. Cassiodor.

6

Heb. 6. Chrysof. Teophyl. Theodo. Ambros. Glossa. D. Thomas. Lyra.

Ioan. 8.

7

Gal. 5.

Rom. 6.

Gal. 2.

8

Gal. 6.

Ambros. Chrysof. Theophyl. Theodo.

Rom. 6.

Crucis scandalum vocatur mors Christi contumeliosa, in qua Iudæi scandalizabantur, dicentes si Deus esset, non se finiret crucifigi. Sic exponit Theophylactus illud. 1. Cor. 1. Prædicamus Christum crucifixum Iudæis quidem scandalum. Et Galat. 5. scandalum crucis. Item, verbum crucis. Ibidem Nesciebant enim Iudæi naturam humanam passibilem à Deo susceptam, in qua poterat mori, ideo scandalizabantur. De quo Dominus apud Matthæum: Beatus, inquit, qui non fuerit scandalizatus in me. Id est in morte mea, vt exponit Grego. secundum eandem phrasim dicit Apostolus: Euacuatum est scandalum crucis. Id est si circumcissionem prædicamus necessariam esse, simul cum baptismo, cessat scandalum crucis. Quia in eo maxime Iudæi scandalizabantur, quod homo quidam crucifixus, tollet eis circumcissionem, & ceremonias legis. Vt explicant Hieronymus, Ambrosius, Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus, Glossa, Lyranus, &c. Postremo crucem Christi euacuare est salutis æternæ virtutem per crucem credentibus communicatam abscondere. Sic explicant D. Thomas & alij 1. Corinth. 1. Ne euacuetur Crux Christi.

Crux in scriptura vocatur clavis David, id est regni cælestis. Esai. 22. Et dabo clauem domus David super humeros eius. Vbi Hierony. Hoc inquit, est in Passione, iuxta illud, quod in alio loco scribitur: Et factus est principatus super humerum eius. Vnde crux Christi appellatur clavis cæli, sic August. serm. 123. Vis inquit, scire aliud crucis beneficium, paradysum ante quinque millia annorum clausum crux nobis aperuit. Et Chryf. serm. de Lazaro tom. 2. Crux inquit Christi, clavis est paradisi. Idem dicit Ambros. sermo. 55. de Cruce, & Damascenus libr. 4. de fide cap. 12.

Crucem tollere post Christum, quid sit, explicant patres super illud Matthæi. Siquis vult venire post me, abneget semetipsum: tollat crucem suam, & sequatur me. Et cap. 10. Qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Super quem locum Chrysostomus ait, tollere crucem, esse animi preparationem ad mortem etiam violentam pro Christo, cum fuerit opus sustinendam. Sed Hieronymus super Marci. 8. Qui non accipit crucem suam quotidie, & sequitur me, non est me dignus. Ne semel ait, pu-

temus ardorem fidei posse sufficere, sed vt semper nos Christum amare doceamus, est itaque secundum Hieronymum crucem portare, ardorem fidei, quæ per charitatem operatur, conseruare, de quo Paulus: spiritu seruantes. Tertia expositio Hilarij crucem portare esse crucis patientiam imitari. Quarta Greg. in Homilia crucem portare, esse per abstinentiam carnem affligere, & per compassionem, necessitatè proximi, quasi nostram reputare. Denique August. epist. 38. ad Lætum de contemptu mundi, crucem, inquit, nostram esse mortalitatem carnis nostræ, ipsa enim nos cruciat, donec absorbeat mors in victoria. Hæc ille. Vbi adhuc nota non dixisse Dominum tollat crucem meam, sed suam quia crux Christi sola potuit satisfacere pro mundi peccatis de rigore iustitiæ, quæ neque Angeli, neque homines vnuerfi portare potuerunt, sed nos nostram pro mensura donationis Christi patienter portare debemus, vt cum Christo regnare possimus, iuxta illud Roma. Si tamen compatimur ut conregnemus.

- ¶ De signo crucis quod apparebit in cælo sub diem iudicij finalis, vide in verbo Apparere.
- ¶ Crura sponfi Cant. 5. vide in verbo Aurum.
- ¶ Crura vide in verbo Babylon, & in verbo Pastor. Item in verbo Damascus, Num. 7.

CAPVT. CLXXXII.

Crystallus.



CRYSTALLVS dicitur lingua Hebræa Kera ch. Psal. 147. Mittit Crystallum suam sicut buccellas, & Ezech. 1.

Crystallus est gelu, vel aqua diurnis frigidibus congelata. Eccli. 43. Gelabit crystallus ab aqua. Sed aliquando pro grandine vsurpatur Psal. Mittit crystallum suam sicut buccellas. De quo alias agimus.

Crystallus myltice summam designat puritatem, sicut exponit Hieronymus super illud Ezechiel. 1. Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis: Decebat inquit, in superioribus

Rom. 12. Hilarius.

Greg.

August.

Rom. 8.

777.

1

Eccl. 43.

Psal. 147.

2

Hierony. Ezech. 1.

rioribus

1. Cor. 1. Gala. 5.

Math. 11.

Greg. Gala. 4.

Hierony. Ambrosi. Chryf. Theophy. Theodo. Gloss. Lyran. D. Th. 1. Cor. 1.

Esai. 22.

Hierony.

Esai. 9. August.

Chrysof.

Ambr. Damasc.

11. Math. 16.

Math. 10.

Chrysof.

Hierony. Marci. 8.

rioribus eximiam esse puritatem: quæ cuncta protegat, id est rationales, sapientesque virtutes, &c. & Euangelicam prædicationem, quæ ex parte absconditur, & ex parte reuelatur. Hæc ille. Vbi nomine crystalli Spiritus sancti gratia intelligitur, cuius immensa puritas quasi mare crystallinum videre facit spiritus angelicos per quatuor animalia representatos, & translucere facit quatuor Euangelia, & quatuor Euangelistas igne charitatis inflammatos, qui per quatuor illas rotas significantur imperitque mundi tiam illam, quæ Euangelia sancta docent, in quibus legimus: Beati mundo corde quoniam ipsi Deum uidebunt. Et nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Item, qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet. Denique palmitem qui fert fructum: purgabit eum, ut fructum plus afferat. Est autem crystallus ista horribilis impiis & sordidis quibus dicit, apud Matthæum. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Et capit. 25. Nescio uos, item capit. 22. Ligatis manibus, & pedibus eius mittite eum in tenebras, qui uellem maculauit.

Crystallus pro puritate Spiritus sancti, etiam Apocalyp. 22. capitur: Ostendit mihi fluium aquæ uiuæ, splendidum tanquam crystallum. Græce habetur καθαρόν purum, sed vulgata id circo videtur omisisse, quia puritas satis exprimitur in eo quod dicitur splendidum tanquam crystallum, diximus autem in verbo Aqua, secundum Rupertum & Ambrosium libr. 3. de Spiritu sancto capit. 21. denotare Spiritum sanctum. Hic addimus purum quoque vocari Græce hunc fluium, quia uenalem etiam abluit maculam Spiritus sanctus in sua plenitudine, vsque adeo ut quamuis amore charitatis diuini spiritus carnis Christi amarent Apostoli, dum adhuc mortalis uiueret apud eos. Quia tamen affectu quodam minus ordinato afficiebantur ei audierunt à Domino: Expedit uobis ut ego uadam, si enim non abiero, Paraclitus non ueniet ad uos. subaudi in sua plenitudine, ut vos omnino mundet, alioquin in illis erat gratia minori.

Crystallo baptismi gratia pariter assimilatur, Apocalyp. 4. Et in conspectu sedis tanquam mare uireum simile crystallo.

Quia inde anima & puritatem recipit, & firmitatem, in crystallo resplendentem, ut si mox post baptismum e corpore dissoluatur Deum clare videat, iuxta illud: Beati mundi corde quoniam ipsi Deum uidebunt. Sic explicant patres Tychonius, Beda, Glossa, Richardus, Anselmus, D. Thomas, atque Lyranus, quamuis Aretas, Græcus per crystallum multitudinem Angelorum intelligat, & hoc esse mare vitreum dicit, super quod stabant qui uicerunt bestiam, id est Antichristum, Apocalyp. 15. Quia homines portantur ab Angelis, ut Propheta dicit: In manibus portabunt te. Et apud Matthæum. Angeli eorum uident faciem patris mei. Quia nimirum quasi crystallum, splendorem luminis gloriæ ubique retinent. De quo diximus in verbo Bestia.

CAPVT. CLXXXIII.

Cubare, Cubile, Cubiculum.



VBARE & accubare dicitur in scriptura Rabas in patet Gene. 49. Deinde uero Cubiculum Hebraicè dicitur Chedat, 3. Regum. 20. in cubiculum

intra cubiculum: inde cubare est iacere, & quiescere Cant. 1. Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie: Id est ubi quiescas ad dexteram patris, de quo Marci vlti. Et sedet à dextris Dei. Sic explicat Bernard. sermone. 33. in Cantica. Origenes Homi. 1. & 2. in Cantica. August. libr. de Unitate Ecclesiæ capi. 8. Secunda expositio Theodori. quærit sponsa, ubi sponsus in meridie luminis Euangelici pascat oues suas. Quærit inquam de Ecclesiæ Catholice prima fede, scilicet Romana, de qua apud Matthæum. Porta inferi non preualebunt aduersus eam: ne uagetur hæreticorum erroribus circumuenta, & separetur ab eo, qui dicit: Ego sum pastor bonus, &c. Quia prædictum est apud Matthæum. Surgent multi Pseudochristi, & Pseudo propheta. Vnde & Dominus admonet: Attendite à falsis prophetis. Ad hanc intelligentiam reducitur expositio Glossæ. D. Tho. & Lyræ. qui quærere sponfam existimant, in quibus animabus Christi quiescat in meridie tætionum seculi huius. Quia certe in

Math. 5. Beda. Glossa. Richar. Anselm. Aretas. Tychonius. Apoc. 15. Psal. 90.

Math. 18.

777. 6

Cant. 1.

Marci vlt. Bernar. Origenes. Aug. Theodo.

Math. 16.

Ioan. 10. Math. 24. Matth. 7.

Glossa. D. Th. Lyræ.

Bbb illis

1 illis duntaxat requiescit, qui intra oule. Ecclesie Romanę colliguntur, & eius preceptis obediunt, iuxta illud Matth. Si Ecclēstia non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Postremo querit sponsa ubi cubet in meridie charitatis suę, idest in quā sede maiorem suę charitatis manifesta-uit ardorem? & proculdubio in cruce, vbi & sanguine suo, pauit ouiculas suas, & exemplo virtutum omnium confirmauit. Ad hęc enim pascua, reuocabat oues dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis & ego reficiam uos..

3 Cubat diabolus inter reprobos. Sic explicat Hieronymus illud Ezechiel. Ego ad te Rex Egypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicitis meus est fluiuis, & ego feci memetipsum. Quo verbo Hieronymus conicit, sub typo Regis Egypti, de virtute spiritali quadam apostatrice, quę affectauit diuinitatem, esse sermonē: cubat autem in medio fluminum, idest uanitatum sæculi huius unde extrahetur à Domino dicente, apud Ioannes. Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et capit. 16. Quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

4 Cubant in ciuitate desolata omnes bestię syluę, sic de vastatata Hierusalem, ab exercitu Romano, prædixit Esaias, capit. 34. Ibi cubauit Lamia, & inuenit sibi requiem. De quo Dominus. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Sic explicat Lyranus, & etiam Hieronymus in Hierusalem iam iam à Romanis destruenda, omnium uiciorum, inquit, monstra concurrerūt. Est autem Lamia ut Lyranus ait, bestia crudelissima, faciem & pedes mulieris, pedes uero equinos habens, & crura. Tales erant Pharisei de quibus allegauit Dominus apud Matthæ. illud Esaię: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Idest faciem humanam præferret, sed cor belluinum & eferatum habebat. Denique B. Gregor. libr. 19. Moral. capit. 15. Hæreticos per Lamiam significari putat, de quibus Dominus, apud Matth. Attēdite à falsis Prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, &c.

5 Cubauit Hierusalem inter homines sanguinolentos, Ezechiel. 19. Mater tua leana inter leones cubauit. Quod contigit ut Hieronymus ait, mortuo sancto Rege Iosia, inde enim crudelissimos habuit

Reges, innocentium persecutores, ideo destructa est à Babylonis. Sic & postea propter crudelitatem in filium Dei, & discipulos eius. Vastata est à Romanis. De quo apud Matth. Hierusalem, Hierusalem quę occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, &c.

6 Cubile est lectus in quo cubatur, solebant autem poenitentes in sacco, & cinere cubare, Ioel. 1. Item ibi compunguntur Psalm. 4. Et in cubilibus uestris compungimini. De quo uide supra in verbo Compungere.

7 Cubilia mansiones æternę patrię, sanctis præparatas significant, de quibus Dominus apud Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multe sunt. Sic iuxta literam Chrysostr. Lyranus & Genebrardus exponunt, illud Psalm. 149. Exultant sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis, exultationes Dei in gutture eorum, & gladij accipientes in manibus eorum, ad faciendam uindictam in nationibus. Quando uidelicet adimplebitur, quod Dominus promisit dicentibus: Ecce nos reliquimus omnia, &c. Amen dico uobis, quod uos qui sequuti estis me. Cum sederit filius hominis, in sede maiestatis suę, sedebitis, & uos super sedes duodecim iudicantes, &c. Præcedit autem in Psalmo, & exaltabit mansuetos in salutem. Vbi autem mansuetos uulgata vertit. Hebraicè est, אנוים Hierony. August.

8 Cubile dilatare est adulterium admittere Esai. 57. Vbi ad Hierusalem dicitur: Dilatasti cubile tuum. Vbi Hieronymus exponit ad adulterandum cum idolis gentium, eadem scriptura, quadrat Topologice illis, qui cum Christo, mundum amatum admittere uolunt. Quibus Dominus dicit: Nemo potest duobus dominis seruire.

9 Cubile armentorum uocatur Gentilitas ad fidem conuersa, Esai. 65. Et Vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me. Hieronymus per Vallem Achor quę fuit olim uallis execrabilis, in qua lapidatus est Acham Iosue. 7. intelligit populum gentium olim execrabilem, qui promissus est Ecclesie primitiue, apud Oseam: Et dabo ei uallem Achor, ad aperendam spem. Idest dabo ei populum gentium. Vbi cubile erit armentorum, ut sit, unum ouile & unus pastor. Sic etiam exponunt Cyrillus & Glossa, de quo apud Matth. Multi ab Oriente, & Occidente ueniunt. Vel quia Achor interpretatur conturbatio, denotat poenitentiam, sicut exponit Lyranus. Est itaque uallis Achor forum poenitentię, cuius iudicium datum est Apostolis, & sacerdotibus apud Ioan. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.

10 In cubilibus aliquid facere uel cogitare denotat secretum, Ezech. 8. Certe uidi sibi filij hominis quid isti faciant, unusquisque in abscon-

7 Cubile per excellentiam, Christi denotat sepulchrum Esai. 57. Veniat pax & requiescat in cubili suo. Christus hoc loco uocatur pax, ut exponit Hieronymus, quod & Apostolus recognouit, Ephes. 2. Ipse, inquit, est pax nostra. Et merito, quia sæpe nobis pacem commendauit, & dedit, ipso quippe nascente Angeli cecinerunt: Et interra pax, & ipse dicebat: Pacem meam do uobis, & pax uobis, & dicitis pax huic domui. Requieuit autem in cubili suo, idest in sepulchro, sicut paraphrastice vertunt Sept. Et erit in pace, sepultura eius ablata est de medio. Quod explicat Hieronymus, quia quærentibus mulieribus Dominum in sepulchro, respondit Angelus: surrexit, non est hic, apud Marc. & Matthæ. Sic explicat, etiam Iustinus Martyr contra Tryphonem, & Tertullianus libr. 3. contra Marcionem. Item Ambrosius li. de Cain & Abel cap. 2. & super Isaiam Procopius, & Theodoretus.

8 Cubile dilatare est adulterium admittere Esai. 57. Vbi ad Hierusalem dicitur: Dilatasti cubile tuum. Vbi Hieronymus exponit ad adulterandum cum idolis gentium, eadem scriptura, quadrat Topologice illis, qui cum Christo, mundum amatum admittere uolunt. Quibus Dominus dicit: Nemo potest duobus dominis seruire.

9 Cubile armentorum uocatur Gentilitas ad fidem conuersa, Esai. 65. Et Vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me. Hieronymus per Vallem Achor quę fuit olim uallis execrabilis, in qua lapidatus est Acham Iosue. 7. intelligit populum gentium olim execrabilem, qui promissus est Ecclesie primitiue, apud Oseam: Et dabo ei uallem Achor, ad aperendam spem. Idest dabo ei populum gentium. Vbi cubile erit armentorum, ut sit, unum ouile & unus pastor. Sic etiam exponunt Cyrillus & Glossa, de quo apud Matth. Multi ab Oriente, & Occidente ueniunt. Vel quia Achor interpretatur conturbatio, denotat poenitentiam, sicut exponit Lyranus. Est itaque uallis Achor forum poenitentię, cuius iudicium datum est Apostolis, & sacerdotibus apud Ioan. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.

10 In cubilibus aliquid facere uel cogitare denotat secretum, Ezech. 8. Certe uidi sibi filij hominis quid isti faciant, unusquisque in abscon-

dito cubili sui. Et Psal. Iniquitatem meditatus est in cubili suo. Dan. 2. e. 4. b. Ose. 7. d. Ioel 2. e. Nahu. 2. d. Denique Matth. 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, super quæ loca lege Hieronymum.

Cubile draconum fieri ciuitatem, aut cubile gregum, desolationem denotat, & vastitatem. Sic de Hierusalem à Romanis vastata, Esai. 34. Et erit cubile draconum. Item Hier. 9. c. & Sopho. 2. d. Præterea de gētibus idolatris ad fidem conuertendis legimus in Esai. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur uiror calami, & iunci, & erit ibi semita. Ita exponit Hieronymus. & allegat Paulum ad Galat. Quoniam plures filij desertę, magis quam eius, quę habet uirum. De quo Dominus Matth. 8. Multi ab Oriente, & Occidente ueniunt, uide explanationem quoque Greg. Papę Hom. 3. in Ezechielem.

Cubile mammarium lupanar significat Ezechiel. 13. Cumque uenissent ad eam filij Babylonis, ad cubile mammarum. Sic etiã intelligitur illud Roma. Non in cubilibus, & impudicitijs. Sic meretrix dicit in Prouer. Aspersi cubile meum Myrrha & Aloe. Quę quamuis aromaticę species sint, tamen amaritudinem, quę carnalem sequitur uoluptatem, denotat: quam sensit filius Prodigus, qui postquam substantiam suam consumpsit cum meretricibus, facta fame capite egere.

CAPVT CLXXXIII.

Cubitus.

CUBITVS dicitur Hebraicè Gomed unde uox Gamad cubitalis, de priori uide Iudi. 3.

Cubitus pars est à flexura brachij usque ad manum. Accipitur etiam pro mensura, quę sex continet palmos, ut docet Vitruuius libr. 2. Palmus uero quatuor habet digitos. Caterum cubitus Geometricus sex cubitos nostros continet, secundum Originem, & Augustinum, quos citauimus in dictione Arca.

Cubitorum mensura templi Salomonis diuersa poni uideatur 3. Reg. 6. Vbi legitur



CUBITVS dicitur Hebraicè Gomed unde uox Gamad cubitalis, de priori uide Iudi. 3.

Cubitus pars est à flexura brachij usque ad manum. Accipitur etiam pro mensura, quę sex continet palmos, ut docet Vitruuius libr. 2. Palmus uero quatuor habet digitos. Caterum cubitus Geometricus sex cubitos nostros continet, secundum Originem, & Augustinum, quos citauimus in dictione Arca.

Cubitorum mensura templi Salomonis diuersa poni uideatur 3. Reg. 6. Vbi legitur

2. Para. 3. Beda. Iosephus. Glossa. Act. 2. Act. 1. Gen. 6. Lyr. Gregor. Glos. Matth. 7. Apoc. 21. Richar. Matt. 5. Exo. 25.

mus: Domus autem quam edificabit Salomon Domino, habebat triginta cubitos in altitudine. Et 2. Para. 3. vbi de eadem dicitur: Porro altitudo centum viginti cubitorum erat Sed Beda lib. 30. quæst. in libros Regum, vtrunque locum facile conciliat, ex narratione Iosephi libr. 8. Antiquitatum, cap. 3. Vbi ait triginta erant cubiti à pavimento vsq; ad primum coenaculum, triginta quoque à primo vsq; ad secundum, ad quam altitudinem porticus etiam templo cohæretes, ab Austro, Occidete, & Septentrione per tingebant, ibiq; consummabantur, iã vero inde vsq; ad tertium coenaculum alij triginta, & totidem vsq; ad supremum domus tectum, ex quibus centum viginti fiunt, qui secundum Gloss. numerum illorum significat, super quos in die Pêtecostes venit Spiritus sanctus Act. 2. Quia paulo ante legimus: *Erat enim turba hominum, simul ferè centum viginti.* Est autem probabile hos cubitos templi non fuisse geometricos, sed vulgares, quia esset alioquin immensa templi celsitudo, & lapides longissimi.

3. Cubiti mensura consummata est arca Noe, Gen. 6. *Et in cubito consummabis summam eius.* Vbi Lyranus notat ideo sic fieri iussum, vt pluuiæ super arcam descendentes facilius extra laberentur, sed Greg. quem super hunc locum citat Glos. designari dicit latitudine arcæ in inferioribus, multitudinem eorum magnam qui lata via gradiuntur: summam vero acuminatam paucitatem eorum, qui per angustam portam intrare contendunt. De quo apud Matth. *Angusta est porta quæ ducit ad vitam.*

4. Cubitorum centum quadraginta quatuor murum mensus est Angelus, Apoc. 21. *Quam mensuram mysticam muri Ecclesie militatis putat esse Richardus, in qua murus est chorus doctorum.* Cubitus autem Doctorum denotat operationem, cetero tenarius vero numerus perfectionem, quæ dragenarius autem decalogum per quatuor Euangelia multiplicatum, quaternarius denique quatuor virtutes Cardinales. Quæ omnia prædicator si fecerit, & docuerit: *Magnus uocabitur in regno celorum.* Et erit murus contra hostes Ecclesie. Ita etiam exponit D. Thomas.

5. Cubitorum duorum erat mensa propositionis panum, Exod. 25. & 27. Qui numerus munditiam, & innocentiam per

charitatem Dei & proximi designat illius qui ad mensam Domini corporis accedere debet, iuxta illud Pauli: *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Alioquin audiet verbum illud: *Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?*

6. Cubitorum duorum & dimidij fieri iubetur propitiatorium in longitudine, cubiti vero & semisis in latitudine Exod. 26. Origenes super illud Rom. 3. *In Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorẽ,* ait duos cubitos ad coniugia referri, quare Christus qui non ex opere coniugij virilis, sed opere Spiritus sancti natus est, iuxta Matthæ. & Lucam, duos cubitos excedit in longitudine. Et dualitatem quærebus tribuitur immundis, in latitudine non attingit. Quia iuxta Sap. 7. *Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula.* Ideo confidenter Pharisæis dicere potuit: *Quis ex vobis, arguet me de peccato?* Arca vero testamenti eisdem habet mensuras, quia Christi denotat humanitatem, in qua omnis habitat plenitudo diuinitatis corporaliter.

7. Cubiti tres latitudinis altaris Exo. 27. & 28. secundum Glos. tres designant potentie partes. Quinq; vero cubiti longitudinis, secundum Greg. Hom. 15. super Ezechielem, mortificationem significant quinque sensuum in patientia, & charitate: quæ quinque prudentes virgines habuerunt apud Matth. Itaq; parum prodest ad altare preces offerre, si aliquem ex quinque sensibus, deficiente proximi charitate, diuinæ legi contrarium habeamus, ideo Dominus ait: *Si offeris munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, &c. uade, & reconciliare fratri tuo.*

8. Cubitis bis mille antecedeat versus Iordanem arca foederis populum vniuersum, Iosue. 3. Quia vt exponit Richar. li. de exterminatione mali, capit. 28. Vir in virtute proficiens tanta cordis humilitate fundari debet, vt putet se quam longissime adhuc à perfectione distare, quæ exigit Christus per arcam representatus. Ideo Dñs Simoni, & Andree dixit: *Venite post me, non iuxta me.* Et omnibus clamat: *Si quis vult venire post me.* Sic enim hominem dum se longe distare putat, semper fitit iuxta illud Matthæ. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.*

9. Cubitorum viginti longitudo voluminis

1. Cor. 11. Matt. 22. Exo. 26. Origenes. Matth. 1. Luc. 1. Sap. 7. Ioan. 8. Colof. 2. Exo. 27. Glos. Greg. Matth. 25. Matth. 5. Iosue. 3. Richar. Matth. 4. Matt. 16. Matth. 5.

Zach. 1. 5. Hierony. Luc. 7. Hierony. Theodor. Matt. 5. Eccl. 3. Matth. 9. Glos. Ioan. 14. Ezech. 40. Quæstio. Greg. Luc. 19.

minis erat, quod vidit Zacharias, capi. 5. *Ecce, inquit, uolumen uolans, longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum.* Vbi Hieronymus per numerum vicenarium, poenas iudicij contra peccatores in illo volumine scriptas denotari putat, nisi poenitentiam egerint. Per decem autem latitudinis, charitatem, & indulgentiam, si respiciant. Quæ latitudo animam Peccatricis exhilarauit, quando audiuit: *Remittuntur ei peccata multa, &c.* Quod etiã denarius numerus prospera significet, vicenarius verò cotrarium, docet idem Hieronymus super Ezechiel. 2. 3. non longe à principio, & super Agg. 1. in principio. Ceterum vbi nostra vulgata uolumen uolans Septuaginta vertunt fascem uolantem, quæ ab Angelo dicitur maledictio egrediens super uniuersam terram. Ideo Theodoretus latitudinem decem cubitorum in malum accipit pro punitione transgressio nis decalogi, & longitudinem viginti cubitorum, in qua denotatur peccata contra decalogum duplo grauiora fieri ex longitudo obstinationis in malo, quod etiã tangit noster Ribera. Propterea Dominus dixit Matthæ. 5. *Vade cito reconciliari fratri tuo.* Id est. *Non tardes conuerti ad Dominum.* Iuxta Eccl. quod consilium Matth. recolens cum Dominum dicentem audisset: *Sequere me, mox surgens sequutus est eum.*

10. Cubiti centum latitudinis atrij tabernaculi, & quinquaginta latitudinis, quia uterque numerus perfectissimus est, requiæ cælestis patriæ denotat, vt tenet Glo. de qua Dñs Apostolis dixit. *Vado parare uobis locum.*

11. Ceterum quæstio est quid significet in uisione Ezech. quod legimus: *In manu uiri calamus mensuræ sex cubitorum & palmi.* Et quidem Gregor. Hom. 14. super Ezechielem, duas uitas hoc loco significari dicit, quibus vir ille, qui Christum representat metitur electos, alteram Marthæ sollicitam in operatione, quæ senario numero quo creatus est mundus significatur, alteram Mariæ contemplationi uacantis, de qua Dominus: *Maria optimam partem elegit, quæ per palmum ultra sex cubitos denotatur.* Quæ quidem expositio pulchra est, sed mystica. Nos autem secundum historicum sensum quærimus, quænam sit mensura in scripturis sex cubitorum, & palmi? & quomodo intelligatur? Ad cuius clariorem intelligentiam notandum.

Præter cubitum geometricum (de quo diximus numero. 1.) adhuc cubitum diuidi in naturalem seu uulgarem, & legale, siue sanctuarij, vt notat Benedictus Arias Montanus in apparatu Biblico, in libro de Sacris mensuris, ad quod uarios allegat autores. Primus ergo cubitus naturalis qui & uulgaris, quinque habet palmos quorum singuli quatuor sunt digitorum, quia tot habet noster cubitus siue vna hu mani brachij, à curuatura nimirum vsq; ad digitorum summitatem, hoc est pedem unum cum dimidio. Quia tamen statura hominum est inæqualis, & alij sunt alijs proceriores, non est hic cubitus in omnibus æqualis; propterea secundum leges, non solum apud Iudæos, sed apud exterarum etiam nationes statutum est, vt cubitus sex habeat palmos, vel duos pedes, vt Vitubrius ait libr. 3. quæ certa mensura est, continet enim palmus quatuor digitos, digitus autem quatuor granatitici.

12. Hæc autem distinctio cubiti naturalis, & legalis ex literis sacris aperte deducitur. Nam in Deutero. sic legimus de Gigante Og Rege Basan: *Et monstratur lectus eius ferreus nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis, ad mensuram cubiti uirilis manus.* Non plane Gigantis ipsius, vt recte notarunt Lyranus & Vatablus ibidem, sed cuiuslibet hominis cubiti manus. Vbi distinguitur cubitus naturalis ad mensuram uirilis manus à cubito artificiali, vel legali. Quo præiacto fundamento dicimus. Mensuram sex cubitorum, & palmi in loco Ezechielis. denotare mensuram cubiti legalis, cuius erat usus in sanctuario, quasi dicatur calamus mensuræ sex cubitorum, & palmi additi, supra singulos cubitos naturales, qui sunt quinque palmorum tantum ita vt singuli cubiti habeant senos palmos solum. Vnde in Hebræo legitur, quod etiam notat Lyranus: *In manu uiri calamus mensuræ, sex uirgarum in ulna, & palmo.* Id est, in uina uulgari quæ quinque palmorum est, & palmi, vt sit uina sex palmorum legalis, quæ inuariabilis est, & uerissima. Denique Propheta se ipsum declarat cap. 43. Vbi ait: *Istæ sunt mensuræ altaris, incubito uerissimo, qui habet cubitum, & palmum.* Hæc Propheta, vbi omnem abstulit ambiguitatem. Ad mores autem notandum. Mensuram Christi, qua merita

Bene. Arias. Vitubrius. Deut. 3. Lyr. Ezech. 43.

Matth. 25. singulorum metitur, sex habere palmos in singulis cubitis, quibus perseverantia vsq; ad vitæ finem denotatur, sex quippe diebus factus est mundus. Vnde neque virgines fatuæ placuerunt, apud Matth. Quia oleum ad finem vsque vitæ minime seruant. Neque Iudas placuit etiam in apice apostolatus, quia bene cæpit, sed male finiuit. Denique: *Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit.*

Matth. 10. Mensus est mille cubitos Ezech. 47. Vide in verbo Aqua.

Matth. 10. Cuniculus, vide in dictionibus aliis coniunctis, cuniculus autem in Hieroglyphicis significat Hispaniam, quia ibi est, magna multitudo, sicut Equus Italiæ, Ibis Ægyptum, Elephantus Africam, vbi sunt plurimi, &c.

CAPVT. CLXXXV.

Curare, Curatio.



VRARE dicitur Hebraice Rapha, vt patet Esai. 6.

Curare est alicui rei diligentiã adhibere. Sic Ioab Dauid de morte filij Absalon meo, & lugenti dixit: *Non curas de ducibus tuis.* Et de Helia legimus: *Curauit altare Domini: Idest semirutu refecit.*

2. Reg. 19. 3. Reg. 18. Cicero. Est & curare idem quod mederi. Sic Cicero de Senectute, Adolescentes, inquit, grauius ægrotant, & tristius curantur. Sic legitur de Rege Ezechia ægrotante ad mortem Esaiam dixisse: *Afferre massam ficorum, quam cum attulissent, & posuissent super vlcus eius, curatus est.* Quæ curatio supernaturalis fuit, dicente scriptura additos illi esse quindecim annos vitæ. Mystice vero Regis vlcus massa ficorum curatur, in qua typus dulcedinis est, & concordia: propter multos ficos in massam vnam pulchre compactos. Sic concordia cura Regnum stabilitur. Alioquin: *Regnum in se diuisum desolabitur.* Hinc Apostoli vt vlcus de morte Christi curarent in cœnaculo congregabantur. Ad quos curandos: *Ingressus est Iesus, ianuis clausis.* Neque vlcus Thomæ curatum est, vsque dum in cœnaculo cum reliquis discipulis congregatus audiuit: *Pax vobis, &c.*

4. Reg. 20. Curauit Raphael Angelus Thobiam cæcum felle piscis: *Misit, inquit, me Deus, ut*

Luc. 11. Curarem te. Quæ curatio supernaturalis fuit, neque enim fel virtutem ad visum restituendum natiam habet. Vbi notandum fel non ab Angelo quidem, sed à Tobia iunior patris oculis appositum. Quia nimirum non Angelos fecit Deus pœnitentiæ sacramenti per fel significatæ ministros, sed homines quibus dixit: *Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Neque solum iunior Tobias superliniuit felle patris sui oculos, sed detraxit etiam albuginem. Quia non solum pœnitentiæ peccatori debet imponi, sed & consuetudo peccati tollenda est vnde Dominus adulteræ dixit: *Vade noli amplius peccare.* Idem dixit & languido, triginta & octo annorum infirmitatis, quæ in probatica piscina curauit.

Ioan. 20. Curatio medicinalis licita est, imo aliquando necessaria Eccli. 38. *Altissimus creauit de terra medicinam, & uir prudens non adhorrebit illam.* Idest creauit herbas, & gemmas, atque similia, quibus virtus inest curatiua. Vnde subdit. *In his curans mitigabit dolorem.* Quod si aliquando viri sancti medicinam corporalem recusarunt, fuit instinctu Spiritus sancti, vt legimus de B. Agatha. Alioquin vt notat hoc loco Dionysius, esset quasi tentare Deum, instante morbo periculoso vel peste curtionem adhibere nolle.

Ioan. 8. Curare in scriptura sapius usurpatur pro spiritualis medicinæ applicatione. Quæ duplex est, altera pœnitentiæ voluntariæ, qua peccator curat peccata sua: Altera suppliciorum, & pœnarum, quæ peccantibus infliguntur à Deo. De priori quidem legimus Esai. 1. *Vulnus, liuor, plaga tumens, non est circumligata, neque curata me dicamine.* Vbi varia populi peccata describuntur, vulnera scilicet cogitationis de liberatæ, liuores extrinsecus apparentes discordiarum, & verborum contumelias ingentium, plaga tumens operum pessimorum: quibus non est adhibita ligatura legis, neque medicaminis cura per pœnitentiam. Rupertus autem sic explicat. *Malum est peccato saltim ad horum vulnerari: peius malo vsu liuescere: pessimum cum timore superbiz culpam defendere. Volo circumligare, & ad pœnitentiam astringere dicens: Pœnitentiam agite. Et noluitis.* Hæc Rupertus. Iam vero de posteriori cura, quæ fit in afflictione pœnarum, & multiplicatione

Ioan. 20. Curat etiam Deus pœnis & supplicii ad resipiscentiam peccantes aliquando reducens, Ose. 11. *Ego quasi nutricius Ephraim portabam eum in brachijs meis, & nesciuit quia curarem eum. In uinculis Adam traham eum.* Vbi Hierony. allegat illud Deut. 1. *Portauit te Dominus Deus tuus, ut solet homo gestare paruulum filium suum, in omni uia per quam ambulasti. Cumque peccassent illi, dedi locum pœnitentiæ, & ignorauerunt quod curarem eos, & vulnus idolatriæ quadraginta annorum spatio obducerem, curauit autem eos propter funiculos charitatis, quibus mihi Abraham, &c. constrinxeram.* Hæc Hieronymus. Quod vero recentiores vertunt, portabat eos in brachijs suis mendose, sic modo legitur in Hebræo, legendum autem sicut vertit vulgata, vt patet ex testimonio Deu. 32. *Assumpsit eos, & portauit in humeris suis.* Vnde Theophyl.

Theophyl. Theophylactus explicat, tantam eis benignitatem ostendi, vt factus sim eis quasi nutrix, &c.

Hiere. 50. Hierony. Matth. 23. Ioan. 8. Hiero. 33. Ioan. 11. Ose. 11. Hierony. Deut. 1. Deut. 32. Theophy.

suppliciorum legimus in Hieremia: *Curauimus Babylonem & non est sanata, derelinquamus eam.* Hunc locum exponit Hieronymus super Esai. 1. in illud. *Vulnus liuor, &c.* Vbi ait, de Hierusalem sub persona Babyloniz loqui Prophetam, & Angelos dicere. *Curauimus Babylonem.* Idest Hierusalem, urbem videlicet confusionis, variis supplicijs, & afflictionibus, sicut hominem illum descendentem à Hierusalem in Hierico, à latronibus vulneratum, curatumque à Samaritano vino austeritatis, & oleo lenitudinis spei veniæ, sed hæc Babylonica Hierusalẽ non est sanata, derelinquamus eam. Quæ derelictio, inquit Hieronymus, æternam captiuitatem denotat Iudæorum, quæ contigit sub Romanis, & destructa Hierusalẽ. De qua Dominus apud Matth. ait: *Eccc derelinquetur uobis domus uestra deserta.* Et apud Ioanem: *Dixi uobis, quia moriemini in peccatis uestris. Quod si quis obiiciat, contra hanc expositionem facere quod legimus Hiere. 33. Ecce ego obducam eis cicatricem, & sanitatem, & curabo eos.* Respondet Rabanus super hunc locum, Hieremiam loqui de plaga Babyloniz captiuitatis, quæ soluenda erat à Cyro, sed Esaias cap. 1. & Hier. ca. 50 de peccatis populi necem Christi machinantis. Quædo omne caput languidum fuit principum Synagoga, qui congregauerunt Concilium dicentes: *Quid facimus, &c.*

Curat etiam Deus pœnis & supplicii ad resipiscentiam peccantes aliquando reducens, Ose. 11. *Ego quasi nutricius Ephraim portabam eum in brachijs meis, & nesciuit quia curarem eum. In uinculis Adam traham eum.* Vbi Hierony. allegat illud Deut. 1. *Portauit te Dominus Deus tuus, ut solet homo gestare paruulum filium suum, in omni uia per quam ambulasti. Cumque peccassent illi, dedi locum pœnitentiæ, & ignorauerunt quod curarem eos, & vulnus idolatriæ quadraginta annorum spatio obducerem, curauit autem eos propter funiculos charitatis, quibus mihi Abraham, &c. constrinxeram.* Hæc Hieronymus. Quod vero recentiores vertunt, portabat eos in brachijs suis mendose, sic modo legitur in Hebræo, legendum autem sicut vertit vulgata, vt patet ex testimonio Deu. 32. *Assumpsit eos, & portauit in humeris suis.* Vnde Theophyl.

Curatio pro castigatione corporis voluntaria capitur Eccli. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima.* vbi Lyra. si potestas demonis incitantis fomitem inuaserit te, locum virtutis ne dimiseris, quia curatio resistentiæ & castigatio carnis cessare faciet peccata. Eodem modo exponit Dionysius Carthus.

Curatio pro castigatione corporis voluntaria capitur Eccli. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima.* vbi Lyra. si potestas demonis incitantis fomitem inuaserit te, locum virtutis ne dimiseris, quia curatio resistentiæ & castigatio carnis cessare faciet peccata. Eodem modo exponit Dionysius Carthus.

Curatio pro castigatione corporis voluntaria capitur Eccli. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima.* vbi Lyra. si potestas demonis incitantis fomitem inuaserit te, locum virtutis ne dimiseris, quia curatio resistentiæ & castigatio carnis cessare faciet peccata. Eodem modo exponit Dionysius Carthus.

Curatio pro castigatione corporis voluntaria capitur Eccli. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima.* vbi Lyra. si potestas demonis incitantis fomitem inuaserit te, locum virtutis ne dimiseris, quia curatio resistentiæ & castigatio carnis cessare faciet peccata. Eodem modo exponit Dionysius Carthus.

Curatio pro castigatione corporis voluntaria capitur Eccli. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima.* vbi Lyra. si potestas demonis incitantis fomitem inuaserit te, locum virtutis ne dimiseris, quia curatio resistentiæ & castigatio carnis cessare faciet peccata. Eodem modo exponit Dionysius Carthus.

Curatio pro castigatione corporis voluntaria capitur Eccli. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima.* vbi Lyra. si potestas demonis incitantis fomitem inuaserit te, locum virtutis ne dimiseris, quia curatio resistentiæ & castigatio carnis cessare faciet peccata. Eodem modo exponit Dionysius Carthus.

suppli-

Hiere. 50. Hierony. Matth. 23. Ioan. 8. Hiero. 33. Ioan. 11. Ose. 11. Hierony. Deut. 1. Deut. 32. Theophy.

Curat etiam Deus pœnis & supplicii ad resipiscentiam peccantes aliquando reducens, Ose. 11. *Ego quasi nutricius Ephraim portabam eum in brachijs meis, & nesciuit quia curarem eum. In uinculis Adam traham eum.* Vbi Hierony. allegat illud Deut. 1. *Portauit te Dominus Deus tuus, ut solet homo gestare paruulum filium suum, in omni uia per quam ambulasti. Cumque peccassent illi, dedi locum pœnitentiæ, & ignorauerunt quod curarem eos, & vulnus idolatriæ quadraginta annorum spatio obducerem, curauit autem eos propter funiculos charitatis, quibus mihi Abraham, &c. constrinxeram.* Hæc Hieronymus. Quod vero recentiores vertunt, portabat eos in brachijs suis mendose, sic modo legitur in Hebræo, legendum autem sicut vertit vulgata, vt patet ex testimonio Deu. 32. *Assumpsit eos, & portauit in humeris suis.* Vnde Theophyl.

Curatio pro castigatione corporis voluntaria capitur Eccli. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima.* vbi Lyra. si potestas demonis incitantis fomitem inuaserit te, locum virtutis ne dimiseris, quia curatio resistentiæ & castigatio carnis cessare faciet peccata. Eodem modo exponit Dionysius Carthus.

Curatio pro castigatione corporis voluntaria capitur Eccli. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima.* vbi Lyra. si potestas demonis incitantis fomitem inuaserit te, locum virtutis ne dimiseris, quia curatio resistentiæ & castigatio carnis cessare faciet peccata. Eodem modo exponit Dionysius Carthus.

Curatio pro castigatione corporis voluntaria capitur Eccli. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima.* vbi Lyra. si potestas demonis incitantis fomitem inuaserit te, locum virtutis ne dimiseris, quia curatio resistentiæ & castigatio carnis cessare faciet peccata. Eodem modo exponit Dionysius Carthus.

Curatio pro castigatione corporis voluntaria capitur Eccli. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima.* vbi Lyra. si potestas demonis incitantis fomitem inuaserit te, locum virtutis ne dimiseris, quia curatio resistentiæ & castigatio carnis cessare faciet peccata. Eodem modo exponit Dionysius Carthus.

Curatio pro castigatione corporis voluntaria capitur Eccli. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima.* vbi Lyra. si potestas demonis incitantis fomitem inuaserit te, locum virtutis ne dimiseris, quia curatio resistentiæ & castigatio carnis cessare faciet peccata. Eodem modo exponit Dionysius Carthus.

nignitatem ostendi, vt factus sim eis quasi nutrix, &c.

Curat Deus populum suum, idest electos merito passionis, & virtute resurrectionis suæ die tertia. Sic populus ductus in captiuitatem Babylonicam dixit Ose. 6. *Venite reuertamur ad Dominum: quia ipse cepit, & sanabit nos, percutiet, & curabit nos. uiuificabit nos post duos dies: & die tertia suscitabit nos.* Vbi Hierony. exponit vocem esse captiuorum, se mutuo ad spem in Melsiã venturum prouocantium. Percutit, inquit, Dominus & curat nos: quia quæ diligit corripit, & non solum curat, sed uiuificat post dies duos, & die tertio resurgens ab inferis, omne hominum genus suscitatur secum. Hæc Hieronymus. Et certe Hebræi hoc vaticinium de tempore Messia interpretantur: vt videre est apud Galatinum libr. 8. capit. 22. Et ex hoc loco probant patres debuisse Christum secundum scripturas tertia die resurgere, Theodoretus hic, Tertullianus libr. aduersus Iudæos cap. de claritate gentium, Lactantius libr. 4. capit. 19. Cyprianus libro. 2. contra Iudæos capit. 24. Origenes Homil. 5. in Exod. Rufinus in expositione symboli, August. lib. 18. de Ciuitate cap. 28. Dorotheus in Synopsi, Grego. Nissen. libr. de Cognitione Dei, Anselmus super 1. Cor. 15. Bernard. in sermo. 1. de Resurrectione, Gregor. Homilia. 20. in Ezechiel. primus autem dies est, quo Dominus captus est in horto, tunc enim ipse se cepit, qui libere se capi permisit. Nonne quasi seipsum cepit, qui cum milites vna voce prostrasset iterum erexit, Ioan. 18. & se tradidit sponte capiendum, vt sanaret nos? Secundo autem die morte sua, in theatro, quoad sufficientiã uiuificauit nos. Denique post tres dies, idest die tertio resurgens, suscitauit nos, per modum cause exemplaris, & effectricis. Quia virtute resurrectionis eius, omnes in die finalis iudicij resurgemus, sic ergo curauit nos.

Curatio pro castigatione corporis voluntaria capitur Eccli. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima.* vbi Lyra. si potestas demonis incitantis fomitem inuaserit te, locum virtutis ne dimiseris, quia curatio resistentiæ & castigatio carnis cessare faciet peccata. Eodem modo exponit Dionysius Carthus.

6
Ose. 6.
Hierony.
Galatinus.
Theodo. Tertul.
Lactan.
Origenes. Rufinus. Aug. Dorotheus. Greg. Nisse. Anselmus. Bernard. Gregor.
Ioan. 18.
Eccli. 10.
Lyra.
Dionys.

1. Cor. 9. fians, ideo Paulus dicebat: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. De quo etiam intelligitur illud Matthæi. Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum. Hæc est enim curatio salutaris, nec expectanda est hora mortis ad resipiscentiam, quæ repente solet iudicium rationis auferre, sed præsens tempus accipiendum ad curationem, ne nobis dicat Hieremias: Expectamus pacem, & non est bonum, & tempus curationis, & ecce turbatio. Deniq; quod Hierem. 6. legimus: Curabant contritionem filia populi mei cum ignominia. Hieronymus exponit de Pseudopropheta, qui mendacis curare volebant populum, dicentes pax cum non esset Pax.

¶ Lingua curationis, vide in verbo Lingua. ¶ Gratia curationum 1. Corinth. 2. vide Gratia. ¶ Sabbato curare, vide in verbo Sabbatum.

CAPVT CLXXXVI.

Currere.



CURRERE dicitur Hebraicè Rahat, sed magis est dictio Chaldaica dicitur etiam ros Gen. 18.

Currere est pedibus uelociter pergere, vel reperere toto pectore uelociter, quod serpentium est, per metaphoram uero ad inanimata quoque transfertur, sicut aquæ currere dicuntur, & cæli, & stellæ. Vnde de sole dicitur Psa. Exultauit ut gigas ad currendam uiam. Quamuis de Christo intelligant Hieronymus, Augustinus, Cassiodorus, Glossa.

Currere denotat interdum conuersari Psa. 58. sine iniquitate cucurri & direxi. Quod Lyranus, Vatablus, Iansenius & Genebrardus Dauid in persona propria uerbum esse dicunt. Quasi diceret, Saul me persequitur, cum nulla sit in me culpa. Quod uero in Hebræo in plurali dicitur, cucurrerunt, subaudi pedes mei, Theodoretus dicit, hoc tantum in umbra quadrate Dauidi, idest in figura Christi, qui solus dicere potuit: Quis ex uobis arguet me de peccato?

Ioan. 8. quod mihi non displicet. Currere est etiam aliquod munus obire, vel opus peragere, & siue in bonum, siue in malum conari, in bonum quidem Paulus aiebat: Bonum certamen certavi, cursum consummaui. uidelicet ministerij prædicationis, sic in eodem seculo dixit ad Gal. Ne forte in uanum currerem, aut cucurrissem. Et de Baptista dicitur in Actis: Cum impleteret cursum suum, nimirum prædicationis. Sic intelligimus illud Psa. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Idest alacriter obseruauim mandata tua, quando charitatis dulcedine cor meum dilatasti, in quibus omnibus locis in cursu diligentia, quæ omnem excludit negligentiam, connotatur, quia ut Hierem. ait: Maledictus homo, qui opus Dei facit negligenter. Et in Apoc. Quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Ideo Magi uelociter ad præsepe Domini stella duce cucurrerunt, de quibus tanquam de gentium primitiis prædixit Esai. Gentes, quæ te non nouerunt, ad te current. Quod ad omnium gentium uocationem extendunt Theodoretus, Glossa, Lyranus & Vatablus. Et certe diligentissime ad fidem cucurrerunt Centurio, cuius fidem Matth. 8. Dominus miratus est, & Chananæa cuius fides laudatur. Ad hanc cursum diligentiam in bonis operibus cohortatur Paulus dicens: In stadio multi quidem currunt, sed unus accipit præmium. Sic currite, ut comprehendatis. De quo uide in verbo Brauium, de hoc cursu qui peragitur potius charitatis affectibus, quam pedibus, dicitur Prou. 4. Et currens non habebis offensionem. Ad hunc autem cursum foelicem, multum iuuat spes consideratione refrigerata, unde Paulus: Sic, inquit, curro, non quasi in incertum. Præterea consideratio diligentia mundanorum in malum, unde non præmium cælestis, sed æternum illis supplicium prouenit, iuxta illud Prouer. Pedes eorum in malum currunt. Subaudi culpa, & poenæ. Et Esai. Opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum: pedes eorum ad malum currunt. Denique Hierem. Factus est cursus eorum malus, demum currere pro conari legimus Roma. 9. Non est uolentis, neque currentis sed Dei misericordis. Quia conatus noster, sine gratia Dei non sufficit ad salutem, iuxta illud Ioannis: Sine me nihil potestis facere.

1. Cor. 9. Matth. 16. Hier. 14. Hier. 6. Hierony. Psa. 18. Aug. Cassiod. Glossa. 2. Lyra. Vatablus. Ians. Genebrard. Theodor.

Ioan. 8. 3. 2. Tim. 2. Gal. 2. Act. 13. Psa. 118. Hierem. 48. Apoc. 3. Matt. 2. Esai. 55. Theodo. Glossa. Lyra. Vatablus. Matth. 8. Matth. 15. 1. Cor. 9. Prou. 4. 1. Cor. 9. Prou. 1. Esai. 59. Hierem. 23. Rom. 9. Ioan. 15.

4 Cant. 1.

Greg.

Theodor.

Isai. 40.

Aug.

Matth. 9. Matth. 4.

Luc. 19.

5 Psa. 147. Cant. 1.

Genesi. 1. Vatablus. Iansen. Genebrard.

Matth. 8.

Ioan. 4.

Ioan. 20. Marci. vlt.

Rom. 10.

Theodoret. Hierony. Cassiod. Lyran. 2. T. Esai. 3.

6

Currere est in uia Dei proficere cum eius gratia Cant. 1. Trahe nos post te, & curremus in odorem unguentorum. Verba sunt Ecclesiæ, quæ trahitur gratia præuenienti, & iustificante, ut exponit Gregorius, currit autem proficiens gustu donorum Dei. Theodoretus uero notat sicut cadauerum fector uultures trahit, & carnales fatida uoluptas, sic è contrario sanctas animas Christi uirtutum exemplar suauiter trahit, & eius gratia proficiunt, iuxta illud Isai. Qui autem confidunt in Domino, mutantur fortitudinem, assumunt pennas ut aquile, current, & non laborabunt. Quia uidelicet in eo quod amatur, aut non laboratur, aut ipse labor amatur: ut ait August. libr. de sancta uiduitate: sic amore Christi tactus Matthæus cucurrit post illum ad unam uocem magistri. Item Simon & Andreas: Relictis retibus sequuti sunt eum: sic Zachæus super arborem Sycomorum corde clamabat ad Iesum: Trahe nos post te, & curremus. Vnde uocatus, festinus descendit.

Currere dicitur sermo Dei per totum orbem ab Apostolis prædicatus Psalm. 147. Uelociter currit sermo eius. Quod duobus modis explicatur, uel ut sermo Dei uelociter sine mora fiat, sicut quando Deus dixit: Fiat lux, & facta est lux. Sic explicant Vatablus, Iansenius, & Genebrardus, in quo sensu Septuag. uertunt: Usque ad uelocitatem currit sermo eius ead. ταχως. Quasi dicat est ipsa uelocitas, sic quando filius Dei Centurioni dixit: Sicut credisti fiat tibi sanatus est puer eius ex illa hora, item quando regulo dixit: Vade filius tuus uiuit, cognouit postea pater quia illa erat hora, in qua dixerat ei Iesus, filius tuus uiuit, & credidit ipse, & domus eius tota. Altera uero expositio est, ut sit sermo de prædicatione Apostolorum, quibus Dñs dixit apud Ioan. Sicut misit me pater & ego mitto uos. Et apud Marcum: Euntes in mundum uniuersum, prædicate Euangelium. De quo ad Rom. Nunquid non audierunt: sed in omnem terram exiit sonus eorum. Sic explicant Theodoretus, Hierony. Cassiod. & Lyranus. Et consonat expositio uerbis Pauli ad Tessalonicen. Ut sermo Dei currat & multiplicetur.

Currere cum peditibus, aut cum equibus, est compelli ad paritatem cursus in itinere, sic Dominus Hierusalem in captiuitatem abducendæ propter sua scelera

dicit Hierem. 12. Si cum peditibus currens laborasti, quomodo currere poteris cum equis? Vbi Hieronymus exponit o Hierusalem, si quando filios tuos captiuos ducebant pedites Moabitæ, & Philistæi, aliaque gentes uicina, ferre non poteris, quid facies, quando Chaldei, & Persæ tecaptiuam & ante suos equos ueloces currentem longius abducant? Quod ad mores retorqueri potest, ad peccatores intra Ecclesiam. Si quando excommunicatione propter inobedientiam parum ab Ecclesiâ communionem separatus, sustinerere non potes? quomodo sustinebis sententiam iudicis iusti dicentis: Ite maledicti in ignem æternum.

CAPVT CLXXXVII.

Currus.

CURRVS Hebraicè Rechuch. Gen. 50. habuit in comitatu suo currus, & Exo. 14. Iungit ergo Currum.

Currus à cursu dicitur, est enim uelociter genitus, quo ueteres utebantur ad cursum. Ex quibus quidam falcati dicebantur, ad bellum apti, qui erant ferreis uincis armati ex utroque latere scindentibus, ad modum falcium, his præcipue utebantur Chananæi, & Palæstini, ut exponit Lyranus super Iudicium. 1. & Iosue. 17.

Currus & equites in scripura pomposam, potentiam, & robur faculare designant. Vnde Salomon: Fecit sibi currus, & equites, & usque adeo excelsit: Ut facti sunt ei mille quadringenti currus: & duodecim millia equitum. Et certe quamuis in pompa mundana figura Christi non fuit, qui super asellum sedens ingressus est Hierosolymam, in spiritu nihilominus typus eius fuit. Duodecim enim Apostoli comitabantur eum, multo ad spiritualia bella promptiores, quam equites ad terrena, quibus Dominus dixit: Prædicate Euangelium omni creature. Virtus autem miraculorum, & exempla bonorum operum potentius gentilium corda diuiserunt, & fauciarunt, quam mille quadringenti falcati currus. Quod uero apud Iosue Dominus iussit hostium equos subneruare, & currus igne comburere. Denotabat plane, non esse in carnalibus equis, aut curribus, populo Dei; & prædicatoribus Euangelij fiduciam collocandam, sed in humili corde, ut notant ibi

Hierem. 12. Hierony. Hierem. 14. Hierem. 6. Hierony. Matth. 25. Hierem. 12. Hierony. Lyran. Iud. 1. 3. Reg. 1. 3. Reg. 10. Matth. 21. Marci. vlt. Iosue. 14.

Glossa. Lyran. Matth. 11. Ioan. 16. Dan. 2. 3. 4. Reg. 2. 4. Reg. 6. Dionys. Luc. 18. Psal. 67. Aug. Theodor. Casiod. Glossa. Hierony. Lyran. Vatablus. Ianfen. Genebrard. Eph. 4. Hebr. 12. Chaldaus. Marci. vlt. 4. Apo. 9. Beda. Glossa. Richardus. Anselmus. D. Thom.

Glossa, & Lyranus. vnde filius Dei dicitur apud Matthæum: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Et apud Ioan: *Confidite quia ego uici mundum.* Vbi (Ego) emphasim habet, ego scilicet mitis & humilis corde, vici superbos. Christus enim humilis fuit illa petra parua de monte scissa, quæ percussit pedes statuæ, & comminuit eam, & impleuit terram.

Currus ignei in scriptura solent Angelos igne charitatis accensos & ad nostrum veloces auxilium significare. sic quando Elias in cælum aereum ascendit. 4. Reg. Ecce currus igneus. Quia videlicet Angelico ministerio raptus est. Item de Heli-sæo, cui Angeli auxiliares contra Syros veniebant, legimus: *Ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum*, quos Angelos fuisse interpretatur Dionysius lib. de cælesti Hierarchia cap. 15. Simili curruum apparatu, portatur anima iusti de carne soluta iuxta Lucam: *Et factum est, ut morderetur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Eadem curruum metaphora ad Angelos significandos videtur Prophetâ dicens: *Currus Dei decem millibus multiplex, millia latantium, Dominus eis, in Sinai in sancto.* Vbi licet August. Theodoretus, Casiodorus, & Glossa, per hos currus sanctos homines intelligant, in quibus Deus inhabitat. Melius tamen Hieronymus, Lyranus, Ianfenius, Vatablus, & Genebrardus Angelos intelligunt, qui animas sanctorum patrum à limbo in cælum Domino conscendente, deducebant: sic enim de Ascensione Christi in cælum, Paulus allegat hunc locum ad Ephe. *Ascendens (inquit) Christus in altum captiuam duxit captiuitatem.* Alludit etiam ad hoc Paulus ad Hebræos: *Accessistis ait, ad Sion montem & multorum millium Angelorum frequentiam*, quasi dicat idem Dominus est in Sion sancto, qui cum Angelis fuerat olim in monte Sinai. Præterea Chaldaus sic vertit: *Currus Dei binæ myriades ignis ardentis duo millia Angelorum; ducunt illos.* His igitur comitatus filius Dei, postquam locutus est Apostolis, assumptus est in cælum & sedet à dextris Dei.

Vox aiarum eorum, sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum, legimus Apoc. 9. vbi de hæreticis Antichristi discipulis sermo est, vt exponunt Beda, Glossa, Richardus, Anselmus D. Thomas, Gregorius etiam in Moralibus. De quo in verbo Locusta.

Greg. bo Locusta. Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilauite vide in verbo Equus.

CAPVT CLXXXVIII.

Custodire, Custos.

CVSTODIRE Hebraicè dicitur in scriptura Natar item Samar vnde Samaritanus custos est.

Custodire est diligenter seruare, pertinet autem principaliter ad Deum, qui custodit, quæ fecit. vnde agens Propheta de prouidentia diuina speciali erga iustos ait Psal. 33. *Custodit omnia ossa eorum: unum ex his nõ conteretur.* Quod iuxta literam complet Dominus, quando sic ad salutem eorum spirituales expedit, sic custodiuit Danielem in lacu Leonum, Petrum in carcere, Ionam in ventre ceti, Ioseph in ergastulo, Loth in Segor. & tres etiã pucros in camino ignis iuxta illud Matth. *Capillapitis uestri omnes numerati sunt, mystice vero seruat ossa, idest virtutes iustorum, vt exponunt Hierony. Aug. Casiod. Glossa & Lyranus: sed Theodoretus per ossa iuxta literam metaphoricè cogitationes intelligit, in quibus opera, sicut in ossibus carnes fundantur: ideo de cogitationibus præcepta ponit Matth. 5. dicens: *Omnes qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Et cogitationes Apostolorum de sua post mortem resurrectione dubitantium, reformata dicens: *Quid timidi estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra: Peculiarem vero curam de custodia iustorum ostendit Dominus apud Ezech. Pingue (inquit) & forte custodiam, & Psal. Custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.* Animas dixit, quia corpora martyrum tyranni trucidabãt, vnde Dominus apud Matthæum: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, post hæc autem non habent amplius quid faciant.* Et apud Lucam: *In patientia uestra possidebitis animas uestras, in quo sensu intelligitur illud Psal. Custodit Dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet, quod de corporibus non esset verum, cum prædixerit Apostolis apud Ioannem: Venit hora, ut omnis qui interficit uos arbitretur se obsequium præstare Deo.**

Custodit Dominus humiles à calumnia

Greg. bo Locusta. Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilauite vide in verbo Equus.

701

I

Psal. 33.

Dan. 13. Act. 12. Dan. 3. Matth. 10.

Hierony. Aug. Casiod. Glossa. Lyran. Theodor.

Matth. 5.

Luc. 24.

Ezech. 34. Psal. 96.

Matth. 10.

Luc. 21.

Psal. 144.

Ioan. 16.

2

Psal. 114. Theodoret. Genebrard. Matth. 11. Psal. 120. Rom. 9. Aug. Casiod. Ianfen. Genebrard. Hierony. Luc. 16. Matth. 16. Hiero. 31. Ioan. 10. Arnobius. Psal. 126. Genebrard. Psal. 145. Aug. Casiod. Glossa. Theodoret. Lyranus. Ianfen. Genebrard. Gen. 22. Psal. 28. Matth. 1. Exo. 34. 3. Lyran.

toribus & oppressoribus speciali prouidentia Psal. 114. *Custodiens paruulos Dominus humiliatus sum, & liberauit me.* Theodoretus paruulos intelligit factus adhuc in utero matris, quorum Dominus curam gerit, vt edantur in lucem: & lac matribus, vt eos alant, subministrat. Sed Genebrardus notat non esse nomen a tatis, sed virtutis de quibus apud Matthæum: *Reuelasti ea paruulis, & ca. 18. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum celorum.* Hi vocantur Israel secundum spiritum de quo Psal. *Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel, idest populũ principem apud Deum iuxta illud Pauli Nõ enim omnes qui ex Israel sunt, hi sunt Israele: sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine, de his itaque versiculum Psal. 120. exponunt Aug. Casiod. Ianfenius, & Genebrardus, de quibus addit Prophetâ. *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & usque in sæculum.* Sic (inquit) Hieronymus custodiuit Dominus exitum Lazari. *Qui portatus fuit ab Angelis, in sinum Abrahæ, sic custodit Ecclesiam vsque ad finem mundi.* Ita vt portæ inferi non præualeant aduersus eam. Ita etiam promisit hoc idem apud Hiero. *Qui disperdit Israel, custodiet eum, sicut pastor gregem suum hoc est ut pastor, qui ait: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas.* Et certe de Ecclesia intelligit Arnobius illud Psal. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat, qui custodit eam, sic etiam Genebrardus. Neque timendum est ne Dominus Ecclesie sue seruet promissa: cum de illo scriptum sit Psal. 145. *Qui custodit ueritatem in sæculum, idest fidelitatem in promissis: vt exponunt Aug. Casiod. Glossa, Theodoretus, Lyranus, Ianfenius, & Genebrardus, sic iusto Noe seruaui promissa Gen. 6. sic etiam pollicitationem factam Abrahæ in Genesi, & Dauidi in Psal. de Messia ex eorum semine nascituro, ideo de his in ipso Euangelico exordio specialiter meminit Matthæus, dicens: *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.* Denique non vni aut alteri Deus promissa seruat: sed de illo dicitur in Exo. *Qui custodit misericordiam in millia.* Reddit quippe bene operantibus præmia, & filiis eorum absque numero, si tamen parentum vestigiis insistant, vt notat ibi Lyranus.***

Custos per excellentiam dicitur Deus

Iob. 7. Peccauit quid faciam tibi o custos hominum: idest paratus sum quam uolueris recompensatione facere pro peccato. Quia ergo Deus custos dicitur & nomen Samaritanus custos interpretatur, quando apud Ioannem Pharisei Domino dixerunt. *Nõne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonum habes?* De Samaritano filius: & Iohann. respondit: *Ego demonium non habeo.*

Quia igitur solus Deus noster custos est suorum, idola quippe & simulachra nec se ipsa custodire possunt, ideo scriptum est apud Isaiam cap. 21. *Ad me clamat de Seir, custos quia de nocte? custos quid de nocte? Dicit custos uenit mane, & nox: si queritis, querite, conuertimini, & uenite.* vbi Theodoretus, & Procopius exponunt vocem esse Idumæorum habitantium in Seir, qui timentes victorem Cyrum, clamare dicuntur ad Dominum, quibus ille respondet, vt ex corde conuertantur ad fidem, si liberari uolunt. Sed spiritualiter Hieronymus Seir, qui interpretatur pilosus, Ecclesiam ex gentibus significare dicit. quæ clamat ad Dominum, o custos quid de nocte confurgens, uides in tenebris, qui absque peccato in carne es peccatrice, quare uolui sti corpus humanum assumere? Respondet autem custos, idest Samaritanus, qui apud Lucam vulneratum super iumentum id est suis humeris portauit, uenit mane gētibus, ortus est illis Sol iustitiæ, & stella in Oriente: Iudæis uero nox, & tenebræ superenerunt. Si me queritis, conuertimini ad me & uenite ad me: *Omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos.* Sic etiam explicat Richardus Victorinus. toto libro de uerbo incarnato, & Aug. lib. 5. qq. super Deuterono. Gregorius Papa lib. 16. Moral. in Iob. ca. 24. mane intelligit tempus incarnationis Christi, nox uero est finis uitæ & Greg. Naziancen. homilia in sanctum Baptisma exponit mane tempus penitentiæ.

Custodiuit Sapiencia Dei primum hominem, ne periret. Sap. 10. *Hæc subaudi Sapiencia illum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum esset solus creatus, custodiuit eum, & eduxit illum à delicto suo, idest primum solum sine uxore custodiuit auxilio gratiæ suæ, ne peccaret. Deinde postquam uxoris suggestionem peccauit, eduxit illum per penitentiam à peccato: ita explicant Lyranus, & Ianfenius, Glossa, & c. Erat quippe primus Adam de ouibus*

Iob. 7.

Ioan. 8. 4

Isai. 21.

Theodoret. Procopius.

Hierony.

Luc. 10.

Matth. 2.

Matth. 11.

Richardus. Aug.

Sap. 10. 5

Lyran. Ianfen. Glossa.

Ioan. 10.

illis electis, de quibus Dominus dixit apud Ioan. Non rapiet eas quisquam de manu mea. Quia quamvis aliquando cadant iusti, non tamen rapiet Satanas penitentes. Custodit autem Deus electos duplici visitatione altera gratiae consolationis, altera vero animaduersionis & correptionis: utroque modo explicant Patres illud Iob. 10. Et visitatio tua custodiuit spiritum meum. Priori modo intelligunt D. Thomas in commentariis, Lyranus & Titelmanus, videlicet per dona gratiae, posteriori vero modo intelligit Gregor. lib. 9. Moral. super hunc locum, flagellis quippe Deus iustum castigat, ne in superbiam eleuetur & in dilectione conseruat, sic Ioannem custodiuit in vinculis Matth. 11. sic & Paulum dicentem 2. Cor. 11. Ne magnitudo reuelationum extolat me, datus est mihi stimulus carnis meae, Angelus Satanae, qui me colaphizet.

Iob. 10.
D. Thomas.
Lyranus.
Titelman.
Gregor.

Matth. 11.

2. Cor. 11.

6

Can. 1.

Custos omnium Ecclesiarum est Ecclesia Apostolica, in qua sedes Petri collocata est. Quae dicit Cant. 1. Filij matris meae pugnaverunt contra me: posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui. Hoc est Iudaei filij matris meae Synagogae pugnaverunt contra me, eicientes me extra Hierusalem, & Iudaeam: posuerunt autem me Filius & Spiritus sanctus, custodem in vineis Ecclesiarum gentium: & vineam meam Hierosolymitanam non custodiui: sed sub Tito Vespasiani desolata est. Ita exponit Glossa & D. Thomas. Ad mores autem Greg. & Theodoretus dicunt, vocem esse praelati dicentis, posuerunt me custodem in vineis Ecclesiae, & dum actionibus externis sollicitus implicor, vineam animae meae non custodio. Contra illud quod apud Matth. Dominus dicit: Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur? Tertia expositio est: trium patrum, quos refert Theodoretus, vocem esse primi hominis dicentis, filij matris meae, quoad naturam saltem in intellectualem, daemones sunt: qui pugnaverunt contra me, posuerunt autem me diuinae personae custodem in vineis tanquam omnium hominum seminarium: & vineam meam paradysi non custodiui. De quo legitur in Gen. Posuit Deus hominem in paradiso voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum. De hoc egimus in verbo Adam lib. 1. Custos omnium virtutum est humilitas. De qua Rupert. intelligit illud Abac

Glossa.
D. Thom.
Greg.
Theodoret.

Matth. 16.

Theodoret.

Gen. 2.

7

Rupert.
Abac. 2.

2. Super custodiam meam stabo. Vnde Pharisaeus omnia bona perdidit, quia super custodiam humilitatis non stetit. De hac quoque legimus in Pro. 4. Omni custodia serua cor tuum: quia inde vita procedit. vbi nomine cordis conscientia intelligitur, quae sicut cor ab ipsa natura diligenter custodienda est, dicit autem Plinius lib. 11. ca. 37. cor intra pectus nostrum praemolli, firmoque opertum membranae inuolucro: munitum deinde costarum & pectoris muro: sub hac ergo metaphora ut exponunt Hieronymus, Beda, Glossa, Lyranus, & Iansenius, custodia nobis animae commendatur. Et quidem filius Dei: Discite (inquit) a me quia mitis sum, & humilis corde. Ecce compendium custodiae cordis, mansuetudo contra Irascibilis passiones, quae sunt quinq; Spes vana, Desperatio, Timor, Audacia, & Ira. Item humilitas contra concupiscibilem, in qua sunt passiones sex. Amor proprius, superbiae radix, odium, Desiderium, Tardium, Delectatio, & Tristitia. Quod si non custodiatur cor, inde exeunt cogitationes pravae, adulteria, homicidia, &c. ut Matthaeus ait. Denique: Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur. Porro Lyranus super Pro. 4. a tribus (inquit) hostibus anima impugnatur, Diabolo, Mundo, & Carne. A carne igitur castitate, a Mundo diuitiis inhiant, liberalitate, & eleemosyna, a Diabolo vero humili charitate custodienda est. Quod sapienter dixit Lyranus.

Luc. 13.
Prou. 4.

Plinius.

Hierony.
Beda.
Glossa.
Lyran.
Iansen.
Matth. 11.

Matth. 11.
Matth. 16.
Lyran.

8

Psal. 38.
Psal. 140.

Custodia linguae in scripturis maxime commendatur Psal. 38. Posui ori meo custodiam, Hebraice frannum & in alio Psal. Pone Domine custodiam ori meo: & ostium cunctantiae labiis meis. Vbi non petit omnino silentium, sed discretionem in loquendo, ut abstineat ab omni vitio locutionis, ad quod gratia Dei necessaria est, ne loquamur verba otiosa, mendacia, vel perniciosa. Quod quam difficile sit per interrogationem ostendit Ecclesiasticus dicens: Quis dabit ori meo custodiam? Quanti vero refert Salomon ait: Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Ex quibus quidem malis non est plane minimum, quod Dominus apud Matthaeum minatur: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennae ignis. De hac materia vide Pro. 21. C. Mich. 7. A. Psalm. 38. A. Sap. i. C.

Ecclesi. 22.

Pro. 13.

Matth. 5.

Custodire

9
Pro. 6.

Matth. 18.

Hierony.

Ecclesi. 4.

Exod. 21.

Glossa.

Apo. 16.

Greg.
Matth. 22.

10

Isa. 26.

Hierony.

Matth. 24.

Matth. 25.

Custodire se a faminarum scandalo viri uniuersis consulitur in scriptura frequenter, Pro. 6. Conserua fili mi praeccepta Patris tui, &c. ut custodiant te a muliere mala. Idem hortatur cap. 7. vnde Dominus Matth. 18. Si manus tua, aut pes tuus scandalizat te, abscede eum, & proiice abs te. In quo etiam sensu custodire pedem ab aliquo, pro vitare scandalum legimus, vt nota Hieronymus super illud Ecclesi. 4. Custodi pedem tuum, in grediens domum Dei. Non enim (inquit) ingredi domum Dei laudis est: sed sine offensione ingredi. Hac ille. Sunt enim quidam qui sicut bos cornupeta, oculorum, verborumque lasciuia ingredientibus Ecclesiam, infirmas percutiunt animas, ideo in Exod. dicitur: Si bos cornu percusserit uirum, aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & non comedentur carnes eius. Quod exponit Glossa de supplicio quod impendet scandalizantibus fratrem, qui in die iudicij ab omnibus maledictionibus impetitus, damnabitur in aeternum, ideo in Apoc. dicitur: Beatus qui uigilat: & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet. Id est praeccepta innocentiae, ne proximum laedat: vt exponit Greg. 12. lib. Moralium. Hac est uestis nuptialis charitatis proximi.

Custodire legitur veritatem, custodire quoque pactum Dei, & custodire depositum, & custodire scientiam, & custodire custodiam, & stare super custodiam Domini tota die & tota nocte. De primo Isa. 26. Aperite portas: ingredietur gens iusta custodiens ueritatem. Vbi Hierony. praecipit (inquit) Dominus Angelis, qui portis urbis beatae Hierusalem praesidebant, ut aperirent portas, & ingrederetur gens custodiens ueritatem: sive vt in Hebraeo habetur, Eimaunim, quod in lingua nostra uertitur fides, vel fidelitas, non in singulari, sed in plurali. De hac fidelitate apud Matth. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? Et cap. 25. de lucrante cum talentis: Euge serue bone & fidelis. Praeterea de secundo dicimus custodire pactum Dei, esse custodire legem Dei, de cuius custodia pepigimus in Baptismo, sicut olim promittebantur in circuncisione Iudaei, quod varia & multiplex phrasi in scripturis exprimitur, idem tamen significantibus. Dicitur enim custodire pactum Leuit. 19. A. Custodire uiam Domini Gen. 18. Custodire uerbum Dei,

uel sermonem, Luc. 11. Beati qui audiunt uerbum Dei: & custodiunt illud, & Psal. 118. In quo corrigit adolescentior uiam suam, in custodiendo sermones tuos. Non solum memoria quidem: sed etiam opere ut ibidem notat Augustinus.

Item custodire praecceptum Ecclesi. 8. Qui custodit praecceptum non ex perietur quicquam mali. Contra quod videtur esse quod Apostolis Dominus multa mala toleranda praedicat, Matth. 10. & Ioan. 16. Sed ut (inquit) Hieronymus aliud est malum poenae, de quo Dominus loquebatur Apostolis, aliud malum culpae, de quo dicit Salomon non cognoscet malum secundum Septuag. id est non committet, non faciet vel ex perietur malum, id est peccatum. Idem est custodire imperium Domini Iosue. 22. & legem Domini. 1. Paral. 22. Item Dei testamentum. 2. Paral. 6. Testimonia Dei Psal. 96. Iustificationes Dei Psal. 104. Iudicium Psal. 105. & sic de similibus: Praeterea in eodem sensu Paulus. 1. Timoth. 6. O Timothee depositum custodi, & 2. Tim. 1. Bonum depositum custodi, per Spiritum sanctum: Vbi Theophylactus exponit, id est praeccepta, quae de fide, & uita animae sunt tibi tradita. Idem significat illa phrasi Zachariae. 3. vbi dicitur Iesu filio Iosedech. Si in uis meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris, tu quoque iudicabis domum meam: & custodies atria mea: Et dabo tibi ambulantes, de his qui nunc hic assistunt. Vbi Rupert. Glossa & Lyra. Iesu sacerdoti praeccepta legis seruanti prorogandum promitti sacerdotium dicunt, & iudicaria potestatem; Angelorum quoque adiutorum: qui illic tunc assistebant: a quibus uiuens & moriens custodiretur. De huiusmodi dicitur Matth. 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum.

Custodire scientiam dicitur, qui parta studio conseruat: ut eam communicet proximis tempore suo. Malach. 2. Labia sacerdotis custodient scientiam: & legem requirunt de ore eius: quia Angelus Domini exercituum est. Vbi Hieronymus ad Sacerdotis (inquit) pertinet disciplinam, ad interrogata respondere de lege. Alioquin frustra iacet dignitatem, cuius opera non exhibet, hae ille: ideo audiet: Minimus uocabitur in regno caelorum, id est minime Matth. 5. quia mandata uel minima soluit, qualia sunt, de tolenda Cruce post Christi

Augu.

I I
Ecclesi. 8.

Matth. 10.
Ioan. 16.
Hierony.

1. Timot. 6.
Theophyl.
2. Tim. 1.

Zach. 3.

Rupert.
Glossa.
Lyra.

Matth. 5.

I 2

Mala. 2.

Hierony.

Matth. 3.

stium

I 3
 Ifa, 21.
 Hierony.
 Lyrans.
 Matth. 5.
 Abac. 2.
 Luc. 6.
 Zach. 3.
 Baruc. 3.
 Ioan. 14.
I 4
 Pfal. 129.
 Suidas,
 Luc. 12.
 Genebr.
 Chaldaus.
 Iansen.
 Hugo.
 Innocent. 3.
 Matth. 21.

stum, & de instruendo populo sibi subdito verbo & exemplo, &c.
 E contrario super custodiam Domini esse dicitur qui scientia diuinæ vacat & sanctæ pariter operationi, sic Isaias: *Et clamauit Leo, super speculâ Domini ego sum stans iugiter per diem & super custodiam meam ego sum, stans toris noctibus,* quod Isaias dicit de se ipso. Leo autem, idest Christus loquebatur per os Prophetæ, vt notat Hieron. qui dicitur clamare, quia fecit per spiritum Prophetiæ clamare Prophetam, & dicere: ego sto quasi in specula contemplationis, & orationis, expectans reuelationem Domini, sic etiam exponit Lyrans, stat autem super custodiam Prophetæ, vel prælatus, & doctor, & non sedet, quando diligētius quod docetur in scripturis, & oratione à spiritu Dei, docet, & quod docet ipse operatur, iuxta illud, qui fecerit & docuerit, &c. In eodem sensu dixit Abac. *Super custodiam meam stabo,* idest non infra, sed digna, & æqualia muneri meo præstabo, quia vt Lucas ait: *Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, scilicet sub modio, sic & Zacharias clarius dixit: Custodiam meam custodiam.* Item Baruch. *Stellæ cederunt lumen in custodiis suis,* idest doctores & iusti vnus quisque in munere suo, & gradu quia variis meritorum gradibus varia quoque præmia respondent apud Ioan. *In domo patris mei mansiones multe sunt.*
 A custodia matutina vsque ad noctem perseverantiam denotat Pfal. 129. *Ac custodia matutina usque ad noctem speret Israel in Domino,* idest perpetuo quia vt notat Suidas in voce *πρωλαμν* excubitores in quatuor vigilias noctem distribuunt, vt habes apud Lucam. nunc autem dicit, excubitores ad vigiliam vsque matutinam solum expectant, sed Israel idest populus Dei, ab ipsa etiam vigilia matutina vsque ad noctem. Quia præpositio *ἕως* min non significat ante vt notat hic Geneb. sed ab & *ἕως* in voce Laboker, idest mane indicat genitui casus esse, scilicet matutini temporis, vnde recte Chaldaicus vertit: *Ab excubitoribus matutinis: qui expectant ut offerant oblationem matutinam.* Bene etiam explicat Iansenius, omnitempore. Et Hugo Cardinalis à pueritia vsque ad mortem, & Innocentius. III. super Pfal. à prima iustificatione vsque ad mortem, sed quia hæc potest esse sera, melius intelligimus à pueritia,

quia pater etiam familias: *Exiit primo mane conducere operarios.* Ad hoc autem facit quod Dominus ait: *Vigilate quia nescitis diem neque horam, & beatus ille seruus, quem cum uenerit Dominus, inuenit uigilantem.* Denique pastores vigilantes, & custodientes vigilias noctis in natiuitate Domini, Angelicam videre uisionem meruerunt.
 Custodire animam in bonum accipitur, & in malum, in bonum quidem Ioan. 12. *Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam,* idest qui uitam suam quæ hic anima uocatur, poenitentia mortificationibus affligit, & propriæ uoluntatis abnegatione, propter Deum, in uitam æternam custodit eam, sic explicat Chrysofost. hom. 66. super Ioannem. vel qui odit uitam, exponendo eam martyrio, quando opus est, vt intelligunt alij: utramque uero intelligentiam admittit Euthymius. Sed cauenda est hæresis Circuncelionum, qui uolentia sibi manus inferre: licitum esse docebant: vt refert Aug. Tract. 51. super Ioannem, contra quem errorem Dominus suadenti sibi diabolo præcipitium respondit: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Præterea apud Hieron. legimus: *Custodite animas uestras: & nolite portare pondera in die Sabbati,* idest seruate animas uestras ab æterna morte, in uitam æternam, vt Hieron. explicat. In malum uero est obseruare oportunitatem ad perdendam uitam alicuius sic Propheta dicit: *Et qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum,* idest qui in fidiabantur mihi: vt exponunt Theodoretus, Iansenius, Genebrardus, Vatablus, Casiodorus, & Glossa: quia vt Hieronymus uertit Hebraicè est qui obseruabant animam meam, & Chaldaus uertit obseruatores animæ meæ. Sed Lyrans intelligit qui custodiebant animam meam, idest custodes corporis mei contra me pro Absalon coniurauere, in quo sensu Hieremias dicit: *Persequamur eum ab omnibus uiris qui erant pacifici mei, & custodientes latus eum.* Mysticè uero Hieron. de Christo exponit cui insidiabantur Iudæi dicentes: *Quid facimus quia hic homo multa signa facit?*
 Custodire uias duras, est uias grassatorum præsidio munire, ne uiatoribus sint molesti Pfal. 16. *Propter uerba laborum tuorum ego custodiui uias duras.* Vbi Hieron. uertit ad ueritatem Hebraicam: *Obseruauimus uias latronis,* quia in Hebræo Parits, est

Matth. 25.
 Luc. 12.
 Luc. 2.
 15
 Ioan. 12.
 Chrysof.
 Euthy.
 August.
 Matth. 4.
 Hieron.
 Hieron.
 Pfal. 70.
 Theodor.
 Iansen.
 Geneb.
 Vatablus.
 Casiod.
 Glossa.
 Hierony.
 Chaldaus.
 Lyrans.
 Hieron.
 Ioan. 11.
 16
 Pfal. 16.
 Hierony.

Vatablus.
 Chaldaus.
 Beda.
 Matth. 11.
 Matth. 16.
 Hierony.
 August.
 Casiod.
 Remigius.
 Glossa.
 Haymo.
 Theodoret.
 Pfal. 58.
 Theodoret.
 1. Reg. 19.
 Vatablus.
 Iansen.
 Geneb.
 Lyrans.
 Act. 12.
 2. Cor. 11.
17
 Beda.
 Pro. 22.
 Iansen.
 Matth. 16.

Latro. Sic Vatablus transfudit uias grassatoris, & Chaldaus uias impudentis. Subaudi, caui, & declinaui longe ab eis, vt exponunt Rabbinus: Sed Genebrardus exponit uias præruptoris & uolenti quia Parits deducitur à uerbo Paras quod est dirumpere & uolenter perfringere & perforare Isai. 5. *Diruam maceriam eius.* Huiusmodi autem uolenti grassatores ambulantes per loca inuia & difficilia, vt repete de insidiis adoriuntur uiatores, quare Septuaginta & uulgata uias difficiles, recte uerterunt & quadrat expositio patris inter quos Beda sicut latro ait multa difficilia transit & tolerat ut de predetur sic ego (inquit) Propheta custodiui uias difficiles & duras, poenitentia & laboris, ut præmium celeste quasi deprædaret unde Dominus apud Matthæum: *Regnum (inquit) Cælorum uim patitur, & uolenti rapiunt illud,* & talibus Dominus dicit: *Si quis uult uenire post me abneget se metipsum,* in quo sensu recte explicant hunc Psal. Hierony. Aug. Casiodorus, Remigius, Glossa, Haymo, & Theodoretus. Quamuis autem David uias poenitentia duras custodiret, discretionem tamen utebatur: *Quia nemo carnem suam odio habuit,* idest nemo debet se occidere unde dicebat in alio Psal. *Domine: fortitudinem meam ad te sustodiam,* ideo cum Dom^o eius à Satellitibus⁹ faulis obsideretur, per fenestram aufugit, sic exponit Psal. Theod. Vatablus, Iansenius & Geneb. idest fortitudinē meā ad te referā, tanquā ad custodiendū, vel vt explicat Lyrans. in obsequium tuū custodiam, sic custodiuit Petrus eductus ab Angelo de carcere fortitudinem suam & Paulus demissus in sporta per murum, ut euaderet persecutores. Sed omnia in obsequium Christi.
 Custodit Deus scientiam Ecclesiæ Romanæ Catholicæ, contra omnes hæreses, sic explicat Beda illud Pro. 22. *Oculi Domini custodiunt scientiam: & supplantabuntur uerba iniqui.* Superna (inquit) conspectio custodit semper in Ecclesia scientiam ueritatis: omnis autem sermo hæreticorum, vel ueritati & pietati contrarius, cum suo authore suertitur. Hec ille sic etiam dicit Iansenius quod experientia nos hætenus docuit scilicet scientiam ueritatis conseruatam esse in omnibus conciliis, ab Ecclesia approbatis, iuxta illud Matth. *Et portæ inferi non preualebunt aduersus eam.*

Custodes uocantur tam Prophetæ quam doctores, & Ecclesiæ prælati Isai. 62. *Super muros tuos Hierusalem constitut custodes: tota die, & tota nocte perpetuo non tacebunt.* Vbi Hieronymus uel Angelus, uel Apostolos, & omnes principes atque doctores intellige, &c. qui neque diebus, neque noctibus, tacere debent. Sed in latis & intrinsecibus Dei clementiam predicare, ut grex illius, & muri Hierusalem custodiantur. Hæc ille. De his dicit Sponsa in Cant. *in uenerunt me custodes qui circumeunt ciuitatem,* idest doctores Ecclesiæ ut exponunt Grego. Rupertus, Glossa, & D. Tho. Hi sponsam uulnerant & pallium eius tollunt, dum negligentem, in aperienda Sponso Ianua, reprehendunt, & superflua tollunt pompæ mundanæ, uerbum Domini refrigerantes: *Qui non renuntiat omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus.* Porro Theodoretus custodes ciuitatis Tyrannos intelligit: qui Martyres uerberarunt, & cruciatibus affecerunt: sed prior expositio magis placet: quia Tyranni non solum uulnerarunt. Sed occiderunt.
 Custodire semitam sæculorum, custodire uanitates, & custodire præcepta Amri, idem fere significat. De primo Iob. 22. *Nunquid si uitam sæculorū custodire cupis, quæ calcauerunt uiri iniqui?* Vbi D. Thom. & Beda iuxta literam semitam sæculorum dicunt esse Gentiliū, Dei prouidentiam ab negantium, quia paulo ante dixerant: *Iuxta cardines cæli perambulat: nec nostra considerat,* contra quem errorem, parabola militat Euangelica Math. *Simile est regnum cælorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis, &c.* Cæterū ad mores Greg. ait, sicut semita Redemptoris nostri humilitas, ita semita sæculorū, superbia. Eodem modo exponunt Glossa, & Lyrans. Hæc semitam calcabat Phariseus dicens: *Non sum sicut ceteri homines.* Iam uero idolorum cultoribus dicitur apud Ionam: *Qui custodiunt uanitates frustra, misericordias suas derelinquunt,* idest illi qui cultū exhibēt creaturis, ut Hierony. ait, & diuinos honores, non plane consequentur, in die finalis iudicij misericordiam. Vnde Dominus apud Ioan. *Qui autem non credit, iam iudicatus est, idest damnatus.* Denique Iudæorum Synagogæ adhuc idola colenti, dicit Michæas: *Custodisti præcepta Amri: & omne opus domus Achab, iste quidem reges Israel, idola colerunt,*

18
 Ifai. 62.
 Hierony.
 Can. 5.
 Gregor.
 Rupert.
 Glossa.
 D. Thom.
 Luc. 14.
 Theodoret.
 19
 Iob. 22.
 D. Tho.
 Matth. 18.
 Greg.
 Glossa.
 Lyrans.
 Luc. 18.
 Ionæ. 2.
 Hierony.
 Ioan. 3.
 Mich. 6.

3. Reg. 16. Lyran. coluerunt, & carnalibus viciis laxauerunt habenas. 3. Reg. vt notat Lyra. cumq; mū dani, omne opus domus Achab animo propenlo custodiant, vnū tamen e multis Dei præceptis custodire grauatū, & egre ferunt, ideo dicit illis vitæ magister in die iudicij: *Recedite à me omnes operarij iniquitatis.*

Matth. 7. 20 Custodire dicitur Deus impios in diē vin dictæ, idest reseruare cruciandos sine fine, sic exponunt Lyranus, & Iansenius illud Ecclesi. 1. 2. *Peccatoribus reddet vindictā custodiens eos in diem vindictæ.* Quia corpora quidem in sepulchro, quasi in carcere custodit, vt in die iudicij cum suis crucientur animabus. Custodia enim pro carcere saepe ponitur Hier. 37. A. Act. 4. A. 5. D. 8. A. Apoc. 18. A. Psalm. 141. *Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo.* Vbi Theodoretus ait. Aquilam transtulisse: *Educ de carcere animam meam.* Quod obsessus in spelunca Propheta dicebat, vt idem Theodoretus & Genebrardus exponūt, sed trās ferri potest ad corporis huius ergastulum, vnde iustus exire desiderat, & esse cum Christo.

21 Custodire pro obseruare ponitur Hier. 8. *Turtur, & Hirundo, & ciconia, auicula celi custodierunt aduentum suum: populus autē meus non cognouit iudicia Domini.* Hieronymus, & Theodoretus Israelitici populi tarditatem, & ruditatē in præceptis & mysterijs diuinis accusari dicunt; exemplo volatiliū, quæ sine rationis vsura natura duce norunt temporum mutationes: vt ad loca sibi opportuniora tempestiue migrēt, isti vero neque norunt, neque metuunt iudicia Dei à Prophetis prædicta. Quod in peccatores intra Ecclesiam retorqueri potest, qui clamātem Dei filium non attendunt. *Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis.* Item: *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & uigilate quia nescitis diem neque horam.*

22 Custodiebat princeps huius mundi locum suum ante aduentum Christi Luc. 11. *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet, idest pacifice retinet, vbi fortem vocat Dominus Satanam: quia vt Iob ait: Non est potestas super terram, quæ comparetur ei, scilicet quoad vires naturales. Sed eius fortitudo armis creuit, nō natura: vt notat Chrysofostomus hom. 42. in Mattheum. Vbi Theophylactus Arma*

(inquit) eius sunt omnes species peccatorum, quibus conualuit contra homines. Psal. 103. Sed post aduentum Saluatoris victus illudicitur à iustis hominibus Psalm. *Draco iste quem formasti, ad illudendum ei, sicut Chrysofost. flo. explicat hom. 4. ad populum satis apposite.*

¶ Custodiunt regem misericordia & veritas, idest iustitia Pro. 20. de quo in verbo Clementia. Pro. 20.

¶ Cymbalum est instrumentum æneum sonorum cui. 1. Cor. 13. comparatur homo doctus sine charitate, & terra Ægypti apud Isaiam cap. 18. *Va terræ cymbalo alarū quæ est trans flumina Æthiopia, de quo diximus latius in verbo Æthiopia quo remittimus lectorem.* Isai. 18.

¶ Cuminum quod latine dicitur cuminū est herba quæ semen copiosum habet, & minutum. Quod ad ostentandam iustitiam suam decimabant Pharisei, apud Mattheum cap. 23. de quo etiam agitur apud Isaiam cap. 28. *Non enim inferris trituratur Gith, nec rota plauistri super Cuminum circuibit sed uirga excutitur Gith, & Cuminum in baculo, pans autem comminuetur.* Vbi Hieronymus sub hac metaphora denotari dicit sacerdotum maius futurum esse supplicium si peccaverint, quā vulgi, quia vulgus indoctum sicut Cuminum & Gith, idest Melantū (Hispanice Nequilla) virga percutitur, idest pœna leuiori: Sacerdotes vero & principes sicut panis triticeus plaustris quasi ferreis torquebuntur, quia: *Qui scit uoluntatem Domini sui & nō facit uapulabit multis, de quo alibi latius.* Hierony.

CAPVT CLXXXIX.

Cypressus, & Cyprus.

CYPRESSVS Hebraicè dicitur Cberoth Cant. 1. Laquearia Cypressina.

Cypressus quæ & cupressus dicitur, arbor est procera, caulice ob longo, & recto, folio pini, sed molliori, nec ita pungenti, coma semper virente, odore uehementiori, numeratur autem inter arbores funestas: eo quod tardius crescat, & succissa nō repullulet. Ideoque super sepulchra plantari consueuit, idemque mohos die apud monachos Carthusiæ perseuerat.

2 Cypresso cōparatur sapiētia Eccli. 24. *Et quasi Cypressus in monte Sion, in Græco non est Sion, sed Hermon. Qui mons est ultra Iordanem, plusquam duodecim leucis à Sion distans, vocatur tamen Sion, sed aliis literis. Prima quippe litera Sion Hierosolymitani est Tfade. 7. Prima vero litera Sion ultra Iordanem est Sin. 8. vt patet Deuter. 4. Ideo vulgata rectè vertit, si legeretur T sion, non Sion. Creuit autem Cypressus in mōte Hermon, siue T sion, lignumque eius durum est: & odor insignis. Iam verò quemadmodum Cypressus hyeme, reliquis arboribus palescentibus, virorem seruat: & oculos aspicientium ad se trahit, etiam à longe, sic Christus sapientia Dei incarnata, clamat apud Ioan. *Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.**

3 Cypressina laquearia doctrinam Ecclesiæ Catholice referunt, Cant. 1. *Tignado morum nostrarum cedrina, laquearia Cypressina, quem locum explicans Ambrosius super Psalm. 118. sermo. 4. Solam inquit hanc arborem, ventus nunquam suo honore despoliat: sola nunquam veteri exiuitur à mictu, aut nouo flore defestum. Sic Apostolica gratia nescit defestum. Hæc ille. Sic itaque fides Ecclesiæ Romanæ, inter errores & procellas hæreticorum, in concussa manet, iuxta illud Matth. *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Origines per laquearia Cypressina doctores Ecclesiæ, qui doctrinæ virore, & fructuum odore, celebrantur intelligit. Et merito quidem proceræ & flagrantij virentique arbori similes sunt. *Quia qui fecerit & docuerit hic manus uocabitur in regno cælorum, Matth. 5. Sic & de Simone summo Sacerdote dicitur in Ecclesiastico: *Et quasi Cypressus in altitudinem se extollens. Quod Ecclesiæ doctoribus adaptari dicit Hieronymus super Isai. 60. Qui altitudinis sapientiæ vigent, & incorrupta fide, virore doctrinæ, & virtutum odore reliquis præstant: qualis Cyprianus, Hilarius, Hieronymus ipse & Augustinus, & similes.***

4 Cyprus Insula est celebris non longe à Iudæa, vineis abundans. Non est autem illa, de qua Cant. 1. Botrus Cypri. Sicut notauimus in dictione Botrus. Sed illa, de qua Act. 11. 13. 21. & 27.

CAPVT CXC.

Cyrene.



YRENE Est prouincia quædam Africa, inter Ægyptū & Lybiam: de qua fit mentio. 4. Reg. 16. vbi legitur impletum quod Amos. 1. prædictum fuerat: *Et transferetur populus Syriæ Cyrenem.* Itē Amos. 9. *Nunquid non Israel ascendere feci de terra Ægypti: & Palestinos de Capadocia & Syros de Cyrene?* Vbi Hieronymus notat, Dominum contra decem tribus hic loqui: quæ quia semel populum Israeliticū Deus de Ægyptiaca seruitute non sine magnis prodigijs eduxerat, putabant non posse amplius, ab hostibus duci in captiuitatem. Quare Dominus dicit: *Ego singulorum scelera plecto: & siue Palestinos quidem, siue Syros, siue Israelitas huc illucq; dispergo peccantes: & reduco poenitentes. Quod etiam erga vos faciam. Sic & filius Dei iustitiam & misericordiam eterni patris imitatus, Herodem, & Iudæos male multauit: sed Gentiles quidem, & Magos, à diabolica seruitute liberos, stella duce, ad Bethlemiticū præsepium adduxit. Item Iudæam captiuam ad Tartara desperantem misit, latronem verò confitentem à captiuitate peccati, ad paradysum reuocauit.*

CAPVT CXCI.

Cyrus.



YRVS armis olim præclarissimus fuit, Cābybis filius, ex Mādane Astyagis vltimi Regis Medorum filia: qui cū regnū à Medis ad Persas translaturus prædiceretur, ab auo Astyage reiectus adhuc infans, vt male periret, iuxta fluum Cyrum Caum Persidem præterfluētē expositus est. Vnde & Cyri nomen accepit. Sed prouidentia Dei, à subulco sublatus & nutritus est. Adolescens verò indolis egregiæ, Persarum exercitu congregato, & Astyagem auum superauit, & imperium transtulit in Persas: vt scribit Iustinus lib. primo, &

Luc. 21. Matth. 24. Matth. 25. 22 Luc. 11. Iob. 40. Chrysof. Theophyl.

4. Reg. 10. Amos. 1. Amos. 9. Hierony. Matth. 2. Luc. 23. Hiero- Iustinus.

Herodot.


Herodotus, & alij autores. Deinde Asia bello domita vniuersum Orientem subiugauit, sed cum ad vltimum bellum Scythis intulisset, eosq; magna affecisset clade, filio Tomiris Reginae Scytharum in praelio perempto: mater furore succensa inclusum intra duorum montium angustias cum exercitu Cyrum comprehedit:

& copis eius vniuersis ad internecionem vsq; deletis, caput Cyri amputatū in vtrē cruore plenum immisit. Et fatiare, inquit, humano sanguine crudelissimē. Hic primus captiuitatem populi Dei ē Babylone, quam ceperat relaxauit: iuxta vaticinium Isai. De quo vide latius li. 4. in verbo Darius.

Isa. 45.

Finis Tertij libri Thesauri diuinarum Scripturarum.

LAVS DEO.



THESAURI
DIVINARVM SCRIP-
TURARVM.

PROOEMIUM ADLECTOREM.

I



NON Desunt tempestate nostra, qui post Tridentini Concilij decretum, quod solā editionē vulgatam cū omnibus suis partibus latinam, tanquam authenticā approbavit, ad huc putēt ad Hebrēū & Græcum fontē, in difficultatib⁹ scripturarū esse recurrendū, amice Lector. Quod quidem si eo animo fiat, vt sensus latinæ vulgatæ magis elucidetur: eiq; autoritas super ipsos fontes Hebræū, scilicet, & Græcū tribuatur, laudabile prorsus existimo: neq; solū laudo, sed etiā consulo, atq; vehementer exhortor: meq; idē ad phrasas scripturarum, & difficiliora loca penetranda fecisse fateor ingenuē. Cæterū si hoc faciat sciolus quispiā ostentatorq; linguarū, vt vulgatæ deroget, eiq; textum Hebræum, vel Chaldæū quidem, vel Græcum anteponat, nō solū contra Concilij decretum, sed & contra rationē profecto faciet, cū constet hodie textum Hebræum plurimis in locis à Rabbiniis corruptū, & multis in locis Græcum etiā vitiatum circumferri. Quare neque versionī Pagnini, neq; Vatabli, aut Isidori multum fidere Catholicus debet, quando contra vulgatam vertunt, quia de fonte cænofo in aureo poculo faeces propinant.

2

Atq; vt vera magis, quā dictu speciosa loquar, Lindanus Episcopus Flander, linguarum peritia post Theologiā nō medio criter eruditus, cum quo mihi in Flandria apud Austriacū Philippi Regis Hispania rū fratrem consuetudo fuit, in libro quē edidit de optimo genere interpretandi fa-

crā scripturam, allegat Ioannē Cochlaū, qui in libello de translationibus ex Hebræo scribit suis se auribus audiuisse quendā Eliam leuitem Hebræum in Grāmaticis peritissimū, qui nostram legens latinā vulgatam affirmabat se posse hanc traductionem contra cunctos reprehensores eius defendere, atq; tueri, vt pote quæ ab antiqua & vera lectione Hebræa nō dissentiat. Dixit autē à vera & antiqua, quia poterat ipse Rabbinos conuincere, Hebræum hodie fontem esse vitiatum.

3

Sed agedum ex vnguibus leonē deprehendamus, ostendamusq; fontē Hebræū pedibus Rabbinarum turbatum esse. Primum ante Hieronymi tēpora fuit illud abasum, quod in editione latina Cain dixit fratri suo Abel Gen. 4. *Egrediamur foras.* Sicut habēt Sept. quod si dicas Sept. claritatis gratia illud addidisse de suo, quomodo Chaldaicus paraphrastes eadē verba vertit, qui certe cū Sept. nō conspirauerat? Deinde amputauerunt Hebræi, quatuor illos versus Ps. 13. quos habēt Sept. sed adhuc dices, illi eos suo Marte posuerūt. At bona verba quæso: quomodo eos citat Paul. ad Roma. 3. retinetq; editio latina? & ad maius veritatis argumentum in vetustissimo codice Anglicano Hebræicis characteribus sine punctis, quatuor illi versus hodie legūtur in Flādria. Deinde multa Iudeos abrafisse, testis est Iustinus mart. in dialo. cōtra Tryphonem. Ex Hieremia inquit raserunt: *Ergo tanquam agnus destinatus sacrificio cōtra me cogitauerunt cogitationes dicentes: Venite mittamus lignum in panem eius, & deleamus eum de terra uiuentium.* Subditq; Iustinus huic

Gen. 4.

Chaldaus.

Psal. 13.

Rom. 3.

Iustinus.

Hier. 11.

Hieremias locum tempestate sua à multis exemplaribus amputatum, in aliquibus tamen remansisse. Vnde Iudæorum commentum obscurare volentium Christi Crucem à Prophetis prædictam, cunctis innotuit. Et ex eodem Hieremia inquit detraxerunt hæc. Recordatus est Dominus Deus Israël mortuorum suorum, & descendit ad eos ut euangelizaret eis salutem suam. Item ex Psalm. 95. Dicite in gentibus quia Dominus regnavit à ligno. Vbi lignum præciderunt etiã a translatione Septuag. quam integram citat Tertullianus, Lactan., Ambros., Arnob., August. & alij locis citatis in verbo Crux, num. 5.

Psal. 95.
Tertul.
Lactan.
Ambrosi.
Arnobius.
August.

Præterea Hieronymus attestatur tempestate sua multa scripturæ loca ab Hebræis fuisse corrupta, ipse enim in castigatione Psalterij in versu. 10. Psalmi trigesimali quarti: Omnia ossa mea dicent Domine quis similis tibi? In multis inquit, codicibus Hebræis, nec semel nomen Domini ponitur. Et ad Gal. 3. asserit Hebræos corrupisse locum illud Deute. 21. Maledictus à Deo qui pendet in ligno. Cum in Hebræo vetustissimo non sit à Deo, sed maledictus omnis qui pendet in ligno. Sed æstimadum, inquit, post passionem Domine, in Hebræis nostris codicibus, ab aliquo Dei nomen appositum, vt infamiam nobis inureret: qui in Christum maledictum à Deo credimus. Audaci itaq; pede subdit, in hoc procedo ad certamen. Præterea super idem caput ad Gala. aliam adducit corruptelam in eodem Deut. 21. vbi dicitur: Maledictus omnis qui non permanferit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius, sic enim legunt Septuag. Sed Iudæi particulam Cal. abraferunt, id est omnis, quam tamen Hieronymus in vetustissimo codice Samaritanorum literis scripto, quibus ante Esdram Iudæi utebantur reperisse testatur. Vnde subiugit, frustra illud abstulerunt Iudæi: ne viderentur esse sub maledicto, si non possent implere omnia, quæ scripta sunt illic. Hæc Hieron. sed Paulus fideliter hæc loca citat in epist. ad Galat.

Deut. 21.
Deut. 21.
5
Nicolaus
Diaconus.
Bessarion.

Porrò post D. Hieronymi etatem, ante hos quingentos annos, Nicolaus sancti Damasi Diaconus, anno Domini millesimo quinquagesimo Hebraicè peritissimus, Vaticanæ Bibliotheca suffraganeus, teste Bessarione Cardinali in epist. ad Petrum sancti Petri Canonicum, de emendatione Sacre scripture testatur: se nonnulla cõperisse de Hebræo abesse, quæ tamen in omnibus lati-

nis codicibus pariformiter reperiuntur, quod exemplis probat manifestis, vt asserit prædictus Cardinalis in expositione illius Ioã. vlt. Sic cum volo manere donec veniam.

Ioan. vlt.

Præterea Bruno Amerbachius, triu linguarum peritia celebris in præfatione in Psalterium Hieronymi, affirmat: vera Psalterij exemplaria manuscripta multis in locis variare, atq; dissentire à Psalterio Venetiis impresso: quod tamen vulgo habetur omnium castigatissimum. Notat etiam Elias Grammaticus de quo dicebamus nume. 2. Rabbinos multis modis corrupisse diuinas scripturas. Videlicet literarum ablatione ex priori dictione, & eandem additione in dictione sequenti, vel è contrario, quod multis probat exemplis. Item quia apud Hebræos quædã sunt literæ valde similes, quæ mutant literam similem in alteram similem, quod ostendit factum in sexaginta duobus locis Sacre scripture. Quis ergo fidem adhibeat Hebræo fonti? Præterea mutant punctuationem, item puncta Hebræa, quæ vocalibus correspondēt, mutant ad libitum & variant sensum: vel duas interdum dictiones in vnã copulant, aut è contrario dictionem vnã in duas diuidunt. Vt diuersissimos à veritate sensus extorqueant: & mædacia proferant testimonia, quibus Dominus dixit apud Ioan. Vos à patre diabolo estis: & ipse mædax est, & pater eius. Quomodo ergo Concil. Trid. patres, quibus hæc omnia cõfiterentur, & falsata loca viderent, Rabbinorum malitia turbatum hunc fontem Hebræum, & multis in locis virulentum, propinare filijs Ecclesie debuissent? Quod sciebant etiã facturos Iudæos prædicatione Ezech. vbi Dominus ait. Et cum purissimam aquam biberitis, reliqua pedibus vestris turbabatis. Hanc ergo turbatam aquam Pagninus & Vatabl. in locis, quibus cõtradicunt vulgatæ offerunt tibi Christiane lector, & tu plurimi facis corruptum eorum foetentemque liquorem.

6
Amerbachius

Elias Gram.

Ioan. 8.
Conc. Trid.

Ezech. 34.

7
Iustinus.
Hierony.
Nicolaus.
Amerbac.
Elias.
Bessarion.
Cochleus.
Lyndan.
Psal. 18.
Rom. 10.
Hierony.
Septuag.

Caeterum ultra testes allegatos Iustinum scilicet martyrem, Hieronymum, Nicol. Diaconum Brunonem Amerbachium, Eliam Leuitam, atq; Bessarionem Cardinalem, Ioannem Cochleum, Lindanum Episcopum, & alios quos breuitatis causa missos facio. Ex multis paucula quædã ob oculos ponam ad exemplum. In editione vulgata legimus, Psal. in omnem terram exiuit sonus eorum. Ita locum citat Apostolus Ro. 10. ita etiã Hieron. legit, & omnes antiqui patres Septuag. quoque vertunt sonus eorum, sed Hebræi iuniores scri-

psere

קרי

psere Kauam, quæ vox interpretatur funiculus, ita vt sit sensus: In omnem terram exiuit funiculus eorum, ne legatur prædicta fuisse prædicatione Apostolorum totum orbem illustratura: sed qua scophantia hoc isti fecerunt: dicam literam S Lamech de medio dictionis abstulerunt, quã si restitutas leges Kolam, quæ est idem quod vox, & sonus, vt vertit Hieronymus in suo Psalterio. & notat Augustinus, Augustinus su per hunc Psalmum. Deinde Psalm. 21. Dolentes quod tam apertum habereimus de crucifixione Christi vaticinium, videlicet. Foderunt manus meas & pedes meos. quod & Septuaginta verterant ὀψύζων χεῖρας μου. Foderunt manus meas. & Hieronymus in suo Psalterio, sic vertit. Fixerunt manus meas. Rabbinus scribunt, non foderunt, sed tanquam leo. Quomodo autem corruerunt vocem suis auribus inuincant dicam planè in Hebræo est Caru foderunt: illi verò in medio dictionis addiderunt literam N, & vltimam N mutarunt in N similem, id est vau in iod, & scripserunt Caari. id est tanquam leo. Ita vertit Vatablus corruptelam pro veritate. scilicet, ceu leo. Vides fraudes Iudæorum: de quibus prædictum est in Psal. Alienati sunt peccatores à vultu errauerunt ab utero, loquuti sunt falsa. Itè in latina vulgata legimus Psal. 4. Filii hominum usquequo graui corde? quod Septuaginta quoque vertunt Βαρυναρδίοι. Et in Hebræo erat Chabed leblama Graues corde, vt quid? Rabbinus verò modo legunt Chebod lilkima, gloria mea ad ignominiam: quia mutauerunt literam B Chaph in B Beth, quæ sunt similes, & punctum vocalem inuenterunt. Ne graues corde vocati à Propheta putarentur ipsi Iudæi, eo quod post captiuitatem, sine templo, & sine sacrificio mille quingentis annis propter Christi necem adhuc in illum credere nolunt corde grauissimo: hæc corruptelam sequutus Vatablus vertit, non filij hominum usquequo gloriam meam ad ignominiam? Et sunt qui recipiant hoc.

Hierony.
Aegubinus.
Psal. 21.

Hierony.

כרי

Psal. 57.

8

Caeterum ne putaretur ea solùm, quæ ad Christum pertinebant ex odio corrumpere, Iudæi quædam alia indifferentia mutauerunt, vt quædam nostri allegaret illis scripturas possent frequenter respondere, non est ita in Hebræo fonte. Male trãstulerunt Septuag. & alij vestri. Propterea Sophronius

Hieronymum rogauit, vt Psalterium saltè verteret, eo modo quo apud Hebræos illius temporis vitiatum erat. Erat autem vitiatum pluribus locis, & ratio huius petitionis Sophronij fuit, quã asserit in prologo Hieronymus, quia cum Sophronius cum Iudæis disputaret, ad singula ferè verba dicebant illi non est ita in Hebræo. Voluit ergo allegare sicut ipsi habebant Iudæi, vt quauis quædã corrupta essent, ex aliis saltè, quæ incorrupta manebant conuinceret eos. Quod Damasus Papa. & Ecclesia Romana certo sciens, noluit Psalterium Hieronymi ad veritatem Hebraicam in vsu recipere, quia veritas illa non est absolutè veritas, sed iuxta translationem Iudæorum corruptam in multis dicitur vera cum eorum translatione conformitas, vt notat Iacobus de Valentia Episcopus Christopolitanus, tract. 6. super Psalterium. Vbi etiã refert Iudæorum Rabbinos ante Hieronymum, tempore scilicet Magni Constantini in Babylone Ægypti, quæ nunc Cairus appellatur sub prætextu corrigendi mendas ex incuria scriptorum surrepentes in diuinis libris, duos celeberrimos ex ipsis scribas elegisse, qui septem puncta loco vocalium inuenerunt. Nam Chaldæi, Syri, & Hebræi, ab initio nullis vocalibus scriptis utebantur, vt patet in omnibus codicibus vetustioribus, sed memoria vocales retinentes legendo solùm modo proferebant: inuento res autem harum vocalium, vocat Rauuia, & Rauasse, quauis Petrus Galatinus li. 1. de Arcanis catholice veritatis dicat priorè vocatum esse Beth Nephtali. Posteriorè verò Asser, sed quocunq; nomine nuncupentur, hac sua inuentione pestifera plurima scripturarum loca vitiarunt ante Hieronymum natum, quæ tamen ipse deprehendit ex codice vetustissimo, Samaritanorum characteribus scripto ante hæc omnia, imo ante Esdrã, vt super epist. ad Gal. 3. docet, sicut dicebamus numero 4.

Iacobus de Valentia.

P. Galatinus.

Ne verò sine exemplis euidentibus loquamur tempore Hieronymi Iudæi legébant corruptè Gen. 38. quod Iudas ascendisset ad tiores ouium, ipse & Hiras amicus eius, & tamè Hieronymus non ita vertit in nostra latina vulgata, sed ipse, & Hiras opilio gregis eius: quia Hebraicè habetur Ro. per tres literas in vetustis codicibus, quæ literæ sunt Res Hain He, & legebatur memoria per punctum holè, id est per vo-

9
Gen. 38.

רעה



THESAURI
DIVINARVM SCRIP-
TURARVM.

Liber Quartus.

CAPVT I.

Dagon.



DAGON Interpretatur piscis, estq; nomen idoli Philistinorum: de quo Iud. 16. & 1. Regum 5. vbi legimus arcam foederis de hoc idolo triumphasse absciso capite eius, & manibus, quod vt ibidem notat Rupertus, figura fuit triumphi Christi de gentium idolatria, & illius authore Satana. Sicut praedixit mundi Saluator. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicitur foras. Habebat autem idolum Dagon faciem & caput piscis, vt notat Lyranus. Et manus pedesq; hominis, in quo denotabatur Deum quidem silentio cuncta gubernare, per manus quippe gubernatio, per faciem piscis silentium significatur. Quia vno excepto pisce nomine Boca, cui a boando, idest vocem emittendo nomen inditum est reliqui vocales minime sunt. Ideo Pythagore praecipit erat a piscibus abstineto. Quod ille silentium maxime commendaret. Meminit etiam de pisciu silentio Horatius. Mutis quoq; piscibus donare cygni si libeat so- Quod ergo ad foederis arcae praesentiam caput, & manus Dagon absisa sint, denotabat deitatis aestimationem, per faciem, & praestigias daemou, per manus significatas ad praesentiam Christi, & Euangelicae legis fore tollenda. Quod etiam significatum fuit in illo miraculo Christi, quod

Luc. refert. Erat Iesuse iiciens daemouium, & illud erat mutum. Daemou quippe sciebat ab Assyriis pisces mutos tanquam Deos coli, propter Rheam idolum suum, quod pluuiis dominari dicebatur. Imo in Syria, quae Iudaeae vicina est, ponit Xenophon Chalo amne, in quo magnos & mansuetos pisces Syri sacrosanctos habet: & vt refert Bassus a Pierio citatus, pisces argenteos in templa deferunt venerandos. Vt ergo daemou se Deu, & quasi piscem fingeret mutum, hominem quem obsederat mutum reddebat interdum, sicut etiam pueru illum lunaticu, de quo apud Marc. filius Dei daemou dixit obsidenti: Mute es surde spiritus exi ab eo. Sed hodie mutos in confessione reddit diabolus peccatores, vt salutis aeternae iacturam faciant, quia aut Salomon ait: Qui abscondit scelera sua non dirigitur.

CAPVT II.

Damascus.

DAMASCVS vt inquit Hierony. lib. de locis Hebraicis nobilis est ciuitas Phenicis. Eodem autem vocabulo & filius ancillae Abrahae appellatus est Gen. 15. Filius, inquit, procuratoris mei iste Damascenus Eliezer, subaudi haeres meus erit. Super quem locum Abulensis dicit Eliezer fuisse seruum seniore Abrahamae, & domus eius procuratorem. Filiu autem eius, quae Abrahamae fore sibi putauit heredem, esse Damascu, a quo postea ciuitas Damascus nomen dicitur accepisse. Quamuis Hieronymus super illud Ezech.


Luc. 11.
Xenophon.
Bassus Pierius.
Marc. 9.
Prou. 28.
Gen. 15.
Abulensis.
Hierony.

Nebrisen.
Honcala, Septuag.
Hierony.
Cypria.
Ambrosi.
Chrysof.
Isidorus.
Eusebius.

calē O. videlicet Ro, idest oppilio. Rabbi autē posuerūt punctū Seba, idest E. pronūtiantes. Rē, idest amicus. Nec solū puncta tunc infideliter scripsere, sed & integras abstulere particulas. Sicut Genes. 8. Hebraei legunt: *Coruus egrediebatur, & reuertebatur.* Quorum lectionem aliqui ex Catholicis min⁹ caute sequuti sunt. Inter quos Nebrisenfis in suis quinquagenis, & Antonius Hōcala super Genesim. Cum tamen & Septuaginta legant negatiuē, scilicet coruus egrediebatur, & non reuertebatur, est enim in vetustioribus codicibus particula Lo. non. & Hieronymus in latina vulgata ita vertit ex exemplaribus Samaritanorum, & ita allegat in dialogo contra Luciferianos. & in epist. ad Oceanū. Sic etiam legit Cyprianus epist. ad Nouatum, Ambro. lib. de Noē & arca cap. 17. Chrysof. hom. 26. super Gen. Isidorus in Commentariis super Genes. Eusebius

Cesariensis, & August. & alij, & c. Ex quibus facile deprehendimus diuina factum prouidentia, vt tempestate Hieronymi iussu Damasi Papae vulgata latina opera ipsius prodiret in lucem: Quando adhuc exemplaria vetustissima literis Samaritanorum ante Esdras scripta remanebant: & translatio Septuag. saltem in pentaplo, & exaplo Origenis, & alibi, raro licet, incorrupta seruabatur, vt ex collatione Hebraici fontis cum versione Septuag. vulgata latina correctissima, & fidelissima prodiret. Quam solam vt authenticā allegandam esse Concilium Tridentinum iure optimo, vt haecenus demonstrauius, definiuit, ne nos, scilicet Rabbinis, suis obruerēt sycophantiis. Et vt impleretur in Ecclesia Romana promissio Christi. *Portae inferi non prauelebunt aduersus eam.* Sed de hoc latius agemus in prooemio libri Quinti.

August.
Conc. Trid.
Matth. 16.



Ezech. 27. *Damascenus negotiator tuus. Aliam quoque putet esse causam denominationis ciuitatis Damascenæ. Interpretatur, inquit Damascus sanguinē bibens, eo quod Abel iustus à Cain parricida fratre ibi fuerit extinctus. Est autem Damascus caput Syriæ, iuxta Isaiam: Et caput Syriæ Damascus, situs eius ad Septemtrionem vergit in latere montis Libani, qui terræ promissionis Septemtrionalis terminus est, distatq; à Hierusalem quinque māsionibus. Huc properabat Saulus, vt biberet sanguinem Christianorum lupus adhuc rapax, sed eiectus de equo & cæcitate percussus à Domino de lupo factus est agnus. Cui competit illud Matth. Ecce ego mitto uos sicut oues inter lupos.*

Matth. 10. **2**

Amos 1. *Damascus multum affligit Israëlitas. De quo Amos 1. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eam, eo quod triturauerit in plaustris ferreis Galaad. Vbi Hieronymus. Azael, inquit, qui factus ex Rex Damasci, iuxta quod prædixerat Helisæus 4. Regum. tempore Amos Prophetæ, tan grauius urgebat Israël, hoc est decem tribus, vt superato Achab in Ramoth Galaad, omnem regionem Galaad, quæ in hæreditatem cesserat tribus Manasse instar triturantium in area comminueret, atque contereret. Propterea voracibus flammis Domus Afael dicitur esse tradenda. Vbi notandum quod quemadmodum: Beati sunt misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Ita: iudicium sine misericordia his qui non faciunt misericordiam, etiã in hostes, vt Iacobus ait. Quod contigit Regi Damasci.*

Matth. 5.

Iacobi 2. **3**

3. Reg. 20. *In Damasco facere plateas est tributum ab ea exigere. Sic dixit Benadab Rex Syriæ deuctus ab Acab Rege Samariæ. & Israël. 3. Regum. Fac tibi plateas in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria, quasi diceret, vt exponit Lyranus. In Damasco metropoli regni mei, fac tibi forum venalium mercium, vt inde recipias tributum, tanquam habens in regno meo principale dominium. Et vtinam has plateas, siue forum venalium mercium non faceret dæmon in Ecclesia. Vnde multarum animarum pereuntium tributa reportat. Solus autem filius Dei confidenter dicere potuit. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquã,*

Lyranus.

Ioan. 14.

quia solus natura sua sine peccato fuit.

4

Can. 7. *Damascus mysticè diabolus significat homicidam Cantic. 7. Nasus tuus sicut turris Dauid, quæ respicit contra Damascum. Vbi Gregorius, & D. Thomas nasum Ecclesiæ prædicatores, & doctores esse dicunt. Qui odores veritatis & erroris sagacissimè discernunt, sicut nasus distinguit odores. Sunt autem in culmine dignitatis contra Damascum sanguine madidam, idest contra diabolus, de quo Ioan. Ipse homicida erat ab initio. Vel contra hæreticos quidem, vt exponit Theodor. quia Ecclesiæ doctoribus specialiter dicitur apud Matthæum. Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et surgent multi Pseudochristi, & Pseudopropheta. Item. Attendite à fermento Phariseorum.*

Gregor. D. Thomas.

Ioan. 8.

Theodoret. Matth. 7.

Matth. 24. Matth. 16.

5

Isa. 8. *Damascus denotat Gentiles infideles, Isa. 8. Antequam sciat puer uocare patrem, aut matrem, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ cum Rege Assyriorum. Eusebius Cæsariensis iuxta historicum sensum, libr. 7: demonstratione capit. 3. Dicit hoc loco vaticiniũ esse, quod impleuit Christus sub natiuitatem suam. Tradidit enim sua speciali prouidentia Octauiano Augusto hæc regna, scilicet Damasci, & Samariæ, quæ abstulit à Rege Assyriorum, sicut refert Dion. libr. 49, de quo meminit etiam Horatius dicens: Ius imperiumq; Phraates, Cæsaris accepit genibus. Hæcille. Hic enim Phraates gratus fuit Cæsari Augusto, à quo regnum Syriæ accepit sub populi Romani protectione. Præterea per Damascum intelligitur populus Gentilis, scilicet à parte totum. Constat autem Christum infantem gentium accepisse spolia, hoc est Magos ab Oriente ad se tanquam spolia traxisse, Matth. 2. Sic explicat Tertullianus libro aduersus Iudæos, & Iustinus Dialogo aduersus Tryphonem, Athanasius lib. 1. de Incarnatione, Epiphanius lib. 3. in compendio fidei, Chrysostomus super Matth. 2. Procopius, & Theodoretus super Isai. 8. Ambrosius super. Psalm. 118. serm. 21. in illa verba: Sicut qui inuenit spolia multa. Sed Hieronymus mysticè exponit per Damascum intelligi sapientiam sæcularem, per spolia Samariæ hæreticorum caliditatem, quam*

Eusebius.

Dion: Horatius.

Matth. 2.

Tertullia. Iustinus.

Athanas. Epiphani.

Chryso. Procop. Theodoret. Ambrosi.

Hierony.

Christus superauit. Denique tertia expositio est Lyran, ante Christi Natiuitatem victam fuisse Damascum, & Samariam ab Assyriis, sub Ose Rege Israel. Quod putat ab Esaia prædici. Sed magis historica, & magis ad rem est, expositio prima Eusebij. Vatablus autem & recentiores Hebræi neque audiendi quidem sunt hoc loco, qui non de puero Christo, sed impudicissime (proh dolor) dicunt quodam Zacharias rem habuerat cum vxore Esaia, & antequam sciret puer ex adulterio natus vocare patrem suum capiendã erat Damascus.

6

Zach. 9. *In eodem sensu Damascus pro gentibus accipitur Zach. 9. Onus uerbi Domini in terra Hadrach & Damasci requiei eius. Vbi quamuis Cyrillus & Lyranus prædici putent Damascum expugnandam à Iudæis à seruitute Babylonica redeuntibus. Sed melius exponunt Hieronymus Theodoretus & Glossa de uocatione gentium ad fidem per Apostolos, qui in Damasco prædicarunt, & in ciuitate Hadrach illi vicina. Quod verò Propheta onus uerbi Domini dicit, hoc denotat Gentiles tunc doluisse, quod ciues eorum ad fidem Christi conuerterentur, certe legimus Saulum in Damasco prædicasse dolentibus Damascenis in Actis Apostolorum: requies autem Domini dicitur, nõ quod in Damasco Dominus requiescat. Sed quod per Apostolos ibi prædicet illud Matth. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos, & discite à me quia mitis sum, & humiles corde, & in uenietis requiem animabus uestris.*

Cyril. Lyra.

Hierony. Theodo. Glossa.

Act. 9.

2. Cor. 11. Matth. 11.

7

Amos. 3. *Damasci grabatum legimus Amos. 3. Sic reuertetur filij Israel qui habitant in samaria, in plaga lectuli: & in Damasci grabato quomodo, si eruat pastor de ore Leonis duo crura, aut extremum auriculæ. Vbi Theodoretus exponit prædici captiuitatem Samariæ, & decem tribuum à rege Assyriorum, ex qua inutiles tantum relinquuntur, tã in Samaria, quam etiã in Damasco similiter ab Assyriis capiendã. Nam sicut leo, cum deuorat ouem, solum relinquit inutilia, scilicet crura, vel aurem pecoris, quæ colligit pastor, vt ostendat Domino à feris ouem fuisse deuoratam, sic rex Syriæ solum relinquet in Samaria, plagis in lecto decumbentem, aut in grabato Damasci iacentem, reliquos autem rapiet in*

Matth. 24.

Tertullia. Iustinus.

Athanas. Epiphani.

Chryso. Procop. Theodoret. Ambrosi.

Hierony.

captiuitatem. Mysticè uero hic exprimitur, diuites magna ex parte ab eo rapi: Qui sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Pauperes autem & afflictos ab eo relinqui saluandos, iuxta illud Matth. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Et apud Luc. Beati pauperes, quoniam uestrum est regnum Dei, & beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur.

De destructione & captiuitate Damasci per Assyrios multa sunt uaticinia Esa. 17. Hier. 49. Amos. 1. &c.

CAPVT III.

Damnare, Condemnare.



Damnare, & condemnare dicitur Hebraicè Chiieb. Dan. 1: Condemnabitis captum meum.

Damnare est reprobare, condemnare vero, sententiam autoritate iudiciaria contra aliquem ferre. Quamuis pro eodem interdum accipiantur damnare & condemnare, 2. Mach. 46. Matth. 27. A. Tunc uidens Iudas quia damnatus esset. Idest condemnatus, in eodem sensu de viro iusto dicitur Psal. Non derelinquet eum in manibus eius. Idest iustum, in manibus impij: Nec damnabit eum, cum indicabitur illi. Quod vt notat Genebrardus potest duobus modis intelligi, prior modus est, vt non sit sententia vniuersalis, sed plerumque dicit ita Deus eripiet iustum de manibus persecutoris. vt Deus ipse non condemnat ad mortem etiam corporalem, quem iniquus calumniator, vel persecutor iudicat occidendum, nec permittat occidi: ita explicat Theodoretus, & ponit exempla de Ioseph à carcere, & à morte, primũ à fratribus, deinde ab heri procurata liberato, idem est de Susanna iudicata calumniantibus senibus, & diuina ope liberata. Item de Daniele misso in lacum leonum, & inde erepto, &c. Caterũ quia videmus martyres inique damnatos, nec tamen à cæde corporali ereptos, posterior expositio est generalior August. & Glossæ, vt sit sensus, non derelinquet

1. Pet. 5. Matth. 5.

Luc. 6.

Matth. 27.

Psal. 36.

Geneb.

Theodo.

August. Gloss.

Matth. 10.

Matt. 10. Deus iustum, quantum ad animam in manibus impij, iuxta illud Matth. *Nolite timere eos qui occidunt corpus: post hæc autem non habent amplius quid faciant.* Et Deus quidem non damnabit iustum, cū iudicabitur ei ab iniquo iudice, iuxta illud Ioan. *Qui credit in eum, non iudicatur.* idest iudicio condemnationis, quia credit fide viua, nō iudicatur, vt ibi exponit D. Thomas.

Ioan. 3. Legibus iustis inobedientes etiam familiaribus. *Ipsi sibi damnationem acquirunt.* Roman. 13. *Vbi non solum damnationem temporalem intelligit apud magistratum, vt exponit Chrysostr. Sed etiam apud iudicium Dei, qui non vulgares, inquit, pœnas reposcet, sed quam maximas, quæ verba Chrysostr. mortale peccatum indicant.* Item expositio August. & Ambrosij peccatum damnationis in conscientia Deum intelligunt, sic & Diuus Thomas, denique Theophylactus à Deo, inquit, inobediens punietur, & ab hominibus. Postremo in eodem sensu damnatio pro condemnatione vsurpatur æterna, Apoc. 17. *Vbi Angelus Ioanni dixit: Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ.* Vbi meretrix ista non est vrbs Romana materialis, vt diximus verbo Antichristus, sed est Metropolis Antichristi, quæ tunc erit Hierusalem, sicut ex sententia sanctorum patrum demonstrauimus, & Hierusalem vocatur Babylon Hierem. cap. 50. *Cur auimus Babylonem & non est sanata,* vt exponit Hieronymus super Esaia. 1. *Vulnus liuor.*

Rom. 8. Damnationis æternæ malum credentes fide viua non incurrunt. Rom. 8. *Nihil ergo damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulat.* Quia cum sint per baptismi gratiam & fidem quæ per charitatem operatur, cum Christo coniuncti, non sequuntur opera carnis, & ita valet illis satisfactio Christi, sic exponunt Gloss. & D. Thomas.

Rom. 8. Damna peccatum est abolere Roma. 8. *Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustitia legis impleretur in nobis.* Vbi duæ sunt expositiones prior Hieronymi, de peccato, idest de carne Christi, quæ facta est pro nobis pecca-

tum, idest hostia pro peccato, damnauit peccatum, idest aboluit, atque deleuit peccatum in carne nostra satisfaciens pro illo, sacrificio immaculato, vt iustificatio quam lex docebat, sed non conferebat, impleretur in nobis. Sic Paulus 2. Cor. dixit: *Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit.* Hanc expositionem sequuntur vt legitimam D. Thomas, Lyranus, & Adamus. Est nihilominus posterior expositio de peccato cōmissio à Iudæis, vel à diabolo, Christum innocens crucifigentibus, hoc damnauit peccatū, liberās per innocentē nos omnes etiā peccatores. Sic explicant Chrysostr. Theodoretus, Theophylactus, & Glossa. Sed prior magis quadrat. De quo Dominus, apud Ioan. *Nunc princeps huius mundi eiectur foras.* Quia sacrificio, scilicet meo, prædam perdet, & regnum.

C A P V T I I I I .

Demon, & Diabolus.



D A M O N vt autor est August. lib. 9. de ciuitate cap. 20. dicitur à scientia, quod multa sciat sine charitate, de quo 1. Cor. 8. *Scientia inflat, charitas uero adificat.* Idem August. ibidem cap. 22. Angelos asserit bonos in sua scientia nūquā falli, eo quod scientiæ suæ causas in verbo Deiclarare videant. Dæmones autem sæpe falluntur, & fallunt, quia coniecturis fallacibus, quæ nesciunt, interdum futura prænuntiant. Postremo capit. 19. August. addit. Dæmones in Scriptura sacra nunquam in bonum capi. Imo & apud Gentiles si quis alteri dixerit, dæmonium habes, pro maledictio capitur. Quod in filium Dei blasphemantes Iudæi apud Ioann. iactauerunt, ipse verò cum ad alias contumelias tacuisset, ac hanc respondit: *Ego Dæmonium non habeo. Quia dæmonium mendax est, & pater eius.*

Dæmonum imposturam fuisse idolorum culturam, vt se tanquam Deos adorari facerent, docent vbi que sacræ literæ, sic

2. Cor. 5.

D. Thom. Lyra. Adamus.

Chrysostr. Theodo. Theophyl. Glossa. Ioan. 12.

1 August.

1. Cor. 8.

Ioan. 8.

2

Psal. 95.

Ioan. 12.

1. Ioan. 3.

Marc. vlt.

Matth. 10.

Iob 26.

Luc. 9.

Isa. 11.

3 Luc. 11.

Matth. 12.

August.

Chrysostr.

Theophy.

Abulenfi.

ra, sic Psal. 95. *Omnes dij gentium dæmonia.* & Leuit. 17. b. Deuter. 32. b. Psal. 105. sed Christus Dominus morte sua foras Satanam eiecit apud Ioan. *Nunc princeps huius mundi eiectur foras.* Et per Apostolos suos cultum dæmonibus abstulit, oraculis eorum imposito miro silentio, quia vt Ioan. ait. *In hoc apparuit filius Dei in mūdo, ut dissoluat opera diaboli.* Et ideo primū, quod credentibus signū dedit Marc. vlt. *In nomine,* inquit, *meo dæmonia eiicient,* & quamuis alia miracula magna ex parte cessauerint: hoc tamen nunquam in Ecclesia cessat. Quia contra hostes semper nobis insidiantes iugiter necessarium est: vsque adeo vt nostri de Societate Iesu, cum primi omnium ad Sinas conuertendos, Deo duce penetrassent: ab eorum Dynastis, & magistratibus rogati, an supra dæmones, à quibus Sinæ crudelissimè sæpe vexantur potestatem à Christo haberēt, illiq; habere se planè dixissent, & exorcismos Ecclesiæ Romanæ coram illis dæmones expulissent obsessis liberatis, magno cum plausu ad fidem Christi prædicandam sunt recepti, circa annum Domini 1580. Hæreditamus itaq; primū hoc priuilegium Apostolis datum Matt. 10. *Dæmones eiicite,* in quo impletur illud Iob. *Et obstetricante manu eius eductus est colubertortuosus.* Vbi manus accipitur pro illa potestate, de qua Luc. *Et dedit illis uirtutem & potestatem super omnia dæmonia.* Hodieq; impletur in Japonibus, & Indis, illud Isai. *In cavernam reguli, qui ablatatus fuerit, manum suam mittet,* idest mortificatus mundo à cauernis corporum obsessorum, & à cordibus etiā spiritus extrahet nequissimos.

Dæmonem mutū eiecit Iesus Luc. 11. de quo meminit etiam Matthæus secundum communem patrum expositionem, vbi legimus: *Et oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus.* Vbi Matthæus cæcū addidit, quod Lucas omisit, vt notat August. lib. 2. de consensu Euang. c. 37. Accedit quod Græcè *νεφους*, cæcum & surdū simul significat: ideo Chrysostr. & Theophylactus, aliiq; Græci patres, hominem illum mutum cæcum & surdū fuisse dicunt: totumq; hoc dæmonis arte non infirmitate naturali, vt minus consideratè fortassis putauit Abulenfi super Matth. 12. quia non homo quidem, sed

dæmonium potius mutum dicitur in genere neutro *δὲ μόνον νεφους* ab effectu, quia mutum hominem reddidit. Vbi Chrysostr. Miranda, inquit, est nequitia dæmonis, vtrumq; ingressum oppilauit, per quem ille erat crediturus, auditum & visum. Et Theophylactus. *Vias,* inquit, *ad fidem occluserat dæmō, oculos, aures, & linguam.* Hæc ille. Videlicet oculos ne videret Christi miracula, nec cælū aspiceret. Aures ne audiret verbum Dei, de quo Sap. 18. *Omnipotens sermo tuus Domine.* & apud Isaiam: *Sic erit uerbu meum non reuertetur ad me uacuum.* Et linguam ad confitendum, euomendumq; virus peccati, de quo Psalm. dixit: *Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei.*

Dæmon quosdam male vexat, & multum, alios quidem multum, sed bene contra propositū suum. De priori dixit Chananaea Matth. 15. *Miserere mei Domine, fili Dauid, filia mea male à dæmonio uexatur.* Vbi male pro multum accipitur, sicut Matth. 8. Centurio de suo seruulo dixit: *& male torquetur,* vbi Græcè legimus *δενωδως* grauiter. Vel certè Paulus Apostolus ab Angelo Satanæ colaphizatus, bene quidem vexabatur: *Quia sufficit,* inquit Dominus, *tibi gratia mea, quia uirtus in infirmitate perficitur.* Sed in peccato mortali, & in infidelitate vexata filia Chananaea male profecto vexabatur. Erat enim illi tormentum ipsum damnationis initium, nisi resipuisset: illud itaq; notandum. quod Bernardus ait, serm. 17. super Cantica. Iustis per vexationes suas diabolus nesciens, & inuitus fabricat gloriæ coronas: in quo miser illudatur, iuxta illud Psalm. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.*

Dæmonia pro peccatis interdū accipiuntur, ita quidam exponunt illud, Marc. vl. *Surgens Iesus mane apparuit primū Mariæ Magdalene, de qua septem dæmonia exierant,* idest omnia septem vitia capitalia, sic exponit Gregor. hom. 35. in Euangelia dicens: *Quæ enim per septem dæmonia, nisi vniuersa vitia intelliguntur? idem tenent Beda super Marc. vlt. Glossa, Albertus Magnus, Dionysius Carthusianus, & Caietanus, qui quasi excusationis gratia dicit Luc. 8. dixisse: A qua septem dæmonia exierant, nō quod obfessa corporaliter fuisset,*

Chrysostr.

Theophy.

Sap. 18. Isa. 55.

Psal. 31.

4

Matth. 15.

Matth. 8.

2. Cor. 11.

Bernard.

Psal. 103.

5

Marc. vl.

Gregor.

Beda.

Albertus.

Dionys.

Caieta.

Luc. 8.

Luc. 8. sed quod à demoniis tentata vehemētus: ex quo destruitur fundamentum illorum qui dicūt fuisse demoniacam, ex eo quod Luc. cap. 8. dicat: *Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ ab spiritibus malignis, et infirmitatibus, Maria quæ uocatur Magdalene, de qua septem demonia exierant.* Vnde colligit Iansenius in sua concordia fuisse à dæmoniis obsessam, & Lyranus super Mar. ult. Ambrosius libr. de Salomone capit. 5. & Euthymius super Marcū. Nihilominus prior sententia magis probatur, quia cum dæmon interdum corpus, interdum animam vexet, & quiuocum est curari à dæmoniis: & Lucas planè cap. 7. à peccatis exponit curatam fuisse peccatricem dicente Domino. *Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* De quo latius in verbo Magdalena. &c.

Luc. 7. Ad dæmonem extricandum particulā cordis piscis cōbustam dixit Angelus Tobie iuuaturam. *Cordis, inquit, eius particulam, si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum.* Vbi quæstio difficilis est inter expositores. An corporalis virtus rerū naturalium possit dæmones ab obsessis corporibus expellere: de qua sunt duæ sententiæ. Altera, est Burgensis sup. 1. Reg. 16. ubi legimus: *Quando spiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharā, et percutiebat manu sua: et leuius habebat Saul, recedebat enim ab eo spiritus malus.* hoc loco tenet naturalis virtute rerum corporalium posse dæmones expelli: quia, inquit, non vexat hominem dæmon nisi applicando actiua passiuus, possunt ergo applicari contraria potētioris virtutis, quæ destruat causas illas actiuas, quibus dæmon obsessum vexat: vnde recedere cōpelleretur: idē tenet Dionysius Carthusianus super 1. Reg. 16. quos quidam phisici sequuntur: præsertim, quia Petrus Comestor lib. 1. historię cap. 15. refert, melodia cātus musici multos fuisse liberatos à dæmonis vexatione, expulsa nimirum tristitia, per quā dæmon hominem torquet. Et Iosephus in libris de bello Iudaico testatur, quendam in exercitu Titi lapide cuiusdam anuli dæmonē expulisse. Cæterum contraria sententia est communis sanctorum patrum super 1. Reg. 16. Vbi Isidorus & Glossa dicūt: *Non quidem virtute lyre Dauid, sed crucis Christi in ea figuratæ dæmonē fuisse*

à Saule fugatum. Idem tenēt Beda super eundem locum, & Abulēsis & Lyranus, qui addit posse virtute musici instrumēti diuertimētum energumini à mœstitia, & aduertentia diabolicæ vexationis, & leuius habere, non tamē penitus liberari. Et eodem modo explicat quod Tob. 6. de corde piscis ænigmaticè ab Angelo dicitur, ubi per fumum orationem quidem intelligit, quæ prunis charitatis accensa dæmones fugat. Hæc sententia vsque adeo certa est, vt contraria sit quasi temeraria iudicanda: primū, quia Iob 41. de dæmone dictum intelligimus: *Non est potestas super terram, quæ comparetur ei, id est non est virtus naturalis, & quod magis vrget, Christus Marc. 9. dixit: Hoc genus dæmoniorum nō eicitur nisi in oratione et ieiunio.* Quomodo ergo verum est, quod fumus particulæ cordis cōbusta omne genus dæmoniorum extricat: quia saltē hoc genus, de quo Dominus loquitur, extricat oratio per fumum significata. Deinde fundamentum Burgensis nullum est, quia dæmones non quidem solum applicādo actiua passiuus hominibus nocent, quia vt inquit Aug. lib. 10. de Genesi ad literam, cap. 23. *Omnia natura corporalis Angelis subdita est quoad motum corporalē, & idem lib. 3. de Trinitate, & D. Thom. 1. p. q. 110. ar. 3. docet. Creaturam corporalem quoad motum localem ad nutū Angelis obedire: vnde possunt corpus mortale dæmones cruciare ad nutum, & omnino disumpere, nisi à Deo prohibeātur.* Quod verò in historia Iosephi, & Petri Comestoris refertur ex pacto cum dæmone fiebat. Postremo non fuisset signū sufficiens veritatis Christianæ fidei, quod Dominus dedit Marc. ult. dicens: *Signa autem eos, qui crediderint hæc sequentur, in nomine meo demonia eicient.* Si virtute naturali expelli dæmones potuissent, quod dicere nefas est.

Dæmonia habitant in deuastata Hierusalem à Romanis propter necem Domini, sic explicat Hierony. illud Isai. 34. *Annus retributionis iudicij Sion, &c. Et occurrent demonia Onocrotalus, & pilosus clamabunt alter ad alteram, quæ sunt signa extremæ desolationis, vt aiunt Cyrillus, Procopius, & Haymo.* Et verè hodie dæmones habitant Hierosolymis cum Machometanis & infidelibus, & impletum est

illud

illud Matth. *Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta, quia templum, in quo non habitat, aut colitur Deus desertum est.*

8 Metropolitum Antichristi futuram esse Hierusalem ex patrum sentētia diximus in verbo Antichristus, quæ propter cōfessionē dicitur Babylō, de qua Apo. 18. Angelus clamare visus est. *Cecidit, cecidit, Babylon, et facta est habitatio dæmoniorum.* de quo etiam diximus in verbo damnare numero 2.

9 Dæmones tempore Antichristi facient signa Apocal. 16. *Et uidi de ore draconis, et de ore bestie, et Pseudopropheta exiisse tres spiritus immundos in modum ranarum: sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa.* Vbi draco Diabolus, bestia verò dicitur Antichristus, & Pseudopropheta prædicatores eius. De quorum ore, hoc est quorum instrumento verborum tres spiritus maligni ingerētur: in cordibus impiorum, vt exponunt Glossa, D. Thomas, & Haymo. Tres autem denotat uiuersos dæmones, qui fidem impugnant Trinitatis, & tria vitia capitalia suadent hominibus, de quibus Ioannes: *Omnia quæ sunt in mundo, aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ, in modum autem ranarū profiliunt propter strepitum clamoris, vt prædicti patres exponunt, & curabunt, vt prædicatores reprobi faciant cum garrulitate signa: de quibus Matth. Surgent Pseudochristi, et Pseudopropheta, et dabunt signa, et prodigia, ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi.* Ideo Dominus ait. *Attendite à falsis prophetis, &c.*

10 Diabolus Græcè idem est quod latine calumniator, & criminator, vt notat Hierony. super Isai. 27. sic legimus in Apoc. *Et proiectus est accusator fratrum suorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.* quæ verba sunt Angelorum sanctorum, qui amore nostri de casu diaboli gaudent, frater autem vocatur ille propter intellectualis naturæ consortium, vt exponunt Aretas, Haymo, Ansbertus, Glossa, & D. Thomas. Porro casus diaboli, de quo fit hoc loco mentio, ille præsertim fuit secundum prædictos autores, quo virtute crucis Christi foras eiectus est, iuxta illud Ioan. *Nunc princeps huius mundi eicitur foras.* Tunc enim quasi de cælo in terram cecidit, vt Glossa dicit, vel quia de

corde iustorum, qui cæli dicuntur deturbatus est, vel certe de æstimatione diuinitatis, qua sibi diuinos honores arrogabat apud nationes. sed queret aliquis quomodo furcifer iste accusabat homines ante Christi triumphum. Ad quod autores allegati respondent id fecisse quidem accusabiles ostendendo, quos subiectos habebat ditioni suæ propter peccata, quæ nondum abluerat filius Dei sanguine suo: & vt dicit Rupertus, quia *Christus: Chirographum deleuit illius decreti, quod erat contrarium nobis affigens illud cruci.* Nunc ergo non habet diabolus chirographum, quoniam nos citet, & accuset: de quo Lucas: *Si fortior illo superuenerit, &c. arma eius auferet, in quibus confidebat, et spolia eius distribuet, &c.*

Diabolus dicitur stare à dextris alicuius, quando superior illo est in iudicio, sic de Iuda legimus proditore, iuxta expositionem Petri in Actis Apostol. *Diabolus stetit à dextris eius, et cum iudicatur exeat condemnatus.* Ita super Ps. 108. Augustinus, Hieronymus, Glossa, & Theodoretus. Quod enim præponitur, vt notat Aug. à dextris ponitur: & quia Iudas dæmonem auaritiæ Christo præposuit seq; illi subiecit, merito diabolus stat quasi victor à dextris eius.

Diaboli fuerunt peccata duo, propter quæ damnatus cecidit, Superbia: de qua apud Isa. *In cælū, inquit, cōscendam, &c. et ero similis altissimo.* Et Inuidia, de qua in Sap. *Inuidia diaboli mors intravit in orbē terrarum.* Sed disceptatio est inter doctores. An in cælo adhuc ante quam caderet, simul cum superbia liuoris fuerit vulnere fauciatus contra genus humanum? quod fide nouerat creandum à Deo beatitudinis capax: de quo certissimum est, primū eius peccatum fuisse superbiam, Eccl. 10. *Initium totius peccati superbia.* Ita August. lib. 14. de Ciuitate capit. 13. Ambros. super illud Psal. 36. *Vidi impium super exaltatum.* Basilius in hom. Quod Deus non sit autor malorum. Anselmus libr. de casu diaboli cap. 4. Hieronymus super Isai. 14. Chrysoft. homilia de Adam Ber. ser. 69. in Cant. Gregor. 34. Moral. cap. 14. Iā verò de inuidiæ peccato, quod mox post actum superbiæ commisit dolens de futuro humani generis bono certum etiā esse videtur, cum enim: *Sine fide impossibile sit*

placere

Hebr. 11. placere Deo. Hebr. 11. Certe Angeli, qui sunt in gratia creati, fidem habuerunt, vt docet D. Thomas 2. 2. q. 5. art. 1. antequam in gratia confirmaretur, qua cognouerunt Deum trinum & vnum, & ex tribus personis filium naturam humanam assumpturum, de quo in secundo instanti post peccatū Superbiæ ex Inuidia doluerunt. Tenent hanc sententiam de inuidia, scilicet diaboli. D. Tho. 1. p. q. 63. art. 2. & ante illum Basilius homi. de inuidia, August. lib. de libero arbitrio, cap. 25. & epist. 48. Cyprianus lib. de zelo & liuore. Greg. lib. 5. Mora. cap. 32. & 33. vnde mox homini recens creato per mulierem ex inuidia insidiatus est, & illū peccato, mortiq; subiecit.

Diaboli tentationes externas Christus voluit experiri, Matth. 4. *Ductus est iesus abs spiritu in desertum, ut tentaretur à diabolo.* Causas verò, quare ab Spiritu sancto ad tentationes subeūdas fuerit ductus colligunt patres. Inter quos Ambros. in præfatione super Luc. 4. dicit. Voluisse filium Dei, non Angelum, aut Archangelū, sed potius seipsum nobis ducem in certamine cruento contra principem mundi huius exhibere. Secūdo Greg. in hom. super hunc locum. Hac, inquit ratione Christus tentationes nostras suis tentationibus vicat, sicut mortem nostram sua morte superauit, & Cyprianus sermone de tētatione. In hoc, inquit voluisse sapiētiam Dei suo nos exemplo formare. & contra tentationes documenta nobis proponere. Tertio Hilarius, voluit, inquit, filius Dei à diabolo tentari, nequis quantumuis sanctus sibi esse videretur, à tentationibus se putaret immunem. Deniq; Paulus ad Hebr. ait. *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris probatum per omnia pro similitudine absq; peccato.* Notat autem Gregor. loco citato, omnem diaboli tentationem contra filium Dei exteriorem fuisse non interiorem. Neq; enim primum Christus motum inordinatum habere poterat, neque circa cogitationem illicitam, vel minimum immorari, aut delectari, quia iuxta Sap. *Cādor est lucis æternæ, & speculum sine macula.* Fuit autem tentator Christi Lucifer princeps omnium, vt infra num. 15.

Diabolus primus & solus præcipuè reprobatus fuit, atque damnatus cum An-

gelis suæ factionis, vt igne cruciaretur eter-
no: homines verò reprobi consequenter. Vnde iudex ill's dicit: *Recedite à me male-*
dici in ignem æternum, qui paratus est diabo-
lo, & Angelis eius. Ex quo loco satis aperte colligitur diabolus, idest Luciferum superiorem fuisse natura cunctis Angelis, qui ceciderunt: p opterea enim dicitur: Et Angelis eius. An verò fuerit omnium ordinum supremus, quæstio est inter auctores. Nam Damascenus lib. 2. de Fide cap. 4. non quidem supremum omnium, sed caput existimat fuisse infimæ Hierarchiæ, quæ terrenis præ est. At probabilior sententia est omnium nouem ordinum fuisse supremū, sicut Greg. asserit lib. 32. Moral. cap. 24. & hom. de centum ouibus: quia de illo dicitur apud Ezech. *Omnis lapis pretiosus operimentū tuū.* & cap. 31. *Cedri nō fuerūt altiores illo in paradiso Dei.* Idem tenet D. Tho. 1. p. q. 63. art. 7. & omnes Theologi Scholasti in 2. sentent. Quomodo autē dæmones igni materiali torqueantur diximus supra in verbo Cruciare.

Diabolo consentire tentanti, vel resistere in nostra potestate est, iuxta illud Eph. *Nolite locum dare diabolo.* & Iacobi: *Resistite diabolo, & fugiet à uobis.* Maxime postquam victus à Domino prius in deserto, deinde in Cruce & Resurrectione fuit. De quo exponit Hieronymus illud Abacuc. *Ante faciem eius ibit mors, & egre dietur diabolus ante pedes eius.* Hoc, inquit, est quod dicitur: *Statim cum uenerit Dominus in Iordanem, & fuerit baptizatus, &c. Exeunt de aquis occurret diabolus, & ante pedes eius stabit mors: & coluber antiquus, qui quadraginta diebus tentauit eum in deserto,* apud Matth. & Marc. Hæc Hieronymus. Victus autem à Domino in deserto facile Satanæ superatur à nobis. Notat etiam Hieronymus ibidem Septuaginta pro morte, & diabolo transfuisse verbū. Et ratio fuit, quia in Hebræo habentur tres literæ Res, Beth, Daleth, quibus si apponatur punctus Pathac Dabar verbum significat: si verò Deber, pestē & mortem. Deniq; Aquila sic interpretatus est. *Ante faciē eius ibit pestis.* Symmachus. *Ante faciē eius præcedet mors.* Quinta editio ante faciē eius ambulabit mors, &c. Deinde Aquila pro diabolo transfuit uolubile, Symmachus & Theodot. & quinta

Matth. 25.

Questio. Damasc.

Gregorius.

Ezech. 28. Ezech. 31.

D. Tho.

15 Eph. 4. Iacob. 4.

Hierony. Abac. 3.

Matth. 4. Mar. 1.

Hierony.

Aquila. Symmachus

Theodotio.

editio uolucrē Hebraicè dicitur Reseph. Tradunt autē Hebræi dæmonis esse nomen, qui principatum teneat inter alios: & propter nimiam velocitatem auis & volatile nuncupetur: ipsumq; esse qui in paradiso in figura serpentis mulieri sit loquutus, &c. Et iste est qui dicitur serpens, qui tētauit Dominum in solitudine. Hæc ex Hieronymo. Victo ergo Lucifero, accesserunt Angeli ad Dominū triumphantem, & ministrabant ei. Ideo Apostolus ad Hebræos: *In quo, ait, passus est, & tentatus, potens est his qui tentantur auxiliari.* De Ecclesia igitur dicit Isaias: *Urbs fortitudinis nostræ, Saluator ponetur in ea murus, & ante murale.* & Paulus. *Si Deus pro nobis quis contra nos?* Denique iste est Angelus qui ligauit draconem. De quo in uerbo Angelus lib. 1. dictum est.

Diabolus non in primo instanti peccauit, sed in secundo, sic intelligi debet illud 1. Ioan. 3. *Ab initio diabolus peccat,* quo testimonio abutuntur Manichæi, vt dicant diabolus fuisse malum in sua creatione, scilicet natura sua: contra quod August. disputat lib. contra Adimantum cap. 4. & exponit ab initio quo peccare cœpit non desinit peccare. Alioquin quo modo dicitur inquit Augustinus, lib. 11. de Ciuitate cap. 13. & 14. *Et in ueritate non stetit,* Ioan. 8. quia qui non permanit in ueritate, aliquando profecto in ueritate fuit, ad cuius contrarium peccando deflexit. Sic etiam explicat Chrysol. homilia 54. super Ioannem. In ueritate iustitiæ & sanctitatis, in qua conditus fuit non stetit. Et Leo Papa serm. 10. & Euthymius super Ioan. 8. Item apud Ezech. de Lucifero dicitur: *Tu signaculum similitudinis in paradiso Dei fuisti plenus sapientia & decore.* lege Damasc. lib. 2. de Fide, cap. 4. & D. Th. 1. p. q. 62. art. 5. Qui ergo non permanet in ueritate sequitur principē tenebrarum: qui verò permanet sequitur filium Dei, dicentem apud Ioannem: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris.*

Diabolus uocatur Iudas per imitationem non per naturam, Ioan. 6. *Nonne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est:* idest imitator diaboli. Sicut & Pater dicitur Iudæorum apud Ioannem, nō natura sed imitatione. *Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris uestri uultis per-*

Matth. 4.

Hebr. 2.

Isa. 26.

Rom. 5.

Apoc. 20. 16

1. Ioan. 3.

August.

Ioan. 8.

Chrysol.

Leo Papa. Euthym. Ezech. 28.

Damasc. D. Tho.

Ioan. 8.

17 Ioan. 6.

Ioan. 8.

ficere, ille homicida erat ab initio. Aug. lib. contra Adimantum cap. 4. putat Iudæos duobus modis filios appellari diaboli, scilicet doctrina & imitatione, & lib. 1. retrahat. cap. 22. dicit Phariseos filios fuisse diaboli imitatione. An verò filij fuerint diaboli incubi illi quondā gigantes, de quibus fit mentio Gen. 6. dicemus in uerbo Filius. Postremò quod diabolus dicitur immisisse in cor Iudæ, vt traderet Saluatorem apud Ioan. nō intelligitur cœgisse uoluntatē eius, sed cogitationem in gesisse, cui traditor libere consensit. Neq; post bucellā intrauit in Iudā, sicut in energumē, sed per tentationem uehementem, & confirmauit in malo proposito, de quo in uerbo intrare.

¶ Diabolus, quibus nominibus in scriptura appelletur, dicit Hieronymus super illud Isa. 27. *Et occidet cetum qui in mari est.* de quo uide in uerbo Cetus.

August.

Gen. 6.

Ioan. 13.

Hierony. Isa. 27.

CAPVT V.

Dan, & Daniel.

DAN Interpretatur iudiciū. Fuit nomen filij Iacob de Bala ancilla suscepti, in cuius benedictione pater dixit: *Dan iudicabit populum suum, sicut alia tribus in Israël.* Deinde quia de eius stirpe nasciturus erat Sampson de illo præ dixit: *Fiat Dan Coluber in uia, cerasastes in semina.* Vt exponit Hierony. in traditionibus Hebraicis: de quo & nos diximus in dictione Cerasastes, & in uerbo Antichristus, qui futurus dicitur de tribu Dan.

Tribus Dan locum obtinuit in ultimo terre promissionis termino ad Septētrionem: de quo meminit Hieronymus in illud Hier. 4. *Vox enim annuntiantis à Dā.* Dan, inquit, tribus iuxta montem Libanum, & urbē, quæ nunc dicitur Paneas, Aquilonē respicit. Hæc prius Cæsarea Philippi uocabatur, de qua Matth. *Venit iesus in partes Cæsareæ Philippi.* Vbi est fons Dan qui coniunctus cum fonte Ior facit fluuium, qui inde Iordanis uocabulum fortitur, quod repetit Hieronymus super illud Ezechie. 27. *Dan, & Græcia, & Menzel in nundinis tuis.* Quod de nundinis dicitur, quæ olim in Tyro siebant, sed sicut nihil profuit insulæ Tyro, quod ad nūdinās eius de Dā, & alijs ferè omnibus

17 Gen. 49.

Hierony.

2

Hierony. Hier. 4.

Matth. 16.

Ezech. 27.

Matth. 16. orbis partibus concursus fieret, quominus propter sua scelera vastaretur, sic Nihil prodest homini si uniuersum mundū lucretur, animæ uero sua detrimentum patiatur.

3 Daniel vnus è quatuor Prophetis maioribus interpretatur iudiciū Dei, fuit de tribu Iuda, vt Hieronymus ait, super illud Dan. 2. Inueni hominē de uiris transmigrations Iuda. Fuit autem eunuchus, vt idem Hieronymus asserit super Dan. 6. vbi fatrapæ inuenire Danieli ex latere Regis, occasionem criminandi quærebant, videlicet ex verbo, vel dicto ad Regis concubinas, quæ dormiebāt in latere Regis, sed cum esset eunuchus inuenire minimè potuerunt. Idem tenet Origines homil. 4. in Ezechielē, & Iosephus lib. 10. antiquitatum, sequutus Hebræos, & Simeon Metaphrastes in vita Danielis. Quamuis alij dicant non fuisse quidem Eunuchū, vt Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in vita Danielis & Lyranus. Concordant tamen omnes autores perpetuam illum castitatem seruasse: cuius merito putat Damascenus lib. 4. de Fide, cap. 25. fuisse liberatum de lacu leonum. Cum ergo esset virgo fuit illi reuelata uirginitas matris Dei in lapide absciso de monte sine manibus, cap. 2. Quamuis prudēter barbaro Regi noluerit hoc sacrum reuelare mysterium, ne sanctum canibus daret.

4 Danielis scripta vt Hieronymus ait, in præfatione vaticinij eius ab Hebræis inter agiographa computantur, eo quod historias inferat. Non tamen negant esse Prophetam, neque Hebræi, neque Hieronymus, quod illi gratis Ruffinus opposuit. Cuius ille suspicionem diluit lib. 2. aduersus Ruffinum. Imo in præfatione citata illud, inquit in præfatione commoneo. Nullum prophetarum tam aperte dixisse de Christo. Non enim solum scribit eum esse venturum, quod est commune cum cæteris, sed etiam quo tempore venturus sit docet, & Reges per ordinem digerit, & annos enumerat. Hæc ille. Accedit quod à Christo Propheta vocatur apud Matt. Cum uideritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta. Præterea Iosephus lib. 10. antiquit. cap. 12. Ei, inquit, reuelabatur aperte diuinitas. Vbi aperte, idest distinctè, & non confusè intelligit, non autem quod Deum clare uiderit. Lyranus etiam exponēs epistolam

Hieronymi in Pentateucum dicit: Danielē præ cæteris Prophetis clarius scripsisse de Christo. Idem docet Arboreus libr. 4. sua Theosophiæ capit. 23. Et certe sicut Ioanni inter cæteros Euangelistas uirgini altitudo se diuinitatis, & æternæ uerbi generationis clarius infudit, iuxta illud Matth. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deū uidebunt. Sic Danieli inter Prophetas propter uirginitatis mundiciem, clarius Spiritus sanctus loquutus est, & luculentius.

5 Cæterum aliqui rogant. Quare Daniel non fuerit iussus statuam auream adorare: quam erexit Nabuchodonosor, sicut tres eius socij, Dan. 3. Gloss. Respondet Daniēlem, vt pote Regis cubicularium Regi tunc assistisse, qui cum statuam suam non adoraret, neque eius cubicularij cogebantur, imo nec poterant à Regis abesse conspectu. Lyranus coniicit illum longe tunc abiisse, vel fortassis ægrotasse. Denique diuina prouidentia factum hoc est, quæ alia aliis certamina reseruauit, sicut etiam & præmia, iuxta illud Ioan. 14. In domo Patris mei mansiones multæ sunt.

CAPVT VII.

Daphne.

DAPHNE Locus est in Antiochia Syriæ fontibus irriguus. Vnde fuit Lucas Euangelista, inter alios autē fontes, vnus est præcipuus, de quo fit mētio Numer. capi. 34. Descendebant termini in Rablatha contra fontem Daphnem. Quod nomen adiectiuū esse putat Lyranus, sed eum, reprehendit Nebrisenfis in suis quin quagenis, quia Hieronymus super Ezechielē. Rablatha, inquit, nunc Syriæ notatur Antiochia propter fontē Daphnem, & 2. Macha. 4. dicitur: Onias continebat se in loco tutissimo Antiochiæ secus fontē Daphnem. De quo etiam Strabo lib. 15. Daphne, inquit, ingens est Lucas, & Opacus, quadraginta stadiis distans ab Antiochia Syriæ, aquis fontanis irriguus, in cuius medio sanum est Asylum Apollinis. Hæc ille. Quia ergo templum illud erat locus inuiolabilis dicitur loco supracitato: Onias continebat se in loco tutissimo, &c. Deniq; propter fontem Daphnem distin guitur

Antio-

Antiochia Syriæ, à duabus aliis eiusdem nominis, alia uidelicet in Cilitia, alia uerò in Caria. Dicitur autem Daphne, idest laurus, propter lauros quos ibi Pōpeius plātauit, in memoria cuiusdam foeminae nomine Daphne, quam ibi fabula refert in laurū fuisse conuersam. Sic religio Gentilium fabulis ad lasciuam prouocātibus plena fuit. E contrario uerò Dominus, Ego inquit, sum uia ueritas & uita.

CAPVT VIII.

Darius.

DARIUS Fuit rex Medorum ante alios, qui hoc postea nomine regnum Persarum tenuere. Hic cum Cyro rege, qui postea Medorū ad Persas transtulit imperiū, Babyloniam expugnauit: & in ea deuicta regnauit, de quo nulla mentio apud prophanos reperitur autores. Vnde magna quæstio est quis ille fuerit, omnes quippe Græci solū Cyrum autorem uictoriæ contra Babylonem celebrant: excepto Xenophonte in libro de Cyropedia, qui primum autorem belli contra Babylonios regem Medorum ponit. Quod non modicum indicium est, mendaces Græcos in historia quidem nimium Cyro fauisse, nostram uerò scripturam synceram in omnibus ueritatem proposuisse: quæ & Xenophōtem habet Gentilem Philosophum suffragantem. Iam uerò de Dario Medo & Cyri in hoc bello consorte uariæ sunt nostrorum sententiæ. Theodoretus super Danielē oratione. 6. putat hunc Darium fuisse filium filia Nabuchodonosor. Sed non quadrat: quia non debuit nepos autum destruere regnum. Secunda sententia hūc Darium dicit fuisse Hystaspis filiū, quam sententiā tenet Porphyrius super Dan. 9. quam refert ibi Hierony. & Tertullianus cōtra Iudæos. Et Cyrillus Catech. 12. Item Ioannes Anius in Berofo, & Ioannes Lucidus de emēdat. tēporū. Et Driedo li. 3. de Spiritu sancto, c. 5. p. 3. Ceterum hæc sententiā ex ignorantia procedit historia, quia Darius Hystaspis filius Persa fuit, hic autem noster Medus. Tertia uerò sententiā est hunc Darium esse Aftyagem, autem Cyri, ultimum Regem

Medorum. Quod aliquos sensisse refert Hierony. super Dan. 5. Sed Aftyages secundum omnes historias non legitur contra Babylonios bella gessisse. Quare restat quarta sententiā: Hunc Darium Medum esse filium Aftyagis, de quo inter omnes prophanos autores vnum habemus nobis Xenophōtem, qui dicit in libris de Cyropedia, Aftyagem habuisse filiū nomine Cyraxem: & filiam de qua natus est Cyrus. Hic ergo Cyrex, Darius quoq; appellatur, quod etiam tenet Iosephus lib. 10. Antiquitatum. & Hierony. super Dan. 6. Vbi ait Iosephus lib. 10. Antiquit. ca. 13. huius loci scribens historiam ita loquutus est, Darius autē qui Babylonicū destruxit Imperium, iuuantē se, & pariter dimicantē Cyro propinquo suo, annum uitæ agebat sexagesimū secundum, quādo cepit Babylonē. Eratq; filius Aftyagis, qui altero apud Græcos vocabatur nomine: tulitq; secum Danielē Prophetam: & adduxit in Mediam. Et vnum fecit è tribus principibus, qui regno eius præerant. Ex quo intelligimus subuersa Babylone, Darium reuersum esse ad regnum suum in Mediam, secum que adduxisse Danielē. Nemo ergo perturbetur, quod nunc in regno Darij, nunc in regno Cyri, Daniel fuisse dicatur. Hæc Hieronymus.

Ceterum quæstio adhuc est quomodo scriptura dicat Dan. 5. Eadem nocte interfectus est rex Balthasar, & Darius Medus successit in regno. Cum contra dicant omnes historie prophane, Cyrum in Babylone regnasse. Ad hoc respondet Hieronymus super eundem locum. Quod autē inquit, Vincēte rege Persarū, & Dario rege Medorum, solus Darius successisse in regno dicitur: ordo ætatis & propinquitatis & regni est. Darius enim sexaginta duorum annorum erat, & maius regnum Medorum quā Persarum legimus, & auūcusus, quia prior erat iure nature, successor regni debuit nominari. Accedit quod non omnino distincta erāt duo tunc Regna, Medorum, scilicet atq; Persarū, sed vnus Darius, uel Cyraxes rex erat utriusq; gentis cuius loco Cyrus Persas regebat. Deniq; ex præcedentibus Prophetarum uaticiniis constat, Babylonios à Medis fuisse cōterendos, sic Isai. Ecce ego suscitabo super eos Medos. Et Hiero. sanctificate con-

Est. 13. Hic. 13.

Lyran.

Matth. 7. Hierony.

Hierony. Ruffinus.

Matth. 24.

Origenes. Iosephus. Simeō Met.

Dorotheus. Epiphanius. Lyranus.

Damasc.

Dan. 2.

Matth. 7.

Hierony.

Hierony. Ruffinus.

Matth. 24.

Lyran.

Arboreus.

Matth. 5.

5

Dan. 3. Glossa.

Lyranus.

Ioan. 14.

δαφνη

Lyran. Nebrisenfis.

Strabo.

Ioan. 14.

דָּרְיוֹשׁ

Quæstio.

Xenopho.

Theodo.

Porphy. Hierony. Tertul. Cyrillus. Ioan. Anius. Ioan. Lucidus. Driedo.

Hierony.

Xenoph.

Iosephus. Hierony.

2 Daniel.

Hierony.

Est. 13. Hic. 13.

tra eam gentes Reges Media duces eius, &c.
 3 Darius ergo Medus, qui & Cyaraxes dicebatur, & Astyages capta Babylone regnavit anno vno, & reliquit regnū Babylonis, Medię, & Persię Cyro nepoti suo, sicut legitur in fine c. 1. 3. Danie. Deinde post Cyrū qui annis regnavit 29. fili⁹ eius Cābyfes, quē Esdras vocat Artaxerxem annis 8. qui impediuit opus templi, quod Hierosolymis reedificari Cyrus pater eius imperauerat. Deinde Magi regnarūt anno vno, & post eos Darius Hystaspis filius. De quo intelligendū est, quod legitur apud Esdrā sub Artaxerxe, idest Cābyse filio Cyri. Tūc, inquit, intermissum est opus domus Dñi in Hierusalē, & nō fiebat usque ad annū secundū regni Darij Regis Persarū. Hęc ibi, idest Darij Hystaspis filij, sic intelligit Bed. ex sentētia Iosep. li. 1. 1. antiq. c. 2. & 3. De hoc etiā Dario fit mētio, Zach. 1. & Agg. 1. qui tā pius fuit in Iudæos, vt mox vt regnū adeptus est, fecerit votū templū & ciuitatem Hierusalē reedificandi. Est autē de hoc mētio 3. Esdr. 4. Fuitq; templū anno eius sexto cōsummatum 1. Esd. 6. quod intellige vsq; ad Sancta. Nā quoad atria, & vestibula, non nisi anno quidē eiusdem nono cōpletum est, referēte Iosep. li. 1. 1. antiq. Nec contemnēda est sentētia Lyra. qui hūc Dariū Hystaspis, dicit fuisse Assuerū maritū Esther, cuius tempora potuit attingere Mardochæus.

Darius alius magnus fuit vltimus Rex Persarū: de quo fit mētio 1. Mach. 1. qui fuit ab Alexandro Magno deuictus: de quo visio extat Dan. 8. Arietis & Hyrci. Fuitq; 14. Rex Persarū, vt referūt Diodor. Iusti, Euseb. Hierony. & Beda, cūq; magnas cōgregasset opes, sexto anno regni sui omniū fecit cū vita animaq; iacturā. Vnde filius Dei dicebat. *Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patiatur?*

CAPVT IX.

Dauid.

777
 I
 Hierony.
 DAVID Rex primus fuit de tribu Iuda post Saulē, qui fuerat de tribu Benjamin. Dauidicū autem regnum durauit vsq; ad Iechoniam, & Sedechiam sub captiuitatē Babylonis, vt notat Hierony.

super illud Ezech. Et tu prophane tolle coronam. Nō dubium, inquit, significari Sedechiam, in quo regnum Israël de stirpe Dauid finitum est. Porro inter Sedechiā Regem, qui regnum Dauid perdidit, & Christum, qui in æternum illud recuperauit: duces fuerunt de stirpe Dauid, & de tribu Iuda, vsq; ad Machabæos, qui linea quidē paterna de tribu Leui sacerdotes, sed linea materna de tribu Iuda Reges fuere, quę coniuncta cū sacerdotali cōiugali vinculo fuit. Et sic impleta est Prophetia Iacob. *Nō deficiet sceptrū de Iuda, & dux de femore eius donec ueniat qui mittendus est. De intercisione uerò regni Dauidis ipsemet scripsit Psal. 88. Tu uerò repulisti, distulisti Chriſtum tuum. Item. Et sedem eius in terra collisti: de quo Aug. li. 17. de Ci. c. 12.*

Dauid interpretatur manu fortis, vt inquit Hieron super Isai. 32. qui vsq; adeo fortis fuit, vt iunior adhuc ouē de ore urſi & leonis extraxerit: in quo figura quidē fuit Christi, qui dixit apud Ioan. Ego cognosco oues meas, &c. & non rapiet eas quisquam de manu mea. Fuit etiam mansuetudine insignis, sicut in Psal. dicitur: *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Vnde & inimicos dilexit, iuxta illud Matth. *Diligite inimicos uestros, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Propterea sæpè in Euangelio filius Dauid nominatur propter virtutes eius, quas referebat Matth. 15. &c.

Dauid Lyrico carmine Psalms conscripsit, vt testatur Hiero. super Hier. 1. 1. Controuertitur uerò inter patres, an omnes ille Psalms conscripserit: de quo sunt duæ sententiæ. Altera est, multos fuisse autores Psalms, qui ponuntur in titulis, paucos autem, uidelicet nouem à Dauid fuisse cōpositos, nihilominus tamē omnes ab eo tanquā à principali denominatos. Hanc sententiam tenuit Hieronymus in explicatione Psal. 89. ad Cyprianū, & Lyran. in expositione eiusdem Psal. & Hilar. in prologo explicationis Psalms, Chry. ho. 1. in Psal. 50. & Ambrosius in præfatione in Psalms. Ratio autem quare nouem Psalms Dauidi tribuuntur est, quia isti duntaxat in titulo Dauidis sunt, qui uerò habent titulū alterius, illi dantur cuius titulum habent. Qui tamen nullum titulum præferunt, auctori quidē applicantur præcedentis proximē

Ezech. 21.

Gen. 49.

Psal. 88.

Auguſt.

2

1. Reg. 18.

Ioan. 10.

Psal. 131.

Matth. 5.

Matth. 11.

Matth. 15.

3

Hierony.

Hierony.

Lyranus.

Hilarius.

Chryſost.

Ambrosi.

Psalms.

Arboreus
 August.
 Calsiodor.
 Beda.
 Theodo.
 Glossa.
 Euthym.

Psal. 71.

Euthym.

Act. 7.

Act. 2.

4
 Quæſtio.
 1. Reg. 28.

Lyra.

Burgensis.

Caietan.
Burgens.

Psalms. Huic sententiæ subscribit Arboreus lib. 4. Theosophiæ. c. 2. 2. Caterum alia sententia est Augustini, Calsiodori, Bedæ, Theodreti, Glossę, & Euthymij, omnes Psalms à Dauide fuisse cōpositos. Quod probat acutē Augustinus, li. 17. de ciuitate. cap. 14. & in prologo super Psalms. Quia scriptura singulis scriptoribus libros suos cōnectit, sed Psalms qui habent titulum Moyſi, non ponuntur inter libros Moyſi, cum tamen ponantur cātica, quæ composuit, quale est illud: *Audite celi quæ loquor, & cātemus Domino gloriose?* Item inter libros Salomonis non ponuntur Psalms, qui titulū eius habent: imò in Psalms. 71. qui habet titulum Salomonis, dicitur hic complentur orationes Dauid. Ergo Dauid composuit illum vt concludit Euthymius. Item Psalms. 131. non habet titulum, & Stephanus in Actibus dicit esse Dauid. Et in 2. Psal. non ponitur titulus, quem tamen esse Dauid Petrus Apostolus asserit Act. 2. Quare hæc sententia posterior Augustini iure optimo priori præfertur; est quæ certo tenendum, Dauidem omnes Psalms composuisse: nam tituli longo post tempore positi sunt. Videlicet post Babylonicam populi captiuitatem, neque ex titulis subinde sufficiens ducitur argumētū.

Quæstio præterea est inter autores, quomodo Dauid dixit. 1. Reg. 28. Regi Philistinorum Achis cōgreganti contra Saul & populum Israël exercitum copiosum. *Nunc scies quæ facturussis seruus tuus.* Ad quod respondet Lyranus licite potuisse Dauid pro Philistiæis contra populum Dei præliari, vt eorum auxilio recuperaret regnum Israël, quod illi promiserat Deus. Sed contra Paulus Burgensis impugnat Lyran sententiam, quamuis enim vnctus esset Dauid rex, non tamen ius acceperat vsurpandi regnum armata manu. Deinde si percusserat Dauid cor suum, eo quod oram Chlamydis Saul, in spelunca præcidisset, nec ausus fuerat Saulem tangere cum bis potuisset occidere. 1. Reg. 4. & 26. Quomodo nunc infidelium copiis debellasset eum? Dicendum ergo melius, Dauid quidem ambigue loquutum. Dixit enim: *Nunc scies quæ facturussis seruus tuus.* Vbi nulla est promissio præliandi. Nec intendebat præliari: vt Caieta, dicit sup. 1. Reg. 21. & Bur-

genſis. Item Dionys. Carthusianus, sed am biguè loquutus diuinæ se prouidentia commisit, in quo nullum peccatum fuit, licitum est enim quando non rogamur quidem iuridice, vt verbis ambiguis ad nostram nostrorumq; salutem. De qua prudentia Dominus dicit apud Matth. *Estote ergo prudentes sicut serpentes.*

Quæri etiam solet quod peccatū commiserit Dauid, in enumerando populū? quia legitur. 2. Reg. 24. *Percussit cor Dauid eum postquā numeratus est populus.* Ad quod Glossa & Lyranus respondēt: fuisse peccatū elationis. Vnde cum Ioab numerum populi collegisset, qui ponitur. 1. Paral. 21. *Mille millia, & centum millia de Israël, & de Iuda quadringēta, septuaginta millia.* Ne tamen nimium rex superbiret detractis de illo numero plurimis, dedit illi Ioab numerum qui habetur hoc loco, vt notat Glossa, uidelicet inuenta sunt de Israël, octingēta millia; & de Iuda quingēta millia. Cōmisit præterea peccatū aliud hoc loco Dauid, vt notant Lyran. & Dionysius contra præceptum Domini, Exo. 30. *Quando tuleris summam filiorum Israël, iuxta numerum dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino: & non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti.* Erat autem pretium dimidium sicii, quod tūc populus minimè soluit. Ideo sunt pestilentia percussi. Obedierunt enim Regi facienti numerare populum: & oblitū sunt dare Deo, quod suum erat. Ideo Dominus in Euangelio, ne quid simile contingat hortatur. *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Matth. 22.

Dauid aliquando ponitur in scriptura pro Christo, qui erat de stirpe eius nasciturus. sic Ezech. 34. *Suscitabo super eas pastorem unum, Dauid seruum meum: ipse pascet eas.* Vbi Hieronymus ilte inquit, est pastor qui dicit in Euangelio: *Ego sum pastor bonus,* Ioan. 10. secundum quod formam serui dignatus est assumere. In eodē sensu dicitur Hiere. 23. *Ecce dies uenient dicit Dominus: Et suscitabo Dauid germē iustitiæ.* Vbi Hieronymus, ipse inquit, est pastor pastorum, & Dominus dominatium: uidelicet Saluator noster, qui est germen iustum: de quo Psal. 71. *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia in pacis.* Ideo in ortu eius Angeli cecinerūt: *Et in terra pax.* Luc. 2. Sic etiam de Christo Dño iuxta

Carthuf.

Matth. 10.

5
Quæſtio.

Gloss.
Lyra.

1. Para. 21.

Lyran.
Carthuf.
Exo. 30.

6
Matt. 22.

Ezech. 34.

Ioan. 10.

Hiere. 23.

Psal. 71.

Luc. 2.

Ose. 3. litera exponit Theod. Ideo libenter Christus in Euangelio: *Vocabatur filius David.* Mat. 1. & 15. & 22. vbi Pharisei rogati cuius filius esset Messias, dixerunt *David.* Sed pro Christo accipitur Ose. 3. *Post haec reuertentur filii Israel, & querent Dominum Deum suum, & David regem suum, id est Christum filium David, qui conuersurus erat Iudaeos, vt Ioannes ait quantum ad electos. Quia moriturus erat pro gente, & non solum pro gente, sed ut filios Dei, qui dispersi erant, congregaret in unum.*

7 August. David in Scriptura peccatum scribitur ad cautelam, quia vt inquit Aug. in prologo Psal. 50. *Casus maiorum est timor minorum.* Et Chrysol. ibidem. *Cum videro iustum supplicatum, contritor quidem, sed cautior inuenior.*

CAPVT X.

Dare, Datum.

DARE Dicitur Hebraice Iahab: item dicitur Nathan Gen. 25. Dare est, qui dominium habet prebere aliquid alicui. Dare autem per excellentiam dicitur Deus cui proprium est dare, quia est Dominus omnium. Vnde: *Beatius est magis dare, quam accipere.* Quia scilicet dando, magis ad Dei similitudinem accedimus, quam accipiendo: praesertim quia bonum natura sua est sui diffusiuum; vt inquit Dionys. lib. de diuin. nominib. & summum bonum summum communicatiuum: ideo quidem dando magis, quam accipiendo ad similitudinem summi boni appropinquamus. Solius autem Dei est dare omnibus omnia, sic in Act. *Cum ipse subaudi Deus, det omnibus uicem, & inspirationem, & omnia.* Item Deus dicitur dare flatum uiuentibus in Isa. *Hec dicit Dominus, &c. firmas terram, & quae germinat ex ea, dans flatum populo, qui est super eam, & spiritum calcantiibus eam.* Vbi distinguit flatum ab spiritu, quia ille temporalis est, quo uidelicet ad tempus respiramus, hic uero rationalis manet post mortem, in Eccl. *Donec reuertatur puluis ad terram suam unde erat: & spiritus reuertatur ad eum, qui dedit illum.* Quauis aliqui apud Isaiam spiritum accipiant pro Spiritu sancto, potius quam pro anima humana, sicut Athanas. lib. de Fide unitatis & Trinitatis, Basil. lib. de Spiritu sancto. c. 2. Ireneus lib. 5. & Hierony. super eundem locum Isa. quae spiritum Deus dat non tam habitat

tibus corde quidem in terra, de quibus in Apo. *Vae habitantibus in terra, sed calcantibus terram, id est terrenos affectus; vsq; adeo vt Apostolis terreno quodam affectu diligenter tibus carne. Christi mortalem Dominus dixerunt: Si ergo non abiero. Paracletus non ueniet ad uos.*

Dare dicitur Deus pluuia absolute in signum potentiae: in signum uero misericordiae dicitur illam dare in tempore suo. De priori Iob ait. *Qui dat pluiam super faciem terrae, & irrigat aquis uniuersa.* Hoc autem secundum adiecit propter terram Aegypti, quae non conpluitur, sed aquis Nili rigatur. Ita uero de posteriori in Leuit. *Si in praecipitis meis ambulaueritis, dabo uobis pluias tempore poribus suis.* Ergo quando non dat, flagellum Dei est, sicut tempore Eli, quo orante: *Non pluit super terram tribus annis, & mensibus sex.* De pluuia uero spiritualis gratiae dicitur in Isai. *Et contaminabis laminas sculpilium, &c. Et dabitur pluuia seminituo, ubicunque seminaueris in terra.* Quod non potest commode intelligi de pluuia materiali, quia pluuiae penuria passus est Abraham, semel & iterum, & Iacob, qui tamen idola confregerant, sed de spirituali, quae datur non solum idolis abrenuntianti, sed & avaritiam, quae idolorum dicitur seruitus, excutienti. Sic explicat Hierony. Cyril. & Lyra. Hec pluuia data est Ceterioni, qui relictis idolis Deo credidit tanto charitatis ardore, vt Synagoga Iudeis & difcauerit, & Dominus de illo dixerit: *Non inueni tantam fidem in Israel.* Item Chanane, quae relictis idolis clamabat: *Iesu fili David misere mei.* De pluuia quoque doctrinae legis gratiae legimus in Zachar. *Petite a Domino pluias in tempore serotinis: & Dominus faciet niues, & pluias, & imbres dabit uobis.* Quod de Euangelica doctrina, quae respectu ueteris testamenti data est tempore serotino exponunt Hierony. Rupert. & Lyran. quia loquitur de frumeto electorum, & uino uirgines germinante, ad quod iuuat Euangelica pluuia dicens: *Sunt quidam, qui se castrauerunt propter regnum caelorum.* Quod uero Propheta dicit: *Et Dominus faciet niues: mēdose legitur, quia in correctis Bibliis Hierony. & apud auctorem Lexici Bibliorum Compluten sium habetur Dominus faciet nubes.* Et uox Hebraea id aperte significat, vt patet ex Pagnino in thesauro. Nubes ergo Dominus fecit, quando primum Apostolos elegit. Deinde: *Designauit alios septuaginta duos.* De quibus Isa. *Qui sunt hi, qui sicut nubes uolant.*

4 Dare dicitur Deus animalibus escas & hominibus in signum prouidentiae, quae non despicit ea quae condidit: & ut spem ingerat iustis, ne propter alimentum acquirendum iniustum aliquid committant, sic Iob. *Dat escas multis mortalibus.* Vbi non dixit, omnibus sed multis quia illis qui per fas & nefas victum quaerunt, non tam Deus quam peccatum suggerit escam. Ideo in Psal. legimus: *Miserator & misericors Dominus, escam dedit timentibus se.* & in alio Psalm. *Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das escam illorum in tempore opportuno.* Quasi dicat, illi qui non sperant in te, sed in fraudibus, sunt quasi non sint: neque in numero omnium clauduntur, sed ab esse gratiae potius excluduntur. ideo dicit apud Matth. *Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adicientur uobis.* Sed ut magis spes excitetur, iubet ut petamus: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Quod de pane quoque materiali posse intelligi notant Hierony. & Cyprianus, sic etiam explicant Chryst. & Theophyl. quamuis enim Graece sit, *επιούσιον*, super substantialem, & ideo de Eucharistia principaliter intelligant Hierony. & Cyprianus, & in rigore ita sit, quia tamen apud Lucam uocatur quotidianus: uidetur Lucas declarasse, quod apud Matthaeum erat, scilicet super substantialia quoque dici, quod ad substantiam nostram corroboranda postulam alimentum quotidianum. Et ita explicat Basilius. quae 252. in Compendio explicatis, superadditur enim nostrae substantiae, ideoque substantiale uocatur.

5 Dare dicitur Deus benedictionem, id est abundantiam, vel in temporalibus, vel in spiritualibus. Et de spirituali quidem augmento dicitur Psal. *Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de uirtute in uirtute, pro legislator, Hebraice habetur More, doctor, sed in idem recidit. Quia hoc differt inter legislatorem legis ueteris, & Christum legis gratiae doctorem, quod ille dare benedictionem gratiae ad legem implendam minimè potuit, quia Neminem ad perfectum perduxit lex, sed Christus dat gratiam Ioan. 1. De plenitudine eius accepimus omnes, gratiam pro gratia, ideo cum difficile quippiam iubet, praemittit filius Dei: *Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros.* Ego inquit, gratiae largitor, &c. de quo Propheta: *Dabis eum in benedictione in saeculum saeculi.* Vbi Genebr.*

allegat Rabbi Kimhi, qui alludi putat ad illud Gene. *In semine tuo benedicetur omnes gentes, quod semine est Christus, vt ad Gal. dicit Apostolus: Datur ergo in benedictione Christus, ut omnes electi non nisi in illo benedictione spirituali accipiant.* Ideo clamabat apud Matt. *Venite ad me omnes qui laboratis, &c. & ego reficiam uos, & apud Ioan. Qui sit ueniat ad me & bibat, subaudi benedictionem.* De temporaliter uero benedictione dicitur Leuit. 25. *Dabo benedictionem anno sexto: & faciet fructum trium annorum, quod promisit Iudaeis Dominus in proemium eleemosynae, quam facturi erant anno septimo, de fructibus sponte nascentibus, & certe illis tanquam pueris lactaneis, mox in praesenti proemium temporale dabatur: nobis autem quasi prouectioribus in aeterna uita promittitur.* Facite inquit nobis amicos de mamona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in aeterna tabernacula.

Dat Deus seruis suis quasi quinq; talen lenta, iuxta parabolam Matt. 25. *Dat inquam liberaliter Deus, sapientiam, prudentiam, intellectum, & scientiam supra scientiam seculare & directionem operum.* Psal. *Intellectum tibi dabo, & instrua me in uia hac, qua gradieris.* Vbi speciale iustis prouidentiam promittit, sic Iob. 32. *Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam, de quo Psal. 118. Et intellectum tuum dabo paruulis, id est humilibus, de hoc apud Matth. *Cofiteor tibi pater, &c. Quia abscondisti haec a sapientibus, & prouidentibus, & reuelasti ea paruulis.* Hec prouidentia dona petebat Salomon. *Dabis, inquit, seruo tuo cor docile, id est quod sit docile a Deo & ab hominibus ex Pro. 2. Quia Dominus dat sapientiam. Praecedit autem conditio, si inclinaueris inquit, cor tuum prudentiae, si quaesieris eam quasi pecuniam.* Vbi humilitas & diligentia requiruntur, ut detur nobis sapientiae talentum. Sic datum est Regibus Magis summa in Hierusalem humilitate, & diligentia quaerentibus: *Vbi esset qui natus est rex Iudaeorum?* Item Apostolis qui diligenter a filio Dei quaerebant mysteria fidei, ideo dicebat illis Dominus: *Vobis datum est nosse mysteria regni Dei, ceteris autem in parabolis.* Et certe nisi Deus specialiter dederit intellectum, omnium nostrum oculi caligabunt, iuxta illud Sap. 9. *Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam?* de quo apud Luc. martyribus suis dicit filius Dei: *Ego dabo uobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, aut contradicere om-**

nes aduersarij uestri. Itē ipse dat linguā eru
ditā. If. 5 o. b. & dicere ex sentētia Sap. 7.
Ideo Paul. rogabat Ephes. 6. *Vt detur*, in-
quit, *mibi sermo in apertione oris mei*. Sic
dat Deus cor perfectū. 2. Reg. 29. Item.
Dat *ueram lætitiā*. Psa. 50. *Auditui meo
dabis gaudium & lætitiā*. & Psalm. 4.
quæ de spe nascitur boni: dat itaq; talenta
quinq; idest intelligentiā quinq; sensuum
spiritualiū, vt notat Greg. Dat visum spiri-
tualē. Psa. 8. *Videbo cælos tuos*. Dat audi-
tū spirituale. Ps. 84. *Audiam quid loquat-
ur in me Dñs Deus*. Dat gustū. Ps. 33. *Gus-
tate & uidebo quam suavis est Dñs*. Dat olfa-
ctū. Cant. 1. *Trabe nos post te, & curremus
in odore unguentorum tuorum*. Dat tactum in-
tellectuale. Sicut Gabriel tetigit Danielē
c. 10. ista sunt quinq; talenta. Porrò duo
talenta sunt intellectus supernaturaliū, &
operatio miraculorum, vt Greg. ait.
Dat iustis Dñs petitiones cordis, Psa.
*Delectare in Dño, & dabit tibi petitiones cor-
distui*, idest familiaris esto Deo in oratio-
ne, & spem tua in eo colloca, vt exponit
Theod. & obtinebis. Simile est quod fi-
lius Dei dicit: *si quid petieritis Patrem in
nomine meo dabit uobis*. Quarunt autē ex-
positores, quid sit petere in nomine Chri-
sti. Ad quod Greg. in homi. dicit: In Sal-
uatoris nomine petere, qui nō petit cōtra-
ria salutē. Aug. tract. 102. idē ait: & addit,
vt recta fide petamus. Præterea Cyril. su-
per eundē locū. & Chryf. ho. 7. in super
adiiciunt, vt petamus sola cōtemplatione
meritorum Christi: & nō propter merita
nostra, ita vt sicut olim petebatur propter
Abrahā, Isaac, & Iacob, multo nūc melius
propter Christū petamus, totam in eo no-
stram fiduciam reponētes, quæ expositio
multū quadrat. Præterea circa illud, quod
dicitur: *Dabit uobis*, Aug. tra. 102. intelli-
git non esse certam impetrationē, quando
pro aliis oramus, & nō pro nobis, itaq; vt
certa sit, petere debemus pro nobis, quia
scriptū est: *Dabit uobis*. Sed huic expositio-
ni videtur ob stare, quod legim⁹ 1. Ioā. 5.
*Qui scit fratrem suū peccare peccatū non ad
mortem, petat & dabitur ei*. Ergo, vt inquit
Basil. Regu. 261. Nihil differt, si pro no-
bis, aut pro alio peccante peccatū non ad
mortē petamus, quia utrobq; impetratio
promittitur: quod super hunc locum To-
letus quoque Cardinalis Noltei adnota-
uit. Peccat autem ad mortem qui obstina

tus est in malo, neq; desiderat resipiscere.
Dedit Pater æternus Christo gentes in
hereditatē. Psa. 2. *Postula à me, & dabo tibi
gentes hereditatem tuam*. Quod intelligit se-
cundum humanam naturā Theod. hic &
Theoph. super Heb. 1. & Cyril. li. 1. in
Ioan. Quia secundū deitatem omnī est
natura Dñs: dicitur autem hereditas pos-
sessio, vt possideat gentes per fidē & chari-
tatē, tanquam peculiū suum, in cuius pi-
gnus natū in Bethleē Saluatorem Magi
vt primitiæ gentium adauerunt.
Dedit nobis fili⁹ Dei claritatē diuinitatis
suę nostrā assumens humanitatē Ioā. 17.
Ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut
sint unū, sicut nos unum sumus. De cuius in-
telligētia variæ sunt sentētiæ. Prima Au-
gust. tract. 110. super Ioan. qui putat cla-
ritatē esse gloriā corporis, sed obstat quod
sequitur, vt sint vnū, sicut & nos: quia Pa-
ter non habet corpus. Secunda sententia
Chrysof. & Euthym. qui claritatē intelli-
gunt miraculorū, sed hæc non est commu-
nis omnibus electis, neq; enim omnes si-
gna faciūt, pro quibus Dñs hic rogat. Ter-
tia expositio est Ambros. lib. 5. de Fide,
ca. 4. qui filiationē putat dici claritatem,
quæ licet in Christo sit naturalis, in nobis
tamen est adoptionis: hæc sentētia proba-
bilis quidē est. Quāuis alia probabilior vi-
deatur, quæ claritatē intelligit ipsam verbi
diuinitatē: quæ simul cum carne datur no-
bis in Eucharistia, iuxta illud. *Ego sum pa-
nis uiuus qui de celo descendī, &c.* Et qui man-
ducat hunc panem, uiuet in æternū. Hanc ex-
positionem sequitur Cyrillus super Ioā.
& Hilarius lib. 8. de Trinitate.
Dare gratiā & gloriam potestate autho-
ritatis solius Dei est, Psa. 83. *Gratiam &
gloriam dabit Dñs*. & in Prou. *Et dabit capi-
ti tuo augmenta gratiarum*. Itaq; secundum
deitatem autor est gratiæ, secundū verò na-
turam humanā filius Dei potestate, quæ
dicitur excellentiæ, salutē confert, quā de
toto rigore iustitiæ propter vnionē ad ver-
bum nobis meruit. Ideo vocatur salutare
Dei in Ps. *Quis dabit ex sio salutare Israël?*
Vbi in neutro ponitur substantiue τὸ
σωτηριον illud salutare, vt intelligere-
mus personā Christi. Sic etia Hebræi hūc
versiculū intelligunt de tempore Messię,
de quo Psa. 84. *Ostende nobis Dñe miseri-
cordiam tuā, & salutare tuū da nobis*. Quod
impletum est, quando *Vocatum est nomen*

8
Psal. 2.
Theodoret.
Theophy.
Match. 2.
9
Ioan. 17.
August.
Chrysof.
Euthymius.
Ambro.
Ioan. 6.
Cyrillus.
Hilarius.
10
Psal. 83.
Prou. 4.
Psal. 13.
Luc. 2.

Luc. 2. eius Iesus. Id est Saluator sed quia nemi-
nem saluat, nisi per fidem uiuam, & sacra-
menta, vt peccator per hæc saluari possit,
dat ei locum pœnitentiæ Iob. 24. & Sa-
pien. 12. *Nemini autem dat spatium peccadi*.
Eccli. 15. *Quia dies hominis non ideo di-
latat, vt peccatis insistat: sed vt pœnitentiā
agat, iuxta illud Rom. An ignoras quod be-
nignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?*
Rom. 2. Dare dicitur Deus vocē in scripturis,
I I vel quando supplicium minatur, vel quā-
do in nubibus tonat, vel quando per os lo-
quitur Apostolorum. De primo legimus
Amos. 1. apud Amos: *Dominus de Sion rugiet: & de
Hierusalem dabit uocem suam*. Id est ille Do-
minus, qui colitur in Hierusalem, vt expo-
nit Hieronymus, terribilem dabit uocem
instar leonis, contra decem tribus ab Af-
syrīs capiendas. Similia uerba legimus in
Ioel. 3. *Dominus de Sion rugiet: & de Hierusa-
lem dabit uocem suam*. Sed hic locus intelli-
gitur de sententia finalis iudicii contra im-
pios. Videlicet: *Recedite maledicti in ignem
æternum*. vt idē explicat Hieronymus.
Hierony. Quia præcesserāt, *consurgant, & ascendant
gentes in uallem Iosaphat, & sequitur & mo-
uebuntur cæli & terra*. Quod Ruper. idem
esse putat, quod Luc. 21. dicitur: *Et uirtu-
tes cælorum commouebuntur*. In quo sensu
Ioel. 3. Psa. 67. *Dominus dabit uocem suam uir-
tutis*, scilicet in die iudicii, quando ca-
net tuba vt ait Hieronymus, Augustinus,
Calsiodorus & Glossa.
I 2 De secundo dicitur Psa. 17. *Et altissi-
mus dedit uocem suam*. tonando scilicet in
nubibus, & fulgurado, de quo Exo. 9. &
Psa. 45. & 1. Reg. 12. Postremo dat vo-
cem per Apostolos prædicando. Prouer.
1. *Sapientia foris prædicat, &c. & in pla-
teis dat uocem suam*. Quod Hieronymus
de Christo quidē intelligit, qui prius in-
tra Synagogam, deinde post resurrectio-
nem foras per totam orbem misit Apo-
stolos dicens: *Sicut misit me pater, & ego
mitto uos, & Matth. vlt & Marc. vlt. Cæ-
terum Lyran. Vatabl. & Iansen. de sa-
pientia Dei inuisibili ab initio mundi in-
telligi putant. Vnde in Hebræo legimus
in plurali, Sapiētia prædicant: id est mul-
tiplex Dei sapientia prædicat multifariā
per Prophetas, per Angelos, per Philoso-
phos, per Apostolos, per internas inspira-
tiones, & per omnes creaturas. Vnde Dñs
dicebat apud Luc. *Qui habet aures audien-**

di, audiat. Quia & cæli enarrant gloriā Dei
in Psa. & apud Iob. *Loquere terra & re-
spondebit tibi, & narrabūt pisces maris*. De-
niq; vox Dei in omnib⁹ resonat creatūris.
Dat Deus in Sion salutē. Isa. 46. *Dabo
in Sion salutē: & in Hierusalem gloriā meā*.
Quod Hieronymus iuxta historiam de
Cyro intelligit, qui captiuitatem Hierusa-
lē relaxauit: & de Dario Hystaspis, qui
tēplum reedificauit. Ita & Lyranus
ait. Sed Vatablus intelligit de Christo: de
quo in Hierusalem præsentato Simeō di-
xit, apud Luc. 2. *Quia uiderūt oculi mei, sa-
lutare tuum*. Quod parasti ante faciem omnīū
populorum, &c. & gloriā plebis tuæ Israel.
Sic etiam exponit Glossa interlinealis: &
plausibilior sensus est. E cōtrario uero da-
re dicitur Deus aduersa propter peccata
nostra, Isa. 42. *Quis dedit in direptionem
Iacob, & Israel uastanti, nome Dominus cui
peccauerunt*. Quod contigit, quando pri-
mum decē tribus ab Assyrīs, deinde Hie-
rusalē à Babyloniis desolata fuit. de quo
Ezech. *Dabo te in desertum*. Et cap. 6. *Dabo
cadauera filiorum Israel, ante faciem simila-
chorū*. Dedit etiam Deus populo pecca-
tori regem in furore suo, apud Osæ. 13.
Idest Saulem vt exponit Hierony. quem
præciebat malum futurum, sicut ē con-
uerso ad ostensionem misericordiæ, Hier.
3. dicit: *Dabo uobis pastores iuxta cor meū,
& pascent uos scientia & doctrina*. Videli-
cet Apostolos, & Apostolicos viros, quos
numero duodecim elegit, Luc. 6. *Et post
hæc designauit alios septuaginta duos*.
Dare fructum dicitur metaphoricè ius-
tus opportune Ps. 1. *Et erit tanquā lignū,
&c. quod fructum suum dabit in tempore suo*.
Quia iuxta Ecclē. *Omnia tēpus habent*. Sic
tēpore suo filius Dei: *Dedit dilectam animā
suā in manus inimicorū eius*. Hier. 12. *Quia
sponte Christus se morti tradidit, vt expo-
nit Hierony. & Origen. hom. 8. in Hiere-
miam. Greg. li. 9. Mora in illud terra da-
ta est in manus impij, idest corpus Christi
terrenum in manus populi Iudaici, & Pi-
lati, cui Dñs: *Non haberes potestatem aduer-
sum me ullam, nisi tibi datū esset de super: hoc
est ab eterno Patre*. de quo Ioan. *Sic Deus
dilexit mundū, ut filium suum unigenitū da-
ret. cuius sanguine irrigatæ uinæ floren-
tes dederūt odorem suum*. Idest Ecclesiæ ex-
gētibus credentes odore boni exēpli de-
derunt, & primitiæ gentium Magi, quasi*

Psal. 18.
Iob. 12.
23
Isa 46.
Hierony.
Lyranus.
Vatabl.
Luc. 2.
Glos. interl.
Isa. 42.
Ezech. 5.
Ezech. 6.
Osæ. 13.
Hierony.
Hier. 3.
Luc. 6.
Luc. 10.
14
Psal. 1.
Ecclē. 3.
Hier. 12.
Hierony.
Origen.
Gregor.
Ioan. 19.
Ioan. 3.
Cantl. 2.

vineæ novelle circuncisionis Domini ro-
re perfuse, odorem fidei vineæ longè la-
teq; sparserunt, vt explicant tres patres
citati à Theodoro. Tempore etiam con-
gruo filius Dei postquam ascendit in ca-
elum: dedit dona hominibus, idest misit Spi-
ritum sanctum Psal. 67. de quo vide in
verbo donum.

I 5
Dare pro terra silicem est bona tēpo-
ralia, & spiritualia iustis augere. Iob 22.
Si reuersus fueris ad omnipotentem edificabe-
ris, &c. Dabit pro terra silicem: & pro silice
torrentes aureos. Ita explicant Titelma-
nus, Lyranus & D. Thomas, idest om-
nia tibi in melius commutabuntur. Grego-
rius verò terram in silicem commuta-
ri dicit: Quādo vita carnalium in fortitu-
dinem boni operis transit: & pro fortitu-
dine boni operis, quasi pro silice, dantur
torrentes aurei gratiæ prædicationis: quod
planè Matthæo concessum est: post-
quam ad vocem Domini sequere me:
Surgens sequutus est eum, cap. 9.

I 6
Quādo verò voci Dñi vocatis homo re-
sistit, addit ex charitate flagell. Deus, iux-
ta illud Isai. Sola vexatio intellectum dabit
auditiui. Quia vt exponit Hieronymus. Se-
pe homo castigatus à Domino respicit,
sic latro vexatus in Cruce respicit. Sic Re-
gulus, cuius filius infirmabatur in Caphar-
naum. Sic Chananea in filia energume-
na male à dæmonio vexata. Sic de be-
stia legimus, quæ visa est Dan. 7. quasi
leona, & alas habere quasi Aquilæ, quæ
postquam vexata est, & auulsæ sunt alæ
eius: Cor hominis datum est ei, scilicet Regi
Nabuchodonosor post flagella data est
resipiscencia, vt exponit Hieronymus.
Sed contra hoc planè videtur illud facere
Iob 3. Quare data est misero lux, & vita his
qui amaro sunt animo? Vbi innuitur melius
esse homini à Domino de hac luce mox
auferri, quàm miseris in vita vexari. Sed
respondet D. Thomas, Iob loquutū qui-
dem esse humano more. Cæterum aliud
est consilium Dei, qui miseriam & flagel-
la permittit ad resipiscencia peccatoris,
& ad maius meritum iusti. Quod ostendit
satis exemplo languidi, qui triginta
& octo annorum infirmitate politus, tan-
dem sanitatem corporis & animæ conse-
quutus est Ioā. 5. Deniq; si neq; flagellis
Dei peccator in se reddit: destruit illum
Deus secundum iustitiæ diuinæ leges. Sic

dedit in cinerem Regem Tyri superbien-
tem dicens: Producam ergo ignem de medio
tui, & dabo te in cinerem. Quod secundum
Hieronymum, & Theodoretum tam Re-
gi Tyri, quàm Luciferi sub eius typo con-
gruit, quia apud Ioan. Dñs dicit: Nunc iu-
dicium est mundi, nunc princeps huius mundi
eiicietur foras. Vnde omnis eius cultus,
quo Satanas quasi Deus à gentibus cole-
batur in cinerem abiit.

I 7
Dedit Deus impios Iudæos in manus
Romanorū in vindictā necis suæ, Isa. 53.
Dabit impios pro sepultura, & diuitem pro
morte sua. Vbi Hieronymus exponit im-
pios Hierusalem Romanis traditos esse
pro morte & sepultura Domini, & diui-
tem illum populum in captiuitatem idcir-
co fuisse redactum: quod præuidens filius
Dei super ciuitatē ex misericordia fleuit.
Luc. 19.

Data est potestas Alexandro Magno
speciali Dei prouidentia ad puniendā cele-
ra gentiū: quod reuelatū est Danieli, quan-
do vidit bestiam quasi pardum habentem
quatuor capita, & quatuor alas. Et potestas,
inquit, data est ei. Ita exponit Hieron. Fuit
enim regnū Alexandri post eius mortem
in quatuor capita seu regna diuisum, neq;
tyranni quicquam contra subditos, aut im-
becillos possent, nisi Deo permittēte. Sic
etiā in Apoc. Sedenti super equum rufum da-
tus est gladius magnus. Vbi Bed. Anselm⁹,
Glossa, & D. Tho. dicunt: Perequū ru-
fum & equitē persecutores martyriū, &
maximè Romanos Imperatores signifi-
cari. vnde subdit: Et datum est illi ut sumeret
pacem de terra, & ut mutuo se interficerent.
Iuxta illud Luc. Eritis odio omnibus homi-
nibus propter nomen meum. Et Ioan. Venit
hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur se
obsequium præstare Deo. Et Matth. Tradet
autem frater fratrem in mortem. Item in eo-
dē. c. Apoc. de equo pallido. Et qui sedebat
super illum nomen illi mors: subditur: Et da-
ta est ei potestas super omnes quatuor partes
terræ. Quod de hypocritis, & maximè de
Antichristo prædictum est, vt videbimus
in verbo Equus, lib. 5. Quod si quis obii-
ciat quomodo ergo Christ⁹ dixit Ioā. 14.
Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.
Cū è contrario det tyrannis potestatem
auferendi pacem de terra? Respondendum
est: Pacem spiritualem atq; cælestem fi-
lium Dei Ecclesiæ dedisse: de qua cecine-

Ezech. 28.
Hierony.
Theodor.
Ioan. 12.
I 7
Isa. 53.
Hierony.
Luc. 19.
I 8
Dan. 7.
Hierony.
Apoc. 6.
Anselmus.
Beda.
Glossa.
D. Tho.
Luc. 11.
Ioan. 16.
Matt. 10.
Ioan. 14.

Luc. 2.
Luc. 12,
Isa. 26.
I 9
Psal. 126,
Matt. 6.
Theodoret.
Varablus.
Iansen.
Genebrat.
Hierony.
Glossa.
Cassiodor.
Matth. 20.
Ioan. 13.
Chrysoft.
D. Tho.
August.
Theophy.
I 20
Matth. 25.
Isa. 40.
Luc. 15.

runt Angeli: Et in terra pax hominibus bo-
næ uoluntatis. Pacem autem carnalem nō
solū non dedit, sed abstulit potius dicens:
Nō ueni pacem mittere in terram, sed gladiū.
Vnde quod legimus apud Isa. Domine da-
bis pacem, de recōciliatione generis huma-
ni cum Deo principalius debet intelligi.

I 9
Dat Deus dilectis suis somnium quie-
tum sine cōscientiæ remorsu. Sic legimus
apud Prophetam, Psal. 126. Cum dederit
dilectis suis somnum: Ecce hæreditas Domini,
filij merces, fructus uentris, idest impij in va-
num laborabunt surgentes ante lucem ad
fraudes, & nihil boni colligentes. Porro
dilectis suis dabit Dñs somnum quietum,
& erit illis hæreditas copiosa, & filij tan-
quam merces, & fructus vētris peccorum
& armentorū, iuxta illud Matth. 6. Quæ-
rite primum regnum Dei, & iustitiam eius, &
hec omnia adiciuntur uobis. Ita explicant
Theodor. Vatab. Iansen. Geneb. & He-
brei. Melius verò Hieron. Gloss. & Cas-
siodor. aliter exponunt, scilicet, cum dede-
rit Dominus dilectis suis somnium mor-
tis quietæ: ecce hæreditas cælestis erit eis,
quæ est filij Dei merces, quam ille quidē
operariis in vinea promisit apud Matth.
estq; filius Dei fructus vētris Mariæ ma-
tris. Præterea dedit Pater æternus filio om-
nia. Ioā. 13. Quia omnia dedit ei pater in ma-
nus, idest ab æterno per æternam genera-
tionē omnia æqualiter habet à Patre cum
Patre, vt exponit Chrysoft. & D. Th. &
rursus. Eadem accepit per vnionem hypo-
staticam temporalem, & vt Augustinus,
& Theophylactus aiūt, & ipsum Iudam
traditorem, & Iudæos persecutores ha-
bebat in manus, vt eos perderet si uolui-
set, at potius pro nobis sponte mori uo-
luit.

I 20
Dare dicitur De⁹ omni habēti Mat. 25.
Omni habenti dabitur, & abundabit ei autem
qui non habet, & quod uidebatur habere aufer-
retur ab eo. Sed huic sententiæ multa pri-
ma facie videntur esse contraria. Quia
Isai. 40. dicitur: Qui dat lasso uirtutem: &
certe lasso non habebat illam. Et pater de
filio Prodigio nihil habente dixit: Date an-
nulum in manum eius, & calceamenta in pedes
eius, &c. respondetur tamen. Duobus mo-
dis dicitur aliquis nō habere, uidelicet, qui
accepit & potuit habere, neque habere di-
gno uoluit, sed male usus est donis acce-
ptis, in quo quidē vsq; ad mortē obstina-

tus obiit, huic enim in die mortis, atq; iudi-
cij finalis auferetur dona, quæ uidebatur
in hac vita possidere, uidelicet fides super-
naturalis, & spes: item gratiæ gratis datæ,
quales illi, de quibus Matthæus: Domine
nonne in nomine tuo prophetauimus, & dæ-
monia eiecimus, & uirtutes multas fecimus?
& tunc confitebor illis: Amen dico uobis nescio
uos. Ab eo igitur, qui non habet cha-
ritatem, vt exponit D. Thomas, omnia
dona gratuita in fine tolluntur: illi uero
qui charitatē habet, coronæ aliorum, qui
eas perdidit, quodam modo dantur:
quia gaudium de illis recipit accidentale.
Cæterum qui non habet donum aliquod
petitq; illud cum debitis circumstantiis, si
expediat dabitur ei, iuxta illud: Petite &
accipietis; ut gaudium uestrum sit plenum.
In quo sensu Deus dat lasso uirtutem, &
peccatori pœnitenti gratiam, & opera-
tionem.

I 21
Dare nemo potest aliis meritum gra-
tiæ, & gloriæ cælestis de suo merito, nisi
Christus, qui gratiam solus capitis habet.
De cuius plenitudine nos omnes accepimus.
In quo sensu cum uirgines fatuæ præterent
prudenteribus: Date nobis de oleo uestro. Res-
ponderunt prudentes: Ne forte non sufficiat no-
bis, & uobis, ite potius ad uendentes. Quasi
dicant, merita nostra, & opera charitatis
uix nobis sufficiunt ad salutem, neque me-
ritis alienis saluari debetis, nisi meritis
Christi per sacramenta fidei, & opera bo-
na & meritoria. Ita Hieronymus. Gre-
gorius uero in homil. Date nobis de oleo
uestro sic exponit, laudate nos apud iu-
dicem. Caietanus quoque testimonium
bonum pro nobis reddite, quod nemo
quidem potest facere de aliena conscien-
tia, quàm plenè non nouit. Ita etiam D.
Aug. lib. 83. qq. q. 59. sed prior exposi-
tio Hierony. magis quadrat, quia oleum
pro bonis hic vsurpatur operibus. In eodē
sensu filius maior, uidelicet frater filij Pro-
digi patri dixit: Ecce tot annis seruo tibi: &
nunquam dedisti mihi hædum, ut cum amicis
meis epularer. Quia siue populus Iudai-
cus, siue quilibet iustus, nunquam accepit
gratiam capitis, vt redemptionem & re-
missionem peccatorum amicis suis im-
partiretur, sed solus filius Dei, de cuius
plenitudine nos omnes accepimus. Vt ex-
ponit Hieronymus in epistola ad Dana-
sum de explicatione huius parabole.

Matth. 24.
D. Tho.
Ioan. 16.
Ioan. 1.
Matth. 25.
Hierony.
Gregor.
D. Aug.
Luc. 15.
Hierony.

2 2 Dare secundū varia data quæ dātur variatur. Legimus enim dare symbola ad vescendū Pro. 2. 3. quod est comestationibus vacare. Item dare cōtra Hierusalē castra Ezechiel. 4. idest prædicare bellum. Dare quoq; dexteram in signum pacis, Gal. 2. & 1. Mach. 6. Dare animam suam in redemptionem pro multis, Matt. 20. idest vitam exponere ad saluandos homines. Item dare animam, idest homines, Genes. 14. ubi animæ pro hominibus accipiuntur, quos liberauerat Abraham de captiuitate. Dare præterea signum Isai. de quo egimus in verbo Concipere. Item dare signum Ionæ Propheta, de quo vide in verbo Adultera. Dare etiam Euangelistā, de quo in verbo Euangelium, & sic de similibus quære in locis suis, ne eadem sæpe repetamus.

¶ Dealbare, vide in verbo Album.

¶ De argētatum & Deauratum, in verbo Argentum & Aurum.

CAPVT XI.

Debere, Debitum, Debitor.

DEBITOR Dicitur Hebraicè Chob, vt patet Ezech. 18. vnde verbum Chieb debitorē facere.

Debere est ad aliquid obligatū esse. Sic Leu. 23. *Hæ sunt ferie, quas celebrare debetis.* Debitor autē est qui aliquid debet. Et certe solus Deus est, qui absolute loquendo, vt Theologi dicunt, nihil alicui debet. Iuxta illud Rom. *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Nihilominus tamen ex hypōthesi, vel suppositione, promissione sua se nobis voluit quodam modo obligare, diciturq; nostro more loquendi debitor. In quo sensu dicit per Isaiam. *Quid est quod ultra debui facere uineæ meæ, & non feci? Quæ sententia respondet ad quærelas eorum, qui dicunt: quare Deus qui promittit se homines saluaturum, non saluat quidem omnes, dicit enim apud Isai. Ego feci, & ego feram, ego portabo & saluabo.* Respondet itaq; Athanasius libr. de Passione & Cruce. Dominus ait in Isa. Nihil se prætermisisse eorum, quæ facta opus esset, & præstitisse plenius omnem diligentiam vineæ, &c. Nam ad vineam misit seruos semel; & iterum, & tandem fi-

lium, quæ occiderūt agricolæ apud Mat. Idem asserit Theoretus super Isaiam. & Chrysostomus super Matth. 18. Nulla, inquit, humana mens ex cogitare posset parem curam ei, quam Deus adhibet, qui etiam cum Deus esset, homo propter nos factus est. Hæc ille. Denique Paulus: *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum illo omnia nobis donauit? idest omnia remedia salutis? Quis enim vineam suam unigeniti filij summæ dilecti cruore rigaret? Et quam diligentiam ille prætermisisse putandus esset? Vnde Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundū, ut filiū suum unigenitū daret. Ad hoc facit illud Ps. 120. *Nō dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israël. Itē illud Cā. 8. Vineam eam corā me est. Et Il. 49 Ego non obliuiscar tui, in manibus meis scripsi te.* Sed homo Deo plerunq; resistit. Matth. 23. *Quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit.**

Debet peccator Deo decem millia talenta. Matth. 18. *Et oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta.* Quod Origenes homil. 7. in Matth. peculiariter exponit de doctore pessimo, cuius sunt grauiora peccata, cæteris paribus, quam totius populi propter personæ, & muneris dignitatem. Secunda expositio Augusti. qui decem præcepta violat, decem millium talentorum debitor est: qui verò vnum, aut alterum ex mandatis prætergreditur, quasi centum denarios debet. Tertia explicatio Hieronymi grauiora peccata, vt puta proditionem, homicidiū, adulterium, quasi decem millia talenta reputari: leuiora verò, quasi centum denariorum debitum esse. Quarta sententia Chrysostomi, sola peccata contra Deum directè commissa debitum esse decem millium talentorum, vt puta blasphemiam, infidelitatem odium Dei. Quæ verò contra proximum patrantur centum denariorum reputari. Quæ expositio magis mihi hæere literæ planè videtur. Quia intentio Saluatoris erat, vt proximis contra nos peccantibus dimittamus, ostenditq; rationi consentaneū esse, vt parua contra nos patrata cōdonemus, quādo ipse nobis grauissima cōtra diuinā eius maiestatem commissa, pœnitētibus spōte dimittit. Peccatū quippe contra Deū pœnam meretur

Theodoret. Chrysof.

Rom. 8.

Ioan. 3.

Psal. 120.

Can. 8. Isa. 49.

Matth. 23.

2

Matth. 18. Origenes.

August.

Hierony.

Chrysof.

תוב

I

Leuit. 23.

Rom. 11.

Isa. 5.

Isa. 46.

Athanas.

Matth. 21.

promeretur, quod verò contra proximū sit, si separes offensam, quæ ibi cōtra Dei præceptum includitur, & solā proximi leuionem attendens solum meretur temporale supplicium, idq; modicum, quod notat Aug. super illud Psal. 50. *Tibi soli peccaui.* Vbi Dauid læsionē Vriæ, quasi nihil curat, sed de sola Dei offensa sollicitus est. Postremo ex hoc loco deducitur in Scriptura sancta debitū vocari peccatū. Vnde apud Matth. dicitur: *Dimitte nobis debita nostra.* Et debitor est peccator, sicut apud Luc. Dñs ait: *Duo debitores erant cuidam fornicatori.* Vbi notandum vocari Deū fornicatorem, cui debemus non solū dona, quæ ab eo recipimus, siue naturalia, siue supernaturalia, sine vicio peccati cōseruare, sed etiam cū fructu, & cum vfuris, iuxta illud Matth. *Et ego cum usuris exegissem illud:* de quo in verbo Talentum.

Debitorum sunt prælati populis subiectis, sicut & ipsis debitorum sunt populi. De posteriori Paulus ait Rom. 1. *Sapientibus & insipientibus debitor sum,* idest tenor omnibus doctrinam secundum capacitatem eorū impertiri, iuxta illud Matth. *Quis putas est fidelis seruus & prudens, quæ constituit Dñs super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Consequenter verò populi grati esse doctoribus debent, iuxta illud Rom. *Et debitorum sunt eorum: nam si spiritalium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare illis.**

Deniq; omnes debitorum sumus debiti mutue charitatis, vt in necessitate fratres iuuare debeamus. Rom. 13. *Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis.* Vbi Hierony. ait. A debito charitatis neminē seipsum eximere posse, dicente Dño: *Hoc est præceptum meū ut diligatis inuicem, &c.* Ioan. 15. Addit etiam Hierony. loco citato debitum etiā elemosynā appellari, iuxta illud Eccli. *Inclina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum,* idest debitum charitatis. Porro inter coniuges, non solum charitatis, sed & iustitiæ debitum est propter pactum coniugij. Vnde Paul. ait. *Vxori uir debitum reddat, & uxor uiro, quia vt ibidem subdit: Vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, & idem de muliere circa virum.*

Debitorum sumus corpori nostro, sed cū discretionis moderamine. Rom. 8. *Debitorum sumus non carni, ut secundum carnem ui-*

Aug. Psal. 50.

Matth. 6.

Luc. 7.

Matth. 25.

3

Rom. 1.

Matth. 24.

Rom. 15.

4

Rom. 13.

Hierony.

Ioan. 15.

Eccli. 4.

1. Cor. 7.

5 Rom. 8.

uamus, idest solum, vt sustentemus, iuxta illud Ephes. *Nemo carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam: moderate tamen, vt idem monet Apostolus ad Gal. *Desideria carnis non perficietis.* & ad Rom. *Curam carnis ne feceritis in desiderijs.**

Eph. 5.

Gal. 5.

Rom. 13.

CAPVT XII.

Debora.

DEBORA Quædam senior fuit nutritrix Rebecæ, de qua Genes. 24. Sed alia fuit clarior foemina Prophetissa pariter & iudex Israël, sola nimirum inter iudices foemina, & Prophetis, vt notat Gloss. super Iud. 4. ubi legitur: *Erant autem Debora Prophetis uxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore.* Et quidē Ambros. lib. de Viduis. Asserit illam fuisse viduam, quæ coniugem amiserat Lapidoth. Imo Rabbi Salomon ait in Hebræo haberi mulier lichnaria, & non vxor Lapidoth, quia non est Lapidoth proprium nomen, sed appellatiuum lichnaria, quæ lucernis tabernaculi faciebat lichna: quæ opinionem communem esse iuniorum Rabbiorum, refert Lyran. sed Hierony. Qui vertit Lapidoth, tanquam nomē proprium sequutus est Sept. Vnde in episto. ad Furiam, de viduitate seruanda. Quidā, inquit, imperite Debora inter viduas numerant, ducemq; Barach arbitrantur Debora filium cum contra dicat Scriptura. Hæc ille. Quare Hierony. sententiæ, quæ cum vulgata, & cum Sept. concordat standum est. Proponitur autem in Scriptura foemina iudex & Prophetis. Ne putemus iudiciariā ubiq; semper fuisse foeminis potestatem à Deo denegatam. Vnde sicut non solis duodecim Apostolis iudiciaria potestas promittitur apud Mat. *Sed debitis,* inquit, *uos super sedes duodecim, &c.* sed etiā iustis paupertatis voluntariæ professoribus, vt tenent Augustinus, Gregor. Gloss. Beda, D. Thomas, & omnes scholastici. Sic etiam & foeminis sanctis paupertatis etiam professione claris iudiciaria tunc potestas reseruatur.

דבורה
Gene. 24.

Glossa,

Ambro.

R. Salom.

Lyranus:
Hierony.
Septuag.

Matth. 19.

August.
Gregor.
Gloss.
Beda.
D. Thom.

CAPVT XIII.

Decernere, Decretum.

DECERNERE Dicitur Hebraicè Cadas, Iosue 20. Decreueruntq; cades in Galilæa.

Decernere est constituere & definire: decreta Dei sunt ei' mādata. sic 3. Reg. 8. Ambulemus in decretis eius. Porro decreta legis veteris iudicialia & ceremonialia, per Euāgelicam Dñs legem euacuauit. Eph. 2. Legē mandatorū decretis euacuans. Ita hier. exponit. Sola enim moralia sunt in Euāgelica lege relicta ratione dictate.

Decreti chirographū erat mortis sentētia contra filios Adē, cui dictū est in Gen. In quacunq; die comederitis ex eo, morte moriemini. Sic exponit Gloss. illud Coloss. Delens chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & affigens illud cruci. Nunc itaq; aliud nobis secundus Adam, scilicet Christus reliquit vitæ chirographū dicēs, Ioā. 10. Ego ueni ut uitā habeant, & abundantius habeāt. & rursus: Ego uitā aternā do eis.

Decernere solent iusti, quod opere cōpletur, Iob 22. Decernes rē, & ueniet tibi. Quod Greg. iustis euenire dicit, quando virtutem, quā ex desiderio appetunt, largiente Dño consequūtur, iuxta illud Psa. Beatus uir, &c. Et omnia quæcunque faciet prosperabuntur. Sic Maria ad pedes Dñi contēplationi vacare decreuit, & quamuis à sorore Martha inde quidē pulfaretur ad opera vitæ actiuosē, venit tamen illi quod decreuerat dicente Dño: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAPVT XIII.

Decima.

DECIMA In Hebræo dicitur Maesar, vt patet Genes. 14. & Leuit. 27.

Decima est vna ex decem partibus fructus, quæ offerebatur à populo Dei sacerdotibus. Erant autem quatuor species decimarū in veteri lege, vt notat D. Hiero. super illud Ezech. 45. Et hæ sunt primitiæ quas tolletis. Primæ quæ omnibus Leuitis ex præcepto legis dabantur. Secundæ deuteropodēna des, hoc est secundæ decimæ, vel decimæ decimarum, quas ipsi Leuitæ, quorum ordo inferior erat, sacerdotibus dabant.

Tertiæ, quas sponte sua, quisq; in horreis separabat, vt comederet eas, cum iret in Hierusalem in vestibulo templi, vbi Leuitas ad conuiuia vocare solebant. Quarta denique pars pauperibus reponebatur, quæ decimæ pauperum vocabantur: de his omnibus se Phariseus ille iactabat Luc. 18. Decimas, inquit, do omnium quæ possideo, quarum meritum instantia perdidit.

Decimas dedit Abrahā sacerdoti Melchisedech. Gen. 14. vbi patres quærunto modo cum decimæ in lege fuerint introductæ, Num. 18. Abraham tanto tempore ante legem dedit decimas. Ad quod tamē expedita responsio est secundum legem naturalem sacerdotibus & ministris congruā deberi sustentationē, vt docet Apostolus 1. Cor. 9. Quis militat suis stipendiis unquam? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Et 1. Tim. 5. Qui bene præsumt præbyteri, duplici honore digni habeantur. Quota verò decimarum introducta lege fuit, quantum ad præceptū quidem. Nam in consilio multo planē tempore ante legem erat vsu recepta, vt patet hoc loco. Et Gen. 28. vbi Iacob decimas vouit. Est autem aduertendum, quod in lege Numer. 18. dicitur: Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israël in possessionem pro ministerio. Ergo nā pro otio? Caueāt, itaq; ministri Dei, ne dicatur de illis: Quid statis tota die otiosi? Matth. 21.

Illud etiam aduertendum decimas dare minoris, recipere vero fuisse maioris, vt Heb. 7. docet Apostolus: vnde concludit Abraham, & subinde pro nepote eius Leui, qui in lumbis illius decimatus fuit à summo Dei sacerdote Melchisedech, minore illo cui decimas dedit extitisse. Quis autem fuerit Melchisedech, & an forte sit Sem filius Noë, vt Hierony. putat epist. ad Euagrium, videbimus in verbo Melchisedech. lib. 11.

CAPVT XV.

Decipere, Decipula.

DECIPERE Seducere Hebraicè dicitur Nasa cum pūcto in dextro Hier. 49.

Decipere est aliquē deludere, siue fallere. Propriū autem Dei est nō posse decipi Iob 13. Aut placebit ei cui celari nihil

Luc. 18.

Gen. 14.

Num. 18.

1. Cor. 9.

1. Timot. 5.

Gen. 28.

Num. 18.

Matth. 21.

Heb. 7.

Gen. 13.

Iob. 13.

potest.

potest: aut decipietur ut homo uestris fraudulentiis: id est non decipietur. Sed neq; decipere Deus quenquam propriè potest, quia prima & summa veritas est per essentiam Rom. 3. Est autē Deus uerax, omnis autem homo mendax. Vnde quādo in scripturis Deus decipere aliquem dicitur impropiè capitur, pro eo quod est permittere quæquam decipi. Sic apud Hier. legimus: Heu, Heu, Domine, ergo ne decepisti populum istum, & Hierusalem dicens: Pax uobis. Et ecce peruenit gladius usque ad animam? Vbi dicit Hieronymus. Pacem fuisse promissam à Deo tempore Christi futuram, sed gladium prius Chaldaeorum saeuituruin. Atqui Theodoretus exponit Prophetā non asserendo dicere: Decepisti populum, sed interrogatiue. Ergo ne decepisti, quasi dicat, non decepisti, sed decipi à Pseudo prophetis permisisti. Ita etiā Lyra. Porro apud Ezech. Dñs ait: Propheta cum errauerit, & loquutus fuerit uerbum, ego Dñs decipiam Prophetam illum, id est permittam illum decipi, neque mox redarguam propter peccatum populi, ita exponit Theodoretus, sicut 3. Reg. 22. Dñs dixit: Quis decipiet Achab? Nam vt dicit Iob. Deus non uit decipientem, & eum qui decipitur.

Decipere dicuntur in stateris, qui peruertunt iustitiā Sic explicat Theodoretus illud Psa. Veruntamē uani filij hominū, mendaces filij hominum in stateris, ut decipiant de uanitate in idipsum. Atqui Theodotion, vt ait Theodoretus, vertit: Mendaces filij hominum, ut momentum stateræ. Quod instabile quidem est, modo sursum, modo deorsum tendens. Sic Iudæi nunc Saluatorem cum ramis palmarum tanquā Messiam receperūt apud Matth. Nunc post quatuor dies Barabbā illi in stateris mendacibus proposuerunt.

Decepit serpens Euā in paradiso, Genes. 3. Serpens decepit m. Vbi notandum culpam mulieris non quidem fuisse deceptione serpentis diminutam, sed magis auctam. Credidit enim ad scientiam posse diuinam attingere, idq; ambitiosissime concupiuit: de quo intelligit Apostolus 1. Timoth. 2. Vir non est seductus, sed mulier seducta in prauaricatione fuit. Ita tenet August. 1. 1. super Gen. ad literam. c. 30. quem sequitur Mag. 2. sent. dist. 22. c. 1. Non ergo uoluit vir fieri ut Deus, neque hoc illi diabolus persuasit, sed mulieri dun-

taxat, quem temeritatis errorem cortexit iunior Eua, dum ab Angelo salutata non temere quidem assensit, sed Cogitabat quæ

Deceptores fugiendos passim scriptura monet, primum quidem Pseudoprophetas: de quibus Hier. Et in Prophetis Samariae uidi fatuitatem, prophetabant enim in Baal, & decipiebant populum meum. Idem Ezech. ait. Deinde adulatorum deceptio perniciofa est, de qua Isai. 3. Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Preterea scientia superstitiosa, sicut de Babylone dicitur in Isa. Sapientia tua, & sciētia tua hæc decepit te. Et quia omnis peccans est ignorans, sicut Philosophus docet, de Idu mæa dicit Hiero. Arrogantia tua decepit te. Vnde apud Matt. de talibus intelligitur: Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, Ideoq; Apostolus admonebat Colossen. Videte nequis uos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam.

Decipula est instrumentum decipientis auius, vel animalibus idoneū: de quo Iob. agens de impio subdit: Abscondita est in terra pedica eius, & decipula eius super semitam. Quia vt exponunt Beda & Lyra. in actionibus, in quibus nullum putat esse periculum, ibi capitur, & incurrit malum animæ, vel corporis etiam. Sic Iudæi in concilio dicebant de filio Dei: Si dimittimus eum sic, uenient Romani & tollent locum nostrum. Sed in ipsa Domini nece, quā impune se machinari putabant, quasi decipula capti traditi sunt Romanis post aliquot annos deuastandi. Et merito, quia multo magis quam aliis competeat illis, quod de patribus eorū Hierem. dicebat: Inuenti sunt in populo meo impij, &c. laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos uiros: sicut decipula plena auius, sic domus eorum plena dolis. Quod satis apparuit, quando mittebant ad filiū Dei discipulos suos cū Herodianis interrogantes: Licet censum dare Cesarī, an non? & quādo adduxerunt illi mulierem deprehensam in adulterio, &c.

CAPVT XVI.

Declinare.

DECLINARE Dicitur Hebraice Muth. Item cadere & labi.

Declin-

שׁוּר

I 3. Reg. 8.

Eph. 2. Hierony.

2 Gen. 2.

Glossa. Coloss. 2.

Ioan. 10.

3 Iob 22. Greg.

Psa. 1.

Luc. 10.

מַעְסַר

I

Ezech. 45.

Luc. 1.

4

Hier. 23.

Ezech. 13.

Isa. 3.

Isa. 43.

Hier. 49.

Matth. 11.

Colos. 2.

5

Iob 18.

Beda.

Lyranus.

Ioan. 11.

Hier. 5.

Matth. 22.

Ioan. 8.

וּמַת

I
 Num. 2^o. Declinare est ad aliquam partem à re-
 cta via flectere, vel deorsum inclinare. Sic
 Numer. 20. Non declinabis ad dexteram, ne-
 que ad sinistram. Vbi O. ig. ho. 11. ad mores
 notat. Declinare quidem ad dexteram
 esse nimium abstinere: ad sinistram verò è
 cōtrario carnis curā supramodū agere. In
 moralibus autem, iuxta Philosophum:
 Virtus in medio consistit, extremaq; vi-
 tiosa sunt. Propterea dicitur Matth. 7.
 Angusta est uia quæ ducit ad uitam: quia inter
 extrema peccati media coarctatur vtrin-
 que: vnde merito in hoc sensu de Iofia Re-
 ge sanctissimo dicitur: Iofias ambulauit in
 uia Dauid patris sui, non declinauit neque ad
 dexteram, neque ad sinistram. Eadem phra-
 sis est Isa. 30. Et erunt oculi tui uidentes præ-
 ceptorē tuum, & aure tuæ audient uerba post
 tergum monentis: hæc est uia ambulate in ea,
 & non declinetis ab ea, neque ad dexteram, ne-
 que ad sinistram. Vbi Hieronymus Chri-
 stum esse præceptorem dicit, secundum
 carnem uisibile, cuius uerba discipuli per-
 cipiebant: Beati pauperes spiritu, &c. Decli-
 nare autem ad dexteram à lege Domini
 dicit esse, quod prohibet Salomon dicēs:
 Noli esse iustus nimium. Ad sinistram verò
 esse post uestigia gregum abire. Cant. 1.
 idest irracionales motus sequi concupiscē-
 tiæ carnis.

2
 Declinare etiam ad dexteram & fini-
 stram est in omne latus se uertere, nec in-
 uenire remedium. Isai. 9. Declinabit ad
 dexteram, & esuriet, & comedet, & ad fini-
 stram, & non saturabitur, unusquisque carnem
 brachij sui deuorabit. Vbi Cyrillus de fa-
 me prædictum putat, tempore uastatio-
 nis Hierusalem sub Romanis, quando im-
 pletum est illud Luc. Circundabunt te inimi-
 ci tui nullo.

3
 Declinare in malum sumitur, & in bo-
 num, in malum quidem dicimus: Decli-
 nare ad Magos, Leuit. 19. idest consule-
 re illos. Declinare in iudicium pauperis.
 in Exod. idest fauere illi contra ius. Item
 post auaritiā Isai. Unusquisque in uiam
 suam declinauerunt, unusquisque ad auaritiā
 suam à summo usque ad nouissimum. Con-
 tra quod Dominus dicit apud Mattheū:
 Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra.
 Sed contrarium illi faciunt, de quibus
 Psalm. 16. Statuerunt oculos suos declina-
 re in terram, idest ad terrenorum cupi-
 ditatem, sicut Pharisei, qui in concilio

contra filium. Dei dixerunt: Si dimit-
 timus eum sic, uenient Romani, & tollent
 locum nostrum & gentem. Elegerunt itaq;
 magis terram, quàm auctorē cæli, & ideo
 vtrunq; perdidērunt.

De similibus dictum est, Psalm. Decli-
 nantes autem in obligationes, adducet Domi-
 nus cum operantibus iniquitatem, idest cum
 dæmoniis in ignem æternum: qui para-
 tus est diabolo & Angelis eius. Dæmo-
 nes enim per antonomasiam dicuntur
 operantes iniquitatem, sicut exponit Ge-
 nebrardus: ut notat verò Theodoretus
 obligationes, Aquila similitates ex-
 planauit, Symmachus obliquitates, Theo-
 dotion peruerfa, sed uulgata cum Septua-
 ginta legit obligationes & γαλαλα la-
 queos, & tergiversationes, quibus hypo-
 critæ ligant sibi larium sanctitatis, & abs-
 condunt sub ea laqueos iniquitatis, sicut
 olim Pharisei, qui Christo dicebant. Ma-
 gister scimus quia ueraces, &c. licet censum
 dari Casari? Et, Hæc mulier modo deprehen-
 sa est in adulterio. Item. Quis est proxi-
 mus meus? Item. Expediit ut unus homo
 moriatur pro populo. Hos ergo sub hy-
 pocriti peruersos, & sic declinātes in obli-
 gationes & laqueos adducet Dominus cū
 manifeste operātib; iniquitatē Mat. 24
 Et partem eorum ponet cū hypocritis, ibi erit
 fletus, &c. Hierony. in suo Psalterio uertit
 declinantes ad prauitates, quem sequitur
 Vatablus, sed in idē recidit. Præuus enim
 dicitur, quasi per uiam incedens, idest ex-
 tra uiam rectam. Denique Chaldaus trā-
 stulit: declinantes autem in obliquitates
 suas adducet Dominus in gehennam, &
 pars eorum erit cum operantibus iniqui-
 tatem.

Declinare quoq; sumitur in deteriorē
 partem absolutè positum. Est enim à bo-
 no deficere Psalm. 13. Omnes declinauerunt,
 simul inutiles facti sunt. Quia omnes
 nascimur in originali peccato. Item Isai.
 Ne declines, quia ego Deus tuus. Eodem
 modo Iob. Si declinauit gressus meus de
 uia, & si sequutus est oculus meus cor meum.
 Vbi idem est declinare de uia, quòd de
 iusto. Deutero. 31. g. Iob 23. c. & fre-
 quenter alibi. Quanta verò sit multitudo
 declinantium à uia recta ostendit parabola
 nuptiarum apud Mattheum. de quo Isaias:
 Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque
 in uiam suam declinauit. Quòd præcipue

Ioan. 11.

4
Psalm. 124.

Matth. 25.

Genebr.

Theodoret.
Aquila.Symmachus.
Theodotio.

Matth. 22.

Ioan. 8.

Luc. 10.
Ioan. 11.

Matth. 24.

Hierony.

Vatablus.

5

Psalm. 13.

Isai. 41.

Iob 31.

Matth. 22.
Isa. 53.

dicitur

dicitur de Iudæis, qui specialiter per legē,
 & Prophetas ad nuptias Ecclesiæ fuerant
 inuitati: de quibus est etiā parabola cœnæ
 magnæ apud Luc. à qua omnes inuitati
 se excusauerunt, quia iuxta Isa. Arguentem
 in porta supplantabant, & declinauerunt fru-
 stra à iusto. Quòd teste Hieronymo, recte
 exponunt Nazarej de Phariseis, qui Pro-
 phetas in porta de more prædicantes sup-
 plantabant & lapidabant, iuxta Matth.
 Ecce ego mitto ad uos Prophetas, &c. & ex
 eis lapidabitis, &c. Et declinauerunt à iusto,
 idest cōpellebant populos negare iustum
 Dei filium. Recte autem dicitur frustra,
 quia friuolis id faciebāt excusationibus di-
 centes: Villam emi, uxorem duxi, iuga boum
 emi quinq; & ideo non possum uenire, idest
 propter auaritiā, & carnalem concupiscē-
 tiam. De quibus Hier. Omnes isti principes
 declinantes, ambulantes fraudulenter, & s
 ferrum uniuersi corrupti sunt. Vis uidere? le-
 ge Dñm illis dicentem Matth. 15. Quare
 & uos irritum fecistis mandatū Dei propter
 traditionem uestram? & apud Ioan. Vos ex
 patre diabolo estis, &c.

De eisdem Phariseis dicitur Amos. 2.
 Qui conterunt super puluerem terræ capita
 pauperum, & uiam humilium declinauerunt.
 Vbi Hierony. In tantam, inquit leuantur
 superbiā, ut nolint cum humilibus ambu-
 lare, aut miscere sermonem. Talis erat
 Phariseus, qui dicebat: Non sum sicut ceteri
 homines, aut sicut etiam hic Publicanus.
 Isti si aliquid boni fecerint, non in glo-
 riam Dei, sed ad gloriam popularem au-
 cupandam faciunt. Quibus etiā quadrat,
 quod de patribus eorū adhuc ante captiui-
 tatē idolatriæ vacantibus Dñs dixit apud
 Ose. Et declinastis uictimas in profundum,
 idest uictimas, quæ sursum creatori cæli
 offerri debuistis, declinastis in profundū,
 ut idolis, & dæmonibus offerantur: sicut
 exponit Lyran. Hos itaq; imitabatur, qui
 propter hypocrisim ieiunabant, quia ope-
 ra bona, quæ Deo quidem offerre debue-
 runt, dæmoni gloriæ uanæ dedicabant.
 Vnde Dominus apud Mattheum: Cum
 ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.
 At isti reprobi atque superbi, neque uer-
 ba uera prædicantis audire dignantur, sed
 dicunt illud Isai. Auferte à me uiam, decli-
 nate à me semitam, pereat à facie mea san-
 ctus Israel, idest peruerfa loquimini non
 iusta.

Luc. 14.
Isa. 29.Hierony.
Nazarej.

Matth. 23.

Hier. 6.

Matth. 15.

Ioan. 8.

6

Amos 2.

Luc. 18.

Ose. 5.

Lyranus.

Matth. 15.

Isa. 30.

Declinare in bonum, dicitur de sanctis
 mulieribus sepulchrum Domini uisitanti-
 bus, quibus vnus & alter Angelus appa-
 ruit Luc. 24. Cumq; timerent illæ, & de-
 clinarent uultum in terram, &c. quod timo-
 ris, & uerecundiæ fuit. Præterea de filio
 Dei dicitur, cum in probatica piscina lan-
 guidum sanasset, ut nos doceret inanem
 euitare iactantiam. Declinabit à turba con-
 stituta in loco. Item, quia post opera uitæ
 actiuæ ad contemplationem declinandū
 est quidem à turba, ut docet Augustinus
 tract. 17. super Ioan.

Declinat Deus à nobis in ira in Psalm.
 Ne declines in ira à seruo tuo, idest ne rece-
 das, & permittas me in peccata labi, ut
 exponit Augustinus, uel ne deferas inter
 reprobos in die finalis iudicij, ut uult Cas-
 siodorus. Sed phrasim Hebraicam denotat
 ne fauorem subtrahas iratus. Ita Gene-
 brard. Hebraicè נִטְתָּ declinare Chal-
 dæus. Ne inclines indignatione seruum
 tuum, idest, ne humilies me, & deferas. So-
 let autem Deus interdum iratus ut hoc lo-
 co interdum autem benignus declinare,
 idest consolationem subtrahere, ut magis
 queratur, sic Cant. 5. dicit sponsa. Ape-
 rui dilecto meo, at ille iam declinauerat atque
 transferat. Vbi notat Rupertus. Deum
 quasi dissimulare quidem amorem erga
 suos interdum, & quasi deferere, ut magis
 eorum crescat desiderium: sic dum decli-
 nat à Chanaanæ filius Dei post tergum
 clamante, magis eius fidei succendit ardo-
 rem. Et sicut Perse dum fugiunt, iaculis
 vulnerant in sequentes, sic dum declinat
 Dominus, fauciat amore; dicit ergo Da-
 uid, si declines à me, sit ex amore, ut ma-
 gis te queram, non in ira, ut cadam in
 peccatum.

Declinat Deus super Ecclesiam abun-
 dantiam pacis spiritualis Isai. 66. Ego de-
 clinabo super eam quasi fluuium pacis. Hanc
 abundantiam gratiæ & doctrinæ super
 Ecclesiam primitiuam declinasse Domi-
 num exponit Hieronymus, sicut in die
 Pentecostes, quando descendit Spiritus
 sanctus super Apostolos. Si uerò intelli-
 gatur de Ecclesia triumphante perpetuā de-
 notat, & omnimodam tranquillitatem &
 gaudium: de quo Ioan. Et gaudium uestrū
 nemo tollet à uobis. Et recte fluuius dicitur,
 nō torrens, quia torrens deficit estate, sed
 fluuius perennis est.

7

Luc. 24.

Ioan. 5.

August.

8

Psalm. 26.

August.

Cassiodo.

Genebr.

Chaldaus.

Cant. 5.

Matth. 15.

9

Isa. 66.

Hierony.

Act. 2.

Ioan. 16.

Declin-

Decor, Decorus, Pulchritudo.



DECOR Pulchritudo Hebraicè dicitur Hadar, Pfal. 145.

Decor est pulchritudo, quæ ex gratia coloris, & partium adinuentem consonantia confurgit augeturq; munditia: pro qua etiam capitur 1. Paral. Adorate Dominum in decore sancto, idest in munditia sanctitatis. Et in Eccli. pro eodem accipitur pulchritudo, vbi de sanctis patribus legimus: Pulchritudinis studium habentes, idest munditiæ, idq; merito, quia Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt.

Decorus primû de Deo dicitur per excellentiã, quatenus Deus est, deinde quatenus homo. Itẽ de Sapietia, de Angelo, de Anima, de Ecclesia, & de domo Dei, vt suis exemplis docebimus. Imprimis itaq; Deus per suam essentiã nullo superaddito nullis congruentibus partibus, aut coloribus, aut accidentibus, sed seipso decorus est natura sua, vt explicat D Thom. super illud Job 40. Circunda tibi decorem, scilicet sicut Deus. Deus, inquit, non habet circumdatum sibi decorem, quasi superadditum eius essentiæ, sed ipsa essentia eius est decor, idest claritas suæ virtutis, & puritas suæ simplicitatis, & perfectio essentiæ eius. Hæc ille. Vbi nota mundum istum visibilem Græcè Cosmom, idest ornatum, & pulchrû appellari, eo quod in eo, quasi innumera sit rerû multitudo in vnû concinne collecta: in Deo autẽ infinita virtutû, & attributorû multitudo est, vel perfectionum, nõ solum in vnum collecta, sed quæ sunt vna quædam essentia simplicissima. Et ideo infinita est absolute pulchritudo Dei, quæ infinita scilicet varietate perfectionum in simplicissima quadã vnitatem sic replet intellectum clare videntiu, vt beatificet illû, quod paulo ante citauimus. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt.

Quando itaq; legimus Deû indutû de core, metaphorice quidẽ intelligimus, sicut Psa. 92. Dñs regnauit, decore induit, induit Dñs fortitudinẽ, etc. & Psa. Confessionem & decore induisti amicus lumine sicut vestimento. Vt notat Genebr. quia in Hebræa

lingua

IO Ofc. 11. Declinavit filius Dei ad hospitium huius mundi factus homo Ofc. 11. Declinavit ad eum ut uesceretur, idest Deus Israël ad hominem, Symmachus vertit declinavit ad eum cibos, & Hieronymus explicat dedi eis escam. Quod duobus modis exponit, vel dedi eis escam in deserto quadraginta annis, vel factus homo dedi eis escam corporis mei, iuxta illud: Caro mea uere est cibus. Denique de filio Dei legimus apud Hieremiam: Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi uiator declinans ad manendum. Et certe nascens declinavit in præsepium. Quia non erat ei locus in diuersorio. Deinde verò prædicans virilis ætatis declinabat ad conuiuia publicanorum: vt illis escas daret spirituales, Matth. 9. & Luc. 19. apud Zachæum.

Declinat dies in uespere declinante sole in occasum, sic de aduentu Chaldeorum, qui uespere ceperunt Hierusalem exponit Hieronymus illud Hierem. Væ nobis, quia declinavit dies, & longiores factæ sunt umbræ uespere, quasi dicat, si in meridie potest exercitus Babylonicus peruadere muros Hierusalem, væ nobis quid faciet uespere. Ad mores autem si in meridie feruoris Ecclesiæ, hostilis dæmonum exercitus multos de Ecclesia subtraxit, vel metu tyrannorum, vel fraudibus hæreticorum, quid faciet sub Antichristo in uespere mundi? Quando superabundabit malitia, & refrigescet charitas multorum. Item in hora mortis.

Declinare dicitur Deus cor alicuius in uerba malitiæ, idest permittere, vt declinet. Sic Psa. Non declines cor meum in uerba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Sic permisit Iudæos declinare in excusationes falsas, quando à Salvatore rogati: Propter quod opus bonum lapidatis me? Responderunt: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Sed cæci non capiabant hominem Deum. De quo: Isa. 45. legimus: Vergethes Deus absconditus sanctus Israël Saluator.

...

lingua, induere aliquid est illud possidere copiose & affluenter, secundum quã phrasim Paulus dixit ad Rom. Induimini Dominum nostrum Iesum Christum, idest copiosissimi me possidete, sic & Sap. 5. de ipso Deo legitur: Induet pro thorace iustitiam, & in Isa. Indutus est iustitia ut lorica, subaudi Deus in quibus omnibus locis denotatur copiosa Dei iustitia, quã sua natura possidet, vn de miror hoc Hebraicû idioma quasi oblitos Vatablum, & Ianseniû loca Psa. 92. & 103. citata explicasse Deum amicum esse decore creaturam, scilicet externo, vt puta stellarum, & luminarium, quod quamuis verum plane sit suo modo, quia omnis creatura quasi vestimentum Dei est, in quo sensu Aug. & Glossa recte quidẽ intelligunt: Confessionem idest laudem, & decorem induisti, quia ex creaturis cognitus laudaris. Sed isti negare non possunt phrasim hanc Hebraicam abundantiam perfectionum Dei naturalium denotare iuxta literam, vt ostensum est, propter quas etiam perfectiones à beatis clare illum videtibus clara confessione laudatur. Quod vero de Christo secundum naturam humanam quidam exponunt, sensus est mysticus, sic Cassiodorus confessione & decorem induisse Dominum dicit, quando coram tribus Apostolis in monte legitur transfiguratus Matth. 17.

Decorus dicitur vt homo siue speciosus Psa. 44. Speciosus forma præ filius hominum, & infra: Specie tua, & pulchritudine tua intende prospere, etc. Vbi Hieronymus forma (inquit) de qua loquitur hic non magnitudini deputanda est, sed decori. At Aug. speciem corporis Christi dicit fuisse laudabilem. Et Chaldaicus alludit ad hoc in sua paraphrasi: Pulchritudo (inquit) tua ò rex Messia præstantior filiorum hominum. Præterea Aquila: Pulchritudine eximia perornatus es, præ filiis hominum. Et Symmachus: Pulchritudine pulcher es, præ filiis hominum, quæ licet omnia Basilius ad pulchritudinẽ referat spiritualementis, quia quantum ad corpus (inquit) scriptû est de illo Isa. 53. Non erat ei species, neque decor. Sed quis non videat hoc dictû esse de passionis tempore, quando plagis affectus quasi leprosus euasit, quare non displicet expositio Theodoti qui ait, sciendum est autem Prophetam quoad decorem non diuinas res, sed humanas Domini Christi demonstrasse: Non enim hominibus Deum uerbum cõ-

parasset, neque hunc à Deo benedictione accepisse dixisset. Hæc ille. Cuius sententiæ est nõ solum Aug præ allegatus, sed & D. Thom. super hunc Psalmum qui postquam pulchritudinem deitatis Christi demonstrat, ad decorem triplicẽ humanitatis eius descendit, gratiæ uidelicet animæ, & conuersationis suauissimæ, denique decoris corporalis eximij, non qui foemineam quidem teneritudinem referret, sed qui grauẽ deceret magistrum. Certe si videat lector picturã Christi Domini Romæ ad veritatem expressam, vel apud Nicephorû epistolam Lentuli Proconsulis de eius lineamentis, comperiet plane uerã esse nostram sententiam. Item rationem Physicã & Medicam attẽdas quæso, quia pulchritudo ab interiori promanat temperamento, corpus autem Domini ab Spiritu sancto sine opere uiri fabricatum est, iuxta illud Luc. Spiritus sanctus superueniet in te, etc. quare perfectissimi temperamenti & elegantissimi proportionum armoniæ, & coloris decentissimi fuit. Vnde sponsa Can. 1. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus, & Psa. ad æternum patrem conuersus Propheta de filio prædicit: Gloriam & magnum decore impones super eum. Sed Beda super Psa. 44. Decorem Christi retulit ad humanitatem quantum ad animã sine peccato iuxta illud: Quis ex uobis arguet me de peccato?

Decor Christi in resurrectione perausus est de quo Isa. 33. explicat Hiero. Qui ambulat in iustitiis & loquitur ueritatem, etc. aqua eius fideles sunt, Regẽ in decore suo uidebunt oculi eius: cernent terrã de lege, idest uidebunt regẽ Christû sedẽtẽ à dextris Dei. Ita etiam explicat Cyrillus & Procopius. Item eodem modo uidebunt illum corporeis oculis homines, quando in die iudicij uenerit cû potestate magna & maiestate. Decora fuit Christi conuersatio in terris, cû doceret, & miracula faceret: de qua explicat Hiero. illud Isa. Latibit in deserto & in uia & exultabit solitudo, etc. ipsi uidebunt gloriã Dñi & decore Dei nostri. De quo etiã exponit Cyril. & Theod. itẽ & Tertul. li. 4. cõtra Marcio. & Euseb. li. 9. Demonstr. ca. 6. vbi pro decore Dei nostri legit altitudinẽ Dei nr̃i. Puto (inquit etiã) Saluatoris nostri ad baptismû accessu Ioa. 1. & Matt. 3. significari illis uerbis, ipsi uidebunt gloriã Dñi, & altitudinẽ Deinostri, quãdo uidebunt aperti sũt ei celi: Et uidit spũm sanctũ descẽdẽtẽ sicut colũbã, & manẽtẽ sup. eum. Hæc ille.

Eec Decora

7
Eclcz. 6.
Lyranus.
Sap. 7.
Pro. 3.
Plato.
Matth. 4.
Matth. 9.
Luc. 19.
Lyranus.
Iansen.
Eclcz. 4.
Matth. 7.
8
Ezech. 28.
Hierony.
August.
Greg.
Theod.

Decora dicitur sapiētia Eccli. 6. *Decor uita est in illa. Græce legimus κβσ μος κρβσσ eos ornat auri, sed nihilominus legitimus sensus in nostra vulgata constat, sapientia enim ornat vitā sapientis, plusquā ornatus auri, in hac quippe vita ut notat. Lyrā, gratia nos iustificante, & omnibus virtutibus ornat infusis, iuxta illud Sap. Et uenerūt mihi omnia bona pariter cum illa. In sæculo deniq; futuro dotibus decorat gloriosis. Signū autē doni sapiētiae studiū est pacis cū Deo, & quoad fieri potest cū hominibus, ideo ad semitas omnium virtutum inclināt Pro. 3. *Via eius uia pulchræ: & omnes semitæ eius pacificæ.* Enim uero tāta est singularū pulchritudo uirtutū, ut si oculis possent cerni corporeis, in suum quidē amorē cunctōrū animos protinus raperēt, ut inquit Plato, ideo cū in operibus Saluatoris omnes uirtutes lati⁹ splēderēt, illorū animos, quorū mentis oculos aperiebat, usq; adeo potenter attraxit, ut Simonē & Andream vno uerbo, sicut Iacobū & Ioannē adduxerit. Itē Matthaū, & Zachaū. Decor itaque sapiētiae in consonantia consistit uerborū & operū uirtutū omnium: ita ut neq; uerba ab operibus, neque a uerbis sanctissimis opera, uel latū quidem uinguem dissideant, in quo sensu Lyrā. & Iansen. exponūt illud Eccli. *Ne abscondas sapiētiam tuā in decore suo, idest in consonantia uerbi & operū de qua Dñs dicit: Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona, &c. & qui fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum.**

Decorus erat Angelus Lucifer ingratiā creatus, antequā caderet, sic legimus de illo sub typo Regis Tyri Ezech. 28. *Et tu signaculū similitudinis, plenus sapientia & decore in paradiso Dei fuisti. Vbi cū sapiētia decorē apposuit, idest, uirtutū omnium splendorē a sapiētia selatius effluentē ad Angelos inferiores, & quia parū inferius dicitur: Et tu Cherub extēsus & protegens, subdit Hiero. Ex hoc stēditur ad hominē uel is Tyri principē, hoc pertinere nō posse: sed ad sanctā quandā & præcipuā fortitudinē. Idē tenet Aug. li. 11. super Genes. ad literā ca. 25. & Greg. in Mōra. & Theod. super Ezech. Illud autē notādū, tātū malitiæ uirus inesse pec catō, ut iste qui Lucifer, ab eo q̄ omnes sibi inferiores illuminaret, appellatus est, postquā uenero peccati corruptus cecidit, Satanas, idest aduersarius uirtutū omnium dicitur fit, ita ut ipsi quoq; uirtutū om-*

nium autori Ch̄so in deserto fuerit aduersat⁹. **9**
Matth. 4.
Pfal. 44.
I. Ioan. 4.
Pfal. 29.
Theod. Symmach.
Geneb.
Matth. 16.
Pfal. 134.
10
Can. 2.
Theod. Glossa. D. Thom.
Matth. vii.
Can. 7.
D. Thom. Sept.
Symmach.
Aquila.

Decora & pulchra dicitur anima in gratia Dei, uel Ecclesia ex multis congregata Pfal. 44. *Audi filia, & uide, & inclina aure tuā, &c. & concupiscet rex decore tuū.* Quia filius Dei sponus animæ & Ecclesiæ sanctæ amat Spiritū sanctū, quicū ibi moretur, decor eius est: Nam qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo, est autē Deus infinitus animæ decor, non tēporalis, aut fluxus & uolatilis, sed quantū ex se est æternus. De quo Pf. *Domine in uolūtatē tuā prestisti decori meo uirtutē.* Quod ut Theodor. refert Symmachus uertit: *Domine in bona uolūtatē tuā primo meo parenti fortitudinem statuisti, idest dedisti ei Spiritum sanctū, cuius uirtute respisceret, & per Christū, ut idē exponit Theod. obtineret homo vitā æternā.* Porro Hebraicē pro decore legimus: *Hari* Est autem *Hari*, mons, idest praesistit moti meo uirtutē. Sed per synopē. *Hari* ponitur pro, *Hadari*, ut notat Geneb. est autem: *Hadari*, gloria & decor, unde recte uulgata uertit. *Dedit ergo De⁹ decori Ecclesiæ uirtutē, quia iuxta Matth. Porta inferi nō praeualebunt aduersus eā.* Hōc autē fecit illē uoluntate sua de quo scriptū est in Pfal. *Omnia quaecūque uoluit Dominus fecit, in caelo, & in terra, in mari, & in omnibus Abyssis.*

Decora quoque dicitur facies animæ iustæ, uel Ecclesiæ sanctæ Can. 2. *Vox enim tua dulcis, & facies tuā decora.* Est autē animæ facies mens cū potentiis, in quibus est decor fidei, spei, & charitatis: accipitur etiā pro Ecclesia ut exponūt Theod. Glossa. & D. Tho. cuius decor in eo consistit, ut formā à Christo Dño præscriptā seruet: ut exponūt tres Patres apud Theod. uidelicet, in fide & charitate, in sermone & opere, in sacramētis & ceremoniis, in scripturis & traditionib⁹, iuxta illud Matt. *Docētes eos seruare omnia, quaecūque mādaui uobis.* Et quia non otiosa degit Ecclesia, sed initio per totum orbem cognitum, hōdie uero per orbem quoque nouum, ad Orientē, & Occidentē, exēplo patrū in fide uita defunctorū, quasi calcemētis ex animalium mortuorū pellibus munita pergit, de illa dicit Spiritus sanctus in Can. *Quam pulchri sunt gressus tui in calcemētis filia principis.* Ita exponit D. Thomas. & quidem Septuaginta uertunt filia Nadab, qui fuit Aaron filius, & Ecclesia filia est Synagogæ, sed melius uertit Symmachus filia ducis, & Aquila filia principis, sicut uulga-

Theod. Pfal. 50.
Ioan. 3:
Ioan. 20.
Luc. 10.
Can. 1.
11
Theod. Can. 7.
Matth. 19.
Theod.
Luc. 10.
Pfal. 36.
Can. 1.
Theod. D. Thom.
Luc. 11.
12
Dan. 13.
Gen. 39.
Hier. 11.
Ezech. 16:
Ioan. 8:
13
Pfal. 25.

ta: est autem princeps iste Spiritus sanctus, ut exponit Theod. de quo Propheta dicit: *Et spiritu principalis confirma me.* Ab hoc principali quidē spiritu genita est in baptismo sancta Ecclesia Ioā. 3. *Nisiquis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nō potest intrare in regnū Dei.* Et ab eodem calcata Eph. 6. *Calceati pedes in præparationē Euangelij pacis, præparamur enim ad Euāgelizādū spiritū & exēplo maiorū, quibus Dñs dixit Ioā. 20. Accipite spiritū sanctum & sicut misit me pater & ego mitto uos, & Luc. 10. Et misit illos binos, &c.* Itaque propter dona Spiritus sancti dicitur Ecclesia Can. 1. *Pulcherrima inter mulieres, idest inter alias hominum congregationes.*

Decora & pulchra redditur Ecclesia in gētibus olim foeda, postquam lota baptismo in charitate Christi cæpit deliciari, sic exponit Theod. illud Can. 7. *Quam pulchra es, quam decora charissima, in delictis.* Propter has delicias dixerūt Apostoli. *Ecce nos reliquimus omnia: & sequimur te ut, ibidē notat idē Theod. atque his uacans delictis Maria sedebat: secus pedes Domini: & audiebat uerbu illius.* Denique quomodo nō erit anima pulchra, quæ non in alio quā in Dño delectatur: sicut scriptū sit: *Delectare in Dño & dabit tibi petitiones cordis tui.* Sunt etiā pulchræ genæ Ecclesiæ, uel animæ uerecundæ, uel pœnitētis Can. 1. *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.* Ita exponūt Theod. & D. Tho. Naturali pudore genæ tuæ sunt præditæ instar turturis castissimæ, & amantis solitudinem. Hæc Theod. Tales erant genæ Virginis Deiparæ quæ cū audisset Gabrielē præ uerecundia turbata est in sermone eius.

Cæterum & Synagoga quidem olim in castissimis scilicet Susanna, & Iudith. atq; Esther, & in uirginibus pudicissimis, ut in Ioseph. & Daniele, similibusque aliis decora fuit, iuxta illud Hiero. *Olinam uberem pulchram, &c. uocauit Dñs nomen tuū.* Et Ezech. *Et decora facta es uehementer.* Vbi propter ornatū tabernaculi, & propter uirtutes patrū hæc dixit, qualis Abraham de quo Dominus apud Ioan. *Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum. Item si filij Abraham estis opera Abraham facite.*

Decor etiā in exteriori cultu Synagogæ, & uasis, atque ornamētis eius ad religionē & cælestiū contemplationē inuitantibus commendatur, sic Propheta Dñi in

Theod. Symmach.
Hierony. Sept.
Ioan. 2.
Matth. 21.
Arnobius.
Theod.
Sept.
Hierony.
Luc. 19.
Ezech. 16.
14
Isai. 35.
Hierony.
Can. 6.
Theod.
Matth. 5.

quit *Dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Vbi ut refert Theodor. pro decore Symmachus Adytum posuit, idest penetralia ubi erāt Sancta Sanctorū in tabernaculo. Sed in Hebræo ut uertit Hiero. ad ueritatē Hebraicā est: *Domine dilexi habitaculū domus tuæ.* Septuag. uero claritatis gratia addiderunt *eu π γέ τω ειδω deco rē, ut intelligeremus nō tā materialē tabernaculi fabricā, quā spiritualē Ecclesiæ typum ad religionis augmentū, & sanctitatis munditiā desiderasse Dauid, in tēplo quippe corporalis & spiritualis munditia requiritur, ideo filius Dei de tēplo seuerius negociatores eiecit. Accedit q̄ pulchritudo populi propter umbrā Christi ueteri, Arca fœderis uocabatur, sicut exponit Arnobius super illud Pf. 77. *Et dedit in captiuitatē uirtutē eorū, & pulchritudinem eorū in manus inimici.* Quod cōtigit. 1. Reg. 4. ubi gloria Dei translata dicitur ad Philisthim: eo quod in arca per oracula, & potentia miraculorū gloria Dei splēderet, sic etiā exponit Theodor. In Hebræo uero nō legimus pulchritudinem eorum, sed pulchritudinē suā, in idē tamen recidit, uel ab Hebræis uitiatū est, legitime uero Septuag. uertērūt quos sequitur uulgata. Secundū eandē phrasim templū dictū est decor Dei, propter sanctitatis munditiā Hiero. 25. *Dñs de excelso rugiet, &c. Rugiens rugiet super decorem suū.* Vbi Hiero. exponit super tēplū, quod uastandū erat primū à Chaldeis, deinde à Romanis, fuit autē uaticiniū de fletu Christi, qui *uidens ciuitatem fleuit super illam.* In eodē sensu uasa templi uasa decoris appellantur, idest munda Ezech. 16.*

Cæterū pulchritudo ualorū, & tēpli totiusq; decor Synagogæ, quasi umbra fuit Ecclesiæ Christi, in qua omnis ille quidem ornatus translatus est multo purius & locupletius, Isai. 35. *Latabitur deserta & inuia, idest Ecclesia ex gētibus congregata ut exponit Hiero. Gloria Libani data est ei decor Carmeli & Saron, idest decor & ornatus tēpli, de quo uide in uerbo Carmelus, ideo de Ecclesia dicitur Can. 6. *Que est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut Luna? Quia ut exponit Theod. quasi in nocte mūdi huius iter faciētibus lumē præbet iugiter doctrinæ pariter & exēpli, iuxta illud Matth. *Vos estis lux mundi.* Deinde dicitur de eadē Ecclesia ibidē: *Suaui es, & decora sicut Hierusalem.* Quia ut**

Glossa. D. Thom. Can. 8. exponunt Glossa & D. Tho. pacē Hieru-
salem cælestis quātū potest imitatur, iux-
ta illud Can. *Faci a sum coram eo quasi pacē ha-*
bens, idest nondū plene possidens, sed iux-
ta illud Matth. Beati pacifici quoniā filij Dei
uo cabūtur. Postremo cælestis Ecclesia deco-
ra dicitur poppter omnimodā sanctitatē &
mūditiā Sap. 5. Et accipiet regnū decoris, &
diademā speciei de manu Domini. De quo Do-
minus: Venite benedicti Patris mei, possidete
paratum uobis regnum, &c.

I 6 Decorū dicitur aliquid vel per ironiā, vel
per ornatū sēcularē vel quasi decēs: de pri-
mo habes exēplū Zach. ii. vbi agēs de pre-
tio. 30. numerū, quo vendēdus erat Chri-
stus à traditore, dicit Propheta in persona
filij Dei: *Decorū pretiū quo appretiatum sum*
ab eis. Ita exponūt Hiero. & Rupert. idest
vilissimū pretiū. De secundo in eodē capi-
te legimus Dominū dicentē: Et assumpsi mi-
hi duas uirgas: alteram uocauī funiculū, & alte-
ram uocauī decori: & paui gregē. Vbi Hiero.
Duo regna per duas uirgas significari di-
cit, uidelicet regnū gētū, quod Dñs tran-
facto diluuij Noe, fādere cū terra factō,
suscipit moderandū Gen. 9. vbi ait. Statuā
factū meum uobiscum: & nequaquam interficie-
tur omnis caro aquis diluuij. Fuit autē hoc reg-
nū decor appellatū, quia ut inquit Rupert.
Gētilis quasi quodā ornamentū & decus
orbis terrarū erant, qui & tolerabantur,
ne frustra mūdus factus videretur, si pro-
pter idolatriā omnes gētes mox delerē-
tur, ideo Dñs clamat Matth. 11. Venite ad
me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego
reficiam uos. subaudi per pœnitentiā. Mag-
nus itaque decor est Dei, ut notat Hiero.
ad conuersionē expectare gētes, & ex om-
nibus aliquos saluare. Porro Iudæorū reg-
nū funiculus dicitur, quia Psal. 77. Diuisit
eis terram in funiculo distributionis. Duas er-
go uirgas habuit Deus ut notat Theod. ad
duos greges copulandos, iuxta illud Ioā.
Et alias oues habeo, quæ nō sunt ex hoc ouile: &
illas oportet me adducere, &c. & fiet unū ouile,
& unus pastor. Postremo decorū ponitur
pro decēte Psal. Deo nostro sit iucunda, deco-
raque laudatio, idest decēter à mūdā cōsci-
tia procedat, ut exponūt Aug. Cassiod. &
Glossa. Quia non est speciosa laus in ore pec-
catoris, ideo Pharisæi se iactātis gratiarum
actio minime placuit.

CAPVT XVIII. Defendere.

DEFENDERE & protegere dicitur
Hebraicē Ganān Isai. 31. Prote-
gens & liberans.

I Defendere est tueri, danumque prohibe-
re. Iudith. 5. *Deus eorū defendet illos. Quod*
specialiter de iustis intelligitur: de quib⁹ Sa-
piens: Et brachio sancto suo defendet illos. Sed
Rōgas quomodo iustos defendit, quibus
dicit apud Matth. Ego mitto uos, sicut oues in
medio luporū. Et apud Ioā. Venit hora ut om-
nis q̄ interficit uos, arbitretur se obsequiū presta-
re Deo? Ad quod expedita responsio est,
sanctos in hac vita, & in alia defendi. In
hac quidē, ne in periculis & cruciatibus à
virtute deficiāt, iuxta illud Isai. Qui dat las-
so uirtutē. In alia uero, ne ullis in æternum
malis attingantur, ut Lyranus ait, iuxta il-
lud Isai. Non percutiet eos Aëstus, & Sol, quia
misericors eorum reget eos, &c.

2 Defendere se pro eo aliquādo ponitur,
quod est se ipsum vindicare, sic Iudith. 1.
Nabuchodonosor iurauit ut defenderet se ab om-
nibus, &c. qui reiecerant cū ignominia le-
gatos eius, idest ut vindicaret se. In quo
sensu Paulus ait: *Non uos defendētes charissimi,*
sed date locū iræ. De quo Dominus apud
Matth. Diligite inimicos uestros, &c. Et qui
irascitur fratri suo reuserit iudicio.

CAPVT XIX.

Deficere.

DEFICERE dicitur Hebraicē
Daphes Gen. 47, & Pro. 26. Cum dese-
cerint ligna, extinguetur ignis.

I Deficere est desse: vel non sufficere, seu
viribus desitui, & mori, sicut de Abrahā
legim⁹ Gen. 25. *Et deficiens mortuus est. vbi*
Hierony. in traditionibus Hebraicis no-
tat, in Hebræo non haberi deficiens, sed à
Septuag. additū esse, quod Abrahā nō cō-
gruit, ut scilicet uir perfect⁹ deficiat. Nihil
omin⁹ re altius cōsiderata in uulgata reli-
quit ipse, vel Ecclesia, uocē illam, quæ ex
adiunctis sensum reddit congruentem,
quia dicitur in senectute bona, plenus
dierum, &c. uirtute nimirum naturali defi-
ciente mortuus est. Alioquin ut bene ob-
seruat Hiero. deficere sine bonis adiunctis
promori, sonat in malū, sicut de impio Si-
sara legimus Iudi. 4. Defecit, & mortuus est,
& de peccatoribus Psal. Subito defecerūt,
perierunt propter iniquitatem suam. Et Psal.
103. Deficient peccatores à terra, & iniqui ita

Sap. 5.
Matth. 25.
Zach. 11.
Hierony. Rupert.
Hierony.
Gen. 9.
Rupert.
Matth. 11.
Hierony.
Psal. 77.
Theodoret.
Ioan. 10.
Psal. 146.
August. Cassiod. Glossa. Ecclesi. 15. Luc. 18.

133
I
Iudith. 5. Sap. 5.
Marth. 10. Ioan. 16.
Isa. 40.
Lyranus: Isa. 49.
Iudith. 1.
Rom. 12.
Matth. 5.
DEN
I
Gen. 25. Hierony.
Sept.
Hierony.
Iudi. 4.
Psal. 72.

Aug. ut non sint. Quamuis Aug. explicet hoc in
bonum, uidelicet deficiant iniqui quoad
iniquitatem, ita ut non sint iniqui. Ita &
Hierony. & Theodoret. qui tamen addit
posse in malum capi de peccatoribus ob-
stinatis, de quibus Paulus: *Qui non diligit*
Domnum Iesum, Anathema sit, quomodo etiā
intelligunt Lyranus, Iansen. Genebrard.
& Vatablus Hebraicē uero est de futuro,
scilicet deficient, sed futurum ponitur pro
optatiuo, habet autem emphasim deficiāt,
ita ut non sint, idest ut non resurgant glo-
riofī post mortem, iusti enim sic deficiunt,
ut tamen sint, in spe scilicet resurrectionis
gloriosæ, sicut Lazarus, qui cū moreretur,
portatus est ab Angelis, & quidem ex ad-
iunctis sape in scriptura significatur quale
fit istud deficere, sicut Psal. 67. Sicut defecit
fumus, deficiant. Quia uidelicet fumus ascen-
dendo deficit in auras reuolutus, sic super-
bi dum prosperitatibus exaltantur, omni-
nino pereunt, sicut diues epulo. Itē Psal. 77.
depræuaricatoribus dicitur: Defecerunt in
uauitate dies eorum. Quia uidelicet non obti-
nendi finis ultimi causa laborabant, sed in
utilibus studiis incumbēbant: ut exponit
Theodoretus quamuis Hebraicē actiue le-
gimus, Deus deficere fecit in uanitate dies
eorum, idest ad instar flatus, ut exponunt
Hebræi, quos refert Genebrard. quia Dei
quidē ira propter scelera nostra hominis
annos olim longiores, ut constat de Na-
thusalē & similibus, ad breuitatē rededit,
iuxta illud Psal. 89. Quia defecimus in ira
tua, & in furore tuo turbati sumus. Pro quo
Aquila & Symmachus transfulerūt, in fu-
rore tuo accelerauimus, idest celeriter abi-
mus ex hac vita. Vnde quidā, qui ob pec-
cati pœnā, vel suam, vel parentum fuerant
in flore subtracti, lacrymis suorū resurre-
ctionē miraculosā cōsequuti sunt: sicut ado-
lescens filius uiduæ iuxta Naim, & filia
principis, sic etiā deficere pro, mori capitur
Isa. 29. Paupere homines in sancto Israel exul-
tabant, quia defecit qui præualebat, idest rex
Babyloniæ, vel diabolus eiectus est foras
Ioan. 12. sicut Hierony. exponit.

2 Deficere quoque pro mori ponitur in
differenter etiā quoad iustos & sanctissi-
mos sicut Psal. 30. *Quoniā defecit in dolore*
uita mea & animei in gemitibus, quod Da-
uidi quidē iuxta literā attribuunt pœnitē-
tā iugiter agenti Theod. Vatab. Iansen.
Lyran. Euthymius, sed Christo Domino

Aug.
Hierony. Theodoret. 1. Cor. 16.
Lyran: Genebrar.
Luc. 16.
Psal. 67.
Luc. 16.
Theodoret.
Genebrar.
Aquila. Symmach.
Luc. 7. Matth. 9. Isai. 29.
Ioan. 12. Hierony.

Aug. Cassiod. Glos. & D. Tho. quamuis
oblitat ne iuxta literā defilio Dei intelliga-
tur, quod Propheta dicit: *Auertisti faciem*
tuam à me, & factus sum conturbatus: quau-
uis Christus in passione sua conturbatus
est, sed non perturbatus dicens: Deus meus
ut quid dereliquisti me: & certe de Christo &
quoad tuā personā, & quoad corpus Eccle-
siæ intelligit Beda Præterea: Dñs affecit
uobis amicos de mammona iniquitatis ut cū de-
feceritis, recipiant uos in æterna tabernacula,
subaudi pauperes, quorum est regnum cæ-
lorum, impetrāt enim diuitibus elemosy
nā faciētibus respiciētā sape, & ueniā
peccatorū, quia: Sicut aqua extinguit ignem,
sic elemosyna resistit peccatis, Ecclesi. 3.

3 Deficere dicitur anima spiritus & cor in
scripturis quādo quis deliquit patitur, aut
est asim, vel raptū, vel ex tristitia, quidē vel
zelo, vel metu admirationis quoq; vel amo-
ris uelēmētia. Et quidē ex tristitia Hiere-
mias ait: *Va mihi quia defecit anima mea pro-*
pter interfectos, idest compassione cædis à
Chaldæis factæ in populo Dei, quod me-
ritoriū fuit lugētī, iuxta illud Matth. Beati
qui lugēt. De zelo uero Dei idē Hieremias
Et factus est in corde meo quasi ignis exæstians,
claususque in ossibus meis, & defeci ferre non su-
stinens. Eiusmodi zel⁹ gloriæ Dei filiū Dei
comedit, quando factō funiculo eiecit de
templo negociatores. De metu Psal. 142
Vbi Dauid in persecutione Absalō, ut cō-
stat ex titulo Psal. dicit. Velociter exaudi me
Domine, defecit spiritus meus. Itē cū esset in
spelunca præ timore Saulis dixit in Psal.
ut in titulo habetur: Et tribulationē meā ante
ipsum pronuntio, in deficiēdo in me spiritū meū.
Deniq; amoris & desiderij cælestiū uelē-
mētia idē Propheta clamat Isal. Cōcupiscit
& defecit anima mea in atria Domini, de quo
uide in uerbo Atriū, & Psal. 72. Quid mihi
est in celo: & à te quid uoluit super terrā defecit
cor meū & caro mea. vbi Aug. admirationē
& deliquitū intelligit ex amore & cōtēpla-
tione cælestiū regij Prophetæ. Notat autē
Greg. lib. 8. Moraliū explicans uersiculū
Psal. 83. Anima nostra uel spiritus defice-
re dicitur quādo iā terrenis calcatis nihil
nisi cæleste desideramus, & thesauriza-
mus thesauros iā non in terra sed in cælo
& implemus illud Matth. Abneget semetip-
sum & tollit crucē suam, &c. Deniq; tātū fuit
Prophetis Christi venturi uisioni deside-
rium ut quasi deliquium cordis paterētur

Aug. Cassiod. Glossa. D. Tho.
Luc. 16.
Matth. 5.
Ecclesi. 3.
Hier. 4.
Matth. 5. Hier. 20.
Ioan. 2. Psal. 142.
1. Reg. 24. Psal. 141.
Psal. 83.
Psal. 72.
Aug.
Greg.
Psal. 88.
Matth. 5. Matth. 16.

Pfal. 118. iuxta illud Psalm. Defecit in salutare tuum anima mea. Ideo Christus Apostolis dixit apud Luc. Multi Prophetae & reges desiderauerunt uidere quae uos uidetis, & non uiderunt.

4 Deut. 28. Deficere oculos alicuius denotat anxietatem, ut notat Lyranus super Deut. 28. Dabit enim tibi Dominus cor pauidum: & deficientes oculos, scilicet ex inuidia bonorum alterius: Aut quia non potest quis consequi, quod oculi eius concupiscunt, sicut notat D. Thomas super illud Iob. 11. oculi autem impiorum deficient & effugium peribit ab eis. Quod continget praesertim in die finalis iudicij quando rex fluet oues a dextris, haedos autem a sinistris. Tunc oculi reproborum deficient, quae phrasim plerumque in malum accipitur sicut. 1. Reg. 2. Iob. 17. Baruch. 2. D. In bonum autem longam denotat expectationem, usque ad lassitudinem Psal. Defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum. Quod Propheta dicit in persona Christi secundum humanitatem, quando clamauit. Deus, Deus meus ut quid dereliquisti me? Quia hic Psalmus de Christo allegatur Ioan. 2. 15. 18. Act. 1. Rom. 10. & 11. Item Dauid in propria persona dicit Psal. 118. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes quando consolaberis me: Quod poterat Apostoli dicere quando apud Marc. Laborabant in remigando, erat enim uentus contrarius eis: Nec uenit Iesus quidem usque ad quartam uigiliam noctis ad eos. Et quando in tempestate rursus ad Dominum dormientem clamauerunt: Domine salua nos perimus. Sed contra hoc esse uidetur, quod de iustis legimus apud Isai. Current, & non laborabunt: laborabunt, & non deficient. Ad quod facilis responsio est. Aliud quippe est oculos deficere quoad lumen corporale, quod longa expectatione quidem attenuatur, quod plane iustis ad patientiam meritum sapientius accidit: aliud uero est spem uiam, fidem quae deficere: quod perfectis raro contingit.

5 Psal. 63. Deficere itaque pro uiribus destitui, atque lassari, frequenter accipitur, sicut de Pharisaeis praedictum est in Psal. Defecerunt scrutantes scrutatio. In Hebraeo est defecerunt scrutatio scrutato, id est inuestigato. Quod quamuis ut Theod. ait, Dauid de sua persona dicat, contra quem Saul omnem mouebat lapidem frustra, sed in typo Christi sine dubio ut Aug. exponit, contra quem

Pharisaei omnia sunt scrutati machinamenta, nunc Apostolos accusantes, quod traditiones seniorum minime seruaret, nunc filium Dei calumniantes, quod cum publicanis manducaret. Item quod Sabbatum violaret. Sed defecerunt quia Dominus obmutescere fecit eos ex mortuis tandem gloriose resurgens, imo etiam mortalis ad huc in carne, conuicit quidem eos dicens, Quis ex uobis arguet me de peccato? In eodem sensu deficere pro lassari capitur Isai. 5. ubi de exercitu Romanorum sub Tito contra Hierusalem dicitur per hyperbolem. Non erit deficiens in eo, id est lassus ut Hiero. ait.

6 Hierony. Eccle. 22. Deficere sensu est iudicio rationis, uel senio, uel infirmitate priuari Eccl. 22. Super mortuum plora, defecit enim lux eius: & super factum plora, defecit enim sensus. Et certe mortuus & mente captus a qui paratur: quia sunt extra statum merendi. Porro quia non est defectus culpa, sed natura, dicit Ecclesiasticus de pariete senae: Si defecerit sensus, uentura da. Maxime quia apud Matth. legimus: Deus praecipit honora patrem tuum, & matrem tuam. Praeterea quia si in statu quis gratiae sensu deficiat, pluris quam prudentissimus quisque peccator faciendus est, iuxta illud Eccl. Melior est homo qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore Dei, quam qui abundat sensu, & trans greditur legem, iuxta illud Quid prodest homini si uniuersum mundum, lucratur, anima uero sua detrimentum patitur?

7 Luc. 18. Deficere significat interdum in uia uirtutis tepescere: aut retrocedere apud Luc. Oportet semper orare: & non deficere, id est horis saltem congruentibus non tepescere. Et Gal. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus, id est ne retrocedamus tepidi, sed semper sitiamus in cremata uirtutum, iuxta illud: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Solent uero tunc maxime discipuli retrocere, cum magistrum propter doctrinam uiderint persecutiones pati. Propterea Paulus dicebat Ephes. 3. Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis, pro uobis, quae est gloria uestra, quasi dicat ut exponit Theophy, Ne retrocedatis propter uincula mea, quae potius in gloria uestra cedunt: quos tanti fecit Deus, ut propter uestram salutem nobis suis Apostolis dixerit: Ite ego mitto uos sicut oues inter lupos Matth. 10. Imo & Christus Crucem pro uobis subiturus dicebat, Matth. 12. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.

Ergo

8 Ergo nonnulli diuinis castigati flagellis non solum non excitantur, sed tepescunt, sic existimabat sibi contigisse Dauid, cum Absalonis persecutionem propter peccatum cum Bersabe pateretur, dicens: Amoue a me plagas tuas: a fortitudine manus tuae ego defeci in increpationibus, id est non solum regno priuatus sum, sed etiam tepui: quia filii a bonis, id est dum quaedam mala tacere statui, tacui omnia bona, ut exponit Aug. Hiero. 15. ideo rogat amoue a me plagas tuas. In quo sensu Hieremias agens de aduentu Nabuchodonosor contra Hierusalem ait: Infirmata est quae peperit septem, defecit anima eius. Vbi septem promultis ponitur, id est quae multos peperit orba manebit: & deliquium patietur, ut exponit Hierony. uel spem perdet salutis. Caeterum suis flagellis intendit Deus ut peccator scilicet a malo desinat, & in eo potius peccata deficiant sic ciuitati Hierusalem a Chaldeis deuastanda praedicit per Ezech. Ventilabo te in terris: & deficere faciam immunditiam tuam a te, id est igne tribulationis Babyloicae fordes tuas consumam, ut exponit Hieronymus. Et de Iudaea quoque dicit Ezechiel. Dabo terram in solitudinem, & desertum: & deficiet superba fortitudo eius. Quia nimirum prosperitas & potentia, superbiam alunt, quam tribulatio deiicit, ideo cum principem Synagogae Iairum morte filiae percussisset, mox sequitur: Et ecce princeps unus adorabat eum dicens, Domine filia mea modo defuncta est. Sic & Regulum filio eius percusso confregit, atque conuertit: in quo sensu de Aegypto superbiens dicit Ezech. Cum contriuero ibi sceptrum Aegypti, & defecerit in eo potentia superbiae eius.

9 Psal. 11. Deficere significat deesse & abesse Psalm. Saluum me fac Domine quoniam defecit sanctus. De quo Dominus: Multi (inquit) sunt uocati, pauci uero electi. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, quod erit maxime sub mundi finem. In eodem sensu dicitur Dan. 9. Deficiet hostia, & sacrificium, in dimidio hebdomadis, id est sacrificium irrationabilium pecorum, & ritus Iudaicus in morte Christi: ut exponit Glossa, uel quando caeperunt Iudaei vitam Christi insidiari post annum Tiberij Caesaris decimum quintum ut uult Hieronymus, quia iam cepit esse sacrificium diaboli apud Iudaeos, de quo diximus in uerbo Abbreviare.

Item deficere pro consumi ponitur Hiero. 8. Nunquid deficere potest de petra agri nix Libani, quasi dicat non, quia media quidem aestate nix albicat in cacumine montis Libani: Sic nomen meum ait Dominus, expositore Hieronymo, non poterit unquam mutari, quod est Saluator. De quo Lucas: Et uocatum est nomen eius Iesus. Non ergo obliuiscetur Deus nominis sui, modo peccator resipiscat. Tanta quippe suorum prouidentiam habet, ut scriptum sit Deut. 8. de Israelitico populo: Vestimentum tuum, quo operiebaris nequaquam uetustate defecit, etc. in quadragesimo annis est: quod certe mirabile fuit. Notat autem Dionysius sententiam aliquorum inter Catholicos & Hebraeos dicentium, uelimenta paruulorum creuisse: quia non erat unde noua facerent. Quamuis ex uelimentis mortuorum denudum quidem nascentibus indumenta prouidebant. Quod si de Israelitico populo idolatra Deus curam specialem gessit, quomodo non credemus in Euangelio dicenti: Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiacentur uobis. Matth. 6. ubi iustitiam regni Dei charitatis ignem inteligit, de quo sub figura dictum est Leuit. 6. Iste ignis perpetuus est qui nunquam deficiet in altari, id est ignis charitatis in altari cordis ut exponit Greg. li. 25. Moral super Iob. 34. Quia charitas nunquam excidit. De quo Dominus: Hoc est praecipuum meum ut diligatis inimicum.

10 Defecit prophetia in populo Iudaico ut legimus Pro. 29. Cum prophetia defecerit dissipabitur populus. Quod accidit Iudaeis qui prophetias de Christo non recipientes audierunt apud Matth. Hierusalem, Hierusalem quae occidis Prophetas, & ecce relinquetur uobis domus uestra deserta, sic explicat Lyranus uel cum prophetia id est praedictio doctrinae diuinitus reuelatae in aliqua ciuitate defuerit, dissipabitur populus in varios concisus errores: ut exponit Beda. Propterea clamat filius Dei apud Lucam: Qui habet aures audiendi audiat, & Beati qui audiunt uerbum Dei & custodiunt illud.

12 Deficere non potest in ecclesia Catholica panis doctrinae Christi, sicut neque panis supersubstantialis corporis eius. Quod ita praedixit Isaias ca. 51. Cito ueniet gradus ad aperendum, & non interficiet usque ad interuentionem: nec deficiet panis eius. Locus

Deicere.

DEICERE dicitur in lingua sancta Iadad. Zach. 1. Vt deiciant cornua gentium.

Deicere est deturbare deorsum mittere & humiliare Psal. 72. Leiecisti eos dum eleuantur, id est impios in sua ipsa eleuatione humiliasti, sicut: Mortuus est diues & sepultus est in inferno, cui etiam similibus competit illud Psalm. In ignem deicie eos. Deicere autem cornua gentium est illas humiliare Zach. 2. vide in dictione Cornu, sic etiam legimus in Thren. Destruxit Dominus in furore suo munitiones uirginis Iuda: & deiecit in terram. Quod iuxta historiam factum est per Chaldaeos, qui ut Hierony. ait, minime plane contra Hierusalem praeualerent, nisi Dominus munitionem protectionis suae prius quidem abstulisset ab ea, quia cum esset virgo in fide polluta fuerat Sion idolorum fornicatione, propterea namque virgo vocatur, ut exponit Hierony. super Itai. 37. Sic & virgines fatuae, eodem expositore Hieronymo, pollutos lethali corruptione Christianos representant.

Deicit Deus confidentes inaniter ante pedes eorum, in quibus confidebant, relicto Deo vero, sic Ezech. 6. dicit Deus: Et deiciam interfectos uestrum ante idola uestra. Vbi Hieronymus notat, hac ratione monstrasse Deum inanem in idolis fiduciam, qui cultores suos coram se trucidatos saluare nequirent, sic saepe homines cupidi coram thesauris suis, quos Deo praeponant, immature moriuntur. Quia aurum eorum non poterit liberare eos in die furoris Domini, qui in Euangelio clamat: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra. Alioquin in morte dicet isti quod sub nomine populi Iudaici a Babyloniis deuastati clamat Hiero. Quonia deiecta sunt tabernacula uestra.

Deicit impudica femina plurimos Pro. 7. Multas enim uulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. subaudifemina. Quod satis ostendunt exempla Dauid. 2. Reg. 11. & Salomonis. 3. Reg. 11. & Sampsonis Iudi. 16. & filiorum Israel quos Moabitides pellexerunt Num. 25. Vnde Dominus admonet Matth. 18. Si manus tua aut pes tuus scandalizat te, abscinde eum & proice abs te.

77

I

Psal. 72:

Luc. 16.

Psal. 139,

Zach. 2.

Thre. 2.

Hierony.

Matth. 25:

2

Ezech. 6.

Hierony,

Ezech. 7.

Matth. 65.

Hiere. 9.

3

Pro. 7.

2. Reg. 11:

3. Reg. 11.

Iudi. 16.

Num. 25.

Matth. 18.

Deiciet

Pagninus.

Lyrans,

Dionysius.

Hiere. 14.

Luc. 2.

Matt. 2.

Hierony.

Glot. Interl.

Ruper.

Varablus.

Adamus.

Ioan. 10.

Symmach.

Act. 2.

Psal. 15:

Luc. 18.

Hierony.

Rupert.

Luc. 21.

Ioan. 6:

4

Dan. 8.

Hierony:

Matth. 24:

5

Hiere. 48.

Eccli. 49.

Prou. 15:

Matth. 5.

Luc. 6.

Prou. 18.

Matth. 10.

2. Cor. 4.

Matth. 10:

Luc. 10.

Deiciet etiam eos, qui iustitiae praesertim externae splendore fulgebunt Antichristus, sicut legitur Dan. 8. Deiciet de fortitudine, & de stellis, & conculcabit eas. Vbi Hieronymus hunc, inquit, locum plerique nostrorum ad Antichristum referunt, & quod sub Antiocho in typo factum est sub eo in veritate dicunt esse complendum, posuit autem Antiochus statuum Iouis in templo, & de iustis interfecit. Sic sub Antichristo: Erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi.

Deicere ceruicem alicuius, aut exultationem, est humiliare illum, Hierem. 48: Qui deiecit ceruices Moab. Item de Dauid legimus in Eccli. In saxo funda deiecit exultationem eius, id est Goliath. Deinde deicere est pusillanimum reddere, sicut Salomon ait: Merore animi deicitur spiritus: Propterea martyribus Dominus laborantibus dixit: Gaudete & exultate quia merces uestra multa est in caelo. Praeterea Pigrum deicit timor Prou. 18. ideo Dominus ait Nolite timere, eos qui occidunt corpus: post hoc autem non habent amplius quid faciant. Deici demique exterius sancti possunt, cum maneant in corde suo semper immobiles ut Paulus ait. Deicimur sed non perimus. Id est deicimur exterius, moribus luporum de quibus Dominus: Ecce ego mitto uos, sicut oues inter lupos. sed interius minime perimus, quinimo victores euadimus.

CAPVT XXI.

Delectari, Delitiae.



ELECTARI Hebraice dicitur Adan per. 7. vnde Edem delitiae Gene. 2. dicitur etiam Anag.

Delectari est affici voluptate, & delitiae sunt oblectamenta. Delectari vero dicitur Deus, quando sibi in suis complacet. Vnde Sapientia patris clamat in Prouer. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, & delitiae meae esse cum filiis hominum. Vbi Beda, siue Hieronymus sapientiam, inquit, ludentem, gaudentem intelligit, a principio enim, & ut ait Michas, a diebus aeternitatis, gaudebat filius unius

77

I

Prou. 8.

Beda.

Hierony.

Mich. 5.

esse cum patre, & cum crearet in patre manens simul omnia, complacebat sibi, &c. Sed inter omnes creaturas oblectabatur maxime cum filiis hominum, quia desiderat in nostro amore quiescere: nos quae bonorum gratia meritorum, ad se videndum perducere. Haec ille. Et quia propter nos fecerat uniuersa: ideo relictis nonaginta noue ouibus in deserto, venit illam quae rere qua perierat.

Delectant filium Dei animae, & Ecclesiae per orbem conditae ab Apostolis, & successoribus eorum, sic praedictum est Psalm. Myrrha & Gutta, & Cassia a uestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te Filiae regum in honore tuo. B. Theodoretus pro domibus, inquit, eburneis, Aquila & Symmachus a templis eburneis dixerunt, id est candidis, uestem autem vocat corpus eius, iuxta illud Hebr. Intrauit nobis utam nouam per uelamen eius, id est carnem suam: unde procedunt aromata, id est merita, & exempla virtutum omnium, ut etiam exponit D. Thomas & Augu. nam mulier a fluxu sanguinis tactu tumbriae Christi sanata est, &: Virtus de illo exhibit, & sanabat omnes. Item odor humilitatis, quando dicebat: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Et odor charitatis: Hoc est praecipuum meum, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos: Domus autem eburneae sunt Ecclesiae, quibus Christus delectatur ut ait Theodoretus, vel animae iustae ut inquit Augustinus. Delectatur etiam cum Angelis: Super uno peccatore poenitentiam agente, magis quam supra nonaginta nouem iustis. Qui sola externa iustitia putant se non egere poenitentia, ut exponit August. lib. de qq. Euangelicis, & refertur in cathena D. Thomae, in quo sensu exponit Lyranus illud Psalm. Vtique holocaustis non delectaberis, sacrificium Deo spiritus contribulatus: Id est non delectatur ieiunio Pharisei operasua iactantis, sed poenitentia Publicani, & certe irrationabilium pecorum sacrificiis non delectabatur Deus ut exponunt iuxta literam hoc loco Euthymius & Theodoretus, sed fide uiua & poenitentia.

Delectat nos Deus delectationibus ueris, & solidis Psalm. 15. Delectationes in dextera tua usque in finem. Quod duobus modis intelligitur, vel ut ipse filius Dei cuius anima tristis fuit usque ad mortem. rursus aeternas in dextera patris delectatio-

Luc. 15:

2

Psal. 44:

Theodo.

Aquila.

Symmach.

Heb. 10.

D. Tho.

Aug.

Matt. 9.

Luc. 6.

Matt. 11.

Ioan. 15.

Theodor.

August.

Luc. 15:

August.

Lyra.

Psal. 50.

Luc. 18.

Euthymius.

Theodo.

3

Psal. 15.

Theodo.

Ece 5 nes

Theodor. nes post resurrectionem possideat, sicut exponit Theodoretus, vel ipse Christus, qui dicitur dextera Dei patris delectationes iustis præbeat æternas post hanc vitam vt explicat Augustinus, de quo apud Ioan. Et iterum uidebo uos, & gaudet cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Præcipue uero Maria Virgo delectationibus sempiternis affluens ascendit in cælum deducente filio Cant. 8. Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitij affluens, enixa super dilectum suum: sic exponit Bernardus serm. de Assumptione.

4 Delectat Deus Ecclesiam suo sanguine redemptam, sic explicat Hieronymus. Illud Esai. 51. Consolabitur Dominus Sion, & ponet desertum eius quasi delicias. Hieronymus fatetur, ubi ipse in uulgata uertit delicias, in Hebræo haberi Eden, sicut Gene. 2. Paradisus, & sermo est de lege gratiæ, quando conuersis ad fidem ex Iudæis, & gentibus toto terrarum orbe refloruit Ecclesia. De quo Dominus Apostolis apud Ioan. Ego posui uos ut catis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat. Eodem modo exponunt Cyrillus & Procopius, Dionysius, Lyranus, Vatablus & Adamus, quia de materiali Hierusalem nequit intelligi. Sic exponitur & illud Esai. 66. Letamini cum Hierusalem, &c. Ut mulgeatis, & delitijs affluatis, ac omnimoda gloria eius. Nam post persecutiones refloruit noua Ecclesiæ plantatio, & impletum est, ut inquit, Hieronymus, illud Matth. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. De eadem Ecclesia dicitur in Cant. Quam pulchra, & quam decora es amica mea in delitijs. Non turpis in obscænis amoribus, sed de cora in amore Christi castissimo, cuius carnem sub Eucharistia in delitijs comedis, iuxta illud. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Item in delitijs scripturarum, ut Gregor. exponit, de utrisque uero delitijs scilicet, Eucharistiæ & scripturæ dicitur apud Esaiam: Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in celsitudine anima uestra. Quis enim celsior cibis quam panis Christi, quem qui manducat decenter: Viuet in æternum.

5 Delitijs quoque deuotionis ex familiaritate colloquij diuini procedunt Iob 22. Tunc super omnipotentem delitijs affluens, quibus affluebat Maria, quæ sedens secus

pedes Domini, audiebat uerbum illius. Denique Propheta: Nox, inquit, illuminatio mea in delitijs meis. Id est non latebo te Deum meum in nocte, quia lucida nox me circumstat, ut uertit Symmachus, quem sequitur Theodoretus, pro delitijs, Hebræice est Eden uoluptas. Vnde recte August. ait, illi nox est illuminatio in delitijs, qui in lege Domini meditatur die ac nocte, cuius rei nobis Dominus daturus exemplum: Erat per noctans in oratione Dei. His delitijs spiritualibus priuantur peccatores qui remorsu conscientiæ cruciatur Prou. 19. Non decent stultum delitia. Quia ut notat Glossa carnalis non sapit spiritualia.

6 Delectat Deus prædicatores sicut olim Apostolos in conuersione animarum sicut legimus in Psal. Te deceit hymnus Deus in Sion, &c. Turbatur uero gentes & timebunt à signis tuis, exitus matutini & uespere delectabitis. Vbi sermo est de prædicatione Apostolorum, & eorum qui eis successerunt, quia dicitur de conuersione gentium ad te omnis caro ueniet. Sic exponunt Hieronymus, August. Glossa, Theodoretus, Vatablus & Genebrardus, &c. Turbata sunt itaque gentes, & timuerunt uidentes signa Apostolorum, de quibus Marci ultim. Signa autem eos qui crediderunt, hæc sequentur in nomine meo demonia eijcient, &c. Vnde ò Domine, inquit, Propheta exitus matutinos, & uespertinos Apostolorum prædicantium multis ad fidem conuersis delectabis, id est delectabiles reddes. Quia tunc implebitur illud Ioan. Et posui uos ut catis, & fructum afferatis. Pro exitu matutini, & uespere delectabis, Symmachus uertit, ut ait Theodoretus: Diluculo & uespere hymnos dicent. Subaudi prædicatores, Cui consonat Chaldaicus dicens: Abortu matutino, & uespere ordinabis in ore eorum laudem. Sed Genebrardus exponit extrema Orientis, & Occidentis lætitia afficies, quia sic Dominus iussit Marc. ultim. Prædicare Euangelium omni creaturæ. Quod hodie compleri uideamus conuersis ad Orientem Sionis prædicatione patrum Societatis Iesu & ad Occidentem Pirulanis, quos illi post alios viros religiosos Euangelica prædicatione delectant, & eorum conuersione delectantur, iuxta illud Psalm. Et in lætitudine exultent, delectentur in lætitia. Nullus enim cibis delectabilior in rebus humanis, quàm

Luc. 10. Psal. 138. Symmachus Theodor. Aug. Luc. 6. Prou. 19. Glos. Psal. 64. Hierony. August. Glossa. Theodoret. Vatab. Genebrard. Marc. ult. Ioan. 15. Simmachus Theodor. Chaldaus. Geneb. Marci ult. Psal. 67.

Ioan. 4. Matt. 22. Hiero. 3. Reg. 11. 2. Reg. 11. Iud. 16. Dan. 5. Iudit. 13. Ioan. 12. Matth. 16. Apoc. 18. Gen. 6.

conuersio animarum. De quo Dominus dixit Apostolis, apud Ioan. Ego habeo cibum manducare, quem uos nescitis. Denique exitus matutini & uespere, id est Orientis & Occidentis, sunt illi de quibus seruis suis Dominus dixit apud Matth. Itc ergo ad exitus uiarum, & quoscumque in ueneritis, uocate ad nuptias.

Delitia in malum pro carnalibus accipiuntur oblectamentis, Hierem. 31. ubi ciuitati Hierusalem dicitur: Vsq; quo delitijs dissolueris filia uaga. Nihil enim magis virtutum dissoluit disciplinam quam delitia carnales, quibus Salomon uacans sacrificauit idolis, & Dauid aliis in bello laborantibus, dum otio & delitijs indulget, adulterium commisit, & homicidium delitijs quoq; delinitus Sampson captus est, & oculis priuatus. Quid quod Balthasar delitijs incumbens, regnum cum uita perdidit: Olofernes post ebrietatem delitio se dormiens in lecto, decollatus est, & Anibal Carthaginensis qui urbi terrori fuit, Consulque Romanos, & exercitus prostrauit, dum delitijs uacat, robur militum emolliuit, ut Lilius refert. Ideo Dominus abnegare delicias docuit, dicens: Qui amat animam suam perdet eam, & si quis uult uenire post me abneget semetipsum, & tollat crucem, &c. Alioquin audiamus iudicium Babilonicæ meretricis in Apocal. Quantum se glorificauit & in delitijs fuit, tantum ei date tormentum & luctum.

CAPVT. XXII. Delere.



DELERE Hebraicè dicitur Machah, ut patet Gen. 7. Delere est scripturam deterere & obducere: in de exteditur ut significet demoliri, & euertere, sic Dñs dixit Gen. 6. Delebo hominē, uidelicet quasi pictor eximi⁹ qui super imaginem quam uiuis coloribus graphicè depinxerat, maculam cecidisse uidet ingentem, delet imaginem spongia dolens ne in dedecus cedat authoris. Sed ais non ne potius esset maculam delere peccati quam totum hominem? Ad quod respondemus

nihil Deum magis in bonis habere, quam vt peccator resipiscere uelit, vt Dñs maculam culpæ eius deleat, sed libero sapienter arbitrio resistit homo, iuxta illud: Vos semper spiritui sancto resistitis: alioquin penitenti petenti quæ libenter delet. Sicut remisit Propheta dicens: Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Et Esai. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, &c. Reduc me in memoriam, & iudicemur simul. Vbi Hieronymus delecto, inquit, omnes iniquitates tuas aspersione, & sanguini noui testamenti. Hæc ille. Vbi notandum labes peccatorum usque adeo difficiles esse, ut de rigore iustitiæ non nisi sanguine Christi deleantur, iuxta illud Ioan. Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato. Sed ais, si Deus delet iniquitates nostras propter se, quid exigit fidem, & baptismum, & post illum à relapsis penitentiam? Ad quod facilis responsio est. Hæc omnia quæ Deus exigit, ut ei exhibeamus, nobis penitentibus ipsum donare, ideo iustificatio impiorum non meritis nostris, sed Dei gratiæ tribuitur Psal. Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Ideo clamat Matth. 11. Veni te ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos.

Illud etiam notandum peccata proprie deleri: id est auferri. Nam quod maneat, sed non imputentur, hæreticorum deliramentum est, sed uere planè mundatur. Quod per metaphoras & similitudines pulchras satis explicat scriptura, apud Esai. Deleui, inquit, ut nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Reuertere ad me, quoniam redemi te. Vbi Hieronymus, sicut inquit, nobis caligo & nebula solis calore dissoluitur, vel uento resatè tenuatur, ita omnes iniquitates tuas dissolui faciã. Tu autè reuertere ad me, & age penitentiam, qui redimendus es pretioso sanguine. Hæc Hieronymus. Accedit quod Daniel expressis uerbis ait: Et unguetur sanctus sanctorum, &c. Et Paulo ante ut: Consummetur per uariationem & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna. Quæ est ille agnus, ut Theodoretus ait, de quo Ioannes clamat: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ipse uero qui tollit peccata, conditionem apposuit peccatoribus, sine qua non tollit, dicens apud Luc. Nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Et

Esai. 7. Psal. 50. Esai. 43. Hierony. I. Ioan. 7. Psal. 102. Matth. 11. 2. Esai. 44. Hierony. Dan. 9. Theodor. Ioan. 1. Luc. 8. Luc. 7. de pecca-

Luc. 7. de peccatrice dixit: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Denique filius Dei in Cruce quatum ad sufficientiam: Deleuit Chirographum peccati, quod erat contrarium nobis. De quo vide in verbo Chirographum, sed quoad efficaciam exigit poenitentiam, & sacramenta.

Colof. 2. Delere de libro vitæ, est gratiam iustificantiem propter lethale peccatum auferre, P. sal. Delcantur de libro iuuentum, & cū iustis non scribantur. Vbi notant Aug. Cassiodorus & Glossa neminem prædestinatorum de libro vitæ posse deleri, sed dici nonnunquam deleri, non qui sit ibi conscriptus reuera, sed qui secundum præsentem iustitiam ibi conscriptus esse coniciebatur. Propterea subiungit: Et cum iustis non scribantur. Quamuis multo luculentior sit expositio Diui Thomæ, 1. p. q. 2. art. 3. dicentis ad nostrum modum intelligendi, in libro quidem vitæ, qui est quædam conscriptio in mente diuina ordinandorum in vitam æternam, dupliciter iustos scribi: quidam scribuntur velut ordinati ad vitam æternam ex prædestinatione diuina, qui nunquam delentur: quidam vero secundum præsentem iustitiam, non solum in coniectura hominum, sed reuera apud Deum grati: qui tamen quando in peccatum mortale ceciderint, delentur ab illa ordinatione, qua per gratiam iustificantiem ordinati erant in vitam æternam, quæ plane mutatio in ipsis est non in Deo. Sic legimus quosdam deleri, quosdam vero non deleri. Nam in Exo. Dominus ait: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Et è contrario, Apoc. 3. Qui uicerit, sic uestietur uestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro uitæ.

Exo. 34. Apoc. 3. Deleri petit Moyse de libro vitæ dum oraret pro salute populi, Exod. 32. Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non uis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. De quo varæ sunt expositiones. prima est August. libr. qq. super Exodum. q. 147. securus, inquit, hoc dixit, ut quia Deus certo non erat delurus Moysem de libro suo, sic certum redderet responsum, peccatum illud populo dimitti. Secunda Rupertus super Exo. Si populū istum omnino deles, filius Dei carnem secundum prædestinationem non assumet: neque homo saluabitur, quare idem est non parcere populo, quod delere me, & omnes electos de libro vitæ. Ter-

tia explicatio Rab. Moyse: Dele me de libro legis, ut meo nomine non edatur, aut parce populo, sed istæ omnes expositiones non coherent cum diuino responso, scilicet: Qui peccauerit mihi, delebo eum, &c. Ut lector facile intelliget, quare Hieronymus epistola ad Aglatiam. q. 9. Explicat de separatione à vita corporali, eodem modo Tertullianus libro. 2. aduersus Marcionem. Et Hilarius super Psal. 68. Quinta expositio Lyrani, Vatabli & Dionysij Carthusiani, per hyperbolem, & non ex animo petiisse deleri de libro vitæ, in quo iusti secundum præsentem iustitiam describuntur, idest pr. uari uisione beata. Sed magis quadrat expositio quarta Hieronymi, secundum quam typus fuit Moyse boni pastoris, qui dicit: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

Delere nomen alicuius duobus modis intelligi potest, vel ut claritas per nomen significata gloriosa deleatur, quamuis memoria nominis proprii cum de core maneat. Sicut in Exod. scriptum est: Delebo nomen Amalech sub celo. Et Denter. fuit autem Amalech. nepos Esau. 1. Para. 1. Vnde Amalechitæ deleti sunt à Rege Saul præcepto Domini, cum vxoribus & filiis, ne posteritatis memoria remaneret, quâuis paucos remansisse constat 2. Reg. 8. Sed sicut scriptum est Prou. 6. Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Ideo in Amalech non quidem gentis claritas propagata est. Cæterum aliquando memoria ipsa nominis aufertur, sicut nomen diuitis epulonis Luc. 16. & Psal. Nomen eorum delesti in æternum, & in seculū seculi.

Deleri dicitur interdum iniquitas, non tam culpa, quâ ipsum opus iniquum, culpa remanente. Sic legimus in Ecclesi. Omne munus & iniquitas delebitur. Idest munera, quæ contra iustitiam iudicibus conferuntur, simul cum iniquitate, idest cum iniusta pro acceptione sententia in morte peribunt, ut exponit Lyranus & Iansenius. Ideo sollicitudo temporalium, quæ ad in iustitiam inducit prohibetur, apud Matt. Nolite solliciti esse anima uestre, quid manducetis, & corpori uestro quid induamini, &c. Quæ rite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adicientur uobis.

Deleri de populo animam denotat mortem violentam, Gen. 17. Anima cuius

R. Moyse,
Hierony.
Tertul.
Hilarius.
Lyr.
Vatablus.
Dionys.
Ioan. 10.
5
Exo. 17.
Deut. 25.
1. Para. 1.
2. Reg. 8.
Prou. 6.
Luc. 16.
Psal. 9.
6
Eccli. 40.
Lyr.
Iansen.
Matth. 6.
7
Gen. 17.

præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur à populo suo. Burgensis dicit non esse hic significatum capitale supplicium transgressoribus: quia neque hodie apud Iudæos viget. Sed Lyranus putat adultis poenam capitis imponi legem negligētibus. Quia Hebr. 10. Irritam quis faciens legem Moyse, duobus aut tribus testibus conuictus moritur. Fuit autem lex circumcisionis à Moyse confirmata: Sed paruulū ante rationis vsu ram minime ligabat corporale supplicium, subditur enim quia pactum meum irritū fecit, quod non congruit paruulo, sic etiā exponit Caietanus. Quia Hebraicè actiue legitur: Præputiatus masculus, qui non circumciderit carnem præputij sui, delebitur. Vbi Hebraicè Charath. denotat exterminare. Sic & Chaldaicus vertit, & Sept. Qui non circumciderit carnem præputij sui. Ergo solos rationis compotes comprehendit poena: nihilominus tamen Augustinus libro. 16. de Ciuitate cap. 17. ad paruulos præceptum extendit, quia: Omnes in Adam peccauerunt. Et ibi irritum fecerūt pactum Dei, de quo fit hoc loco mētio, non tamen de poena corporali, sed de spiritali paruuli intelligit Augustinus. Quia sicut qui in lege gratiæ sine baptismo ex hac vita migraret, non intraret in regnum Dei Ioā. 3. propter originale peccatum, quia in Adam pactum Dei irritum fecit: sic & infans qui sine circumcisione moriebatur olim. Sic exponit Glossa ordinaria super Gen. delebitur anima eius à cætu sanctorum, in quo sensu teneri potest August. sententiā.

Deleri negatur peccatum matris, quod impius filius imitatur, Psal. Et peccatum matris eius non deletur. Quod intellige quoad poenam, sic Theodoretus matrem Iudæorum vocari putat hoc loco Hierusalem, cuius peccatum necis Christi non est deletum, quoad filios eius obstinatos, dicente Domino: Ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est. Sic etiam exponit Hierony. Quia propter hoc non est relictus in Hierusalem lapis super lapidē. Nec mirum quod peccatum obstinatorū minime deleatur cum de illis scriptū sit: Non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod non delebitur. Sed quale hoc sit explicatur apud Matth. 11. maledicti in ignem æternum.

Burgensis.
Lyran.
Heb. 10.
Caieta.
Chaldaus: Sept.
Aug: Rom. 5.
Ioan. 3.
Glossa.
8
Psal. 108.
Theodo.
Matth. 23.
Hierony.
Luc. 19.
Hier. 20.
Matth. 25.

CAPVT XXIII.

Delicatus.



DELICATVS dicitur in lingua Hebræa Rach. Deuter. 28:

Delicatus dicitur, qui delitiis est assuetus, quique præ ten-

neritudine laborare non potest, quod & in malum accipitur & in bonum. In malum quidem Deuter. 28. Homo delicatus in te, & ualde luxuriosus inuidebit fratri suo. Et ad Babylonem dicitur in Esai. Audi delicata, habitans in confidentia, &c. uenient tibi hæc subito in die una, sterilitas & uiduitas. Vbi sterilitas pertinet ad orbitatem, filiis scilicet interemptis à Cyro Perfarum rege, & uiduitas ad solum regni, quod occiso Balthasare perdidit in nocte una. Sic etiam dicitur populo Ammonitarum: De fluxit uallis tua filia delicata, quæ confidebas in thesauris tuis. Quod Sept. vertunt effluxerunt campi tui filia ignominia, sic etiam exponit Theodoretus. Quia uidelicet delicatus ebrietatibus, & comestationibus ignominiose uacat, effluxit ergo vinum de uallibus fecundis, & thesauri direpti sunt. Propterea Dominus monet: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra. Quia ut legimus de diuite delicato: Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.

Delicatus in bonum dicitur qui spiritalibus affluit consolationibus, sic 2. Reg. 3. David ait: Adhuc ego delicatus, & unctus rex. Idest nunquid consolationibus semper spiritalibus abundare debeo, & non aliquando peccata lugere. Et 1. Para. Dixitq; David, filius meus Salomon puer paruulus est, & delicatus. Idest spiritalibus magis sapientia delitiis, quam laboribus corporalibus assuetus. De tribu quoque Ephraim ab initio in vera religione nutrita dicitur apud Hier. Si filius honorabilis Ephraim, si filius delicatus. Vbi Hieronymus dicit, inquit, hoc loco intelligimus in Domino. Sic etiam exponit Theodoretus. Deniq; delicatus dicitur qui non es assuetus laboribus indifferenter Hier. 6. Speciosa & delicata comparauit filiam Sion, &c. Sanctificata contra eam bellam. Vbi exponit Hierony.

57
1
Deut. 28.
Esai. 47.
Hier. 49.
Sept.
Theodor:
Matth. 5.
Luc. 16.
2
2. Reg. 3.
1. Para. 22:
Hier. 31.
Hierony.
Theodor.
Hier. 6.
Theodo.

mus, Sion delicata dicitur propter ciues delicate viuentes, sic explicat etiam Theodoretus, enim verò qui delicate viuit siue in spiritualibus, siue in corporalibus, parare se debet contra aduersarios, qui mox in surgunt, vnde contra Mariam, quæ delicate se debat fecus dedes Domini, v: pro delitiis audiret verbum illius, continuo Martha soror insurrexit, & Domino dixit: Domine non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare?

Delicatum Sabbatum appellatur Esai. 58. Quia in eo laborare non licebat, sed spiritualibus vacare delitiis: Si uocaueris Sabbatum delicatum, &c. & glorificaueris illud dum non facis uias tuas, & non inuenietur uoluntas tua, ut loquaris sermonem, tunc delectaberis super Dominum. Ergo ut delicias habeamus spirituales, absit propria uoluntas, & audiamus dicentem: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum, Matth. 16.

CAPVT. XXIII.

Delinquere, Delictum.



DELINQVERE & peccare dicitur Hebraice Afam Leuitic. 5. delinquit in Dominum.

Delinquere est peccare & delinquere de debiti officium, vnde delictum peccatum est omissionis. Porro delictorum nostrorum Deus dicitur reminisci, quando punnit, Tobi. 3. Neque reminiscaris delicta mea. Quasi dicat, ut notat Glossa interlinealis, ne reminiscaris Domine, quia ego remissus cor, iuxta illud Pauli: Si nos ipsos iudicemus, non utique diiudicemur.

Delicta quæ derelicta seu omissionis peccata significant magis nos latet quam commissa, vnde Propheta clamat: Delicta quis intelligit? Propterea Iob petebat: Scelerata mea, & delicta mea ostende mihi. Subaudi ut magis humiliatus poenitentia agat, sicut enim opera bona humant, sic delicta ut notat Glossa super Psal. 18. tenebras effundit, quibus occultantur frequenter nobis, iuxta illud Prou. 14 peccatorum tenebrosa, nesciunt ubi corrumpant. Et Esai. Expectauimus lucem & ecce tenebrae. Sic Apoc. 9. de puteo Abyssi

si fumus ascēdisse dicitur, qui solem obscurauit, id est lumen rationis ut notat Richardus, ideo quod Dominus in terra digito scribens, accusatorum adulteræ peccata detexerit, clementia fuit.

Delictum maximum uocatur superbia Psal. 18. Et mundabor a delicto maximo. Quod intelligitur maxime capitale: Quia initium totius peccati superbia. Alioquin maius peccatum est odium Dei, sed non ita capitale. Sic exponunt August. Hierony. Casiodoro. D. Thom. Vatablus & Beda, sed Lyranus maximum hoc loco peccatum putat esse idolatriam, quia præcessit ab alienis pro se seruo tuo. Id est ab alienis à fide libera seruum tuum. Porro in Hebræo ut vertit Hieronymus in suo Psalterio: Est a superbis libera seruum tuum, si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor a delicto maximo. Vbi per superbos, tyrannos intelligit, à quibus liberari petebat, ne ad eorum superbiam traheretur, quod magis placet tui quia & Chaldaeus vertit à superbis libera seruum tuum, ne dominantur in me, & quia communior patrum expositio est: tum etiã quia quod Genebrardus delictum maximum pro multitudine delictorum positum putat, non ita litera inhaeret. Contra hoc superbia delictum, quo & Lucifer cecidit, muniens Apostolos Dominus dixit, Matth. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum caelorum.

Delictum Samaritæ, delictum æternum, delicta præcedentia, & delictum incessabile in scripturis legitur. Et quidam Amos 8. dicitur: Qui iurat in delicto Samaritæ. Id est in vitalis aureis Samaritæ, quos adorare fecit Ieroboam 3. Reg. 12. Cui similes sunt Hæretici, ut Hieronymus notat, qui aureos hæresum vitulos, id est auro scripturarum ementito compositas hæreses, iurare populos docent. De quibus Dominus ait apud Matth. Attendite à falsis prophetis. Deinde æternum delictum dicitur quod est irremissibile Marci. 3. Qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum sed reus erit æterni delicti. Quod exponit Hieronymus de finali impoententia, quæ est peccatum per excellentiam contra Spiritum sanctum, cuius effectus est remissio peccatorum, de quo uide libr. 2. in uerbo Blasphemia.

Præterea

Præterea delicta præcedentia uocantur, quæ ante mortem Christi commissa sunt, quæ non solum quoad sufficientiam, sed etiã quoad efficaciam dispositis quidam Christi sua morte deleuit, in quo sensu Paulus de Christo dicit: Quem proposuit Deus propitiatorem. In remissionem præcedentium delictorum, de quo latius in dictione Propitiator, postremo incessabile delictum uocatur peccatum ex consuetudine, iuxta illud: Habentes oculos plenos adulteriæ, & incessabilis delicti. De peccato consuetudinis uide libr. 3. uerbo Consuetudo.

Delicta sua quoad poenam uocat filius Dei totius humani generis peccata, Psal. 21. Longe à salute mea uerba delictorum meorum. Quæ uerba prædicta sunt in persona Christi in Cruce pendens, qui nostra delicta quasi propria suscepit diluenda, quamuis sint qui horreat hic delicta sua Christum confiteri. Et quidem sciendum teste Theodoro, Aquilam transtulisse uerba fremitus mei, Symmachum uerba clamoris mei, in Hebræo autem legi hodie, uerba rugitus mei, solos uero Sept. uerba delictorum meorum. Neque inepte. Quia Hebraicè Shaag, rugit, pro Shagà, errauit, legerunt quasi per figuram Metathesim poeticam dictum, ut notat Genebrardus, & ita hoc merito uulgata recepit, neque opus est subterfugia querere, ad quæ diuertunt Iacobus de Valentia, & Richardus Panopolitanus, dicentes meorum esse substantiuum, ita ut sint delicta non Christi, sed suorum uidelicet, delictorum inquit, meorum id est subditorum. Sed neque Hebræa, neque Græca consentiunt: Neque opus est ut cum Iansenio interrogatiue legamus, quasi Dominus interrogando neget se habere delicta, neque dicendum est Prophetam in sua persona loqui, cum de Messia hunc Psalmum exponant Hieronymus, Augustinus, Casiodorus, & Damascenus lib. 4. de Fide cap. 20. Item de Christo in passione intelligit Basilius super Psal. 28. & Gregor. libr. 3. Mora. cap. 14. & Iustinus Martyr in dialogo contra Tryphonem, Cyrillus super Ioann. 19. Ambrosius sermone. 3. Hæc inquit, dicit filius Dei ut manifestaret, propter nos esse derelictum, quorum peccata portabat. Sic etiam Athanasius libr. de Passione & Cruce. Et D. Thomas

super hunc Psalm. Et ibidem Theodoretus, allegans illud Pauli 2. Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Et Gala. 3. De maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Itaque maledictionem poenalem nostrorum peccatorum accepit, qui dixit longe sunt à salute mea, id est ut mortem euadam. Item apud Esai. legimus: Posuit Dominus super eum iniquitatem omnium nostrum. Non quidem quoad culpam quod satis Dominus ostendit, quando ante passionem dixit Pharisæis: Quis ex uobis arguet me de peccato?

Delictum alicuius super ipsum esse, de notat illum ad poenam vel satisfactionem teneri. Eccli. 23. Vir multum iurans replebitur iniquitate, &c. Si frustrauerit, delictum illius super ipsum erit. Id est si non impleuerit iuramentum, ut exponit Iansenius, tenebitur quidem satisfacere.

Delictis illius ueniam impetrare nemo potest, qui odio habet inimicum, Eccli. 28. Ipse dum caro sit reseruat iram, & propitiationem petit à Deo, quis exorabit pro delictis eius? Quasi dicat nullus, ut constat ex parabola Matthæi. Vbi debitum remissum decem millium talentorum repetitum est ab eo, qui centum denarios conseruo suo dimittere noluit. Denique non solum uicisci non possumus, uerum etiam si occultum est proximi delictum siue contra nos, siue contra Deum, tegere debemus, nisi aliud exigat iustitia, Prou. 17. Qui celat delictum, quarit amicitias, qui altero sermone repetit, separat fœderatos. Sic Christus celauit delictum Iudæ, ne illum apud discipulos infamaret, & odiosum redderet, seruansque amicitiam cum illo, dixit ei in orto: Amice ad quid uenisti?

CAPVT. XXV.

Demittere.



DEMITTERE dicitur Hebraicè Dacha. Psal. 88. Tu humiliasti sicut uulneratum superbum.

Demittere est quasi deorsum mittere. Demittit autem Deus lapidem terre angularem per metaphoram, quando centrum illi constituit,

Luc. 10.

3 Esai. 58.

Matt. 16.

Gen. 1.

I

Tob. 3. Glos.

1. Cor. 11.

2

Psal. 18. Tob. 13.

Glossa.

Prou. 4.

Esai. 59.

Apoc. 9.

Richardus.

Ioan. 8.

3

Psal. 18.

Eccli. 10.

Aug.

Hierony.

Casiodoro.

D. Th.

Vatab.

Beda.

Lyra.

Hierony.

Chaldaus.

Genebr.

Matth. 18.

4

Amos 8.

3. Reg. 12.

Hierony.

Matth. 7.

Marc. 3.

Hiero.

Rom. 3.

2. Petr. 2.

5

Psal. 21.

Theodo.

Aquila.

Symmachus

Theodotio.

Septuag.

Genebr.

Iacobus de

Valentia.

Richardus.

Ianse.

Hierony.

August.

Casiodoro.

Damasc.

Basilius.

Greg.

Iustinus,

Cyril.

Ambr.

Athanasius.

D. Tho.

Theodo.

Gala. 3.

Esai. 53.

Ioan. 8.

6

Eccli. 23.

Ianse.

7

Eccli. 28.

Matth. 18.

Prou. 17.

Matth. 26.

23

I

D.Tho. Iob. 38. Sic explicat Diuus Thomas illud Iob: *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? &c. Aut quis demisit lapidem angularem eius?* Mystice vero lapis angularis terræ, idest Ecclesiæ, vt exponit Glossa, Christus est, de quo ipse Matth. 21. in parabola vineæ dixit: *Nunquam legistis in scripturis, lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli?*

2 Ezech. 1. Demittere pennas signum est subiectionis, & reuerentiæ, sic legimus de sanctis quatuor animalibus, apud Ezechiel. *Et cum fieret uox super firmamentum, &c. Stabant & sumittebant alas suas.* Et paulo ante: *Cumque starent demittebantur penna eorum.*

Hierony. Vbi Hieronymus vocem, inquit, Dei omnipotentis resonantem in caelestibus ferre non poterant, sed stabant, & mirabantur, & Dei potentiam suo silentio demonstrabant. Theodoretus vero obedientiam quoque sanctorum spirituum hic ostendi putat, qui ad nutum Dei mouebant, & dimittebant alas. Quia Ioann. 8. *Qui ex Deo est, uerba Dei audit.* Præterea si Cherubim uocem Dei ferre non poterant, quid mirum si in transfiguratione, facta uoce de nube lucida, *cecidissent a postoli in faciem suam:* Item, quid mirum si dicente Christo ad Petrum Ioann. ultimo: *sequere me, scilicet per mortem Crucis, ille tanta uocis uirtute animatus Crucem subierit gaudens?*

3 Ezech. 49. Demittere significat humilitatem, & obedientiam. Sic Ecclesiæ dicit Esaias: *Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ, uultu in terram demisso adorabunt te.* B. Prosper. libro de Promissionibus Dei par. 3. Promissione. 33. dicit, cōuersionem gentium hoc loco significari, quæ sub tempora Constantini Magni baptismum supplices ab Ecclesia petierunt, quando & reges conuersi sunt, hodieque apud Iaponios baptismum principes suscepto filios suos ad adorandam sedem Romanam sub Grego. Papa. XIII. destinarunt. Denique Magos fuisse reges, qui Christum infantem adorauerunt, traditio tenet Ecclesiæ, de quo libr. 1. uerbo Adorare.

I

CAPVT XXVI.

Denarius.



DENARIVS apud Romanos numus erat argenteus, ita dictus quod pro decem æreis assibus soluebatur, quibus fere correspondet ærei decem quadrantes apud Hispanos, & quidem Budæus libr. de Assē variis in locis ostendit Drachnam Atticam, denariumque Romanum eisdem fuisse ponderis, quod Plinius aperte fatetur libr. 21. cap. ult. Drachma, inquit, Attica denarij argentei habet pondus, eademque sex obolos pendere efficit. Ex hac ergo adnotatione intelliguntur in historico sensu uaria scripturæ loca. Qualis ille Matth. 18. de seruo cui Dñs debitum decem millium talentorum liberaliter remisit, ipse uero conseruo sibi cētum Denarios debenti noluit neque obolum condonare, de quo supra in dictione Debitū. Item in parabola, Luc. 7. *Vbi uni creditori erant duo debitores, alter debebat ei quingentos denarios, alius uero quinquaginta.* Idest Phariseus, qui Dominum inuitauerat, paruū debitum hoc est quinquaginta debebat denarios, sed mulier in ciuitate peccatrix, quingentos, idest multum, & sic de similibus.

Denarij duo quos in parabola uulnerati, Luc. 10. Samaritanus dedit stabulario: *Dicens curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi,* duo significant præcepta charitatis, quæ Samaritanus qui interpretatur custos, & typus Christi, vt exponit Augustinus libro de quæstionibus Euangelij dedit stabulario, uidelicet Ecclesiæ prælato, qualis Apostolus Paulus erat, vt curaret saucium peccatorem, & si quid supererogaret, de consilijs Euangelicis, quale est illud Pauli: *De uirginibus præceptum Domini non habeo: consilium autem do.* Ego, inquit, filius Dei cum rediero ad finale iudicium, reddam tibi. Sic & Ambrosius super hunc locum, quando, inquit, reuerteris Domine, nisi in die iudicij? &c. Reddesque beatis, quibus es debitor. Hæc ille.

Singulos denarios accepere vineæ operarij pro mercede laboris, Matthæ. 20.

I

Budæus,

Plinius,

Matth. 18.

Luc. 7.

2

August.

1. Cor. 7.

Ambro.

3

Matth. 20.

Vbi

Vbi pater familias: *Exiit primo mane condicere operarios in uineam suam, &c.* & certe denarius secundum omnes expositores præmium laboris est, differt tamen inter illos quæretes: An sit præmium in hac uita, an uero post præsentem in futuro sæculo? unde quia denarium quidam accipientes murmurabāt, aliqui inter patres magnæ plane autoritatis putauerūt mercedē esse in hac uita mortali. Inter quos Basil. in regulis cōpēdio explicatis. q. 256. dicit denariū esse illud centuplum, quod relinquētibus aliquid propter Christum promittitur in hoc sæculo. Origenes uero Tract. 10. in Matthæum censet esse gratiam aliquam gratis datam. Tertio Hieronymus libr. 2. contra Iouinianum denarium dixit esse baptismi donū. Denarius (inquit) est quasi indulgentia ueri principis, omnes per baptismum emittit de carcere. Et ante Hieronymū Irenæus martyr, lib. 4. contra hæreses cap. 70. omnes ait acceperunt singulos denarios: idest imaginem, & discretio nem legis, & agnitionē filij Dei. Vbi per denarium uiuam intelligit fidem, quem sensum sequitur Anselmus. Sed omnes istæ expositiones literæ non cohærent. Quia nō potest esse centuplum huius uitæ, vt putauit Basilus, quod datur post solis occasum, idest post mortē. Nec potest esse gratia gratis data vt dixit Origenes, quia non cadit illa sub merito, & conuentione iustitiæ. Quæ etiam ratione nec potest esse gratia baptismi vt Hieronymus opinatur. Quia si ex operibus datur, & pro labore, iam non est gratia. Neque potest esse fides, quæ: *Donum Dei est,* & non ex operibus. Quare tenenda est aliorū patrum sententia, quæ denarium potius diurnū intelligit gloriæ præmium, quod post uitæ mundi que finem, per solis occasum significatum, datur electis in corpore glorioso resurgentibus. Sic exponunt Aug. li. de sancta uirginitate & tract. 67. in Ioannem & Chrysoft. homil. 65. in Matthæū Greg. homil. super hoc Euangelij. Beda, Remigius. D. Thom. & Caiet. & omnes scholastici, quamuis enim sanctis animabus mox uisio detur beata, si purgatæ fuerint, sed præmiū gloriæ cōpletū erit in resurrectione. Quod uero murmurare quidam dicuntur, ad uelleitatē rationis inferioris, desideratis maiorē gloriā, refert Caiet. Ita tamen vt beatis hæc uelleitas nihil om

Basilius,

Origenes,

Hierony.

Irenæus.

Anselmus,

Rom. 11, Eph. 2,

Aug.

Chrysoft. Greg. Beda, Remigius. D. Thom. Caieta.

Caieta.

nino cōturbet. Sed melius Chrysoft. loco citato, si posset esse murmuratio in celo, certe qui in lege naturæ pondus longissimæ uitæ portauerunt murmurassent, uide tes sibi & alijs, qui parum uixerunt, idem præmiū dari. Est autē idem denarius, idest idem obiectum beatificum Deus trinus & unus clare uisus, vt (inquit) Aug. lib. de sancta uirginitate: sed variantur gradus gloriæ, quia alij alijs clarius Deum uident, iuxta illud Ioā. *In domo patris mei mansiones multe sunt.* Sicut idem est fluuius, de quo tamē plus haurit, qui maius uasculum portat, & quia maior fuit gratia Apostolorū, qui nouissimi laborauerunt ut pote primitias spiritus habentes. Rom. 8. ideo sūt primi in acceptione denarij, & maiorē gradū gloriæ quā patres ueteris testamenti recipiunt. ¶ Bilibris tritici denario uño Apo. 6. Quære in dictione Bilibris,

Dens, & Molaris.

CAPVT XXVII.

DENS dicitur Hebraicè Sen. Dens ab edendo dicitur quasi instrumentum edendi. Dentes autem, qui apertis labris primum apparent, primolares uocantur. Deinde qui post istos acuti sunt & ferrati, canini dici solent, qui uero in maxilla rotundi sunt ad molendū, molares. Denique genuini, nouissimi nascuntur, vt (inquit) Plin. li. 11. Metaphorice uero omne instrumentū artificiale, quo teneri aliquid potest, dens dicitur. Virgili. libr. 6. *Tunc dente tenaci anchora fundabat naues.*

Denique infantibus a septimo quidem mense dētes pullulāt, & post septimū annū primorib⁹ dētib⁹ expulsis validiores nascūtur, & uocis sonus integer efficitur.

Dentes lacte candidiores pulchritudinem denotant humanitatis Christi, sicut in bedictione Iudæ de Christo de eius stirpe nascituro dixit Iacob. *Non deficiet sceptrum de Iuda.* Quod quia nolunt de Christo intelligere iuniores Rabbinij, etiam quod sequitur dentes eius lacte candidiores, ad abundantiam referunt lactis, in tribu Iuda, qua dentes eius albecunt. Quod etiam sequitur Vatablus, & ante illum Lyra -

Chrysoft.

Aug.

Ioan. 14.

Rom. 8.

I I

Plinius.

Virgili.

2

Gen. 49.

Vatablus.

Lyran. nus, sed dentium candor secundum historicum sensum ad venustatem corporis Christi spectat, estque signum completionis optime, vt exponit Dionysius Carthusianus. Denotat etiam dentium firmitatem ad proferendam vocem doctrinae sonoram, vnde vt recte notauit Theodoretus gratiam doctrinae Christi significant, iuxta illud Psal. *Diffusa est gratia in labiis tuis. De qua etiam: Mirabantur Iudaei dicentes: quomodo hic literas scit, cum non didicerit.* Mystice vero dentes Christi lacte candidiores sunt Apostoli, qui dicebant sicut *mo dogeniti infantes lac concupiscite.* sic exponit Glossa & Ambrosius libro de benedictionibus Patriarcharum, diuidebant enim doctrinam paruulis dicentes: *Sicut paruulis in Christo lac uobis potum dedi.* sic etiam explicat Aug. li. 16. De ciuit. c. 41. & Rupert. super Gen. Neque praetermittenda est expositio Chrysostomi qui ho. 67. super Gen. detes Christi discretionem iudicij eius intelligit, qua diuidet oues ab haedis in ultimo die apud Matth. sic duos secum latrones in cruce pendentes iuste diuisit, alterum poenitentem ad paradysum, alterum vero obstinatam destinans ad gehennam, sic duos quoque diuisit Apostolos delinquentes, Petro negati, sed poenitentem pepercit, Iudaei de uenia desperantem condemnauit: idque non perturbatione animi sed lacteo ueritate candore, quod iudices imitari deberent.

Dentes etiam Ecclesiae praedicatores sunt & Doctores Can. 4. *Dentes tui sicut greges tonsarum, Et. Dentes tui sicut greges ouium.* Quod ad discretionem praedicationis pertinet, sic explicant hoc loco Gregorius, Richardus, & D. Thomas, Theodoretus. Eodem modo exponit D. Thomas illud Can. 7. *Guttur tuum, sicut uinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum: & dentibus eius ad ruminandum.* Quia doctrina, quae de guttore Christi procedit, uinum deuotionis redolet: quod dentes Ecclesiae, id est praedicatores ruminant prius consideratione, deinde traducunt in stomachum ad opus iuxta illud Matth. *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum.* Porro Gregorius dentes hoc loco intelligit perfectos Ecclesiae, licet praedicatores non sint, quia imperfecti uerbum Dei saepe audiunt, sed non ruminant, perfecti uero: *In lege Domini meditantur die ac nocte* Psalm. 1. Ita & Maria conseruabat omnia uerba haec conseruens in corde suo. 4

Dentem pro dente reddere lex erat talionis Exo. 21. Leuit. 24. & Deut. 19. Ita ut illi, qui dentem proximo per iniuriam excusserat, dens euelleretur. Sed Rabbi Salomon ad terrorem positam hanc legem putat contra quem est Iosephus li. 4. Antiquit. cap. 6. ubi poenam manifeste ponit talionis. Si qui (inquit) falso testatus est, confusus eadem patiatur, quae passurus erat is, contra quem testimonium dixit: nisi pecuniam accipere laesus uoluerit, &c. Et quidem Aristoteles in lege naturali iudicat iustam esse hanc legem, uocatque eam repassionem. lib. 5. Ethicorum Porro Quaestio est an in lege gratiae hanc Dominus non solum cassauerit, sed ut rigidam prohibuerit: legimus enim Matth. 5. *Audistis quia dictum est antiquis, oculus pro oculo, dente pro dente. Ego autem dico uobis non resistere malo, &c.* Vbi Hierony. Dominus (inquit) uicissitudinem tollens, truncat iniquitiam peccatorum. Et Rupertus addit legem talionis datam ad duntaxat cordis Iudaeorum sicut libellum repudij. Sed e contrario uidemus talionis poenam inter leges gentium iustas numerari, sicut Tullius inter octo genera poenarum posuit talionem, quem refert August. lib. 21. De ciuitate ca. 11. & D. Tho. 1. 2. q. 105. ar. 2. ad. 10. Denique August. lib. 19. contra Faustum cap. 25. ostendit legem talionis fuisse iustam, & Christum adhibuisse consilium, sicut si quis diceret: ne quis iniuste se uindicando peccaret, consilium esse neque per iudicem iuste se uindicaret. Item ne quis peieraret, conseruari cautius, si omnino non iuraret. Quod etiam intellexit Hieronymus dicens Dominum truncare initia peccatorum. Rupertus autem excelsit, neque tenendus in hoc est, Dominus enim non damnat legem talionis, sed falsum intellectum Scribarum, qui putabant ut Iansenius hoc loco notat, priuatis hominibus licere, se ipsos uindicare suis etiam manibus. Alioquin in lege gratiae a Summis Pontificibus in quibusdam plene delictis lex talionis decreta est, ut constat in Epistola Zepherini Papae contra falsos criminatores Episcoporum. Et simili decreto Damasi Papae. V. q. 6. & ibidem Gregorius can. qui calumniam & can. Quia iuxta canonicas patrum

Psal. 1. Luc. 2. 4 Exod. 21. R. Salom: Iosephus. Aristoteles Quaesitio. Matth. 5. Hierony. Rupert. Tullius. Aug. D. Thom. Aug. Hierony. Iansen. Zepherini. Papa. Damasi. Greg.

sententias, imo in parabola Matthaei 18. seruo qui noluit centum denarios suo seruo dimittere, poenam Dominus reddidit talionis, repetens ab eo debitum decem millium talentorum.

Dentibus adhuc carnes masticare, vel retinere, gulae uitium denotat in scriptura Num. 11. *Adhuc carnes erant in dentibus eorum, Et ecce furor Domini concitatus est in populum.* Vbi concessit Israelitico populo Dominus carnes, quas petierat, sed uultus est gulam immoderate ingurgitantium, ut notat Dionysius Carthusianus, ut discamus de his etiam in moderate uti, & non dissolute.

Dentes leonum legimus in scriptura, & dentes ferreos, item pro dentibus gladios habere, & primum quidem dentes leonum ferocitatem denotant, & tyrannicam potentiam, sic Psal. 57. *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus, id est potentiam & fraudes Saul & satellitum eius, ut exponit Theodoretus, Lyranus & Iansenius.* In eodem sensu de Chaldaeis exponit Hierony. quod Dominus dicit Ioel. 1. *Gens ascendit super terram meam, dentes eius ut dentes leonis: & molares eius ut catuli leonis, sic etiam de barbarorum sub Antichristo militantium crudelitate, & potentia dicitur, sub metaphora locustarum egredientium de puteo abyssi Apoc. 9. Dentes eorum sicut dentes leonum erant. Denique de peccato lethali, cuius figura sunt omnes hostes supradicti populi Dei, legimus in Ecclesi. *Quasi a facie colubri fuge peccatum.* Et infra: *Dentes leonum dentes eius, interficientes animas hominum.* Vbi non ait interficere corpora duntaxat, sed magis animam, quia ossa, id est uirtutes eius comminuit, neque est qui eruat, nisi solus Deus, qui a dentibus peccatorum eruit mulierem quae erat in ciuitate peccatrix, & Matthaeum quoque Telonarium, & Zacharium Publicanum & Latronem.*

Dentes uero ferreos potentiam populi quondam Romani, & crudelitatem uocat scriptura Dan. 7. *Et ecce bestia quarta terribilis, &c. Dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminues, sic exponunt Hiero. Theodoret, & Glossa quia quaedam regna quasi comedens in prouincias populi Romani redegit, alia uero demoliebatur, aut tributo subiiciebat, sicut nato Domino legimus: *Exit editum a Caesare Augusto ut describeretur uniuersus orbis.* Nec minus crude-*

litatis indicium est, pro dentibus gladios habere Pro. 30. *Generatio quae pro dentibus gladios habet & comendit molaribus suis.* Beda putat hanc generationem esse tam Iudaeorum, quam haereticorum & hypocritarum inter Catholicos fraudulenter locuentium. De quibus Dominus apud Matth. *Attendite a falsis prophetis, &c. Surgent multi pseudochristi, & pseudoprophetae, & seducunt multos.*

Dentes peccatorum conterit Deus quado eorum vires refringit Psal. *Dentes peccatorum contriuiti, sic Hierusalem a Chaldaeis uastata conqueritur, in Thren. Confregit ad numerum dentes meos, id est milites robustos, quibus me ab hostibus defendebam, sicut bestia se dentibus defendunt.* Ita explicat D. Thomas, in quem sensum Iob. 4. putans Eliphaz falso filios Iob deo permittente simul occisos fuisse sceleratos dixit: *Dentes catulorum leonum contriti sunt.* Denique Iob eadem uisus metaphora: *Conterebam (inquit) molas iniqui: & de dentibus eius aufereram pradam.* Quod Christus fecit quando adulteram poenitentem de dentibus Pharisaorum, qui eam accusabant, sapienter eripuit dicens: *Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat.* Quo uerbo quasi saxo molas eorum confregit, sic & Magdalenam ab impiis Pharisaei cogitationibus, temerariisq; iudiciis eripuit, sic & discipulos liberauit cum a Pharisaeis calumniam sustinerent dicenti b: *Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum, &c.* Vnde dicere Apostoli potuerunt illud Psal. *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captione dentibus eorum.* Quae uox est Ecclesiae a suis persecutoribus liberatae ut exponit Hier. Cassiod. Gloss. & Geneb.

Dentibus fremere signum est iracundiae Iob. 16. *Communans mihi, infremunt contra me dentibus suis.* Subaudi falsus accusator. Quod etiam Dauid dixit de Saulis contra se satellitibus: *Fræduerunt super me dentes suis, ut exponit Theod. ex sententia Hebraeorum, quamnis de Christo potius intelligat Hiero. Aug. Cassiod. Gloss. & Geneb. vnde dicebat ei Ioan. 3. Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu & demonium habes? Sic etiam Psal. 111. De impiis in die iudicij finalis dicit Propheta: *Peccator uidebit & irascetur dentibus suis fremet, & tabescet,* sic explicant Hiero. Aug. Cassiod. & Geneb. iuxta quod de iustis impios dicturos legimus Sap. 5. *Huiusmodi quos aliquando habuimus in derisum, &c.**

Pro. 30. Beda. Matth. 7. Matth. 24. 8 Psal. 3. Thren. 3. D. Tho. Iob. 4. Iob. 29. Ioan. 8. Luc. 7. Matth. 15. Psal. 123. Hierony. Cassiod. Glossa. Geneb. 9 Iob. 16. Psal. 34. Theod. Hierony. August. Glossa. Cassiod. Geneb. Hierony. Aug. Cassiod. Geneb. Sap. 5.

DENV DARE Hebraicè dicitur Phara vt patet num. 5. & Leuit. 10. Denudare est detegere, de quo varix sunt phrascs. Denudare quippe verbu est detegere consiliu. m. 2. Reg. 17. de Dauid & fociis eius fugientibus propter consiliu Chusai Ablalonem dicitur: Transierunt Iordanè donec dilucesceret, atque nudaretur verbu, id est consiliu Chusai. Itè denudare absconsa est reuelare mysteria, sic de Sapiètia Dei dicitur in Ecclesi. Et de nudabit absconsa sua illi, id est iusto: Et thesaurizabit super illum scientiam, & intellectu in finitè. De quo Dominus patri suo dicit: Et reuelasti ea paruulis, & Ioan. 15. Vos autè dixi amicis, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci uobis.

Denudare delictu suum temere quisque prohibetur in Ecclesi. Si est tibi delictu, noli denudare. Audiet enim te & custodiet te, in Greco ponitur negatio, si nò est tibi delictum, noli denudare. Sed vulgata ex aliis exèplariis & ex contextu collegit nò debere negationè apponi, sed fuisse mendu. Affirmatiue igitur exponit Glos. Item Lyrano. & Dionysii Carthu. Quod intelligitur extra confessionè. Itè de peccato secreto, vn de audiens vel te possit accusare vel infamare. Nà publicum denudauit Mattheus vocans se publicanu. Aliena vero secreta denudare est intolerabile, de quo Ecclesi. Denudare amici mysteria, desperatio est anime infernalis. Vbi desperatio esse dicitur, quia vt exponit Lyrano. desperare debet, qui hoc facit, amicitia reconciliationem, sicut dicitur paulo ante: Qui denudat arcana amici, fide perdit. & non inueniet amicu ad animu suu. Dicitur etià anime esse infernalis, quia amicus pars felicitatis est in humanis.

Denudatio turpitudinis pertinet ad macipia, quæ nuda quidem vendi consueuerat, vt notat Hieronymus super illud Isai. quod de Babylone dicitur à Cyro Persarù rege subicièda: Sede in pulvere virgo filia Babyloni, &c. Denuda turpitudinè tuà: discopere ribum tuu: reucla crura. Vbi Septuag. translulerunt reucla operimentu. Aquila taciturnitatè tuà, id est quod prè pudore tace ri debet. Est autè pudoris pœna tã grauis, vt Gregor. super illud Iob. 7. terris me per somnia, dicit: Pensate quanta ista sit

IO Mich. 3.

Hierony.

1. Cor. 9.

Luc. 10.

II

Zach. 9.

Act. 15.

I 2

Deut. 14.

Dionysius Iosephus.

Matth. 5.

I 3

Prou. 25.

Beda.

Hier. 17.

Ioan. 14. August.

Basilus.

Matth. 25.

Ezech. 23.

4

Abach. 3.

Hierony.

Theodotio.

Matth. 11.

273

I

Exo. 22.

Matth. 18.

2

verecundia, in conspectu totius humani generis, Angelorum omnium, Archangelorumque confundi. Et Basilus super Psal. 33. videbunt (inquit) qui multa perperam in vita admiserunt barathru in imum patens, &c. Postremo omnium durissimam pœnam, probum illud, & verecundiam sempiternã. Hec ille, de quo Matth. Ite male dicit, &c. Vnde & Synagoga in captiuitatè Babylonicã, propter idolatriã abducèda, tanquã magnu pro ponitur suppliciu: Denudabunt te vestimentis tuis: & auferent uasa gloriæ tuæ. Mystice vero in finali iudicio, animæ sceleribus denudatis, auferentur uasa gloriæ, id est sacramenta Christi, quibus uti nò poterit amplius ad salutem.

Denudare fundamentu alicuius vsque ad collum in bouum accipi potest Abac. Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentum eius usque ad collum. Vbi Hiero. fundamentu fidei exponit, quod in capite ini qui sordibus peccatoru opertu latitat, hoc per pœnitentiã Dominus denudat & purgat. Ad quem sensum facit versio Theodotionis videlicet: Ornasti fundamentu usque ad collum. Quinta uero editio denudasti seu euacuasti fundamentum eius vsque ad collum. Et bene vsque ad collum denudatur, vt super illud tollat iugum charitatis Christi clamatis: Tollite iugu meū super uos, id est super collum de quo latus, vide in verbo Caput.

De osculari, vide in verbo Osculum.

CAPVT XXIX.

Depasce.

DE PASCI Hebraicè dicitur Baar. Isai. 30. Vos autem depasce estis uineam meam.

Depasce idem es quod pasce, & comedèdo ali. Exod. 22. Si quis dimiserit iumentum ut depascat aliena, quidquid optimum habuerit in agro suo, pro damno restituet. Et certe qui proximu scandalizat depasce aliena, videlicet dona gratiæ proximi quæ malo suo quidè exèplo destruit. Propterea dicitur: Vae autem homini illi per quem scandalum uenit, vt pote qui reddet preciosissimum quod habet in agro cordis sui, videlicet animã sine sine cruciandã, quia iunetum corporis, ab scandalo non prohibuit proximum.

Depasce mors peccatores, corrodens ac

deuorans igne gehennæ Psal. 48. Sicut oves in inferno positi sunt, mors depasce eos. Vbi Casiodorus metaphora explicat, quia sicut summitates herbarum iumenta depascent, vit am autè radicem minime tangunt vt repullantem iterum illam iterumque depascent, sic ignis inferni cruciat, & depasce semel & iterum viuentes in morte sine fine, sic Genebrardus, pabulu (inquit) erunt, morti perpetu. Porro Symmachus vertit, vt Theodoret. ait, Mors reget eos: sic etiam explicat Beda Mors, id est diabolus erit pastor eoru sic & Vatablus scilicet quia sic illos ducet, vt semper itinera mortis percurrant, quæ sunt æterni cruciatus, de quibus Matt. Ite male dicit in igne æternu. Depasce est vineam singularis, serus vide in verbo Aper.

Depasce pascea, vide verbo Pascea. Depascentur vineam Domini principes auari Isai. 3. Dominus ad iudicium ueniet cum senioribus populi sui, &c. Vos enim depasce estis uineam meam, Rapina pauperis in domo uestra. Vbi Hierony. tales (inquit) erant agricolæ vineæ, qui filium patris familias eiectionem foras interfecerunt apud Matth. sic etiam exponit Iustinus contra Tryphonè de excidio Hierusalem sub Romanis propter necem Christi, sic Theodoretus & Eusebius lib. 9. Demonst. ca. 8. Sed de finali iudicio quando, ueniet Dominus cum Apostolis exponit Augusti in illud Psal. 49. Incircuitus eius temporas ualida, & Greg. homil. 2. in Ezech. & Basilus hic & Charthusi. prior tamè expositio est magis historica, quã sequuntur Vatab. & Adamus.

CAPVT XXX.

Deponere, Depositum.

DEPOSITVM dicitur Hebraicè Thesumeth Leuit. 6. Negauit proximo suo depositum.

Deponere est dimittere Gen. 26. Rebecca deposuit hydriam, sic iubemur deponere mendacium Eph. 4. & iram Coloss. 3. & omne pondus Hebr. 1. 2. Deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatu: per patientiã curramus. Vbi Chysofost. & Theophylactus item Anselmus pondus intelligunt terrenoru quæ nos à caelestibus auocant. Et circumstans nos peccatu quod nos ex omni parte circū vallat, nisi sursum uolem, vt inquit

Anselmus. D. Thom. Luc. 10. Matth. 9. 2 Exo. 15. Luc. 2. Esh. 7. Dan. 14. Dan. 13. 2. Reg. 1. Iob. 36. Thren. 1. Luc. 19. Isai. 22. Dan. 5. 3 Mich. 7. Chaldaeus. Matth. 16. Matth. 11. Hierony. 4 Leuit. 6. 2. Tim. 7. Teod.

Anselmus, vel circumstat nos consuetudo peccati, vel certe vt exponit D. Thomas, affectio carnalis, quæ nos circumuoluit. His omnibus depositis: Maria sedens secus pedes Domini audiebat uerbum illius, & Matthæus audita uocantis Domini uoce surgens sequutus est eum.

Deponere aliquē est illū humiliare, sicut summerfis Ægyptiis cecinit Moyses Exo. 15. gratias Deo reddens: In multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos. Et Maria uirgo cecinit. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles, sic deposuit Dominus Amā & exaltauit Mardocheū, deposuit Satrapas & exaltauit Dan. deposuit iudices senes & exaltauit Susannā, deposuit Olophernē & exaltauit Iudith, deposuit Saulē & exaltauit Dauid. In quo sensu dicebant amici Iob. Depone magnitudinē tuā absque tribulatione, idest superbiā, quā quia deponere noluit Hierusalē: Deposita est uehemēter. Thren. 1. sub Chaldæis prius, & postea sub Romanis apud Lucā: Et ad terram prosternent te. De Sobona præposito tēpli Dñs dicit apud Isai. De ministerio tuo deponā te, & de Nabuchodonosor superbiē te dicitur: Deposuit eū de solio Regni.

Deponit Deus iniquitates nostras, cū nobis parcit Mich. 7. Deponet omnes iniquitates nostras: & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Vbi Chaldæus vertit: Subiciet iniquitates nostras suæ misericordiæ, quasi dicitur, in surrexerant iniquitates nostræ contra Deū, sed ipse subiiciet eas tribunali suę misericordiæ, dicens Petro: Et quocūque solueris super terrā, erit solutū & in cælis. Vbi vt exponit Hiero. iniquitates nostræ sedebāt super talentū plumbi sub grauisima sententia damnationis æternæ: quas filius Dei deposuit inde & misit in profundū maris misericordiæ suę, & meritōrū passionis & crucis, ideo clamabat: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā uos.

Depositū est quod ad custodiā cōmendatur Leuit. 6. Anima quæ peccauerit, &c. ne gaucritque proximo suo depositum, &c. reddet omnia quæ per fraudem uoluit obtinere integra, & quintam in super partem. Denique depositū meritōrū nostrorū, interim dum hic uiuimus, custodit nobis apud se Deus, vt reddat post obitū. De quo Paulus: Certus sum quia potens est depositum meum seruare in illud diem, sic explicat patres: sic Theod. certus sum vt quantā mihi dedit Spiritus gra-

tiā, integrā seruabit vsque in diē iudicij. Hæc ille. Hoc depositū multis æquiualeat thesauris, de quo Matthæus: thesaurizate uobis thesauros in celo. Est & depositum de quo. 1. Timoth. 6. O Timothee depositum custodi, idest omnia quæ mandauit tibi vt exponit Theophyla.

¶ Deprecari & Deprecatio, uide in uerbo Orare, & Adorare.

CAPVT XXXI.

Deprehendere.

DEPREHENDERE dicitur Hebraicè Lachad Iosue. 7. Quicumque in hoc facinore fuerit apprehensus.

Deprehendere est capere, & præsertim in crimine. Leuit. 21. Si deprehensa fuerit in strupo, & apud Ioā. Hæc mulier modo deprehensa est in adulterio.

Deprehendere est etiā cognitione percipere. 3. Reg. 3. Deprehendi nō esse meum. uerba sunt meretricis, cui altera supposuerat mortuum infantē, sic & Ecclesia: Deprehendi nil esse melius quam letari hominē in opere suo: & hanc esse partē suam. Quis enim eum adducet, ut post se futura cognoscat? Quod Hierony. in bonū, & in malū exponi posse testatur, in bonū quidē, nihil esse bonū in tēporalibus, nisi ex bonis istis fluxis & perituris thesaurizare nobis per elemosynarū largitionem thesauros in celo iuxta Matth. Quod etiā Dñs consulit apud Lucā: Facite (inquit) amicos de mammona iniquitatis, ut cū defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Porro in terra nemo docebit te qualem sis habiturus heredē. In malū quoque potest hæc sententia sic exponi, vt Salomō loquatur secundū opinionem uulgi putatis, nihil melius esse quam in præsentia capere uoluptatē, sicut Sap. 2. dixerunt impij, Coronemus nos rosas, antequā marcescant. Non pertranscat nos flos temporis. Sed contra hunc impium sensum Dñs dicit. Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiatur?

CAPVT XXXII.

Derelinquere.

DERELINQUERE Hebraicè dicitur Azab, sic habes Gen. 24. Deut. 32. Iudi. 11.

1 Derelinquere est relinquere, interdum uero est deserere, vel in parte, vel in toto quidem, siue in temporalibus, siue etiam in spiritualibus. Primum ergo pro relinquere capitur Iud. 3. Hæc sunt gentes, quas dereliquit Dominus, ut erudiret in eis Israel, &c. Et postea discerent filij eorum certare cū hostibus. Mystice uero propter hoc in Baptismo quamuis peccata quidem remittantur, & aperiatur nobis introitus in regnum cælorum Ioan. 3. nihilominus concupiscentiæ fomes, passionis que relinquantur in hac uita, ut homo per certamina crebra in omne genus uirtutis accrescat. Ideo ut nobis Dominus præberet exemplum, quamuis fomite careret inter no cum externo uoluit hoste conflagere continuo post baptismum Matth. 4.

2 Derelinquit Deus labores suos in gubernanda republica regibus per Rhinocerotē significatis Iob. 39. Nunquid ligabis Rhinocerotē ad arandum, &c. aut derelinques ei labores tuos? Ita exponit Greg. quod maxime cepit impleri tempore magni Constantini, qui multum fauit Ecclesiæ, uel nomine Rhinocerotis gentes ad fidem conuersæ, quibus labores meritorum Christi in sacramentis relicta sunt, significantur, ut exponit Beda iuxta illud Matth. Multi ab Oriente & Occidente ueniunt. & Ecce Magi ab Oriente uenerunt. Sed de hoc uide in dictione Rhinoceros. Et uerbo Cornu numero. 5. Et in dictione Arare.

3 Derelicta esse tantum modo labia circa dentes alicuius, denotat insignem maciē incurrisse, atque dolorē Iob. Derelicta sunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Ita exponit D. Thom. & Lyranus, quia cæteris membris præ dolore consumptis, solum manserat Iob locutionis officium. Quod interdum ita permittit prouidentia diuina, ut instrumento linguæ laudet homo Deū: & confiteatur peccata sua etiam leuia, quod afflicto meritū quidē, & uidentibus parit exemplū. E contrario uero demō quem torquet priuare solet usu labiorū, ne per confessionem liberetur iuxta illud Luc. 11. Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum. Mystice uero notat Greg. super Iob. quibusdā labia tantū modo, quibus diuina loquamur, in tētatione relinquere, per quæ paulatim restituuntur sicut duobus discipulis euntibus in Emaus fides deerat & spes aberat, & tamen labia relicta sunt,

quibus de Christo loquentes Christum inuenerunt Luc. 24.

Derelinquitur pauper diuinæ prouidentiæ Psal. 9. Tibi derelictus est pauper orphanotueris adiutor, sic exponit Cassiod. Quia pauperum specialem curam Dominus gerit, ut notat Theod. Ita ut dicat. Quod uini ex minimis meis fecisti, mihi fecisti & saneratur Deo, qui miseretur pauperis. Item de Messia prædictum erat Psal. Iudicabit pauperes populi & saluos faciet filios pauperum. Itē Isai. Spiritus Domini super me, &c. & euangelizare pauperibus misit me. Denique Iob. Iudicium pauperibus tribuit. Quia ut ibi notat Greg. pauperibus dicit. Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Quis ergo conqueratur paupertatem suam, nisi desipiat.

Derelinquit filios suos scilicet iustus Pro. 20. Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet. Ceterū cōtra hoc obiicit Beda. Quia Samuel iustus dissimiles sui filios reliquit. 1. Reg. 8. Et Dauid genuit reprobos Absalon, & Amnon. Itē Abraham Ismaelē idolatrā Iacob Esau reprobū. Loth Moab & Ammō odibiles Deo. Sed respōdet, hoc loco sermonē esse de filiis imitatione magis, quā natura. Vnde cū Zachæus respisceret Dñs dixit: salus hodie domui huic facta est, quoniā & ipse filius est Abraham. Alij uero explicant ut Lyra. sententiā Salomonis intelligendā, maiori ex parte, filios similes parētibus iustos euadere, si cut ad cōmendationē Baptisti & de parentibus eius dicitur: Erant autē iusti ambo. Vnde Ps. Generatio rectorū benedicetur, & Rom. 11. Stradix sancta, & rami. Quia ergo facile patre familias filij solēt imitari, de Regulo dicitur apud Ioā. Credidit ipse & domus eius tota.

Derelinquere pro deserere accipitur unde Gedeō Angelo dixit: Nūc autē dereliquit nos Dñs & tradidit in manus Madia, sic in Isai. Dixit Siō, dereliquit me Dñs & Dominus oblitus est mei, &c. Ego non obliuiscar tui. Quod Hiero. exponit nō de tota Ecclesia, sed de illa quæ Hierosolymis ad Christi fidem conuersa fuit Act. 2. & deinceps, sed de tota Ecclesia intelligit Aug. 1. de uinitate Ecclesiæ ca. 7, & Eusebius li. 2. Demonst. ca. 21. & li. 1. c. 1. & 2. Tertul. li. 4: cōtra Marcionē & Cyril. & Procopius hoc loco Chrysost. li. de prouidētia. 1. Sed Dñs nō obliuiscitur illi Siō, cuius caput Petr⁹, de qua dictū est: Porta inferi nō preualebunt

August.

mam meā in inferno. Porro Lyra. hic notat corpus Christi in sepulchro, & animā eius in limbo, triginta nouem horis fuisse. Ceterū Aug. li. 4. de Trinitate c. 6. ab hora inquit, mortis Christi, vsq; ad diluculū resurrectionis horæ sunt quadrag. ab hora nona cępta sextę ferię, in qua expirauit vsq; ad horam quintā auroræ Dñici diei, iuxta illud Marci. vlt. Surgens autē Iesus mane. De quo latius in verbo Resurgere.

I 2 Regula.

Quādo in scripturis legimus aliquos à Deo derelinqui, intelligere secundū Regulam patrū oportet permittere Deū, vt illi cadant, ita tamē vt semper sufficiens illis dū rationis sunt compotes, auxiliū afferat, iuxta illud Apoc. 3. Ego sto ad ostiū, & pulso: quod quia illi negligunt, negat illis iustē Deus auxiliū efficax: quod est illos derelinquere, sic intelliguntur scripturæ loca quibus Deus dicitur quosdā derelinquere. Sicut 1. Para. 28. Si quæ fieri Deū inuenies: si autē dereliqueris eum projiciet te. Id est si auxilio gratiæ pręueniētis oratione, vel ieiuniis & elemosynis, & affectu cordis feceris quod in te est, vt Deū quæ ras, inuenies eū. Quia facienti quod in se est, Deus nō denegat gratiā: si autem dereliqueris eū, resistens auxilio sufficiēti, projiciet te, negans auxiliū efficax. Sic per Hier. Dereliquā populum meū, & recedam ab eis. Et de iusto labente dicitur Eccl. 4. Si autē oberrauerit, derelinquet eū, & tradet in manus inimici sui. Vbi interlinealis ait, si oberrauerit, & fidē, vel spē & charitatē derelinquens, deferet eum, & tradet in manus inimici, id est diaboli. Porro Lyra. dicit hoc in Iudæos quadrare, quos derelinquit Deus, & tradit in manus Romanorū, iuxta Matthæ. Ecce relinquetur vobis domus uestra deserta. Et Ioan. Moriemini in peccatis uestris. Sed Gręcē legimus tradet eū in manus τρωσεν αυτου. Hoc est in manus casus sui, id est sine te eū cadere in mala, ad quæ libere propeudit, iuxta illud Psal. Dimisi eos secundum desideria cordis eorū: ibunt in adinventionibus suis. Hanc autē derelictionē obstinatorū, Dñs adumbrabat, quādo à Pharisæis, vel persecutoribus fugiebat, sicut quādo fugit Herodem adhuc infans, tūc etiam illū spiritaliter dereliquit, sic dereliquit Iudæos, quādo recessit in partes Tyri & Sidonis, & rursus in regionem circa desertū.

Apoc. 3.

1. Para. 28.

Hiere. 9.

Eccl. 4.

Gloss.

Lyra.

Matth. 23.

Ioan. 7.

Psal. 80.

Matth. 23.

Matth. 15.

Ioan. 11.

I 3 Psal. 37.

uirtus mea. Sic exponit Basil. ibidem. Quia peccator amissa gratia viribus ita destituitur, vt nisi supernaturali quidem auxilio resurgere nequeat, propterea Chananza clamabat: Domine adiuua me. In eodē sensu dicitur in Psal. Cor meū dereliquit me, vt exponunt Hiero. & Cassiod. Sic mystice dicitur in Esa. Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt. Id est animæ vastatę ab exercitu dæmonū, vel vitiorū erunt pascua relicta gregibus voluptatū suarum, & cōcupiscētiæ carnalis, quæ quasi Myrica in amaritudi, nē remorsus conscientiæ vertitur. Aroer quippe Myrica interpretatur, in sensu vero historico secundum Hierony. ciuitates Aroer Damascenorum Syrię ab Assyriis vastandæ prædicuntur.

Derelinquere necessaria bona, honesta pulchra, & vtilia, in scriptura passim reprehēditur, & primum omnium derelinquere Deū, Deut. 32. Deū qui te genuit dereliquisti, maxime quia est fons aquarū viuentiū, id est spiritaliū bonorū Hier. 2. & 27. Secundo loco vituperatur, qui reliquerit pactū Dei 3. Reg. 19. c. Item iustitias Dei. 1. Para. 7, & timorē Dei Iob. 6. Tertio loco qui reliquerit verbū Dei Act. 6. Non est æquum relinquere uerbum Dei. Itē derelinquere gregem Zach. O pastor idolū, derelinquēs gregē. Id est non pastor sed idolū, & simulachrū pastoris, sic & derelinquens locū suum, id est prælatus relinquens sedē suam, & officiū, vt exponit Lyra. vel vt vult Beda, qui deserit virtutē cęptā. Quarto relinquens amicū veterē, Eccl. 9. Præterea qui relinquit cōsilia senū, sicut rex fecit Roboam.

Item legimus vituperabile quidē esse relinquere misericordiā Ion. 2. Qui custodiūt uanitates frustra, misericordiā suā derelinquunt. Quæ sententiā varie à doctoribus exponitur. Nam Theodo. dictū putat de his qui mittentes sortes, & inuocantes idola sua, quod est custodire vanitates, misericordiā exuerūt mittētes ipsum Ionā in mare. Porro Theophy. de idolatris quoq; exponit, qui vanā plane colunt dæmoniorū religionē. Relinquunt autē misericordiā suā, id est veram Deū, & vere misericordē. De quo Luc. Estote misericordes, sicut pater uester misericors est. Et Matth. Diligite inimicos uestros, &c. Vt sitis filij patris uestri, qui in cælis est, qui solem suū oriri facit super bonos, & malos. Deniq; D. Hiero. super hunc locū dicit sententiā istā quadrare Pharisęis

Basilus.

Matth. 15. Psal. 39. Hiero. Cassiod. Esai. 17.

Hiero.

I 4

Deut. 32.

Hiere. 2. Hiero. 17.

Zach. 10.

Prou. 17. Lyra. Beda. Eccl. 9. 2. Reg. 12.

I 5

Ion. 2.

Theodo.

Theophy.

Luc. 7. Matth. 5.

Hierony.

qui

Matth. 15.

qui custodientes vanas seniorū suorum traditiones, misericordiam erga parētes relinquebant, iubentes vt quod parētib; egenis dandum erat, sacerdotibus offerretur. De quo Matt. Irritum fecistis mandatū Dei, propter traditionem uestram. ¶ Derelinquere oua, vide in verbo Struthio.

CAPVT. XXXIII.

Descendere.



DESCENDERE dicitur Hebraicē Iarad, 4. Reg. 11. & sine Iod. Iudicum. 19. Item 1. Reg. 23.

Descendere est de loco superiori ad inferiorem venire, metaphoricē vero Deo qui vbique est tribuitur, vt ostendatur prouidentiam, & curam specialem gerere de rebus humanis, & iudicem esse de omnibus integerrimum, sic exponit Origenes Homil. 4. super Gēne. illud quod de Sodomis legimus: Descendam, & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me, opere compleuerint, an non est ita, ut sciam. Deus quippe in se ipso scit omnia antequam fiant, sed hic sermo est de scientia approbationis, vt si nō est, inquit, ita sciam eos id est approbem tanquam iustos, & si contra ita est, nesciā eos, iuxta quod fatuis virginibus dixit: Nescio uos.

Origen. Gen. 18.

Matth. 25.

2

August. Gen. 11.

Regula.

Greg.

quasi ad absentes dicit: sed missionē illorum explicat à contemplatione ad actionem. Porro Glossa interlinealis, Rabanus & Carthusianus putant uenite descendamus, uerba esse diuinarum Trinitatis sanctissimæ personarum, ad se ipsas, sed prior expositio magis quadrat. Quia hæc opera De⁹ semper per Angelos administrat. Quia Hebr. 1. Omnes sunt administrationis spiritus. Ita etiā tenet Lyra. & alij secundum quam regulam per Angelos Deū intellige descendere in omnibus ferē ueteris testamenti locis, sic per Angelum descendit cum apparuit in rubo Moyse, vt exponit Beda & quando descendit in montem vt legem daret, vt notant Theophylactus & Diuus Thomas super illud, Galat. 3. Lex ordinata per Angelos. Sic Exodi. 33. descendebat in columna nubis, & Exod. 34. Num. 11. E. &c.

Ita etiam Gregor. libr. 30. Morali. cap. 32. in locum Iob. 39. Cernæ curuantur ad factum & pariunt, explicat illud Psalm. Domine inclina cælos tuos & descende: de prædicatoribus qui munere funguntur Angelorum. Cum inclinantur, inquit, cæli, descendit Deus, quia cum se in prædicatione sua sancti prædicatores attrahunt, diuinitatis notitiam nostris cordibus infundunt. Itē Hierony. super illud Psalm. Inclina cælos tuos, & descende. Per cælos Angelos aduentus Christi nuntios intelligit. De quo in dictione Cælum diximus.

Denique priorem quoque Regulam August. quam numer. 2. præmisimus, probat Hieronymus super illud Michæ. 1. Ecce Dominus egreditur de loco sancto suo, & descendet, & calcabit super excelsa terræ. Descensio, inquit, Dei est maiestatis eius ad inferiora de cursus, calcare terram est potentes quosque conterere. Hoc est effectum nouum sua præsentia dignum facere, siue iustitiæ vt in præsentis loco, siue misericordiæ, vt exponit etiam ibidē Theodoretus. In quo sensu Iacob ad filium Ioseph ire paranti Dominus dixit: Ego descendam tecum. Id est auxilium mea præsentia dignum præstabo. De Ioseph quoque in carcerem per calumniam misso legimus, Sap. 10. Descenditque cum iusto in foueam, & in uinculis nō dereliquit eum: donec afferret illi sceptrum regni. quod fecit per donum prophetiæ, quod illi supernaturale dedit. Itē in sensu tropologico vt Hieronymus ait

Glossa. Rabanus. Dionys.

Heb. 1. Lyra.

Beda. Exod. 3. Exod. 19. Theoph. D. Tho. Gala. 3. Exod. 33. Exod. 34.

3 Greg. Iob. 39. Psal. 143.

Hierony. Psal. 17.

4 Hierony. Mich. 1.

Theodoret.

Gen. 46.

Sap. 10.

Hierony.

super

super locum citatum Michæ. 1. Christus in Euangelio quamuis corporaliter quidem, secundum humanitatem de monte ad turbas descendebat, sed etiam spiritualiter secundum deitatem, quatenus effectus miraculosos operabatur. Sic enim legitur Luc. 6. Descendens Iesus de monte stetit in loco campestri, &c. & omnis turba queerebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Hic itaque nouus effectus, atque mirabilis, descensio erat diuinitatis.

Descensus etiam filij Dei per excellentiam effectus incarnationis eius intelligitur, ut notat August. lib. de Essentia diuinitatis, filius inquit, Dei descendisse narratur, quando uerâ carnem de Maria Virgine sumpfit. Hæc ille. Sic etiam exponit Hieronymus illud Psal. 71. Descendet sicut pluuia in uellus. Sicut enim, inquit, Iudicium, 6. in uellus Gedeonis, pluuia descendit, cū terra esset arida, ita hic lapsus est in uentrum Virginis per infusionem Spiritus sancti, unde & Angelus dixit Mariæ: Spiritus sanctus superueniet in te. Cassiodorus addit sicut in lanam uellerum aqua descendit, neque uilla diuisione rumpuntur, ita Virgine intacta Verbum caro factum est, Ioan. 1. Theodoretus etiam ad silentium refert, quo pluuia descendit in uellus, sic sine strepitu, & sine contactu uiri Dei filius descendit in uirginem: Quod enim in ca natum est, de Spiritu sancto est.

Descensus filij Dei de cælo desiderabatur. Unde Esaias clamabat: Utinam dirumperes cælos, & descenderes. Quod Hieronymus in aduentu Christi dicit impletum, quædo cælum æreum apertum est, primū nato Domino: Facta est cum Angelo militias cælestis exercitus, laudantium, & benedicientium. Deum. Ex ære namque uisibilia corpora sumentes æreum cælum Angeli Canticis, & Hymnis dirumpebant. Deinde quædo baptizato Domino aperti sunt cæli, Matth. & Luc. 3. Et uox patris æreum corporaliter rumpens intonuit. Denique in Ascensione Domini, impletum est, quod Dominus prædixerat Ioan. 1. Videbitis Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis.

Descendere in corruptionem filij Dei est mori Psalm. 29. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Quod Lyranus, Ianse. & Genebr. Dauid in sua per-

sona dixisse putant, & in Hebræo uox Sachat corruptionem significat, quare malitiose Rabbinus pro corruptione uertunt uocem, ergo Dauid deprecatur ne occidatur ab hostibus, sed patres in persona Christi dictum existimant, cum oraret ad patrem, quamuis diuersimode. Nam Origenes Homil. 11. super Hieremiam, uerba putat esse quare & Christi, dicentis ad patrem, si tam pauci saluantur quæ utilitas in effusione sanguinis mei est, dū morior pro mundo? itaque descendere in corruptionem est animam à corpore separari, de Christo quoque exponit Basilius, item Hieronymus, Augustinus & Cassiodorus, Cyprianus in explanatione Symboli August. epist. 120. ad Honoratum, & D. Thomas. 3. part. q. 53. Vbi pro resurrectione citat hunc locum quos sequitur Vatablus, ita tamen ut corruptio capiatur non solum pro morte, sed pro conuersione corporis in cinerem, quasi Christus oret ut mox ante corporis corruptionem, tertia die resurgat, alioquin ait quæ utilitas in effusione sanguinis mei, nisi resurgam, tertia die sicut promissum? Matth. 20. & Luc. 18. Quæ expositio intenta quidem uidetur ab Spiritu sancto. Nam quod subditur, in Psal. Aduertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus, ad illud refertur, quædo Christus conturbatus, sed non perturbatus dixit in cruce: Deus meus ut quid dereliquisti me? Id est auertisti faciem tuam à me & factus sum conturbatus. Secundum hæc phrasim de persona peccatoris dicit Angelo Deus apud Iob: Libera eum ne descendat in corruptionem. Id est ne moriatur. Qui inueni in quo propitius ei:

Descendit sponsus Christus in hortum Ecclesiæ, Cant. 6. Descendit dilectus meus in hortum suum, ad areolam aromatum, ut pascat in hortis, & lilia colligat. Vbi Theodoretus hortum in singulari pro Ecclesia una Catholica, hortos autem in plurali pro variis Ecclesijs sub illa Catholica militantibus exponit, ad quas descendere dicitur Christus, ut consolationibus spiritualibus uisitet animas sanctas, & earum bonis pascat operibus, & odore boni exempli delectetur, ita etiam exponunt Gregor. Glos. D. Thomas Vatablus: Sic intravit Iesus in quodam castellum, & mulierem, quædam Martha nomine, excepit eum in domum suam, cui erat soror nomine Maria. In quibus quasi in hortis pascebatur Christus huius contemplatio-

Orige.

Basilius, Hierony. Aug. Cassiodor. Cypria. D. Tho. Vatab.

Matth. 20, Luc. 18.

Iob. 33.

8

Cant. 6.

Theodoret.

Greg. Glos. D. Tho. Vatab.

nis.

Luc. 10. 9 Cant. 6. Greg.

Theodoret.

Luc. 2.

Phil. 1. Rupert.

Luc. 2.

Lyra.

01

Esa. 34.

Hiero.

Epiphanius. Eusebius.

Lyranus, Dionys. Adamus.

Hiero.

Luc. 21. Matth. 24.

11 Esa. 31. Hierony.

nis, & illius operationis odore delectatus.

Cæterum quod in eodem capite Christus sponsus ait: Descendi in hortum nucum. B. Grego. exponit, metaphoram nucum, quæ sub cortice duro nucleum dulcissimum habent, iustos denotare, qui sub cortice corporis nucleos diuine dulcedinis in pura conscientia portant, & sub durtitia tribulationum. Eodem fere modo Theodoretus, quia iusti nucleum meritum æternæ uitæ, sub cortice humanæ conditionis mille laboribus subditæ abscondunt. Talis erat iustus Simeon, qui desiderabat fracto corporis cortice, nucleum eruere dulciorem, dicens: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum in pace. Talis Paulus: Qui cupiebat dissolui, & esse cum Christo. Sed alia expositio Rupertus est, legem ueterem hortum esse nucum, in qua sub cortice literæ nucleus latet spiritus gratiæ. In hunc hortum primū descendit filius Dei, quando secundum legem circumcisus est octauo die, & fracto cortice uocatum est nomen eius Iesus, qui nucleus suauissimus est, & quando quadagesimo die descendit in templum, ut inquit Lyranus.

Descendit gladius Domini ad finali iudicium Esa. 34. Inebriatus est in cælo gladius meus: ecce super Idumæam descendet, & super populum interfecionis meæ ad iudicium. Sic exponit Hieronymus, & Idumæam non quidē pro illa speciali prouincia, sed pro uersa terra sumi putat, quia Idumæa rubra terra interpretatur. De eodem die iudicij intelligunt Epiphanius in Ancyrato & Eusebius lib. 11. de Præparatione Euangelica capit. 17. de Immutatione mundi. Item Lyranus, Carthusianus & Adamus contra Vatablum, dicitur autem prius in cælo gladius inebriatus descendere in terram, uel quia cælesti ordinatione scuit ut ebrius iustitiæ mucro, ut Lyranus ait: uel quia in aëre qui cælum dicitur demones aëreos colligit ad iudicium, ut Hieronymus putat quem sequitur Carthusianus, uel quia sol obscuratur, & luna in sanguinem uertitur &c. Luc. 21. & Matth. 23. & à cælo incipit ira Dei contra homines, de quo in uerbo Gladius agemus.

Quod uero legitur Esa. 31. Quomodo rugit leo, &c. Sic descendet Dominus exercituum ut prælietur super montem Sion. Hierony.

rony. exponit quando reuersi Iudæi à Babylonica seruitute, & edificantes impediuntur ab hostibus circumuicinis, Nehemiæ, cap. 6. Sed à Deo protecti sunt: Secūda expositio Vatabli, Carthusiani & Adamus de occisione 185. millium de exercitu Senacherib. Tertia expositio Procopij de protectione Ecclesiæ contra fremitus gentium, de qua Matth. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

Descendere dicitur malum à Domino, non quidem culpæ, sed pœnæ. Sic de aduentu Assyriorum contra Samariam, qui etiam prope Hierusalem accesserunt, exponit Hieronymus illud Mich. 1. Quia descendet malum à Domino in portam Hierusalem. Descendere quoque dicitur iniquitas super caput iniqui, id est Deo sic ordinante suum conterere autorem Psal. Conuerteretur dolor eius in caput eius, & super uerticem eius iniquitas eius descendet. Quod Theodoretus putat dictum Architophel, qui dedit Absaloni consilium contra Dauid, quod tamen in caput eius cecidit. Nam cum cō filium contrarium Chusi præpositum uideret, laqueo se suspendit. Quia tamen iste Chusi uir gemini dicitur in titulo Psal. mi, Saul potius intelligitur, ut ostendimus in uerbo, chusai, cuius infidie contra Dauid in proprium caput ceciderunt quia uoluntas sibi Saul intulit manus 1. Reg. 31. Quadrat quoque in populum Iudaicum qui dixit in concilio de Christo: Si dimittimus eum sic, uenient Romani, & tollent locum nostrum. Quod re ipsa completum est, & malum quod filio Dei intenterunt cecidit super eos.

Descendere in scripturis interdum mori significat. Quia cadauer in foueam, uel sepulchrum post mortem descendit. Sic de Rege Aegypti dicitur Ezech. 17. Quo pulchrior es, descende, & dormi cum incircumcis. Quod quadrat in diuitem auarum: Qui mortuus est, & sepultus in inferno. Item de Christo Psal. In conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram. Id est omnes mortales, & ipsi quoque mortui ut exponit Theodoretus, iuxta illud: In nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum. Sic etiam explicant Lyranus, Iansenius & Genebrardus. Ita etiam descendere in lacum, idem est quod mori Psal. Et affimilabor descendentibus in lacum. Quia ut notat hic Theodoretus lacus ut sepulchrum fo-

Vatab. Dionysius, Adamus, Procop.

Matth. 16.

12

Hieron. Mich. 1.

Psal. 7.

Theodo.

2. Reg. 17.

1. Reg. 31.

Ioan. 11.

13

Ezech. 17.

Luc. 16.

Psal. 21.

Theodor.

Phil. 2.

Lyra. Ianse.

Genebr. Psal. 27.

Theodo.

ditur.

ditur: quæ phrasis est frequens Psalm. 29. A. 87. A. Prouer. 1. B. Ezechiel. 26. 31. 32. & alibi passim.

14

Descendere quoque ad inferos ante resurrectionem Domini iusti etiam tenebantur, quia non dum erat cæli ianua per baptismum referata, & per ascensionem Domini, usque adeo, ut de ipso filio Dei Symbolum dicat: *Et descendit ad inferos.* Id est ad limbum patrum, ut educeret electos: non tamen secundum substantiam animæ suæ ad inferos damnatorum, sed virtute quidem diuinitatis. De quo Paulus: *Qui ascendit ipse est qui descendit primum in inferiores partes terræ.* Quare non mirum quod de limbo loquens Sanctus Iacobus dixerat: *Descendam cum filio meo Ingens in infernum.* Quod verò Iob dicit: *Qui descendit in infernum non ascendet.* Intelligitur non reuertetur ad statum vitæ mortalis, ut exponit Lyranus. Quia sequitur: *Et non cognoscet eum amplius locustæ.*

Ephes. 4.

Gen. 37. Iob. 7.

Lyra.

15

Descendere denotat situm alicuius loci superioris, unde ad inferiorem itur. Sic quia terra promissionis in loco superiori est respectu Ægypti, descendere se pe legimus Iudæos in Ægyptum. Sic Genes. 12. *Descenditque Abraham in Ægyptum.* Et Esai. *Va qui descendunt in Ægyptum.* & sic de similibus. Secundum etiam rationem situs dicitur in parabola, Luc. 10. *Homo quidem descendebat a Hierusalem in Iericho.* De quo in verbo Iericho, & in dictione Homo. Sic etiam quia mare inferius est quam terra habitata, legitur in Psal. *Qui descendunt mare in nauibus.* Denique descendere est ab statu dignitatis cadere Esai. 57. *Descende sede in fuluere,* dicitur Babyloni destruentæ. Item de Noab: *Descende de gloria.*

Gen. 12. Esai. 31.

Luc. 10.

Psal. 106.

Esai. 57. Hier. 48.

¶ Descendent Vnicornes, quere in dictione Vnicornis.

¶ Descendet Iudas, vide in verbo Iudas.

¶ Descendens Hierusalem de cælo, vide in verbo Hierusalem, & sic de similibus.

CAPVT. XXXIII.

Describere, Descriptio.



DESCRIBERE & scribere Hebraicè dicitur Chacac. Ezech. 4. Describes in eo ciuitatem, & Esaias, 39.

Describere, & de exemplari transferre, item delineare, & depingere. Dicitur autem Deus metaphorice describere in manibus suis, quod præ oculis semper habet: curamque illius gerit specialem, sic de Ecclesia sub nomine Sion dicit Esai. 49. *In manibus meis descripsite.* Cæterum quando filius Dei factus homo pro illa crucifixus est, iam non per metaphoram, sed proprie ut Hieronymus ait, descripsit clauis Ecclesiam in manibus suis, ideo porta inferi non præualebit aduersus eam. Quæ ita specialiter Christus protegit, lege de hoc Ambros. libr. de bono mortis cap. 5. Ita in Chrysof. in cap. 10. Ioan. Hom. 6. Epiphan. 2. tomo Conciliorum Synodo Nicæna 2. actione. 6. Ita enim Christus præsentem aspicit Ecclesiam sicut manus suas, ita Dionysius, Vatablus & Adamus.

777

I

Esai. 49.

Hierony.

Ambr. Chrysof. Epiphan.

Matth. 16. Dionys. Vatab. Adamus.

2

Luc. 2.

Quæstio.

Iosephus.

Luc. 2.

Descriptio totius orbis ad soluendum Romanis tributum facta est iussu Octauiani Augusti. De qua Luc. 2. Legimus exiit edictum à Cesare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis, in quo tria controuertuntur apud auctores. Prima quæstio est, Quo Augusti anno facta sit hæc descriptio? Secunda, an solum per capita tributum solueretur? An vero facultates singulorum appretiantur, ut singuli darent pro quantitate census? Tertia, an totus orbis cognitus sit descriptus, vel aliqua pars duntaxat. Quantum ad primum errat Iosephus lib. 18. Antiquitatum cap. 1. qui putat eo tempore factam esse descriptionem, quo Archelaus exulabat regno priuatus, & Coponius factus erat præses Iudææ, anno Imperij Augusti 51. Cõstat enim ante octo annos prius fuisse factam, Augusti Imperij anno quadagesimo secundo, Herode patre Archelai adhuc regnante. Tunc enim Lucas affirmat sub

Christi

Matth. 2.

Orosius.

Gerundensis. Fran. Tarra.

Palatius Rubius.

Suetonius.

Iosephus.

Orosius. Luc. 2.

Matth. 17. Matth. 23.

Ambros.

Suetonius.

Orosius. Phreculphus.

Christi natiuitatem esse factum. De quo & Matthæ. 2. *Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis Regis.* Ergo non post Herodem, & post filium eius Archelaum, nam Archelao adhuc regnante filius Dei rediit ex Ægypto Matth. 2. Ita tenet Orosius libro. 6. historia. Quo tempore Augustus, inquit, Cæsar Antonio & Cleopatra deuiçtis Ægyptoq; subacta, & pace toti orbi reddita, per duodecim annos templum Iani clausit, ita ut iã fores rubigo corripere. Illud quoque adnotatione dignum est sub finem belli Cantabrici cum Augustus esset Tarraconi, Hispaniæ citerioris vrbe clarissima, unde tota prouincia Tarraconensis appellatur, hoc edictum scripsisse, ita tenet Gerundensis libro. 10. Chronicæ, & Franciscus Tarrapha libro de Regibus Hispaniæ. Itẽ Palatius Rubius tractatu de Insulis, & tractatu de retinendo regno Nauarræ. Adidit Gerundensis in annalibus Romanis edictum illud repertum esse subscriptum à Cæsare, datum Tarraconi. Constat autem ex Suetonio in vita Augusti cap. 26. Tarraconi Hispaniæ Octauium consulatũ suum octauum & nonum suscepisse. Iam verò quod attinet ad secundũ, putat Iosephus loco supracitato. Augustum hoc edicto præcepisse, ut singulorum facultates appretiantur, & pro cuiusq; censu tributum imponeretur, sed contra dicit non solum Orosius loco citato, sed etiam dissonat Euageliũ Lucæ. Vbi refertur singulos ad suas ciuitates cõuenisse, unde erant oriũ di, vbi describebantur. Quod neq; fieret, neq; satis esset, ut facultates singulorum appretiantur, quæ in loco potius erant vbi habitabant, quare solus numerus capitum cuiuscunq; familiæ describebatur ut certũ solueret numũ singulis annis, qui putatur duarum esse Drachmarũ, ut colligitur ex Matth. 17. Eratq; i mago Cæsaris in Didrachma descripta ut habes Matthæ. 22. Porro tertia Quæstio est an per synedochem orbis vniuersus dicatur esse descriptus, quod certe putat Ambros. qui super Lucã ait, quod Augustus neq; Gothis, neque Armenis, neq; Indis imperabat, ut etiã refert Suetonius. Nihilominus tamẽ verisimilius est de vniuerso tũc orbe cognito edictum exiisse, quia ut refert Orosius libr. 6. cap. 21. & Phreculphus libr. 7. cap. 16. Tom. 1. ad Augustum in His-

pania bello Cantabrico detentum legati quidam Indorum Orientalium, & etiam Scytharum Septentrionalium, & etiam ad obedientiam illi præstandam, in vrbe Tarracone. Vnde ille cristas erexit ad promulgandum in toto orbe superbum edictum, quod nullus antea Monarcha fecerat, neque in monarchia Chaldaeorum, neque in secunda Persarum, nec in tertia sub Alexandro Magno Græcorum. Neque sine mysterio factum putat Ambrosius, ut totus orbis tunc primum seruituti subiiceretur, cũ Dominus orbis vsq; adeo pauper nascebatur, ut mater reclinauerit eum in præsepio: *Quia non erat ei locus in diuersorio.* Sed quia dominaturus erat à mari vsque ad mare Psalm. 71. & Zacha. 9. singulari prouidentia factum est ut Augustus Cæsar tunc serio Domini recu-sauerit appellationem, ut refert Orosius loco citato, quatenus Christo tunc recens nato nomen illud iure deberi vel nesciens fateretur. Postremo Nicephorus libr. 1. historiae cap. 17. narrat Augustum totius orbis Monarcham effectum, ad oraculum Pythij Apollinis venisse, & ab eo rogasse, quis post eum Romanum administraturus esset Imperium? Sed cum primum obticisset Apollo, post moram tandem ad hunc modum respondit:

Me puer Hebraeus diuos Deus ipse gubernans, Cedere sede iubet, tristemque redire sub orcu. Aris ergo de hinc tacitus abscedito nostris. Tali responso Cæsar accepto, arcam Romæ in capitolio construxit, cum eiusmodi latina inscriptione. Ara primogeniti Dei, quod Athenienses ante fecerant arã Athenis Erigetes ignoto Deo, de qua Act. 17. vnde ansam Paulus accepit ad prædicandum Atheniensibus Christum. Sed de hoc vide in verbo Ignorantia.

Describere aliquid in tabulis cordis denotat illud peculiari cura studioque completi, sic legimus Prou. 3. *Misericordia & ueteritas non te deserant, circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui.* Vbi Beda in gutture virtutes omnes per misericordiam, & veritatem designatas describendas & alligandas dicit, ut eas doceamus, in tabulis vero cordis ut eas operemur, iuxta illud Matt. *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorum.*

Describi cõsultur Sapientia tripliciter

Ambr.

Luc. 2. Psal. 71. Zacha. 9.

Orosius.

Nicephorus

Act. 17.

3

Prou. 3.

Beda.

Matth. 5.

4

Prou.

Pro. 22. Prou. 22. Appone cor ad doctrinam meam, &c. Bede. Gloffa. Hugo. D. Tho. Lyra. Hieron. Ezech. 16. Pro. 22. Luc. 24. Exo. 12. Ioan. 19. Matth. 2. 5 Ezech. 4. Theodoret. Matth. 7. Hieron. Ioan. 9. Hiero.

Ecce descripsi eam tibi tripliciter. Quæ sententia multipliciter exponitur. Bede & Glo. interlinealis descriptam esse dicunt doctrinam Salomonis de cogitatione, verbo, & opere reformando. Secunda expositio Hugonis Victorini in 3. suarum sententiarum, Tres esse scripturæ sensus, Historicum, Allegoricum & Moralem, ut refert D. Th. 1. p. q. 1. art. 10. ad 2. nam sensus anagogicus sub allegorico clauditur. Tertia expositio est, quæ ut probabilem refert Lyra. Salomonem de suis libris loqui, qui tres sunt, Prouerbia, Ecclesiæ & Cantica, quibus triplici stilo suam nobis doctrinam impertuit. Sed in Hebræo legimus, ubi vulgata vertit tripliciter, vocem esse Salischem quæ deriuatur à voce salis. Idest princeps, itaque ait descripsi eam tibi principaliter, idest perfecte, & quia ternarius numerus inter omnes primus perfectus est, & principalis, doctè vulgata vertit tripliciter, non ut accipiatur pro multipliciter indifferenter, sed pro triplici sensu scripture, qui eam plenissime nobis enodat, ut censet Hieronymus super illud Ezech. 16. *Excelsum tuum fecisti in omni platea.* Cuius verba sunt, iubetur, inquit nobis Prou. 22. ut omnes scripturas sanctas intelligamus tripliciter, primùm iuxta litteram, secundò medie per tropologiam, tertio sublimius & mysticè. Hæc Hieron. hos autem omnes sensus aperuit Dñs discipulis, ut intelligerent scripturas, apud Luc. Ideo aliquando in sensu mystico, sed ab spiritu sancto quidem intento allegant Euangeliste scripturas. Quale est illud de agno paschali dictum Exo. 12. *Os non committis ex eo.* Quod de Christo allegat Ioan. Itè illud: *Ex Aegypto uocaui filium meum.* Matth. 2. de quo aliàs.

Describe iubetur Ezech. ciuitatem Hierusalem, & obsidionem aduersus eam in latere, ca. 4. *Et tu fili hominis sume tibi latere & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem.* Vbi Theodo. describi iubetur Hierusalem in latere propter incolarum debilitatem, qui ædificauerunt super arenam ut dicitur apud Matt. Item Hieron. ut ciuitatem, inquit, quam putabant fortissimam, & inexpugnabilem, fragilissimo lateri cõparetur, qui ad tactum aque illico soluitur hæc Hiero. & certe ad idem significandum in capite quadragesimæ feria. 4. cinerum,

Christianorum frontibus puluis imponitur, ut fragilitatis humanæ meminerint, & fortasse ad hoc etiam Dñs super oculos egi nati lutum liniuit, ut suam prius agnosceret debilitatem, & visum postea spirituale cum corporali reciperet. Notat etiã Hieron. hoc loco vtilem esse artem Geometricam, quæ docuit ciuitatem Hierusalem in latere luteo describere, & Iosue ca. 18. exploratores misit qui describerent terram promissam. Sic & filius Dei duodecim misit Apostolos Marci ult. qui totum baptizarent orbem, & describerent eis terram uiuentium in cælis, sicut docuerat eos dicēs: *In domo patris mei mansiones multe sunt.*

CAPVT XXXV.

Desertum, Deserere.



DESERTVM Hebraice dicitur Iesimon Psal. 7. *Cum pertransires in deserto.* Desertum est locus solitarius & inhabitatus, & deserere est derelinquere.

Desertum locus orationi aptus & diuinis colloquiis, & reuelationibus sanctorum assuetus est, vnde Moyse cum minasset gregem ad interiora deserti, vidit Dominum in flamma rubi, & in deserto data est populo lex prodigiis ingentibus, de quo explicat Hieron. Cassiodo. & Lyran. illud Psal. 67. *Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est, cæni cæli distillauerunt a facie Dei Sinai.* In deserto quoque Oreb Elias vidit Deum quantum humana fragilitas patitur, in deserto pauit filius Dei quinque panibus, quinq; millia hominum saturauit, & aërem circumstantem conuertit in panem in manibus Apostolorum, & in ore comedentium, & rursus septem panibus quatuor millia hominum satiauit. Deniq; Esa. 40. legimus: *Vox clamantis in deserto, parate uiam Domino.* Quod completum est quãdo: *Factum est uerbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, & uenit in omnem regionem circa Iordanem, predicans baptismum penitentiae.*

Desertum voce Domini concutitur, quando tonat & fulgurat Psal. 28. *Vox Domini concutientis desertum: & commouebit Dominus desertum Cades.* Vbi Genebrard.

Iosue, 18.

Marci ult. Matt. ult.

Ioan. 14.

יְשִׁימוֹן

I Exo. 3.

Exo. 19. Psal. 67. Hieron. Cassiodo. Lyra. Psal. 67.

3. Reg. 19.

Ioan. 9. Marci. 8.

Esa. 40.

Luc. 3.

2 Psal. 28.

Genebr.

Gene. 20.

Gene. 16.

Hieron.

Symmach. Aquila. Theodoret.

Hieron. Vatablus.

Lyranus.

Ianfe.

D. Tho.

Cassiodo. Basilius. Theodoret.

Luc. 3.

3

Isa. 48.

Desertum hoc fulminibus & tonitruis concuti dicit: Quod vastissimum est, ita ut Israëliticus populus in eo quadraginta quidem errauerit annis. Diuersisq; nominibus nuncupatur situm inter Sarracenos & Arabes. Vocatur autem pars eius desertum Cades, quæ vergit ad Austrum & meridiem. Gene. 20. ubi legimus: *Profectusq; est inde Abraham ad terram Australè, & habitauit inter Cades & Sur.* Dicitur etiã desertum Sur, ut in locis Hebraicis Hiero. ait, ubi inuenit Angelus ancillam Saræ, Gene. 16. ex qua parte usq; ad mare Rubrum extenditur, & ad Aegypti cõfinia. Sin etiã desertum idem appellatur, ut ibidem Hieron. dicit. Inter mare Rubrum & montem Sinai, ubi Moyse populo legem in duabus tabulis dedit. Deniq; idem vocabatur desertum Pharam, quatenus ad Orientalem plagam vergit respectu motus Sinai, triu dierum itinere ab eo distans, ut patet num. 10. 11. 12. & 13. Ceterum ubi vulgata vertit: *Vox Dñi concutientis desertum.* Symmachus, & Aquila, ut refert Theodoret. transtulerunt: *Vox Dñi parturire facientis desertum.* Et ita habetur hodie in Hebræo, sicut vertit Hiero. ad veritatem Hebraicam, & post eam Vatablus. putat autem Lyra. Dñm fecisse parturire desertum, quando aperta terra deglutiuit Datham & Abiram, quod non quadrat, sicut neq; illud quod Ioseph. existimat desertum parturire re feras significari, magis autem congruit expositio D. Th. quod fecerit Dñs 40. quidam annorum spatio parturire desertum multiplicatis in eo filiis Israëli, aut forte quod fecerit petram Oreb parturire aquas, ut Cassiodorus ait. Porro Basilius & Theodoret. ad gentium conuersionem, quæ desertum in scripturis ante fidei susceptionem appellabantur, & certè in sensu mystico desertum sanctificatum prædicatione Baptistæ multos peperit ad salutem. Luc. 3. &c. quia Cades, ut inquit Basilius sanctificationem significat, &c. vel desertum sanctificationis.

Desertum in quo annis quadraginta pane caelesti nutritus est populus Israëli, frequenter Dñs per Prophetas in memoriam illius populi reducit. Sic Isa. 48. *Non sitierunt in deserto cum educeret eos, aquam de petra produxit eis.* Idem Psal. 77. Hier. 2. Ezech. 20. Amos. 2. Psal. 135. &c. Quod non solum fecit Spiritus sanctus, ut memoria tanti beneficii populus ille ad gratiarum excitaretur actionem, sed ut intelli-

geremus figuram fuisse beneficiorum Christi in lege gratiæ, ut exponit Paulus 1. Cor. 10. ubi ait. *Bibebant autem de consequente eos petra, petra autem erat Christus.* Sicut exponunt Hieron. super Isa. 48. Ambrosius super Psal. 1. Cypri. lib. 2. epist. 3. ubi citat illud Ioan. 7. quod Dñs in deserto mundi huius habitantibus ait: *Si quis sitit, ueniat ad me & bibat.*

Desertum olim refugium sanctorum fuit contra visibiles & inuisibiles hostes, sic Dauid fugiens Saulem morabatur in desertis. 1. Reg. 23. 2. 4. 25. & 26. sic & Ioan. 1. cum contra filium Dei conspiratio Pharisæorum sæuere: *Abiit in regionem iuxta desertum.* Et mulier amicta sole, quæ sanctos Ecclesiæ viros representat fugiens draconem in desertum aduolauit, & fuit ibi: *Per tempus, & tempora, & dimidium temporis, idest tribus annis cum dimidio, quã diu Antichristi duratura est persecutio,* ut exponit Rupertus, quo etiam putamus totum significari tempus, quo Ecclesia patitur persecutionem: Sic olim Eremitæ, & Anachoretæ deserta petebant, ut mundi laqueos declinarent. Quorum dux fuisse videtur filius Dei, qui moratus est in deserto quadraginta diebus. Vnde quæstio est apud patres. Vtrum consilium sit homini blandicies & lenocinia mundi fugiendi Anachoriticam vitam in desertis arripere? Ad quod respondent Chrysostr. & Theophyl. super Mat. 4. Periculosum hoc esse tyronibus, & inexpertis, ne forte grauius à Satana vexentur, quã ferre possint. Ad quod facit illud Eccli. *Vae soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem se.* Quã sententiam tuetur Hieron. in ep. ad Rustic. his verbis: Solitaria, inquit, vitã reprehendimus: minimè, quippe quam sæpe laudamus, sed de nido monasteriorum huiusmodi volumus egredi milites, quos eremi rudimenta non terreant, qui specimen conuersionis suæ multo tempore didicerint. Idem docet D. Tho. 2. 2. q. 188. ar. 8. & Abulensis super Matt. 4. q. 5. Negari tamè non potest quin sit vita perfectissima eorum, qui Deo inspirate deserta coluerunt, ut Ioannes Baptista, & alij. Sed infirmus Tyro, & inexpertus, qui viuit adhuc in ciuitate facere potest de ciuitate desertum. Sic Iudith in secrete cubiculo domus suæ orabat, & penitentiam agebat. Et Dauid solus orabat, & *Faustus sum, inquit, sicut passer solitarius in tecto.* Psal. 101.

1. Cor. 10.

Ioan. 7.

4

1. Reg. 23.

Ioan. 11.

Apoc. 12.

Rupert.

Quæstio.

Chrysostr. Theoph.

Eccli. 4.

Hieron.

D. Tho. Abulensi.

Iudith. 8.

Psal. 101.

Gregor. Cant. 3. Sic explicat Greg. illud Cant. 3. Quae est ista quae ascendit per desertum, sicut uirgula sumi, &c. Sunt, inquit, nonnulli, qui dum omnia visibilia fastidiunt, mentem ad celestia erigunt. Et quia in mundo nihil, quod eis dulcescat, concupiscunt, totum cor ad amanda superna conuertunt. Hi dum a malis moribus se exuunt per desertum ascendunt. Hae ille. Talis erat Maria quae sedens secus pedes Domini audiebat uerbum illius. Defertum quando in Scriptura sacra ponitur, & distinguitur ab Oriente, & Occidente, & significat plagam meridionalem respectu terrae promissionis, in qua versus meridiem erat desertum Arabiae Petrae, ut notat Hieronymus in qq. Hebraicis Sic Psalm. 74. Quia nec ab Oriente, neque ab Occidente, neque a desertis montibus, quoniam Deus iudex est, id est a meridie, subaudi non erit uobis auxilium, quando uenerit Dominus ad iudicium: quia erit in terris pressura gentium, pro confusione sonitus maris. Chaldaeus autem sic vertit. Quoniam non est alius praeter me ab Oriente usque ad Occidentem, & a Septemtrione domus desertae, & ab Austro. Vnde Theodoretus putat, tam Australem, quam Borealem plagam vocari desertum, hanc quidem propter nimium frigus illam propter immoderatum aestum, sed uerior est regula Hieronymi. Deferti petra uocatur Ruth Moabitibus, quae Matth. 1. in genealogia ponitur Saluatoris. Eo quod fuerit de Arabia, quae bona ex parte deserta est, sic intelligitur illud Isa. 16. Emitte agnum Domine dominatorem terrae de petra deserti, id est Christum de stirpe Ruth, ut Hierony. ait, de quo latius in uerbo Aries & Agnus lib. 1. Defertum in Scriptura metaphoricè in historico sensu dicitur Ecclesia ex gentibus congregata, sicut notat Hieron. super illud Isa. 35. Latabitur deserta & inuisa, & exultabit solitudo, florebit ut lilius, id est Gentilitas olim deserta latabitur ad fidem uocata, sic etiam exponunt Grego. Nissenus lib. de cognitione Dei, & Nazianzenus in oratione 1. contra Iulianum Apostatam. Iustinus mart. Apolog. 2. pro Christianis, Cyrill. lib. 9. contra Iulia. Origen. super Iosue explicans hunc locum ait, pulchre hoc uaticinium impleri in eo quod dicit Dominus Iudaeis apud Mat. Auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum

eius. Sic Euseb. lib. 6. demonstrat. ca. 21. Quare caueda est hoc loco expositio Vatabli, qui friuole cum Rabbini de Synagoga dictum putat, quae in captiuitate Babylo-nica fuerat deserta, & in aduentu Christi laetitia fuerat perfundenda, sed haec expositio militat contra euentum prophetiae, quomodo enim adueniente Messia latata est Synagoga, quae illum negauit? Dan. 9. Occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est. Item, quia ad conuersionem gentium potius contristata est, Isa. Multiplicasti gentem, sed non magnificasti ieritiam. Ergo ex circumstantiis colligitur de Gentilitate sermonem esse, quae hic Hebraice uocatur Midbar, quam uocem Septuaginta uerterunt eremum. Et cetera Synagoga ante Domini aduentum non potest uocari desertum, in qua etiam captiua multi sancti Prophetae floruerunt, ut Susanna, Daniel, tres pueri, Ezechiel, Hieremias, & alij, ut notant hic Cyrillus & Theodoretus, sed Gentilitas, de qua Matth. Multi ab Oriente & Occidente uenient, & recubent cum Abraham, &c. Item, quia de Gentilitate sub metaphora deserti frequenter loquitur Isaia, sicut cap. 41. Ponam desertum in stagna aquarum: de quibus aquis, ut Hieronymus ait, dixit Dominus Samaritanis: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum. Sic etiam Procopius, Cyrillus & Theodoretus. Item Greg. in homilia 20. in illud Luc. Anno quinto decimo Tiberij Caesaris, &c. Vox clamantis in deserto. Item: Ponam in deserto abietem, &c. Eodem modo exponit Hierony. illud Isa. Latetur, desertum & plenitudo eius in domibus habitabit Cedar. Quod non potest nisi Gentilibus conuenire nomine Cedar significatis. In eodem sensu intelligitur illud Isa. Ecce ego facio noua, ponam in deserto uiam, & in inuiso flumina, glorificabit me bestia agri. Vbi flumina baptismum in gentibus exponit Cypr. lib. 2. ep. 3. ad Caecilium. Item Gregor. lib. 3. Moral. c. 6. per bestiam agri Gentiliu populum intelligit. super illud Iob 39. Pena struthionis. Secundum eandem phrasim dicitur Is. 51. Consolabitur Dominus Sion, & ponet desertum eius quasi delicias, id est Gentilitatem ab Apostolis conuersam, ut exponunt Hierony. Cyrillus, Procopius & Dionysius, de quo Dominus Apostolis: Euntes, ait, docete omnes gentes, sed quid agimus, de Gentilitate

Euseb. Vatabli. Dan. 9. Isa. 9. Septuag. Cyrillus, Theodoret. Matth. 8. Ioan. 4. Procop. Cyrillus. Theodoret. Grego. Luc. 3. Hierony. Isa. 42. Isa. 43. Cyprianus. Gregori. Hierony. Cyrillus. Procop. Dionys. Matth. vlt.

intelligit Paulus Gal. 4. illud Isa. 54. Latere sterilis, quae non parit, decanta laudem & hinni, quae non pariebas, quoniam plures filij deserti, magis quam eius quae habet uirum. De quo lege August. lib. de uitate Ecclesiae, ca. 7. & Prosperum lib. de praedictionibus Dei p. 3. promissione 32. & Eusebium lib. 3. demonstrationu ca. 2. Cyrillu. Item Chrysostrum, Theophylactum, Theodoretum, Hieronymum, Haymonem, & D. Thom. & omnes patres super Galat. 4. qui simul concludunt ab Isaia, & Paulo significari plures futuros Christianos ex gentibus olim desertis, quam ex Synagoga, quae tanquam uirum suum iactabat Deum, quem tamen hominem factum occidit. Propterea dixit illi Dominus: Ecce relinquetur domus uestra deserta. Item. Auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius, quod supra citauimus. Simile est illud Isa. 52. Gaudete & laudate simul deserta Hierusalem, quia consolatus est Dominus populum suum. Quod Adamus intelligit de materialis Hierusalem consolatione, quae receptura praedicebatur uerum Prophetarum intellectum, sed reclamation Hieronymus. Sciamus, inquit, nequaquam hoc dici de populo Iudaeorum, sed de omnibus qui per Apostolos credituri erant, ut patet ex consequentibus. Eodem modo Aug. lib. de uita. Eccle. quia sequitur mox in textu: Et uidebunt omnes fines terrae salutare Dei nostri. & Euseb. lib. 6. demonstr. ca. 24. Praeterea Christus de se ipso exposuit illud Isa. 61. Spiritus Domini super me, &c. Luc. 4. Et tamen sequitur de Apostolis: Et edificabunt deserta a saeculo, id est gentes olim desertas. Et ne lector de cipiat, eodem modo intelligit Hierony. illud Hier. Inuenit gratiam in deserto, populus qui remanserat gladio. Sensus, inquit est populus Iudaeorum, qui Romano remanserat gladio inuenit gratiam in deserto gentium, ut inter turbas nationum saluetur. Haec ille. quidquid sentiat Theod. Tunc implebitur illud Ioan. Fiet unum ouile, & unus pastor. Sic intelligit Hieron. illud Ezech. 47. Ista sunt aquae quae egrediuntur ad tumulos sabali Orientis, & descendunt ad plana deserti, id est Euangelica doctrina ad gentes olim desertas ex Iudaea per Apostolos deriuatur, cuius initium Dominus fecit, quando ex gentibus conuertit Magos in Bethleem, Centurio-

ne, Chanaan & Regulum, qui omnes fluuiis aquis doctrinae Christi, primos in gentibus flores longe, lateque, flagrantis emiserunt. Ad quod facit illud Psalm. 106. Posuit flumina in deserto, & exiit aquarum in sitim, terram fructiferam in salugine a malis habitantium in ea. Quod licet in historico sensu aliquando fecerit materialiter Dominus, ut Lyran. Ianse. & Genebr. dicunt. Sed negari non potest de conuersione Gentilitatis olim desertae, & de obstinatione Synagoga praedici, quae in saluginem uersa est, ut exponunt Hieron. Aug. Glossa, Cassiod. & Theodor. qui literale hunc sensum putat. Nam de Synagoga dixit Spiritus sanctus apud Isa. Et ponam eam desertam, quod Dauid praedixit Synagoga destruedam, Psalm. 79. Vineam de Aegypto transtulisti, &c. Exterminauit eam aper de sylua. sic exponit Hieron. Cyril. Theodor. & August. iuxta illud Matt. Et filij regni euicientur in tenebras exteriores. Ita in eodem cap. 5. Isaia. subiungitur aperte. Et deserta in uertate uersa aduenae comedent. Quia eradicatis Iudaeis Romanorum gladio in Hierusalem confluerent Gentiles ad loca sancta conuersi, & ibi tanquam uberrimis pratis impinguati sunt, ut Hieronymus ait. In desertum redigi aliquem locum est deuastari, uel etiam totum orbem sub finale iudicium, Isa. 33. Et factus est Saron sicut desertum. Vbi Hierony. Saron, inquit, omnis iuxta Ioppem, & Liddam appellatur regio. Et infra, quod aliqui plenius atque perfectius iudicij tempore futurum esse confirmant. Haec ille. Praeterea de vastatione Iudaeae. Isa. 27. c. Et speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum, sic exponunt Hieronymus. & Cyrillus, iuxta illud Luc. Non relinquent in te lapidem super lapidem. De quo etiam intelligitur illud Isa. Desertos faciam montes & colles, subaudi Iudaeorum infidelium. In eodem sensu Hier. 9. d. Ezech. 5. d. 19. b. Ioel. 1. b. & c. 2. a. ubi de Nabuchodonosor dicitur omnia vastate. Sicut hortus uoluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti. Quod in sensu mystico facit peccatum lethale si in animam iusti permittatur intrare: ideo Paulus dicebat: Non regnet peccatum in uestro mortali corpore, & Christus languido in probatica piscina mente, & corpore sanato: Noli, inquit, amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. & Adulterum conuer-

Match. 2. Match. 8. Match. 15. Ioan. 4. Psal. 106. Lyranus. Ianse. Genebr. Hierony. Aug. Glossa. Cassiod. Theodoret. Isa. 5. Psal. 79. Hierony. Cyrillus. Theodoret. August. Matth. 8. Isa. 5. Hierony. 10. Isa. 33. Hierony. Isa. 27. Hierony. Cyrillus. Luc. 19. Isa. 41. Rom. 6. Ioan. 8.

Joel. 3. *Vade, ait noli peccare. Alioquin competet relapso, quod dicitur de Idumea, quæ interpretatur terrena, Idumea erit in desertum perditionis Joel. 3. & illud quod contra sceleratos mysticè Hieronymus intelligit, Dominus in turbine, & tempestate viæ eius increpans mare, & exiccās illud. Et omnia flumina in desertum deducens. Enimvero cor impij quasi mare magnum est, quod Dominus exiccet in morte & flumina doctrinæ salutaris aufert, & remedia salutis: ita vt gutta quidem aquæ denegetur diuiti purpurato, qui se pulcus est in inferno. Luc. 16.*

11
Hierony. *Isa. 21. Hier. 51.*
Desertum faciam mare eius, idest multitudinem vulgi, quia Nabuchodonosor ibi residens totum orbem ferè vastarat, & populos plurimos instar maris in Babylonem traduxerat. De quo dicit Isaias expositor Hieronymo: Qui posuit orbem desertum, & urbem eius destruxit. Quamuis alij dictum de Lucifero putent, de quo alias.

12
Desertum appellatur aliquando celum, aliquando vera terra, in qua mortales habitant variis rationibus. Nam cælum, quia cadentibus præuaricatoribus Angelis bona ex parte vacuum olim remansit, desertum dicitur apud Lucam in parabola pastoris: Qui oves relinquit nonaginta nouem in deserto, idest in cælo, quod relictum fuit ab homine peccante, si vt super Lucam Theophylactus, solitudo, inquit, est cælum à mundano tumultu sequestratum: sic etiã intelligit Grego homilia de centum ouibus. E contrario verò hæc terra desertum dicitur, quia bonis illis perennibus vacua ferarum habitatio facta est. Sic Ecclesia ascendit de deserto mundi huius, vel certè Maria virgo delitiis affluens Cant. 8. Ita etiam exponit Augustinus, quod Propheeta dicit Psalm. 62. In terra inuisa deserta & iniquosa, sic in sancto apparui tibi, idest in hoc mûdo in desiderio sancto apparui coram te, eodem etiam modo Hieron. Cassiodorus & Glossa. Cæterum iuxta historiam hoc dixit Propheeta cū esset exul in deserto Iudææ, sic enim legendum est in titulo, sicut legit Hieronymus, & Septuaginta, & Chaldaicus, & Vatablus, quia mēd osē legitur Idumæe, dicit ergo in hoc

deserto Ziph sicut in sancto vel sanctuario apparui tibi, & contemtor te o Deus. Deniq; desertum doctrinam orthodoxæ contrariam denotat, sicut exponit Origenes illud Matth. Si dixerint vobis ecce in deserto est, subaudi Christus: nolite credere. Sic & Gregorius lib. 20. Moralium super illud Job 30. Qui rodebāt insolitudine. Desertum aliquando metaphorice Deiparam Virginē significat consortij virilis in expertem, sic exponit Hieronymus illud Ose. Immittet Dominus uentum urentem de deserto ascendentem, & siccabit uenas eius, hoc est mortis, idest filij Dei mittet opera Spiritus sancti ascendentem de utero Mariæ Virginis: de quo vide lib. 1. in verbo Ascendere.

CAPVT XXXVI.
Desiderare, Desiderium.

DESIDERARE Hebraicè dicitur Auach, Psalm. 132. & Isa. 29, dicitur etiam Chamad.

Desiderare est cupere, & optare, vt aliquid nobis quasi à sideribus, vbi Deus inhabitat descendat, vt placet Festo. Desiderium autem pauperum exaudire dicitur Deus, magis quã diuitem, quia pauperes frequenter necessaria, diuites verò superflua desiderant, sic de diuitum desideriis legimus Psalm. 9. Quoniam laudatur peccator in desideriis anime sue, & iniquus benedicitur, exacerbauit Dominum peccator. Sed contra ibidem: Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparatione cordis eorum audiuit auris tua. Pro præparatione Symmachus vertit propositum cordis, quia vt Theodoretus ait: nouit Dñs iustum propositum pauperum. Sed Hieronymus ad veritatem Hebraicam vertit: Præparasti, ut cor eorū audiat auris tua, idest tu præparasti in corde eorum, & inspirasti quod peterent, vt exponit Cassiodorus. Iuxta illud. Spiritus est qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, idest postulare nos facit. Denique Lyranus pauperes hic intelligit omnes electos oppressos ab Antichristo: Sed propter electos breuiabuntur dies illi. Et hoc est desiderium pauperum quod exaudiuit Dominus: quæ expositio licet verum habeat

Origen. Matt. 24.
Gregor. Iob. 30.
13
Hierony. Ose. 13.
Festus.
Psalm. 9.
Symmachus. Theodoret. Hierony.
Cassiodorus. Rom. 8.
Lyranus.
Matth. 24.

latius tamen patet sententia ad omnes petitiones pauperum spiritu, quas petunt, quatenus tales sunt. Petunt enim regnum cælorum, iuxta illud: Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Hoc petebat ille rex, & spiritu pauper, qui clamabat Psa. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. De quo vide lib. 3. in verbo Ceruus. De hoc desiderio legimus in Prouerb. Desiderium iustorum omne bonum, idest Deus, qui sicut est omne bonum, sic in eo duntaxat gaudium est plenum: de quo Dominus apud Ioan. Petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. In quo sensu dicit Salomon: Desiderium suum iustis dabitur, idest omne desiderium, quod est suum, quatenus iusti sunt, vt exponit Lyranus. Hoc enim illis suggerit Deus, sicut Psa. Desiderium cordis eius tribuisti ei, & uoluntate laborum eius non fraudasti eum. Sed quare? Quia præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, idest dulciter inspirasti vt bene peteret. Sic Psalm. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum. in bonis inquit, & quantum ad ea quæ petuntur, & quantum ad modum petendi. Iuxta illud: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis.

2
Desideramus aliquando simpliciter desiderare quod oportet, & quomodo oportet. Sic intelligitur illud Psalm. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore, idest desiderauimus adhuc imperfectè desiderare perfectè, vt exponit Lyranus. Potest etiam intelligi secundum Cassiodorum, & Theodoretum concupiui vel desiderauimus perseuerantiam desiderij. Hebraicè namq; Garelah est uehementissimum desiderium. Vnde Abben Ezra vertit. Exarsi desiderio implendi iustificationes tuas in omni tempore. Iuxta illud Matth. Qui autem perseuerauerit usque ad finem, hic saluus erit. Sic Genebrardus intelligit. Qui autem ita desiderat dicitur sicut Daniel: Vir desideriorum. Quia viriliter, idest perseueranter bona desiderat: nõ sicut dicitur Prouerb. 13. Vult & non vult piger.

3
Desiderat quod nescit qui carnis suæ concupiscentias sequitur, quarum finis est eterna miseria. Sic legimus Eccle. 6. Melius est uidere quod cupias, quam desiderare quod nescias. Vbi Hierony. Dilucide, inquit hoc interpretatus est Symmachus

dicens: Melius est providere, quam ambulare ut liber, idest melius est ratione cuncta pro uidere, & examinare, quid sit cupiendum, quam quod suggerit appetitus id sequi. Ideo Dominus ait: Qui amat animam suam perdet eam, idest, qui amat concupiscentias anime suæ contra rationem, Ioan. 12.

4
Desiderare dicitur per tropum frumentum nubium pluuias, idest naturaliter appetere ad sui conseruationem, & incrementum, sic legimus Iob 37. Frumentum desiderat nubes, idest, vt vel rore natiatur, vt Lyranus ait, vel vt ab aestu protegatur.

5
Desideria sua occidunt pigrum. Prou. 21. quia cum desideret multa, & propter pigritiam non impleat, suis desideriis cruciatur, vt exponit Lyranus. Vel si mala sunt desideria occidunt animam eius, & si bona sunt ad quæ tenetur, neque pigritia resolutus exequitur similiter occidunt: hanc pigritiam Dominus reprehendit in parabola vineæ dicens: Quid statis tota die otiosi?

6
Desiderauerunt olim Iudæi Christum videre, priusquam veniret, sed uenientem neque reputauerunt Isai. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum uirorum, &c. quare nec reputauimus eum. Hæc uerba Lyranus, & Dionysii Carthusia. putant esse Prophetarum, de quibus vnus erat Isaias, iuxta illud, quod Dominus dixit apud Lucam: Multi Propheta & Reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt. Sic etiam exponit Adamus. Ita tamen, vt quod sequitur despectum, sit in alia periodo, sicut inquit est in Hebræo, & faciat alium sensum, quem Pagninus indicat vertens: Despectus est, & abiectus inter uiros. Sed non quadrat expositio, quia isti dicunt uidimus eum, & Christus ait apud Lucam: Desiderauerunt uidere, & non uiderunt. Ideo Leo Castro legendum putat per negationem, & non desiderauimus eum. Sed hoc est contra uulgatam, nec ista negatio habetur in Hebræo. Ideo Ioannes Benedictus Parisiensis in glossulis ad marginem Bibliorum exponit. Et non erat aspectus, ut desiderauimus eum. Ita ut particula, &, sit posita, pro, ut, & sint uerba Iudæorum, qui Christum in passione uiderunt, sed non ut desiderarunt: ideo subiungitur: Quare nec reputauimus eum.

Psal. 41.
Prou. 11.
Ioan. 16.
Prou. 10.
Lyranus.
Psal. 20.
Psal. 102.
Ioan. 16.
Psal. 118.
Lyranus. Cassiodorus. Theodoret.
Abben Ezra.
Matth. 10. Genebr.
Dan. 10.
Prou. 13.
Eccles. 6.
Hierony. Symmachus.

Ioan. 12.
4
Iob. 37.
Lyranus.
5
Prou. 21.
Lyranus.
Matth. 21.
6
Isa. 53.
Lyranus. Carthusia.
Luc. 10.
Adamus.
Pagninus.
Leo Cast.
Ioan. Ben.

D.Tho. Sed expositionibus omissis melius D. Thomas in Commentariis, & luculentius exponit verba esse Iudæorum in passione Domini dicentium, desiderauimus eum despectum, id est istum despectum & nouissimum desiderauimus, quoad personam quidem, non quoad abiectiōem, & contemptum. Propter quem potius non reputauimus eum esse, quem desideraueramus, quæ expositio magis literæ inhæret secundum vulgatum.

7
Gen. 49
Agg. 2

Desideratus dicitur Christus non solum à Patriarchis, de quibus in Genes. sub nomine collium dixit Iacob: *Donec ueniat desiderium collium æternorum.* Sed etiã cunctis gentibus fuit optatus Agg. 2. *Et ueniet desideratus cunctis gentibus, & replebo domum istam gloria.* Hic locus vrget Iudæos uenisse Messiam, quia in templum post reditum à Babylone reedificatum venturus hoc loco prædicebatur, quod tamē iam à Romanis ante mille quingentos annos dirutum perseverat. Ergo iam uenit Christus, neque debet quasi non uenerit expectari, sed attendat lector, quomodo iuniores Rabbinii hunc nodum elabi frustra conantur. Dicunt in Hebræo legi, & uenient in plurali, deinde in singulari desiderium omnium gentium, id est uenient, inquit, multi in templum, quod est desiderium omnium gentium. Sed hoc commentum facile refutatur, quia Rabbinii antiquiores hunc locum aperte de aduentu Messie exponunt, ut refert Galatinus, lib. 4. capit. 9. Nam Rabbi Akiba interpretatur: *Adducam desiderium cunctarum gentium de Rege Messia, & de tempore, quod fuit post destructionem primæ domus.* Item alia expositio Rabbinorum: *Ecce commouebo omnes gentes, & postea ueniet Messias.* Hæc ex Galatino. Præterea Leo Hebræus licet perfidus inter recentiores uertit. *Et ueniet, qui desideratur ab omnibus gentibus.* Item Petrus Nigri Germanus in disputatione Ratiponensi cum Iudæis uertit ante annos ab hinc centum: *Veniet desiderium omnium gentium: ut refert Ekus.* Perfidusq; Mysterus transulit: *Venietq; cum eo quod desiderabile est cunctis gentibus.* Item Hieronymus ait, melius esse in Hebræo, quam apud Sept. qui in plurali uertunt: *Venient electa omnium gentium, cum sit legendum in singulari.* Quod uero August. lib. 18. de

Ciuit. ca. 35. putauit hoc loco uaticinium esse de aduentu Christi ad iudicium, quia tunc erit desideratus cunctis gentibus conuersis ad fidem: quibus tamen ante primum aduentum, sicut non erat cognitus, ita nec desideratus non quadrat, quia sequitur: *Et replebo domum istam gloria.* Quod cogit intelligi de primo quidem aduentu. Deinde notitiã de illo habuerunt gentes olim, quia Iob de illo prophetauit in terra Hus. Et Balaam apud Moabitas, cuius successores Magi ab Oriente uenerunt adorare Dominum, & Sibyllæ apud Græcos, & Romanos toto imperantes orbe terrarum Christum prænuntiarunt. Vnde Gen. 49. dicitur: *Ipsa erit expectatio gentium.* & Isai. ait. *Legem eius in insula expectabunt.* Sic Cantic. 5. dicitur sponsus: *Totus desiderabilis,* subaudi ab omnibus desideratibus bonum, quia secundum Philosophum. Bonum est quod omnia appetunt: in quo sensu quod dicitur Luc. 10. *Multi Propheta & Reges uoluerunt uidere que uos uidetis.* non solum de Regibus Iudæorum, sed etiam de Regibus gentium intelligendum est. Vnde Athenis ara fuit ignoto Deo dicata Acto. 17. id est Christo à Sibyllis prædicto. Item Romæ aram erexit Augustus primogenito Dei, de quo in uerbo Descriptio diximus.

8

Desiderabilis est Angelis Deus, unde ut Spiritus sanctus Deus esse credatur, dicit Petrus: *Spiritu sancto misso de celo, in quem desiderat Angeli prospicere:* quod Beda tã de filio à quo missus dicitur Spiritus sanctus, quam de ipso Spiritu sancto intelligi posse dicit. Desiderant autem, quia sine fastidio uident: & quia quod uident infinitum bonum est semper habent, quod uidere cupiant, quia non ualent comprehendere.

9

Desiderabile dicitur in Scriptura omne pretiosum Isa. 54. *Ponam terminos tuos in lapides desiderabiles,* id est pretiosos, qualia sunt dona Spiritus sancti, & charismata, quæ sunt in terminis Ecclesiæ ad lucrandos eos qui foris sunt, & retinendos eos qui intra sunt. Quale est charisma linguarum, prophetiæ, & prædicationis. Item cum Ezechieli Dominus dilectam uxorem auferre uellet, ait: *Tollo à te desiderabile oculorum tuorum.* Item de terra promissionis dicitur in Psal. *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.*

¶ Deside-

¶ Desiderauit Christus Pascha ultimum cum discipulis celebrare. Luc. 22. de quo uide in uerbo Pascha.

¶ Desiderare diem Domini, uide in uerbo Dies.

CAPVT XXXVII.

Desolare, Desolatio.

DESOLARE In Scriptura dicitur Bath, & desolatio Batah. Isa. 5. deducitur à radice Bith.

Est autem desolare deuastare, & in solitudinem redigere. Sic de impijs dicitur Sap. 4. *Commouebit illos à fundamentis, & usque ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & memoria eorum periet.* Quod contigit diuiti epuloni, cuius nomen de Scriptura perit. *Et sepultus est in inferno, qui mansiones pro meritis singulorum habet, quæ uocantur domus desolatæ apud Iob, ubi de impio dicitur: Et habitabit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis.* Quia, scilicet, ab omni bono sunt alienatæ: quanuis Titelmanus intelligat de impio, qui remorsibus conscientie tam timidus euadit, ut non audeat in hac uita inter homines habitare, sed in locis desolatis. Eodem modo Lyranus, & D. Thomas, iuxta illud Ioan. *Qui male agit odit lucem.* Tales sunt hodie grassatores in syluis & locis desertis.

2

De Hierusalem deuastanda primum à Chaldæis, deinde à Romanis legimus Isa. 6. *Excæca cor populi huius, &c.* Donec desolentur ciuitates sine habitatore, & domus sine homine. Ita exponit Hieronymus. Quia excæcati mansuerunt, usque dum à Romanis delati sunt Hebraicæ uox Hasmæ, excæca & incrassa, est permissio excæcandi, lege Irenæum lib. 4. c. 47. & Eusebium lib. 7. c. 2. iuxta illud Isa. 1. *Et derelinquetur filia Sion, sicut umbraculum in uinea, &c.* Et desolabitur sicut in uastitate hostili: de quo Matth. *Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.* Quod certe duraturum est usque ad mundi finem, sicut legimus apud Isaiam: *A generatione in generationem desolabitur.* Hieronymus explicat in æternum. De quo Dominus ait: *Cum uideritis abominationem desolationis, quæ prædicta est à Daniele propheta stantem in loco sancto, qui legit intelligat, id est idolum in templo, vel Antichri-*

stū, ut diximus lib. 1. in uerbo Abominatione: subdit autem Dan. c. 9. *Et usque in finem per seuerabit desolatio, id est, ut sit sub infidelibus.* Causa uero desolationis ponitur à Hier. *Desolatione desolata est omnis terra, quia non est qui recogitet in corde suo.* Et filius Dei idem confirmans ait: *Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris diem uisitationis tuæ, id est, quando te Deus tandem homo factus uisitauit.* Manet itaq; excæcata Synagoga, & deserta permittente Deo propter peccata eius, quod Luc. exposuit dicens: *Et Hierusalem calcabitur à gentibus.*

3

Desolata nunquam uocabitur Ecclesia, Isa. 62. *Et non uocaberis amplius derelicta.* Et terra tua non uocabitur amplius desolata, quæ promissio conuenire non potest aperte Palestinæ, sed ut inquit Hieronymus conuenit Ecclesiæ: de qua Matth. 16. *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Sic etiã explicat Aug. lib. de uinitate Ecclesiæ c. 16. & Dionysius Carthus. Adamus & Vatablus, & Lyranus, sed & omnes antiqui patres.

4

Desolari portas cæli est omnem creaturam suo modo ingeniscere propter scelera nostra: ut exponit Hieronymus super illud Hier. 2. *Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini uehementer, duo mala fecit populus meus.* Sic & Theodoretus. Insensibilia, inquit, elementa, quasi rationabilia ad testimonium uocat, sicut olim Moyses, Deut. 32. *Audite, ait, cæli, quæ loquor.* Sic etiã, quasi doloris & pudorem de peccatis nostris ostendunt cæli sub mundifinem. Quando Sol obscurabitur, Matth. 24. *Et erunt signa in Sole & Luna.* Luc. 21.

5

Desolauit Dominus fontem mortis per Christum de Spiritu sancto conceptum, Ose. 13. *Adducet Dominus uentum urentem de deserto ascendentem, & sticcabit uenas eius, id est mortis: & desolabit fontem eius, id est peccatum unde mors oriebatur Christus quasi uentus urens desolabit, ut exponunt Hieronymus, Cyrillus & Theophylactus: de quo supra in uerbo Desertum nu. 13. & lib. 1. in uerbo Ascendere.*

¶ Desolatorij carbones, uide in uerbo Carbo.

¶ Desolabit linguam maris, uide in uerbo Calceatus.

¶ Deside-

CAPVT XXXVIII.

Desperare; Desperatio, & Diffidentia.

DESPERARE Dicitur Hebraicè Anas. 2. Reg. 1. 2. Et desperatus est. Item Desperatio dicitur Anus.

Desperare est ab spe decidere. Accipitur autem in scriptura, tam in bonum, quàm in malum, in bonum, Iob 7. Desperavi, nequam ultra iam uiuam. Vbi D. Tho. Desperasse Iob dicit de prosperitate ultra terram, quia se morti iam esse vicinū suspicabatur. Sic Glossa interlinealis, Lyran. & Titelmanus, sed Gregor. lib. 8. Moral. Iusti, inquit, desperare est presentis vitæ bonæ æternitatis electione deferere: mansura quærere, & in rebus temporalibus fiduciã non habere. Absit enim vt vir sanctus à diuina misericordia desperaret. Hæc ille. Neque audiendus est hoc loco Beda, qui ait Iob propter quoddã linguæ peccatum desperasse de vita presentis, sed potius naturali cõiectura ex vehementia doloris, & ægritudinis deficiebat. Sic desperatus quoque dicitur ille cuius vita secundum naturam cursum non speratur, 2. Reg. Percussit quoque Dominus paruulū, quem peperit uxor Vriæ David, & desperatus est. Desperata similiter plaga dicitur, quæ sanari humana cura non valet. Sicut Hier. Plaga, inquit, mea desperabilis renuit curari. Quia vt inquit Hierony. Multi potentesq; aduersarij contra Hieremiam conspirauerant. Sic etiam de Samaria ab Assyrijs sine spe humani subsidij vastanda dicit Michæas: Quia desperata est plaga eius.

Desperavit in malum Synagoga Hierem. 2. Dixisti desperavi nequaquam faciam adamani quippe alienos: & post eos ambulabo. Vbi Hieronym. Desperatione, inquit, malorū desperavit se facturam, quod Dominus imperavit, idest, quia peccatis assueta fuit sicut illi; de quibus Apostolus ait: Qui desperantes tradiderunt se impudicitie, & immunditie omni. Quod tribus modis exponitur, videlicet homines mali desperantes aliã vitam esse post presentem nolunt se defraudare presentibus bonis, iuxta illud Isa. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et in Sap. Fruamur bo-

nis, quæ sunt, &c. Sic intelligit Ambrosius. Quasi, inquit, ultra non sint futuri, vitam suã contaminant turpissima operatione. Secundus sensus est desperates putant maiora esse peccata sua, quam quæ illis Deus condonare possit. De quo August. lib. de contemplatione Christi. ca. 30. Qui desperat, inquit, de venia peccatorū negat Christum esse misericordem. Tertia expositio est Chrysof. & Theophyla. Desperantes se posse sustinere laborē poenitentia, & qui necessarius est ad virtutes acquirendas, &c. quibus dicit Isai. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate: confortamini, & nolite timere, &c. Deus ipse ueniet & saluabit nos. Quod impletū est, quãdo clamabat filius Dei: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos.

In eundem sensum de Israëlítico populo desperante dicit Hieremias: Quidixerunt desperauimus post cogitationes nostras ibimus, unusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. Vbi Hierony. iuxta Aquilam ait, est desperauimus, & iuxta Symmachum defecimus. Quod vtrumq; offendit Deum, vt aut nequaquam quis putet se posse saluari, aut ad placandum Deum animo deficiat. Hæc ille. De posteriori desperationis modo, qui de pusillanimitatis radice procedit, Basilus hom. 5. Examer. Nemo, inquit, desperet gnarus, quod agricola, plantarum quoq; naturam trãmutat. Curatio autem secundum virtutē potens est & omne genus infirmitatum curare. Et Chrysof. hom. 4. in Matheū. Quã, inquit, excusationē habebis, qui leonē quidē mitigas, reddisq; tractabilem: furorem verò animi tui omni efficit leonē fãuiorem? Qui igitur naturam vincis in bestiis, cur in te ipso vna cum natura etiã voluntatis bonū prodidisti? Hæc ille. & Aug. lib. de conflictu vitiorum & virtutū. c. 15. Si de criminibus inquit, & delictis agitur. Ecce David adulterij & homicidij reus inferni faucibus eripitur. Et Manasses. omniū peccatorum nefandissimus, Magdalena miris fornicationū fordibus inquinata, Petrus negationis suæ vinculis astrictus, Latio vnus horæ spatio ad paradisum de cruce transit, Saulus persecutor factus est Apostolus. Deniq; scriptū est apud Ezech. In quacunq; die ingemuerit peccator, peccatorū ei nō recordabor: hæc Aug.

Ambros. Aug. Chrysof. Theophy. Isa. 35. Matth. 11. Hier. 18. Hierony. Aquila. Symmachus Basilus. Chrysof. August. Ezech. 33.

Diff-

Diffidentia filij vocantur Eph. 2. & 5. tribus modis secundum expositionem D. Thomæ. Vel quia repellunt: à se fructus passionis Christi, & subinde nihil illis manet solidum cui fidant. Vel quia de æternis non habent fidem, vel quia cum animo duro ex malitia peccata committunt: quales olim erant Pharisæi quibus Dñs dixit: Moriemini in peccatis uestris.

CAPVT XXXIX.

Despicere.



DESPICERE Contemnere dicitur Bus, & despectio Thebusa.

Despicere est quasi de sursum aspice, & contemnere, Iob. 31. Si despexi prateruentem, eo quod non haberet indumentum. Vbi notat D. Thomas in commentarijs. Despectū proximi impedimentum frequenter esse misericordie, etiã illius quæ est ex præcepto. Qualis est subuenire pauperi grauissimam necessitatem sustinenti, siue in corporalibus quidem, siue etiam in spiritualibus. Imò solet interdum impedire contemptus, ne vel officium, quod lex iustitiæ iubet, contemptibilibus hominibus impendamus. in quo sensu dicit Salomon: Qui despicit amicum suum indigens corde est. Idest insipiens, vt exponit Beda. Quia vt Lyranus ait, deridet proximum contra charitatem: & secreta eius interdum cum infamia denudat, quod est contra legem iustitiæ. de quo in Prou. Qui despicit proximum suum peccat. Sic peccauit ille Pharisæus qui dicebat: Non sum sicut ceteri homines, sicut etiam hic publicanus. Porro qui parentes despicit grauissimè delinquit, quos honorare potius debuit, vnde Salomon: Stultus homo despicit matrem suam. Qua stultitia merito respersus dicitur Nero Romanus Imperator, qui matrem suam interfecit. Vt refert Tacitus lib. 14. Stulti quoque Pharisæorum discipuli, qui traditionibus seniorum decepti pauperes despiciebant parentes, vt darent munera sacerdotibus. de quo Dominus apud Matth. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem uestram.

Despicere sepulturam mortui est contra misericordiam, Eccli. 39. Secundum in-

Eph. 2. D. Tho. Ioan. 8. Iob. 31. D. Tho. Prouer. 11. Beda. Lyran. Prou. 14. Luc. 18. Prou. 15. Tacitus. Matth. 15. Eccli. 39.

dicium contege corpus illius: & non despicias sepulturam eius. Idest funeralia secundum honestam cõsuetudinem officia, vt exponit Lyranus. In cuius moris commendationem, non solum Tobias propter mortuorum sepulturam laudatur ab Angelo, sed & Abraham qui Saram honorifice sepeliuit. Imo & filius Dei qui super Lazarum quatruiduanum, quem mox erat suscitaturus, lachrymas fudit.

Despectus & uouissimus uirorum uocatur filius Dei, Isai. 53. inter duos pendens in Cruce latrones, vt exponit Hieronymus. Et absconditus uultus eius, atque despectus. Quia vt inquit Euthy. prius obiit quã latrones, quasi esset imbecillior, in quo se magistrū humilitatis exhibuit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Despectus dicitur rex, qui nihil nomine regio dignum gerit, sic Dan. 11. Stabit, inquit, in loco eius despectus. Idest Seleucus cognomento Philepator filius magni Antiochi, qui stetit aliquãdiu loco patris, sed nihil Imperio patris & Syriæ dignū fecit. Vt exponit Hieronymus, imò in glorius perijt.

Nemo me despiciat, Can. 8. vide in dictione Amor, & Dilectio, lib. 1. Nemo potest corrigere quæ Deus despexerit, Eccli. 7. quare in verbo Corrigere.

CAPVT XL.

Destruere.

DESTRVERE Hebraicè dicitur in Scriptura Nasah, Prou. 25. Psal. 52.

Destruere est structa dissipare. Destruit autem Propheta vel prædicator uitia, quæ prudenter vituperat, sic Dominus dixit Hieremiæ: Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, ut euellas, destruas, disperdas, dissipes, edifices & plantes. De quo egimus lib. 3. in dictione Constituere. Iuxta sensum uero historicū, vt Hieronymus ait, locus præsens de ipsa persona Hieremiæ debet intelligi, qui uitia populorum reprehendit. Et non solū contra Hierusalem prophetauit, sed contra plures reges, & regna gentium. Quia ergo ciuitates & gentes destruendas esse prophetica uoce prædixit, quæ uerum

Lyran. Iob. 12. Gen. 23. Ioan. 11. Esai. 53. Hierony. Euthym. Philip. 2. Dan. 11. Hierony. nōx I Hierem. 1. Hierony.

Hebr. 4. Sap. 13. 2 Psal. 10. Theodoret. Lyranus. 1. Reg. 22. Iansen. Cassiod. Glossa. Matth. 15. 3 1. Reg. 22. Psal. 57. Theodoret. Genebr. Cassiodo. Matth. 22. Hierony. 4 Lyranus. Eccli. 34. Marc. 6. Iansen.

euētum sortita est: ideo dicitur destructurus, sermo quippe Dei efficax est. Heb. 4. & omnipotens, Sap. 13.

Destruentes statuta, & præcepta Dei vituperatur in scripturis, Psal. 10. Domine quæ perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit? Vbi vt Theodo. ait. David conuenit, quod à Saule, & satellitibus eius persequutionem sustineat, dicitq; tu Domine fecisti me in aula regia primum tenere locum, vt in regno succederem, sed isti quæ perfecisti destruxerunt. Iustus autē quid fecit: id est, ego iuste cū illis versatus. Porro Lyranus putat de occisione sacerdotum iussu Saulis sermonem esse, quasi dicat, quos tu perfecisti & iniasti peremerunt. Iustus autem Abimelech, qui dedit mihi panes, quid mali fecit? Deniq; Iansenius exponit leges tuas Domine & statuta destruxerunt, quia vox Hebræa חַוְוָה Hassathoth. Symmachus & Hieronym. leges vertunt, id est sunt legum transgressores. Pulchrè verò in sensu mystico Cassiodorus & Glossa intelligūt de Pharisæis, qui iuramentum faciebant mandatum Dei propter traditiones suas: Matth. 15. Iustus autem filius Dei quid mali fecit, propterea quod permisit discipulos suos illotis manibus manducare?

Destruit De^o obstinatos in peccatis suis, & discordiæ seminatos, sic de Doeg seruo Saul, qui inter David, & Saul discordias serēs, sacerdos es Dñi iugulauit, dicitur Psal. 57. Dilcisti omnia uerba præcipationis, lingua dolosa, propterea Deus destruet te in finem, id est in perpetuum funditus, vt Theod. & Genebr. exponūt. Mysticè verò de Iuda traditore exposuit Cassiodorus. Verba verò præcipationis intelligit ad præcipationem composita, qualia Pharisæorum rogantium Dominum licet censum dari Cæsari? de quibus mysticè Hieronymus hunc locum explicandum putat, quia Pharisæorum lingua dolosa fuit.

Destruit opera bona quæ facit, qui cū illis aliquod lethale committit. Sic explicat Lyranus illud Eccli. Vnus edificans, & unus destruens, quid proderit illis, nisi labor? Talis erat Herodes, qui libenter audiebat Ioannem, & audito eo multa faciebat, sed Herodiadem non dimisit. Iansenius verò explicat de his, qui multa per fraudem, aut violentiam corraferunt, & ex his elec-

mosynam aliquam faciunt aut opus piū, quod destruitur iniusta acceptione.

Destruit Deus falsam Pseudopphetarum prædictionem euētū contrario. Sic quando falsi prophetæ pacem populo Iudæorum eminentiam prædicassent, dicit illis Ezech. Destruam parietem, quem lini-
stis absq; temperatum, id est murum, quem falso ad reddendum securum populum à Babylonis mendosis verbis lini istis, vt exponit Hieronymus. Ideo prædicatibus nunquam dicitur: Vos estis mel terra ad adulandum, sed Vos estis sal terra, quia sal quidem condit & præseruat, non corrumpit.

Destruit Deus, quæ contra eius voluntatem impij machinantur. Sic exponit Hierony. illud Malac. Quod si dixerit Idumæa destrueti sumus, sed reuertentes edificabimus quæ destructa sunt: isti edificabunt, & ego destrua: & uocabuntur, &c. populus cui iratus est Dominus usque in sempiternum. Quamuis enim constet Idumæos ab Esau ducentes originem post captiuitatem Babylonicam ad suas sedes reuertisse: nihilo minus tamen postea legimus 1. Macha. Debellabat Iudas filius Esau in Idumæa. Et Iosephus lib. 13. antiquit. cap. 16. refert ab Hircano filio Simonis fratris Iudæ Machabæi, Idumæos subactos, ad circuncisionemq; compulsos, & factos tributarios: vnde impletum est oraculum Gen. Et maior seruiet minori, id est Esau in suis posteris seruiet filiis Israël. Destrueta verò Hierusalem à Romanis, nō amplius Idumæi nomine proprio floruerunt, sed cum Iudæis confusi sunt. Sic nemo diuine potest sententiæ resistere per superbiam. Sed omnis qui se exaltat humiliabitur.

Destruit Deus inimicos suos obstinatos, Psal. 8. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudē, ut destruas inimicum & ultorem. Hic Psalmus pro torcularibus omnium Ecclesiarum Christi, & de triumpho filij Dei Hierusalem in die Palmarum in gredientis, iuxta literam prædictus est, vt notant Theodoretus, Cassiodorus, Glossa, Lyranus & Genebrardus contra Iansenium, quia à Christo Domino de seipso allegatur Matth. 21. de quo alium versiculum citat Paulus Heb. 2. & 1. Cor. 15. Et recte Psalmus iste triumphalis à Symmacho dicitur, vt refert Theodor. quia de Christo præcinitur triumphatore, qui ex-

5

Ezech. 13.

Hierony.

Matth. 5.

6

Hierony. Malach. 1.

1. Macha. 5.

Iosephus.

Gen. 25.

Luc. 18.

7

Psal. 8.

Theodoret. Cassiodo. Glossa. Lyranus. Genebr. Iansen. Symmach. Theodoret.

ore puerorum dicentium: Benedictus qui uenit in nomine Domini. Diabolum inimicum & vitorē, qui Pharisæos contra Christum incitabat, refellit atq; destruxit.

Destruit Deus omne robur quo Ecclesia conuertenda ad fidem ex Iudæis, & etiam ex gentibus, resistere poterat vocati Deo. Sic explicat Hieronymus illud Michææ. 5. Et perdam ciuitates terræ tuæ, & destrua omnes munitiones tuas: & auferā maleficia de manu tua. Ex præcedentibus enim & subsequentibus sensus iste colligitur. Prius enim de Apostolis ait. Et exaltabitur manus tua super hostes tuos: & omnes inimici tui interibunt. Quia prædicantibus Apostolis & eorum discipulis, hostes Ecclesiæ Iudæi quidam partim conuersi ad fidē humiliati sunt, partim verò sub Romanis & Tito Vespasiani perierūt ciuitatibus destructis. Quod verò loquatur etiā de Ecclesia ex gentibus patet, quia non solum ait: Auferam maleficia de manu tua. Sed & sculptilia, & statuas, quod non cōpetit eo tempore Iudæis, sed gentibus potius ad Christum conuersis. Melius itaque Hieronymus intellexit hunc locum quam Theodoretus, qui putat ab excidio Hierusalem Iudæos ab idolatria recessisse. Cum constet à tempore Machabæorum id contigisse. De quo in verbo Iudæus, lib. 9.

Destruxit Christus Diabolum. Per mortem quippe suam destruxit eum, qui habebat mortis imperium, id est Diabolum. Hebræ. 2. Destruxit etiam mortem per resurrectionem corporis immortalis. Prætereā destruxit peccatum satisfactione de rigore iustitiæ. Nunc autem in consummatione seculorum, ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit.

Destruitur corpus peccati, vide Corpus. Destruere maceriam, Excelsa, Lupanar, Legem, Draconem, vide in suis locis, scilicet in dictione Maceria, Excelsa, Lupanar, Lex, Draco, & sic de similibus.

CAPVT XLI.

Detrahere, Detractio.

DETRAHERE & acufare dicitur Hebraicè Ragal. Detrahere est deorsum trahe-

8

Hierony. Mich. 5.

Theodoret.

9

Hebr. 12. 2. Timot. 1.

Hebr. 9.

237 I

re, Iob. 24. Detrahit fortes in fortitudine sua, & cum steterit non credet uitæ suæ. Hoc dicit Iob de quolibet tyranno, qui fortes multos interfecit, & de sua dignitate deposuit: ipse verò vt exponit D. Thomas timet uitæ suæ, ne traditione perimatur. Talis olim Alexander Magnus, qui cum multos occidisset, veneno sublati est. Item & Iulius Cæsar à coniuratis confossus, quia Psal. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. E cōtrario verò: Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Sic Rex Ezechias mitissimus omnium quindecim annos uitæ, & regni, orationibus iam moriturus impetrauit. E contrario verò Senacherib qui dicebat apud Isaiam: In fortitudine manus meæ feci, &c. Detraxi quasi potens in sublimi residentes. Percusso eius exercitu ab Angelo fugit, & à filiis suis necatus est. Sic de Nabucho donosor, qui quasi innumeros populos destruxerat, dicit Isaias: Detracta est ad inferos superbia tua: concidit cadaver tuum. Vt exponit Hieronymus. & de rege Tyrifu perbo tyranno prædicitur ab Isaias. Dominus exercituum cogitauit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloriæ. Vbi Hieronymus ait. Non fatorum, vt stulti putant, sic fila deducta sunt, non fortunæ cucurrit rota, sed Dei iudicio, & ipsius Dei voluntate perfectum est: Qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. In quo sensu ad Moab ciuitatem Arabiæ superbā, dicit Isai. Munimenta sublimium murorum tuorum concident: & detrahentur in terram, usque ad puluerem.

Detrahit itaque Deus frequenter superbos, & humiliat. Sic legimus Isa. 26. Et terram Gigantum detrahet in ruinam. Vbi Hierony. per Gigantes superbos quoscunq; & Deo cōtumaces intelligit: quos ignibus tradet sempiternis: Ite maledicti in ignem æternum. Augustinus vero serm. 2. de consolatione mortuorum, explicat hunc locum, per terram impiorum, corpora terrena damnatorum intelligi putat. Quod vero paulo superius in eodem capite dicitur: Ciuitatē sublimē humiliabis, &c. Detrahes eam usque ad puluerem. De Hierusalem exponit Hieronymus, in qua sub Tito & Vespasiano & Adriano neque lapis super lapidem relictus est. De Tyro quoque vastada à Chaldæis, dicit Ezech.

Iob. 24.

D. Tho.

Psal. 54.

Matth. 5.

4. Reg. 20.

Isa. 10.

4. Reg. 19.

Isa. 14.

Hierony. Isa. 23.

Hierony.

Luc. 2.

Isa. 25.

Isa. 26.

Hierony.

Matt. 25. August.

Hierony.

Luc. 19. Ezech. 16.

Et detraxero te cum his qui descendunt in lacum. Quæ phrasis est frequens. Quod vero legimus in Isa. Detraxi in terram virtutem eorum, id est demonum exponit Hieronymus, de quibus resurgens Dñs triumphauit, iuxta illud Ioan. Nunc princeps huius mundi cecidit foras. vel intelligitur de Iudæis sub Romanis, de quibus etiam exponit Hieronymus illud Amos 9. Si ascēderint usque ad celum, tamen inde detrahā eos. Præterea de decem tribubus ab Assyriis tandem in captiuitatem ducendis exponunt Theodoretus, & Hieronymus, illud Ose. 7. Quasi uolucres detrahā eos, quia videlicet quasi volucris fugere in Ægyptum parabant, sed prius sunt illaqueati. Et de Samaria, quæ metropolis erat decem tribuū, dicitur Mich. 1. Detrahā in uallē lapides eius. Quod impletū est sub Hircano filio Simonis, fratris Iudæ Machabæi, qui Samariam solo æquauit: ut refert Iosephus, libr. 13. antiquitatum, cap. 17. ita ut magis uallis inculta, quam ciuitas fuisse putaretur. Idem etiam Hircanus fortissimus dux: ut in eodem libro refert Iosephus cap. 16. Idem eos domuit, iuxta prophetiam Hieremie 49. & Abdiaz in principio: Cū exaltaueris sicut Aquilā nidum tuum, inde detrahā te, dicit Dominus. Quia qui se exaltat humiliabitur.

Detrahēre in Scripturis frequenter denotat, alterius famā submurmurando lædere, eamq; maculis aspergere. Vnde detractores male audiunt ubiq; quos serpentes virulentos vocat Hieronymus super illud Eccl. 10. Si mordeat serpens in silicio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. Est autem detractio lethale peccatū in re graui, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 73. ar. 2. Vnde Paulus Rom. 1. Detractores Deo odibiles. Quod additū est, ut notat Glossa, ne leue putetur uerbis detrahēre, tollit enim proximo famam. De qua Salomon. Melius est bonum nomen quam diuitia multa. Imo & qui libenter audit detrahentem similiter peccat: ut ibidem asserit D. Thomas, iuxta illud Rom. Digni sunt morte, qui talia agunt, & qui consentiunt facientibus. Vnde Hieronymus citatus ubi supra à D. Thoma. Caue, inquit, ne linguam aut aures habeas prurientes: ut aliis detrahas, aut alios audias detrahentes. Citatur etiam Bernardus ibidem in hæc uerba. Detrahēre, aut detrahentem audire, quid

horum damnabilius sit, non facile dixerim. Quæ tamen sententia cautius intelligenda est de his qui audiendo libenter ad detrahendum incitant, uel propter odium proximi libenter audiunt detractore. Secus si quispiam humano pudore præceditus non audeat resistere detrahenti. Tūc enim leue peccatum est, nisi inde magnū malum sequeretur, aut is qui audit ex iniustitia teneretur corrigere detrahentem, sicut Propheta regius qui dicebat: Detrahentem secreto proximo suo hunc persequēbar. Nam Iacobi 4. Qui detrahit fratri detrahit legi. Quia contra legem dilectionis facit, quā factō suo quasi ostēdit iniustam, ut exponit Beda. Maximè uero si detrahit operi bono fratris, quod lex laudat, tūc plane, ut Caictanus ait, apertius detrahit legi. Hinc Salomon ait. Abominabilis homo detractor. & alibi. Detrahentia labia sint procul à te. Deniq; Sap. 1. A detractōne parci te linguæ, id est abstinete linguam. Quamuis emphasim etiam habeat phrasis particite linguæ, quasi dicat, si nō propter Deū, saltem ut euitetis pccenam linguæ uestræ, ne sicut lingua diuitis auari crucietur æterna flamma, neq; guttam aquæ ad refrigerium consequatur: quia magis lingua diuitis propter detractōnem, quam propter delicias epularum cruciatur, ut Gregorius putat. Hinc August. ser. 1. Quadragesimæ. Alienam, inquit, uitā, ne laceres. Detractio enim graue peccatū est, & grauis damnatio est. Hæc ille.

Est inuidiæ filia detractio, sicut docet Gregorius lib. 13. Moral. Quæ, quidem mysticè figuratur in secunda bestia quam uidit Daniel capi. 7. quæ erat sicut uisus, habebatq; ad dilacerandas escas tres ordines dentium. Detractor quippe dentibus supremi ordinis superiorum famam dicitur contra illud Exo. Diis non detrahes, id est sacerdotibus & prælatis. Mediis autem dentibus æquales, & inferioribus minores dilaniare non cessat. Ideo mordentibus canibus comparantur Philip. 3. Videte canes, uidete malos operarios, uidete confessionem. Similes sunt etiam scorpionibus cauda pungentibus. Ezech. 2. Cū scorpionibus habitas. Vocatur etiam vulpes occulte vineas demolientes. Cant. 2. Capite nobis uulpeculas paruas, quæ demoluntur uineas. Habent præterea linguas sicut gladios & sagittas. Psal. Acuerunt sicut gladiū linguam

Isa. 63.
Hierony:
Ioan. 12.
Hierony:
Amos 9.
Theodoret.
Hierony.
Cic. 7.
Mich. 1.
Iosephus.
Hier. 49.
Abdiaz.
Luc. 18.
4
Detractores
male audiunt.
Hierony.
Eccl. 10.
D. Tho:
Rom. 1.
Glossa.
Pro. 12.
D. Tho:
Rom. 1.
Hierony.

Psal. 100.
Iacobi 4.
Beda.
Caictanus.
Pro. 24.
Pro. 4.
Sap. 1.
Luc. 16.
Gregor.
August.
5
Gregor:
Dan. 7.
Exod. 22:
Phil. 3.
Ezech. 2.
Cant. 2.
Psal. 63.

suam,

Chaldaus. suam, intenderunt arcum rem amaram: ut sagittent in occultis immaculatum. Chaldaus autem vertit: Tetenderunt arcus suos, unxerunt sagittas suas ueneno mortifero, & amaro. Vnde nō minus detractores in re graui peccant, quam homicidæ sanguinosi iuxta sententiam August. 1. 1. quæst. 3. Nemo peritorum putet quod minus sit periculi in uerbis lingua mentiendo, quā in manibus sanguinem fundendo. Hæc ille. Præterea dicitur in sensu mystico detractor comedere carnem cum sanguine, quod prohibetur in Leuit. Sanguinem uniuersæ carnis non comedetis: & quicumque comederit illum interibit. Quod de murmuratoribus exponit Origenes & Isichius. De quibus etiam explicat Richardus Victorinus illud Psal. Dum appropriant super me nocentes, ut edant carnes meas, lib. de uicio mutabilitatis. Sic etiā exponit Gregor. Iob. 3. 1. Dixerunt uiri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius ut saturemur. Quia Pharisei lacerabant Christi carnes dicentes: In Beelzebub principe Demoniorum eicit Demones. Postremo. De his dicitur secundum Augustinum & Hieronymum illud Psal. Acuerunt linguas suas sicut Serpentes, uenenam Aspidum sub labijs eorum. Item in Deuter. Fel Draconum uinum eorum, & uenenum Aspidum insanabile. Quia inter pocula detrahunt alijs, & sanari uix potest, uel refarciri proximorum infamia usque ad mortem, & usque in æternum aliquando. De his etiam intelligitur illud Isa. Oua Aspidum ruperunt: qui comederit ex eis morietur. quia iudicia contra proximum temeraria per uerba quidem aperiunt detractoria, quod est Aspidum oua dirumpere, qui autem comederit ex eis, consentiēdo detrahenti, morietur. Vnde Isidorus lib. 3. de Summo bono. Non solum inquit ille reus est, qui falsum de alio profert, sed & ille qui cito aurem criminibus præbet.

6
Prou. 25.
Seneca.

Detractionis ergo remediū ponit Spiritus sanctus, Prouer. 25. Ventus Aquilo dissipat pluias, & tristis facies linguam detrahentē. Seneca etiam in prouerbis: Difficilem inquit habere aurem oportet ad crimina. Præterea detrahentes aliquando patientia uel contemptu compesci solent, interdū uero prudenti responso. De primo cum Tyberius cōquereretur quod Augustinus nō puniret detractores suos,

ille respōdit: satis est si non possint nobis malefacere, sic quidē etiam legimus Philippum regem, Alexandri progenitorum: ut refert Plutarchus qui cum audisset à quodam nobile paupere res suas gestas detractōnibus obscurari, misit illi munera titulo amicitiae nō modica. Vnde quem habuerat detractorem, habuit dein ceptum perpetuum laudatorem. iuxta quod dicitur in Prouer. Si esurterit inimicus tuus cibus illum: & si sitit, potū da illi, & carbonēs ignis, subaudi charitatis, cōgeres super caput eius. De contemptu uero detractorum refert Valerius Maximus lib. 6. cum Diogeni quidam nuntiasset. Amici tui te vituperant, respondit ille: Oportet sapientiam à cunctis insipientibus feriri. Denique Gregor. homil. 9. super Ezechielē. Linguas inquit detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi pereant, ita per sui malitiam excitatas debemus æquanimiter tollerare, ut nobis meritum accrescat: aliquando uero compescere, ne corda innocentiū corrumpan. Hæc Greg. Vocantur itaque ab Spiritu sancto detractores serpentes, canes, scorpiones, sagittæ, gladius acutus fel draconum, uenenum Aspidum. Vulpes, deuoratores canis humanæ, homicidæ, deniq; uersi cum triplici ordine dentium.

¶ Spolia detrahēre dicitur filius Dei Isa. 8. de quo in uerbo Festinare dicemus.

CAPVT XLII.

Deuorare.



DEUORARE Dicitur in lingua Sancta Balaa, Genes. 41. Deuorantes priorū pulchritudinem.

Deuorare est cibum intergrum deglutire. Metaphoricè uero dicitur Deus hominem sibi loquentem deuorare. Id est, sua obruere immensitate ita ut non possit creatura creatoris secreta penetrare. sic explicat Gregor. lib. 17. Moral. illud Iob. 37. Etiam si loquutus fuerit homo deuorabitur. In quo sensu Deutero. 9. dicitur: Deus tuus ignis deuorans. Quamuis hoc loco deuorans intelligi possit confumens omnia mala, id est peccatores & peccata. sic explicat Hieronymus illud Psal. Dominus in ira sua conturbabit eos, &

Isa. 59.
Isidorus.
6
Prou. 25.
Seneca.

Plutarch.
Prou. 25.
Valer. Maximus.
Gregor.
Grego.
Iob. 37.
Deute. 9.
Psal. 20.
Hierony.

deuo-

deuorabit eos ignis. Ab Spiritu sancto, inquit, deuorabit eorum peccata. Sed potius obstinatos ipsos peccatores deuorabit ignis iræ Dei, sicut melius fortassis explicant Augustinus, Theodoretus, Lyranus, & Genebrardus, quibus fauet Chaldaeus vertēs. *Deus igni inflammabit eos, & consumet eos incendio gehennæ.* Item, quia dicit Deus: *In ira sua conturbabit eos, sed quādo conuertit non ira conturbat.* Sic etiam. Deut. 32. *Domini ait: Ignis succensus in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima, deuorabitq; terram cum germine suo.* Quod implebitur quando dicit: *Recedite à me maledicti in ignem æternum.* In quo sensu intelligit Hieron. illud Isa. *Maledictio deuorabit terrā.* Et ca. 30. *Lingua eius, idest, Dei, sicut ignis deuorans.* Et Soph. 1. *igne zeli eius deuorabitur omnis terra: quod erit quando stellæ cadent de celo, idest cometæ.*

Deuorare dicitur terra habitatores suos, quando plena est mortis periculis. Sic exploratores terræ promissionis dixerunt. Num. 13. *Terra quam iustitiam deuorat habitatores suos.* Quia vt exponunt Rabbi Salomon Magister historiarum Scholasticæ, Lyranus & Dionysius Carthusianus. In firma terra ex vaporibus pestilentibus visa est, vel periculis grassatorum exposita. Ideo dicit textus: *Detraheruntq; terræ quæ insperant.* Vnde hoc opprobrium à terra promissionis auferendū prædixit Ezechiel: *Pro eo quod dixerunt de te: Deuoratrix hominum est suffocans gentem tuam, propterea homines nō comedes amplius, &c.* Quod mysticè de Ecclesia Hieronymus explicat quæ in persecutione tyrannorum, filios suos martyrio passim traditos deuorabat, sed postea pace sub Magno Constantino reddita, & postea Antichristo delicto non vocatur amplius deuoratrix, & *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Sed propter electos breuiabuntur dies illi.

Deuorare animas est scandalum illis præbere Ezech. 22. *Coniuratio Propbeta-rum in medio eius, sicut leo rugiens capiensq; prædam, animas deuorauerunt.* Quod de malis præsertim sacerdotibus intelligitur. Itē Psal. *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis.* Quod de magnatibus dicitur, quibus Dominus ait apud Matthæum: *Ve-statem homini illi, per quam scandalum uenit.* De his etiā legitur in Pro. *Os impiorum de-*

norat iniquitatem: quia nihil distinguunt inter fas & nefas, vt exponit Glossa & Lyranus. Dum enim avarus diuitias congerit, nihil inter iustum & iniquum discernit. Ideo tandem diuitias, quas deuorauit euomet, Iob 20. *sic eas euomit diues, qui mortuus est, & sepultus in inferno.* Ita vt neque guttulam aquæ ad refrigerandam linguam obtinere potuerit.

Deuorans ignis dicitur adulterium, Iob 31. *Si deceptum est cor meum super muliere, &c. ignis enim est, usque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans germina.* Quia vt notant D. Thomas, Lyranus & Titelmanus. Adulterium vitam animæ aufert cum omnibus donis gratiæ iustificantis, corporis quoq; substantiam consumit, & censum, & prolis certitudinem, amicos salutem, & honorem. Ideo dixit Dominus Adulteræ, quam absoluit. *Vade & noli amplius peccare.* Accedit quod carnis peccata deuorant paulatim lumen iudicij, vnde Salomon à mulieribus in senectute demētatus est.

Deuorari dicitur sapientia nauarum, quando nulla subest ratio declinandi periculum tempestatis, Psal. *Qui descendit mare in nauibus, &c. Ascendunt usque ad cælos, & descendunt usque ad abyssos, &c.* Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Sic & Apostolorum animus deficiebat, quando nauicula tempestate iactata clamauerunt: *Domine salua nos, perimus.* Præterea deuoratum robur legimus, idest consumptum apud Hieron. *Deuoratum est robur eorum, idest ciuū Babyloniz à Cyro & Medis deuastata.* Et merito, quia multos illa populos tyrannice deuorauerat. Sic & populus Romanus per tyrannidem vniuersam terram deuoraturus præuisus est à Daniele sub typo bestiarum quartæ, quod exitus ostēdit. *Quando exiit edictum à Cesare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis.* Sed peculiariter Romani sub bestiarum nomine deuoraturi prædicebantur Hierusalem propter necē Saluatoris. Hier. 12. *Nunquid auis discolor hereditas mea, &c. Venite congregamini omnes bestie terræ: properate ad deuorandum,* idem in eodem sensu dicitur Isai. 56. *de quo Dominus ad Hierusalem: Circundabunt te inimici tui uallo, &c.* De quo etiam Hieronymus intelligit illud Ezech. *Nouissimum tuum deuorabitur igni, idest templū,*

Glossa. Lyranus.
Iob. 20.
Luc. 16.
4
Iob 31.
D. Tho: Lyranus. Titelman.
Ioan. 8.
3. Reg. 12.
5
Psal. 105:
Matth. 8.
Hier. 51.
Dan. 7:
Luc. 2:
Hier. 12:
Isa. 56.
Hierony. Ezech. 23.

sub Romanis, quod nouissimum dicitur: quia usq; ad finem perseverabit desolatio. Dan. 9. Sic deuorare pro destruere passim legitur. Hier. Thren. 2. Isai. 1. Ezechie. 7. Amos. 1. & alibi frequenter.

Deuorare dicitur mensis tribus Israel, Ose. 5. *Nunc deuorauit eos mensis.* Quia per singulos menses rex Assyriorum, vt exponit Hieronymus non solum tributa à decem tribubus exigebat sed populabat eas. Et merito, quia prius igne idolatriæ deuorauit rex Roboam decem illas tribus, suadens eis vt vitulos aureos adorarent. Et postea populus cogebat principes & reges quos creabat ad eandem idolatriam. in quo sensu dicit Ose. 7. *Deuorauerunt iudices suos: subaudi igne idolatriæ, sicut exponunt Hieronymus, Cyrillus, Theophylactus, Theodoretus & Rupertus.* Quia populus corruptus corrumpit & principem, sic populus Iudæorum cogit Pilatum, vt mortis sententiam contra filium Dei, vel inuitus fulminaret. *Dicens si hunc dimittis, non es amicus Cesaris.* Quod sine dubio suggestione diaboli fecerunt. Qui non solum Christum adhuc mortalem usque ad mortem crucis persequutus est, vbi ab eo victus fuit. Sed postea cum vidisset primitiuam Ecclesiam, Christum spiritualiter in cordibus fidelium, per gratiam iustificantem parturire, rursus persequutus est mulierem Sole amictam, Apocal. 12. *Vt filium eius deuoraret.* Idest, Christum à cordibus fidelium auferret, vt exponit Beda. Quod moliebatur per tyrannos martyrum persequutores, & per hereticos. de quibus Dominus ait. *Attendite à falsis prophetis, sed euasit mulier, quia portæ inferi non præualebunt aduersus eam.*

Deuorare in bonum interdum usurpat, sicut quando deuorauit serpentes Magorum virga Moyfi, quæ versa fuerat in colubrum in typum Christi, sapientes seculi ad se trahentis, & sibi per fidem viā incorporantis: vt exponit Gregor. Niffenus, lib. de vita Moyfi. iuxta quod Dominus dixit apud Ioan. *Ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.* Sic etiā de Apostolis exponit Cyrillus, Zachar. 12. *Ponam principes Iudæ, &c. Et deuorabunt ad dexteram & sinistram omnes populos.*

Deuorare quoq; iussus est Ioannes librum Apocal. 10. vbi dixit illi spiritus:

Accipe librum de manu Angeli & deuora illum. Id est integrum Euangeliū tuis visceribus complectere: & describe in latitudine cordis, vt ponit Beda. Vel vt Rupertus ait. Accipe facultatē prædicandi Euangeliū, & interpretandi. Quam facultatem de manu angeli magni consilij Christi Ioannes accepit immediate, non ab homine puro. Et quia non plane temporis successione, sed in momento accepit, nō masticauit sed deuorauit. sic legimus de Apostolis: *Et aperuit illis sensum, subaudi Christus, ut intelligerent scripturas.*

Deuorauit ignis charitatis Christi nostrorum abyssum peccatorum, id est consumpsit. Ita intelligit Hieronymus illud Amos: *Ignis deuorauit abyssum multam.* Quia mortuus pro omnibus, omnia peccata quo ad sufficientiam plane consumpsit. de quo Ioan. *Quia moriturus erat pro gente, & non solum pro gēte, sed ut filios Dei, qui dispersi erant, congregaret in unum.* Et Ioan. 1. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Beda. Rupert.
Luc. 24.
9
Amos. 7:
Ioan. 11.
Ioan. 1.

CAPVT XLIII.

Deuouere, Deuorio

DEVOVERE Seu vouere dicitur Hebraicè Nadar, Gene. 28. *Vouit etiā Iacob, & Nedar est votū.* Deuouere est aliquid Deo vouere, sic olim Nazaræi se ipsos Domino deuouebant, Num. 6. *Ista est lex Nazaræi, cum uouerit oblationem suam Domino.* Est & deuouere votum facere, sicut qui coniurauerāt occidere Paulum. *Deuouerunt se, non manducaturos donec occiderent eum.* Hinc extenditur deuotio ad feruentē religionis actū significandum. Vt docet D. Tho. 2. 2. q. 82. ar. 2. *Solet autē deuotio effectus esse feruentioris charitatis.* Item effectus meditationis beneficiorum Dei, vt idem D. Thomas ait art. 3. iuxta illud. *Psal. In meditatione mea exardescet ignis.* Deinde art. 4. subdit deuotionē ex diuinæ bonitatis consideratione procedentem causam esse latitiz. secundum illud Psal. *Memor fui Dei, & delectatus sum.* Quamuis causa quæ sit interdum lachrymarum, atq; doloris homini in hoc exilio peregrinanti, & à præsentia dilecti separato. sic Propheta dicebat: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ*

773
I
Num. 6,
Act. 23.
D. Tho.
Psal. 38.
Psal. 76.
Psal. 41.

Aug.

panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus? Dicit etiam Augustinus libr. de orando Deum. Deuotio est pius & humilis in Deū affectus, humilis quidem ex consideratione propriæ infirmitatis, & pius ex contemplatione diuinæ erga nos clementiæ, & bonitatis.

2

Aug.

Affectus deuotionis multi sunt & varij secundum Augustinum lib. 14. de Ciuitate cap. 9. Ciues, inquit, sanctæ ciuitatis Dei in huius vitæ peregrinatione, secundū Deum viuentes, metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq;. Hęc ille. Sed præcipui effectus deuotionis sunt ardor dilectionis, letitia in Deo, & admiratio mysteriorum Dei. Ex his tribus solet anima in ecstasim rapi, vt Richar. Viçt. libr. 5. de contēplat. p. 1. ca. 5. Tribus, inquit, de causis vt mihi videtur in mentis alienationē abducimur. Primo ex magnitudine dilectionis. Secūdo præ magnitudine admirationis. Tertio præ magnitudine exaltationis. Primo quidē modo ardens amore anima: Ascendit sicut uirgula sumi ex aromatibus, Cāt. 3. Secundo verò modo, admirationis deitatis: de quo Cāt. 6. Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens? Deniq; tertio modo, exultādo ascendit: Delitiis assidue. Cant. 8. Hęc ille.

3

Ambros.

Cant. 4.

Luc. 24.

2. Paral. 29.

Isa: 58.

Deuotio est nostris interdū conatibus excitāda in oratione, vt dicit Ambrosius, lib. 3. de Virginibus. Excita Spiritum sanctum dicens: Surge Aquilo, & ueni Auster, perfla hortū meum, & fluent aromata illius. Deinde auditione & lectione verbi Dei, non mediocriter inflammat, sicut discipuli dixerunt: Nomen cor nostrū ardens erat in nobis cum loquetur in uia, & aperiret nobis scripturas? Præterea largitione eleemosynæ, & munerū in tēplo. 2. Para. Obtulit uniuersa multitudo hostias & laudes, & holocausta mente deuota. & Isa. Frange esurienti panem tuum, &c. Et eris quasi hortus irriguus, cuius non deficient aquæ.

4

Ioan. 16.

Bernard.

Deuotionis autem impedimentū maximum est, carnales quærere consolationes. Vnde consolatio de præsentia carnis Christi mortalis sic impediēbat Apostolis feruorē spiritus, vt dixerit ei filius Dei. Expedi uobis ut ego uadā, si enim non abiero, Paraclitus non ueniet ad uos. Et Bern. ser. 3. de Ascensione, sic ait. Qui amant in carne sua terrenas consolationes, siue in verbo, siue in signo, siue in facto raro affectiones

suas dirigunt in Deum. Impleri autē uisitacionibus Dei anima nō potest, quæ his distractionibus subiacet: quia ubi causa uacua non inuenit, stare oleum necesse est. Hęc ille.

CAPVT XLIIII.

Deus.



DEVS Dicitur Hebraicè Iehoua dicitur etiā El, &c.

Deus aliqui à Græco uocabulo deriuari putant θεός. Alij à dando, quia Deus dat omnib' omnia. Alij à timore απο του θεου, quasi quod sit illud, quod ab omnibus timetur, & in reuerentia est. Cultus quippe deitatis à timore cōp̄it, vt Euripides tragicus ait, citatus à Plutarcho, lib. 1. de Placitis Philosophorū, cap. 7. Præterea Damascenus lib. 1. de Fide, capit. 12. putat Theos dici à θεῖν, idest currere: Quia uelociter currit sermo eius. Psalm. celeriterq; uniuersa disponit. Vel ab αθεῖν, quod est cōburere, quia vt dicitur Deu. 4. Deus noster ignis consumens est: vel à θεῶσθαι, idest intueri omnia: quod ante Damascenum adnotauerat Greg. Nazian. lib. 4. Theologiæ. Itē Diony lib. de diuini nomi. ca. 12. ubi tertiu & ultimum deriuacionis huius modum assignat, & vel ab intuēdo, vel à currendo Theō, vel Deū dici putat.

Deū esse, tā Scripturæ sacræ, quā prophetarū testantur, vt docet Damasc. lib. 1. de Fide orthodoxa, cap. 3. Quod, inquit, sit Deus, his, qui sacras admittunt scripturas, haud quaquam in controuersia uenit. Nam in Deuter. dicitur: Audi Israël Deus tuus unus est. & Eph. Vnus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & Pater omnium. Subditq; Damascenus plurimis Græcorum, notam fuisse unius Dei ueritatem multitudine deorum exclusa, cuius sententia uera est. Nā Mercurij Trimegisti celebre dictum circumfertur. Monas genuit monadem, & in se suum reflexit amorem, idest, vnus Deus unum produxit mundum propter amorem sui. Et antiquissimus Poëtarum Orpheus ad filium suum Musæum sic scribit: Verbum diuinum respice fili, &c. Solum mundi regem intueri, qui vnus est, & ingenuus, à quo res

ἄνθρωπος

I

Euripides.

Plutarchus, Damasc.

Psalm. 147.

Deut. 4.

Greg. Nazian. Dionys.

2

Damasc.

Deum esse per se notū.

Deut. 6.

Eph. 4.

Mercurij Trimegisti.

Orpheus.

cunctæ

Homerus.

cunctæ sunt creatæ, in quibus ipse est. Hunc nullus uidit hominum cum ipse omnes cernat. Item Homerus sub persona Phœnicis loquentis ad Achilem, ait: Nec si mihi Deus ipse promitteret, senectutem auferens, priori me reddere atati, &c. Vbi additum pro nomine αὐτος ipse Deus, Dei significat unitatem. Clarius autem libr. 2. Illiados οὐκ αγαθὸν πολὺν κοίρανικ, εἰς κοίρανους ἐῖω. Non est bona principum multitudo, unus est princeps. Quod inde usurpauit Aristoteles lib. 12. Metaphysicę dicens: Vnus ergo princeps. Et Sophocles, εἰς ταῖς ἀληθειαισιν εἰς ἐστὶ θεός, οὐ πολλόν τε τευχε, καὶ γαῖαν μακρόν, idest vnus uerè, vnus est Deus, qui fecit cælum & terram. Præterea idem sensisse Platonem, Pythagoram, & omnes olim in signes Philosophos, ostendit Iustinus martyr in admonitorio gentium, vnde hæc lectior facile colliget.

Aristot.

Sophocles.

Plato. Pythagoras Iustinus.

3

Athei negabant esse Deum. Psalm. 13. Nazianze.

Plutarchus.

Diagoras Theodorus Eumerus.

Damasc. Sap. 13.

Rom. 1.

Theophy.

Chrysof.

Cyprian.

Cæterum. Non defuere vnus, & alter, qui dicti sunt Athei, qui Deum esse negarunt: de quibus Psalm. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Vnde Gregorius Nazianzenus lib. 3. suæ Theologiæ. Tres, inquit, de Deo sunt opiniones. Prima nullum Deum, alia deos multos. Tertia vnū Deum solum, vnicūq; eius imperiū statuit. Hęc ille. Et Plutarchus lib. 1. de placitis Philosophorum capit. 7. Nonnulli, inquit, Philosophi quemadmodum Diagoras Milesius, Theodorus Cyrenensis, Eumerus Theageates deos nullos prorsus esse censuerunt. Hęc ille. Cæterū paucis deliris exceptis, hominibus quidem ratione utentibus, vt Damascenus ait, cognitio Dei natura insita est: quia A magnitudine specie, & creaturæ cognoscibiliter potest creator horum uideri. Et inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque uirtus eius, & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Vbi Theophy. Veritas, inquit, siue quæ de Deo est cognitio, a mortalibus ab initio est insita. Et Chrysofostomus. Quid, inquit, illo die iudicij dicent Gentiles: Te ignorauimus? Ita ne uerò non exaudistis cælū, uocem ab aspectu emittentem? Non exaudistis compositam rerum omnium armoniam tuba illustrius clamantem. Notis ac diei leges non percepistis, hyemis, & ueris, cæterorumq; anni temporū compositum ordinem? Idē Cyprianus lib. 4.

de idolorum uanitate Origenes etiam homilia 2. in diuersos. Deus, inquit, dupliciter nobis cognoscitur, per scripturam, & per creaturam. Et Basilius homil. 1. Exameron. & homil. 6. Vniuersi, inquit, orbis istius, moles & machina, est ueluti quidam liber scriptus, Dei gloriam prædicans. Et Theophilus libr. 1. ad Antiochiū. Quemadmodum ait, anima in homine non uidetur: atamē ex motu, & agitatione corporis illic esse intelligitur: sic Deus in se inuisibilis, ex rerum gubernatione conspicitur. Hęc ille. De quo lege Dionysium libr. de diuinis nominibus, capit. 7. Theodoretum libr. de Diis & Angelis. D. Thomam. 1. p. q. 2. artic. 3. Denique Deus est infinitus, duos autem plures infinitos esse, distinctos essentia, impossibile est: quia vna essentia infinita omnem possibilem perfectionem complectitur, neque restat alteri locus, quæ in priori nō comprehendatur.

De Deo loqui difficillimum iudicabat Mercurius ille Trimegistus, explicare uerò quid esset Deus omnino impossibile, vnde Deum definire nemo potest. Descriptiones tamen Dei patres adducunt, Basilius hom. 1. Exame. Deus, inquit, est natura beata, immensa bonitas, pulchritudo ab omnibus desiderata, principium rerū, fons uitæ, lux spiritualis, sapientia quæ nullus assequi potest. Pythagoras docuit discipulos suos. Deum quidem esse mentem mundi gubernatricem. Empedocles dixit: Deus est Sphæra incomprehensibilis, cuius centrum est ubiq; circumferentia nusquam. Ægyptij quoq; Deum circulū inuisibilem esse dicebāt. Quod principio sineq; careat. Eundem etiam appellabant oculum mundi, eo quod omnia ubiq; præsens uideat. Et ita Theos, vt supra dicebamus à Theaome, idest à uidentio dici putarunt. Secundus Philosophus dixit: Deus est celsitudo, inconceptibilis, inuestigabilis. Plato in Timæo, Deus, inquit, quid non est noui, quid uerò sit non noui. Nam neq; corpus, neq; colorem, neque Angelum, neq; quidpiā eius generis, sed his præstantiorem esse intelligo. Sic etiam Dionysius libr. de diuinis nominibus cap. 7.

Deum esse corporeum putarunt Manichæi, vt refert Aug. lib. de hæresibus aduersus Iulianum. Quod uult deum capit. 5. quæ hæresis in

Origen.

Basilius.

Theophi.

Dionysii.

Theodoret.

4 Descriptiones Dei.

Basilius.

Pythagoras.

Empedo.

Secundus.

Plato.

Dionysii.

5 Deus spiritus est. August.

Theophy. Agypto presentim grassata, defensores ha-
buit anthropomorphitas quia Theophi-
Alexandriano sunt refutati, Christo dicen-
te Ioan. 4. *Deus spiritus est, & eos qui ado-
rant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare.*
Coc. Ephes. Et Concil. Ephesi. ca. 13. Deus, inquit, in
corporalis, & extra passionem existit. Et
Greg. Nazi. Greg. Nazian. lib. 2. sup Theologie alle-
gat illud Sap. 1. *Spiritus Dñi repleuit orbem
terrarum.* Quod uero Anthropomorphi-
tæ allegant scripturas, ubi corporis mem-
bra, oculi, aures, manus, caput, & pedes,
Deo tribuuntur: respondent patres hæc
omnia de Deo, metaphoricè quidè intel-
ligi sicut quando ei dolor tribuitur, Ge-
nes. 6. *Et taciens dolore cordis intrinsecus, ait,
delebo hominè.* Aut quod irascitur, &c. Ita
ostendit Cyril. lib. 5. cõtra Iulia. Et Aug.
lib. 3. qq. ad Simplicianum. Et lib. 1. contra
aduersariũ legis & Prophetarũ capit. 20.
Et ep. 111 ad Fortunatianum, ubi ait. Ego
dico, quod Deus totus oculus est, totus
manus, & totus pes: quia omnia uidet,
omnia operatur, & ubiq; est. Deniq; An-
selmus librum integrum cõposuit de offi-
cio ac munere corporalium membrorũ,
quæ de Dei natura a terra dicuntur.

6
Deus est
ubiq;
Hierony:
Hier. 23.
Chrysof.
Psal. 138.
Beda.
Act. 17.
Matth. 8.

Deus dicitur cælum & terrã implere,
idest ubiq; esse per essentiam, sic exponit
Hierony. illud Hier. 23. *Nunquid Deus
è uicino ego sum, & nõ Deus de longe? si oculi
tabitur uir in abscondito, & ego non uidebo eum,
dicit Dñs? Nunquid non cælum & terrã ego
impleo dicit Dñs?* Et Chrysof. super illud
Psal. *Quo ibo abs spiritu tuo, & quo a facie
tua fugiam?* Omnia, inquit, implet Dñe,
omnibus ades, non per partes, sed omni-
bus simul totus. Item Beda super illud
Act. 17. *Non longe est ab unoquoq; no-
strum, in ipso enim uiuimus, mouemur,
& sumus.* Quia locus, inquit, difficilis est,
B. August. uerbis debet exponi. Ostendit
enim Apostolus Deum in omnibus, quæ
creauit, indifferenter operari. Neq; enim
tanquam substantia eius, sic in illo sumus,
sed utiq; cõ aliud sumus quã ipse, non ob
aliud in illo sumus, nisi quia id quod su-
mus operatur: & hoc est opus eius, quo
omnia continet. Hæc ille. Hanc autè dei-
tatis ubiq; præsentia, per essentiam, & po-
tentiam, mirabili fide Centurio recognouit
in Christo, dicens: *Dñe non sum dignus
ut intres sub tectũ tectum meum, sed tantũ dic
uerbo, & sanabitur puer meus.* Quod Regu-

lus minimè penetrauit, quãdo dixit: *Tes-
cerde priusquã mortatũ filius meus.* De quo
D. Tho. 1. p. q. 8. arti. 1. Dicendũ, inquit,
quod Deus sit in omnibus rebus, nõ qui-
dem sicut pars essentia, uel sicut accidens,
sed sicut agens adest ei quod agit. Et infra.
Quandiu igitur res habet esse, tãdiu opor-
tet quod Deus adsit ei, secundum modũ
quo esse habet. Hæc ille.

7
Deus infini-
tus omni-
potens.
Psal. 144.
Iob 11.
Hilarius.
Dionysi.
Deus immu-
tabilis.
Malac. 3.
Num. 23.
Iacobi 1.
Hier. 18.
Augusti.
Matth. 18.
8
1. Tim. 6.
Deus im-
mortalis.
Matth. 10.
Sap. 3.

Deus itaq; inmensus in scriptura dicitur
in finitus quoque omnipotens, & immu-
tabilis, sic legimus Psal. *Magnus Dñs & lau-
dabilis nimis, & magnitudinis eius non est fini-
tis.* & Iob. *Forssitan uestigia Dei comprehen-
des: & usque ad perfectum omnipotentem re-
peries? Excelsior cælo est, &c.* Vnde Hila-
rius super Psal. 118. ait. *Non corporali-
bus locis Deus continetur, neque finibus,
aut spatiis diuina uirtutis immensitas co-
arctatur.* Et Dionys. lib. de diuin. nomini.
c. 9. *Deus omnem continet locũ, omnem
transcendit numerũ, omnem transiit infi-
nitatem.* Hæc ille. Quod uero sit immu-
tabilis tota scriptura clamat: *Ego, inquit,
Deus, & nõ muor.* Et in Num. *Nõ est Deus
quasi homo ut mutetur.* Denique Iacobi 1.
A pud quem non est transmutatio. Sed ais: si
Deus non mutatur quomodo legimus
Hier. 18. *Si pœnitentiam egerit gens illa à
malo suo, &c. pœnitentiam & ego agam à ma-
lo quod cogitauit ut facerem ei?* Ad quod pa-
tres respondent metaphoricè quidè hæc
Deo tribui, neque mutationem in eo, sed
in nobis esse, aut in rebus ipsis, ut docet
August. libro contra aduersarium legis &
prophetarum, cap. 20. *Pœnitentia, inquit,
in Deo dicitur rerũ in eius potestate con-
stitutarũ, hominibus inopinata mutatio.*
Et infra. *Quando pœnitet Deum nõ mu-
tatur, sed mutat, sicut quando irascitur, nõ
mouetur, sed vindicat.* Hæc ille. Sic quan-
do repetiuit à seruo debitum decẽ millium
talentorum, quod illi prius liberaliter con-
donauerat, non fuit mutatio in Deo, sed
in seruo, qui erga suum planè conseruum
se crudelem exhibuit exactorem.

Illud autem mouere quempiam for-
tasse poterit. Quod 1. Timot. 6. de Deo
legimus: *Qui solus habet immortalitatem.*
Cũ tamen animam rationalem immorta-
lem esse sciamus. Iuxta illud Matt. *Noli-
te timere eos, qui occidunt corpus, animam au-
tem non possunt occidere.* Et de iustis dicit
Sapiens: *Spes illorũ immortalitate plena est.*

1. Cor. 15. Et 1. Cor. *Cum mortale hoc, subaudi cor-
pus: Induerit immortalitatem, &c.* Ad hoc
tamen respondet Ambros. super eundem
locum Pauli. *Solus, inquit, Deus est, qui
propriam, & à nullo acceptam habet im-
mortalitatem, & Greg. libr. 25. Moraliũ,
cap. 5. Solus, inquit, Deus uerè non mo-
ritur, quia solus nunquam mutatur. Cui
sententia subscribit D. Tho. super eundẽ
locum Apostoli. Dicit, inquit, solus, quia
in qualibet mutatione est quædam corru-
ptio. Quod enim mutatur in quãtum hu-
iusmodi, definit esse tale: solus autè Deus
natura sua est immutabilis. Additq; Caie-
tanus ibidem. *Quia omnis creatura quan-
tumcunq; immortalis, imo etiam beata,
alicui subiacet mutationi. Nam de facto
aliquos motus mentis habet successiuè,
præter hoc quod mutabilis etiam est per
potentiam diuinam. Ideo solus Deus per
essentiam dicitur immortalis quidem &
æternus Isa. 40. Deus sempiternus Dñs, qui
creauit terminos terræ, non deficiet neque la-
borauit.**

9
Deus ueri-
tas.
Hier. 20.
Ezech. 14.
Ioan. 14.
D. Tho.
Heb. 6.
Num. 23.
Aug.
D. Tho.
Tit. 1.
Luc. 24.

Cæterum rogare quis posset, an usq;
ad eò uerax Deus intelligatur, ut neq; fal-
lere quempiã, aut decipere possit, legimus
enim apud Hier. *Seduxisti me Domine, &
seductus sum.* & apud Ezech. *Ego decepi Pro-
phetam illum.* Ad quod patres respõdent:
Deum esse ueritatem per essentia. Iuxta
illud Ioan. *Ego sum uia ueritas & uita.* Vnde
sicut Deo repugnat non esse, cum sit
ipsum esse infinitum per essentiam, sic etiã
repugnat falsitas, & mēdacium, ut inquit
D. Tho. 1. p. q. 16. ar. 5. hinc Paul. *Impossi-
bile est, inquit, mentiri Deum.* Et Num. 23.
Non est Deus ut homo, ut mentiatur. Vnde
August. lib. de Agone Christiano. *Sacrile-
gum, inquit, est credere, Dominũ nostrũ
cum ipse sit ueritas, in aliquo fuisse men-
titum.* Et D. Tho. super illud ad Titũ 1.
Qui non mentitur Deus. Si Deus, inquit,
mētiretur, desineret esse Deus, quia Deus
est ueritas. Quod uero Hier. 20. & Eze-
chie. 14. *Deus seducere, aut decipere quẽ
quam dicatur, permittere deceptionẽ in-
telligimus, sicut & peccata permittit.* De
quo uide quæ diximus in uerbo Decipere.
Quod præterea apud Luc. legimus de
filio Dei. *Finxit se longius ire,* intelli-
mus, repræsentauit se longius ire, moti-
bus corporis, sicut longius ab increduli-
bus adhuc discipulis recedebat affecti-

bus cordis, ut exponit Grego. in homilia.
Dei præterea iustitia punitiua, qua sci-
licet punit sceleratos, bonitati eius infinite
non solum non repugnat, sed illi maxime
cõsonat. Quod ignorans hæreticus olim
Marcio duos putauit esse deos, alterũ bo-
nũ, alterum uerò iustum, quasi iustus non
posset esse bonus, quia iustus aiebat punit,
& malũ reddit peccatori dicens apud Isa.
Ego Dñs creans tenebras, & faciens malum.
Qui autem facit malũ malus est, sicut qui
facit iniustũ, iniustus est. De quo Irenæus
li. 3. cõtra hæc. c. 43. sicut Marcio, inquit,
aiebat, diuidens Deũ in duo, alterum qui-
dè bonum, alterum iudiciale dicẽs, sed ex
utrisq; interimit Deũ. Hic enim qui iudi-
cialis, si non est bonus, Deus non est, quia
Deus non est, cui bonitas desit. Et ille rur-
sus qui bonus, si nõ iudicialis, idẽ quod ille
patietur, ut auferatur ne sit Deus. Hæc ille.
Et merito. Nã ut inquit Epiphani. lib. 2. cõ-
tra hereses c. 42. *Qui bonã mercedẽ ho-
mini malo daret in iudicio, bonus quidẽ
iudex non esset, neq; subinde bonus, sicut
qui malũ redderet bene operanti in iudi-
cio finali, secus in præsentitẽpore quando
ad alliciendos benignitate malos ad resi-
piscentiã Dñs: Solem suum oriri facit super
bonos & malos.* Et Chrysof. ho. 4. ad po-
pulũ. *Dic, inquit, mihi nisi Deus rationem
exigeret, nõquid uita staret humana? nõ
ne in feras erupissemus, sicut pisces alter
alterũ comedentes: & sicut leones & lupi
aliena rapientes, &c. Quis patrẽ fuisset re-
ueritus? Quis matri pepercisset? Quis au-
tẽ vllam voluptatem, vllum vitium ami-
sisset.* Hæc Chrysof. Quod uero dicebat
hæreticus malũ esse qui malum facit, di-
stinguendum est. Aliud quippe est malũ
culpæ & maxime lethalis, quod qui facit
planè malus est, de quo Abac. *Mundi, in-
quit, sunt oculi tui Domine, ne uideas malum,
& respicere ad iniquitatem non potes.* Cæte-
rum aliud est malum pœnæ, quod abso-
lutè bonum est, & facienti quidem quan-
do & quomodo oportet, & patienti si ci-
tra culpam suam illud patitur, sicut filius
Dei non ideo malus est, quia multa pro
nobis mala, innocens pertulit, sed solũ illi
malum dicitur, qui pœnæ malo dignus
est, qualis peccator, ut Dionys. ait, libr. 4.
de diuinis nominibus. *Puniri, inquit, non
est malum, sed fieri pœna dignũ: de quo
legendus D. Tho. 1. p. q. 48. arti. 6.*

Gregor.
10
In Deo est
iustitia, &
facit malum
pœnæ.
Isa. 45.
Irenæus:
Deus bonus
licet iustus
puniat ma-
los.
Epiphani.
Matth. 5.
Chrysof.
Malum pœ-
næ bonũ est.
Abac. 1.
Dionys.
D. Tho.

I 1
Regula. Deus uita est.
Ioan. 14.
Origenes.
Eph. 2.
1. Cor. 1.
August. Ioan. 11.
I 2
Nomina Dei.
Hierony.
Aquila.
Exod. 6.
Gen. 16.
Lyrans.
Iehoua summum Deum uenit.
Eph.

Deo quidem nomina virtutum in abstracto tribuuntur, Angelis uero & hominibus in concreto duntaxat, quæ regula est Bedæ ex Hieronymo super Iob 24. Prototypum inquit nomen, id est abstractum, maius est quam deductio nuncupata. Nam quicumque sanctorum potest dici misericors, verax, iustus, nemo tamen eorum misericordia, veritas, iustitia. Ergo quando filius Dei dixit Ioan. 14. Ego sum uita ueritas & uita, Deum se palam professus est. Ita etiam Origenes. ho. 1 super Cant. Ipsam, inquit, virtutum substantiam Christo solemus tribuere. Sic Ephes. 2. Ipse est pax nostra, & 1. Cor. Qui factus est nobis in fides, sanctificatio, & redemptio. Idem docet Aug. tract. 39. super Ioan. Sic etiã Dominus de se dixit Ioan. 1. Ego sum resurrectio & uita, &c.

Dei nomina in Hebræo celebriora ex diuinis scripturis collegit Hierony. & explicuit epist. ad Marcellã, de nomin. Dei. Primũ quidem Heloin interpretatur Iudex, quod ideo ponitur in plurali, quia caret singulari secundũ Hebræos, sicut apud nos Athene, & Thebe. Secundum Adonai, id est Dñs. Tertium Heliõ, quod nos excelsam dicimus. Quartum Sabaoth uirtutum, ut vertunt Sept. isai. 6. vel exercituum, ut interpretatur Aquila. Quintũ El, quod idem est quod fortis. Sextum Aserihæ, id est existens. Septimum Ia, quod exponitur Deus. Octauũ Sadai, hoc est, sufficiens sibi ipsi. Postremõ Iehoua, quod est ineffabile. Vbi autem in Hebræo ponitur sine punctis uocalibus. loco eius profertur Adonai Dñs, sicut Exo. 6. ubi Dominus dicit: Et nomen meũ Adonai nõ indicauit eis. Quod si quis obiciat, multo antea Dñm dixisse Abrahã: Ego Dñs Iehoua, qui eduxi te de Hur Chaldeorum. Respondet Lyrans: ita quidem dixisse, non tamen indicasse tunc Abrahã uirtutẽ nominis Iehoua, sicut manifestauit eã postea Moyse dicens: Ego sum qui sum, subaudi per essentialiã: quia inter nomina Dei Iehoua purius eius essentialiã significat, & exactius. Alia quippe nomina Deum planè describunt per modum qualitatis, ut bonus, iustus, sapiens. Alia per modũ quantitatis, ut magnus, omnipotens, immensũ: alia per modum relationis, ut Pater, Filius & Spiritus sanctus. Nonnulla uerõ per respectum ad creaturas, ut Dñs, Deus, Rex regum: sed

Iehoua magis Deitatis essentialiã attingit. Deus vnus essentialiã quidẽ, & trinus est in personis. In Trinitate uerõ, secundum Theologorũ axioma: Omnia sunt unũ, ubi non obuiat relationis oppositio, sicut docet D. Tho. 1. p. q. 32. arti. 3. Quinq; autem sunt notionēs personales, quæ distinctionem personarũ præferunt: uidelicet innascibilitas, quæ prima est, paternitas, filiatio, inspiratio cõmunis Patri & Filio, & processio Spiritus sancti: quatuor autem posteriores sunt relationes, ex quibus paternitas constituit Patrẽ à Filio personaliter distinctũ, filiatio uerõ Filium realiter distinctum à Patre. Spiratio uerõ passiuã Spiritum sanctum à Patre Filioq; distinctũ. Nam aspiratio actiuã cũ sit Patri Filioq; cõmunis, personam minimè constituit, neq; innascibilitas, quãuis sit proprietatis personalis Patris ingeniiti, quare tres solas esse personas in Deo relatiue colligimus, realiterq; distinctas in unitate essentialiã diuinã. In reliquis autẽ omnibus nominibus essentialibus omnia sunt tribus personis cõmunia, quæ de Deo dicuntur: etiam si exclusiua particula ponatur, quæ nõ est intelligenda uillã diuinã personã excludere ab actu uel proprietate quacũque essentiali, sicut quãdo de Patre dicitur 1. Timot. 6. Solus Deus potens, aut qui solus habet immortalitatem: nõ excluduntur inde Filius, aut Spiritus sanctus, sicut quando legimus: Nemo nouit Patrem, nisi Filius, nõ excluditur quidẽ Spiritus sanctus, Matt. 11. de quo lege D. Th. 1. p. q. 31. ar. 4. ad 1. Hinc est quod per gratiæ effectũ quando uenit Spiritus sanctus in animam: omnes tres personę ueniunt, quia sunt vnus Deus. Vnde Ioã. 14. dicitur: Et ad eũ uenimus: & mansionem apud eum faciemus.

Porro quãdo dicitur Deus à Deo, uel in Deo, uel Dñs à Domino, processio, & distinctio personarũ in Deo significatur, ut notat Tertull. lib. de Trinitate. explicans illud Ose. 1. Saluabo eos in Dño Deo suo. Si Deus, inquit, saluare dicit in Deo, neq; saluat, nisi in Christo Deo, cur ergo dubitet homo Deũ Christũ dicere? Idẽ adnotauit Hilar. lib. 4. de Trinitate. Ita ut sit sensus, saluabo eos in uirtute Dei sui filij mei. Sic Hier. super Ose. 1. dicit. Vel quod Pater saluet in Filio, iuxta illud Gen. Pluit Dñs à Dño. Hec ille. In quẽ sensum Chaldeus uertit. Saluabo eos per uerbum Dñi Dei sui.

I 4
Notiones Dei personales.
D. Tho.

Particula exclusiua in diuinis.
1. Tim. 6.
Matth. 11.
D. Tho.

Ioan. 14.

I 5
Regula.
Ose. 1.
Distinctio personarum in Deo.
Tertull. Hilar. Hierony. Gen. 19.
Chaldeus.

Et hoc

Et hoc certe est quod de Christo Angelus dixit apud Mat. Ipse saluũ faciet populu suũ à peccatis eorum. Et ideo. Vocatum est nomen eius Iesum. Et Luc. 15. Venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Sic etiã explicat Sixtus Papa 1. in 2. ep. Decretali prædictũ locum, Gen. Pluit Dñs à Domino. Et Pelagius Papa 1. in ep. 1. in 2. to. Cõc. Et Marcellinus Papa & mart. ep. 1. Et Iustinus mart. in Dialogo cõtra Trypho. Itẽ Euseb. lib. 5. demõstr. c. 23. Quare tenenda non est expositio Lyrani & Carthusia. Pluit Dñs, id est Angelus à Dño, id est uirtute Dei, quia licet ut paulõ post dicemus, Angeli nonnunquam dii appellentur, & Deus Deorũ, id est Angelorũ esse dicatur, sed nunquã Angelus uominus uocatur, si coniungatur cum Deo, Angeli quippe administratorij tantũ sunt spiritus Hebr. 1. Ergo ut omnes patres antiqui passim exponunt: pluit Dñs filius à Dño Patre procedens: pluit autẽ Angelorum ministerio tribuitur. Deniq; filio punitio Sodomorum, quia iuxta est omnium hominum: Et Pater non iudicat quẽquam, sed omne iudicium dedit filio. Sic etiam intelligitur illud Abdiaz. Hec dicit Dominus ad idum eam auditum audiuĩ à Domino. Vbi Euseb. Cæsarien. lib. 5. demonstrat. ca. 24. dicit distinctionem personarum in diuinis denotari, quia Dñs auditũ audiuit à Dño, id est Filius à Patre. Vnde quãdo Filius dicit: Sermonem quem audistis, nõ est meus, sed eius qui misit me Patris. denotat audisse à Patre, à quo habet originem, & omnia.

I 5
Regula. Pluralitas personarũ.
Alex. Papa:
Isa. 6.
Exod. 3.
Psal. 66.

Est & alia regula patrum hoc loco notanda, quoties in aliqua sententia, scriptura nominat sæpẽ Deũ, & postea nomine Dei singularis numeri, aut uerbi, periodũ claudit, pluralitas personarũ in unitate substantiæ denotatur. ut docet Alexander Papa & mart. huius nominis primus, epist. sua prima, in primo tomo Conciliorũ. Et probat ex illo Isa. 6. ubi Seraphim clamant: Sanctus, Sanctus, Sanctus: deinde in singulari concludunt dicentes: Dñs Deus exercituum. Item Exod. 3. cum dixisset: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. deinde non subdit dii in plurali, sed Deus patrum uestrorum in singulari. Itẽ Psa. 66. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. deinde claudit, & metuunt eũ omnes sine terra. Non eos, sed eum, ut

vnus Deus in Trinitate splendeat personarũ. Eandem regulã tradidit Benedictus Papa huius nominis primus, epist. ad Dauid Episc. Et Basil. li. 3. de Spiritu sancto. Epiphanius in Ancorato. Dionysius Areop. de cælest. Hierar. c. 7. in fine, & B. Hierony. super Isa. 6. qua etiã phrasi vsus est filius Dei. Matth. vlt. Docete, inquit, omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nõ dixit in nominibus, sed in nomine, ut ostenderet triũ personarum vnã esse uirtutem, & essentialiã, & potestatem.

Præterea peritis in lingua Hebræa est obseruatio adnotatione digna, & omnibus scripturæ studiosis utilis, maximè cõtra hereticos Arrianos, & omnes alios, qui filio Dei auferunt deitatem, & consubstantialiã cum Patre naturam. Videlicet in Hebræo nomẽ Iehoua, quando ex propria sententiã loquitur Spiritus sanctus, uel per Prophetas, uel per sacros ipsos scriptores, non tribui nisi Deo uero, infinito, & æterno: quæ quidem regula est Origenis homil. 12. in librum Numerorum, circa principium. Vnde planè quando datur filio Dei, hoc est Christo Messia, manifeste Deum illum naturaliter, & per substantiam, non per participationem uocat: ut docet Hieronymus super illud Zacharia. Hec dicit Dominus exercituum, post gloriam misit me ad gẽtes. Vbi certe Dominus exercituum missus ad gentes nõ est Pater, nisi Filius missus à Patre, & tamen Hebraicè dicitur Iehoua sabaoth. Vox ergo, inquit, Hieronymus. Saluatoris inducitur, qui omnipotens, à Patre omnipotente missum se esse dicit: quia ubi uulgata uertit sabaoth, siue exercituum. Septuag. ponunt omnipotentem. Sic etiam Psalm. Attollite portas, &c. Dominus uirtutum, ipse est rex gloriæ, quod de Filio in cælum ascẽdente dicitur, in Hebræo legimus Iehoua sabaoth: consentiunt autem omnes antiqui Rabini, Iehoua de solo uerõ Deo dici. Item de Messia dicit Hier. Et hoc est nomen quod uocabunt eum Iehoua iustus noster. Pro quo Symmachus uertit. Domine iustifica nos, quod nulli creature pure, nisi Deo. Christo conuenit, ut etiã notat Theodoretus. Præterea de Christo in cælos ascendẽte, uel in iudicio finali. uel post resurrectionem suam prædicit Michas: Ascendet enim pandens iter ante eos, diuidet,

Benedi. Pap.
Basilius.
Epiphanius Hierony.
Matth. vlt.

I 6
Regula.

Nomen Iehoua Deum uerum significat.
Origenes.

Hierony. Zach. 2.

Septuag. Psal. 23.

Hier. 23.
Symmachus.
Theodoretus.
Mich. 2.

et transibunt portam, et exierunt per ea: et transibit Rex eorum coram eis, et Dominus Iehoua in capite eorum. Ecce Christus dicitur Iehoua. Nec valet subterfugium iunioru Rabinoru, qui obiciunt Iehoua non de solo vero Deo dici, sed etiam de Hierusalem Ezech. vii. vbi legimus: *Hierusalem uocandam esse Iehoua: & Abraham in Gen. locum, vbi immolare filiu voluit, ipse vocauit Iehoua videbit, sed quis non videt, hoc posteriori loco denotari, quod verus Deus videbit: subaudi mysteriu huius figuræ, in priori vero loco sine dubio Hierusalem caelestis vocanda dicitur verus Deus: quia vt legimus in Apoc. Et templum non vidi in ea, Dominus enim Deus omnipotens templum eius est, idest ipse Deus Iehoua est qui continet beatos, quasi templum & ciuitas, & in æternum beatificat. Deniq; Ezech. i. vbi super alas animaliu vidit Propheta thronum saphyrim, & filiu hominis inter splendores, subdit: Et esset gloria Domini Iehoua, idest manifestata est per Euangelistas gloria Christi. & egressa in notitiam gentium fides deitatis eius. Cœpit autem Magis stella duce in Bethlehem primum manifestari.*

Dei Trinitas in vnitatem quidē essentiae naturalis lumine cognosci nō potest. Nihilominus tamē Clemens Alexand. lib. 5. Stromatum Trinitatē personarum Dei Platonem docuisse testatur in epist. 2. ad Dionysiu Siciliæ tyrannum, verba verò Platonis sunt. Ais non sufficienter tibi à me de prima natura demonstratū fuisse, dicendum est igitur tibi nunc per quædā ænigmata, vt si quid huic tabellæ, vel mari, vel terra contingat, qui eam legerit intelligere non valeat. Est autē ita circa omnium regē, omnia sunt ipsius gratia, ipse pulchrum omnia causa: circa secundū secundā, & tertia circa tertium humanus animus affectat; qualia illa sunt intelligere; aspiciens in ea, quæ sibi cognita sunt, quorum nihil sufficienter se habet. Hæc Plato. Qui potuit planè non tam inuestigatione rationis, quā doctrina in Ægypto à Prophetis, & Hebræorum magistris tradita, vel scripta, hæc mutuare. Scientiam enim à Iudæis scripturis sanctis hausisse Platonem, asserunt Clemens Alexandrinus in Proteptico, Aug. lib. 10. de ciuit. c. 23. & Eusebius Cæsariensis, lib. 11. de præparatione Euangelica: qui cap. 10. huius

libri refert Plotinum in libro de tribus hypothesis, testimonium allegatum Platonis de Trinitate Dei explicasse. Amat, inquit, omne quod genuit, & maxime quādo sola sunt generans, & generatum. Quando autem etiam optimum est illud quod genuit, necessario cū illo simul est: vt in eo solum modo, quod alius est separatur, imaginē enim illius intellectū esse dicimus. Et infra subdit. *Idcirco etiā Platonem omnia esse circa regem dicit, primum circa primum, deinde circa secundum, & tertium esse circa tertia: ipsam quoque causam rerum patrem habere dicit, causam rerum intellectum appellans.* Hæc Plotinus apud Eusebium: sed quanto illustrius Trinitatem docet filius Dei. *Baptizate, inquit, eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Dei nomen aliquando per similitudinem, & attributionem Angelis, & hominibus datur. De Angelis quippe legimus Psal. 49. *Deus Deorum loquutus est, & uocauit terram.* & in Genes. *Eritis sicut Dij.* & Psal. *Videbitur Deus Deorum in Sion, idest Deus Angelorum, vt exponit Lyranus, vel Christianorum, vt explicat August. sic 1. Corinth. 8. Quoniam sunt dii multi, & domini multi, siue in celo, siue in terra.* Præterea sacerdotes dicuntur dii, sicut etiam iudices, quia vices Dei gerūt. Sic Exo. 21. *Offendet eum Dominus deus, idest Sacerdotibus & Iudicibus, & c. 22. Dominus domus applicabitur ad deos.* Item ibidem. *Diis non detrahes.* Deinde Propheta *Dij appellantur & Reges Psal. Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diudicat, quem locū filius Dei explicat apud Ioan. vbi ait: Si illos Deos uocat, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura, &c.* Et certe Moyse Dominus dixit Exod. 7. *Ecce constitui te Deum Pharaonis, idest mirabiliū operum patratorum supra vires naturæ, & in bonis operibus, & verbis irreprehensibilem. Et sine dubio tales esse deberent omnes, qui vices Dei gerūt in terris, siue in humanis, siue in diuinis, vt illis quadraret, quod Dominus dicit: Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno celorum, sed prohi dolor, plures ex his sunt hodie: quibus contra congruit, illud Matth. *Quæcunque dixerint uobis facite, secundum autem opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt.**

Deus quoque uocatur dæmon in singulari,

Ezech. vii.
Gen. 22.

Apoc. 21.

Ezech. i.

Matth. 2.
17
Trinitas naturaliter cognosci nō potest.
Clemens Alexand.
Plato.

Clemens Alexand.
August.
Euseb.

Plotinus.
Matth. vii.
18
Psal. 49.
Gen. 3.
Psal. 83.
Lyranus.
August.
1. Cor. 8.
Exo. 21.
Exo. 22.
Psal. 81.
Ioan. 10.
Exod. 7.
Matth. 5.
Matth. 23.
16

2. Cor. 4.
Hierony.
D. Tho.
Calet.
Phil. 3.
Iud. 17.
Theodoret.
Lyranus.
Burgensis.
Hier. 2.
Arnobius.
Psal. 46.
Hierony.
Cassiodo.
August.
20
Dei est prædicere futura certissime.
Isai. 41.
Isai. 40.
Isai. 41.
Euseb.
Oracula dæmonis falsa.
Porphyrius.

gulari, & in plurali, sed putatiuè secundū errorem gētium. Ita 2. Cor. *Quorū Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium.* Vbi Hieronymus. Deus, inquit, huius sæculi potest accipi, sicut princeps huius mūdi, &c. quamuis propter hæreticos possit intelligi de vero Deo. Eodem modo explicat D. Thomas secundum vtranq; Dei acceptionem. Caietanus denique putat Deum huius sæculi dici, sicut Philipp. 3. *Quorum Deus uenter est:* quia illud quod si bi quisq; quasi vltimum finem constituit Deus, eius esse dicitur. Imo idolatræ ex Iudæis olim nomen Dei Iehoua suis tribuebāt idolis, vt assererent veros deos esse, sic Iud. 17. Mater Miche. ad idolatriā verba dixit filio: *Consecraui, & uoui hoc argentum Domino Iehoua: ut de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculptile.* Quod ante nos ibi notauerunt Theodoretus, Lyranus, & Burgensis. Et ita est intelligenda regula supra tradita numero. 16. In plurali etiam Hier. 2. dicitur: *Si n. u. auit gens deos suos, & tamen ipsi non sunt dii.* Sic etiam intelligit Arnobius illud Psalm. *Quoniam dii fortes terræ uehementer eleuati sunt, idest dæmones, quāuis Hieronymus, & Cassiodorus Iudæos intelligant, ad quos sermo Dei factus est: qui tamen uehementer eleuati sunt, & insolentes effecti, sicut & mali principes hodie inter Christianos, vt exponit Augustinus.*

Dei veri à diis falsis distinctio, & argumentum efficax reputatur in Scriptura: quod Deus verus de futuris à libero arbitrio dependentibus, vera semper & certa prædixit. Dij vero falsi, vel mentiti fuerint, vel amphibologiis eluserint rogates. Solus autē Spiritus sanctus sicut est Deus per essentiam, & spiritus veritatis per essentia, qui neq; fallere potest, neque falli, & in sua æternitate omnia vera præterita præsentia & futura vno intuitu ab æterno videt, quæ omnia neq; omnes Angeli comprehendunt. Iuxta illud Isai. 40. *Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut ostendit ei cum quo ineat consilium?* Propterea idem Isaias ait cap. 41. *Annuntiate nobis, quæ uentura sunt in futuro, & dicemus, quia dii estis uos.* Ostendit autem Eusebius Cæsariensis lib. 4. de præparatione Euangelica, cap. 1. Deorum gentium oracula mille amphibologiis decepsisse suos. Et lib. 6. cap. 4. allegat Porphyrium, qui

testatur Apollinem sæpè roganti dixisse: *Ne me cogas loqui, sin minus, & ego mentiar.* Et aliquando dixit: *Nihil mihi stellarū uia dicendum præstat.* Cæterum Deus noster sigillatim per Prophetas cuncta futura uerissimè planè prædixit. Vnde Eccli. 42. *Cognouit Dominus omnem scientiam, & inspicxit in signum eui, annuuntians quæ præterierunt, & quæ superuentura sunt, &c.* Quid autem uerius, quam quod filius Dei de Hierusalem prædixit apud Lucam. *Et circundabunt te inimici tui uallo, & ad terram prosternent te, &c.* Item Apostolis prænuuntiauit. *Venit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur se obsequiu præstare Deo.* Et Luc. *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.* Item. *Vbicunq; prædicatum fuerit Euangelium hoc in uniuerso mūdo.* Matth. 26. & sic de aliis.

Postremo præmittenda non est regula Euthymij super Ioann. 16. vbi. *Nouit scriptura eisdem uerbis de Deo & homine positus, non similiter uti. unde loco citato dicit: Ego in patre meo sum, uos in me, & ego in uobis.* Sed certe aliter, & aliter: Christus enim est in patre ratione eiusdem essentiae, & potentiae: Apostoli uerò in Christo, & ipse in illis, ratione auxiliij. Et super illud Ioan. 18. *Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum.* Aliter, inquit, patrem suum dixit, & alio modo discipulorum: suum quidem natura, tanquā eiusdem substantiæ, discipulorum uerò, ratione creationis, & prouidentiae. Sed quod addit: *Ecum meum & Deum uestrum,* ratione dixit humanitatis eiusdem specieci. Eadem regula est Chryso. ho. 74. super Ioannem. *Dij, inquit, dicimur & filij Dei.* Et Christus filius imago, & gloria Dei, atque etiam nos, sed longe aliter. Sic & August. in libr. qq. veteris testamenti. q. 122. *Multi, inquit, uocabula nobis, & Deo communia sunt, sed discrepāt in effectu.* Deniq; Basil. ho. de poenit. *Axiomata, inquit, sua, idest dignitates Iesus largitur aliis nō se euacuans, sed nihilominus habens, &c.* Sic Petrus petra dicitur nō tamē ut Christus. Itē lux Christus mundi dicitur. & discipulis ait: *Vos estis lux mundi.* sed aliter, &c. Itē cap. dānamus de summa Trinitate & Fide Catholica, secundū eandem regulā explicatur illud Matth. 5. *Estote perfecti, sicut pater uester perfectus est, idest: Estote perfecti perfectione gra-*

Eccli. 42.
Luc. 19.
Ioan. 16.
Luc. 21.
Matth. 26.
21
Regula.
Euthymius.
Ioan. 16.
Ioan. 18.
Chryso.
August.
Matth. 16.
Ioan. 8.
Matth. 5.
Matth. 5.
Hhh 4 tia

tix participat, sicut pater vester perfectus est per naturam.

Dei ignoti ara fuit Athenis Acto. 17. de qua vide in verbo Ignorare, & Ignorantia, num. 11. lib. 9.

CAPVT XLV.

Dextera & sinistra.

שמאל מינה



SINISTRA Manus dicitur Hebraice Demol. vt patet Genes. 24. Dextera dicitur Minech Psal. 15.

Dextera manus fortior est, qua sinistra, ideo consuetudo fuit olim apud Grecos & Hebræos in pacis & amicitie signum dexteram sibi porrigere. Sic legimus Galat. 2. Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui uidebantur columbae esse, dexteram dederunt mihi, & Barnaba societatis. De quo 1. Mac. 13. f. & alibi passim. In quo sensu Pythagoras dixit: non unicuique esse dexteram porrigendam, id est non temere quenquam in amicitiam esse sumendum. Citat hac Pythagoræ sententiam Plutarchus in Comentariorum, quod de multorum amicitia conscripsit. Sic & Virgilius ait.

Dat dexteram, atque animam presenti pigro ore firmat.

Dexteræ post locum medium est honoratissimus: ideo Dominus in resurrectione stetit in medio discipulorum suorum: sed post medium dexteræ dignior est, ut in suis quinquagenis notat Nebrisenfis, sic intelligitur illud Mat. Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram, & unus ad sinistram in regno tuo. Sic in visione Mich. Vidi, inquit, Dominum sedentem super solum suum, & omnem exercitum caeli assistentem ei a dextris & a sinistris. Sic positus est thronus matri Regis Salomonis: Quæ sedit ad dexteram eius. & Psal. Astiuit regina a dextris tuis. Quæ est vel Deipara virgo, ut ibi Chrysofostomus ait, vel Ecclesia: de quo lib. 1. in verbo Assistere.

Est ergo quaestio inter patres quomodo intelligatur, quod Marc. ult. de Salvatore legimus: Assumptus est in caelum, & sedet a dextris Dei. Primum enim certum est non ibi denotari corporalem patris dexteram, qui incorporeus est, & purus spiritus, sed dignitatem: quaeritur ergo, an denotetur dignitas minor patre, & maior

omnibus, secundam regulam hactenus traditam: An vero significetur æqualitas: de quo sunt duæ expositiones. Altera est Aug. ser. 7. de Ascensu. Licet dignitas, inquit, gradus non sit, ubi est plenitudo diuinitatis, tamen ideo ad dexteram sedet filius, non quod præferatur patri, sed ne inferior esse credatur. Hæc ille. Sic etiam Chrysofostomus super illud Rom. Qui sedet ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Vbi dixit, inquit, illum esse dexteram, tunc addidit illum pro nobis intercedere: quod paritatem & æqualitatem declarauit, ut iam ipsa intercessio non imminutionis sit, sed charitatis. Eodem modo exponit Theophylactus, & Rupertus lib. 9. de diuinis officiis cap. 3. ubi tenet Christum non orare modo patrem, quasi inferiorem illi, sed interpellare, quod est commemorare sacrificium passionis suæ, semel oblata in cruce, quod potest æqualis patri. Itæ Ambr. super illud Eph. Suscitans eum a mortuis, & constituens ad dexteram in caelestibus. Honor, inquit, quem dedit ei pater per generationem tunc manifestatus est. Hæc ille. Sed per generationem dedit ei æqualitatem deitatis. Accedit quod ad suam Christus ostendendam diuinitatem Phariseis allegauit apud Matth. illud Psal. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Sed nihilominus alia plenior expositio est D. Thomæ super Rom. 8. ut hæc phrasim utriusque naturæ dignitatem significet, sedet, inquit, a dextris in æqualitate patris secundum naturam diuinam, & in potioribus bonis secundum naturam humanam. Et ita omnia consonant.

A dextris Dei esse denotat fortem electorum in caelestibus, ut explicat Aug. lib. de Agone Christi. c. 26. Numquid ait Deus pater habet latus dextrum aut sinistram sicut corpora? sed dextera patris est beatitudo perpetua, quæ sanctis datur, sicut sinistra eius recte dicitur miseria perpetua, quæ impiis datur. Hæc ille. Sic intelligitur illud Matth. Statuet oves a dextris & hædos a sinistris, quæ separatio non erit tantum mentalis, ut male putauit Origenes, sed in die iudicii finalis, situ quidem corporali separabuntur reprobi ab electis, ut notat Chrysofostomus super hunc locum & Iansenius, & merito, quia Matth. 13. dicitur: Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum.

Aug. 8.

Chrysofostomus, Rom. 8.

Theophylactus, Rupertus.

Ambrosius, Eph. 1.

Matth. 22. Psal. 109. D. Tho.

4

Aug.

Matth. 25.

Origenes.

Chrysofostomus, Matth. 13.

5

Psal. 15.

Aug. 8.

Psal. 109.

Cassiodorus.

Lyranus.

Theodoretus.

Genebr.

Hierony.

Psal. 103.

Aug. 8.

Cassiodorus.

Lyranus.

Genebr.

Theodoretus.

Hierony.

Matth. 26.

Psal. 117.

Lyranus.

Hierony.

Genebr.

Varabius.

Matth. 27.

Iansen.

Isa. 41.

Hierony.

Luc. 6.

Ioan. 15.

Luc. 10.

6

A dextris alicuius dicitur Deus, vel Angelus sanctus in bonum, ut ei opem ferat: diabolus autem in malum, ut quasi superiores partes habens aduerfetur ei. De priori dicit Propheta: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commouear. Vbi Aug. a dextris, inquit est, quoniam fauet, ut in eo stabiliter permaneam. Porro in Psal. 109. de Christo dicitur: Dominus a dextris tuis confregit in die iræ suæ reges, in alio sensu, ut notat Cassiodorus, quia ibi æqualitas Patris & Filii denotatur. Nam in principio Psalms Filii sedet a dextris Patris, hoc autem loco Pater est a dextris Filii, ut confingat Reges, scilicet Herodem, ut Lyranus ait, & postea principes Iudeorum sub Tito & Vespasiano. Sic etiam Theodoretus esse Patrem a dextris filii, naturam intelligit æqualitatem. Porro Genebr. fauorem exponit, & auxiliū diuinitatis humanæ naturæ, tanquam instrumento coniuncto communicatum, videtur autem uterque sensus pariter esse verus, sic de Christo quoque secundum humanitatem, quæ a diuinitate fouebatur, intelligit Hieronymus. illud Ps. Qui astiuit a dextris pauperis, ut saluam faceret a persecutoribus animam meam, id est a Iudeis. Sic exponit Aug. Cassiodorus. Lyranus. Genebr. & Theodoretus. Est autem ubi vulgata vertit a persecutoribus Hebraicè a iudicantibus, ut Hieronymus. vertit in suo Psalterio, id est a iudeis iudicantibus: Reus est mortis. Secundum similem phrasim dextera Domini dicitur aliquem suscipere, vel protegere, vel apprehendere, vel exaltare, quod est iuuare in bonum, sic Christus secundum humanitatem dicit Psal. Dextera Domini fecit uirtutem, dextera Domini exaltauit me. ut exponit Lyranus. Hieronymus. Genebr. & Vatablus. quia ex hoc Psalmo habemus, quod pueri de Christo dixerunt Mat. 21. Benedictus qui uenit in nomine Domini, & quod ibidem filius Dei sibi applicuit: Lapide quem reprobauerunt edificantes, quidquid sentiat contra Iansenium. Quod uero Isa. 41. dicitur: Et suscepit te dextera iusti mei. Hieronymus. Israeliti, non carnali, sed spirituali dictum exponit. Talis erat Apostolorum congregatio, quam suscepit Christi dextera, quando elegit duodecim Luc. 6. Et quando dixit: Ego elegi uos, & posui uos ut caris, & fructum afferatis. Item quando designauit Dominus alios septuaginta duos.

Cæterum a dextris in malum dicitur

stare diabolus, quando superat peccatorem, sic de Iuda traditore dicitur in Psal. Et diabolus stetit a dextris eius. ut exponunt Hieronymus, Augustinus, Cassiodorus. Glossa, Theodoretus & Genebr. quia Ioan. 13. Post buccellam introiit in eum Satanas. Item de Iesu filio Iosedech sacerdote magno, qui accepta de gentibus uxore peccauerat, dicit Zach. Et Satanas stabat a dextris eius, ut aduersaretur ei. Vbi Hieronymus. Stabat, inquit, a dextris eius Satan, quia uera erat accusatio. Cæterum quando a filio Dei in deserto superatur diabolus, non dicitur, quidem a dextris esse, sed uaderet retro Satana.

In loco dextro, uel a dextris solent fieri latæ uisiones Angelorum sanctorum, sic legimus in Resurrectione Domini, quod sanctæ mulieres uiderunt in monumento Angelum a dextris. Luc. 1. Gabriel Angelus apparuit Zacharie a dextris altaris incensi: quia natiuitatem Ioannis Iacetissimam nuntiaturus aduenerat. Et filius Dei Apocal. 1. Habebat septem stellas in dextera sua, id est prælatos Ecclesiarum, quibus assistit, dicens: Vos estis lux mundi. Item in dextera sedentis in throno erat liber uir, Apoc. 5. Quia tam tribulationes & persecutiones, quam prosperitates electorum ibidem scriptæ cooperantur in bonum diligentibus & quaerentibus Deum. Sic apud Lucam dicitur martyribus: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de capite uestro non peribit, & Matth. 5. Beatueritis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, &c. gaudete, & exultate in illa die, quoniam merces uestra multa est in caelo. In eodem sensu dicit Ezech. Cherubim stabant a dextris domus cum ingredietur uir. quia in bonum ingrediebatur hic uir, nimirum Christus, qui signo Tau describerat electos, & ingrediebatur, ut ignem Spiritus sancti mitteret super Ecclesiam ad purgandam Hierusalem: uel ut Hieronymus exponit, ut ita mitteret carbones desolatorios super ciuitatem, ut ipsa punitio in bonum, & purificationem cederet electorum. Præterea Ezechie. ait. Aquæ descendebant ad dextram latus. Quia ut Hieronymus & Theodoretus exponunt, doctrinam significat Euangelij, & baptismi renouationem: de quo Ioan. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei.

Psal. 108.

Hierony.

Aug. 8.

Cassiodorus.

Glossa.

Theodoretus.

Genebr.

Ioan. 13.

Zach. 3.

Hierony.

Matth. 4.

7

Marc. 16.

Luc. 1.

Apoc. 1.

Matth. 5.

Apoc. 5.

Rom. 8.

Luc. 21.

Matth. 5.

Ezech. 10.

Acto. 2.

Hierony.

Ezech. 47.

Hierony.

Theodoretus.

Ioan. 3.

Vides omnia ferè prospera in scripturis à dextris esse, vel quæ si temporalem quidem afferunt pœnam, in bonum cedunt iustorum. de quibus Sap. 5. *Quoniam dextera sua reget eos: & brachio sancto suo defendet illos.* Itē Psa. *Si sumptero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Vbi Genebrard. exponit, si sumptero pennas diluculi in genituo: quia Septuag. vertunt secundum diluculum, idest ad similitudinem diluculi, & auroræ, quæ momento tēporis ab Oriēte vsque ad extremum maris Occidentalis peruolat, tamē tu deduces me, & tenebis me dextera protegens ne cadam. Præterea Ecclesia in Apostolis fundata dicebat: Cant. 2. *Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Idest auxilio suo in periculis fouebit, vt si ceciderit iustus non collidatur, collisione videlicet culpe, quia Dominus supponet manum suam. Psa. 36. *& dextera illius amplexabitur me,* fructibus scilicet immortalitatis, quos mihi & multis per meam prædicationē pariam. Ita exponit Theodoret. leua eius, inquit sponsa, sub capite meo, quia supplicis altior sum, quæ pro illo patior, & dextera illius amplexabitur me, cumulatissimis beneficiis & immortalibus fructibus. sed Deut. 33. legimus: *In dextera eius ignea lex, in sinistra eius diuitie & gloria.* Vbi per sinistram, vt inquit Glossa, bona tēporalia significatur. de quibus Matt. 6. *Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiciētur vobis.* Per dexteram verò lex ignea charitatis, quæ nunquā excidit. 1. Cor. 13. & Psa. 15. *Delectationes in dextera tua usque in finem,* iuxta illud Ioan. 16. *Et gaudium uestrum nemo tollet à vobis.*

Ceterum quæstio valde perplexa est quid per latus dextrū & sinistrum significetur Ezech. 4. Vbi Dñs dixit Prophetæ. *Et tu dormies super latus tuū sinistrum, & pones iniquitates domus Israël super eo. Ego dedi annos iniquitatis eorum, numerū dierū trecentos, & nonaginta dies, &c.* Et cū cōpleueris hæc dormies super latus tuū dextrum secundo. *Et assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus, diem pro anno dedi tibi.* De quo prima est sententia Hieronymi, Theodor. & Glossæ, dies non centum vt cum Septuag. legit Theodoretus,

sed trecentos nonaginta secundum veritatem Hebraicam, significare totidē annos captiuitatis, in pœnam idolatriæ decem tribuum Israël, à tēpore Regis Manahem Israel, qui primū ductus est captiuus cū parte populi à Phul Rege Assyriorum. 4. Reg. 15. vsq; ad vicimum octauū annum Assueri, quādo vt Esther fertur historia, & populus Israëliticus iugum abiecit. Deinde quadraginta dies, quibus Ezechiel dormire iussus est super latus dextrū, quadraginta significare captiuitatis annos tribus Iuda, à trāsmigratione Iechoniæ, vsq; ad Cyrum Regem, qui Babylonicam relaxauit captiuitatē. Sed hæc sententia in vtraq; defecit computatione. Primū quia non anno vigesimo octauo regni Assueri, Iudæi iugum abiecerunt periculum, mortis euadentes, quod necessarium erat ad computationē trecentorum nonaginta annorum captiuitatis decem tribuum Isrēl, sed anno duodecimo regni Assueri, vt habes Esther. 3. *Anno duodecimo regni Assueri Missa est Sois in uenam.* Defunt ergo sedecim anni, quod mirum est præterisse Hieronymum. Deinde non sunt decem tribus solutæ à captiuitate sub Assuero: sed illud tantum euasere periculum. Imò vsq; ad Christi aduentum mansere captiuæ. Nec tunc solutæ sunt, nisi qui credentes saluantur ex illis ab spiritali iugo Satanæ. Ita Hieronymus ipse docet, super illud Ose. 1. *Non ad dam ultra misereri domui Israël.* Et super Ezech. 23. & in Ezech. 37. & super Zacha. 2. Præterea deficit cōputatio Hieronymi, quia nō quidē quadringenta solum anni trāsierūt, à trāsmigratione Iechoniæ in Babylonē, vsq; ad Cyrum Regē. Sed anni septuaginta quos prædixerat Hieremias de quibus expresse meminit scriptura. 2. Paral. vti. vbi dicitur: *Donec complerentur septuaginta anni: anno autē primo Cyri Regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem loquutus fuerat per os Hieremie suscitauit Dominus spiritum Cyri, &c.* Quid clarius? Est ergo secunda sententia Lyrani, Vatabli & Isidori Clarij. Per quadringentos triginta dies, quibus successiuē Propheta super sinistrum, & dextrum latus dormire iussus est, designari totidem dies, quibus Hierusalem à Chaldæis obsessa est, sed hæc sententia non videtur stare posse:

4. Reg. 15.

Esther. 3.

Hierony. Ose. 1.

2. Paral. vti.

Lyrani. Vatabli. Isidori. Clarij.

qua

Ioseph,

Hier. 52.

Iud. 8.

1. Reg. 7.

3. Reg. 12.

4. Reg. 17.

quia quadringenti triginta dies quatuordecim menses solares faciunt cum fere dimidio. Refert autem Iosephus lib. 10. antiquitatum. Ciuitatem obsessam fuisse decem & octo mensibus: vt constat ex Hierem. 52. *Ab anno Regis Sedechie nono, mēse decimo, & die mensis decima, usque ad undecimum eiusdem annu, mēse quarto, nona die mensis, quando captus est ciuitas.* Nec valere videtur solutio Lyrani interruptam esse obsidionem illis tribus mensibus qui superfluent: quia non de diebus, sed de annis computationem esse intelligēdam, dicit bis sermo diuinus diem, diem pro anno clamans dedi tibi. Ergo de trecentis & triginta annis iniquitatis Israël, & de quadraginta peccati domus Iudæ, nō de quatuordecim diebus sermo est. Posset tamen probabiliter responderi, diem, diē in quam denotare dies in plurali dormitionis Prophetæ super vtrūq; latus, quos inquit Dominus dedi tibi pro anno obsidionis Hierusalem, quasi dicat, non erunt multi anni obsidionis eius, imo neq; duo, sed vnus cum aliquibus mensibus, & continuo capietur, luit autem Hierusalem in numero dierum obsidionis peccata quæ decem tribuum, quia caput erat aliarum, sed Lyranus tertiam sententiam ponit computans annos idolatriæ Israël à morte Gedeonis, qui Iudicum 8. *Fecit Ephod de spoliis Madianitarum, in quo fornicatus est omnis Israël, utens eo ad cultum Baalim & Astaroth, usque ad Samuelem: quādo in 1. Reg. 7. Abstulerunt filij Israël Baalim & Astaroth.* Fluxerunt autem anni centum quinquaginta septem, vsque ad Samuelem quibus si addas annos qui fluxerunt à Ieroboam, qui idolatrare fecit decem tribus Israël, vsque ad captiuitatē Osee Regis Israël ab Assyriis 4. Re. 17. Cōplent annos trecentos nonaginta hæc de iniquitate Israël. De quadraginta verò iniquitatis Iudæ, numerat sedecim annos ex annis quinquaginta quinque regni Manasse, & duos Regis Ammon, & viginti duos Regis Ioachim, & Regis Sedechie. Sed hæc omnia pro libito, quia Manasses totis ferè quinquaginta quinque annis idolatrare fecit populum. In senectute quippe conuersus est, quare non quadrat hæc sententia? Est ergo quarta sententia numerū annorum iniquitatis decem tribuum vere fuisse trecentorum nonaginta annorū,

vt cōputat Lyranus à morte Gedeonis, quia licet diuina nō essent, vsq; ad Samuelem à tribu Iuda, erant tamen plures in delicto, & trahebant fortius tribum Iudæ ad idolatriam, quia iudices maiori ex parte fuerūt ex decē tribubus: iniquitas verò tribus Iuda dicitur esse quadraginta annorū, quasi decuplo ferè minor quantū ad indignationē, quā in iniquitas decem tribuum in idolatria obstinatarū. Ideo numerus quadraginta, ferè decuplo minor est ad numerū trecentorum nonaginta. Nam licet ad tēpus grauissimè peccaret domus Iuda, interrupēbat tamen idolatriā pœnitētia, & cultu tēpli, quod non decē tribus fecerūt: quia ergo decuplo ferè minor fuit iniquitas domus Iuda meruit sub Cyro relaxationem. Porro sicut magis placet secunda sententia, quæ probabilis est, in suo sensu abundet.

A dextris, & à sinistris, vel agere, vel pati, significat latitudinē, & quoad spatiosum locū, & quoad magnanimitatem cordis in prosperis & aduersis, sic legimus Zach. 12. *de ducibus Iuda, idest de Apostolis: Et deuorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu, idest latissime, vt diximus in verbo Deuorare.* Sic etiā 1. Cor. *Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, idest, & vbiq; locorū, & tam in prosperis, quā in aduersis.* Itē Psa. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit.* sup le malū, sed cadentibus aliis vbiq; gentium incolumis euades, vel cadentibus etiam aliis in prosperis, & aduersis: & pluribus quidē in prosperis, quā in aduersis, vt exponit Bernardus, quia *prosperitas stultorū perdet illos.* Præterea de Ecclesia dicitur in Isai. *Ad dexterā & ad sinistram penetrabis, idest totū orbem.* Iuxta illud. *Prædicate Euangelium omni creatura.*

Dextera etiam sapē in bonū virtutis, & gratiæ ponitur sinistra verò in malū, iuxta illud Prouer. 4. *Vias enim, quæ à dextris sunt, nouit Dñs: peruersæ uerò sunt, quæ à sinistris sunt.* Ideo statuet Dñs hæc dōs, idest reprobos à sinistris. Itē etiam secundū eandē acceptionem dicitur apud Eccl. *Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius.* In quo sensu exponit Augustinus illud Mat. *Cū facis elemosynam, nesciat sinistra tua, quod facit dextera tua.* Nihil, inquit, aliud sinistra videtur significare,

IO

Zach. 12.

1. Cor. 6.

Psa. 90.

Bernard. Prou. 1.

Isa. 54. Marc. vlt.

II

Prou. 4.

Matth. 25.

Eccl. 10.

Aug. Matth. 6.

quā

quam ipsam dilectionem laudis, dextera vero intentione implendi precepta Dei. Hæc ille, lib. 2. de ferm. Domini in mote c. 2. Eodẽ modo exponit Hilarius, Hierony. & Beda. Quamuis Chrysof. per hyperbolẽ dictũ existimet, videlicet vsq; ad cõ secreto fieri elemosynã debere, vt si fieri posset, elemosyna dextræ lateret sinistram. Preterea non declinare ad dexteram, neq; ad sinistram, est extrema vitare vitiosa, vt exponit Hierony. sup. Isa. Hæc est uia ambulatẽ in ea: & non declinetis ab ea, neque ad dexteram, neq; ad sinistram. De quo vide in verbo Declinare. Ponitur quoq; oculus dexter, & manus dextra pro intimo amico. vt explicat Hierony. super illud Matt. Si oculus tuus dexter scandalizat te, idest amicus, &c. Postremo iudex in finali iudicio apud Mat. heum. Statuet oues a dextris, hædos autẽ a sinistris, quia oues, idest electi dexteram virtutis hædi vero sinistram peccati sequuti sunt.

Dextera Dei dicitur filius Dei Christus, vel etiam potestas Dei operatrix. sic legimus in Ps. Iustitia plena est dextera tua. Idest Christus, vt exponit Hugo Cardinalis, qui pro nobis de rigore iustitiæ satis fecit. de eodem Ps. Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia. Idest manifesta Christum tuum, vt exponunt Hierony. Aug. Cassiod. & Gloss. & eruditos corde, idest veros Prophetas. Sic in die transfigurationis manifestatus est filius Dei, & cum eo Moyses & Elias eruditi corde. sic petit Ecclesiasticus. Glorifica manum & brachium dextrum, idest filiũ. Quod capit facere pater, quando stella duce Magi ab Oriente venerunt. Et cecinerunt Angeli nato Dño: Gloria in excelsis Deo. In quo sensu pater ait Isa. 48. Dexteram meam mensa est cælos. Quia scilicet omnia per filium facta sunt, Ioan. 1. sic exponit Aug. hunc locum Isaia lib. 20. de ciuitate. c. 30. Et Ambr. lib. 2. de Fide. c. 4. Chrysof. to. 3. ho. de Spiritu sancto Athanasius lib. 3. de de Spiritu sancto in principio. Et Eusebius lib. 6. ca. 22. sic. Isa. 62. dicitur: Iurauit Dominus per dexteram suã, & per brachiũ fortitudinis sue. Vbi Hieronym. de hoc inquit sæpe diximus, quod dextera Dei sit Dñs noster atq; saluator. Hæc ille. Denotat etiã dextera virtutem Dei operatricem Ps. Dexteram tuam suscepit me. Idest potentia deitatis. vt exponunt

Cassiod. Lyra. & alij. itẽ Psal. In potentibus salus dextera eius. Idest in potẽtia Dei vel in obsequio Angelorum, vt Lyranus exponit, sit salus dextera eius.

Dextera Dei significat interdum longitudinem dierum, sicut dicitur Prou. 3. Longitudo dierum in dextera eius, in sinistra illius diuitia & gloria. Et ratio est quia veteres olim digitis sinistræ computabant annos infra centum: dextera verò ultra centum. Ideo de Nestore qui centũ annos longius excesserat Iuuenalis ait: Atque suos iam dextera computat annos.

Itaq; sinistra ab vnitãte vsq; ad nonaginta nouem cõputabat. Dextera verò a centenario numero vsq; ad nongentesimum nonum, infra mille. Vnde Irenæus martyr lib. 1. aduersus hæreses. c. 13. A numero, inquit, nonagesimo nono, qui fuit in læua, per vnus significationem transfertur in dexteram: & ibi centena constituantur. Hæc ille. Idem docet Hierony. lib. 1. contra Iouinianum. pag. 2. Plin. quoq; lib. 34. cap. 7. De Iani statua loquens ait. Ianus geminus a rege Numa dicatus qui pacis belliq; argumento colitur digitis ita figuratis, vt trecentorũ quinquaginta dierum nota per significationẽ anni, temporis, & æui se Deum indicet. Hæc ille. Postremo iurantes dextrã sursum in cælũ leuare mos fuit: & aliquando dextrã & sinistrã, sicut Dan. 12. Audiui inquit, unũ qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cum eleuasset dextram & sinistram suam in cælũ, & iurasset per uiuẽtem in aternũ. Fuit autẽ Angelica visio.

CAPVT XLVI.

Diaconus.

DIACONVS Est minister Ecclesiæ, ordine sacro post presbyterũ præditus. Fit autẽ de Diaconis mẽtio ab initio nascentis Ecclesiæ Act. 6. Vbi Apostoli septẽ Diaconos elegerãt. & Phil. 1. A. 1. Tim. 3. B. C. & in canone Apostolorum. 7. 9. 15. 40. & 93. Dist. can. Dominus. Preterea Clemens epistola. 1. ad fratrem Dñi, Diaconi, inquit, Ecclesiæ tanquã oculi sunt episcopi. Idem dicit Euaristus Papa episto. 1. ubi addit, Diaconi, qui quasi oculi episcopi videntur, septem esse debent in vnaquaque ciuitate, iuxta Apostolorum constituta,

Lyranus, Psal. 19. Lyranus.

13 Prou. 3. Numerare per digitos

Iuuenalis.

Irenæus.

Hierony. Plinius.

Dan. 12.

1

Act. 6.

Clemens Papa.

Euaristus Papa.

qui

qui custodiant Episcopum prædicatẽ. De quo dist. 93. can. Diaconi. Et Concil. Neocæsariẽsi, sub Melchiade Papa, ante annos mille ducentos. can. 13. Diaconi, inquit, septem esse debent, iuxta regulam, licet magna sit ciuitas. Idem decreuit Concil. Romanum 2. sub Syluestro Papa: ne Diaconi vrbis Romæ essent, nisi septem, quam constitutionem quidam exponunt non planẽ de Diaconis altari ministrantibus sacerdoti, vel presbytero, hos enim si plures essent presbyteri, plures esse necesse fuit: sed dicitur de Diaconis mensis pauperum ministrantibus, quales erant illi quos Acto. 6. elegerunt Apostoli Hierosolymis: ad quod ministerium septenarius numerus sufficiens erat. Ita tenet Synodus sexta generalis, can. 16. & allegat ad hoc Chrysofomũ.

Diaconatus ordo sacer existit, & sacramentum gratiam conferens: est quippe ordo sacramentũ Ecclesiæ, vt docet Leo Papa epist. 9. ad Dioscorum Alexandrinum, nec potest iterari, & alia confert gratiam legimus Acto. 6. Apostolos orãtes imposuisse manus septem Diaconis. Vnde Concil. Carthaginen. 4. can. 123. & 4. Decernitur Episcopum, Presbyterum, & Diaconum, debere per manuum impositionem ordinari. Et Concil. Florentinum definit, Diacono characterem imprimi, & gratiam infundi in traditione libri Euangeliorum, propriũ quippe eius est munus Euangelium legere: quod tamen ante Concilij definitionem quidam Scholastici autores negauerunt, alioquin insignes, vt Scotus & Durandus in 4. forte, quia in ordinatione Diaconi dicitur, eius officium esse baptizare, & prædicare Euangelium. Cæterum hæc munera non illi planẽ competunt, nisi ex commissio- ne Episcopi, vel presbyteri, cui ministrare ex officio debet, vt habetur can. Perlectis dist. 25. & can. Peruenit, dist. 93. & ibidem, can. Diaconi. Sic Fabianus Papa, epist. 2. Sacerdotes, inquit, Dominus sibi elegit, vt sacrificent ei & offerant oblationes, Leuitas quoq; sub eis esse iussit in ministeriis eorum. Hæc ille. Permittebat autem olim Episcopus prædicare solenniter Diaconũ, quãdo opus erat, vt inquit Ambros. super ca. 4. ep. ad Ephes. Et ex eadẽ permissione solenniter poterat baptizare, dist. 93. can. Peruenit, & can. Diaconi.

Diaconis olim dispensare sanguinem Christi, communicaturis sub vtrãq; specie permittebatur. Vnde Laurentius Pontifici Sixto Ambrosio referente dicebat: Nunquid degenerem me probasti pater, cui commissu Christi sanguinis dispensationem? Non tamen præsentẽ ipso sacerdote sacramenta porrigere poterat. Vnde Gelasius ep. 1. ca. 9. ait. Diaconus absq; Episcopo, vel presbytero, baptizare non præsumat, nisi prædictis fortasse officiis longẽ constitutis, necessitas extrema compellat, sacri corporis prærogationem sub conspectu Episcopi, vel presbyteri, nisi his absentibus, ius nõ habet exercendi. Et Concil. Agathen. can. 44. Ministrare Diaconus, aut consecrare altare presbyter non præsumat. Vbi Glossa super cap. Ministrare. 26. q. 6. ait. Ministram re corpus Christi, hoc est illud tradere sine mandato sacerdotis non potest, vt 1. q. 1. can. in Ecclesia.

Diaconi, inquit Apostolus 1. Tim. 3: sint unius uxoris uiri. Vbi non quidẽ obligat vt sint coniugati, qui hunc ordinẽ suscipiunt, vt male quidam intellexerunt, sed vt vel cõlibes sint, vel nõ bigami. Sic Ambros. super hunc locum. Iam, inquit, Diaconi de cætero, idest ab ordinatione sua, se ab vsu fœminæ debent cohibere. ¶ Diabolus in verbo Dæmon.

CAPVT XLVII.

Diadema.

DIADEMA Dicitur Hebraicẽ Cheter, vt patet Esth. 2. & Job. 36. Diadema Gracẽ διαδẽμα, Latine corona regium insigne, αὐτὸ τοῦ διαδẽμα dicitur, idest a circumligando, quia capiti circumligatur. Sic dicitur Ecclesiæ, vt exponit Hiero. Isa. 62. Et eris corona gloriæ in manu Domini: & diadema regni in manu Iherui. Si ergo Ecclesiæ Catholica vt diadema victoriæ regalis est in manu Dei, quid mirantur hæretici: Si pars hæreticorum non proualebunt aduersus eam? De Ecclesiæ igitur exponunt hunc locum Iulianus Augustinus lib. de vnitãte Ecclesiæ cap. 7. & Cyrillus hic, & allegat illud Ioan. 10. quod Dñs ait. Ego cognosco oues meas, &c.

2
Gelasius Pap.
Con. Agath.
1. Timot. 3.
Ambros.
Hierony. Isa. 62.
Matth. 16.
August. Cyrillus. Ioan. 10.

Hilarius.
Hierony.
Beda.
Chrysof.
Hierony.
Isai. 30.
Hierony.
Matth. 18.
Matth. 15.
12
Psal. 47.
Hugo Cardinal.
Psal. 89.
Hierony.
August.
Cassiodo.
Glos.
Matth. 17.
Eccli. 36.
Matth. 2.
Luc. 2.
Isai 43.
Ioan. 1.
August.
Ambro.
Chrysof.
Athanas.
Euseb.
Isai. 62.
Hierony.
Psal. 17.
Cassiod.

Con. Neoc.
Cõc. Roma.
Synod. 6.
1
Leo Papa.
Con. Carth.
Conc. Flor.
Scotus.
Durandus.
Dist. 25.
Dist. 93.
Fabian. Papa.
Ambros.

Matth. 25.
Sapient. 5.

2

Cant. 3.
Bernard.
Glossa.
Theodor.
D. Tho.

Matth. 1.

Luc. 1.
Ioan. 1.

3

Apoca. 19.
Beda.
Rupertus.
Richard.
Ioan. 25.

Eccl. 11.

Luc. 23.

4

Iob. 29.
D. Tho.
Luc. 6.
Titelma.

meas, &c. & non rapiet eas quisquam de manu mea. Et certe non nisi filijs Ecclesie dicitur: Venite benedicti patris mei & accipite regnum. Item Sap. 5. Accipient regnum decoris & diadema speciei de manu Domini.

Diadema vocatur spinea Christi corona, Cant. 3. Egredimini filie Sion, & uide te regem Salomonem in diadema quo coronauit cum mater sua. Sic explicant Bernard. Glossa ordinaria, Theodor. & D. Tho. Est & alia expositio ut diadema eius, sit humanitas ex regibus originem ducens, iuxta illud Matth. Liber generationis Iesu Christi filij David, &c. Mater ergo Maria hoc illi diadema ligauit in die desponsationis, quando dixit: Ecce ancilla Domini. Et Verbum caro factum est.

Diademata multa sunt in capite Christi, Apoc. 19. id est coronae sanctorum omnium, quas ille meruit: ut illi eas gratia eius praeueniente & cooperante mereretur. Sicut exponunt Beda, Rupertus, Richard, & alij. Ideo dicebat apud Ioan. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi miserit in uita, sic nec uos nisi in me miseritis. Dat autem Christus interdum diadema contemptibilibus in oculis hominum, iuxta illud Eccl. In suspicabilis portauit diadema, sic dedit latroni dicens: Amē dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Quare nemini desperandum est.

Diadema iudicum est iustum iudicium, Iob. 29. Iustitia indutus sum sicut uestimento: & diadema iudicio meo, quia ut exponit D. Thom. Iob iudex erat integerrimus, & scriptum est. In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini. Sic etiam explicat Titelmannus, declaratur ergo per diadema, meritum iudicis iuste iudicantis.

¶ Dicere, in verbo Loqui.

CAPVT XLVIII.

Dies.

DIES Hebraice vocatur Iom, Graece uero ημέρα, hodie autem aduerbium quasi hoc die.

Et quidē dies in genere masculino spatium denotat viginti quatuor horarum, quo Sol primi mobilis impetu raptus ab Oriente in Occidentem suum peragitur: qui dicitur dies naturalis. Vel significat tempus duodecim horarum, quo in nostro splendet Hemispherio, qui dies

dicitur artificialis. Dies autem in genere foemenino tempus plerumque indeterminatum designat, iuxta illud: Longa dies homini fecit parere leonem. Praeterea Macrobius lib. 1. cap. 3. tradit diem quoque ciuilem viginti quatuor horarum ab antiquis vocatum, qui diuersimode secundum varios nationum mores initium finemque sortiebatur. Nam Athenienses diem suum ab Occidente Sole usque ad iterum Occidentem computabant. Babylonij contra ab ortu Solis usque ad alium ortum. Umbrij populi a meridie ad meridiem sequentem. Romani denique a media nocte usque ad aliam mediam noctem: quorum nobis consuetudo in Hispania remansit in ieiuniis, in festis seruandis, & alijs. Quod etiam Aegyptij tenuerunt & Astronomi seruant. de quo lege Plinium lib. 2. cap. 77. Gellium lib. 3. noctium Atticarum cap. 2. & Isidorum lib. 3. Ethymologiarum ca. 9. Iudaei uero in diebus festis a uesperis computabant usque ad uesperas alterius diei. Quod in officio festorum recitando seruat tota Ecclesia latina, non incessando ab opere manuum.

Dies vnus dicitur est primus dies mundi, Genes. 1. Et factum est uespere & mane dies vnus. Et non dicitur dies primus quod quidam putant esse Hebraicum, sicut legimus Daniel. 9. Vno anno Darij Regis, & Ioan. 20. Vna autem Sabati. Ceterum cum legamus saepe in scripturis primum diem, sicut Genes. 8. Prima die mensis apparuerunt cacumina montium. Et Exod. 12. primus mensis, & alibi passim. Potius audiendus Basilius in Exameron sub finem ubi ait. Moysen ita loquutum ut ostenderet quantum se dies naturalis extenderet, scilicet quantum noctes quas tenebras appellauit, & lucis totius artificialis diei comprehenderet. Vel dicitur vnus, id est, precipuus qui Dominicus quidē dies a Dominica fuerat resurrectione uocandus, multisque alijs nobilitandus encomijs. Nam eo die Hebraei sicco uestigio mare Rubrum transierunt. Eodem primum manna pluit patribus in deserto. Eodem die octauo nimirum post resurrectionem ianuis clausis ad discipulos ingressus dubium Thomam ostensis uulneribus confirmauit. Eodem super discipulos misit Spiritum sanctum.

Macrobius

Plinius

Gellius

Isidorus

2

Gene. 1.

Ioan. 20.

Basilius

Exod. 14.

Exod. 16.

Ioan. 20.

Act. 2.

Eodem

Apoc. 1.
Leo Papa.
August.
Beda.

3

Quaestio.

August.

Gen. 1.

Abulensis.
Acgubianus.

Catheri.

August.

Rupertus.
Eucher.

Caieta.

Eodem praeterea Ioannes mirabiles uisiones uidit, Apocal. 1. de his & alijs lege Leonis Papae 81. epistolam ad Discorum, capit. 1. & August. ser. 154. de tempore. Et epist. Bedae de celebratione Paschatis, seu de aequinoctio uerno.

Ceterum quaeri solet, quare dicatur Genes. 1. Factum est uespere & mane dies vnus, id est, quare priori loco uespere sit positum de quo sunt uariae sententiae. Augustinus libr. 1. de Genesi ad litteram dicit: Uespere uocari noctem, & mane diem artificialem, ex ipso autem mundo a nocte, quia Genes. 1. Tenebrae erant super faciem abyssi, ante quam diceret Deus: Fiat lux. Transieruntque duodecim horae noctis, quae uocantur uespere, ne Deus uideretur a nocte suum opus exorsus. Deinde sequuntur totidem horae lucis, quae mane dicuntur. Hanc sententiam sic explicatam recipit Abulensis super Gen. 1. Et August. Augubianus. Itaque secundum istos primis duodecim horis in toto orbe fuit nox tenebrosa. Secunda nihilominus sententia mitior est Catherini, apud Antipodas, in primo instanti mundi fulsisse Solem duodecim horis, quibus apud nos tenebrosa fuit nox, quae honestiori uocabulo Uespere dicitur, & ideo primo loco ponitur, quia sermo est de terra nostra habitabili. Sed deficit haec sententia, quia ratione affert nullam, quare in terra nostra coeperit nox: & apud antipodas lux diurna, in primo instanti mundi, cum potius contrarium, rationi consentaneum uideatur. Tertia sententia est Aug. lib. 11. de Ciuit. c. 7. Uespere cognitione esse Angelorum uespertinam, qua res in ipsis earum naturis per species sibi intelligibiles ingenitas cognouerunt prius, sed mane uisionem esse matutinam, quae res in uerbo diuino clare uiderunt, quando sunt postea felicitate donati. Sequuntur eandem sententiam Rupert. Eucher. & alij quidam. Sed quis non uideat hoc mysticum esse nos autem sensum historicum inuestigamus. Quarta ergo sententia Caiet. est super hunc locum, non in tenebris quidem mundum creatum, sed in eo instanti, quo creatus est, fuisse lumē Solis in nostro hemispherio per horas duodecim, & hoc uocari mane. Itaque tantum prius natura fuerunt tenebrae super faciem abyssi. Et posterius natura dixit Deus: Fiat lux. Deinde totidem horis noctem successisse, quae uocatur uespere.

res: sed quare fiat prius mentio de uespere non exponit Caiet. Est ergo quinta sententia, per synochē dicitur: Factum est Uespere, & mane dies vnus: quia sola illa pars quae uocatur Uespere, quae non est duarum horarum, & illa non longior, quae dicitur Mane non faciunt diem unum, sed ponitur pars pro toto. Et quia Uespere pars est, in qua finitur dies artificialis duodecim horarum, qui praecessit quidem in nostro hemispherio, totum illud spatium diurnum, quod Sol facit super terram habitabilem nostram uocatur Uespere. Et ponitur primo loco, sicut prius uere fuit. Deinde nox duodecim horarum, quae sequitur: est terminatur in mane, quae pars eius est precipua: ideo a nobiliori parte tota uox Mane uocatur, & ponitur posteriori loco, sicut uere fuit Factumque est uespere, id est dies artificialis, cuius terminus est uespere. Et mane, id est ex nocte cuius terminus est mane, dies vnus naturalis primus in orbe. Hanc sententiam libentius amplectimur, tanquam textui magis coherentem, quam expressè tenet Ambr. lib. 1. Exame. c. 10. & Basilius ho. 2. Exame. scilicet Chryso. ho. 3. Et 5. in Genesim, & Aug. lib. 5. de Genesi contra Manichaeos. c. 10. Et in libr. imperfecto super Gen. c. 7. & Hugo Victor. in annotatio. super Genesim, cap. 6. & alij quidam.

Dies nouissimi in Scriptura plerumque significant tempus post resurrectionem templi a Zorobabel, & totum tempus legis gratiae usque; etiam ad finale iudicium, secundum quod praecedentia, uel subsequenta in textu postulant, quauis raro uim tantum habeant comparatiui, & denotent posterius tempus etiam proximum, quod ex praecedentibus, & sequentibus deprehenditur. Haec regula est antiquorum patrum, & etiam peritissimorum quidem inter recentiores, contra uos Rabbinos, qui mysteria legis gratiae hac phrasi denotata frequenter obcurare conantur. Ita tenet priorem huius regulae partem, quae magis uiget Hebraeos, Hieronymus super illud Isai. 2. Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini, in uertice montium. Nouissimos, inquit, dies in Genesi legimus: quod uocante Iacob filios suos, atque dicente: Venite ut annuntiem uobis, quod futurum sit in nouissimis diebus. Postea ad Iudam, de cuius femine ortus est Christus dixerit: Non deficiet scriptum de Iuda, &c.

Ambro.
Basilius.
Chryso.
August.

Hugo Vict.

4
Regula.

Hierony.
II. 2.

Gen. 49.

donc

1. Ioan. 2. donec ueniat cui repositum est, &c. In his diebus erit hora nouissima. de qua & Ioannes: *Filij nouissima hora est.* Hæc Hieron. qui super simile vaticinium Michæ. 4. *Et erit in nouissimo dierum mons domus Domini præparatus, &c.* confirmat sensum prædictum huius phrasæ. Iste, inquit, mōs domus Domini in nouiss. mo dierum ostensus est, quando appropinquauit regnum cælorū. Si quidē semel in consummatione sæculorum, in reprobationem peccati, per hostiam suam Saluator noster apparuit, Heb. 9. Et vndecima hora ad conducendos operarios venit, de qua Ioannes: *Filioli nouissima hora est.* Hæc Hierony. De quo legendus est August. episto. 80. ad Ifichium, item super locum citatum Isai. 2. Procopius & Theodoretus. Item Lyranus & Adamus qui dicunt nouissimos dies significare vltimam ætatem aduentus Christi, quæ vocatur ab Apostolo Galat. 4. *Plenitudo temporum.*

5
Galatinus, Hier. 2. Item Galatinus lib. 5. cap. 2. tenet eadem regulam, & adducit illud Hieron. *Et erit in nouissimis diebus, reuerti faciam captiuitatem Elam.* Id est captiuitatē Cyri Elamitæ hoc est Persæ: quæ captiuitatis relaxatio ad tempus vsque aduentus Christi permansit in tēplo reedificato. Quod confirmat ex eo quod vbi in Hebræo est lamin. diebus additur articulus *h* quem Hebræi notificatiuū per Emphasim vocat: vt pote qui denotet rem insignem & certam: sicut ponitur etiam Deuter. 31. *Occurrent, inquit, Moyses uobis mala in extremo tempore, quando feceritis malū in conspectu Domini.* Vbi ponitur *h*. id est in illo extremo tempore, quando videlicet Iudæi Christū persecuti audierunt ab eo: *Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Et non relinquent in te lapidem super lapidē.* Eandem obseruationem vrgent contra Iudæos Iulianus Archiepiscopus Tolentanus, & Adrianus Finius lib. 7. Flagelli contra Iudæos, cap. 7.

6
Dan. 2. Neque opus est vt si multa futura dicantur post notam illam, tempore nouissimō, vel in nouissimis diebus, omnia illa pertineant ad legem gratiæ, sed satis est si aliquid ex illis, verbi gratia, Dan. c. 2. Nabuchodonosori dixit: *Est Deus in celis reuelans mysteria, qui reuelauit tibi quæ futura sunt, in nouissimis temporibus.* Vbi satis est inter alia regna reuelatum esse illi regnū

Christi, & tempus gratiæ. sic quod Iacob dixit: *Venite ut annuntiem uobis, quod futurum sit in nouissimis diebus,* Satis est vt inter multa paulo post futura dixerit aliquid ad legem gratiæ pertinens, scilicet donec ueniat Silo, &c.

7
Erat autē hæc phrasæ vsq; ad eō Apostolis consueta, qua vltimam ætatem legis gratiæ significarēt. vt Petrus allegans illud Ioel. 2. vbi Hebraicē legitur: *Et erit post hæc, effundam de spiritu meo super omnē carnem.* Sed quia sermo erat de ætate mūdi vltima in lege gratiæ sensum magis attendēs quam verba dixit & erit in nouissimis diebus, quia sciebat Petrus, vt notat Hierony. super eundē locum, Scribas illa verba Ioel de extremo tēpore intelligere: & non stricte de die postremo finalis iudicij, sed de ipso tempore, in quo Petrus ipse viuebat: quando moriente Domino Sol obscuratus est, &c. Sic de tota ætate legis gratiæ dixit Paulus: *Spiritus manifeste dicit quod in posterioribus temporibus, sicut Græcē legimus, vel sicut vulgata vertit. In nouissimis temporibus, discedent quidam à fide.* Ita explicat D. Thomas super. 1. Timoth. 4. Nouissimum, inquit, tempus est nouissima ætas in qua sumus, in quos fines sæculorum deuenerūt. Et Aug. epist. supra citata ad Ifichium, ipsa Apostolorū tēpora vocari dicit nouissimos dies, sicut 1. Timoth. 3. *In nouissimis diebus instabūt tempora periculosa, & 2. Petr. 3.*

8
Porro quando indifferenter accipitur pro tempore futuro in posterū, quodcumque illud sit, ex contextu facile deprehenditur. sicut Isai. 9. *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon. Et in nouissimo aggravata est uia maris.* Vbi iuxta Hieronymum ex illa collatione primi & nouissimi colligitur primum plane tempus vocari: quando capit Dominus miracula facere. Nouissimum verò quando credere Iudæi noluerunt prædicantibus Apostolis. Sic Matth. 2. 2. *Cum dixisset quinque viros, vnum post alium, quandam fœminam habuisse, postea subdit: Nouissime omnium defuncta est & mulier.* Et Marc. vltimo: *Nouissime recumbentibus uidecim discipulis apparuit illis Iesus.* Græcē *ὁ ἅγιος* postea, per quod vulgata vertit nouissimē.

9
Dies magnus in Scriptura solet intelligi de die finalis iudicij, aut de aliqua

Ioel. 2. magna strage, quæ finale iudicium repræsentet, sic Ioel. 2. *Antequam ueniat dies Domini magnus & manifestus.* Vel horribilis, ita exponunt Hieronymus, Theodoretus & alij: dicitur autem à Septu. manifestus, vt allegauit Petrus Act. 2. *Quia vt inquit, Theodoretus: Erunt signa in Sole, & Luna. Vocatur autem Hebraicē horribilis: Quia erit in terris pressuræ agentium, &c.* Et in eodē 2. ca. Ioelis paulo ante dicitur: *Magnus est enim dies Domini, & terribilis ualde, quis sustinebit eum? Quod iuxta historiam de aduentu Chaldæorum intelligit Hieronymus, ad expugnandam Hierusalem, mysticē vero de die finalis iudicij, vel exitus cuiuscunque de corpore, præsertim peccatoris. Qualis ille de quo: Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.*

IO
Soph. 1. Hierony. Sic etiam Sophoniæ. 1. dicitur: *Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & uelox nimis.* Quod Hieronymus licet iuxta historiam de captiuitate Hierusalem exponat, sed mysticē intelligit de die finalis iudicij vel mortis, dicitur autem uelox, & iuxta, quia nihil non breuissimū, æternitati supplicij, vel gloriæ comparatum. In eodem sensu exponit Hieronymus illud Hieron. de vastitate populi Iudaici: *Væ, inquit, quia magna est dies illa, & non est similis eius.* Sed vt inquit Vatablus aliqui referunt ad persecutionē Antichristi, de qua Matt. *Et erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi neque fiet.* Denique iuxta literam de postremo die mundi dicit Malach. *Eccē ego uobis mittam Eliam Prophetam, antequam ueniat dies Domini magnus, & horribilis.* Quod non de alio Propheta, sed de persona Eliæ exponunt Origenes tomo. 7. in Ioannem, Chrysostomus Homil. 58. in Matthæum, Gregorius Nissenus libro de Aduentu Domini in carne, in principio, August. lib. 2. o. de Ciuitate cap. 29. & super Malachiam, Cyrillus, Theodoretus & Lyranus. De eodem die finali exponit Beda illud Apocaly. 6. *Quia ueniet dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare? dicitur itaque dies iudicij magnus, quia terminus est omnium operationum mundi, item quia terminus omnium laborum iusti, præterea quia initium æternitatis gloriæ iustorum & pœnæ reprobatorū.*

II
Hieron. Ose. 1. Dies magnus in bonum intelligitur vel Natiuitatis, vel Resurrectionis Christi. Sic exponit Hieronymus illud Ose. 1.

Quia magnus dies Iezrahelis. Vbi ait Iezrahel significare semen Dei, qualis est Christus natus de Spiritu sancto, iuxta illud Matthæ. *inuenta est Maria in utero habens de Spiritu sancto.* Et Luc. *Spiritus sanctus superuenit in te.* Sic etiam exponit Cyrillus. est ergo magnus dies Natiuitatis Christi, in qua Angeli canunt: *Gloria in excelsis Deo, &c.*

I 2
Dies magnus apud Romanos vocabatur ille, qui multis malis finem imponere, ut testatur Cornelius Tacitus in vita Agricolæ. Talis fuit dies resurrectionis Domini, incarnationis & passionis, quia incarnando totius generis humani abstulit opprobrium, quod erat originali vinculo dæmonis seruituti subiectum. De quo August. intelligit, quod Dominus dixit Pharisæis Ioann. 8. *Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum.* Id est aduentus in carnem, sine opere uiri, sed opere Spiritus sancti. Quia magnus dies Iezrahelis vt dictum est numero præcedenti. Porro Chrysostomus intelligit de die passionis, qui etiam est magnus, in quo nimirum mortem omnium moriendo superauit. *Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolus.*

I 3
De die uero magno Dominicæ resurrectionis canit Ecclesia uersiculum illum Psal. *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Sicut enim Sol iste cælestis naturalem diem cursu viginti quatuor facit horarum, sic Christus sol iustitiæ, sic enim Malach. 4. vocatur, termino suæ uitæ mortalis imposito, diem in suo corpore capit immortalitatis, & gloriæ nostræ, & ideo magnus iste Iezrahelis, quia Psal. 110. *Magna opera Domini.* Postremo dies Dei Iob. 24. æternitatem denotant: *Qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius.*

I 4
Dies sæculi sine addito denotant, vel omne tempus antiquorum, antequam filius Dei carnem assumeret, vel omne tempus quo ab initio vsque ad finem mundus iste percurrit: priori modo exponit Vatablus illud Esai. 63. *Ipsè redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus sæculi.* Posteriori uero modo intelligendum Hieronymus censet, & merito: Quia filius Dei sicut bonus pastor animam suam dedit pro ouibus suis, quas redemit, eademque uirtute sacramentorum quasi super humeros

portat, vsque ad mundi finem, iuxta illud: *Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.* Et Luc. 15. ubi ouem errantem super humeros imposuit. In quem sensum citat hunc locum Isaiæ Athanasius in epistola ad Serapionem, sed pro tempore antiquorum patrum accipitur Malach. 3. *Et placebit Domino sacrificium Iuda sicut dies seculi.* Ita etiam intelligit Theodoretus, ceterum illud Eccl. 1. *Dies seculi quis enumerabit.* quod Lyranus vix intelligit, cum videat ab initio mundi omnes, & dies esse numeratos. Sed aduertere debemus, eos saltem non posse à nobis modo numerari, qui vsque ad finem mundi remanent. Quia de illo die nemo scit neque Angelorum. Matth. 24.

15 Dies Domini in deteriore partem denotat diem finalis iudicij, vel tantæ calamitatis, vt diem vltimum representet, & quidem de die finalis iudicij, in historico sensu dicitur 1. Corinth. *Vniuscuiusque opus quale sit, dies Domini declarabit.* Sic exponunt Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Theophylactus, & alij, sicut & illud 2. Thes. *Neque terreamini, &c. quasi instet dies Domini,* & ad Corinth. *Spiritus saluus sit in die Domini.* Idest iudicij. & ita passim in nouo præsertim testamento. Vocatur autem inter alias rationes dies Domini, quia reliqui dies in nostra quodammodo potestate sunt, ad poenitentiam, & meritum, sed iam ille dies iudicij totus diuinæ iustitiæ reseruat. Cum acceperis tempus ego iustitias iudicabo. Nec illa poterit amplius sententia finalis reuocari: *Recedite maledicti in ignem æternum,* Matth. 25.

16 Porro de die vastationis Hierusalæ in historico sensu, mystice vero de die iudicij exponit Hieronymus loca sequentia Sopho. 1. *Quoniam iuxta est dies Domini,* & Esai. *Quia dies Domini exercituum super omnem superbium, & excelsum.* Item Ioel. *Quia uenit dies Domini, quia prope est dies tenebrarum & caliginis,* & Zacha. *Neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini.*

Item de captiuitate quoque decem tribuum ab Assyriis exponit Hieronymus loca sequentia Amos. 5. *Vae desiderantibus diem Domini.* Quia scilicet per

contemptum dicebat populus, vtinam veniret dies Domini. De quibus addit, Amos: *Qui separati estis in diem malum, & capit. 8. Et ponam nouissima eius quasi diem amarum.* De quo item Michas: *Dies speculationis tuæ, uisitatio tua uenit.* Idest dies captiuitatis, quam sicut à longe speculabaris, neque redebas, quod competit diuitibus huius sæculi, iuxta illud: *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* Vocatur etiam dies tribulationis Nahum. 1. *Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis.* Item dies occisionis, apud Hierem. *Et dies afflictionis.* Quod de destructione intelligitur Hierusalem, quæ etiam appellatur dies furoris Domini Thren. 2. Præterea dies nubis & caliginis Ezechiel. 34 & dies uisitationis Isai. 10. A. dies interfectionis Isai. 22. B. dies uisionis capit. 34. B. & dies iræ Dei Psalm. 109. *Quæ omnia mystice ad diem iudicij finalis referuntur, quando erit in terra pressura gentium.*

Iam vero dies finalis iudicij vocatur dies mala, scilicet malitia pœnæ Psalm. 48. *Cur timebo in die mala?* Item Psalm. *In die mala liberabit eum Dominus.* Vocatur dies tribulationis Iob. 3. A. Psalm. 33. & 36. item 1. p. 5. Quoniam dies mali sunt, idest laboriosi, & dies ætus, Esai. 27.

Item dies iudicij dicitur, dies nota Deo, quia hominibus incognita Zach. 14. *Et erit in die illa non erit lux, sed frigus & gelu, & erit dies una quæ nota est Domino, non dies, neque nox, & in tempore uesperis erit lux.* Quod quidem Hieronymus de aduentu Domini ad iudicium intelligit, unde quia: *Refrigescet charitas multorum, erit frigus & gelu, non erit autem dies, neque nox, quia cessabit cæli motus, iuxta illud: Et uirtutes cælorum commouebuntur.* Sed uespere lux erit, quia sanctis dicitur: *Venite benedicti patris mei.* Et fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Sic etiam exponit Rupertus Abbas, Glossa & Lyranus, item Cyrillus locum istum Zachariæ, & recte iudicio meo, quamuis Eusebius Cæsariensis libro. 6. de Demonstratione capit. 18. & libro. 10. capit. 7. de primo Domini aduentu in carne mortali putet intelligi, quem sequitur Theodoretus & Theophylactus, in Symphonia capit. 11. qui omnes dicunt in die pas-

Amos. 6.
Amos. 8.
Mich. 7.
Luc. 16.
Nahu. 1.
Hier. 12.
Hier. 17.
Thren. 2.
Psalm. 109.
Luc. 21.
18
Psalm. 48.
Psalm. 40.
19
Zach. 14.
Hierony.
Matth. 24.
Luc. 21.
Matth. 25.
Matth. 13.
Rupertus.
Glossa.
Lyranus.
Cyrillus.
Eusebius.
Theodo.
Theophy.

fionis Christi fuisse gelu, quia Petrus calescibat se, & non fuisse diem propter tenebras factas hora sexta Luc. 23. Sed neque noctem, quia erat hora sexta & nona. Sed certe expositio prior magis inhaeret contextui. Quia post vastationem Hierusalem, potius de secundo aduentu ad iudicium, quam de primo ad passionem agere Propheta debuit. De quo dicit *Ueniet Dominus meus, & omnes sancti eius cum eo.* Quod non quadrat plane passioni, sed iudicio finali.

20 Dies venire super aliquam calamitatem importat atque molestiam, sic de diebus tempore captiuitatis decem tribuum exponit Hieronymus illud Amos: *Ecce dies uenient super uos, & leuabunt uos in contis.* Idest capita uestra in hastis fixa leuabunt Assyrii. Item de vastatione Hierusalem sub Romanis Esaias ait: *Quia ecce dies Domini exercituum, &c. Super omnem turrem excelsam, & super omnem murum munitum, & super omnes naues Tharsis.* Et Hieremias: *Induc super eos diem afflictionis.* Denotat enim quasi pondus super capita peccatorum. Sic Dominus ad Hierusalem: *Ecce, inquit, uenient dies in te.* Idest super te, sicut citat Hieronymus hunc locum, super Esai. 5. & Iansenius sic exponit.

21 Dies etiam alicuius dicitur in malum & in bonum in malum denotat calamitatem, iuxta illud Abdia quod Idumeorum populodicit: *Et non despicias in die fratris tui.* Idest in die vastationis populi Iudaici fratris tui, quia tu descendis quidem ab Esau, & ille à fratre eius Iacob. Sic exponit Theodoretus, qui obseruat impletum esse hoc, quando Hierusalem à Romanis obfidebatur. Tunc enim Idu mæi irriserunt eos, & multos ex eis pereemerunt, vt narrat Iosephus. Secundum eandem phrasim dicitur Psalm. de impio: *Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit, quod uenit dies eius.* Idest mortis calamitosæ, vt exponunt Hieronymus & Augustinus, sic dies Madian dicitur, Esai. 9. *Iugum enim oneris eius, &c. & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.* Idest tu Christe, vt exponit Hieronymus, iugum generis humani, & sceptrum diaboli confregisti merito natiuitatis tuæ, sicut à Gedeone contriti sunt Madianitæ Iudi. 7. Vnde nascen-

Luc. 23.
Hierony.
Amos. 4.
Esai. 2.
Hier. 17.
Hierony.
Iansc.
Abdia.
Theodo.
Psalm. 36.
Hieron.
Aug.
Esai. 9.
Hierony.
Iud. 7.

te Domino cecinerunt Angeli: *Et interra pax hominibus bonæ uoluntatis.* Sic dies alicuius dicitur dies mortis eius, sicut de Saule dixit Dauid: *Nisi Dominus percussisset eum, aut dies eius ueniret, ut moriatur.* Sic 3. Reg. 2. A. & Hier. 50.

22 Dies uero alicuius dicuntur foelicitatis humanæ, sicut de Ieroboam primo Rege decem tribuum electo dicitur Ose. 7. *Dies reges nostri, ceperunt principes surere à uino.* Idest inebriati principes, in festo electionis regis sui, adorare ceperunt vitulos aureos, vt exponit Hieronymus, sic Iob. de diebus prosperitatis suæ ait: *Dies mei uelociores fuerunt cursore.* Quod & Maro cecinit: *Optima quæquæ dies, miseris mortalibus aui, prima fugit.*

In eodem sensu de mūdianis dicit Iob. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Sic accidit illi qui mortuus est, & sepultus est in inferno. Secundum eandem phrasim dicit Dominus ad Hierusalem: *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.* Super quem locum Gregorius Homil. 39. Suam, inquit, hic diem habet anima peruersa, quæ transitorio gaudet in tempore, &c. Et pacem habet in die sua, quæ graue damnationis scandalum patietur in die aliena. Hæc Gregorius: qui uocat diem alienam diem iudicij, & mortis, quia illa in potestate iudicis est, neque spatium dat poenitentia peccatori post obitum, ideo Hieremias dicebat: *Et diem hominis non desiderauit.* Idest prosperitatem sæculi, vt exponit Hierony.

23 Dies captus dicitur in scriptura con summatus, & transactus, secundum phrasim Hebraicam, ita Luc. 2. *Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer.* Qui tamen capto die octauo circumcisus est. Et ibidem: *Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ.* Cum tamen quadagesimus captus esset duntaxat. Sic dicitur Matth. 27. *Recordati sumus quod seductor ille, &c. dixerit post tres dies resurgam.* Idest tertio die capto, sic Ioann. 20. *Post dies octo erant discipuli eius intus.* Idest incipiente octauo die.

¶ Dies pleni Psalm. 72. vide in uerbo Implere Num. 18.

¶ Implere dies suos Isai. 65. quid sit uide ibidem.

Dies illa, quando ponitur in noua præ

Luc. 2.
2. Reg. 24.
22
Ose. 7.
Hierony.
Iob. 9.
Virgilius:
Iob. 21.
Luc. 16.
Luc. 19.
Greg.
Hier. 17.
Hierony.
23
Luc. 2.
Matth. 27.
Ioan. 20.
24

ditione, neque ad praeterita indifferenter refertur, sed potius absolute pronuntiat, diem aliquem certum, & omnibus conspicuum significat, id est in horum diem aduentus Domini, & tempus legis gratiae, in terrorem vero diem iudicij finalis. Aliquando denique denotat diem relaxationis Babylonicae captiuitatis vt subiectis exemplis ostendemus. Quantum ad primam partem huius regulae, dicit Esai. *In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terrae sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel.* Quod de toto tempore legis gratiae Hieronymus intelligit, post destructionem Hierusalem vique ad finem mundi, quando reliquiae Israel conuertentur: *Et erit unus ouile, & unus pastor.* Fructus vero terrae sublimis est Christus, conceptus de Spiritu sancto ex Maria virgine, **Luc. 1.** *Spiritus sanctus superueniet in te.*

Item Esai. 11. *In die illa erit radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsam gentes deprecabuntur.* Quod de Christo intelligunt patres Hieronymus Cyrillus, Theodor. & alij, de quo Simeon: *Hic erit in ruinam, & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur.* Est autem notandum vbi vulgata vertit signum, in Hebraeo esse Nes, significans vexillum militare, vnde verbum Nasas est leuare vexillum sine signu militare, itaque sensus est, Christum exaltandum in Ecclesia quasi vexillum militare, ad quod omnes electi congregentur, & contra quod reprobi praerentur. in quo sensu Dominus dixit Ioan. 3. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis.* Et certe Num. 21. dixit Dominus Moyse: *Fac tibi serpentem aeneum, & pone pro signo.* Hebraice Nes, vexillum significans, de quo Ioan. 12. *Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum.* Id est quando vt vexillum & signum eleuatus fuero, & aduerte, vbi Esai. 7. dicitur Deus ipse dabit vobis signum, non esse vocem Nes, vexillum, sed aliam quae denotat indicium.

Secundum eandem phrasim dicitur Esai. 26. *In die illa cantabitur canticum istud in terra tuda, urbs fortitudinis nostrae, saluator ponetur in ea, murus & antemurale.* Quod tam de caelesti Hierusalem, quam de Ecclesia militante Hieronymus explicat, vbi Christus per fidem murus est, & idem

per bona opera dicitur Ecclesiae ante murale vnde porta inferi non prauelebunt aduersus eam. Quia vt additur Esai. 27. *In die illa uisitabit Dominus super Lenaiabam, &c.* Quod Hieronymus impleri capisse putat, quando Dominus dixit: *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicitur foras.*

Item de lege gratiae, & conuersione gentium dicitur Esai. 19. *In die illa erit aliae Domini in medio Aegypti.* sicut explicant Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Procopius hoc loco, & Augustinus libro de Unitate Ecclesiae capit. 14. & Eusebius de Demonstratione lib. 6. cap. 20. Quod capit in plerumque primum Christus infans altare viuum ductus est in Aegyptum, sed confirmatum est conuersis ad Christum Aegyptiis. De quo Dominus quidem dixit Samaritanis: *Venit tempus quando neque in monte isto neque Hierosolymis adorabitis patrem, &c.* Sed vbi que gentium.

Tunc etiam impletum est illud Esai. *Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ecce ego qui loquebar adsum.* Id est qui loquebar per Prophetas vt exponit Hieronymus adsum: *Et uocatum est nomen meum Iesus.* Id est Saluator, ita explicant Tertullianus libro. 4. aduersus Marcionem & Eusebius libro. 6. de Demonstratione capit. 24. & Soter Papa epistol. Decretali tomo. 1. conciliorum, qui ergo aperiebat ora prophetarum, iam ipse discipulos habens: *Et aperiens os suum, docebat eos.* De conuersione quoque gentium dicitur Esai. 25. *Audient in die illa surdi uerba libri.* Sic intelligunt Cyrillus, Theodoretus, Procopius & Hieronymus. iuxta illud Matth. *Multi ab Oriente, & Occidente uenient, &c.* De quo tempore Hieronymus & Theodoretus explicant illud Hierem. *Eccce dies uenient dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum.* Christus inquit Dominus proprie est germen iustum, siue oriens iustus, de quo legimus Psal. *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis*

De uocatione quoque Ecclesiae in lege gratiae legimus Ose. 2. *Et erit in die illa uocabit me uir meus, & non uocabit ultra Baali.* Quod dupliciter exponitur prior expositio Hieronymi apud Hebraeos, & Syros Baali, idem est quod maritus, &

Matt. 16.
Esai. 27.
Hier.
Ioan. 12.
27
Esai. 19.
Hier.
Cyrillus,
Theodoret.
Procop.
Aug.
Eusebius.
Matth. 2.
Ioan. 4.
28
Esai. 52.
Hier.
Luc. 2.
Tertul.
Eusebius.
Soter Papa.
Matth. 5.
Esai. 29.
Cyrillus.
Theodoret.
Procop.
Hierony.
Matth. 8.
Hierony.
Theod.
Hier. 23.
Psal. 71.
29
Ose. 2.
Hierony.

Esai. 4.
Hierony.
Ioan. 10.
Luc. 1.
25
Esai. 11.
Hierony.
Cyrillus,
Theodoret.
Luc. 2.
10.
10.
Ioan. 3.
Num. 21.
Ioan. 12.
Esai. 7.
26
Esai. 26.
Hierony.

vulgo

vulgo mulier maritum suum vocat Baali, quod est habens me, quia Baal idem est quod habens, cui si addas. Iod est habens me, latine Dominus meus, Hispane (misenor). Est tamen aliud nomen id est vir & isi. Vir meus, hoc autem posterius non dicitur de idolis, sicut dicitur illud prius, quia sicut maritus sic etiam idolum vocabatur Dominus meus, quod est Baali, iam ergo dicit Deus, Ecclesia ex gentibus congregata non uocabit me Baali, Dominus meus, quamuis licite posset, sed Isi, vir meus, ne nomen quod est commune marito, & idolo pronuntiet ore suo, sed auferam nomina Baalim de ore eius. Posterior vero expositio Lyrani & Rabbi Salomonis uocabit me Ecclesia vir meus, id est nomine amoris, & non Baali, id est Dominus meus, quod est nomen timoris. Quod certe maxime conuenit statui legis gratiae. Quando sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret. Et quando filius Dei dixit Apostolis: *Iam non dicam uos seruos, sed amicos.* Et Ecclesia dicit Cantic. 2. *Surge amica mea.* Et Cantic. 4. *Quam pulchra es amica mea, &c.*

De eodem tempore dicitur Ioel. 2. *In die illa effundam de spiritu meo super omnem carnem.* Quia non solum super Apostolos uenit Spiritus sanctus, sed cum praedicante Petro credidissent ad tria ferme millia, & baptismum recepissent, super illos omnes uenit Spiritus sanctus, ita ut signa facerent, iuxta illud Marci ultimo: *Signa autem eos qui crediderint, haec sequentur, in nomine meo demonia eicient, linguis loquentur nouis, &c.* Imo & cum Petrus & Ioannes imposuissent manus in Samaria super plurimos a Philippo Diacono baptizatos, omnes illi signo plane uisibili accipiebant Spiritum sanctum, quod Simon Magus miratus est Act. 8. Tunc enim impletum est illud Ioel. *In die illa, stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac, & mel.* Quia Christus, misso Spiritu sancto, gratis spiritalibus impleuit Ecclesiam, ut Hieronymus exponit. Allegatque illud Ioann. *Qui sitit ueniat ad me & bibat, &c.* Quod Dominus dixit: *De spiritu quem recepturi erant credentes in eum.* Per montes uero Hieronymus maiores in Christo, per colles uero intelligit incipientes, quorum lacte nutritur in-

Lyra.
R. Salomō.
Ioan. 3.
Ioan. 15.
Cant. 2.
Cant. 4.
30
Act. 2.
Marc. ult.
Act. 8.
Ioel. 3.
Hierony.
Ioan. 7.

fantia, de eodem tempore legis gratiae Michae. 5. C. Sopho. 3. B. C. Ag. 2. D. Zachar. 3. D. & capit. 12. B. C. Esaias 17. B.

Porro de die finalis iudicij legimus, Esai. 34. *In die illa uisitabit Dominus super militiam capti.* Vt exponit Hieronymus, quando nimirum, erunt signa in Sole, & Luna. Item Marc. 13. *De die autem illa nemo scit, &c. Neque filius nisi pater.* Id est quauis filius Dei sciat diem finalis iudicij, ut Deus & ut iudex non tamen ad dicendum alijs ita exponunt Gregorius lib. 4. episto. 42. ad Eulogium, Ambrosi. libro. 5. de fide capit. 8. Hieronymus, Chrysostomus, Theophylactus, super Matthae. 24. *Basiliius lib. 4. ad Eunomium, August. lib. 1. de Genesi contra Manicheos cap. 22. & lib. 1. de Trinita. cap. 12.* Quae phrasim recepta est, nam sacerdos sciens peccatum in confessione dicit nescire, scilicet, ad dicendum alijs. Praeterea dies illa dicitur in scriptura de relaxatione captiuitatis populi a Babylone Hierem. 30. *In die illa auferam iugum eius de collo tuo.* Id est iugum Regis Babyloniae. Quamuis sub typo illius ut Hieronymus notat liberatio populi a diaboli iugo debeat intelligi: cui Dominus dicit apud Matth. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis.* subaudi iugo ferreo Satanae: *Et ego reficiam uos, &c.* Tollite iugum meum super uos, &c.

Dies haereditatis secundum phrasim Hebraicam, uocatur tempus quo messes receduntur, & fructus possidentur, quia Hebraei suo more haereditate uocant manu tenere, & possidere. Sic Esai. 17. *Mane semen tuum florebit, ablata est messis in die haereditatis, & dolebit grauiter.* Quod Hebraei, Lyranus, D. Thomas & Adamus, intelligunt de tempore quo decem tribus Israel vastatae sunt ab Assyriis, & in captiuitate ductae. Quia in tempore, quo erant fructus reconduendi, sunt illis ab hostibus ablatae. Sed Hierony. altius intelligit de Hierusalem a Romanis vastata, Tyto & Vespasiano, & de messe non quidem materiali, sed spiritalis doctrine, quae ablata est Iudeis infidelibus in die haereditatis, quando scilicet Ecclesia ex gentibus haereditate possedit gratias Spiritus sancti, ad conuersionem animarum. De qua Luc. *Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Et Ioan. 4.

31
Esai. 34.
Marc. 13.
Gregor.
Ambros.
Hier.
Chrysost.
Theoph.
Basiliius.
Hier. 30.
Hierony.
Matth. 11.
32
Esai. 17.
Lyranus.
D. Tho.
Adamus.
Hierony.
Luc. 10.

33
Aet. 2.
Hilarius.
Pfal. 66.
Hierony.
Cassiodor.
Glossa.
Etsai. 65.
Hierony.
Septuag.
Chalda.
Pfal. 88.
Augu.
Greg.
Cant. 2.
Pfal. 36.
Augu.
Pfal. 86.
Ioan. 6.
Ioan. 8.
35
Pfal. 31.
Augu.
Greg.
36
Etsai. 65.

Respicite regiones quia terra alba sunt ad messem.
Dies vna vocatur tempus legis gratiae incipientis, sic exponit Hieronymus. illud Esai. 66. Nunquid parturiet terra in die una, aut parturietur gens simul, quia parturuit Sion filios suos? Quod impletum est Act. 2. quando in vna die conuersi sunt ad tria milia, &c.
Dies super dies adiici denotat, super dies vitae praesentis dies aeternitatis gloriae superaddi. Sic explicat Hilarius illud Psal. 66. Dies super dies regis adicies. Consentunt Hieronymus, Cassiodorus & Glossa. Item dies ligni vitae aeternitatem significant secundum Hieronymum in illud Esai. 65. Sicut dies ligni vitae, erunt dies populi mei. Quia fructus ligni vitae reddebant hominem mortis expertem. Vbi quamuis in Hebraeo ponatur ligni illius nec addatur vitae, sed quia ponitur articulus. Notificationis hoc exprimere Septuag. volentes addiderunt vitae. Sic & Chaldaeus addit. Item nostra vulgata. Praeterea dies caeli eandem aeternitatem designant Psal. 88. Et ponam, inquit, thronum eius sicut dies caeli, vt Augustinus ait. Denique dies aspirans est dies aeternitatis, vt exponit Gregorius super illud Cant. 2. Donec asperet dies, et inclinentur umbrae. Et in plurali dies boni sunt periphrasis aeternitatis Psal. 36. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Id est durationem sine defectu, vt exponit Augustinus libro. 3. de verbis Domini sermo. 2. Idem intelligit de aeternitate illud Psal. 83. Quia melior est dies una in atrijs tuis super millia. De hac aeternitate vitae beatae, quae tot modis in scriptura significatur, loquebatur filius Dei, quando dicebat: Qui manducat hunc panem, uiuet in aeternum. Et Ioan. 8. Si quis sermonem meum seruaerit, mortem non uidebit in aeternum. Sed dies super dies eius adiciam, & dies eius erunt sicut dies ligni vitae, sicut dies caeli, & sic de alijs, &c.
Tota dies dicitur vita praesens vel alicuius vel absolute quoad mundum transiit. Sic Psal. 31. Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Id est cum toto vitae meae tempore laudes meas clamarem, tacui peccata, vt exponunt Augustinus, Gregorius, &c. Quae phrasia frequens est in Psal. 37. 43. 51. 55. 114. 139. 143. Item Thren. 1. E.
In quo sensu Christus ait, Esai. 65. To-

ta die expandi manus meas ad populum incredulum, qui graditur uia non bona. Id est ad populum Iudaicum ad me vocandum, vt exponit Paulus, Rom. 10. De quo Matt. Quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina, &c. In eodem sensu dicitur Esai. Nunquid tota die arabit arans? Id est nunquid semper Deus flagellabit? Quasi dicat non, vt exponit Hieronymus.
Die ac nocte perpetuam denotat sollicitudinem, & curam, vel studium. Sic Dominus de uinea Synagoga ait Esai. 27. Die ac nocte seruo eam. Quia uidelicet curam illius peculiarem habuit, vt Hieronymus ait, quod ex ea nasciturus erat, usque dum impoenitens repudiata est, iuxta illud: Auferetur a uobis regnum Iei. Item secundum eandem phrasim Esai. de Ecclesia dicit vt Hieronymus ait: super muros tuos Hierusalem constitui custodes: die ac nocte non tacebunt. Id est tam praetati Ecclesiae pro ea incessanter orabunt sicut illis Dominus iubet Luc. 10. Rogate Dominum messem, ut mittat operarios in messem suam. quam etiam Angeli custodes qui pro nobis iugiter orant.
Et quia Deus uult omnes homines saluos fieri ideo de eadem Ecclesia praedicit Esai. Portae tuae aperientur iugiter, die ac nocte non claudentur. Quia uidelicet Christus clamat: Venite ad me omnes. Et Apostolus dixit: Praedicate Euangelium omni creaturae.
Et solum morientibus sine poenitentia dicitur, clausa est ianua Matthae. 25. Denique licet in beata patria non sit diei noctisque vicissitudo, iuxta illud Esai. Non occidet ultra sol tuus. Nihilominus tamen eadem phrasia in caelestibus more humano in eodem sensu seruatur. Quia de beatis dicitur Apocalyp. 7. Et seruient ei die ac nocte. Et de Euangelistis in caelo dicitur Apocalyp. 4. Et animalia non habebant requiem, die ac nocte. Quia iugiter Deum laudant. Vnde otiosi, & pigri non illuc intrabunt, sed operarii vineae.
Dies vnus apud Dominum est, sicut mille anni. Pet. 3. Quia in cognitione Domini sempiterna, tam veloces mille anni, quam dies vnus reputantur. Quia quid finitur, puncto aequiparatur, vt exponit Beda, iuxta illud Psal. Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternae, quae praeteriit. Sic etiam intelligit Caieta-

Rom. 10.
Matth. 23.
Etsai. 28.
Hierony.
37
Etsai. 27.
Hieron.
Matth. 21.
Etsai. 62.
Hierony.
38
2. Tim. 2.
Etsai. 69.
Matth. 11.
39
Marci ult.
Matth. 2.
Etsai. 30.
Apoc. 7.
Apoc. 4.
Matth. 21.
40
2. Petr. 3.
Beda.
Pfal. 89.
Caietan.

August.
Iob. 3.
Greg.
I
Deut. 32.
2
Prou. 29.
Beda.
Matth. 5.
Iansen.
Dionys.
Lyranus.
3
Pfal. 88.
Symmach.
August.

Augu.
Iob. 3.
Greg.
CAPVT XLIX.
Differre.
DIFFERRE dicitur Hebraice Arach Gen. 26. & Ezech. 12.
Differre temporis moram interponere, Deutero. 32. Sed propter iram inimicorum distuli, ne forte superbirent hostes eorum. Id est vindictam in aliud tempus reieci de adoratione vituli.
Differre autem spiritum est iram refragare Prouer. Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt. & reseruat in posterum. Id est stultus mox querit vindictam, vt exponit Beda, sed sapiens differt in diem iudicij, quia legit apud Matthae. Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Quamuis autem Iansenius hoc loco per spiritum omnem intelligat affectum, siue amoris, siue odij, quia vox Hebraea denotat affectum in genere. Nihilominus expositio Bedae legitima est, quia Sept. vertunt: Totam iram suam profer stultus. Quamquam etiam posset intelligi de quocumque motu cordis, vt exponunt Dionysius & Lyranus.
Distulisse dicitur Deus Christum secundum expectationem hominum, qui putabant citius illam esse venturam, Psal. 88. Tu uero repulisti distulisti, Christum tuum. Symmachus vertit: Iratus es cum Christo tuo. Sed melius vulgata, quod explicat Augustinus secundum opinionem hominum, qui putabant Salomonem esse Messiam, & tamen postea viderunt illum cecidisse, & dixerunt o Domine distulisti Christum

tuum, scilicet usque ad tempus Herodis Regis Matthae. 2. Secunda expositio est Lyrani, quia multi putabant regem de tribu Iuda secundum masculinam stirpem non futurum, antequam veniret Christus, quae tamen defecit in Rege Sedechia sub Babylonica seruitute, quamuis linea materna durauerit in Machabais, propterea distulisti Christum tuum secundum hominum opinionem o Domine, usque ad tempus a te definitum.
Differentes donationes dat Deus filiis Ecclesiae, secundum beneplacitum suum, Rom. 12. Habentes donationes secundum gratiam, quae data est nobis, differentes. Id est differentes non secundum diuersitatem meritum, vt exponit D. Thomas, sed secundum gratiam gratis datam 1. Cor. Vnusquisque proprium donum habet ex Deo. Quod si obiciat Matthae. 25. Dominum quidem vni dedisse quinque talenta, alij duo, alij vero vnum: Vnicuique secundum propriam uirtutem. respondendum est, propriam uirtutem non referri quidem ad vires cuiusque naturales nude consideratas, sed secundum gratiam Dei excitatam & praueientem, & conatum nostrum correspondentem plus, minus ue, gratiae Dei. Vnde Concilium Tridentinum, Sessio. 6. cap. 7. Recipientes, inquit, vnusquisque suam mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis pro vt, & secundum propriam vnus cuiusque dispositionem. hac concilium: & sic intelligendus est Hieronymus, qui pro viribus vnus cuiusque data dicit esse talenta, & Hilarius qui secundum vnus cuiusque capacitate exposuit, sed non excludunt gratiam Dei praueientem, & disponentem.
Differet haeres a seruo quantum ad ius hereditatis, sed si sit paruulus nihil differt a seruo quantum ad possessionem. Sic intelligitur illud Gala. 4. Haeres quanto tempore paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit Dominus omnium. Sic iusti in lege veteri, quasi paruuli sub nutrice licet ius haberent ad gloriam, nihilominus sicut serui manserunt extra possessionem, usque ad Christi quidem Ascensionem, & Resurrectionem, si cut exponit Theophylactus. Hanc possessionem latroni Christus promisit in Cruce dicens: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso.

Matth. 2.
Lyranus.
4
Rom. 12.
D. Tho.
1. Cor. 7.
Matth. 25.
Conc. Trid.
Hierony.
Hilarius:
5
Gala. 4.
Theoph.
Luc. 23.

Hebr. r. Differentius nomen ab Angelis possedit Christus Hebr. 1. Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius, præ illis nomen hæreditavit. Id est excellentius nomen sicut vertit Erasmus, quia διαφέειν. vtrunque significat differre, & præminere, nomen autem filij Dei per naturam & originem Christus sortitus est, id est hæreditario iure possedit, propter naturalem generationem, Angeli vero ministri vocantur, & fidei filij, quandoque dicuntur, sicut apud Iob. Sed adoptiui quidem non naturales. Est tamen quæstio quia hic dicitur melior effectus quam Angeli, quod non nisi secundum naturam humanam Christo conuenit. Et tamen secundum illam Psal. 8. dicitur *minuisti eum paulominus ab Angelis.* Et Heb. 2. ad hoc respondet D. Thomas in commentariis, propter solam passionis mortalitatem fuisse filium Dei minoratum ab Angelis, absolute vero esse omnibus Angelis superiorem, propter vnionem hypostaticam, & ita etiam vt homo non est quidem filius adoptiuius, sicut sunt Angeli, sed naturalis, vnde & nomen habet excellentius.

CAPVT. I.

Difficile.



DIFFICILE dicitur quasi quod diu efficitur vt habeatur, & non est in promptu, Deo vero nihil est difficile, propter omnipotentiam. Sic legimus Genes. 18.

Gen. 18. Nunquid Deo quicquam est difficile? Quasi dicat, non: quia Psal. Dixit & facta sunt, mandauit, & creata sunt. Propterea cum Salomon secundum expositionem Lyrani Prou. 30. de mysterio ageret Ascensionis Christi, sub typo viæ aquilæ in cælo, & resurrectioni, & incarnationis, sub sequentibus metaphoris, dixit: *Tria sunt difficilia mihi.* Non Deo, cui omnia facilia.

2 Eccl. r. Difficile est rerum causas cognoscere, & sermonibus explicare, Eccl. 1. *Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare ser-*

mone: Vbi Hieronymus non solum, inquit, in Phisicis, sed in Ethicis quoque scire difficile est, nec sermo valet explicare causas naturasque rerum. Quia Videmus nunc per speculum in enigmate, postea uero facie ad faciem. Quod si loqui de naturis rerum difficile est, nunquid otiosis veniet notitia scripturarum? Ideo Paulus Timotheo dicit: *Attende tibi & doctrina.* Vt videlicet cum thesaurizaueris multa, de te dicatur: *Sic omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est patri familias, qui profert de thesauro suo noua & uetera.*

Difficiles viæ sunt mundanorum, & eorum præsertim qui gloriam audissime aucupantur inanem. Sic impij dicunt in inferno: *Ambulauius uias difficiles.* Quia vt exponit Lyranus, plus laborant interdum adulteri, homicidæ & grassatores, quam iusti in Euangelicis consilijs. Ideo Christus clamat peccatoribus: *Venite ab me omnes qui laboratis, &c. & ego reficiam uos.* Quæ expositio quamuis sit vera, quia tamen Græce legimus *διωδευσαμεν ερημους αβάρους.* Perambulamus deserta imperuia. Et Beatus Cyprianus libro 3. ad Quirinum legit ambulauimus solitudines difficiles, peculiariter de ambitiosis sermo esse videtur, qualis Cyrus rex olim qui apud Scythas, post subiugatam Asiam inter montes præaltos præclusus, occisus est cum exercitu. Et Alexander Magnus qui Ægypti solitudines, & Æthiopiæ deserta vsque ad Indiam, & Gangem penetrauit Magnus quoque Apollonius qui scientiæ ostentandæ causa, Indos & Brachmanes adiit. De quibus & eorum similibus Dominus dixit: *Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiar?*

¶ Funiculus triplex difficile rumpitur, Eccles. 4. vide funiculus. Item de Diuite, & Negotiatore, qui difficile saluantur, vide in verbo Diues, & in verbo Negotiator.

¶ Diffundere vide in verbo Effundere.

Hiero.

1. Cor. 13.

1. Tim. 2.

Matth. 13.

3

Sap. 5. Lyranus.

Matth. 11.

Cyprian.

Matth. 16.

CAPVT. LI.

Digitus.

יָדָא

1

DIGITVS dicitur in lingua sancta Esbaa à verbo Sebaa.

Digitus à digerendo dicitur, quod digiti manus pulchrè digesti sint, atque diuili, quorum nomina sunt. Pollex qui est magnus, Index quo res demonstramus, famosus seu medius qui est longior, hic ad derisionem olim extendebatur. Item medicus siue salutaris & annularis, quia in eo annulus gestabatur. Denique dicitur digitus minimus, qui & auricularis.

2

Horatius: Exod. 8.

Digitum attollere, est fauere & suffragari. vnde Horatius.

Vulgus utroque suum laudabat pollice ludum. Vnde Exod. 8. quando Moyse Cyniphe fecit, quos Magi Pharaonis minime potuerunt, dicebant: *Digitus Dei est hic, id est Deus suffragium suum hic ostendit & testimonium omnipotentiae, sic Iansenius in sua concordia super illud Luc. 11. Vbi Dominus dixit: Si in digito Dei eiicio demonia, peruenit in uos regnum Dei.* Digitus (inquit) Dei secundum simplicem sensum Dei potestatem, mystice vero Spiritum sanctum significat. Et merito nam Magi plane Pharaonis, trinitatem personarum minime intelligebant. sicut etiam super Exo. 8. notat Dionysius Carthusianus. vnde nec per digitum poterant tertiam trinitatis personam intelligere. Nec sustineri potest sententia Pauli Burgensis hoc loco, dicentis per digitum Dei potestatem eius à Magis significari, non tamen omnipotentiam super deos Ægypti. Constat enim Moysen prædixisse in eodem capite Pharaoni: *Iuxta uerbum tuum faciam, ut scias, quod non sit, sicut Dominus Deus noster.*

Iansen. Luc. 11.

Exo. 8. Dionys.

Burgensi.

3 Exod. 31. Regula.

Isa. 40. Hierony. Symmachus Aquila.

Secundum hanc observationem intelligimus illud Exo. *Tabulas scriptas digito Dei, id est supernaturali Dei potetia, sic Deut. 9. B. Idem historico sensu significatur per tres digitos Dei apud Isai. Quis appendit tribus digitis molem terræ, vt exponit Hieronymus. Vocem (inquit) Hebræam Symmachus τριτων, Aquila uero τρισημορ; interpretati sunt. Et nos vt manifestius faceremus in tres digitos vertimus, per quos Dei maiestas & creatoris potentia demonstratur. Hæc Hierony. Nam sicut digito in singulari, sic digitis in plurali Dei op-*

ratrix potentia denotatur, eo quod opus, quod facile nos & prompte vel subtiliter facimus, digitis facere consueuimus. Vnde ad denotandam facilitatem, qua diuina potentia cælorum molem fabricauit, dicit Propheta: *Videbo cælos tuos; opera digitorum tuorum.* Ceterum dices non solum mystice quidem sed iuxta literam digitum Dei, Spiritum sanctum significare. Quia vt August. & Gregorius notant, vbi Luc. 11. Dominus dixit: *Si in digito Dei eiicio demonia.* Ibi Matth. 12. legimus: *Si in Spiritu Dei eiicio demonia.* Ergo digitus Dei iuxta literam significat Spiritum sanctum. Sed re alius considerata solum hoc argum. entō concluditur, digito Dei aliquem super naturalem effectum Spiritus sancti, seu charisma significari; Nam passim charismata spiritualia Spiritus sanctus appellatur, sicut dicitur spiritus prophetiæ & per spiritum sermo sapientiæ, sic etiam potestas eiiciendi demonia, vocatur spiritus Dei, quæ ab omnipotentia dimanat, vt notat Theophylactus super Luc. 11.

Digitus ergo Dei mystice quidem spiritus ipse sanctus appellatur, non quasi minor patre, cui est in essentiæ vnitate coequalis, sed propter multipliciter donorum quæ ab eo nobis communicantur, vt (inquit) August. lib. 2. de quæstionibus Euangelicis q. 17. Quia in nullo de membris humani corporis, sic apparet articulorum partitio, sicut in digitis. Est & alia ratio sicut caput, brachium, manus & digitus vnus substantiæ sunt, sic Pater Filius & Spiritus sanctus eiusdem creduntur esse naturæ. Et sicut digitus à capite procedit & brachio, sic Spiritus sanctus à Patre & Filio. Ita dicunt Hieronymus super Matth. 12. Cyrillus super Luc. 11. & Basilius Epist. 141. ad Casarienses, & Ambrosius super Lucam.

Digitus quoque in scriptura virtutem in nobis significat operatricem, sic sponsa dicit Can. 5. *Manus meæ distillauerunt myrrhæ & digitis mei pleni myrrhæ probatissima.* Vbi Theodoret. per manus & digitos myrrhæ plenos omnes carnis potentias mortificatas exponit sic & Greg. ait, quia digitus virtutes significant operatrices, in cuiusque virtutis defensione surreptio carnalis voluptatis per mortificationem myrrhæ damnanda est, iuxta illud Matt. 16. *Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum.*

Psal. 8.

Aug. Greg. Luc. 11. Matth. 12.

1. Cor. 12. Theophy.

August.

Hierony. Cyrillus. Basilius. Ambrosius.

Cant. 5.

Theodoret.

Greg.

Matth. 16.

Mich. 6. ducitur à Propheta Michæa dicens: *Quid dignum offeram Domino, &c. Nunquid dabo pri-
mogenitum meum pro scelere meo? id est quid
a quivalens, & satisfactorium offeram. To-
mino, pro peccato? solebant autem idola-
træ filios pro suis peccatis immolare Pſal.
Immolauerunt filios suos, & filias suas demo-
niis. Deus autem respicientiam exigit, &
iudicium, vt hic conſequenter Propheta
reſpōdet: Quia iugum diaboli, qui immo-
lari ſibi homines gaudebat, duriffimū qui-
dem erat, contra vero filius Dei: Iugum (in-
quit) meum ſuaue eſt, & onus meum leue.*

Matth. 11. 7. Dignum ſponſo vinum, eſt eius doctri-
na Cant. 7. *Guttur tuum ſicut vinum optimum,
dignum ſponſo meo ad potandum, ſic explicant
Theodoretus, D. Thomas & Gregor.* Enim vero doctrina omnium philoſopho-
rum, vinum fuit errorum facibus corru-
ptum, Nam & Plato qui diuinus vocabatur,
communes poſuit vxores. Ariſtoteles
Dei prouidentiam non niſi ad Lunam vſ-
que ſurſum extendit, reliquas mundi par-
tes à Dei excludit gubernatione, vt refert
Eufebius de præparatione Euangelica li.
15. cap. 4. Cicero imbecillibus & inuali-
dis negat eleemoſynam tribuendam, eo
quod non poſſint viribus iuuare rempu-
blicā. Pythagoras animas de corpore in
corpus tranſire putauit. Denique Phariſei
traditionibus ſuis vinum ſcripturarū cor-
ruperunt, dicētes inimicum eſſe odio pro-
ſequendum Matth. 5. *Et odio habebis inimi-
cum tuum.* Item deſerendum eſſe patrē ege-
num, vt detur oblatio ſacerdotibus Mat-
th. 15. Sola itaque doctrina Chriſti vinū
eſt puriſſimum, & Deo dignum quia *Eſt
Deus uerax, omnis autem homo mendax.*

Rom. 3. ¶ Dignus eſt operarius mercede ſua Luc.
10. vide in verbo Operarius, & in verbo
Præſbyter.

8. Digna principe Chriſtus cogitauit Iſa.
32. *Princeps quæ digna ſunt principe cogita-
bit, & ipſe ſuper duces ſtabit.* Quod merito
de Chriſto Domino Hieronymus expli-
cat, de quo in principio capitis dicitur: *Ec-
ce in iuſtitia regnabit rex.* Cogitauit autem
digna ſummo principe, & liberali, ſcili-
cēt dare nobis corpus ſuum in cibū Ioan.
6. *Caro mea uere eſt cibus,* & mittere nobis
ſpiritum ſanctū: *Si autem abiero mittam eū
ad uos.* Quadrat autem Chriſto vox He-
bræa. Nadib, quæ ſignificat liberalem, &
principem. Item pro eo quod vulga-

ta vertit & ipſe ſuper duces ſtabit, legi-
mus in Hebræo, princeps conſtituet prin-
cipatus. Quia *Elegit duodecim ex diſcipulis,
quos & Apoſtolos nominauit.* Luc. 6. *Et deſig-
nauit alios ſeptuaginta duos.* Luc. 10.

9. Condignæ minime ſunt paſſiones no-
ſtræ natura ſua ad præmium gloriæ cæle-
ſtis, ſed ſi conſiderentur vt procedunt ex
gratia Dei nobis communicata, & ex me-
ritis Chriſti, quæ nobis in baptiſmo, & ſa-
cramentis applicantur, dignæ ſunt. Ita ex-
ponit D. Thomas in commentariis illud
Rom. 8. *Non ſunt condignæ paſſiones huius
temporis, ad futuram gloriam.* In quo ſenſu ſi
ad proprias vires, ſecluſa Dei gratia, reſpi-
ciamus, recte dicit filius Prodigus reſpiſ-
cēs: *Pater peccaui in cælū, & cora te, & nō ſum
dignus uocari filius tuus.* Item Centurio. *Do-
mine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meū.*
Præterea Ioannes Baptiſta: *Non ſum (in-
quit) dignus ſoluere corrigiā calciamenti eius.*
Poſtremo dignitas ſumitur pro imperio,
& magiſtratu Eſther. 10. Prou. 14. Ec-
cleſia. 10. & alibi paſſim.

CAPVT LIII.

Dilatate.

DI L A T A R E dicitur Hebraicē
Rabach. 1. Reg. 16. **דָּבַח**
I
Gen. 28.
Gen. 22.
Rom. 4.
Matth. 8.
2
Iſai. 54.
Hiero.
Eufebius:
Aug.

Dilatate eſt extendere & latum
facere Gen. 28. *Dixit Dominus Iacob. Di-
lataberis ad Orientem, & Occidentem, Septem-
trionem, & Meridiem.* quæ promiſſio prius
facta fuit Abrahæ Gen. 22. *Hæc benedi-
ctio & dilatatio non pertinet ad poſteros
Abrahæ, & Iacob ſecundum carnem tan-
tum, ſed ſecundum fidem: quod Apoſto-
lus explicat Rom. 4. Non (inquit) per legē
promiſſio Abrahæ, & ſemini eius, ut hæres eſſet
mundi, ſed per iuſtitiam fidei: & infra. Non ei
qui ex lege eſt ſolū, ſed & ei qui ex fide eſt Abra-
hæ, qui pater eſt omnium noſtrū &c.* Vnde Ma-
th. 8. *Multi ab Oriente, & Occidente uenient,
& recumbent cum Abraham &c.*

In eodē ſenſu dicitur Eccleſiæ Iſai. 53.
*Dilata locum tentorii tui, &c. ad dexteram enim,
& ad ſinistram penetrabis.* Vbi Hieronymus ait,
Ne putemus hoc iuxta friuolam Hebræo-
rū cōtentionē dici de Siō, ponit manifeſtius
quod latebat: *Et ſementium gentes hæreditabit.*
Item Eufebius libr. 3. demonſtratio. cap.
2. circa finem, & Aug. de conſenſu Euāge-

Matth. 24. liſtarum libr. 1. cap. 32. De quo Matth.
*Cum prædicatum fuerit Euangelium in uniuerso
orbe in omnibus gentibus, tunc ueniet consumma-
tio.* Quod intelligit etiā de Antipodis de
quibus ante hos millecentum annos expo-
ſuit Hilarius expreſſe illud Pſal. 2. *Dabo ti-
bi gentes hereditatem tuam,* & Ambroſius
libr. 2. de uocatione gentium cap. 6. & de
antipodis etiam meminit Seneca tragicus
in Medea, ideo Chriſtus vt omnes cōpre-
henderet Mar. vlt. *Prædicatē (inquit) Euan-
gelium omni creaturæ.* Item Hieronymus in
quæſtionibus Hebraicis ſuper illud Gen.
9. *Dilatet Deus Iaphet & habitet in tabernacu-
lis Sem.* Sic ait de Sem Hebræi, de Iaphet
populus gentiū naſcitur, qui maiori mul-
titudine uenit ad fidem: & expulſo popu-
lo Iudæorum, in ſcripturis & eruditione il-
lius ſucceſſit. Hæc ille de quo apud Ioan.
Dominus ait. *Alia oues habeo quæ non ſunt
ex hoc ouili: & illas oportet me adducere.*

3. Hoc etiam Iſaias prædicat Eccleſiæ pri-
mitiæ ex Apoſtolis congregatæ: *Tunc mi-
rabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa
fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium
uenerit tibi, &c.* Sic explicat Hieronymus,
Cyrillus, Procopius & Theodor. Vocatur
autem nomine Maris in ſcriptura pars
Occidentalis ad Palæſtinam vt putat Ada-
mus, ſicut deſertum appellatur pars Au-
ſtralis. Sed uir eruditus decipitur, quia
Oceanus potius & tota Zona temperata
alterius Hemisphærij, reſpectu Palæſtinæ
ad Auſtrum, id eſt ad meridiem eſt, & ita
per mare meridionalis plaga intelligitur,
vt notat Genebrardus ſuper illud Pſalm.
106. *A ſolis ortu, & occaſu, ab Aquilone & ma-
ri.* Vbi pro mari Chaldæus uertit, Auſtrū
& inde uenit Regina Auſtri in typum cō-
uerſionis gentium. 3. Reg. 10. & Matth.
11.

4. Dilatari dicitur os noſtrum aliquando
in bonum, & interdum in malum. In bo-
num quidem charitatis denotat extenſio-
nem, uel ſpiritum prophetiæ, qui cor Pro-
phetæ ad futura præuidenda dilatatur, de
charitate quidem dicitur Pſal. 80. *Dilata os
tuum, & adimplebo illud,* id eſt quantum aſſe-
ctum charitatis dilataueris ad obſequium
meum, tantum te adiuuans cooperatrice
gratia mox adimplebo, vt exponit Hie-
ronymus & addit dilatatur quidem totū os
ſuum, qui dicit: *Eccē nos reliquimus om-
nia, & ſequuti ſumus te.* Matth. 19. Sic etiam

Auguſt. dilata os tuum credendo & aman-
do. Sed Theodoretus dilata (inquit) os
tuum per obedientiam. Quia quantum
obediens petit, obtinet. Cui conſonat ſen-
tentia Eufebij Emiſſeni hom. 3. ad mona-
chos quanto obediētiore (inquit) fueri-
mus præpoſitis noſtris, tanto magis obe-
diēt Deus orationibus noſtris. Dilatare ue-
ro pro dono prophetiæ legimus. 1. Reg.
2. Vbi Anna Samuelis ait: *Dilatatum eſt os
meum ſuper inimicos meos.* Dilatare etiā dici-
tur Deus alicui ſine addito, quando gau-
dium tribuit, de ſpe liberationis Pſalm. 4.
In tribulatione dilataſti mihi.

5. Dilatare os in malum eſt irridere, &
quafi deuorare uelle, ſic de Synagoga quæ
filium Dei in paſſione deriſit prædictum
eſt Iſai. 57. *Super quem luſiſti, ſuper quem di-
lataſti os, & eieciſti linguā.* Vbi Hierony.
Aperuiſti (inquit) os uſtrum & linguam
eieciſti, dicentes Samaritanus eſt tu & dæ-
monium habes & in Beelzebub eiicit dæ-
mones, ſic etiam exponunt Cyrillus Theo-
doretus, & Procopius. Itē Iuſtinus martyr
aduerſus Tryphonem, ſic etiam in malum
capitur dilatare labia Pro. 20. *Ei qui reue-
lat myſteria, & ambulat fraudulenter, & dila-
tat labia ſua, ne commiſcearis.* Item Pſal. *Dila-
tauerunt ſuper me os ſuum, dixerunt euge, euge ui-
derunt oculi noſtri.* Quod Iudæis tribuit
Auguſtinus qui Chriſto dicebant: *Magi-
ſter ſcimus quia uerax eſt, &c. Licet cenſum dare
Cæſari an non? Et poſtea clamantes: Crucifi-
ge, crucifige, & deſcendat de cruce.*

6. Dilatatum cor dicitur per charitatem.
2. Cor. 6. & Pſal. 118. *Viam mandatorum
tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum,* ſed in
malum dilatatio cordis eſt ſuperbia & cu-
piditas, vt exponit Lyrani. ſuper illud Pro.
21. *Exaltatio oculorum eſt dilatatio cordis.* Ita
& Dionyſius Carthuſianus: ſic etiam am-
bitioſus dicitur dilatare animam ſicut de
Nabuchodonofor dicit Abac: *Qui dilatauit
ſicut infernum animam ſuam: & ipſe quaſi mors
non adimpletur.* Quia ſicut mors & infer-
nus minime ſatiantur, ita ambitioſi &
auari, contra quod uitium Dominus ait.
Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra.
Dilatate etiam terminum, pertinet ad aua-
ritiam Amos. 1. & dilatate cubile refertur
ad adulterium materiale, uel ſpirituale,
quod eſt idolatria Iſai. *Dilataſti cubile tuum.*
De quo in uerbo Cubile, ſicut dilatate ſig-
nū in uerbo Signum, & dilatata prophet

in verbo Thophet, & sic de similibus; ne eadem repetamus.

Diligere, vide in verbo Amare. Dilatare phylacteria in verbo. Fimbria.

CAPVT LIII.

Diluuium.

DILVVIVM dicitur in scriptura Hebraicè Seteph vt patet Pſal. 32. & Pro. 27.

Diluuium est inundatio vel ab imbribus, vel ab irrupente mari. Diluuium autem vniuersale semel factum est tempore Noe Gen. 7. neque aliud vnquã erit, dicente Domino: Nequaquam interficietur omnis caro aquis diluuij. De quo vide in dictione Constituere numero. 1. Nihilominus diluuiia particularia multa fuere, inter quæ duo sunt præcipua, primum quod vocatur diluuiũ Ogigis Regis Atticæ Eleufinæ in Græcia, quo tempore Isaac misit filiũ suum ad Labam, post bis mille sexcentos annos à creatione mundi, secundum computationem Hebræorum, de quo August. li. 18. De ciuitate cap. 8. Deinde fuit aliud diluuiũ sub Deucalione in Thessalia, post centum fere & septuaginta annos vt Eusebius in chronicon numerat.

Cæterum quia dictum est non esse amplius futurum generale diluuium, difficultatem ingerit locus Nahum. 1. vbi de alio vniuersali diluuiio mentio fieri videtur his verbis: In Diluuiio prætereunte consummationem faciet loci eius: & inimicos eius persequentur tenebra. Respõdet tamen Hieronymus: hoc (inquit) secundum historiam intelligi potest, quia cum vastauerit Dominus Israel, subaudi per Assyrios, & quasi diluuiio terram promissionis inundauerit finem faciet captiuitatis, ad sedes eum pristinas reuocando. Quia videlicet persecutio Senacherib de qua fermo est vt diluuiũ cito transiit. Qua metaphora & Poeta vsus est de bello agens Troiano, & de ma...

Diluuiio ex illo tot uasta per aquora uecti. Sicut etiam metaphoricè diluuium intelligit Theodoretus illud Pſal. 31. Veruntamen in diluuiio aquarum multarum, ad eum non approximabũt, idest ad virum iustum qui su...

perior circumstantibus tribulationum fluctibus euadet. Quod Symmachus sic interpretatus est: Pro hoc orabit omnis sanctus opportunitate inuenta, ne aquæ multæ inundantes ad ipsum appropinquent. Sic etiam dicitur in Isaia: Si transferis per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Eodem modo exponunt Lyranus, Vatablus, Ianfenius, & Genebrardus locum Pſal. 31. Nam quod Augustinus, Hieronymus, Gregorius, & alij per diluuium errores vel voluptates facili intelligunt, expositio pulchra, sed mystica est. Sed obicies quomodo ad iustum orantem diluuium tribulationum non appropinquat, cum Dominus dicat Apostolis: Venit hora ut omnis, qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Et Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Ad quod respondendum est tribulationes ad corpora sanctorum appropinquare, non item ad animas, iuxta illud: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Ad corpora etiam perdenda non appropinquant in tempore opportuno: ideo dicit Propheta pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno, idest quando opportunum est ad maiorem gloriam Dei, sicut quando Petrus ab Angelo de carcere liberatus est Act. 12.

Diluuiio Deus dominatur sic legimus Pſal. 28. Dominus diluuium inhabitare facit, idest terram diluuiio Noe quondam inundatam facit modo inhabitare, vt exponit Lyranus: vel Dominus facit quando vult diluuium inhabitare super terram, sicut fecit tempore Noe, & tempore Ogigis. Itẽ atate Deucalionis. Porro in Hebræo, vt vertit Hieronymus ad veritatem Hebraicam est: Dominus diluuium inhabitat, idest nõ solum in cælo & in terra, sed & in aquarũ mole, vt explicat Genebrardus. Mystice vero in baptismo, vbi quasi diluuiio peccata demerguntur, vt exponunt Basilius & Cassiodorus, de quo Matth. vlt. Baptizantes eos in nomine Patris, &c. Vbi diluuium abundantis gratiæ in Ecclesia inhabitat, de qua Dominus: Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquæ uiuæ & ut Hieronymus exponit.

Symmach. Isa. 43. Lyran. Vatablus. Ianfen. Aug. Hierony. Greg. Ioan. 16. Luc. 21. Act. 12. Pſal. 28. Lyran. Hierony. Geneb. Basilius. Cassiod. Matth. vlt. Ioan. 7. Hierony.

CAPVT LV.

Dimittere.

DIMITTERE dicitur Hebraicè Iamch Exo. 32. Dimitte me vt irascatur furor meus.

Dimittere multiplicis significationis est. Aliquando enim significat abiicere sicut Iacob socero suo dixit: Forsitan modo me nudum dimisisses, denotat etiam aliquem expedire sicut de Chananæa dixerunt Apostoli: Dimitte eam quia clamat post nos: est & remittere Exo. 10. Sed nunc dimitte peccatum mihi. Item emittere Gen. 8. Dimisit eorum. Item liberare seruum Exod. 23. Anno septimo dimittes eum. Item Permittere sicut Gen. 24. Dimitte me ut pergam. Relinquere Gen. 42. Fratrem uestrum dimittite. Denique repudiare: Quicumque dimiserit uxorem suam.

Dimittere ergo dicitur Deus debita, idest peccata nostra Matth. 6. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Sic exponunt Cyprianus, August. Chrysof. Theophy. & Beda quod enim Mattheus posuit οφειλματα, idest debita Lucas cap. 11. dixit αμαρτιας, idest peccata: Christus ergo, qui pro nobis de rigore iustitiæ satisfecit, ea conditione peccata remissibilia pœnitentibus fecit, vt peccantibus contra nos proximis dimittamus. Quod vt docet August. lib. 2. de sermone Domini in monte cap. 13. pulchre Dominus significauit in parabola regis, qui repetiit à seruo debitum decem millium talentorum quod ei condonarat, propterea quod ille noluerat centum denarios conseruo dimittere, super quem locum Gregorius ait lib. 18. Moral. Ex dictis Euangelicis constat, quod si quod contra nos delinquitur, ex corde non dimittimus, illud rursus à nobis exigitur, quod iam per pœnitentiam dimissum nobis gaudebamus. Et Hieronymus super eundem locum, formidolosa (inquit) sententia si parua fratribus non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittuntur.

Dimittendi peccantibus contra nos exemplum illustrissimum nobis proposuit ob oculos filius Dei qui pendens in cruce dixit de hostibus suis: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Vnde & spes pœnitentibus datur. Quia si pater

æternus paratus erat dimittere pœnam Sodomorum, propter decem iustos, certe propter filium suum qui pro nobis omnibus derigore iustitiæ satisfecit, facile dimittet omnia scelera pœnitenti. Præterea si Moy si, qui tatum fidelis famulus fuit, pro idolatria populi deprecãti, concessit Deus quod petebat, quomodo non concedet filio naturali pro peccatoribus postulanti. Imo & ipsis etiam Iudæis parricidis sicut legimus in Isaia: Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob. Et cap. 40. Loquimini ad cor Hierusalem, &c. dimissa est iniquitas illius. Quod si quis obiiciat illud Isa. Reuelata est in auribus meis uox Domini exercituum, si dimittatur uobis iniquitas hæc, donec mortamini. Facilis responsio est, obstinatis quidem nullum dimitti peccatum, pœnitentibus vero cuncta dimitti. Sic peccatrici, in qua septem dæmonia fuisse leguntur, idest vniuersitas vitiorum à Domino dictum est post diluuium lachrymarum: Dimittit tibi peccata tua.

Dimittere pro derelinquere legimus Deut. 4. vbi de Israelitico populo in fine conuertendo legimus: In nouissimo autem tẽporum reuerteris ad Dominum Deum tuũ. Quia Deus misericors, & non dimittet te: neque omnino delebit. Et Iosue duci populi sui dixit: Non dimittam neque derelinquam te, cap. 1.

Sed ad tempus dimisit Israel obstinatum Pſal. 80. Et non audiuit populus meus uocem meam, & Israel non intendit mihi, & dimisi eos secundum desideria cordis eorũ. Vbi maior est hæc pœna quam gehennæ ignis. Quia dimittitur homo, vt (inquit) Theodoretus, ire præceps in barathrum culpæ, sicut nauis siue gubernaculo. Symmachus autem vertit, dimisi igitur ipsos in fastu cordis, vt ambularent in consilijs suis. Aquila vero dimisi ipsos in prauitate cordis eorum, sic & Hieronymus ad veritatem Hebraicam. Sic dimissus est diues, sic Herodes, qui occidit infantes.

Dimittere pro repudiare legim⁹ Isa. 50. de Synagoga: Quis est iste liber repudij, quem dedi matri uestræ, &c. In sceleribus uestris dimisi matrem uestram. Sic exponit Hierony. Itẽ August. Serm. 97. de tempore. Eusebius lib. 2. Demonst. cap. 34. Isichius libr. 6. in Leuiticum. Quomodo ergo negare possunt hodie Iudæi se repudiatos esse, qui post necem Christi nec templum habent per mille quingentos annos nec sacrificia.

Gen. 7. Gen. 9. Aug. Eusebius. Nahum. 1. Hierony. Virgil. Theod. Pſal. 31. Luc. 23.

Gen. 18. Isa. 27. Isa. 40. Isa. 22. Luc. 7. Deut. 4. Iosu. 1. Pſal. 80. Theodoret. Symmach. Aquila. Hiero. Luc. 16. Matth. 2. Isa. 50. Hierony. Aug. Eusebius; Isichius.

Aut propter quod aliud in signe scelus repudiati sunt, maxime quia scelus exprimitur in textu: *Quia ueni (inquit) & non erat uir.* Item cap. 32. de templo Hierosolymitano, & Iudæis prædicatur: *Domus enim dimissa est, multitudo urbis relicta est.* Quod Hierony. de vastatione sub Tito & Romanis intelligit, de qua Matth. *Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.* Sequitur autem in textu Isaiæ: *Tenebræ & palpatione sunt super speluncas usque in æternum.* Hebræi autem pro tenebris & palpatione habent Opel, & Bachan, quas duas turres excelas in Hierusalem fuisse arbitrantur, quæ sic quidem appellarentur, quoniam turris Opel usque ad nubes tenebrosas erigeret caput, altera Bachan, idest palpatione, & inquisitio, ut Symmachus vertit, oculos aspicientes culmen eius quasi palpantes deficere faciebat, sed cum neque Iosephus, nec historia hoc scribat authentica, quis non videat Iudæos hæc fingere, ne dicantur in tenebris remansisse. Denique Hieron. 12. Dominus ait dimisi hereditatem meam.

S
Dimitti permittentur uxores olim Iudæis, dato libello repudij, Malach. 2. *Si odio habueris. sed ad pudicitiam cordis eorum ne occiderent eas, ut habes Matth. 19. Marc. 10. Luc. 16.* B. Prohibetur autem in lege gratiæ quacunque ex causa dimittere uide. 1. Cor. 7. Quomodo autem Ioseph Mariam sponfam dimittere uoluerit Matth. 1. uide in verbo Ioseph.

9
Dimittere autem locum suum dicitur qui deserit virtutis statum Ecclesi. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris, idest si spiritus Satanæ tetauerit te, ne dimittas opera uirtutum, ut exponit Hieronymus, quia Satanæ uocatur princeps huius mundi, Ioan. 12. & potestas tenebrarum harum Eph. 6. Huius nobis illustre reliquit exemplum filius Dei, qui tentatus à Satana in deserto, scripturæ uerba seruauit, nec usque ad tempus à se de finitum ieiunium dimisit.*

10
Dimittere pro relaxare legitur Isai. 45. de Cyro rege Persarum, qui Babylonicam relaxauit populi captiuitatem: *Ipse captiuitatem meam dimittet.* Vocat autem captiuitatem suam Dominus, captiuitatem populi, ut suam erga nos charitatem ostendat, quia amicorum communia sunt omnia, etiam captiuitates & vincula, sic & delicta nostra sua uocat Psal. *Longe à salute*

mea uerba delictorum meorum. Et esuriam nostram, suam reputat dicens: Matth. 25. *Esuriui & non dedistis mihi manducare.*

Dimittere etiam pro relaxare sumitur Iob. 7. *Dimitte me ut glutinam saliuam meam.* Vbi D. Thomas exponit petere Iob uel paruam quietis, & relaxationis à doloribus moram, qualis est morula qua saliuam deglutitur, quæ ex capite defluit. Mystice uero Greg. petere Iob putat tempus ad contemplationi uacandum, & degustandum saporem sapientiæ Dei, per saliuam significatum. Quod petiit & obtinuit Maria, de qua Dominus: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.*

In quo etiam sensu mystice Greg. exponit illud Iob. *Quis dimisit onagram liberum, et uincula eius quis soluit.* Quia hoc animal oneribus assuetum interdum soluitur: & in montibus spatatur, sic & qui uinculis mundanæ sollicitudinis solutus, soli cælestium contemplationi uacat donum habet ex Deo, sicut dilectus ille discipulus, qui supra pectus Domini in cæna recubuit Ioan. ult. Qui autem hoc contemplationis dono sponsum inuenit Christum, dicat cum sponsa: *Tenui eum nec dimittam, donec introducam eum in domum matris meæ, idest usque ad thalamum patriæ cælestis, ut exponit Theodoretus. Vbi dicit ei: Ostende nobis patrem.*

Dimittere nomen suum in iuramentum execratorium, est tantam subire cladem, & calamitatem, ut imprecantes alii malum similem illis ruinam imprecantur, sic exponit Hieronymus locum illud Isai. 65. *Vos clamabitis præ dolore cordis, &c. & dimittetis nomen uestrum in iuramentum electis meis.* Est autem pro iuramento Hebraicè Sabee quæ uox licet multa significet, sed iuramentum inter alia interpretatur, & hunc significatum accepit uulgata, secundum quam uersionem sensus est, tantam Deus cladem sub Tito & Vespasiano immittet Iudæis, propter necem Saluatoris, ut deinceps qui iurauerit dicat, clades Iudæorum sub Romanis mihi cõtingat, nisi uera loquor. De qua Dominus dixit: *Ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, idest uultio totius sanguinis innocētis.* Hæc forma iuramenti & maledictionis ponitur à Hieremia, ubi de exitio miserabili Achab & Sedechiæ Pseudoprophetarum, uaticinatus ait: *Assumetur ex eis maledictio,*

Matth. 25. I I Iob. 7. D. Thom. Gregor. Luc. 10. I 2 Iob. 39. Ioan. ult. Cant. 3. Theod. Ioan. 14. I 3 Hierony. Isai. 65. Matth. 23. Hieron. 29.

omni transmigratiōi Iudæ, idest imprecatio execratoria.

14
Ioan. 10. Zach. 10. Questio. Aug. 2. Cor. 11. Acto. 12. Matth. 10.

Dimittere oues magnū est pastoris crimē, sic de mercenariis legitur Ioan. 10. *Mercenarius autē & c. uidet lupū uenientē, & dimittit oues & fugit.* De quo Zach. dicit: *O pastor idoli de reliquens gregē, idest larua pastoris, nō uerus pastor.* Dimittere autē oues dicitur, ut notat Greg. in homilia, nō tā mutando locū, quā subtrahēdo solatiū, & curā. Sed quæstio est super hūc locū, quā proponit Aug. ep. ad Honoratū si dimittere oues ueniente lupo uitiū est, quomodo Apostoli persecutoribus irruētibus fugiebāt? fugit enim Paulus in porta de muro Damasci dimissus. 2. Cor. 11. Fugit de carcere Petrus, & ut fugerēt iussi sunt Apostoli Matth. 10. Respondet autē quando aliquis Ecclesiæ minister specialiter quæritur à persecutoribus, alij uero Ecclesiæ ministri nō quæritur, fugere debet qui quæritur, quia potest impleri per alios necessariū ministeriū. Itē quādo nō est plebs cui ministretur, fugere potest quia nullas oues relinquit, quādo autē plebs manet, & omnes ministri fugiunt, quid (inquit) erit nisi mercenariorum fuga illa damnabilis? Hæc Aug. Præterea pastor ille tāquam mercenarius fugere dicitur, qui non residet, uel qui non uisitat oues, uel uicia publica minime corrigit, de quo uide in uerbo Mercenarius.

15
Matth. 9. Luc. 5.

Dimittere peccata potestate autoritatis, solius est Dei. Sed dimittere illa potest Christus etiā ut homo, potestate excellentiæ, propter unionem ad uerbum, unde dicebat: *Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait Paralytico, surge, &c.* Quod miraculum supra naturæ vires effectum, certū dedit testimonium deitatis & humanitatis unionis in Christo, qui poterat peccata dimittere per potentiā excellentiæ. Deniq; potestate ministeriali sacerdotes peccata dimittunt in Ecclesia.

CAPVT LVI.
Diplois, & Dipfas.

DIPLOIS genus est uellicis duplicis seu palliū duplex, nā quod nos dupliciū Græci διπλῶν appellāt Psal. *Induantur qui detrahūt mihi pudore: & operiatur sicut diploide confusione sua.* Vbi Aug. Diplois (inquit) duplex palliū est. Nā quidā sic etiā interpretatur istū uersum, & operiatur si-

cut palliū duplex confusione sua, intelligitur autē cōfusio intus & foris corā Deo & corā hominibus. Hæc Aug. Hæc est pœna de tractorū de quo uide in uerbo Detrahere.

Dipfas genus est serpētis non dissimile viperae sed minutū, de quo meminit lib. 6. Lucanus, dicitur à διψῶ. Sitio, suo enim n. orsu sitim inducit in fatiabile, omni humore consumpto. De quo Deut. 8. *Ductor tuus fuit subaudi Deus: in solitudine magna in qua erat serpens statu adrens, scorpio, ac dipfas, & nullæ omnino aquæ.* Dipfas autem typologicè significatur auaritia, quæ sitim auri cordibus inducit, & animam occidit, huius morfu omnes illi perierunt, quibus Dominus dicit: *Recedite maledicti in ignem æternū, quia esuriui & non dedistis mihi manducare, &c.*

CAPVT LVII.
Dirigere, Directio.

DIRIGERE Hebraicè dicitur Drach. Psal. 14. diriget mansuetos in iudicio. Dirigere est quasi distortū regere, est enī dare atque ex obliquo rectū facere, & autē propriū Dei, dirigere uiam nostrā, & gressus, sic Abraham seruo suo dixit: *Dominus mittet Angelū suum, & diriget uiam tuam.* Sic Propheta: *Dirige in conspectu tuo uiam meā, idest ut tibi recta uideatur, qui falli non potes, solū enim rectū est, quod in oculis tuis rectū est, qui damus ieiunia Pharisei, & dirigis pœnitentiā publicanina in Hebræo autē habetur dirige in conspectu tuo uiam tuā. Sed idem est sensus, idest uiam meam, quæ tua erit, si à te dirigatur.* Hoc petit Ecclesiasticus: *Et dirige nos in uiam iustitiæ.* Sic direxit Magos ad præsepe Stella duce.

Sed quomodo de Cyro Persarum rege dicitur Isai. 45. *Ego suscitauī eum ad iustitiā, & omnes uias eius dirigam.* Cum fuerit idolorum cultor, ideo multi expatibus hoc de Christo Dñi merito exponunt Hilar. li. 4. de Trinitate, Epiph. li. 2. cōtra Nouatianos Euseb. li. 5. demonstr. c. 4. Procop. & Hieron., quos sequitur Carth. Quia de illo dicitur: *Verè tu es Deus absconditus.* Sed de Cyro intelligunt Lyra. Vatab. dicentes suscitatum Cyrum ad iustitiā punitionis cōtra Babylonicos, qui crudelius egerunt cū populo Dei & in hac uisione & relaxatione captiuitatis populi mei dicit Dominus: *Omnes uias eius dirigam.* Sic exponit quoque Adamus sed prior expositio est tenenda.

2 Lucanus. Deut. 8. Matth. 25. 777 I Gen. 24. Psal. 50. Luc. 18. Ecclesi. 36. Matth. 2. 2 Isai. 45. Hilar. Epiph. Euseb. Procop. Hierony: Lyran, Vatab. Adamus.

3 Dirigere ergo quempiam duobus modis solet Deus, vel ad aliquem scopu sub celo, vel in vltimu quidē finē: priori modo cū expedit, peccatores etiā dirigit, vt ali- quid humanum consequatur, sic exponit Caietanus illud Pro. 16. *Cor hominis disponit viam suā sed Dominus dirigit gressus eius.* Vbi in Hebræo legitur, cor hominis cogitabit viam suam. Quod si intelligatur in negotiis humanis, non opus est ei speciali Dei auxilio, vt cogitet secularia, si vero sit de rebus ad salutē animę pertinētibus, sine gratia Dei praueniēti, neque cogitare re- cte vel disponere potest homo vias suas di- cente Paulo: *Nō quod simus sufficientes cogitare aliquid a nobis, tanquam ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est.* Sed dicitur cor hominis vias suas disponere, quia libere coope- ratur, sicut Sap. 11. dicitur: *Direxit opera eorū in manibus eorū*, idest ipsis hominibus cooperantibus: sic dixit Apostolis: *Posui vos ut eatis & fructum afferatis*, quibus etiam dixit: *Sine me nihil potestis facere.* Sic directus est Iacob cum Angelo Ose. 12. Quia Dei gratia roboratus eum vicit quodā modo, & benedictionem ab eo impetrauit.

4 Directus Spiritus sanctus in aliquē dicitur quādo Spiritus sancti dona tribuuntur ei, sic legimus. 1. Reg. 16. *Et directus est spiritus Domini a die illa in Dauid & deinceps*, idest spiritus fortitudinis sicut in Samson & spiritus prophetiæ sicut in Samuele, & prudentiæ, vt exponit Vatab. & quidem de fortitudine dicit in Psal. *Qui docet manus meas ad praeliū, &c. & posuisti ut arcū arcū brachia mea.* De prophetia apud Matt. *Quo modo Dauid in spiritu uocat eum Dominum dicens, &c.* De prudentia Psal. *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.*

5 Directū reddit Deus quod prauū erat, atq; distortū maxime in lege gratiæ, sic legimus apud Isai. & Lucā: *Et erūt praua in directa: & aspera in vias planas*, idest corda gētiliū praua & obliqua, per fidē Christi, & charitatē directa sunt in lege gratiæ vt exponit Hiero. Quādo impletū est illud Matth. *Multi ab Oriente & Occidente ueniunt: & recumbent cum Abraham, &c.* Secūda expositio Theodor. Erunt praua in directa, quia patebit facile via per totū orbē ad prædicationē Euāgelij, obediētibus cūctis gētib; Imperio Romano, ideo Dominus dixit Apostolis: *Euntes docete omnes gentes*, quasi diceret nullū erit eūtib; impedimē-

tū. Tertia expositio Theophy. Erunt praua, idest imperfecta legis Moysaycæ, in directa legis Euangelicæ quæ legē repudij per missam in lege veteri aufert, Matth. 19. & vsuras exigere a gētilibus etiā terræ promissionis tollit Luc. 6. *Mautū datur, nihil inde sperātes.* Prima tamē expositio Hiero. germanior est, quæ nō excludit reliquas.

Directio cordis in scriptura est eleuatio intentionis in Deū, per charitatē, tanquā in vltimū finem, sic intelligitur illud Psal. 118. *Constituebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.* Omnia vero iudicia iustitiæ ad duo illa præcepta reducuntur, vt notat hic Aug. *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo: & proximum sicut te ipsum.* Matth. 22. in quib; cōsistit plena directio cordis. ¶ Sic intelligitur Isai. 57. *Veniat pax requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua*, idest Christus, qui ambulat in via charitatis plena, requiescat ad dexterā patris vt exponit Hierony. de quo solo proprie dici potest directionem charitatis esse directionē suā, quia Deus & homo ex se habet secundū charitatem operari, pura vero creatura nō nisi ex alio, scilicet ex Deo, quomodo enim nō ambulat in directione sua, qui dicit. *Ego sum uia ueritas & uita?* Quod uero Hebraicē pluraliter legitur requiescat in cubili suo. Hebraismus est quia solenne est Hebræis, negligere numerū, & ponere nūc singularē nunc pluralē. Denique mādāta Dei directiones vocantur Psal. *Tu parasti directiones: iudiciū & iustitiam in Iacob tu fecisti.*

Dirigere oculos ad Deū, idē fere significat q̄ directio cordis, & intētionis in Deū per charitatē. 2. Para. 20. c. Iob. 34. B. Sap. 9. A. & alibi passim in eodē sensu dicitur Synagogæ apud Hier. *Leua indirectum oculos tuos.* De hac intentionis directione, Dñs agit apud Matth. dicens: *Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c.* Et nesciat sinistra tua quod facit dextera tua.

Directa esse dicitur uolūtas patris æterni in filio, idest ad plenū cōpleta Isai. 53. *Si posuerit pro peccato animā suā, uidebit semen lō gæum: & uolūtas Dñi in manu eius dirigitur.* Vbi Hiero. vt quidquid ait, pater uoluerit illius uirtutib; impletur, Rupert. addit uolūtas Domini quę in manu eius dirigitur, hæc est, vt: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuificabuntur.*

Illud etiam adnotatione dignū, quod

Theophy.
Matth. 19.
Luc. 6.
6
Psal. 118.
Aug.
Matth. 22.
Isai. 57.
7
Hierony:
Ioan. 14.
8
Hier. 3.
Matth. 5.
9
Isai. 53.
Hierony.
Rupert.
10
Cor. 15.

Caieta. Pro. 16.
2. Cor. 3.
Sap. 11.
Ioan. 15.
Ose. 12.
1. Reg. 16.
Vatab. Psal. 17.
Matth. 22.
Psal. 50.
Isai. 40.
Luc. 3.
Hierony. Matth. 8.
Theod.
Matth. vlt.

וְיָדָע vbi vulgata vertit: *Si posuerit pro peccato animam suam.* Hebraica vox est Afam, quæ in differēter & peccatum & sacrificium pro peccato significat. Hæc enim vox ponitur Leuit. 7. *Hæc est quoque lex hostiæ pro delicto.* Vbi in Hebraeo non est, nisi. Hæc est lex delicti Afam quam uocem recte vulgata vertit hostiam pro delicto, sic etia Leuit. 5. & 6. accipitur. Vnde Paulus etiam uoce latina, hostiam pro peccato uocauit peccatum, dicens: *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* 2. Cor. 5. sensus ergo est, si se obtulerit hostiā pro peccato uidebit semē longeuū, idest Ecclesias toto orbe ædificatas, sub Ecclesia Catholica.

CAPVT LVIII.
Discernere, Distinguere.

DISTINGVERE dicitur Hebraicē in scriptura Paras Leuit. 11. *Omne quod habet diuisam uingulā.* Discernere est distinguere & separare. Dicitur autem Deus discernere populum suum, idest iudicare Psal. 49. *Advocabit cælum de sursum, & terram discernere populū suū.* Quod de iudicio finali exponunt Hierony. Aug. Theodoret. Cassio. Glossa. Lyranus, & alij, idest uocabit cæli habitatores, & terrigenas ad iudicandum: Chrysostr. ad separandas oues ab hædis Matth. 25. dicit autem Greg. explicans hunc locum super illud Iob. 20. *Reuelabunt cæli iniquitatem eius.* Cælos uocari pauperes, qui dixerunt apud Matth. *Eccc nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.*

Discernit Deus reges super Ecclesiam, idest iudicat & punit tyrannos Psal. 67. *Dum discernit cælestis reges super eam, niue dealbabitur in Selmō.* Meminerat Propheta de domo Dei, dicens, *Et speciei domus diuidere spolia*, idest ad diuidenda spolia pretiosa domus, Ecclesię, quę est domus Dei.

Ad quam modo refert sequentia, dum discernit cælestis reges, idest rectores, & prelatos Ecclesię, & distinguere dignitates eorum, vel personas qui niue dealbantur, sicut in Selmon niuoso monte, per remissionem peccatorum, sic exponunt Hierony. Aug. Theodoretus, Lyranus, &c. sic Luc. 6. *Vocatis discipulis suis, elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit,* & Luc. 10. *Designauit alios septuaginta duos.* Vox autem Hebræa pro qua vulgata vertit discernit, est Phares quæ significat dif-

Leuit. 7.
2. Cor. 5.
Psal. 49.
Hierony. Aug. Theodor. Cassiod. Glossa. Lyran. Matth. 25. Chrysostr. Greg. Iob. 20. Matth. 19.
2
Psal. 67.
3
Hierony. Aug. Theod. Lyran. Luc. 6. Luc. 10.

pergit, & extendit. Quod satis quadrat Apostolis, quibus dixit: *Sicut misit me pater, & ego mitto uos.* Ioan. 20. & : *Ego mitto uos sicut oues inter lupos.* Item vbi vulgata translulit cælestis. Hebraicē est Sadai אֲדָי & דָּאִי. Dai, cui satis, idest sufficiens, omnipotens, quasi dicat omnipotens discernit, idest dispergit reges hoc est rectores Ecclesię per totum orbem.

Discernit Deus causam iusti & peccatoris, qui eodem afficiuntur incommodo, vt alteri sit ad meritum, & alteri ad supplicium. Sic exponit August. illud Propheete Psal. 42. *Discerne causam meam de gente non sancta*, idest pœna mea cedat in meritum, aduersitas gentis prophanæ sit in supplicium illi. Quod acute dictum est, quamuis vt Theodoretus explicat discernere causam iusti a gente non sancta, sit diiudicare & vindicare iustum a tyrannis & oppressoribus, sic diiudicauit causam pœnitentis peccatricis a Phariseo Christus & causam Publicani respicientis ab alio superbo Phariseo Luc. 18. Denique causam Apostolorū de lotionē manū Matt. 15.

Distinctus Sapphyris dicitur esse uenter sponsi Can. 5. vbi Greg. per uentrē sponsi carnē Christi passibilem, per Sapphyros miracula diuinitatem eius attestantia putat intelligi, itaque opera Christi distinguebant duas eius naturas in vna persona. Fugiebat enim Herodem in montem vt homo sed in eodem monte quinque panibus satiabat quinque millia hominum tanquam Deus: iachrimabatur super Lazarū quateriduanum, quasi homo, & suscitabat illū imperio tanquam Deus: nascebatur infans in præsepio, quasi homo, & adducebat ad se Magos ab Oriente tanquam Deus.

Distinxit Deus summa sapientia partes orbis, de quo est locus difficilis Ecclesi. 16. *D. In iudicio Dei opera eius ab initio, ab institutione hominū ipsorū: & distinxit partes eorū, & initia eorū in gentibus suis, nō esurierūt neque laborauerūt, & nō destiterūt ab operibus suis, unus quisque proximum suū nō angustiauit.* Vbi Glossa. ordinaria & Carthu. exponūt Deū ab initio distinxisse origines hominū, & diuisisse illos in varias orbis partes secundū cognationes suas, sed nō quadrat quod sequitur: *Nō esurierūt neque laborauerūt.* Præ terea subdit: *Post hoc. Deus in terram respexit.* Ergo prius de cælo sine dubio fuerat loquut; vt

Ioan. 20.
Luc. 10.
4
Aug. Psal. 42.
Theod.
Luc. 7.
Luc. 18.
Matth. 15.
5
Cant. 5.
Greg.
Ioan. 6.
Ioan. 11.
Matth. 2.
6
Ecclesi. 16.
Glossa.

Lyranus. Ianfen.

dicunt Lyranus, & Ianfenius. Na in Græco non habetur: Ab institutione hominum ipforum, nec fit metio de hominibus, sed scio lus aliquis posuit in margine hominū, vn de translatum est in textu, vbi non habebatur nisi a factione ipforum. Itē in Græco non est initia eorum in gentibus suis, sed ἐν χειρὶ αὐτοῦ καὶ ἀρχαὶ αὐτοῦ, εἰς γένεσιν τῶν γενέων: In manu ipsius, scilicet Dei: Et principatus eius. in generationes generationum. Est ergo sensus secundum prædictos autores. Deus distinxit opera sua ab initio, scilicet lucē à tenebris, & aquas ab arida, & distinxit partes eorum, & principatus eorum, in generationes sæculorum: vocat autem principatus Angelos, quos singulis regnis præfecit, & cœlos & luminaria, de quibus subdit: Non esurierunt neque laborauerunt, neque desiterunt ab operibus suis, idest à cursu & motu suo. Neque vnū cælum alterum sibi proximum angustiauit. Sed eadem etiam expositio quadrat secundum translationem vulgatam, si tantū expungas vocem illam hominū, quæ mendose forte interposita est, imo etiam si admittatur. Quia sensus est quod ab institutione hominum ipforum, distinxit Deus opera sua, & distinxit partes eorū, scilicet operum, non autem hominum, & initia eorum, idest operū Dei in gentibus suis, quæ initia sunt Angeli qui sunt initia quidem operum Dei qui primo die creati, in gentibus suis diuisi sunt, vt præessent mundo qui non esurierunt, neque laborauerunt, &c. & sic vulgata recipitur, & legitimus sensus à nobis tenetur. Quod non aduertunt prædicti autores. Semper enim vulgata latina defendenda est.

CAPVT LIX.

Discere, Disciplina.

DISCERE dicitur Hebraicè Lamad Isai. 2 6. Jerem. 10. Sed in Piel, significat docere.

Discere est prius incognitum vel inuentione meditationis & experientia, vel certe magistri præceptionibus apprehendere, seu comprehendere. Accipitur autem & in bonum & in det erius. Posteriori modo Hieronimus ait: iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cæli nolite metuere. Vbi Hieronymus omnem (inquit) humanam sa-

piantiam futilem esse demonstrat: & nullam habere in se vtilitatem. Hæc ille qui de curiosis loquitur scientiis, non de morali philosophia. Item de disciplina cultus idolorum, & magia, vt ait Theodoretus, de quo Psal. Et didicerunt opera eorum: & ser uierūt sculptilibus eorū. De qua disciplina dæmonum & vitiorum dicit Hieronimus. Si potest Æthiops mutare pellem suam, &c. Sic: Et uos poteritis benefacere, cum didiceritis mala. Quia vt Theodoretus ait consuetudo est altera natura, nihilominus tamen gratia perficit naturam. Et vt Hieronymus hic notat. Non erit impossibile apud Deum omne verbum quare nemini de conuersione sua desperandum est. Denique quod dicitur. 2. Timot. Semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes, de his exponit D. Thomas qui curiositate stultitia se etantur, & vt Caietanus ait cum variis ductantur desiderijs, omnia volunt degustare, & in nullo mentis aciem figunt, vt penetrent veritatem.

Discere sanam doctrinam in bonum finem in scriptura laudatur Prou. 6. Discere sapientiā, & ca. 17. Qui euitat discere incidet in mala. Quia vt (inquit) Apostolus. Qui ignorat ignorabitur. Quod quamuis ad omnes pertineat, qui ignorant quæ sibi sunt necessaria ad salutem, maxime autem iudices prelatos & reges tangit quibus dicitur in Pro. Discite iudices finium terræ, & Psal. Erudimini qui iudicatis terram: apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereat de uia iusta. Vnde & apud Ethnicos pro uerbium ferebatur: Regum aures innumeræ. Quod multa audire, & discere debeat Rex: Ægyptij quoque per Elephati simulacrū Regē populi intelligebat. Propterea quod inter Elephatos ille solus semper regē ducit, qui senior est: & magis expertus qualē inter homines regē esse debere iudicabant. vnde Ecclesi. 10. Væ terra cuius rex puer est, & Plato dicebat, tūc Rempublicā fore foelicē, cum vel Philosophi regnaret, vel Reges philosopharentur. Denique Salomon Deo tunc placuit, cum nō diuitias, sed sapientiam petiit ad gubernandum.

Discere specialiter iubet Christus humilitatem & misericordiam. De humilitate quidem ait: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Super quem locum Augustinus lib. de verbis Domini, discite (inquit) à me non mundum fabricare, non visibilia,

Theod. Psal. 103: 2 Hieron. 13. Theod. Hierony. Luc. 1. 2. Tim. 3. D. Thom. Caiet. Pro. 6. Pro. 17. 1. Cor. 14. Pro. 6. Psal. 2. Ecclesi. 10. Plato. 3. Reg. 3. 4. Matth. 11. Aug.

Diogenes. Plato,

Aug.

5 Matth. 9: Cyrillus.

Aug.

Hieronius. Ose. 6.

6

Ioan. 7.

Colof. 2. Heb. 5.

D. Thom.

Luc. 2.

7

& inuisibilia creare, non denique multa miracula facere, sed quia mitis sum, & humilis corde. Hæc ille. Vbi notandū nullū vnquam philosophorum docuisse inter alias virtutes humilitatem, quæ se maiori, æquali, & minori subiiciat propter finem honestum, omnes enim illi inanis gloriæ fuere mancipia. Ita sensit & Plato nam cū amicos nobiles inuitasset, & tricliniū iussisset ornari, Diogenes Cynicus canosis suis pedibus lectulos conculcabat dicens calco fastum Platonis. Calcas respondit Plato sed maiori fastu & arrogantia. Hæc gloriā humanam Gentiles olim omnes in suis rebus præclare gellis attendisse dicit Augustinus lib. 5. de ciuitate ca. 14. & 15.

De misericordia vero Dominus dixit Phariseis apud Matth. Euntes discite quid sit misericordiam uolui, & non sacrificium. Super quem locum Cyrillus lib. de spiritu & litera, misericordiam (inquit) intelligit charitatē legis gratiæ, quā Deus elegit, & nō sacrificia veteris legis. Sed Augustinus Tom. 4. in. 94. ex utroque mixtis q. 103. Iudæi (inquit) cum iniqui essent, & immiscordes, oblationibus se Deum placare putabant. Sed Deo magis placet misericordia, & iustitia, quam sacrificium, hæc ille quod simul præstari non potest. Ita & Hieronius super Ose. 6.

Didicit Christus secundum humanitatem non quidem literas, iuxta quod Pharisei dicebant: Quomodo hic literas scit cum nō dederit? Quia in illo erant: Omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Sed scientiam experimentalem, & obedientiam acquisitam Heb. 5. Didicit ex his quæ passus est obedientiam. Vbi D. Thomas Christus (inquit) licet ab æterno sciret simplici notitia, quid esset obedientia, tamen didicit ex experimento obedientiā ex his quæ passus est. Græcica scholia duas ponunt expositiones. Prior est didicit obedire patri ex his quæ passus est, posterior vero didicit quantum bonum esset obedire, cū per mortem crucis ad dexteram patris exaltatus est, & licet hæc posterior à Græcis præferatur, utraque vera est. Quia Christus etiā didicit obedire matri & Ioseph apud Lucam: Et descendit Nazareth & erat subditus illis.

Discere à patre, est supernaturali fide credere, quod Deus pater filium habeat

sibi consubstantialē, sic exponit Augustinus Ioan. Omnis qui audit à patre, & didicit, uenit ad me, illū (inquit) docet pater qui audit uerbum eius. Nam qui audit uerbum caro factum est, audit patrem, licet non uiderit patrem. Hæc ille. Altera expositio est Theopylacti, Audire à patre esse reuelationem habere à patre. Sed non omnis Christianus habet proprie reuelationem, quamuis habeat fidem supernaturalem: sed fatis est illum habere articulos fidei reuelatos Ecclesiæ in Apostolis, & Prophetis, qui reuelationem expressam habuere. Audire itaque à patre & discere, nihil aliud est, quam lumen fidei supernaturale recipere, & assentire fidei articulis ut Augustinus exposuit & D. Thomas in Commentariis.

Discent legem Euangelicam musitates, idest Iudæi tandem ad fidem conuersi, sicut exponit Hieronymus, Isa. 29. Et sciēt errantes spiritu intellectum, & musitatores discant legem, id est qui errantes spiritu de Christo dicebant dæmonium habere & qui musitabant dicentes: In Beelzebub principe dæmoniorum eicit dæmones, cum uiderint Apostolos linguis loquentes Act. 2. credent in die vna ad tria millia & sic deinceps: ita etiā exponit Glossa interlinealis, & etiā Paulus Burgensis, in additione sua. Quamuis alij per musitatores intelligant Gentiles, qui cum olim murmurarent de Iudæis & Christianis, postea tamen fidem susceperunt, ita intelligit Lyranus. Item Adamus nam quod Gentiles musitarent & murmurarent eōtra fideles olim, audi Iuuenalem Satyra. 14.

Quidam sortiti metuentem Sabbata patrem. Nil præter nubes & cœli numē adorant. De his Dominus: Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili & illas oportet me adducere.

Cæterum illud rogare quis possit quomodo intelligatur illud Matth. 10. Nō est discipulus supra magistrum. Cum Aristoteles in multis euaserit doctior quam Plato magister eius. Ad quod tamē respondet Chrysostomus pro uerbialiter esse dictum, quia in pluribus ita contingit, licet non semper vel dicendum sententiam semper esse veram. Quando enim discipulus magistrum superat, iam definit esse discipulus.

Disciplina est instructio quæ fit à magistro docete, eo modo quo possit à discipulis percipi, quia tamen tanta non unquam est discipulorum ruditas, vel leuitas, ut

Aug. Ioan. 6. Theophyl. Aug. D. Thom. 8 Hierony. Isai. 29. Ioan. 8. Luc. 11. Act. 2. Glossa. Burgensis. Lyran. Adamus. Iuuenalis. Ioan. 10. 9 Matth. 10. 10

Hiere. 5.
Hierony.
Isai. 53.
Eph. 2.

I
Cicero.
Luc. 11.
Ose. 10.
Salustius.

Valerius.
Maximus.
Plutarch.

2
Plato:

nisi verberibus, ad magistri doctrinam minime attendant, inde fit vt castigatio, qua corripimur à Domino disciplina nomine tur apud Hierem. *Attriuisi eos & noluerunt recipere disciplinam.* & Leuit. 26. D. Baruch. 3. E. Sic exponit Hierony. illud Isai. 53. *Disciplina pacis nostrae super eum, idest super Christum venit castigatio, quam peccata nostra meruerunt, vt pax cum Deo nobis refarciretur.* Eph. 2. *ipse est pax nostra.*

CAPVT LX.

Discordia, & Concordia.

DISCORDIA, rixa, lis iurgium, dicitur Hebraicè Madon, Pro. 15. prouocat rixam & cap. 16. 17. & 22.

Discordia quasi cordium dissensio est. De qua Cicero de amicitia. Quanta vis amicitiae concordiaeque sit, ex dissensionibus atque discordiis, percipi potest. Hæc ille, & certe Dominus in Euangelio Lucæ: *Omne (inquit) regnum in se diuisum desolabitur: & domus supra domum cadet, & Oseas: Diuisum est cor eorum, mox interibunt.* Et Salustius cõcordia (inquit) paræ res crescunt: discordia maxime dilabuntur. Vnde Cilurus rex Barbarus apud Valerium Maximum & Plutarchum morti vicinus, septuaginta filiis circumstantibus lectum eius iussit vt septuaginta sagittarum facem colligatam, singuli frangerent duobus manibus, quod cum nemo potuisset, dissoluite (inquit) & singula iacula seorsum confringite, quo facile confecto, dixit, sic ò filij si concordia fueritis colligati, inuicti eritis, & potentissimi, si vero vos discordia diuiderit, à quouis facile conteremini.

Hinc Platonici quod anima corpori, hoc ipsum cõcordiam ciuitati præstare dicebant. Mox enim vt anima corpus deferit, moritur, & dissoluitur, sic concordia fugata ciuitas in cineres abit. Imo Plato animam musicum putauit esse concentum in Timæo, & concordiam singularem, qua recedente corpus in puluerem euanescit. Quid quod ciconiæ, grues, coturnices, & similes auiculæ, turmatim congregatæ maria transuolant, vt concordia fortiores contra ventorum flatus sint quæ vero ex illis societatem deserit, facile perit, lupi fluuium transuadantes alter alterius caudam dentibus tenet, vt facta catena, rapidis flucti-

bus fortius resistent. Muri lapidibus, calce colligatis, fortissimi ad idus euadunt. Milites ordine suo & concordia gressu procedentes, inuincibiles sunt, & terribiles ad uersariis, sicut de Ecclesia dicitur Can. 6. *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Vnde olim Lacedæmones ad lyra cytharæque sonum suas acies instruebant, tubis reiectis, vt magis concordia cõmuni, ordineque, & consensu, quam tumultuoso quodam impetu quasi fera in hostes irruerent, vnde Barbarorum esse dixit Homerus sine ordine congreri.

Concordiæ bonum docent nos Actus Apostolici, ubi pax parationem ad Spiritus sancti super Apostolos aduentum, concordiam ponunt: *Erant enim omnes pariter in eodem loco, & erat discipulorum cor unum & anima una.* Act. 4. Neque frustra Helisæus Propheta cõ Spiritus sancti gratiam parum in se succensam præsensisset, ad aquam sitientibus exercitiis impetrandam ait: *Adducite mibi psaltem.* Nisi quia in concordiam sedatis affectibus, & in Deum pariter vnitis, concentu musico spiritus excitatur humanus ad visitationem Spiritus sancti, ideo psallente Dauid & Cytharam coram Saule pulsante, spiritus nequam recedebat, quia Dauid concentu musico dispositus, potentius orabat.

Vnde Chrysof. homil. 45. in Gene. Vbi concordia (inquit) ibi bonorum confluxus, ibi pax, ibi charitas, ibi spiritualis lætitia, nullum bellum, nulla rixa, quæ de medio tolluntur per cõcordiã, bonorum omnium radicem. Hæc Chrysof. De discordia vero Psal. 45. *Conurbatae sunt gentes, inclinatae sunt regna.* Quia turbatis per discordiam gentibus, florentissima quæque regna deciderunt. Quod in statua quatuor metallorum satis pulchre adumbratum est, cuius pedes ferrei, Romanum imperium significabāt. Sed quia pars digitorum pedum ferrea, & pars figuli erat, subiungit Daniel: *Regnum diuisum erit.* Item: *Ex parte regnum erit solidum & ex parte contritum.* Et quidē Florus lib. 1. historiae Romanae cap. 23. Quatuor discordiæ capita imperio Romano tangit, primum inter Syllam & Marium, secundum inter Pompeium & Cæsarem, tertium inter Octauium & Brutum cum Cæsario. Quartum inter Octauium Augustum & Antonium, quæ ciuiles discordiæ quantum exitium attulerint il-

lud

Cant. 6.

Homer.

3

Act. 2.

Act. 4.

4. Reg. 3.

1. Reg. 18.

4

Chrysof.

Psal. 45.

Dan. 2.

5

Florus.

Lucanus.

6

Luc. 3.

Zach. 11.

Hierony.

Iosephus.

7

Cyprian.

Ioan. 19.

3. Reg. 11.

8

Gen. 28.

Gen. 4.

Iud. 9.

Num. 16.

lud indicat. Quod cum tempore Syllæ & Marij Cenfor Romanus ad visitandam de more prouinciam, Nolā pergeret, iussissetque hospiti, vt homines bonos mone- ret, aduenisse Cenforem, vt venirent, ille quater ad sepulchra conuersus, clara voce vt venirent clamauit, quibus nihil respondentibus, dixit Cenfori, se quidem bonos vocasse viros, quia tamen in ciuilibus discordiis obierant omnes neminem bonum superesse, qui veniret. Vnde Lucanus lib. 2. *Summum Brute nefas ciuilia bella fatemur.*

Certe Greg. Papa super illud Luc. 3. Anno quintodecimo Imperis Tyberij Cæsaris, Homilia. 20. Quia gentilitas (inquit) colligenda erat, & Iudæa pro culpa perfidiæ dispergenda, ipsa quoque descriptio terreni principatus ostendit. Quia in Romana republica vnus præfuisse describitur, & in Iudæa Regno, per quartam partem, pluri- mi principabantur, voce enim nostri Redemptoris dicitur: *Omne regnum in se diuisum desolabitur.* Quod & Zacharias Propheta prædicit cap. 11. *Ecce ego tradam homines unum quemque in manum proximi sui, & in manu regis sui, & concident terram.* Quod Hierony. exponit de Iudæorum strage in obsidione Hierusalem sub Tito & Vespasiano, de qua lege Iosephum lib. 5. de bello cap. 2. & lib. 6. cap. 1. & 4.

Beatus quoque Cyprianus lib. de simplicitate prælatorum agens de discordia Ab arbore (inquit) frange ramum, fructus germinare non poterit. A fonte præscinde riuum, & præcisus arefcet, & infra hoc cõcordiæ vinculum, hoc vnitatis sacramentum ostenditur, quando in Euangelio, tunica Domini nostri non diuiditur, contra denique. 3. Reg. cum moriente Salomone populus eius, & regnum scinderetur, Achias Propheta Ieroboam regi obuis in campo in duodecim scifuras vestimentum suum scidit, &c.

Discordia plane Iacob ab Esau germano fratre separauit, & discordia Cain primum fratricidium fecit. Discordia Loth ab Abraham separatum, prædam hostibus dedit, discordia venditur Ioseph à fratribus suis, discordia Saulis regis animam contra Dauid millies exacuit. Discordia Abimelech septuaginta fratrum sanguinis reum fecit, & ipsum in fine contriuit. Discordia sub Chore ducetos & quinquaginta leuitas igne combusit, quæ vt Dathan

quoque & Abiron terra dehiscens viuos absorberet effecit. Deinde volens Dominus Ægyptios perdere sub Augusto & Antonio fecit quod prædixerat Ihas: *Et concurrere faciã Ægyptios aduersus Ægyptios.* Postremo discordia inter exploratores terræ promissionis causa fuit, vt ex sexcentis myriadibus hominum, qui egressi sunt de Ægypto, duo tantum, Iosue scilicet & Caleb terram promissionis intrarent. De quo Psal. *Effusa est contentio super principes, & errare fecit eos in inuio & non in via.* Propterea vt subrepens hoc malum, de cordibus Apostolorum Christus euelleret, cum facta esset *Contentio inter eos, quis eorum uideatur esse maior, aduocato ad se paruulo, dixit: Nisi conuersi fueritis sicut paruulus iste non intrabitis in regnum cælorum.*

Quantum vero discordia Deo displiceat Spiritus sanctus exponit Pro. 6. dicens: *Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius, uidelicet, qui seminat inter fratres discordias.* Et Pro. 17. *Qui meditatur discordias, diligit rixas.* Cõstat autem rixas interitus esse causam. Vnde Pythagoras dixit vnitatem esse quæ omnes numeros perficit, dualitatem vero & diuisionem interitus esse causam. Ideo Põpeius ille Magnus victo in Hispania Sertorio epistolas in scriniis eius inuentas plurimum optimatum res nouas Romæ molientium igni combusit, ne discordiæ seminariam reseruaret. Danda est itaque opera ad concordiam conseruandam vt iræ diligentius occasiones auferantur, ideo inter aues Pauo concordia symbolum est, vt habetur in numero Domitiæ Augustæ, in qua Pauonis effigies insculpta videtur cum inscriptione concordia Augustæ quia Pauo semina à compare quidem suo diligentissime abscondit oua, quæ ille frangere solet inuenta ne sint inter eos discordiæ seminariam, & iræ. Vnde Pro. 30. *Qui prouocat iram, producit discordias.* Denique Boetius lib. 4. de consolatione omne (inquit) quod est, tã diu manet, atque subsistit, quandiu sit vnũ sed interire atque dissolui necesse est, quando vnum esse defierit, &c.

Isai. 17.

Num. 13.

Psal. 106.

Matth. 18.

9

Pro. 6.

Pro. 17.

Pythagoras

Pompeius,

Pro. 30.

Boetius.

CAPVT LXI.

Dispensare, Dispensatio.

DISPENSARE & distribuere dicitur Hebraicè Chalac.

Dispensare est diuersa expendere, distribuere. Vnde dispensator dicitur qui familia necessaria dispensat. Hinc Apostoli dispensatores domus Dei, idest Ecclesie Christi dicuntur. Quia & verbum Euangelij, & sacramenta, nec non & varia charismata filiis Ecclesie distribuerunt, ideo dicit Paulus. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Et Petrus. Sicut boni (inquit) Dispensatores multi formis gratie Dei. Vbi dispensatores bonos vocat, idest non dissimulatores, sed conseruatores. Item discretos, fideles, & diligetes, sicut dicit Matth. Quis putas est fidelis seruus & prudens? Est itaque dispensatio munus ipsum Apostolicum, sicut Paulus ait: Dispensatio mihi credita est, & Colos. 1. Cuius factus sum ego minister, secundum dispensationem Dei, quae data est mihi in uobis. Quod (inquit) D. Thomas duobus modis potest intelligi scilicet actiue, & sic est sensus, idest vt dispensem vobis diuina, fideliter tradens ea, & haec potestas data est mihi. Vel passiuè & tunc est sensus, idest secundum quod mihi dispensatum est à Deo iuxta Eph. 4. Dedit quosdam quidem Apostolos, &c. Hæc D. Thomas.

Dispensatio quoque vocatur designatio temporis opportuni incarnationis filij Dei inter alia tempora: vt exponit D. Thomas in illud Eph. 1. In dispensatione plenitudinis temporum. Sicut Deus (inquit) omnia ordinat & dispensat, ita quidem & tempora, disponendo & accommodando ea effectibus quos producit, secundum congruentiam eorum. Sicut autem aliis effectibus tempora ordinata sunt, ita & certum tempus ordinauit ab æterno mysterio incarnationis. Quod quidem tempus conuictus fuit de sua insipientia, ante legem scilicet scriptam colens creaturas, tanquam creatorem Rom. 1. Mutauerunt gloriam suam in imaginem uituli, &c. Et dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Post legem vero conuictus fuit homo de impotentia, quia legem implere non poterat, vt sic conuicti mortales neque præsumentes vel de sapientia,

vel de virtute sua, venientem non contemnerent Christum, sed audius affectarent. Hæc D. Thomas: de hac dispensatione Eph. 3. Mihi enim sanctorum minimo: data est gratia hæc, illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis. De quo vide in verbo Abscondere.

Dispensare in lege vel voto verbum iurisperitorum est, neque in scripturis usurpatum. De quo doctores & summi scriptæ videntur, titulo de dispensatione.

CAPVT LXII.

Dissimulare.

DISSIMVLARE dicitur Hebraicè Aphac Esther. 5. & dissimulata ira.]

Dissimulare est caute celare, ne quid deprehendi certo possit, vel agnosci. Itæ vel sic se gerere hominem quasi non videat, aut intelligat aliquid. Præori modo de iuramento, vel sub iuramento promittente, dicitur Ecclesia. 23. Vir multum iurans replebitur iniquitate, &c. Et si dissimulauerit, delinquet dupluciter. Quia videlicet peccauit semel, peierando, & iterum minime poenitendo.

Posteriori autem modo in bonum accipitur, & in malum. In bonum quidem, dissimulat quis iniurias, quasi non aduertat Iob. Nonne dissimulaui, nonne filii? Vbi Glossa. D. Thomas, & Lyranus exponunt dissimulaui iniurias ne me vlcerer, sic Salomon: Quæcumque dissimulat iniuriam, calidus est, idest prudens. Ita Dominus cum Samaritanus vocaretur, quasi non audiret, dissimulauit iniuriam de quo videlib. 8. in verbo honorare nomen. 3. In malum vero capitur, quando quis de necessariis admonitus fingit se non audire, sicut Loth qui cum inoneretur ab Angelis, exire de Sodomis, dissimulabat, donec apprehensa manu eius eduxerunt eum, sic aliqui audiètes in Euangelio. Si manus tua, aut pes tuus scandalizat te, abscinde eum, idest tolle occasiones peccati, dissimulant se audire, sed in malum suum.

Dissimulat Deus peccata nostra propter poenitentiam Sap. 11. Quando sic ea remittit, quasi non videat ea, sic remittit & dissimulauit cum muliere peccatrice.

CAPVT LXIII.

Dissoluerè.



DISSOLVERE dicitur Hebraicè Mug. cum est transituum vt Isai. 64. itæ Psal. 65.

Dissoluerè est ligatum relaxare, & aperire est etiã destruere, & perdere, dissoluit ergo Deus in bonum interdum à vinculis peccatores. Sic exponit Hieronymus illud Abac. Aspexit & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi. Idest à vinculis peccatorum suorum relaxauit, eodem modo exponit August. lib. 18. de Ciuitate cap. 32. Sed Theodoretus & Theophylactus intelligunt idolatriam gentium liquefecit Deus, & contriti sunt demones, qui montes seculi dicebatur. Quia vt Ioan. ait In hoc apparuit filius Dei, ut dissoluat opera diaboli, &c. Nunc princeps huius mundi eijciatur foras.

In eundem sensum dictum putat Hieronymus illud Nahum. 1. Indignatio eius effusa est quasi ignis, & Petrae dissolutae sunt ab eo. Bona est, inquit, indignatio Dei, & bona flagella eius, quibus corda hominum lapidea conteruntur, iuxta illud Ezechie. Auferam à uobis cor lapideum, & dabo uobis cor carneum. Et Theophyl. petrae, inquit, contritae sunt, sic enim vertunt Sept. partim quidem in sensibiles petrae, tempore passionis in Cruce Domini nostri, partim vero duro corde Gentiles verbo Euangelij accepto. Hæc ille. Sic Regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum conuersus duritiam plusquam lapideam deposuit, & Gentilis Chanaanæa.

Dissoluit Dominus germanitatem inter Iudam & Israël Zacha. 11. Et praecidi uirgam meam secundam, quæ appellabatur sumi culus, ut dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israël. Pro germanitate Septu. vertunt testamentum & foedus. Sed melius vulgata vertit germanitatem. Quia hæc dissolui capit, quando decem tribus ductae sunt in captiuitatem ab Assyriis, uero prius quando separatae sub Rege Roboam coluerunt vitulos aureos. Porro quando saluator venit in mundum, si aliqui redierat ex captiuitate decem tribuum, non diuis-

debantur à tribu à Iuda, sed erat omnibus germanus cultus vnus Dei, vsque dum Ioan. 7. cepit inter eos diuisio, & deinceps post aduentum Spiritus sancti quidam crediderunt in Christum, in die vnã tria millia, & plures postea, qui dicti sunt Iuda. Alij verò penitus obstinati manserunt, ita vt dicerent Apostoli: Ecce conuertimur ad gentes. Tunc isti vocati sunt Israël secundum carnem, & dissoluta est germanitas inter Iudam & Israël, idest inter credentes, & incredulos, vt exponunt Hieronymus & Theodoretus & Glossa, de hac germanitatis dissolutione Dominus dixit apud Matth. Non ueni pacem mittere in terram sed gladium.

Dissoluerè pactum Dei est legem præuaricari, Ezech. 17. D. & c. 44. B. Dissoluerè autem ænigmata, & ligata est interpretari Dan. 5. Porro dissoluerè colligationes impietatis Esai. 58. est remittere iniurias, & debita, propter quæ solent ditiores crudelius ligare in carcere pauperes, vt exponit Hieronymus maximè cum non sint soluendo, sicut ille, qui propter centum denarios conseruum qui soluendo non erat, misit in carcerem.

Denique dissoluerè pro dissipare frequenter accipitur. Sic de lingua nequã dicit Eccl. Gentes fortes dissoluit. Et Antichristus qui expositore Hieronymo vocatur pastor idolum Zacha. 11. Ungulas ouium dissoluet. Ne videlicet firmis gressibus per viam veritatis, & Dei mandatorum incedant. De huiusmodi. Dominus ait: Attendite à falsis Prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Dissolutus in scriptura capitur in malum, denotatque pigum, tepidum, pusillanimum, & relaxatum in via Dei, Prou. 19. Pigredo immituet soporem, & anima dissoluta esuriet. Idest tepida & relaxata in laborando, egestate premetur, Gregorius 3. p. Pastoralis cap. 16. pulchre de tepidis in spiritu locum istum exponit. Dissoluit autem corpus & spiritum delicti, siue in epulis, & uestibus, quibus relaxatus diues epulo, nec micam panis pauperi dedit Siue in stratis lectis, musicis instrumentis, & similibus vnde Hiero. dicit ad Hierusalem: Vsque quo delictis dissolueris filia uaga? Quia creabit Dominus nomen super terram, famina circumdabit uirum: Quasi dicat vt

Ph
I
1. Cor. 4.
1. Pet. 4.
Matth. 24.
1. Cor. 9. Colo. 1.
D. Thom.
Eph. 4. D. Thom.
2
Eph. 1.
Glossa.
Rom. 1.

Eph. 3.
3
3
Eph. 1.
Ecclesi. 23.
2
Iob. 3. Glossa. D. Thom. Lyran. Pro. 12.
Ioan. 8.
Gen. 19. Matth. 18.
3
Sap. 11.
Luc. 7.

372
I
Hierony. Abac. 3.
Augu. Theodoret. Theoph.
1. Ioan. 3. Ioan. 12.
2
Hieron. Nahu. 1.
Ezech. 36.
Theoph. Septuag.
Ioan. 4. Matth. 5.
3
Zach. 11.
Septuag.
3. Reg. 13.

Ioan. 7.
Hierony. Theodoret. Glossa.
Matth. 10.
4
Dan. 5. Esai. 58.
Hierony.
Matth. 18.
5
Eccl. 28.
Zach. 11.
Matth. 7.
6
Prou. 19.
Grego.
Luc. 16. Hiero. 31.

Hieron. ait. mysterium Natiuitatis filij Dei ex virgine magna ex parte neq; attendit, neq; cognoscis, quia delitiis, & voluptatibus dedita scripturas scrutaris præ defidia & animi relaxatione non curas. Vnde Dominus dicebat apud Ioan. *Scrutamini scripturas quia ipsæ testimonium perhibent de me.*

Propterea insignum damnationis, Væ dicitur dissolutis, quia negligunt sapere, quæ sunt ad salutem animæ necessaria, tepiditate relaxati. Sic legimus Eccli. 2. *Væ dissolutis corde qui non credunt Deo, ideo non protegentur ab eo.* Vbi Græce legimus *ναρθηδωρα περιμεν* cordi remisso, & tepido, quod scilicet ex tepiditate potius in voluptatibus, & diuitiis sæculi quam in Deo confidit. Vnde etiam nascitur desperatio de venia peccatorum, & pusillanimitas in virtutum operibus. Ideo Esai. cum de Apostolis dicit: *ipsi uidebunt gloriam Domini, salutem Dei nostri.* Videlicet in Resurrectione Christi, mox eisdem ad prædicandum gentibus profecturis subiungit: *Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.* Supple Gentilium, dicite hoc est dicentes pusillanimes nolite timere, &c. Ita exponit Hieronymus. Item Eusebius libro 9. *Demonstrationum Euangel. cap. 13.* Irenæus libro. 3. capit. 22. Ambrosius libro de Ioseph capit. 3. Chrysostomus de poenitentia Homilia. 6. Cyrillus hic: de hac missione Apostolorum habes Ioann. 20. *Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Denique Prouer. 18. Qui mollis est, & dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipantis. Quia in medio scilicet itinere retrocedit, & omnia perdit, ut Gregorius ait, loco citato numer. 6.*

Esai. 35. Hierony. Eusebius. Irenæus. Ambr. Chrysost. Cyrillus. Ioan. 20. Prou. 18. Greg.

Esai. 35. Hierony. Eusebius. Irenæus. Ambr. Chrysost. Cyrillus. Ioan. 20. Prou. 18. Greg.

CAPVT LXIII.

Distillare.



ISTILLARE est paulatim effundere, quia si per stillas, & guttas. Sic legimus Psalm. 67. *Etenim cæli distillauerunt, à facie Dei Sina, à facie Dei Israel.* Id est pluit Deus

manna de cælo populo in deserto, sicut exponunt secundum historiam, Glossa ordinaria, Iansenius & Genebrar. Mysti

Glossa. Ianse. Genebr.

cè vero Arnobius & Hilarius dicunt, distillasse cælos à facie Dei, quando nato Domino in præsepio stellam miserunt sole fulgidior, de qua Magi: *Vidimus, inquit, stellam eius in Oriente.* Sed Theodoretus de aduentu Spiritus sancti super Apostolos exponit. Quia tunc terra mota est, & cæli varia charismata distillauerunt. Imo ipsi Apostoli pleni Spiritu sancto stillauerunt dulcedinem, iuxta illud Ioel. *Indic illa montes stillabunt dulcedinem,* in tantum ut die vna Petrus usque ad tria millia prædicando conuerterit, & Apostoli ut colles fluuerunt lac doctrinæ Christianæ.

Distillant Christi labia myrrham, quando clamat Matthæ. 4. *Pœnitentiam agite, sic legimus Cant. 5.* Labia eius lilia, distillantia myrrham primam. Et quidem Gregor. myrrham primam mortem martyrum exponit, quod sit dignitate prima, de qua Dominus: *Nolite timere eos qui occidunt corpus.* Et apud Ioan. *Venit hora ut omnis qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare Deo.* Porro Septuag. vertunt myrrham plenam, quod Theodoretus explicat plenam mortificationem omnium passionum. De qua Dominus: *Siquis uult uenire post me, abneget semetipsum, &c.* Lilia uero puritatem denotant in labiis Christi, & bonum eius odorem.

Distillant Ecclesiæ labia dulcedinem, & etiam labia meretricis, sed longe diuersam. Quia hæc turpem, fallacem, & fluxam, illa cælestem & æternam dulcedinē gloriæ sanctorum. Sic exponit Grego. illud Cant. 4. de Ecclesia: *Fauus distillans labia tua,* quia proponit laborantibus illud Ioan. *Tristitia uestra uertetur in gaudium, & merces uestra multa est in cælis.* Et beati sunt serui illi, quos cum uenerit Dominus inuenerit uigilantes. Sed è contrario Pro. 5. *Fauus distillans labia meretricis, quia ut inquit, Orig. Homi. 8. super Ezechielem. Hæretici more meretricis blanditis populos alliciunt, & voluptatibus, aut uerbis scripturæ adulteratis, unde Dominus: Attendite à falsis Prophetis.*

Manus sponsæ distillare myrrham Gen. 3. uide in uerbo Digitus.

Arnobius. Hilarius. Matth. 2. Theodo. Act. 2. Ioel. 3. 2. Matth. 4. Cant. 5. Math. 16. Ioan. 16. Septuag. Theodo. Math. 16. Gregor. Cant. 4. Ioan. 16. Matth. 7. Luc. 6. Luc. 12. Prou. 5. Origenes.

CAPVT LXV.

Distribuerè, Distributio.



ISTRIBVERE & diuidere Hebraice dicitur Gazar:

Distribuerè est diuersis aliquid tribuere, vel diuersa dispensare, & ordinare 1. Paral.

Et distribuit eos David. Id est Cantores & Leuitas in templo disposuit.

Præterea distribuere domos Sion, est recte & commode ordinare, quamuis inter expositores dissensio sit super illud Psalm. 47. *Distribuite domos eius, ut enarretis in progenie altera.* Quia Vatablus & Iansenius de terrena Hierusalem cum Hebrais exponunt. E contrario Hieronymus, Augustinus, Cassiodorus, Lyranus & Genebrardus de Ecclesia Catholica, quorum sententiæ suscribendum est. Eo quod subditur: *Quoniam hic est Deus in æternum, & in seculum seculi.* Quod non quidem terrenæ competit Sion, sensus ergo legitimus est, distribuere domos eius, id est uisumque curam suæ Ecclesiæ suscipiat, & distribuantur singula singulis pastoribus, ut inquit Theodoretus. Congruit autem litera Hebraica, scilicet *separate palatia eius.* Sic enim vertit Hieronymus ad ueritatem Hebraicam. Id est separate dioceses, & cathedrales Ecclesias, vel distribuere ordines, & dignitates Ecclesiæ. Hanc enim docuit Dominus graduum distinctionem, quando elegit duodecim, quos Apostolos nominauit, Luc. 6. *Et designauit alios Septuaginta duos.*

Præcessit autem figura distributionis, & diuisionis dignitatum, & fructuum ministrorum Ecclesiæ, Iosue 21. Vbi legimus: *Itaque ciuitates uniuersæ leuitarum in medio possessionis filiorum Israel fuerunt quadraginta octo cum suburbanis suis, singula per familias distributæ.* Sic in Ecclesia clericis possessiones designantur, & fructus: *Quia dignus est operarius mercede sua.* De hac distributione Psalm. 77. & diuisit eis terram in funiculo distributionis, & etiã Hier. 12. *Hæc dicit Dominus aduersus om-*

1. Para. 23. 2. Psal. 47. Vatab. Ianse. Hierony. August. Cassiodo. Theodo. Lyranus, Geneb. Theodo. Hierony. Luc. 10. Luc. 6. Iosue. 21. Luc. 10. Psal. 77. Hier. 12.

nes uicinos meos pessimos, qui tangunt hereditatem, quam distribui populo meo. Vbi uicinos vocat Ammonitas, Moabitas, Idumæos, &c. ut Hieronymus ait. Mystice uero hæreticos, qui hereditatem Ecclesiæ Catholicæ lædunt.

Distribuit Dominus spolia Satanæ, id est animas sub eius potestate captiuas in Iudæis & gentibus, ut eas Apostoli ad fidem conuerterent, & Deo reconciliaret, ut exponit Beda super illud Luc. 11. *Si autem fortior superuenerit, & uicerit eum, uniuersa arma eius auferet, &c. & spolia eius distribuet.* Sic distribuere cepit spolia eius: *Quando designauit Dominus alios septuaginta duos, & misit illos binos in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse uenturus.* Sic etiam exponit Cyrillus vel spolia sunt animæ patrū, quas Dominus eduxit e Limbo.

Distribuit discumbentibus panem filius Dei Ioan. 6. Cumque ad quinq; millia in monte discubissent non unum, vel alteri omnia dedit, sed singulis pro indigentia, & necessitate, quod satis erat, ut scilicet doceret nos, non unum ex cognatis, vel beneuolis omnia dare, ita ut illi superfluat, & alij quidem egeant, sed singulis dandum egenis, ut eorum subleuetur egestas, iuxta illud Psalm. *Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.* Dedit præterea filius Dei Apostolis, non ut retinerent, sed ut discumbentibus dispensarent, & de reliquiis pauperum ipsi comederent. Quia Christus tam prælati Ecclesiæ quam clericis non dat qui tenent fructus, ut sibi retineant, sed ut pauperibus distribuant, & ipsi de reliquiis uiuant. Vel saltem quod superest dent eleemosynam: *Quia eleemosyna à morte liberat.*

CAPVT LXVI.

Diuertere, Diuersorium.

DIVERTERE dicitur Hebraice in scriptura sancta Sur Gen. 19. ut diuenterent ad eum, diuertere est ab itinere certo deflectere, Psalm. 33. *Diuerte à malo, & fac bonum.* In quo omnis necessaria iustitia consistit ad salutem animæ. Hoc intellexit Matth. qui non solū ad uocem Domini de Telonio surrexit, neret.

Hieron. Beda. Luc. 11. Luc. 10. Cyrillus. Ioan. 6. Psal. 117. Hier. 12. Psal. 33. Matth. 9.

CAPVT. LXVII.

Diues, Diuitia.



IVES Hebraica lingua dicitur in scriptura sancta Afir, 1. Reg. 12. in plurali Afirim.

Diues quasi diuus dicitur, quod sit

Deo similis, cui nihil deest, differtque inter diuitias & opes, vt inquit, Cicero, in libris officiorum, quod diuitia sint ad necessarium vsum, opes vero ad magnificentiam. Solus autem Deus proprie dicitur diues, cui omnia ex sua natura factis abundant. Quod exprimit nomen Dei Sadai, sic Rom. 10. idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum.

Diuitia Dei sunt bonitas eius, misericordia, sapientia, gratia & virtutes Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientia, & longanimitatis contemnis. Item: vt ostenderet diuitias gloriae suae, in uasa misericordiae. Et Ephes. Deus qui diues est in misericordia. Ideo lachrymatus est super Lazarum quatridduanum: Et uidens ciuitatem fleuit super illam. Et misereor, inquit, super turbam. Marc. 8. Secundum hanc regulam intelligitur illud Psalm. 36. Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabitat terram, & pascaris in diuitijs eius. Quod male quidam intelligunt, pascaris in diuitijs terrae, cum in Hebraeo sit, vt ad veritatem Hebraicam Hieronymus vertit, & pascere fidem, & veritatem.

De his diuitijs Salomon: In sinistra eius diuitia & gloria. Et Ephes. 1. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, secundum diuitias gratiae suae. Et capit. 3. Mibi enim sanctorum minimo euangelizare in gentibus inuestigabiles diuitias Christi. Denique 2. Corint. 8. Christus cum esset diues, egenus pro uobis factus est, ut illius inopia nos diuites essetis. Vbi Diuus Thomas notat non dixisse Apostolum cum fuisset diues, quasi quod fuisset, & esse desisset, sed cum esset diues, vel existens, permanens quam diues in spiritualibus, iuxta illud Prouer. 8. Mecum sunt diuitiae, &c. Egenus pro nobis factus est in temporalibus: Delictum autem Iudaeo-

Luc. 7. sed conuiuium fecit illi, & Publicanis, vt eorum per verbum Christi salutem obtineret. Mulier quoque quae erat in ciuitate peccatrix, non solum lachrymis peccata sua diluit, sed pedes quoque Domini unxit unguento. Sicut & Zachaeus non solum rapta restituit, sed dimidium bonorum suorum dedit pauperibus, Pharisaei autem qui de filio Dei murmurabant quod ad hominem peccatorem diuertisset, diuerterunt in vias prauas, Eccli. 2. Diuerforium est hospitium ad quod diuertere solent viatores curandi corporis gratia, sed cum natus esset Mariae filius Dei: Reclinavit eum in praesepe, quia non erat ei locus in diuerforio. Quod non sine Dei magna contigit prouidentia. Primum vt paupertatem nobis in sua natiuitate commendaret, quae vt inquit Ambrosius super Luc. 6. Prima parens est, generatioque uirtutum. Et vt inquit Chrysostomus Homilia. 2. ad populum magna possessio est paupertas sapienter ipsam ferentibus, thesaurus qui nequeat auferri, baculus firmissimus, diuerforium ab infidiis tutum. Deinde vt humilitatem doceret, non quidem ad palatia principum, sed ad animalium praesepe diuertit, iuxta quod dicit Eccli. Quo maior es, humiliare in omnibus, & apud Deum inuenies gratiam. Praterea quia erat commune bonum, & thesaurus omnibus patens, vitaque fons, noluit in angulo diuerforij, sed in publica via, omnibusque patenti, nasci, iuxta illud Zachar. Et erit fons patens domui Iacob, & omnibus habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris, & mensurata. Postremo inter animalia rationis expertia nasci potius uoluit, quam inter populis celeratos, sicut in eius typo dixit Hieremias: Quis dabit me in solitudine diuerforium uiatorum, & relinquam populum meum, & recedam ab eis. Et certe reliquit Dominus tandem Iudaeos, & in Apostolis suis diuertit ad gentes.

Luc. 7. Luc. 19. Eccli. 2. 2 Luc. 2. Ambro. Luc. 6. Eccli. 3. Zach. 13. Hier. 9.

1 Rom. 10. 2 Rom. 2. Rom. 9. Ephes. 2. Ioan. 11. Luc. 19. Marc. 8. Regula. Psal. 36. Hierony. 3 Prou. 3. Eph. 1. Prou. 8.

Rom. 11. Hiero. Augu. Ambr. Theoph. Chrysof. rum, diuitiae sunt mundi. Roman. 11. Quia peccatum incredulitatis eorum fuit occasio conuersionis Gentium vt exponunt Hieronymus, Aug: Ambro, Theophylactus, Chrysostomus.

4 Chrysof. Diuitiae saeculares natura sua indifferentes sunt, ad bonum & ad malum. Vnde Chrysostomus Homilia. 2. ad populum sicut non mala, inquit, res vinum, sed mala ebrietas, sic non mala res diuitiae, sed mala cupiditas. Ambrosius libro. 10. epist. 28. neque ipsae, inquit, diuitiae vituperabiles, quia in Prouer. legimus: Redemptio animae uiri, diuitiae eius. Quoniam qui pauperi donat, redimit animam suam, est ergo in his materialibus diuitiis virtuti locus, sicut gubernatores estis in magno mari, si quis bene gubernat nauigium suum, cito transit fretum, ut perueniat ad portum. Sic Prouer. 10. dicitur: Possessio diuitum ciuitas firma. Quae est ista ciuitas nisi Hierusalem, quae in caelis est. Haec ille.

5 Glosa. Augu. Psal. 61. Item Glosa, August. super illud Psal. Diuitiae si affluant nolite cor apponere. Non dicit, inquit, nolite habere, sed nolite cor apponere, non enim damnat diuitias, vnde mereamur caelum, sed cor appositum, quod non expendit, sed recondit, haec August. quia solus malus diuitiarum usus vituperatur. Vnde Plato in Erixia seu de diuitiis, si vir, inquit, iniustus & promptus ad libidines, diues sit, procliuior erit ad peccandum. Quare magis ei proderit, ne diues sit. Et infra aurum & argentum Graecis, χρυματα, propter vsum dicta sunt ipsis solum utilia fuerint, qui modum ipsis vtendi nouerint.

6 Eccli. 1. Diuitiae considerata hominum stultitia: Quia stultorum infinitus est numerus. In scripturis, & apud Gentiles Philosophos, frequentius vituperantur. Primum quia fallaces sunt & fugaces, vnde Christus Dominus apud Matth. Fallacia, inquit, diuitiarum, suffocat uerbum. Et Paulus ad Timothaeum: Diuitibus huius saeculi praecipue non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum suarum. Vbi Theophylactus, quid diues, inquit, ex tolleris, ob rem incertam, & in constantem. Haec ille. Certe Midas Phrygiae Rex inter mortales opulentissimus epoto sanguine Tauri misere interiit, suis frustratus diuitiis, & Crassus Lydorum tyrannus diuitiarum nomine inclutus, regno & diuitiis priua-

4 Chrysof. Ambr. Prou. 13. Prou. 10. 5 Glosa. Augu. Psal. 61. Plato. 6 Eccli. 1. Matth. 13. 1. Tim. 6. Theoph.

tus sub Cyroque seruus factus est, ab eo praelio superatus, vtranque vero historiam refert Euseb. in Chronicon, Marcus Crassus Romanorum opulentissimus bello Parthico vita & opibus priuatus cecidit. Alexander Magnus in Babylone, veneno sublatu est, cum totius fere orbis diuitias depraedatus esset. Nemo ex regibus Salomone, suo tempore, legitur opulentior. Cuius opes, & maiorem regni partem, filius eius Roboam male perdidit.

7 Prou. 13. Vnde Psalm. Dormierunt somnium suum, & nihil inuenerunt, omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Vbi legendus est Augustinus, euigilant, inquit, diuites in morte, & nihil inueniunt in manibus suis, quia nihil posuerunt in manibus Christi. Hinc diuites in libro Sapientiae dicunt in inferno: Diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transferunt omnia illa tanquam umbra, &c. Et Chrysostomus Homilia. 2. ad populum seruus, inquit, fugitiuus sunt diuitiae & si mille illis vincula iniicias, simul cum vinculis fugiunt. Haec ille. Vnde Euripides in Hypsipyle.

Si uiueres, inquit, longum cerui tempus, Aut cornicis, danda tibi uenia foret, multas opes colligenti. Sed si breui te senectus Ledit, Non debes insano diuitiarum amore capi;

Hesiodus dixit non faciunt equum meliorem atrei fræni, Pallades ait, aurum pater adulatorum doloris, & curae filio est. Ouidius libro. 1. Metamorpho.

Virgilius: Effodiuntur opes irritamenta malorum. Idem Ouidius lib. vltim. de tristibus: Diuitis ad manes nil ferret umbra suos. Virgili.

Theophrastus diuitias Pauoni caudam in orbem omnium oculis explicanti similes dicebat, sed pedes habere turpissimos, qualem animam, & finem diuites habent. Vnde Horatius diuitem vocat:

Introrsum turpem, speciosam pelle decora, Et Pallades apud Sobæum sermo. 10. Nunquam, inquit, tu argenti tui Dominus es, O celerrimam uitæ rapinam;

Eusebius: August. Sap. 5. Chrysof. Euripides. Pallades. Ouidius. Virgilius: Theophras. Pallades. Sobæus.

Lucillus. *Vt pœnator subito mortuus est.*
 Item Lucillus Poeta à Thrasimache ait, multas opes per insidias perdidisti, & subito in nihilum redactus es. Denique de diuite dicitur Iob. 5. *Bibent sitientes diuitias eius, & ipsum rapiet armatus.* Idest diabolus vt Gregorius ait.

Gregor. 8
 Psal. 123. Auguit. Cherond.
 Diues mancipium efficitur suarum facultatum. Sic Augu. super Psal. 123. Qui auro uti non nouit, habetur nō habet, possidet non possidet. Vnde Cherondas Cathanæus apud Stobæum sermo. 44. dicebat diuitiis seruans contemptibilis est, vt pusillanimis & illiberalis. Socrates iuuenem intuitus diuitem, & imperitum. Videte inquit, mancipium aureum. Hieronymus super Matth. *Non potestis Deo seruire, & mammonæ.* Qui seruus, inquit, est diuitiarum, custodit vt seruus, qui autem seruitus excussit iugum, distribuit vt Dominus. Propertius libr. 3. Elegias: *Naud ulla sportabis opes Acherontis ad undas. Nudus ad infernas stulte uehere rates.*

9
 Eccl. 5.
 Diuitia multorum sæpe malorum causa sunt possidenti Eccl. 5. *Est alia infirmitas pessima, quam nidi sub sole, diuitias conseruatas in malum Domini sui.* Et certe Hispania propter fodinas auri, & argenti, prius à Carthaginensibus oppressa, deinde à Romanis in seruitutem redacta est. De quo 1. Mach. *Audiuit Iudas nomen Romanorum, & quanta fecerunt in Hispanie regione, & quod in potestatem redegerunt metalla auri, & argenti, que illic sunt.* Præterea in mille præcipitia solent diuitia possessorem impellere, vnde Plutarchus apud Stobæum sic ait, Pro uerbo dicitur: ne puero des gladium. Ego autem dixerim, ne puero des diuitias. Itē Isocrates ad Dominicum diuitia, inquit, his qui auidius affectant, sunt sicut equus fortis, & potens equitandi artem ignorant, ideo consilium est imitari quidem Apostolos Domini dicentes: *Eccc nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.* Matth. 19. Et urandum quod Apostolus monet: *Diuites fieri bonis operibus.* Alioquin Cicero recte dixit in Paradoxis. Nihil est meum neq; cuiusque, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest. Et Seneca lib. de Moribus, quæ sunt maxime diuitia, non desiderare diuitias.

Matth. 19. 1. Tim. 6.
 Cicero.
 Seneca.
 Dabit diuitem pro morte sua Isa. 53. vide in verbo Dare, & alia in aliis verbis coniunctis.

CAPVT LXVIII.

Diuinare, Diuinatio, Diuuis.



DIVINARE in Hebræo dicitur Nachas, est & augurari, 4. Regum. 21.

Diuinare est damonis arte futura prædicere, vel ex proprio corde ad fallendum, qui vero hoc faciunt, diuini vocantur, quasi diuinitatem simulant, vt explicat Hieronymus super illud Hierem. *Non uos seducant Prophete, &c.* & diuini uestri, quia falsa prophetant in nomine meo, & non mihi eos. Vituperantur vero in scriptura non solum diuini, sed & qui eos consulunt, quod lethale sacrilegium damnatur Deuter. 18. C. Esai. 8. D. 19. A. 4. D. Hier. 27. B. Mich. 3. C.

Diuinatio plerunque accipitur in malum, & raro in bonum: in malum quidem 1. Reg. 28. *Diuina mihi in Pythone.* Erant autem Pythones dæmones diuinatores, qui in obsessis hominibus futura prædicebant, vt inquit Plutarchus in libro Cur oracula desierint, de quo latius in verbo Python.

Diuinatio in bonum significat prophetiam, sicut Prouer. 16. *Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius.* Quod Beda nomine Hieronymi hoc loco de solo Christo, qui rex regum est, intelligi posse putat, alioquin non erit absolute verum, quia cæteris aliquando regibus errantibus in iudicio solus Christus non errat. De quo Psalm. *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis.* Vnde priusquam absolueret adulteram, a accusatorē eius sententia confudit rationabili, dicens: *Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat.* Similiter rogatus an censum Cæsari dari liceret? iustissime iudicabit dicens: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.*

Nihilominus tamen Lyranus putat hanc sententiam habere verum de omni rege, qui iudicat secundum legem Deuteronomij, vbi præcipitur vt postquam federit rex in folio regni sui, describat sibi Deuteronomium, legatque

UTI

I

Hiero. Hier. 29.

Deut. 18.

2

1. Reg. 28.

Plutarch.

3

Prou. 16.

Beda,

Psal. 71.

Ioan. 8.

Matth. 22.

4

Lyranus. Deut. 17.

illud

Ianfe,

Psal. 81. Ioan. 11.

Dionys.

Mala. 2.

1. Cor. 14. Matth. 23.

illud omnibus diebus vitæ suæ, itaque sensus est diuinatio in labiis regis, idest diuina lectio, & tunc in iudicio non errabit. Quibusdam verò duriuscula videtur expositio, vt diuinatio capiatur pro diuina lectione, quia potius est de futuris diuinatio, & non electio. Ideo Iansenius dictum existimat prouerbialiter: Prouerbia vero non semper verum habent: sed sapius, & ita est quia reges dii vocantur propter iudicia, iuxta quæ proferunt Psal. 81. Et legitur: *Quod cum esset pontifex anni illius prophetauit.* Et Sapien. 8. dicitur: *Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* Quare si rex aut prælatus iustus præsertim faciat sincere, & diligenter quod in se est. Plerunque rectum iudicium proferet. Nihilosecius tamen quamuis hæc sententia vera sit, quæ est etiam Dionysij Carthusiani, illa superior Lyrani contemnenda non est, vt diuinatio capiatur pro prophetica scriptura Deuteronomij, ita vt sit sensus diuina & prophetica scriptura est in labiis regis, iuxta quam iudicans nō errabit. In quem sensum dicitur quoque de sacerdote Malach. 2. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam.* Subaudi scripturarum, & legem requirunt de ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Sic & prædicare dicitur propheta 1. Corinth. 14. & Matthæ. 23. *Dominus ait, in cathedra Moysi sederunt principes, & Pharisei, quæcunque dixerint uobis facite.* Idest secundum cathedram legis Dei.

CAPVT LXIX.

Docere, Doctor.



DOCERE prima rudimenta dicitur Hebraicè Chancach, dicitur etiam docere Lamad.

Docere est alicuius rei cognitionem alteri tradere, præcipue scientiam, vel artem alicui proponere modo ad percipiendum congruo, quæ traditio scientiæ doctrina, qui uero tradit doctor appellatur, siue magister.

Docere autem per excellentiam proprium Dei est, Iob. 35. *Qui docet nos suorum iumenta terræ.* Quia vt notat Beda iumenta quidem per naturæ vim, & inclinationes docet ad quærenda vitæ necessaria, vel conuenientia, nos autem docet interdum per gratiæ munera. Sicut docuit Apostolos Luc. 24. *Aperuit illis sensus, ut intelligerent scripturas.* Vel vt inquit Lyranus docet nos per lumen rationis, vel etiam prius per legem veterem, deinde per legem Euangelicam, in qua dicit: *Siquis uult uenire post me, abneget semetipsum, &c.* Sic Propheta clamat: *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.* & Esai. *Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius.* Quod de conuersione gentium exponit Hieronymus, Augustinus libr. 10. de Ciuitate cap. 32. Cyrillus & Procopius, Theodoretus, &c.

Quomodo autem Deus hominem doceat satis ostendit Propheta dicens *Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* Vnde licet Hæreticus dicat Deus me docuit, quia scriptum est: *Qui docet hominem scientiam.* Et apud Ioannem: *unctio docebit uos.* Respondendum est, Deum nihil contra legem suam hominem docere, sed de lege, inquit, tua docueris eum. Et Psalm. 118. *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.* Non ergo contra Dei mandata, sed iuxta fidem & obedientiam mandatorum docet nos Deus, sibi que consentit, & legi suæ non dissentit: *Non enim est Deus dissensionis sed pacis.* Vt Apostolus ait.

Docere Spiritui sancto tribuitur, quia sua nobis septem dona largitur, inter quæ sunt, donum intellectus, quo lumen nobis ingerit ad percipienda clarius principia fidei, & donum scientiæ, quo docet nos de principijs conclusiones colligere. Denique donum sapientiæ, quo docet nos suauiter per altissimas causas. Ideo de Spiritu sancto loquens filius Dei dixit: *Ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia, quæcunque dixerit uobis, & ipse docebit uos omnem ueritatem.* Quod explicat Augustinus tractat. 96. *Docebit uos omnem ueritatem.* In gloria uisione clara, sed Didymus, Theophylactus & Rupertus,

Iob. 35. Beda,

Luc. 24.

Lyranus,

Psal. 24. Esai. 2.

Hierony. Augu. Cyrillus. Procop. Theodoret.

2 Psal. 94.

Psal. 91. 1. Ioan. 2.

Psal. 118.

1. Cor. 14.

3

Ioan. 14.

Ioan. 16. August.

Didymus. Theoph.

Rupertus.

etiam

etiam omnem veritatem in hac vita docere Spiritum sanctum putant, sub intelligendo, quæ necessaria sit ad salutem, pro tempore & loco.

4

Nec valet obiectio Augustini loco citato, quia Dominus præmisit: *Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo. Quod de sola visione beata videtur intelligi, quia reliqua licet non intelligerent Apostoli, sed portare poterant in memoria, ut paruuli quidem discunt Symbolum, & quod non intelligunt portant, sed nihilominus dicendum est, etiam de his, quæ in hac vita cognosci possunt, non potuisse tunc Apostolos multa portare, ante aduentum Spiritus sancti. Quia rustici erant, & rudes, quæ postea tamen intellexerunt, ut de cessatione legalium, de dictis ænigmaticis, & prophetarum vaticiniis occultis, & parabolicis, & de refutatione omnium hæresum, & sicut Luc. 12. de his qui finiendi erant antetyrannos dicitur: Spiritus sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vobis dicere.*

Luc. 12.

Math. 10.

5

Doctores Ecclesiæ per excellentiam vocatur Spiritus sanctus. Item Christus Dominus. Sic legitur Esai. 30. *Et non faciet ultra volare Doctorem tuum. Et erunt oculi tui uidentes præceptorem tuum.* Vbi Hieronymus per Doctorem intelligit tam Christum, qui ait, ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi, Matthæ. ultimo quam Spiritum sanctum, de quo Ioann. 14. *Et alium paraclytum dabo vobis, qui maneat vobiscum in æternum. Item: Cum uenerit paraclytus, quem mittet pater in nomine meo, ipse uos docebit omnia.*

Esa. 30.

Hierony.

Math. ult. Ioan. 14.

6

De quo etiam legitur, apud Ioel: *Lætami in Domino Deo uestro, qui dedit uobis Doctorem iustitiae.* Vbi vulgata veritatis Doctores Hebraicè est Morech, quæ vox nõ significat hoc loco escam aut pluuiam ut Rabbinii dicunt, sed Doctorem, eadem quippe vox est Esai. 30. loco paulo ante citato: *Et erunt oculi tui uidentes præceptorem tuum.* Et Chaldaus transfert doctorem uestrum in Ioel & R. Ioseph, & R. Salomon & Vatablus. Deinde per Doctorem distorte quidem Ruffinus hic intelligit Regem Ezechiam. Neque etiã intelligimus Doctorem, quemlibet legis peritum, ut vult Lyranus, quia Hebraicè non solum est Morech. Sed cum articulo

Ioel. 2.

Chaldaus.

R. Ioseph.

R. Salomon

Vatab.

Ruffinus.

Lyra.

demõstratiuo ha Morech. Vbi articulus, ha denotat specialem Doctorem. Sic veritatis Vatablus Doctorem illum, ut ostendat Christum, & Spiritum eius sanctum: de quo aperte sermo est, quia paulo post dicitur: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* Denique de filio Dei sub nomine sapientiæ dicitur: *Doctrix enim est disciplina.* Sic ut Doctores Christus aperies os suum docebat discipulos: *Et uos, inquit, uocatis me magister, & Domine, & benedicitis sum etenim.*

Vatab.

Sap. 8.

Matth. 5:

Ioan. 13.

7

Ezech. 44.

Hierony.

Psal. 18.

Septuag.

Matth. ult.

1. Tim. 3.

Isidorus.

Matth. 5:

8

Docere pertinet ad munus sacerdotum Ezechiel. 44. *Sacerdotes populum meum docebunt, quid sit inter sanctum, & pollutum, mundum & immundum.* Vbi Hieronymus sacerdotis, inquit, officium est docere populum, quid inter sit inter sanctum, &c. & immundum, ut primum referamus ad dogmata, secundum ad opera, delicta enim quis intelligit, & cum fuerit controuersia de omni re, siue sanguinis, ut Septuag. vertunt, hoc est quod ad mortale pertinet crimen, stabunt sacerdotes in iudiciis meis. Hæc Hieronymus, sic Dominus Apostolis, & in eis pastoribus, & præpositis spiritualibus præcepit: *Euntes docete omnes gentes.* Id est quæ necessaria sunt ad salutem tam ad fidem spectantia quam ad mores & 1. Timothæ. *Oportet episcopum irreprehensibilem esse, Doctorem.* Hinc Isidorus libro. 3. de summo bono sacerdotes, inquit, pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiunt, aut peccantes non arguunt. Et Matthæ. *Qui fecerit, & docerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum.*

Docere tenentur patres spirituales, & susceptores infantium in baptismo suæ fide commissos quæ necessaria sunt ad salutem, si patres carnales id minime fecerint Deuter. 32. *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos & dicent tibi.* Ita asserit quoque Augustinus in quodam sermone Paschali, allegatus à D. Thoma. 3. part. quæst. 67. articulo. 8. Ne vero desint in Christiana Republica, qui docendi munere fungantur, decretum est in Synodo Eugenij Papæ, quæ refertur distin. 37. Can. de quibusdam, ut in vniuersitatibus Doctores constituantur, qui studia liberalium, & artium liberalium publicè doceant, quia in his, inquit, maxime diuina

Syno. Euge.

Studia liberalium artium constituantur.

9

Psal. 17.

Matth. 8.

10

D. Tho. Cant. 8.

Act. 2.

Ioan. 14.

Ioan. 16.

11

Psal. 118.

August.

Ioan. 7.

Theodoret. Genebr.

2. Reg. 23.

Ioan. 7.

Lyranus.

Iansen.

Eccli. 37.

Matth. 8.

Matth. 15.

12

manifestantur, & declarantur mandata. Docet quoque Deus manus ducum & militum ad prælia iusta: inspirans, scilicet ad artem militarem. Vnde Propheta in Psal. *Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Quod facit contra Manichæos dogmatizantes, non esse fas Christiano præliari, quos sequitur Acolampadius, & alij nouatores, cum cõtra Dñs fidem laudauerit Centurionis, qui habebat sub se milites apud Matth.

Præterea doceri vult spõsa, id est Ecclesia ab sponsa clara visione in cõlis. Sic exponit D. Th. illud Cant. 8. *Apprehendam te, & ducam te in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, ibi me docebis:* quia videlicet Ecclesia Apostolica deditur Christo ascensurum ad Patrẽ, usque; ad mortem Oliuarum, & quasi introduxit in cõlestẽ Hierusalem, quæ est mater nostra, in qua mansiones multæ sunt. Et ibi, inquit, me docebis in clara visione, quia sequitur apud Ioan. *Et iterum ueniam ad uos, & assumam uos ad me ipsum.*

Doctores suos superat interdum seruus Dei ex assistentiã diuinæ gratiæ. Psal. 118. ubi Propheta dicit: *Super omnes doctores me intellexi, quia mandata tua quæsiui.* August. putat solum Christum hoc posse dicere, sed cum Christus non didicerit à doctoribus Ioan. 7. magis congruit personæ ipsius Prophetæ, ut exponunt Theodor. & Genebr. quia Dauid doctores habuit, sed altiori spiritu prophetiæ præditus est super omnes sua tẽpestate mortales: quia loquutus est illi Deus: *Sicut lux auroræ Oriente Sole, mane absque nubibus rutilat.* 2. Reg. 23. qui ergo fitit sapientiam, audiat Dominum clamantem: *Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat.* Veniat autem affectibus cordis & operis. Sic etiã exponunt Lyran. & Iansen. locum Psalmi, quia iuxta Ecclesiast. *Anima uiri sancti annuntiat aliquid quando uera, plusquam septẽ speculatores sedentes in excelso ad speculandum.* Sic Ceterio credidit, & confessus est clarius Christi omnipotentiam, quàm omnes iurisperiti illius tẽporis apud Matth. & Chananæa super docentes se intellexit.

Docti à Dño, & docibiles Dei sunt Christiani, qui Christum docentem audierunt in Ecclesia primitiua: & qui modo ab Spiritu sancto per Ecclesiam proponentem addiscunt fidem. Sic intelliguntur

loci Scripturæ: primum Isa. 54. *Ponã iaspidem, &c. uniuersos filios tuos doctos à Domino.* Per fidem supernaturalem exponit Cyrillus, Procopius, Hieronymus & Augustinus lib. 1. contra Pelagiũ & Cestestium cap. 13. & Chrysostomus super Ioan. 6. De quo Hier. 31. *Nõ docebit quis ultra proximum suum dicens cognosce Dominum, omnes enim cognoscent me,* id est, non docebit quis ultra proximum suum, tanquã doctor principalis, quia Deus infundit fidem, ut autor eius. Hebr. 12. *Aspicite in autorem fidei, & consummatorẽ iesum.* Porro Ecclesia solum exterius proponit: fides autem donum Dei est super naturã. Ephes. 2. Sic Ioan. 6. *Scriptum, inquit, est in Prophetis, & erunt omnes docibiles Dei.*

Ita explicat Aug. tract. 26. super Ioan. Caterum Chrysostomus subtilius quærit super Ioan. 6. *Quid, inquit, qui ante fuerunt, nonne docibiles erant Dei: Quid ergo hoc loco eximium est: id est speciale.* Respondet autem, tunc per homines illi quidẽ discabant, nunc per filium Dei unigenitum, & Spiritum sanctum. Hæc ille. Quod est dicere, quamuis ante Christi aduentum, Abraham, Isaac, & Iacob, & alij fideles habuerint fidem infusam à Deo, iuxta illud 2. Corint. 4. *Habentes eundem spiritum fidei: sed non illos docuit Deus, & homo intus, & extra.* Et ita non fuerunt interius & exterius docti omnes à Domino: sed qui viderunt & audierunt Christum in carne, interius & exterius docti fuerunt à persona diuina, sicut didicit Ecclesia primitiua, & Apostoli: de quibus Dominus ait in Euangelio Luc. *Qui uos audit me audit, quia ego uos docui, ideo Ioannes dicebat. 1. Ioan. 1. Quod fuit ab initio, quod audierunt de uerbo uitæ, &c. annuntiamus uobis.*

Docti apud Daniele doctores significant incorruptos, sicut dicit capit. 11. *Docti in populo docebunt plurimos.* Quod Hieronymus tempore Machabæorum contigisse dicit, & tempore Antichristi futurum. De extremo deniq; mundi tempore subdit, ca. 12. *Qui autem docti fuerint fulgebunt, quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, sicut stellæ in perpetuas æternitates.* Quod de tempore iudicij finalis Hieronymus intelligit.

Sed controuertitur inter expositores: An

Isa. 54.
Cyrillus.
Procop.
Hierony.
August.
Chryso.
Hier. 31.

Heb. 12.

Ephes. 2.

13
August.
Ioan. 6.
Chryso.

2. Cor. 4.

Luc. 10.

1. Ioan. 1.

14
Dan. 11.

Hierony.
15
Questio.

Albertus Dionysius. Daniel hoc loco discrimē cōstituat, & quale discrimen, inter doctos, & eos qui ad iustitiam erudiunt multos? De quo sunt tres sententiæ. Prima est Alberti Magni, quem sequitur Dionysius Carthusianus: priori loco per doctos simpliciores iustos intelligi, per fidem infusam docti sibi tantum existunt. Iuxta illud Ioan. 6. *Erunt omnes docibiles Dei, hi uero sicut firmamentum, quod non habet ex se lumen splendebunt.* Posteriori verò membro doctores, qui ad iustitiam erudiunt multos designari, qui sicut stellæ, quæ densioris materiæ cum sint, lumen latius habent, effulgebunt. Iuxta illud Matth. *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorum.*

Ioan. 6. *Erunt omnes docibiles Dei, hi uero sicut firmamentum, quod non habet ex se lumen splendebunt.*

Matth. 5. *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorum.*

16 Theodoret. Gloss. interl. Lyranus. Secunda expositio est Theodoret, Glossæ interlinealis, & Lyrani. E contrario priori loco qui docti fuerint doctores intelligi, qui ex professo publicè docent, & hi ut firmamentum splendorem solis emittent. Qui verò non ex professo titulo magisterij, sed exemplo magis quàm uerbo plurimos erudiunt, sicut stellæ in perpetuas fulgebunt æternitates, sed minus quàm cælum totum splendebunt, quæ expositio conformis est, ut Hieronymus ait, translationi Theodoctionis, quæ sic habet: *Et intelligentes fulgebunt sicut splendor firmamenti, & à iustis multis sicut stellæ in secula.* Sed tertia expositio est Hieronymi iuxta ueritatem Hebraicam, nullum constitui discrimen inter doctos, & eos qui ad iustitiam erudiunt multos, sed hoc posterius membrum declarationem esse prioris, quasi dicat, docti sunt non quicumque à me dicti, sed qui ad iustitiam erudiunt multos: præmium etiam est idem, quia splendor firmamenti sunt stellæ: optio verò datur lectori, ut quod maluerit sequatur.

Hierony. Theodot.

Hierony.

17 I. Cor. 12. D. Tho: Matth. vlt.

Doctores munus in Ecclesia inter charismata ponitur Spiritus sancti ad instructionem & salutem plurimorum. 1. Corinth. 12. *Ipse dedit quosdam primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores.* Vbi D. Thomas, quamuis, inquit, ad Apostolos præcipue pertineat doctrinæ officium, quibus dictum est Matth. vlt. *Docete omnes gentes:* tamen alij ad communionem huius officij assumuntur: quorum quidam per se ipsos reuelationes Dei accipiunt, qui dicuntur Prophetæ. Alij ve-

ro de his, quæ reuelata sunt aliis, populū instruunt, qui uocantur doctores. Hæc D. Thomas. De quo etiam Ephes. 4. *Ipse dedit quosdā Apostolos, alios Prophetas, alios Pastores & Doctores.* Ergo Doctoris munus datum Dei est, non humana præsumptio. Vnde cum Acto. 13. *Essent in Ecclesia, quæ est Antiochia, Prophetæ & Doctores, &c. dixit Spiritus sanctus segregate mihi Saulum & Barnabam, &c. Quod & Paulus plurimi faciens, ait. Galat. 2. 1. Timot. 2. Nō mentior doctor gentiū in fide & ueritate.*

Ephes. 4. Act. 13. I 8

Sic Paulo & imitatoribus eius dicit Isai. *In doctrinis glorificate Dominum, in insulis maris nomen Dei Israël.* Vbi Hieronymus, Theodoretus, & Cyrillus per insulas maris Ecclesias in mari sæculi huius fundatas intelligunt: sed iuxta literam Hebræi Insulas uocant orbem, sibi Occidentalem, & gentes maritimas tunc illis incognitas etiam ad Austrum. Sic Psal. *Reges Tharsis & insule munera offerent, & Isai. Legem eius insule expectabunt,* idest Gentiles: sicut Isai. 40. *Ecce insule quasi puluis exiguis.* & Sophon. *Adorabunt eum uiri de loco suo omnes insule gentium.* Quod uerò uulgata vertit. Isai. 24. in doctrinis, Hebraicè est vox Vrim: pro qua vertit Rabbi Dauid in uallibus, & similiter Pagninus, sed extra rem. Nam eadem vox est Exod. 28. ubi uulgata habet, pones in rationali iudicij doctrinam, quo loco, quis adeo esset in sanus, ut uerteret ualles? sed Hebræi post Hieronymum. Peregrinantes toto orbe terrarū multas significationes uocabulorū ignorat: sunt ergo doctrinæ Christianæ tractatus: de quibus loquitur Isai. quos hodie patres nostræ Societatis Iesu, & alij religiosi ad insulas portant Occidentales, & ad Indos, & usq; ad Iaponios & Sinas, quos in eorum Idiomatica & linguas uertunt, ut à pueris canentibus iugiter glorificetur Deus. His quippe in Apostolis dictum est. Ioan. 15. *Ego elegi uos ut eatis, & fructum afferatis.*

I 9

Doctæ licet sint femina, docere tamē publicè in Ecclesia nō possunt, sicut dicit Apostolus 1. Tim. 2. *Docere autē mulierē, nō permitto, neq; dominari in uirum.* Subdit autē rationē D. Th. in Cōment. Nā uerba, inquit, mulieris sunt inflāmantia. Ecclesi. 9. *Colloquiū illius quasi ignis exardescit.* Vnde 1. Cor. 14. *Mulieres in Ecclesiis taceāt, nō enim permittitur eis loqui.* Quod

I. Tim. 2. D. Tho: Eccli. 9. I. Cor. 14.

si quis

Prou. vlt. si quis obiiciat, quod de Salomone dictū est Prouerb. vlt. *Erudiuit eum mater sua.* Expedita responsio est, priuatim posse, & debere matres erudire familiam: sic etiam olim priuatim Debora prophetissa consulebatur: de qua legimus Iud. 5. *Debora erudiuit populum Israel.* Huius silentij foemina exemplum reliquit illustre Maria uirgo, quæ ab Angelo salutata: *Turbata est in sermone eius.*

Judic. 5. Luc. 1. 20 Exod. 28. Leuit. 8. אררים Septuag. Questio. חו מים R. Salo. Iosephus. Hist. Schol. Suidas. Lypoma. Arias Mōta. Caieta. Lypoma. August.

Doctrina & ueritas, erat olim in rationali summi sacerdotis. Exod. 28. & Leuit. 8. *Pone autem in rationali iudicij doctrinam & ueritatem.* Hebraicè pro doctrina & ueritate est Vrim & Tumim, quod Septuaginta uertunt manifestationem & ueritatem, significat autem Vrim in plurali illuminationes, deduciturq; à uerbo Or, quod illuminare est, pro quo uulgata ponit doctrinam, quia illuminat. Est autem controuersia inter expositores, an ipsimet duodecim lapides pretiosi dicantur Vrim, & Tumim, doctrina & ueritas. An aliquid aliud superadditum, Rabbi Salomon asserit fuisse superadditum nomen Dei Tetragramatō, scilicet Iehoua, quod illuminaret, doceretque pontificem de futuris. Alij uerò ut Iosephus libr. 3. capit. 12. antiquitatum, queni refert historia Scholastica, & Suidas, dicunt nihil aliud fuisse, nisi duodecim ipsas gemmas rationalis. Et ita tenet Lypomanus in Caena. Addit tamen Iosephus in euentu prospero de gemmis rationalis splendorem insolitum procedere consueuisse, quo de exitu rei consulentes fierent certiores. Arias Montanus in apparatu dicit: *Esse duos lapides lucidissimos à Deo ipso productos de nouo, & Moyfi datos.* Alij uerò dubitant ut Caietanus & Lypomanus. Certum tamen est ex diuinis scripturis respōsa & oracula de futuris à summo sacerdote per Ephod, in quo erant duodecim gemmæ rationalis dari solita, ut patet 1. Regum 23. & 1. Regum 30. & capit. 28. ubi habes, *Sauli non respondebit Dominus: Neque per somnia, neque per Vrim, neque per Prophetam:* ergo respondebat Dominus per Vrim, quomodo autem responderet incertum est. Sed B. August. q. 118. in Exodum. Hæc ipsa uocabula Vrim & Tumim scripta fuisse in rationali literis aureis putat estq; probabile.

Pulchrè autem per Vrim, idest doctrinam respondet Dominus; quia certe in Euangelio per scripturas respondere solet, sicut quando Herodes Matth. 22. *Scribas rogauit & Phariseos: Vbi Christus natusceretur, at illi dixerunt ei in Bethlehēm Iudæ, sic enim scriptum est per Prophetam, &c.* Et Matth. 9. Dominus calumniantibus Phariseis per scripturam Ose. 6. respondit dicens: *Euntes dicit: Quid sit misericordiam uolui, &c. & Matth. 15. calumniantibus discipulos de lotionem manū. Dixit hypocritæ bene prophetauit de uobis Isaias: populus hic labijs me honorat.*

21 Matth. 22. Matth. 9. Ose. 6. Matth. 15. 22

Doctrina hominum & doctrina uarietatis ponitur in scriptura in malum pro doctrina inutili, sic Coloss. 2. *Secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate.* Quod exponit D. Thomas de præceptis legalibus, quæ in lege Euangelica superstitiosa sunt: & humiliant hominem superstitiosè. Sic Isai. *Timuerunt me mandato hominum & doctrinis.* De quo apud Matth. 15. ubi omnes antiqui patres intelligunt, non de omnibus doctrinis & mandatis hominum, sed de illis quæ uel sunt contra doctrinam Dei, uel non adiuuant illam, sed superstitiosa uidentur, ut exponit Hieronymus, qui ait traditiones Phariseorū suscipiunt, qui longè faciunt à Deo.

23

De his Isai. 33. *Vbi est Scriba ubi legis uerba ponderans ubi doctor paruulorum populū imprudentem non uidebis, populū autem sermonis: uox Hebræa non imprudentem sonat, sed impudentem.* Et ita legunt, & interpretantur Hieronymus, & Haymo, qui impudentem populū Philosophos Gentilium intelligunt, falsa ueris admittentes: Scriba uerò, magister Iudæorum intelligitur, qui traditionibus Iudaicis paruulos decipiebat, sicut Matth. 15. *Irritū fecistis mandatum Dei propter traditionem uestram.* Sic etiam exponit Cyrillus hic, & Hilarius lib. 2. de Trinitate, & Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatū, & Chrysostomus homil. 4. in Corinth. 5. Denique de Gentilibus dicit Hierem. 10. *Tuum est decus Domine inter cunctos sapientes seculi, nullus est similis tui: pariter fatui, & sapientes probantur, doctrina uanitatis eorum lignū est: quia uidelicet non se extendit, usq; ad abolitionem idolorum ex ligno, &c.*

Hierony. Haymo. Matth. 15. Cyrillus: Hilarius. Clemens Alexand. Chrysof. Hierem. 10.

25

Hierony.
Hier. 13.

Hiere. 2.

Num. 24.

Apo. 2.

Beda.

Docuit Hierusalem Babylonios contra se petens ab eis auxilium: & eorum adorans simulachra, vt exponit Hieronymus super illud Hierem. Tu enim doces eos aduersum te, & erudis in caput tuum. Docuit etiam Hierusalem malitias suas populos sibi vicinos. Hierem. 2. *Quæ super malitias tuas docuisti vias tuas.* Item. Qui docet alios peccare dicitur habere doctrinam Balaam, qui docuit Regem Moabitum inducere filios Israël ad peccandum lenocinio foeminarum. Sic Ioannes Apoc. 2. Episcopo, vel Angelo Pergami dicit: *Sed habeo aduersum te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere scandalum coram filiis Israël.* Similiter dicit. *Habes tenentes doctrinam Nicolaitarum.* Porro Nicolaitæ habere communes vxores licitum esse dicebant, vt refert Bedam super hunc locum.

¶ Doloze, vide in dictionibus coniunctis.

CAPVT LXX.

Dolor, Dolere, Dolus.

DOLERE Hebraicè dicitur Chol, & dolore pariturire. Isai. 23. Hierem. 5. & 51. Item dicitur Agam.

Dolor fit ex læsione corporis, tristitia verò affectus & animi: quãuis interdum vtrumq; pro eodem accipi solet. Iob 5. *De humo non egredietur dolor, videlicet, quia non habet sensum.* Sic exponit D. Thomas.

Doloris lectus vocatur, in quo quis infirmitate grauatus recumbit. Sic de illo qui in hac vita morbis têtatur in Psal. dicitur: *Super lectum doloris eius uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius, idest conuertisti stratum doloris in quietem sanitatis, vt exponunt Theodoretus, Genebrardus, & Lyranus, qui adducit illud Ioan. vbi cum Dominus languidum curasset, ait illi. Tolle lectum tuum, & uade in domum tuam, quasi dicat, vt iam lectus non sittibi ad dolorem, sed vt in eo noctu quiescas. Idem paralytico dixit Matt. 9.*

Dolorum vir appellatur filius Dei, Isai. 53. Vidimus eum virum dolorum, & scientem infirmitatem, idest totum

doloribus obnoxium, quia tum passione in membris omnibus, tum etiam compassione cordis propter delicatissimam complexionem corporis ab Spiritu sancto fabricati cruciatus est, lege Athanasium libr. de Incarnatione Verbi, & Tertullianum, libr. aduersus Iudæos: qui & Psal. 30. *Defecit in dolore uita mea, & animi mei in gemitibus.* Et certe Christi dolor superasse creditur dolores omnium martyrum, & eorum qui doloribus cruciati sunt vnquam in hac vita.

Dolus propriè est in verbis mendacibus, & ad decipiendum compositis. Fraus verò in rebus dicitur, quamuis vtrunque pro eodem sæpius vsurpatur. Sic de iusto dicitur in Psal. *Non egit dolum in lingua sua.* Et è contrario de peruersis Hieremias ait. *A Propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.*

Dolus Ephraim fuit, quòd cū ore Dominum confiteretur, sed re ipsa vitulos aureos adorabat, vt exponit Hieronymus super illud Ose. 11. *Circumdedit me in negatione Ephraim, & in dolo domus Israël, idest decem tribus.* Sic etiam iuxta literam exponunt Theodoretus, & Rupertus: quamuis Theophylactus ad Christi tempora referat, ad quæ etiam in sensu mystico reducit Rupertus, quando Pharisæi Domino dolose dicebant: *Si tu es Christus dic nobis palam:* quod non vt crederent, sed vt eum accusarent proferebāt. Sic etiam dolose rogabant: *Licet censum dare Cæsari an non?* vt eum morti traderēt: quia Ecclesiast. 11. *Ab uno doloso augetur sanguis:* quanto magis à multis? qui congregantes contra Dominum cõcilium dicebant: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Sed imprecatio Prophetæ impleta est in eis. Psal. *Disperdat Dominus uniuersa labia dolosa:* quia post aliquot annos à Romanis deleti sunt omnes, & capti. Et merito, quidem, quia vt dixit Ose. *Reuersi sunt ut essent absque iugo, facti sunt ut arcus dolosus.* Vbi Hieronymus arcus dolosus est, inquit, qui peruersus, & qui percutit dirigentem. Et certè Cyrillus in Genesim explicat hunc locum de Iudæis contra filium Dei blasphemantibus. Item Procopius, & Rupertus, quia dixerunt sanguis eius super nos.

Matth. 27. Dolosa statera, idest inæqualibus ponderibus

Athanas.
Tertullia.

Psal. 30:

4

Psal. 13.

Hiere. 6.

5

Hierony.
Ose. 11.

Theodoret.
Rupertus.
Theophy.

Rupertus.

Ioan. 10.

Matth. 22.

Eccli. 11.

Ioan. 11.

Psal. 11.

Ose. 7.
Hierony.

Matth. 27.

6

Prou. 11.

Matth. 17.

Matth. 23.

Prou. 20.

8

Lyranus.
Iansen.
Eccli. 32.

Matth. 7.

משמש

I
Vlpian.

Psal. 23.

deribus reprehenditur. Prou. 11. *Statera dolosa abominatio est apud Deū.* Ose. 12. b. Amos 8. b. Itè pondera dolosa Mic. 6. c. in quibus locis auaritia populū vituperatur: sed tropologicè contra illos retorqueri solent, qui non æquo pondere trutinant scripturas, neque germanum quidè, sed adulteratum sensum populo venditant, quales erant olim Pharisæi, quibus Dominus: *Irritum, inquit, fecistis mandatu Dei propter traditionem uestram.* Dicitur etiam pulchrè de doctoribus, qui alia statera & pondere prædicant populo faciendaliter verò ipsi faciunt. Dicunt enim *non faciunt.* De quo Prou. 20. *Abominatio est apud Deum, pondus, & pondus: Statera dolosa, non est bona.*

Dolosa plaga est iniuria per insidias illata, quæ vnū è quatuor est, quæ irreuocabilem amicum fugant, vt notant Lyranus, & Iansenius, super illud Ecclesiast. *Excepro conuicio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa.* In his omnibus effugiet amicus. Est autem per excellentiam plaga dolosa, quam sub ouila pelle infigit hæreticus: de qua Dominus: *Attendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, &c.*

CAPVT LXXI.

Dominus, Dominari, Dominium.

DOMINARI Et possidere, dicitur Hebraicè Baal Deut. 24. dicitur etiam Masal Dan. 11. Numer 21.

Dominus secundū Vlpianum est, qui domui præest, & qui in familiam imperium habet, & ius in re, & in fructibus, vel saltem in re, quod dominium directum appellatur. Dominus autem per excellentiam omnibus modis, solus Deus est, qui absolutum in omnem creaturam imperium habet titulo creationis, gubernationis, & redemptionis. De primo titulo Psal. *Dominus est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & qui habitant in eo, quia ipse super maria fundauit eam.* Mysticè verò super Mariam, quæ mare gratiarum est, fundata est terra, idest multitudo electorum terræ, non propter naturalem eius virtutem, sed propter gratiæ plenitudi-

nem super omnes puras creaturas, quæ plena fuit, sicut illi Gabriel dixit Luc. 1. *Aue gratia plena Dominus tecum, idest Dominus Pater eligens te matrem filij sui, & Dominus filius de te carnem sumens, & Dominus Spiritus sanctus sponsam te eligens, qui creauit cælum & terram.* De quo Isai. 42. *Hæc dicit Dominus, creans cælum, & extendens eos, & firmans terram, & quæ germinant in ea.*

De titulo verò gubernationis habes, Isai. 48. *Ego Dominus docens te uita, & gubernas in uia qua ambulas.* De tertio Isai. 41. *Ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & redemptor tuus sanctus Israël.* Vbi quamuis Adamus sequutus Hebræos in redemptore putet allusionem ad captiuitatem fieri Babylonicam, sed Hieronymus, Theodoretus, & Cyrillus de Christo potius intelligunt redemptore, qui sanctus sanctorum dicitur Dan. 9. Sic & Vatablus & Dionysius. De quo Isai. 45. *In Domino iustificabitur, & saluabitur omne semen Israël.* Quod omnes patres de Christo quidem exponunt Ambros. libr. 1. de uocatione gentium capit. 3. Origenes tomo 7. in Ioannem, Hieronymus, hic Cyrillus, Theodoretus, Procopius & Haymo. Item Anacletus Papa, episto. 1. & Pelagius Papa epist. 1. præcedit enim in textu. *Mihi curuabitur omne genu: quod de conuersione gentium ad Christum citauit Apostolus Roma. 14. itaq; Christus, vt Deus, est Dominus titulo creationis & gubernationis, & vt homo est Dominus titulo redemptionis, sed omnis homo est vt villicus Dei. Luc. 16.*

Dominus virtutum non dicitur in scriptura de homine, aut Angelo, sed de uero Deo per essentiam: unde frequenter in hac phrasi Hebraicè ponitur nomen Dei Iehoua: denotat autè Angelicarū virtutū creatorem, sic Psal. 23. *Dñs uirtutum, ipse est rex gloriæ.* Vbi in Hebræo est Iehoua Sabaoth. Et Psal. 43. *Dominus Iehoua uirtutū nobiscum.* Et Psal. 47. *In ciuitate Domini Iehoua uirtutum, in ciuitate Dei nostri, ipse fundauit eam in æternum.* Vbi sermo est de Ecclesia Christi, qui Iehoua uirtutum, idest uerus Deus per essentiam dicitur, & creator uirtutum Angelicarum, quæ in eius ortu cecinerunt: *Gloria in excelsis Deo, &c.* ¶ Præterea de solo Deo per essentiam dicitur Dominus dominatium,

Luc. 1.

Isa. 42.

2.

Isa. 48.

Isa. 41.

Hierony.
Theodoret.
Cyrillus,

Vatablus.
Dan. 9.
Dionys.
Isa. 45.

Ambro:
Origen.

Hierony.
Cyrillus,
Theodoret.

Procop.
Haymo.
Anacle. Pap.

Pelag. Papa.
Rom. 14.

Luc. 16.

Regula.

Psal. 23.

Psal. 43.

Psal. 47.

Luc. 2.

Regula.

Apoc. 19. & dominator Dominus & dominator cęli. Et Dominus viuificans & mortificans, quod suis iā ostēdetur exēplis. De primo Apo. 19. Et in sęmore eius scriptū, Rex regum, & Dñs dominantiu. & Deut. 10. Quia Dñs Deus uester, ipse est Deus deorum, & Dominus dominantiu. Sic etiā 1. Tim. 6. Beatus & solus potens Rex regum, & Dñs dominantium. vbi particulā solus excludit omnem, qui nō est per essentiam Dominus.

5
Exod. 34. Lyranus. De secūdo legimus Exo. 34. vbi Moyses ait: Dominator Domine Deus. Quo loco exponit Lyran. dominatorem vocari titulo gubernationis. Dominum verō ob legislationem. Sed Dionysi. Carthusi. Dominatorem propter actum dominandi: Dominum verō propter omnimodā potestātē dici putat. Eadē phrasī est Is. 9. a. & cap. 10. Ecce dominator Dñs exercituum, confringet lagunculam in terrore. Vbi Hieronym. ait, præter alia nomina Dei, quæ Christo dantur cap. 7. 8. & 9. Isa hic poni aliud nomē dominatoris Dñi, qui confringet lagunculā, id est carnem suā morti tradet, vt Iudęi in poenā tanti parricidij succidantur. De quo Matth. Malus male perdet, vocatur etiā filius Dei dominator Malach. 3. Et statim ueniet ad templum sanctum suū, dominator quē uos queritis. Vbi in Hebræo est Dñs ille, vt vertit Leo Iudas, sed Hierony. vt vim articuli significaret, vertit dominator, quasi Dñs magnus, qualis Messias, in quo consentiunt tam nostri, quā Hebræi: vt contra Iudæos notat Galatinus lib. 4. cap. 10. Templū autem suū, denotat deitatē Christi, cui soli templum erigitur: venit autem ad tēplum suum die quadagesimo à natiuitate, quādo impleti sunt dies purgationis Marię.

6
Sic etiā solus Deus per essentiam vocatur mortificans & viuificans. 1. Reg. 2. Dominus mortificat & uiuificat. Et Psa. 67. Domini, Domini exitus mortis. Iuxta illud Apoc. 1. Habeo clauas mortis & inferni. Deut. 32. Ego occidam, & ego uiuere faciā. Deniq; Dan. 5. Dominator cęli uocatur, quod omnibus præsit cęlitibus.

7
Illud tamen rogare quis posset, quomodo concondent scripturę, in quibus Deus dicitur omnibus rebus dominari, sicut 1. Paralip. 29. Tu dominaris omnib. & Rom. 10. Idem Dominus omnium. Et tamen Isā. 63. Propheta nomine totius populi clamat: Facti sumus sicut à principio,

cum non dominaberis nostris. Ad quod respondendum est. Per potentiam, & proprium ius, Deum omnibus dominari, etiā insensibilibus elementis. Iuxta illud Psa. 138. Tu dominaris potestati maris. Sed illis dicitur non dominari nationibus, secūdam aliquam rationē, quas peculiari lege sua, & religionis fide minimē gubernat. Quales futuros Iudæos Isaias prædicit post mortem Christi. De quo Dan. 9. dicitur: Et non erit eius populus, qui cum negaturus est. Sic exponit Theodoretus post Hieronymum. Tūc enim impletum est, quod Dominus dixit apud Matth. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta: Et auferetur à uobis regnum Dei.

8
Dominus messis, Dominus Sabbathi, Dominus & Magister: itē Dominus glorię, Christus dicitur, vt significetur esse uerus Deus. Sic legimus Luc. 10. Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Vbi Cyrillus citatus in catena D. Thomę. Illud, inquit, attende, quod cum dixisset rogare Dominum messis, vt mittat operarios, hoc ipse postea peregit: ipse est ergo Dominus messis, & per eum, & cum eo Dominus Pater in omnibus dominatur. Hęc ille.

9
Item legimus apud Matth. & Lucam: Est etiam filius hominis Dominus Sabbathi, id est Christus in obseruatiā festi Sabbathi dispensare libere tanquam Dominus potest. Vbi Remigius. Illum, inquit, quē uos purum hominem putatis, Deus est omnium creaturarum. Ideo potest legem mutare pro sua uoluntate, qui fecit eam. Hęc ille. Præterea Ioan. 13. Vos, inquit, uocatis me magister & Domine, & bene dicitis, quia etiam hora mortis meę est hora meę posita in manu meā, in qua triumpho de morte, & diabolo, & mundo, & transeo ad dexteram Patris. Denique Dominus glorię dicitur 1. Cor. 2. Quam si cognouissent, nunquam Dñm glorię crucifixissent, id est eum qui libere gloriam potuit latroni donare, Luc. 23. dicens: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. & Psa. 23. Dominus uir tutum, ipse est rex glorię, quia ut Deus efficit beatus, ut homo uerō meruit beatitudinem electis. Vt exponit D. Thomas. Omnis autem prælatus est villicus Dei. Et Lucę 16. Vx autem illi prælato, qui dissipat bona Dei dando redditus Ecclesię consanguineis, &c.

Psal. 88.
Dan. 9.
Theodoret.
Matth. 23.
Matth. 21.
8
Luc. 10.
Cyrillus.
9
Matth. 12.
Remigius.
Ioan. 13.
1. Cor. 2.
Luc. 23.
Psal. 23.
Luc. 16.

10
Zach. 9. Dominaturus prædicebatur Christus omnibus gentibus, non tam armis, quam fidei per Apostolos prædicatione, Zac. 9. Et loquetur pacem gentibus, dominatio eius à mari usque ad mare: & à fluminibus, usque ad terminos orbis terrę. Eadem uerba sunt in Psa. Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine. Nam etiam in Zacharia in Hebræo est à flumine in singulari, sed quia singulare positum est pro plurali, rectè vertit Hieronymus à fluminibus. Sic enim Septuaginta vertunt à fluminibus, & Aquila, vt refert Eusebius lib. 9. demōstratione capit. 17. intelligentes singulare accipi pro plurali. Ne quis, scilicet, existimaret regnum Messię à mari Rubro solum, usque ad mare Mediterraneū extendi, & à flumine Euphrate, qui erāt termini terrę promissionis, quam expectabant Iudæi, sicut prædictū erat Exo. 23. Ponam autem terminos à mari Rubro, usque ad mare Palestinorum, & à deserto, usque ad fluuiū, hoc est, à deserto Meridionali Arabię, usque ad fluuium Euphratem Aquilonarem: quia igitur ditio regni Christi mundum complexura erat uniuersum à mari Oceano, usque ad Mediterraneū, & à fluminibus usque ad terminos orbis terrę, in plurali uerterunt à fluminibus.

11
Constat autē post prædictionē istam Zacharię nullum regem Iudæorum hæc possedisse præter Christū, qui dixit Apostolis: Euntes docete omnes gentes. Vt loco citato notat Eusebius contra Iudæos. De quo etiam Psa. 21. qui manifestè de Messia loquitur: Quoniam Domini, inquit, est regnum, & ipse dominabitur gentium. Et Psa. 102. Regem ipse dominabitur. Sic de filio Dei interpretatur Arnobius: quod implebitur plene, quando Erit unum ouile & unus pastor.

12
Cæterum. Quæstio est, an apud homines maneat illud dominium, quod à illis datum est Genes. 1. Dominamini piscibus maris, uolatilibus cęli, & uniuersis animantibus, quę mouentur super terram. De quo sunt duę sententię contrarię, prima Theodoretī negantis cete grandibus & feris ingētib. hominem dominari, cuius opinionē refutauimus lib. 3. in uerbo Cete. Alia est sententiā Basil. ho. 10. Exam. qui asserit. Quāuis post peccatū bestię, & alia uiuentia non obediant homini ad nutū, manet tamen in hominē dominium quantum ad

Psal. 71.
Hierony. Septuag.
Aquila. Eusebius.
Matth. vlt. Eusebius.
Psal. 102.
Arnobius. Ioan. 10.
12
Quæstio. Gen. 1.
Theodoret.
Basilus.

rationem, & industriam, qua & cete grandia, & leones capit, & sibi subiicit Elephantos, & Rhinoceros. De quo lege Pliniū lib. 9. capit. 25. de insularis insulę Nili, qui Crocodilos domat, sed omnibus modis, neque homo in statu paradisi Dominus erat creaturarum, sed villicus, vt supra dictum est, & vice dominus.

13
Dominatur uir fœminę, non solum secundum ius naturę, sed etiā decreto Apostolico. Nam in Genes. fœminę dictum est: Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Vnde 1. Timoth. 6. Mulieri docere non permitto, neque dominari in uirum. Et notat lib. 3. de operibus Trinitatis, c. 21. Abbas Rupertus vsq; adeo natura dictante uirum fœminę dominari, vt secūdam leges Romanas ante doctrinā fidēi, mulier cum per matrimonij tabulas in manu uiri conuenerit, capite diminuta uocetur, vt testamentum illi sine uiro facere non liceat. Deinde non nisi apud barbaros fœminę dominatę sunt uiris: imo cū neque apud Scythas, Amazones dominari possent uiris suis cōcipiebāt ex alienis, nec uiros habebant domesticos, sed mares quos pariebāt extinguētē solas fœminas referuabāt. Ideo per opprobrium dicit peccatoribus Isā. Mulieres dominatę sunt eis. Hinc Christus non fœminas ad prædicandum, sed uiros elegit. Luc. 6. & Luc. 10. Ante peccatum etiā in paradiso putat August. lib. 11. de Genesi ad literam. c. 27. Fœminas uiris suis fuisse obedituras, non vt modo seruili quadam conditione, sed officio charitatis, sicut inter fideles mos est, vt Petrus ait: Sicut Sara obediēbat Abraham dominum illam uocans.

14
Dominatur homo appetitui sensitiuo, & omnibus affectibus suis arbitrij libertate cum gratia Dei, quę facienti quod in se est non denegatur. Iuxta illud Genes. Subter te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Hieronymus in qq. Hebraicis Septuaginta vertisse dicit: Nonne si recte offeras, & non recte diuidas peccasti? quiesce, ad te conuersio eius, & dominaberis illius. Sed in Hebræo, inquit, Hieronymus alius sensus est, scilicet. Nonne si bene egeris remittetur tibi? & si male egeris ante fores tuas peccatum tuum sedebit: ad te societas eius, sed tu magis dominare eius, quā si dicat: Nonne si bene egeris dimittetur tibi omne delictum? vel secundum Theo-

Plinius,
Gen. 3.
1. Tim. 6.
13
1. Tim. 6.
Ista 3.
Luc. 6.
Luc. 10.
August.
1. Petr. 3.
14
Gen. 4.
Hierony. Septuag.
Theodotio.

dotionem acceptabile erit, idest munus tuum suscipiam, sicut suscepi munus fratris tui: si vero male egeris, illico peccatum tuum ante vestibulum tuum sedebit: & tali ianitore comitaberis, sed quia liberi arbitrij es, moneo vt peccatum non tibi, sed tu peccato domneris. Hæc Hieronymus. ¶ In hoc sensu dixit Tobias filio suo. *Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo uerbo dominari permittas.* Sic petit Dauid: *Non dominetur mei omnis iniustitia.* quod ideò postulat, quia liberam hoc nequit arbitrium, nisi gratia diuina iuuetur, qua præ sente non est planè, qui non possit seipsum vincere, & gloriosissimum de animo suo reportare triumphum, & multo quidem illustriorem, quam triumphus Cæsari n olim, & Scipionum. Vnde Salomon: *Melior est sapiens uiro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore urbium.* Et Mantuanus Poëta. *Fortior est qui se, quam qui fortissima uicit oppida.*

Gregor. Item Gregorius homil. 35. super Euangeliâ. Minor, inquit, est victoria, vrbes expugnare, quia extra sunt, quæ vincuntur. Maius autem est, quod per patientiam vincitur, quia ipse animus superatur. Hæc ille. Vt ergo sibi homo plene dominetur, Dominus ait: *Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum.*

16
Psal. 9. Dominium Antichristi breui finietur, sicut & tyrannica diaboli dominatio, de priori dicitur in Psal. *Omnium inimicorum suorum dominabitur, incinabit se & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.* Sic intelligunt de Antichristo Augustinus, Hieronymus, Theodoretus, & alij plures. *Quia propter electos breuiabuntur dies illi.* De Rege quoque Babylonis in typum Antichristi à Persis, & Medis contrito, exponit Hieronymus illud Isai. 14. *Contriuuit Dominus baculum impiorum, uirgam dominantium.* Sed Athanasius sermone de Passione exponit de iugo diaboli, quod sua Dominus morte confregit, dicens apud Ioã. *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras.*

17
Luc. 22. Dominari non debent clericis Ecclesiæ prælati, more Gentilium dominorū. De quo Dominus apud Lucam: *Principes gentium dominantur eorum, &c. in uobis autem non sic, sed qui maior est uestrum, fiat sicut minor.* Vbi non tollit iurisdictionem,

sed prohibet fastum. Sic Ambrosius ibi dē ait. Vna datur omnibus forma sententiæ, vt non de prælatione iactantia sit, sed de humilitate contentio. Sic Petrus: *Neque dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo.* Et Paulus. *Non quia dominamur fidei uestræ,* idest, non dominamur uobis, quia fidem suscepistis, vt exponit D. Thomas. Porro dominis carnalibus, serui debent in omnibus licitis obedire. Ephes. 6. a. Colossens. 4. a. quia sunt quasi vicarij Dei, & villici, qui cauere debent, ne dissipent hæreditatem Dei.

Nemo potest duobus dominis seruire, Matth. 6. Quod non quidem de dominis intelligitur subordinatis, quales sunt Miles, Cæturio, & Tribunus, quibus vnus seruire potest. Sed de dominis contrariis exponunt Hilarius & Ambrosius. Secunda uero expositio Abulensis, qui etiã de dominis diuersis non subordinatis, sententiam verificari putat: quamuis enim contrarij non sint, diuersis tamen nutibus obedire difficillimum est, imo impossibile. Tertia expositio Augustini libr. 2. de sermone Domini in monte, quæ Scholastici sequuntur, de illis tantum dominis intelligi, quos vt finem vltimum nostrarum operationum assumimus: qualis est Deus & pecunia. Sed si ita Dominus strictè propositionem intellexisset, idem per idem probaret, quando intulit: *Non potestis Deo seruire & mammonæ.* Quare secundum alios loquutus est filius Dei pro uerbialiter, sicut uulgo dicitur: *Non potest duobus dominis vnum seruire* mancipium, quod quidquid est Domini est. Coinciditq; hæc expositio cum expositione Abulensis: quia nemo celum & terram eodem cernit intuitu, aut in duos diuersos scopos dirigit saggitam, neque nauem ad duos simul portus dirigit, aut gubernator.

19
Ephes. 1. Dominationes vocantur præfidentes secundæ Angelorum hierarchiæ: de quibus Eph. 1. d. & Coloss. 1. c. Harū munus est disponere per subditos sibi quinq; choros Angelorū, quæ sunt agenda in Ecclesia militante. Præcipient autem proximis sibi Potestatibus, vt dæmones coërceant. Potestates uero per Principatus sibi subditos mandatū exequentur, vt docet Dionysius, & D. Th. 1. p. q. 108. art. 5. ad. 8. *Quia quæ à Deo sunt, ordinata sunt.*

Ambro.
1. Petr. 5.
2. Cor. 1.
D. Tho.
Ephes. 6.
Luc. 16.
18
Matth. 6.
Hilarius.
Ambro.
Abulensis.
August.
Matth. 22.
19
Ephes. 1.
Dionys.
D. Tho.
Rom. 13.

CAPVT LXXII.

Domus.

20
Psal. 109. Dominus non solum hominum sed & omnium creaturarum dicitur Christus, etiam Patriarcharum de quorum stirpe procedit, secundum carnem. Psalm. *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* Quem locum iuniores Rabbini contra nos maximè oppugnant, & antiquiores quidam de Ezechia rege hunc locum intelligunt, vt refert Tertullianus libro quinto contra Marcionem. Alij uero uerba dicunt esse Eliezer serui Abraham, dicentis dixit Dominus Iehoua (hoc enim nomen ponitur priori loco) Domino meo Adoni, quod sonat Dominus meus sede à dextris meis. Hanc expositionem refert Hieronymus quorundã fuisse Hebræorum super Matth. 22. Alij uero recentiores dictum putant dixit Dominus Iehoua Domino meo, idest in damnum & punitionem Domini mei Saulis, sede tu Dauid à dextris meis. Sed omnes istas, & sexcentas alias similes artificiose contra ueritatem inuentas expositiones redarguit falsitatis, quod in textu sequitur. *Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Quod neque regi Ezechia, neque Abraham, neque Dauidi, neque alij quam Christo Domino conuenit, qui Dominus appellatur etiam à Dauide progenitore propter naturam diuinam, quod demonstrat filius Dei Pharisæis dicens: *Quomodo Dauid uocat eum,* idest Messiam, *Dominum dicens: Dixit Dominus Domino meo, &c.* si filius eius est? Nec tamen ullus Scribarum ausus est ei dicere, non intelligitur Psalmus de Messia, quia communis erat omnium ea tempestate sententiã de Messia Psalmum loqui. Deinde quia sedere à dextris Dei de nullo homine puro, vel Angelo in scriptura legitur. Quamuis stare à dextris inueniatur. Præterea quia quod sequitur *ex utero, ante luciferum genui te,* nulli puræ competit creaturæ. Vnde Rabbi Barachias antiquus autor de Messia hunc locum exponit. Et Chaldaicus paraphrastes communem suo tempore sequutus sententiam vertit: *Dixit Dominus uerbo suo, sede à dextris meis.*

20
Tertullia.
Hierony. Matth. 22.
Matth. 22.
R. Barach.
Chaldæus.

DOMVS uel familia uocatur Hebraicè in Scriptura Baith. item nudus auium Psal. 84.

Est autem domus propriè ædificium ad habitandum, tecto & parietibus constans, sed aliquando pro familia sumitur, & pro integra gente. Nam domus Israël, uel Iacob, aut domus sine addito, populum Iudaicum sæpè significat: hoc est gētem illam, quæ à Iacob duxit originem. Sic apud Ruth. *sicut Rachel, & Lia, quæ ædificauerunt domum Israel.* Quia uidelicet duodecim Patriarchas genuerunt, capita duodecim tribuum Israel. sic Isai. 2. *Domus Iacob uenite,* & cap. 5. *Vinea Domini exercituum domus Israel est idem,* ca. 8. 10. 29. 32. ubi legimus: *Domus dimissa est,* id est Synagoga, vt exponit Hieronymus, & alij patres. de qua Matth. *Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta.* Ceterum illud expositores controuertunt quæ sunt duæ domus Israël. de quibus Isai. 8. *Dominiuum Deum exercituum ipsum sanctificate, & ipse sit terror uester. Et erit uobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & in petram scandali, duabus domibus Israel.* Omissa uero opinione Nazaræorū qui dicunt duas fuisse domus, Samai & Itillel, ex quibus orti sunt Scribæ & Pharisei, tenendum est cum Hieronymo, duodecim tribus quæ prius sub Dauide & Salomone in vno regno continebantur Israel postea sub Roboam filio Salomonis, in duo regna & in duas domos fuisse diuisas. Quia tribus Iuda, & Beniamin, mansit cum Roboam, reliquæ uero decem tribus sequutæ sunt Ieroboam, de tribu Ephraim, qui coëgit eas vitulos aureos adorare. Est ergo sensus, Christus erit lapis scādali omnibus tribubus Israel. iuxta illud Luc. quod Simeon dixit: *Hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorū.* & Matthæ. 21. *Super quem ceciderit lapis conteret eum,* sic Hierony. ait. Decem tribus uocantur domus maior, & alia duæ domus minor, Amos. 6. *Percutiam domum maiore ruinis, & minorem scissionibus.* Domus Domini & domus absolute Hierosolymitanum sæpè templum significat. sic 3. Reg. 3. *Salomon compleuit ædificans*

Ruth. 4.
Isai. 2.
Isai. 5.
Isai. 32.
Hierony. Matth. 23.
Isai. 8.
Hierony.
3. Reg. 12.
Luc. 2.
Matth. 21.
Amos. 6.
3. Reg. 3.

ficans domum suam, & domum Domini. De quo & 4. Reg. 11. 12. 14. 18. 19. 21. 22. 23. 25. & alibi passim. Domus etiā nouissima dicitur templum post prioris excidium sub Zorobabel reedificatum. De quo Aggai 2. Magna erit gloria domus istius nouissima, plusquam prima. Quia videlicet Christi præsentiā, miraculis, & prædicatione secundum illud templum illustratum est, vt omittā amplissima Herodis ornamenta, quibus secundum Iosephum templum secundum nobilitatum supra Salomonis ædificium fuit, lege Iosephum lib. 15. antiquit. cap. 14. & 6. de bello Iudaico cap. 6. & Iosephum Gorionis lib. 5. cap. 25. & Egesippum libr. de excidio Hierosolymitano cap. 35. Dicitur autē domus nouissima, quia post quam in ea fuit abominatio desolationis prædicta à Daniele Propheta Matt. 24. vsque in finem mundi perseuerat desolatio.

Domus Dei frequenter vocatur Ecclesia Catholica in lege gratiæ, sic Psal. 54. dicitur de Iuda proditore: Tu uero homo, unanims, dux meus, & notus meus, qui dulces mecum capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu, id est in Ecclesia, ubi nō de Architophel, nisi forte subvābra, sed de Iuda, qui vnus de duodecim leuauit calcaneum contra Christum, intelligunt Hieronymus, Augustinus, Cassiodorus, Theodoretus, Glossa, & Ioannes Euangelista cap. 13. qui hunc de illo versiculū allegauit.

Præterea de eadem Ecclesia dicit Propheta Psalm. 67. Deus qui inhabitare facit unius moris in domo, vt intelligunt Hieronymus, Augustinus, Cassiodorus, Glossa, Lyranus & Theodoretus. Porro ad veritatem Hebraicā Hieronymus vertit, qui habitare facit solitarios in domo Nā vox Iachidim significat vnicos & solitarios, imo & cælibes. Nam Symmachus vertit μοναχοὺς monachos: vnde vaticinium esse videtur de monachis & cōtinentibus, qui vnanimis inhabitant in Ecclesiæ domo, eamq; ædificant multiplici filiorum spiritualium prole, sicut Antonius, Benedictus, Franciscus, Ignatius, & similes. Hi vnanimiter Christo dicunt: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Quomodo autem speciei domus diuiserit spo-

lia Christus in eodem Psal. 67. diximus in verbo Diuidere.

In domo Ecclesiæ habitatura sterilis olim Gentilitas, dicitur Psal. 112. Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorū letantem. Sic exponunt Augustinus, Hieronymus, Cassiodorus, Glossa, & Theodoretus, qui allegat illud Isa. Latere sterilis, quod de Ecclesia exponit Paulus Galat. 4. de quo Matth. Multi ab Oriente & Occidente uenient. & Ioan. 10. Alias oues habeo. Neque solum mysticē, vt volunt Vatablus & Iansenius, sed hystoricē de Gentilitate loquitur Propheta, quia in eodem Psal. 112. legimus: A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini, quod non nisi de conuersione gentium intelligi potest.

Domum Ecclesiæ Christus ædificauit Prouer. 9. Sapientia ædificauit sibi domum, id est sapientia Dei incarnata, quæ dixit: Tues Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Sic exponit Cypr. lib. 2. ep. 3. ad Cecilium, & Aug. lib. 17. de Ciui. c. 20. vbi domū sapiētici, vel corpus Christi, vel Ecclesiā denotare putat. Et Grego. super illud Iob 26. columnæ cæli contremiscunt. Item Glossa, & Lyranus super Prouerb. quamuis Iansenius frustra renitatur. In hac domo Ecclesiæ dat Dominus Eunuchis, id est continentibus locum Isa. 56. Et nomen melius. De quo vide in dictione Eunuchus. De hac domo, quæ cepit ædificari in cenaculo Hierosolymitano dicitur Act. 2. Factus est repente de cælo sonus tanquā adueniētis spiritus uehementis, & repleuit totā domū. Vbi Spiritus sanctus descendit sub specie, venti uehementis, vt pluuiam secum adducere ostenderet cælestis gratiæ: secunda, vt exiccaret pestilētes peccati vapores in Ecclesia: tertia vt Apostolos, quasi nubes dispergeret ad prædicandum per totum orbem. Repleuit itaq; gratia totam domum Ecclesiæ. De qua subdit Dominus in eodem capite Isaia: quia Domus mea, domus orationis uocabitur cunctis populis. Vbi perspicuum est, vt Hieronymus ait, non de angulo populi Iudæorum, sed de Ecclesia toto terrarum orbe diffundenda prædici, quamuis Dominus apud Matth. cum eiecit de templo negotiatores: allegauit hoc non quod de solo illo tēplo deberet intelligi, sed quod nullū aliud tunc habebat templū Ecclesiæ

primitiua

primitiua & Apostolica, quæ ibi noua tunc plantari coepit per Spiritum sanctū. sic etiam exponunt Cyrillus, Theodor. Theophylactus & Basilius. Citauit autē hunc textum secundum versionem Sept. Marcus. c. 12. Ergo signum aduentus spiritus sancti est ignis charitatis & oratio. vnde Zachar. 12. In die illa effundam super domū Dauid spiritum gratiæ & precum.

Præterea vocatur Ecclesia domus Iacob spiritualiter, id est promissa semini Iacob spirituali. Luc. 1. Et regnabit subaudi Christus, in domo Iacob in æternū: & regni eius non erit finis. Item domus Dauid, vt exponit Hieronymus super illud Zachar. Effundam super domum Dauid, & super habitantes Hierusalem spiritum gratiæ & precum, hoc est orationis. Quod impletū est in die Pentecostes. Quādo erant omnes discipuli perseuerantes in oratione, &c. Sic exponunt Hieronymus, hic, & Didymus lib. 1. de Spiritu sancto, versus finem, Sept. vertunt: spiritum gratiæ & misericordiæ. Sed vox Hebræa in plurali, Hanunim, à radice Hana, quod est miseri & orare: vtrumque significat.

Domus Domini quæ de Synagoga versa est in Ecclesiam legis gratiæ, omnia vasa rationalia filiorum suorum conuertit in melius. sic sub metaphora dicitur Zachar. 14. Erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ coram altari. Lebetes quidem sunt vasa ærea ad excipiendum sanguinē hostiarum, sed Phialæ, vel vino super mēsam auream, vel aromatibus replentur. Est ergo sensus secundum Hieronymum in Ecclesia Christi, Iudæi qui erant in Synagoga quasi lebetes, pleni sanguine pecorū ad fidem conuersi vertentur in phialas aureas plenas odoramentorum orationis, & sanctæ operationis. Sic mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. De lebeate versa est in phialam, vt canit Ecclesia. Itē Matthæus, sequutus Christum, euasit aurea phiala, plena doctrina toto orbe conspicua. Quod verò in eodem capite Zacharias profequitur: Et non erit mercator ultra in domo Dñi exercituum, in die illa. B. Hieronymus ad illud reijcit tempus, quando filius Dei negotiatores eiecit de templo: quod verò ait nō erit ultra denotat in lege gratiæ nō futuras in templis pecorum emptiones, quia non offeruntur ultra irrationalia pecora

Domus Ecclesiæ militantis sola fert iustos similes cedris, & palmis in æternū virētibus. sic legimus Ps. 91. Iustus ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur plantati in domo Dñi, in atrijs domus Dei nostri florebit. De Ecclesia exponit August. Hierony. Cassiodo. Theodoret. & Glossa. Vnde mirum est quod Lyranus de leuitis Synagogæ hoc intelligat, maxime cum & Rabbi Salomon de rebus Messia potius intelligat. Sunt ergo plantati in Ecclesia iusti diuina manu, iuxta illud Matt. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur, id est non prædestinati, vt exponunt August. Cassiod. & Glossa, isti non sunt feminati super peccatam, sed sicut illi qui orto sole aruerunt. Hieronymus distinguit domū Ecclesiæ militantis, in qua iusti plantantur: ab atrijs triumphantis in qua florent. Quia Dominus ait: In domo patris mei mansiones multe sunt. Sic etiam Genebrardus. Domus vocatur Hierusalem, de qua Dominus ait. Matth. 24. Qui est in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua, id est, qui est in loco munito extra terminos Hierusalem, non descendat ad ciuitatem, quam repente obsidebūt Romani. Ita exponit Chrysostomus, Cyrillus & D. Thomas, id est, qui in ciuitatibus erat montanis Regis Agrippæ qui erat confederatus cum Romanis.

Domus Domini vocatur cælum impyreum & gloria cælestis, de qua Baruch. 3. O Israel quam magna est domus Domini: & quam ingens locus possessionis eius: Magnus est & non habet finem, excelsus & immensus. De eadem. 2. Corint. 5. Habitationem habemus ex Deo, domum non manu factam, sed æternam in cælis. Hoc est in corpore post resurrectionē immortalis, sicut exponunt Hierony. Ambros. & Glossa. Siue etiam ante resurrectionē, anima purgata, & in impyreio cælo regnāte, vt exponit Theophyl. D. Thomas, & Chrysost. Quorū expositio tenenda est. Cælum enim domus æterna & domus vocatur sancta, Baruch. 2. Respice Domine de domo sancta tua. Et Luc. 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, &c. ut recipiant uos in æterna tabernacula. Ita Chrysostomus obseruat loco supra citato.

Præterea de eadē cælesti patria Propheta clamat: Beati qui habitant in domo tua

Aggai 2.

Iosephus Gorionis. Egesippus.

Dan. 9. Matth. 24.

4 Psal. 54.

Hierony. August. Cassiodo. Theodoret. Glossa. Ioan. 13.

5 Psal. 67. Hierony. August. Cassiodo. Glossa. Lyranus. Theodoret.

Matth. 19.

Psal. 67.

6

Psal. 112.

August. Hierony. Cassiodo. Glossa. Theodoret. Isa. 54. Galat. 4. Matth. 3. Ioan. 10. Vatablus. Iansen. Psal. 112.

7

Prou. 9.

Matth. 16.

Cypria. August.

Gregor.

Glossa. Lyranus. Iansen.

Isa. 56.

Acto. 2.

Isa.

Hierony.

Matth. 21.

Cyrillus. Theodoret. Theophyl. Basilius. Marc. 12.

Zach. 12.

8

Luc. 1.

Hierony. Zachar. 12.

Acto. 2.

Hierony. Didymus. Septuag.

9

Zachar. 14.

Hierony.

Luc. 7. Matth. 9.

Hierony.

Ioan. 2. Matth. 24.

10

Psal. 91.

August. Hierony. Cassiodo. Theodoret. Glossa. Lyranus. R. Salomō.

Matth. 15.

August. Cassiodo. Glossa. Hierony. Luc. 8.

Ioan. 14.

Genebr.

Matth. 24.

11

Baruc. 3.

2. Corint. 5.

Hierony. Ambros. Theophyl. D. Thom. Chrysof.

Baruc. 2. Luc. 16.

12

Psal. 13.

Hierony. August. Cassiodo. Glossa. Hugo. Lyranus. Genebr. Hierony.

Psal. 22.

I 3
Psal. 35.

Hierony. August. Cassiodo. Theodo. Glossa. D. Tho.

Lyranus. Ianfen. Genebr. Clemen. Ad Nostram.

Ioan. 24.

Psal. 30.

Lyranus. Ecclef. vlt.

I 4
Matth. 12.

Ioan. 12.

Chrysof. 2. Tim. 2.

Domine, in secula seculorum laudabunt te. Sic explicat Hieronymus, Augustinus, Cassiodorus, Glossa, Hugo, Lyranus, & Genebrardus. Hi vero postremi hoc manifeste probant, quia in Hebræo sequitur Sela, quæ denotat æternitatem sine fine: ideo Hieronymus ad veritatem Hebraicam verit. *Semper laudabunt te.* Idem auctores de cælesti quoq; habitaculo exponunt illud Psal. *Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ, ut inhabitem in domo Domini in longitudine dierum,* id est in æternū. ¶ Caterum quidam rogare solent de illo Psal. 35. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Nam de Ecclesia militante exponunt Hieronymus, August. Cassiodorus, & Theodoretus, sed Glossa, & D. Thomas super Psalmos, de Ecclesia militante imperfecte, de cælesti vero plenius intelligi putant. Nihilominus de triumphante iuxta literam sermonem esse, tenent Lyranus, Iansenius, & Genebrardus. Quod satis inde colligitur, quod Ecclesia in Clementina Ad nostram, de hæreticis, contra Begardos & Beguinos, dicentes viribus naturæ posse videri à nobis clare Deum, ex hoc versiculo probat necessarium esse lumē gloriæ supernaturale, quia sequitur in textu: *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen,* id est lumine gloriæ subleuati videbimus lumē essentia tuæ diuinæ claræ, hoc est, facie ad faciem. Hæc est itaq; domus: de qua Dominus ait: *In domo,* inquit, *Patris mei mansiones multe sunt.* Deniq; Deus est domus refugij Psal. 30. *Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, ut saluum me facias.* Domus autem æternitatis est sepulchrum, vt exponit Lyranus super Ecclesiastes vlt. *Et reuertetur homo ad domū æternitatis suæ usque ad mundi finem.*

Domus fortis, in quam ingreditur fortior eo superueniens, & vincit eum, & spolia eius tollit, est hic mundus Matth. 12. de quo fortem, id est diabolum, filius Dei fortior eiecit, sicut dicit apud Ioan. *Nunc princeps huius mundi eiicitur foras.* Vocatur etiam mundus magna domus, sicut exponit Chrysofostomus, super illud 2. Tim. 2. *In magna domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia,* id est in hoc mundo boni sunt & mali coniuncti. Dein de domus impij vocatur hic mundus, sicut

explicat Hierony. super illud Abacu. 2. *Percussisti caput de domo impij,* id est Antichristum de mundo, qui est domus principis tenebrarum. Præterea idem mundus domus gaudij nonnunquam appellatur, vt exponit Hieronymus super illud Isai. *Super hunc populum mei spinæ, & uespres ascendent, quanto magis super domos gaudij ciuitatis exultantis,* id est, si vastata est Hierusalem à Romanis, quanto magis mundanorum habitationes, & maximè sub finale iudicium. Est etiam domus gaudij, in qua celebrantur conuiuia, & natalitia festa. Ecclesiæ. *Melius est ire in domum iuctus, quam ad domum conuiuij.* Sed aliquando licet intrare in domum lætitiæ sanctæ, sic intrauit Maria in domum Zachariæ lætantis in Domino propter conceptū Elisabeth.

Domus vacans est populus Iudæorū gratia Dei, & cælesti auxilio destitutus, vt exponit Hierony. super illud Matth. *ubi dicit spiritus immundus. Reuertar ad domum meam, unde exiui, & inuenit eam uacantē,* id est, sine habitatore Christo. Secundo exponit D. Thomas in Commentariis. Vacantem, id est otio deditam, quæ est occasio redditus dæmonis, quia vt Ecclef. ait. *Multi mala docuit otiositas.* Et Thre. 1. *Inimici eius deriserunt Sabbatha eius,* id est otiosam quietem, & vecordem. Tertio explicat Caietanus vacantem per negligentiam muneris & officij sui, quales etiam sunt fideles scelerate viuentes, vt dicit Augustinus lib. de Fide & operibus cap. 25. *Qui sunt velut fontes ficci, nubes sine aqua, item arbores sine fructu, mare sine piscibus, aer sine lumine, terra sine habitatoribus, umbraculum in vinea, tuguriū cucumerario, ciuitas ab hostibus deprædata, caput sine cerebro.*

¶ Si quæ desiderantur hic de hac voce domus, quæri debent in aliis dictionibus, quibus in scriptura coniungitur, vt domus eburnea, in verbo Ebur. Domus saltus in verbo Saltus, &c. Domus Herodij, in verbo Herodius, & in verbo Dux. Euertit totā domū, Luc. 15. verbo Euertere.

Hierony. Abac. 2.

Isa. 32.

Eccles. 7.

Luc. 1.

I 5
Hierony. Matth. 12,

D. Tho:

Eccle. 33

Thre. 1.

Caietan.

August.

CAPVT LXXIII.

Donum, Donare, Donatio.

כֶּהֱנִיחַ

I
Ephes. 4.

2
Act. 2.

August. 4

D. Tho:

August.

Act. 8.

3
Ephes. 4.

Donum verò quod liberaliter tribuitur & gratis, sic donare est gratis dare, vel debitum remittere, Ephes. 4. *Donantes inuicem, sicut & Christus donauit uobis,* id est, remisit debita.

Donum per excellentiam est Spiritus sanctus, qui Act. 2. super Apostolos, in die Pentecostes descendit, in linguis igneis. Vnde ibidem Petrus ad turbas dixit *dextera Dei,* subaudi Iesus: *exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit hoc donum.* Et quidem Spiritus sanctus vocatur donum, qui donatus est nobis, quomodo non est donatus Pater, neque filius. Quia Pater non est missus ab aliqua persona: & Filius licet sit missus à Patre, secundum tamen deitatem, non est missus ab Spiritu sancto, quia non procedit ab eo, sed Spiritus sanctus missus est à Patre & Filio. Caterum adhuc si mundus non esset, Spiritus sanctus donum ab æterno est, vt notat August. lib. 4. de Trinitate. Sicut natum esse, inquit, est Filio à Patre esse, sic Spiritum sanctum donum Dei esse, est à Patre & Filio procedere. Ex quibus verbis D. Tho. 1. part. quæst. 83. artic. vlt. colligit, donum esse nomen proprium Spiritus sancti. Quia Spiritus sanctus proprium quidē nomen in quantum procedit à Patre & Filio sortitur. Deinde ostendit Angelicus Doctor primum donum donantis, esse quidem amorem erga illum, cui aliquid donat: & ideo cum per modum amoris gratuiti Spiritus sanctus à Patre Filioq; procedat, consequens est, esse primum donum Patris & Filij: ex quo procedunt alia omnia dona creata, quæ Deus nobis, tanquam membris Christi donat, vt docet August. lib. 15. de Trinitate. De hoc dixit filius Dei Samaritanæ: *si scires donum Dei, & quis est qui tibi dicit, mulier da mihi bibere, &c.* Et Act. 8. Simon Magus existimauit hoc donum pecunia possideri.

De donis verò gratuitis tam gratiæ iustificantis, quam gratis datæ per Spiritum sanctum dicit Apostolus: *Ascendens Chri-*

stus in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus, quamuis autē Prophetam dicat Psal. 67. *Accepisti dona in hominibus, nulla est contradictio. Quia accipit vt homo, & dedit vt Deus, vt notauimus lib. 1. in verbo Accipere. Item. 1. Corint. 7. de dono continentia: Vnusquisque proprium donum habet ex Deo. Et de fide supernaturali, ad Ephes. Donum enim Dei est.*

Illud autem quærere quis posset, quid sit quod Iacobus ait. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum? Quod Caietanus confusè quidem exponit. Sed D. Thomas distincte satis: bona, inquit, sunt data temporalia, meliora naturalia, optima gratuita. Donum vero perfectum gloria. Quia habita nihil remanet imperfectum. Hæc autem omnia sunt à Patre luminum, quia sicut à sole radij, sic à Deo omnia bona procedunt. Hæc ille. De his autem Dominus ait: *si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis.**

Illud etiam difficultatem habet quod Apostolus dicit Rom. 11. *Sine penitentia sunt dona & uocatio Dei.* Ambros. refert hoc ad gratiam baptismi, quæ non indiget in recipiente contributione, satisque est quæuis displicentiæ præteritæ, sed angustior videtur expositio: neq; ad rem de qua sermo est. Ideo Hieronym. exponit non poenitet Deū, quod promisit Abraham, Isaac, & Iacob, benedicturum semen eorum, ideo conuertet Iudæos, saltem in fine mundi poenitentes. At latius loqui videtur Apostolus, vt enim probaret dilectos esse iuxta electionem Iudæos propter patres, assumpsit sententiam hanc generalem ad id deducendum, quæ sine poenitentia sunt dona & uocatio Dei. Ergo ne probaret idem per idem, latius se extendit hæc assumpta sententia. Non quidem ad omnia dona, neq; ad omnē uocationem Dei, quæ sæpè in gratis auferuntur, sed ad dona saltem & uocationē, quæ sunt ex prædestinatione diuina. vt exponit hoc loco D. Thomas, de quo Luc. 2. *Suscipit Israel puerum suum, recordatus misericordie suæ. sicut loquutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula.*

Donum cæleste gustare, & ablato conscientia remorsu experiri, pacem post remissionem peccatorū per sacramentum

Psal. 67.

1. Cor. 7.

Ephes. 2.

5
Iacob 1:

Caiet. D. Tho.

Ioan. 13

6
Ambro.

Hierony.

D. Tho: Luc. 2.

7

Heb. 6. Chrysof. Theophy. Ambro. Scholia Græca.

8

Rom. 5. Chrysof. Theophy. D. Tho.

Coloss. 2.

2. Petr. 1.

Rom. 12.

9

Rom. 8.

D. Tho.

1. Cor. 3.

Ambros.

Theophy.

illuminationis, vocatur autem donum celeste, quia nemo potest remittere peccata, nisi solus Deus. Ita exponit illud Heb. 6. Gustavit quoque donum celeste, Chrysof. Theophy. Ambros. & Scholia Græca, &c.

Donum autem à Deo, vel absolute positum gratiam solet iustificantem principaliter significare. Sic Rom. 5. Non sicut delictum, ita & donum. Vbi Chrysof. Theophylactus, & D. Thomas exponunt. Delictum primi hominis causam fuisse tantum originalis peccati, sed gratiam Christi iustificantem, non solum originale, sed omnia peccata delere, & virtutes dare. Colo. 2. Donatus vobis omnia delicta. Et Philipp. 1. Quibus donatum est non solum ut in eum credatis, sed et ut pro illo patiamini. De quo vide in dictione Credere. Item Petrus. Per quem maxima nobis, & pro eis promissa donavit, ut per hæc efficiamur diuinæ consortes nature. Porro donationes vocantur gratiæ gratis datæ. Rom. 12. Habentes autem donationes secundum gratiam differentes.

Donavit Deus omnia nobiscum filio suo Rom. 8. Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: Quo modo non cum ipso omnia nobis donavit? Vbi D. Thom. ait. Imo certe donavit nobis omnia, videlicet diuinas personas ad fruendum, rationales spiritus ad conuiuendum omnia inferiora ad vtendum. Sic 1. Corint. 3. Omnia uestra sunt, uos autem Christi. Item Ambrosius. Omnia præmia re promissa credentibus dabit, qui dedit filium totius præmij largitorem. Et Theophylactus. Qui dedit nobis Dominum, dabit & facultates eius.

De dono quod amplius, quære in aliis verbis coniunctis.

CAPVT LXXIII.

Dormire, Obdormire, Dormitare.



DORMIRE Hebraicè dicitur Iasan. Iob. 3. Prouerb. 4. In Picl dormire fecit. Iudicum 16. Et dormitare num. Psal. 76.

Dormire est animalium per collectio-

nem caloris ad interiora, vaporibus digestionis ad cerebrum ascendentibus, vocaturq; somnus, sopor, & quies animalis. Porro dormire longè est à Deo alienum proprie loquendo. Vnde Psal. 120. Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël. Ideò vocatur Deus: Sanctus uigil de celo. Dan. 4. & Zachar. 3. Septem oculos habere dicitur: Hinc qui inter homines vigilantior, Deo similior dicitur, & beator apud Lucam: Beati sunt serui illi, quos cum uenerit Dominus inuenerit uigilantes.

Dormire nihilominus dicitur Deus per figuram, quando videtur non aduere mala nostra, vel quæ in mundo fiunt dissimulat flagitia tacens. Psal. Exurge, quare obdormis Domine? Vbi Augustinus libr. de essentia diuinitatis. Dormire, inquit, Dei est, quando suis in tribulatione positis tardius subuenit. Eodem modo explicant Hieronymus, Cassiodorus, Glossa, & Lyranus. Præterea Psal. 77. Excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam dormiens crapulatus à uino: Et percussit inimicos suos, &c. Quando enim 1. Regum 5. Permisit Philisthæos arcam testamenti captiuam ducere, quasi dormiebat Deus: quando verò postea percussit Dagon, & Philisthæos, peste & prodigijs, quasi de crapula excitatus est, sicut exponunt Augustinus, Cassiodorus, & alij patres in typum huius, ipse quoque filius Dei homo factus periclitantibus in tempestate discipulis in naui dormiebat.

Dormire pro mori, & dormitio pro morte, propter spem resurrectionis frequenter in scripturis vsurpatur. Deut. 31. Tu dormies cum patribus tuis. Et 2. Reg. 2. Dormiuitq; Dauid cum patribus suis. Item Iob. Sic homo cum dormierit non resurget, donec atteratur calum, idest, vsque in diem finalis iudicij, quando motus cæli quiescet. Regi quoque dicitur Aegypti: Quo pulchrior es, descende, & dormi cum incircumcis, idest morere cum Gentilibus, & infidelibus. Sed rogare, quis poterit cum omnibus resurgere debeat: quomodo Dan. dicit: Et multi qui in terræ puluere dormierant euigilabunt. Ad quod Augustinus respondet libr. 20. de Ciuitate capit. 23. Ioannem quidem dixisse: Venit hora, ut omnes qui in monumentis sunt audiant uo-

Psal. 120.

Dan. 4. Zach. 3.

Luc. 12.

2

Psal. 43. August.

Hierony. Cassiodo. Glossa. Lyranus. Psal. 77.

1. Reg. 5.

August. Cassiodo.

Matth. 8.

3

Deut. 31. 2. Reg. 2.

Iob. 14.

Ezech. 32.

Dan. 12. August.

Ioan. 5.

4

Genes. 17.

Genes. 22.

Matth. 25.

Ioan. 11. 1. Thessal. 4.

5

Matth. 13.

August.

Hierony.

Origen. Chryso. Theoph.

6

Prou. 6.

Isa. 5.

Hierony.

Isa. 56.

Psal. 118.

Ephes. 5. 1. Thessal. 5.

Isa. 51.

cem filij Dei, & qui audierint uiuent. Quod verò Christus apud Ioannem dixerit omnes: Daniel vero multi, nullum est discrimen, quia ponit, inquit, aliquando scriptura pro omnibus multos. vt patet Genes. 17. vbi Dominus Abrahamæ dicit: Patrem multarum gentium posuite. Et Genes. 22. dicit: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Vbi explicat, multos pro omnibus positos. Quamuis autè indifferenter de omnibus, tam bonis, quàm malis ponatur dormire pro mori, vt constat in parabola virginum: Dormitauerunt omnes, & dormierunt, & alibi passim: nihilominus de iustis frequentius dicitur: sicut apud Ioan. Lazarus amicus noster dormit. Et 1. Thessal. Nolo uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, si cut & ceteri qui spem non habent.

Ceterum in parabola zizaniorum Matth. 13. Dormire pro negligentia somno potius quam pro morte capitur. Quamuis enim August. in qq. Euangelicis exponat post dormitionem mortis Apostolorum, hæreticos seminasse zizania, sed non ita quadrat. Quia uiuente Petro & Paulo, Simon Magus errores disseminauit, sicut & Hebionitæ Ioanne Euangelista super stite. Ideò exponit Hieronymus de dormitione negligentia quorundam prælatorum, vel non solum intelligitur de negligentia prætorum, sed quorumlibet quoque fidelium, qui dum somno quidem negligentia torpent, aditum hæresibus præbuerunt, vt intelligunt Origenes, Chrysof. & Theophylactus super Mattheum.

Est enim obseruatum in scriptura, sæpius negligentia uitium dormitionis significari uocabulo. sic Prouerb. 6. vsque quo piger dormis: E contrario de Vespasiano, vel Tito Hierosolymam vastaturo dicebat Isaias: Non dormitabit neque dormiet, neque soluetur cingulum remum eius, idest, non erit piger, vt Hieronymus explicat. Et contra de Pharisæis nolentibus scripturas de Christo reuoluere, Isaias ait. Speculatores eius cæci, &c. dormientes & amantes somnia. Item Psal. Dormitauit anima mea præ tædio, confirma me in uerbis tuis. Sic Ephes. 5. Exurge qui dormis. Et 1. Thessal. 5. Non dormiamus sicut & ceteri. Item de Iudæis obceccatis in Isaias legitur: Filij tui dormierunt in capite omnium

uiarum, idest, in intelligentia Sacrae scripturæ quæ caput est omnium itinerum virtutis & gratiæ.

Item dormire tota nocte, denotat aliquando tota nocte fraudes machinari. Sicut de Ieroboam, qui decem tribubus peruausit, vt adorarent vitulos aureos, dicit Oseas: Tota nocte dormiuit coquens eos, idest, excogitans fraudes idolatriæ. vt exponit Hieronymus.

Dormire in bonum denotat aliquando securitatem mentis & corporis, sub auxilio Dei, vt notant Vatablus, Ianfenius & Genebrardus super illud Psal. Ego dormiui, & soporatus sum, & esurrexi. Et Leui. Dabo pacem in sinibus uestris, dormietis: & non erit qui exterreat. Et Ezech. Qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. Quod de sanctis anachoretis, & monachis intelligitur, qui vt habitet in deserto dicunt: Ecce nos reliquimus omnia. Vel vt exponit Theodoretus. Dormit Ecclesia in deserto gentium credentium Christo.

Dormire significat vitam contemplatiuam, vel quietem uitæ futuræ, Cantic. 5. vbi Ecclesia dicit: Ego dormio, & cor meum uigilat, idest à terrenis negotijs uaco diuinis intenta. Vt exponit Gregor. Vel ego dormio, hoc est omnia terrena fastidio, dum celestis sponsi aduentum obseruo. Vt explicat Theodoret. Vtroque autem modo Maria optimam partem elegit. Et Ioannes Euangelista qui recubuit & dormiuit super pectus Domini, vbi super omnes creaturas eleuatus, vt Aquila volauit vsque ad thronum Dei Patris, qui uerbum genuit æternum.

Dormire pro eo quod est dare operam liberis, frequenter sumitur in scriptura Genes. 19. F. 30. C. 35. D. & alibi passim.

¶ Dormire in umbra, uide in uerbo Calamus.

¶ Dormire inter medios clericos, Psalmo 67. uide in uerbo Columba, & sic de similibus in suis adiunctis.

8

Ose. 7.

Hierony.

7

Vatabl. Ianfen. Genebr. Psal. 3.

Leuit. 26.

Ezech. 24.

Matth. 29. Theodoret.

9

Cant. 5.

Gregor.

Theodor.

Luc. 10. Ioan. ult.

10

Dorsum.



DORSVM Est tota posterior corporis pars a collo vsq; ad os sacrum. Vertere autem dorsum, signum est auersionis: sic Dominus populo suo grauer iratus ait Hierem. 18. Dorsum, & non faciem ostendam eis. Nec immerito, quia vt legimus Ezech. 8. Viginti quinque uiri dorsa habebant ad sanctuarium Dei, scilicet despicientes Deum. Sicut dicitur 2. Paral. Patres nostri auerterunt facies suas a tabernaculo Domini, & posuerunt dorsum. Pretereà post dorsum aliquid proicere est obliuisci. Ecclesiast. 2. Verbum sapiens, &c. audiuit sciens, & ad se abiicit: audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiciet illud post dorsum. Et certè tales Pharisei, quibus Dominus dixit: Qui ex Deo est uerba Dei audit. Propter uos non auditis, quia ex Deo non estis. Sed contra: Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt.

Dorsa hostium percutere est persequi fugientes. Deuter. Percute dorsa inimicorum. Et quod legimus Psalm. Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Vbi Hieronymus ad veritatem Hebraicam vertit: Inimicorum meorum dedisti mihi dorsum: vt scilicet fugerent a me. Quia vt inquit Theodoretus proprium est fugientium terga dare. Sed Augustinus propter defectum Hebraicæ linguæ, contrarium intellexit: videlicet dedisti mihi inimicos ad me conuersos, vt me sequerentur post tergum. Porro vt diximus oppositum denotat phrasia Hebræa. Pretereà Psalm. 20. Quoniam pones eos dorsum in reliquis tuis preparabis uultum eorum. Hieronymus vertit Hebraicè: pone eos humerum. Symmachus uero translulit, vt ait Theodoretus: pones eos uersos, idest terga dantes, quod uero sequitur: In reliquis tuis. vox Hebræa Methar duo significat nempe superstites, vel remanentes: & ita vertit vulgata in reliquis, idest περιλοιπῶν, scilicet reliquis, non reliquiis. Item eadem vox neruos & chordas denotat arcus: & ita vertit Hieronymus ad veritatem Hebraicam: Funes tuos formabis contra facies eorum, idest neruos & sagittas arcus tui,

quia uero totus Psalmus Christo congruit regi: vt exponunt Hieronymus, Augustinus, Cassiodorus, Beda, Lyranus, Rabbi Salomon, Genebrardus & Hebraei. Ideo in hoc Psalm. prædicitur planè victoria Christi de Iudæis, quos partim igne combussit sub Tito & Vespasiano, vt exponit Genebrardus, partim uero conuertit ad fidem. De prioribus dictum est. Matth. 21. Malos male perdet. Et Matth. 22. Missis exercitibus suis perdidit homicidas illos.

Dorsum incuruare cuiuspiam, est in feruitutem redigere. Sic Psalm. 68. de Iudæis dicitur: Et dorsum eorum semper incurua. De quo in uerbo Incuruare dicemus. In eundem sensum martyres dicunt Psalm. 65. Posuisti tribulationes in dorso nostro. Sicut Ecclesia clamat expositore Augustino Psalm. 128. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Quia a iusto Abel, vsque ad Zachariam, & Christum, mali persequuti sunt iustos Ecclesiæ: Et prolongauerunt iniquitatem suam. De quo Dominus ad Hierusalem: Ut ueniat super te omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram a sanguine Abel. Eadem phrasia est Hier. 48. f. & Amos 8. b.

In idem ferè recidit illa phrasia. Pro uerb. 10. Virga in dorso eius, qui indiget corde, idest castigatio in dorso imprudentis. Ita exponunt Lyranus & Iansenius, iuxta quod dicitur capit. 26. Virga in dorso imprudentium. Ideo qui Ecclesiæ sunt contumaces excommunicantur. Matt. 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus: quia vt Isai. ait: Sola uexatio intellectum dabit. Ideo & filius Dei flagello negotiatores eiecit de templo.

Dorsum columbæ aureum. De quo Psalm. Pennæ columbæ de argentatæ: & posteriora dorsa eius in pallore auri. denotat iuxta historiam partem terræ promissionis ad Aquilonem, ubi est tribus Dan uersus Assyrios, quia tota promissionis terra uocatur, vt Genebrardus ait, columba, sicut de decem tribubus dicitur Ose. 7. Ephraim columba seducta. Pars uero Septentrionalis auri pallorè refert, quia illac portabatur aurum ad placados Assyrios, aut notat Gueuara super Abacuc. 5. Vel certè per terram illam figurata est Ecclesia, quæ meliori iure columba uocatur.

Hierony. August. Cassiodo. Beda. Lyranus. R. Salo. Genebr.

Matth. 21. Matth. 22.

3 Psal. 68.

Psal. 65.

August. Psal. 128.

Matth. 23.

4 Prou. 10.

Lyranus: Iansenius: Prou. 26.

Matth. 18.

Isa. 28.

Ioan. 2. Matth. 21.

5 Psal. 97.

Genebr. Ose. 7.

Gueuara.

Cuiusdam

Mach. 16.

Hierony. August. Theodoret. Origen. Bernard. Gregor.

Cassiodo. Beda.

יָדָרְחָמָא

I Budæus.

Luc. 2.

Matth. 17.

Hierony.

Hierony. Beda.

Marc. 9.

Cuius dorsum est aureum, propter constantiam & firmitatem auri, quod ictibus attenuatur, neq; fragitur, sic Porta inferi non preualebant adu. nuseam. Ita exponit Hierony. Aug & Theod. qui aurum refert ad solidam Ecclesiæ doctrinā: de eadem Ecclesia intelligit hunc locū Origen. ho. 3. super Cant. & Bernard. lib. de diligendo Deo. Gregor. ho. 11. in Ezech. qui ait posteriora dorsa Ecclesiæ aurea de notare beatitudinis præmium, quæ expositio satis quadrat, quam etiā tenet Cassiodorus hoc loco: at Beda per aurū intelligit discretionem in dorso, idest in portādo iugo Dei: suaue, vt inādata portemus ex charitate & non coacte.

CAPVT LXXVI.

Drachma, & Didrachma.



RACHMA Dicitur Hebraicè Darchmon Nehem. 7.

Drachma secundū Budæū, est genus numismatis. denarium ualens Romanum, hoc est dipondia ærea minuta quadraginta: de quo in dictione Denarius egimus. Didrachma uero duplex drachma est, quod pretiū per capita familiarum soluebatur Romanis post edictū, quod exiit a Cæsare Augusto: de quo in dictione Describere. Hinc exactores tributi rogauerunt Petrum. Magister uester soluit didrachma: cumq; iussisset Petro Dominus, vt staterem, quem in ore piscis inuenerat, quatuor drachmas pendentem solueret dicens: Da eis pro me & pro te. reliqui Apostoli, vt notat Hierony. collegerunt non solum Christum esse caput illius Apostolici collegij, sed etiam Petrum vice Christi, quia solum caput familiæ soluere didrachma tenebatur. Et tamen Petrus unam pro se didrachmam: alteram uero pro Christo soluit: unde contentio, quæ inter eos cepit in uia, quis esset maior: tunc magis inflammata est, sed a Christo Domino sedata fuit. Sic intelligēdas Hieronymus & Beda, qui ex solutione didrachmæ contentionem puluillasse dicunt. Cū contra legamus Marci 9. In

uia quidem cepisse, antequam uenirent domū Apostoli. In qua didrachma ab exactoribus petitum est: sed intelligēdum planè ex solutione didrachmæ refricatum uulnus exaruisse: ne ignorantiam, aut obliuionem in retam aperta, Hieronymo nostro impingamus.

Drachma quā in parabola Luc. 15. perdidit mulier cuertiq; totam domū. tropologicè quidem est Fides, Spes, & Charitas, vt Ambrosius ait lib. 1. ep. 1. iuxta literam uero genus humanum in Adam perditum, siue quod in idem recidit, iugo Dei in anima filiorum Adæ, vt docet idem Ambrosius super Lucam. Et Tertullianus libr. de Pudicitia. Et Gregorius ho. 34. Super Euangelia. Lucernam uero mulier accendit, quādo sapientia, quæ filius Dei est carnem suscepit humanam. Euertit autem totā domū, idest mundū sursum & deorsum, quando rex caeli natus est in stabulo. Et relicto Herode & Hierosolymitis, Pastores de caulis, & Magi ab Oriente ad eius comitia uocantur. Matth. 2. Pretereà eueit domum cordis humani per penitentiam: quādo conuertit Chananaam: & mulierē peccatricem, & sic dealis.

2 Luc. 15.

Ambrosi.

Tertullia.

Gregor.

Iuc. 2. Matth. 2.

Matth. 15. Luc. 7.

CAPVT LXXVII.

Draco.



RACO Est genus serpentis corporis ingentis Hebraicè Thonin: quod in aqua, vel in terra uersatur.

Neque dicitur draco, nisi serpentes minores deuoret, iuxta prouerbiū anguis nisi anguem comedit non fit draco, uisq; pestiferum effilat, & omnia uastat. Dicitur από του δεινοειπ, quod acutissimi uisus sit, Plinius libr. 8. capit. 11. perpetuum draconibus in India cū Elephantis bellum esse refert. Est autem animal astutissimum, unde diabolus frequenter in scriptura significat propter astutiam, & uirulentiam. Psalm. 90. Conculcabis leonem & draconem, idest uirulentiam, & astutiam demonum per tyrannos, & hæreticos grassantem, vt exponit August. Item Ezech. 29. Ego ad te Pharao Rex Aegypti draco in igne. Vbi

תנין

Plinius.

Psa. 90.

August. Ezech. 29.

Mmm

Hierony.

Apoc. 12.

Pfal. 103.

3

Isa. 13.

Hierony.

Hierony.

Isa. 34.

Hiere. 9.

Luc. 7.

Matth. 2.

Hierony.

Isa. 35.

Matth. 8.

Matth. 15.

Ioan. 4.

Isa. 43.

4

Hier. 51.

Isa. 51.

Hierony.

Pfal. 73.

Hieronymus sub typo Pharaonis ad potestatem tenebrarum, sermo nem dirigi putat. Sic Apocal. 12. Michael & Angeli eius preliabantur cum dracone. De quo in verbo Angelus, & Apocal. 13. & 16. & 20. Deniq; de ceto iuxta literam marino dicitur Psal. 103. Draco iste que formasti ad illudendum ei: quia a minoribus piscibus illudatur fugientibus. Sed mystice de Satana dicitur, qui a iustis illudatur, vt Chrysostomus ait.

Draconum habitationem conuertit ciuitatem, vel regnum, denotat desolationem & vastationem eius. Sic de Babylone vastanda predicat Isai. Replebuntur domus eius draconibus, vt exponit Hieronymus, & alij. Item de desolatione Hierusalem a Romanis, intelligit Hieronymus illud Isai. Et erit cubile draconum, & Pasce struthionum. Sicut etiam Dominus dixit Hierem. 9. Dabo Hierusalem in accruos arene, & incubilia draconum. Idem ca. 10. de eiusdem desolatione a Chaldeis, &c. in quibus omnibus locis Tropologicè de pingitur anima peccatoris, quæ fit habitatio, & cubile gehennalium planè draconum, sicut mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, &c. Porro de gentibus ad fidem conuertendis, quarum primitiæ fuerunt Magi ab Oriente stella duce venientes, exponit Hieronymus illud Isai. 35. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur uiror calami, & iunci, & erit ibi semita, idest in cordibus Gentilium a demonibus olim possessis, germinabit Fides, Spes, Charitas. Eritq; ibi semita doctrinæ Christi, sicut in corde Ceterionis, cuius Fides laudatur Mat. 8. & Chananeæ, & Reguli. De quo etiã Isai. 43. Glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones, idest Gentiles, vt Hieronymus ait. Qui prius velat dracones, alij alios de uorabant, sitiebantq; sanguinem, vt aliena per Ambitionem possiderent.

Draco propter crudelitatem, potentiam, & astutiam, sitimq; inexhaustam humani sanguinis vocatur Rex Babylonis. Hier. 51. vbi dicit Hierusalem: Deuorauit me Rex Babylonis, absorbit me quasi draco. Eodem nomine Pharaon, qui infantes mares Hebræorum occidit appellatur. Isai. 51. Nunquid non tu percussisti superbum, uulnerasti draconem? vt explicat Hieronymus. De quo Psal. Tu confre-

gisti capita draconis, dedisti cum escam populis Æthiopum. Vbi pro Æthiopum Hebraicè est vox Tsim, quæ proprie significat aridos, & æstu torridos, quales sunt Æthiopes. Ideo Sept. uerterunt Æthiopum, sic etiam transtulit Hieronymus ad ueritatem Hebraicam. Item quia Hebræi uocant Æthiopiam, vt tranq; regionem littoralem maris Rubri, & incolas sinus Arabici, vt notat Genebrardus: qui arma Aegyptiorum collegerunt. Ideo dicit Propheta: Dedisti eum escam populis Æthiopum, idest Pharaonis spolia dedisti Athiopibus.

Dracones uehementissima siti laborant, ita vt super cacumina montium uentum attrahant humidiorum. Vnde ad exaggerandam aquæ penuriam Hierem. Quia non uenit, inquit, pluuia super terram, &c. Onagri steterunt in rupibus, traxerunt uentum quasi dracones. Ita hypocritæ deficiente humore gratiæ, siue ieiunent, siue orent, omnia propter inanem gloriam faciunt, attrahentes uentum quasi dracones. de quibus Dominus ait: Amen dico uobis receperunt mercedem suam. De his Iob. Frater sui draconum.

Dracones uicti & vulnerati ab elephantibus, cum quibus vt ex Plinio notauimus num. 1. Bellum gerunt, sitim suam sanguine illorum humidiori sedare cupientes, stridores more plangentium magnos emittunt. Sic Michæas Propheta preuidens captiuitatem decem tribuum ab Assyriis ait: Super hoc plangam, & ululabo uadam discalciatus, & nudus: faciam plantum uelut draconum. Sic exponit Hieronymus. Porro Septuaginta non de Propheta hoc uertunt, sed de plebe Israël: ibi, scilicet, discalciata, & nuda: Faciet plantum quasi draconum: sed utraq; translatio uerum habet sensum, quia sicut Isai. ambulauit nudus, quia nuda erat Æthiopia in captiuitate deducenda, sic Propheta Michæas compassiõis charitate, uadit nudus, & plāgit stridore draconum, quia plebs Israëlita eodem habitu ducenda erat in captiuitate. Debet enim prædicator plāgere ruinam populi peccatoris, sicut filius Dei: Videns ciuitatem stetit super eam.

Draconem adorauerunt olim Babyloni, quem Daniel interfecit, data illi in cibum massa ex pice, & adipe cum pilis, diruptusq; est draco. De quo Eusebius

Septuag.

Hierony.

Genebr.

Pfal. 73.

5

Hier. 14.

Matth. 6.

Iob 30.

6

Plin.

Mich. 1.

Hierony.

Septuag.

Isa. 20.

Luc. 19.

7

Dani. 14.

Emissè

Eusebius Emissen.

Ioan. 12.

Vale, Max.

8

Esth. 11.

Matth. 4.

Emissenus de Pascha homilia 11. Daniel, inquit, horrendum draconem, idest, qui spiritum diaboli præseferbat solidioris cibi uirtute conficit: faciens de pice & adipe, idest de duabus naturis atque substantiis, offam unam, qua assumpta, qui putabatur cibus, interitus fuit: in pice homo intelligitur, in adipe Dets demonstratur, qui totius puritatis candor, & pinguedo est bonitatis. Hæc ille. De quo Dominus ait: Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eicietur foras. Quod autem Babylonij draconem adorauerint, non mirum est cum eundem, & Romani postea coluerint, vt refert Valerius Maximus, libr. 1. capit. 8. Denique dæmon, qui sub figura draconis, primam deceptit mulierem, eodem usus instrumento, gentes deceptit ac demeruit.

Postremo dracones duo, qui in uisione nocturna uisi sunt Mardocheo pugnare Esther 11. figurabant quidem pugnam inter Mardocheum & Aman, in qua Mardocheus uictor euasit. Mystice uero singulare certamē filij Dei in deserto, cum antiquo dracone significabant: in quo Christus exaltatus postea sicut serpens in deserto sine ueneno, uirulentum draconem, qui princeps erat mundi, superauit. Matth. 4. Cum ieiunasset quadraginta diebus. Denique in figura draconis dæmon nocturna uisione quasi incubus Olympiam matrem Alexandri Magni. Item sub eadem forma Actiam matrem Iulij Cæsaris oppressit: unde duo Imperatores orbis prodire.

CAPVT LXXVIII.

Dromedarius.



ROMEDARIVS Hebraicè dicitur Rabas, vt patet Esther 8.

Dromedarius, vel dromas, cameli species est, sic dictus a uelocitate cursus, quia Dromos Græcè, latinè cursus est, de his mentionem Liius facit lib. 7. de bello Macedonico. Ante hunc equitatum falcatae quadrigæ, & cameli, quos appellant dro-

Liius.

mas, &c. De quibus Isaias dicit ad Hierusalem: Multitudo camelorum operiet te. Dromedarij Madian, &c. Quod de conuersione gentium prædictum est, quarum primitiæ fuere Magi, qui stella duce Christi Domini inuincibilis adorauere natalem. Est autem Dromedarius tantæ uelocitatis, ut asserat Philostratus in uita Apollonij conficere uino die mille stadia, idest quadraginta leucas, meminit etiam de Dromedarij uelocitate Aristotele. libr. 9. capit. ultimo de animalibus.

Isa. 60.

Matth. 2.

Philostrat.

Aristot.

CAPVT LXXIX.

Ducere, Deducere, Ductile.



VCERE Hebraicè dicitur Iabal. Ps. 68. & 108. & Iob 10.

Ducere est uolentem dirigere, sicut trahere est nolentem impellere. Sic legimus Iud. 4. Duc exercitum tu montem Thabor. Significat etiam agere diem Iudicium 10. uel letum diem. Item æstimare. Sap. 7. Diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Denotat etiam tenere. Genes. 24. Via que ducit ad puerum. Duci quoque est flecti & moueri. Deuter. 30. Ductus poenitudine. Præterea matrimonium inire est. Gen. 20. Duxit eam in uxorem. Postremo usurpatur, pro eo quod est trahere. Psal. 136. Qui captiuos duxerunt nos.

Ducere unumquodq; ad terminum suum, solius est Dei. Iob 38. Indica mihi si nosti omnia, in qua uia lux habitat, & tenebrarum quis sit locus? ut ducas unumquodq; ad terminum suum. Vbi D. Thomas. Per certitudinem, inquit, uia motus luminarium cognosci non potest, quod ostenditur ex diuersa opinione hominum, circa motus ipsorum: dum quidam asserunt ea moueri per excētros, & epiciclos: quidam autem per motus diuersarum spherarum: ducere autem ea ad terminos suos, est ostendere rationem exaltationis. & apparitionis luminarium. Sic ergo Apostolos & Doctores: de quibus Dominus dicit: Vos estis lux mundi. solus ipse potest ad terminos suos diuina

Isa.

I

2

Iob. 38.

D. Tho.

Matth. 5.

Ioan. 14: 3
 Pfal. 44.
 Hierony.
 Chaldaeos,
 Matth. 4.
 Matth. 9.
 Luc. 7.
 Ioan. 11:
 4
 Ose. 2.
 R. Salo.
 Ruffinus.
 Theodoret.
 Rom. 9.
 Hierony.
 Cyrillus.
 Rupertus.

prædestinatione definitos ducere. Vnde ait Ioann. 14. *Et cum præparauero uobis locum, iterum ueniam ad uos, & adducam uos ad me ipsum, &c.*

Duxit Christum hominem ad opera mirabilia patranda per unionem hypostaticam. Sic legimus Psalm. 44. *Intende prospere, procede & regna. Et infra. Deducet te mirabiliter dextera tua.* Vbi Hieronymus ad veritatem Hebraicam vertit: *Docebit te terribilia dextera tua.* Et Chaldaicus vertit. *Docebit te Deus terribilia per dexteram tuam manum gerere, quia nimirum de terribili certamine cum Satana diuina virtute victor euasit, prius in deserto. Deinde in Cruce & in limbo, & ita de morte diuina ductus dextera triumphauit, prius mortuos fuscitans, scilicet filiam principis, filium viduae, & Lazarum quatruiduanum. Deinde denique seipsum resuscitans tertia die cum gloria corporis immortalis deuictis hostibus gehennalibus. Est autem in Hebraeo תורחה à radice תרה Thur considerare, contemplari, cogitare, idest contemplari, considerare & cogitare te faciet mirabilia dextera tua: quod idem est, quod *Deducet te mirabiliter dextera tua*, vt Septuaginta, & vulga verterunt.*

Ducit Deus Ecclesiam primitiuam ad solitudinem segregans eam ab infidelibus, & secularibus. *Ecce ego lactabo eam, & ducam eam ad solitudinem, & loquar ad cor eius.* Ose. 2. Hunc locum Rabbi Salomon de reditu populi de Babylone putat intelligi. Sic etiam Ruffinus, & Theodoretus, sed parum considerate. Nam Apostolus Rom. 9. posteriorem huius capitis sententiam, quæ ab hoc loco tota pendet, de conuersione populi ad Christum allegat. Nec solum in sensu mystico, sed iuxta literam, vt patet ex contextu. Sic exponunt Hieronymus, Cyrillus, Rupertus, & alij multi. De quo vide in verbo Lactare latius quæ dicemus. Ducebat autem ad solitudinem multas monachorum Myriades in Ægypto, &c. Vbi Christus lactabat suos in Ecclesia primitiua. Cæterum in malum ducit Dominus Chaldaeos contra synagogam Deut. 28. d. 2. Par. 36. Isa. 37. e. 66. b. Hier. 4. b.

5
 Zach. 13.
 Hierony.
 Rupertus.
 Theodoret.
 Luc. 6.
 Luc. 10.
 1. Cor. 15.
 Act. 2.
 6
 Ezech. 34.
 Hierony.
 Deut. 28.
 Theodoret.
 Act. 2.
 7
 1 Reg. 29.
 Gregor.
 Sap. 16.
 Ioan. 11.
 Psal. 21.

Ducere per ignem electos est illos examinare, & purificare ad vitam æternam. Sic legimus Zachar. 13. *Ducam tertiam partem per ignem, & uram eos, sicut uritur argentum, &c.* Ipse inuocabit me, & ego exaudiam eum. Præcesserat autem: *Ducet te mirabiliter dextera tua.* & deficient, idest Iudæi, & Gentiles in sua obstinati perfidia, tertia verò pars, quæ Christianorum est, per tribulationum flammam examinata saluabitur. Ita exponunt Hieronymus, Rupertus, Theodoretus, & alij. Additq; Theodoretus hanc tertiam partem prius in duodecim Apostolis electis. Luc. 6. *Et septuaginta duobus discipulis designatis.* Luc. 10. *Constitisse cum paucis alijs, usque ad quingentos, quibus Christus post Resurrectionem visus est Apostolo teste 1. Corinth. 15. Deinde in die una crediderunt ad tria millia. Acto. 2. & deinceps: Ecclesia creuit usque ad fines terræ, in qua illi saluantur, qui corde & opere inuocant Deum.*

De eadem Ecclesia primitiua dicitur, & de tempore legis gratiæ. Ezech. 34. *Educam imbrem tempore suo, ait Dominus, & pluuia benedictionis erunt.* Sic exponit Hieronymus. Quando, inquit, aperiet Deus thesaurum suum optimum cælum, vt tribuat pluuiam terræ suæ in tempore suo. Deut. 28. quando videlicet Spiritus sanctus descendit super Apostolos, & effudit super eos charismatum dona. Et quando vt inquit Theodoretus, irrigati sunt Apostolorum doctrina fideles, & crediderunt in die vna ad tria millia.

Deducit Deus ad inferos atque reducit in cantico Annæ Samuelis. Vbi Gregorius. Deducit, inquit, ad inferos, quando terror inquit peccatori mortis æternæ, reducit autem, quando poenitentiam, reducit autem, quando poenitentiam spem vitæ perennis præbet. Quæ expositio pulchrè quadrat ad mores. Iuxta historiam verò, hæc phrasis explicatur Sap. 16. b. vbi legimus: *Tu autem Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatem, & ducis ad portas mortis, & reducis. Quod satis ostendit filius Dei, quando permisit Lazarum amicum mori: & deinde, quatruiduanum fuscitauit. Idem Pater æternus cum filio fecit in carne mortali, quem mori permisit, & fuscitauit. Vnde clamat filius*

Pfal. 21.
 Psal. 15.
 Lyranus.
 9
 Psal. 22.
 Hierony.
 August.
 Luc. 3.
 Cassiodo.
 Psal. 30.
 August.
 Ioan. 14.
 10
 Psal. 60.
 August.
 Math. 19.
 Math. 10.
 Luc. 10.
 Ioan. 20.
 Ioan. 15.
 Psal. 72.
 Psal. 142.
 Genebr.
 Cassiodo.
 11
 Psal. 54.

Pfal. 21. *Et in puluerem mortis deduxisti me, non quod sit conuersus in puluerem, cum de illo dicatur Psalm. 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, sed quia mortuus iacuit iuxta puluerem in sepulchro, vt Lyranus ait.*

Deducit Deus electos per semitas suas. Psalm. 22. *Deducit me per semitas iustitiæ propter nomen suum, idest per arctiora mandata, & consilia auxilio gratiæ suæ, vt exponunt Hieronymus & Augustinus.* Ad quod requiritur consensus noster, ideo Ioannes dicebat Luc. 3. *Rectas facite semitas Dei nostri, quasi diceret, sic ipse deducet vos per semitas iustitiæ volentes non resistentes, vel semitæ iustitiæ sunt duo præcepta charitatis, vt Cassiodorus ait, ex quibus tota lex pendet & Prophetæ. Hanc deductionem petit Propheta in Psalm. dicens: *Et propter nomen tuum deduces me, & enutries me.* Vbi Augustinus, idest non propter merita mea, sed vt nomen tuum glorificetur, dux mihi eris ne aberrem à te, & enutries me, vt validus sim ad manducandum escam, qua pascis Angelos: quod satis congruit, quia Dominus ipse clamat: *Ego sum uia ueritas & uita.**

Obtinuit autem petitionem Propheta, vbi dicit: *Deduxisti me, quia factus es spes mea turris fortitudinis à facie inimici.* Hic notat Augustinus. Nisi spem nobis dedisset suam, non deduxisset nos: vnde & Apostoli querunt quid sperent dicentes: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Præterea nisi ipse factus esset nobis turris fortitudinis non deduxisset nos: ideo dicebat: *Ecce ego mitto uos, quasi diceret: Ego qui sum fortitudo uestra, quia sine me nihil potestis facere.* Quod luculentius Propheta docet Psalm. 72. *Tenuisti, inquit, manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.* Sic & Psalm. 142. clamat: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, idest in patriam cælestem, vt exponit Genebrardus, & Cassiodorus, vbi nihil obliquum est.*

Iam verò quod de malis dicitur Psalm. 54. *Tu autem Deus deduces eos in puteum interitus, non intelligit de ma-*

lo culpæ, sed puteum interitus vocat malum poenæ. De quo Matth. 25. *Recedite maledicti in ignem æternum.* Sic enim Theodoretus. Puteum, inquit, interitus inuitabilem poenam vocauit, vnde non se poterit explicare: & Hieronymus merito, inquit, quia reprobi de aqua uia bibere noluerunt, quam Samaritanæ Dominus propinauit dicens: *Tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam.* Et Hierem. *Dereliquerunt me fontem aquæ uiuæ.* Ideo diues auarus nec guttâ aquæ ad linguam refrigerendam in puteo flammaram, & sulphuris obtinere potuit. Denique deducet Deus omnes gentes ad uallem Iosaphat. Ioel 3. videlicet ad iudicium finale, vt exponit Hieronymus de quo in verbo Iosaphat.

Ductus est Iesus ab spiritu in desertum. Matth. 4. videlicet ab Spiritu sancto, qui descenderat super eum sicut columba in Iordane, sicut exponunt Hieronymus, Chrysostomus, Theophylactus. Gregorius, Origenes & Beda super Lucam, vbi & Lucas hoc ipsum innuens Lucas dicit: *Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordane, & agebatur ab spiritu in desertum.* Ne cui ergo ueniret in dubium, à quo spiritu ductus sit, consulto premissit Lucas plenus Spiritu sancto, vt Beda notat, & Ambrosius super eundem locum. Plenus, inquit, Spiritu sancto agitur in desertum, eo consilio vt diabolum prouocaret. Nam nisi iste certaret, non mihi ille uicisset. Et exemplo, vt ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere, & tunc magis esse cauendum, ne gratiã amittamus. Origenes deniq; dicit: *Oportuisse Christum ab Spiritu sancto duci, quia propriè, & non sola adoptionis gratia filius Dei erat: sed intelligere non secundum deitatem planè, sed secundum naturam humanam ductum fuisse ab Spiritu sancto. In cuius exemplum: Qui spiritu Dei aguntur hi sunt filij Dei.*

Quæri tamen hoc loco potest, qui nam dicendi sint, spiritu Dei duci, vel agi: ne forte decipiamur. Ad quod respondet Lyranus super Galat. 5. *Qui agunt ea quæ Spiritus sanctus dicit, eos Spiritu sancto duci, vel agi: sed Adamus super hunc locum. Qui mortificant passionem carnis, hi sunt qui*

Hierony.

Spiritu Dei aguntur, iuxta quod proxime dixit Apostolus: Si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Ceterum quis scit an Spiritu quidem sancto: an vero proprio sensu facta carnis mortificet? Ideo Hieronymus ait. Quicumque secundum doctrinam Spiritus sancti uiuunt, ipsi sunt qui spiritu Dei aguntur. Porro doctrina Spiritus sancti est partim in scriptura secundum sensum Ecclesie Catholicae declarata: partim uero in traditionibus Apostolicis, & decretis Conciliorum, atque Pontificum, & Doctorum Ecclesie.

13 Gal. 5. D. Tho.

Quod uero dicitur Galat. 5. Si spiritu ducimini non estis sub lege, intelligit Apostolus, ut exponit D. Thomas. Non estis sub lege Moysaica, quantum ad ceremonialia precepta, quae licet tempore Pauli quidam iusti seruarent, non tamen in illis spem ponebant, sed sepelebant plane cum honore, quod aiunt, synagogam. Quantum uero ad moralia precepta iustus est sub lege, quoad vim directiuam, non tamen quoad uirtutem legis coactiuam timore poenae: quia ut & Horatius dixit.

Horatius.

Oderunt peccare mali formidine poenae, oderunt peccare boni uirtutis amore.

1. Timo. 1.

In quo sensu Paulus ait. iuxta non est lex posita, cui non contradicit, quod Christus ait. Ioan. 15. Hoc est preceptum meum, ut diligatis inuicem, uidelicet spiritu quodam amoris, non timoris & seruitutis allesti.

Ioan. 15.

¶ Ducere filios per igne lustratio erat Gentilibus consueta: de qua Deut. 18. uide in uerbo Ignis.

14

Exod. 25.

Ductile metallum dicitur, quod ictibus malleorum laboratur, sic ductile candelabrum. Exod. 25. & 37. & num. 8. Quod mystice denotat Ecclesiam supra quam Apostoli Christi, lucernae more, radios fulgoris emittunt. Iuxta illud Matth. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum.

Matth. 5.

Chysoft. Hierony. Hilarius.

Vbi Chrysoftomus, Hieronymus, Hilarius, & alij patres. Candelabrum Ecclesiam, & lucernam in te interpretantur Apostolos. Bene autem ductile candelabrum dicitur, quia Christi Ecclesia multis persecutionum ictibus celata est, & sculpta, cui dicitur: Mundus gaudebit uos uero

contristabimini. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et in patientia uestra possidebitis animas uestras. Sic & Cherubim ex auro ductilia erant Ex. 37. Quae duo significant testamenta, quia patres utriusque testamenti, non nisi patientia tribulationum Deo placuerunt. Iuxta illud: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. De quo lege Richardum Victorinum, lib. 4. de Arca mystica, cap. 6.

Luc. 21.

15 Exod. 37.

Matth. 5. Acto. 4.

Richard.

CAPVT LXXX.

Dulce, Dulcedo.



VLCE SCERE dicitur in Scriptura Hebraice Malas. Pf. 119.

222 I

Dulcedo sapor est gustui suauis & iocundus, contrarius amaro. Hinc metaphorice dulce gratum dicitur, sicut Iob. 6. Anima esuriens, etiam amara dulcia esse uidentur: quia uidelicet, grata sunt propter esuriam. Sic ergo dulcedo pro uoluptate usurpatur, sicut Iob de adultero dicit: Dulcedo eius uermis. Vbi Gregorius. Luxuriosi, inquit, & uoluptatibus carnis diditi, quanta sit caecitas demonstratur. Quisquis enim carnalibus desideriis anhelat, quid aliud nisi uermes amat? Hae ille. Ideo Christus: Si quis, inquit, uult uenire post me, abneget semetipsum, id est carnis affectus. Porro Beda per Antiphrasim exponit. Dulcedo impij uermis erit conscientiae, qui non moritur in gehenna. Ideo dixit adulterae filius Dei: Vade, noli amplius peccare, quasi diceret, si desint accusatores, plane relapsam uermis ipsa conscientiae damnabit. Vnde recte dicit Horatius.

Iob. 6.

Iob 24. Gregor.

Matth. 16.

Beda.

Ioan. 8.

Horatius.

Dulcia se in bilem uertunt. Quia carnis uoluptas in amaritudinem transit.

2

Dulcedo mundanae uoluptatis momentanea est, & fluxa, ita ut in Scriptura, quae nondum est, vel uix incipit, quasi transacta referatur. Sic Isai. 24. Legimus: Cessauit gaudium tympanorum, quicquid sonitus letantium, conticuit dulcedo cytharae

Isa. 24.

Hierony. Luc. 21. Ioel. 1.

Iudith. 13. 2. Reg. 13.

Iudi. 4.

1. Cor. 7.

3

Prou. 9.

Beda.

Matth. 7.

Iob. 20.

Lyranus. Rom. 16.

4

Isa. 5. Hierony.

Ioan. 8.

5

Psal. 118.

Psal. 118.

Hierony. Ioel. 2.

cum cantico non bibent uinum, amara erit potio bibentibus illud. Vbi tamen Isaias ante duo annorum millia cessasse gaudium, & laetitiam strepitum dixit: Quod quidem de die finalis iudicij exponit Hieronymus. Quando erit in terra pressura gentium. In quem sensum monet Propheta Ioel: Expergiscimini ebrj, & scite omnes qui bibitis uinum in dulcedine, quia perit ex ore uestro. Sic Holophernes post nimium potum dormiens inopinato capite truncatus est. Sic ebrj Amnon in conuiuio fratris Absalon repente gladiis confosus perit. Sic etiam Sisara lactis utre putatus a Iahel dum dormit interemptus est, quia 1. Corinth. 7. Praeterit figura huius mundi. Et in proverbio dicitur: Homo bulla.

Dulcedine mixta amarissima quidem haereticorum mendacia propinantur in cautis. Prouerb. 9. Aquae furtiuae dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Vbi Beda apud Hieronymum. Aquae, inquit, furtiuae, & panis absconditus, doctrina est haereticorum: unde omnis fraudulentia sub dulcedine uis abscondit. Propterea Dominus dixit: Attendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium. Et Iob 20. de hypocrita dicitur: Cum dulce fuerit in ore illius malum abscondit illud sub lingua sua, id est, sub blandis uerbis, ut ait Lyranus, de his Paulus. Qui dissensiones, & offencula praeter doctrinam quam didicistis faciunt, &c. qui per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium.

Et Isaias. Vae qui dicunt malum bonum, & bonum malum, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Vbi Hieronymus. Omnia, inquit, dogmata contraria ueritati amara sunt: & sola dulcis ueritas, unde cauendum ne pro dulci ueritate, mendacium sequamur amarum. Hae ille. Sed multum refert recta dispositio palati. Nam frebricitantibus dulcia uidentur amara, quales Pharisei, quibus Dominus dixit: Si ueritatem dico, quare non creditis mihi.

Dulcia sunt itaq; uerba Dei palato recte disposito. Vnde Psalm. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Et Psalm. 118. Dulciora super mel & fauuum. De Apostolica etiam praedicatione exponit Hieronymus illud Ioel 2. In die illa stillabunt montes dulcedinem. De

quo in uerbo Distillare diximus. Et certe cum Deus sit fons totius dulcedinis, & spiritus eius dulcis, & conuersatio dulcis, & fructus omnis dulcis erit, maxime iustis, qui sanum habent palatum. Sic legimus Ecclesiast. 24. Spiritus meus super mel dulcis. quod satis experitur, qui iuxta Matth. Abneget semetipsum. Et uitae contemplatiuae se tradunt, quae maxime dulcis est. Psalm. Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti in mentibus te. De qua sponsa dicit: Sub umbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Fructus uidelicet Crucis, ut exponunt tres patres apud Theodoretum. De quo Galat. 5. Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, &c. Velut, inquit, Vatablus. Fructus est uerbum Dei, quod bene sapiebat illi, de qua: Maria autem sedens secus pedes Domini audiebat uerbum illius.

Eccle. 24.

Matth. 16.

Psal. 30.

Cant. 2.

Theodoret.

Galat. 5.

Vatabl.

Luc. 10.

6

Cant. 4.

Origen.

Luc. 23.

Luc. 2.

Matth. 5.

Matth. 20.

Cant. 2.

Matth. 5.

Dulcis est etiam Christo uox laudis sponsae. Cantic. 4. Sicut uita coccinea labi tua, & eloquium tuum dulce. Sic exponit Origenes homilia 4. in Cantica, siue Deum labijs coccineis charitate, uidelicet rubentibus inuocet, sicut latro in Cruce, siue Dominum laudet, ut Maria canens: Magnificat anima mea Dominum. Siue praedicet uerbum Dei uerbo & opere. Iuxta illud Matth. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum, siue fidem cofiteatur. Iuxta illud Matth. Qui confitebitur me coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo. De hac uoce Cantic. 2. Sponsus ait. Sonet uox tua in auribus meis, uox enim tua dulcis. Vbi recte satis expressit sonet in auribus meis, non in auribus mundi, quasi dicat, non propter inanem gloriam, vel propter lucrum principaliter canonicas horas, & preces fundas & praedices, sed in auribus meis. Alioquin de illis eris, quibus dicitur: Receperunt mercedem suam. Vbi nota icinium, elemosyna, & omne bonum opus, uocem suam habet, tanquam oratio practica, quae non sonat in auribus Dei si propter uanitatem fiat, fuit autem Domino dulcis uox Chanaan, & Centurionis qui dixit humiliter: Domine non sum dignus, &c.

Nec displicent Deo musici cantus in Ecclesia, si ex puro corde procedant, unde

7

de Dauid legimus in Ecclesiast. Et dilexit eum qui creauit illum: & fecit stare cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos.

9 Dulcedo quoque animæ consolationem spiritualement in scriptura significat. Vnde Prouerb. 16. Fauus mellis uerba composita, dulcedo animæ sanitas ossium. Vbi Hebraicè uerba amæna, amabilia, & grata, qualia sunt uerba Dei, quæ tanta amænitate corda recreabant auditorum Christi, ut eum quatuor millia hominum apud Marcum. Et quinque millia apud Ioannem sequerentur. Et Luc. 5. legimus: Qui uenerant ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Itaq; ut notat Iansenius secundum phrasim Hebræam tria illa habent uerba composita, idest gratiæ sunt diuinæ commixta, iuxta illud: Diffusa est gratia in labiis tuis: quia uidelicet dulcedinem spiritualement, sicut & corporalem ingerunt, & sanant ossa languentium: quare non ad Hebraicam phrasim exposuit Beda nomine Hieronymi: quod dulcedo animæ sit sanitas ossium, sed omnia illa tria habent uerba composita, ut sicut fauus & dulcedo animæ: Et sanitas ossium, idest corpus ipsum reficiant, quod uiri spirituales experiuntur.

CAPVT LXXXI.

Duplex.



DUPPLICARE Hebraicè dicitur Chaphal, Ezech. 21. & duplicitas dicitur Chephel. Gen. 23. Iob 41.

Duplex, seu duplum est, quod bis continet aliquid, sicut spelunca duplex, quam possedit Abraham empto agro ab Ephron ad sepeliendam Sararam, dicit autem Scholastica historia fuisse rupem, in qua naturaliter duæ speluncæ altera super alteram excauata erant. Alij quod arte sic erant fabricatae putant, ut in superiori uiri, in inferiori foeminae sepelirentur. Denique nonnulli Hebræorum in plano fuisse utranq; fabricatam putant unam post aliam, ut Dionysius ait. Et certè mysticè simplici spelunca sepelitur, qui sua propter Christum, non seip-

sum relinquit. Duplici uero spelunca, qui & seipsum relinquit, & sua. Iuxta illud Matth. Ecce nos reliquimus omnia, &c.

Duplicia recepit Hierusalem pro peccatis. Isai. 40. Loquimini ad cor Hierusalem, &c. Dimissa est iniquitas illius, recepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vbi plures sunt patrum expositiones. Prima Hieronymi duplicem recepit poenam, prius a Chaldæis, deinde à Romanis uastata. Secunda expositio Gregor. Nazianzeni, aduersus Iulianum in Hierusalem, & reprobos habitasse, & electos, qui Christo crediderunt, & in electis dimissa est iniquitas illius, in reprobis autem duplici poena castigata est, altera quod ipsa non intrauit in Ecclesiam Christi: alia, quod alios multos intrare prohibuit. Tertia Procop. explicatio quantum ad reprobos Hierusalem duplicia mala recepisse, quia dimissa est ire secundum desideria sua, quod est duplex malum, uidelicet peccatum, & poena peccati. Iuxta Psalmi. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Quarta expositio magis historica secundum phrasim Hebræam, duplicia pro magnis poni in sacra Scriptura. Itaq; duplicia recepit, idem est, quod magnis est punita poenis & suppliciis. Ita Ambro. super Psalm. 118. in illud: Praueni in maturitate. Et Isichius in illa uerba. Leuitici: Ego corripiam uos septem plagis. De quo egimus in uerbo Annuntiare, super illud Zachar. Ego quoque annuntians duplicia reddam tibi. Nā quod Adamus exponit duplicia recepit, idest dona gratiæ multiplicia pro omnibus peccatis suis, non est ad rem, cum de satisfactione sit sermo, quæ sit supplicii.

Sed duplicia supplicia recipere pro peccatis, uidetur regulas iustitiæ superare, cum contra Theologi dicant: punire Deum citra condignum pro sua clementia. Ad quod respondendum est. Quantum peccator obstinatus manet in culpa, etiam si gehennalibus tradatur flammis citra condignum recipere: quia culpa lethalis adhuc manet infinita, si Deū offensum aspicias. Cæterum quando per poenitentiam culpa dimissa est propter clementiam Dei, quidquid iustificatus patitur, quasi duplū reputatur & multiplex a deo tenere

Matth. 19.

2

Isa. 40.

Hierony.

Greg. Naz.

Procop.

Psalm. 80.

Ambro.

Isichius.

Zach. 9.

Adamus.

3

Questio.

à Deo diligitur puniente. Sic ergo quod Hierusalem in reprobis punita erat, ipsis reprobis citra condignum fuit & parum: sed iustis quidem compatiebantur afflictis, duplum erat & multū. Quibus Dominus clamat: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam uos.

Duplicia possidere in terra sua, est in hac uita spiritualement recipere consolationem, & gaudium æternum: in alia uel magnitudinem denotat præmij cælestis, Isaiæ. 61. Pro confusione duplici, laudabunt partem eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt. Vbi Hieronymus iustis hoc dici putat, qui duplicem in hac uita confusionem habuerunt, alteram de Iudaici populi perfidia, alteram uero de idolatria gentium, pro qua duplicem Apostoli quidem & Apostolici uiri recepere mercedem: alteram quod Iudæi ex parte conuersi laudabunt partem ipsorum, idest Christum, de quo Psalm. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum, quod contigit prædicante Petro quando conuersi sunt ad tria millia. Deinde possederunt gentes ad fidem conuersas, iuxta illud Ioan. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere. Et Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Concordat hæc expositio cum uersione Septuag. qui habent hoc loco, secundo possidebunt terram, & letitia semp terna super capita eorum, idest secundo post prædicationem in Iudæa, totam possidebunt terram. Quia in omnem terram exiuit sonus eorum.

Sic etiam explicant Cyrillus & Procopius. Alia expositio est August. serm. 4. de innocentibus. Duplicia, idest gloriam corporis & animæ sanctos in resurrectione possessuros. Eodem modo intelligit Gregor. super illud Psalm. Auditui meo dabis gaudium & letitiā. Sic etiā Haymo super Isaiam. Quæ in mystico sensu pulchra expositio est, & plausibilis. De quo Dominus apud Ioan. Petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum, & apud Matth. & Lucam: Merces uestra multa est in celo. Cæterum etiam in terra. 1. Tim. 5. Qui bene præsumt presbyteri duplici honore digni habeantur, idest maiori quā diaconi, uel simpliciter magno, ut exponit Theophylactus & ita exponi potest. In terra sua duplicia possidebunt, idest in Eccle-

lesia duplici honore hoc est magno digni habebuntur. Ideo maiores redditus dantur episcopis, ut patribus pauperum.

Duplex etiam pro multo usurpatur, Ecclesiast. 26. Mulieris bone beatus uir, numerusenim uita illorum duplex. Quia ut Lyranus ait, amore mutuo, & communi gaudio, uita longius prorogatur, uel sicut Iansenius putat, eadem licet annorum numero nihil excedat, duplex tamen reputatur ex letitia, quia uita quidem amara pro morte ducitur, apud Ecclesiast. Melior est mors quam uita amara.

Duplex quoque pro magno, Apocal. 18. Reddite ei, sicut ipsa reddidit uobis, & duplicate duplicia, secundum opera eius. In poculo quod miscuit uobis, miscete ei duplum. Quia damnatis supplicia duplicantur licet puniantur citra condignum, quando corpus eorum cum anima mittitur in gehennam. Ut exponunt Rupertus & Beda, de quo Matth. 10. Potius timete eum, qui corpus & animam potest mittere in gehennam, sic intelligitur Hier. 17. Duplici contritione conterere eos Domine, id est in anima & corpore: uel magna, sed uergebit aliquis Babylon sub tyrannis, idest Roma & Hierusalem etiam corpus & animas martyrum cruciauit in hac uita mortali, quomodo ergo duplum eidem martyres miscere iubentur in iudicio finali? Quia potius uidetur, par pari referre, quando cruciatus animæ & corporis sententiam proferent contra tyrannos. Ad quod respondendum est duplex pro magno capi, sicut dictum fuit, est autem maius in æternum reprobos cruciari, quam in hoc tempore martyres qui à mundi principibus cruciati sunt. Vnde respectu mali corporalis, quod intulere martyribus, duplo cruciatur, & multo grauius. Respectu uero iniuriæ quam Deo fecerunt, minus quam merentur, hoc est citra condignum.

Duplicibus uestiri, est pretiosis ornari, Prouerb. 31. Omnes domestici eius, uestiti sunt duplicibus. Vbi Vatablus exponit, co cino bis tincto, idest pretiosis indumentis, de quibus dixerat: Bissus & purpura indumentum eius. Vel certè uestibus duplicatis ad frigus arcendum: sed quia sub typo mulieris fortis, de Ecclesia sermo est, rectè quadrat expositiones Glossæ ordinariæ, ut sint iusti uestiti quidem

Matth. 11.

4

Isai. 61.

Hierony.

Psalm. 72.

Act. 2.

Ioan. 10.

Matth. 5.

Septuag.

Psalm. 18.

5

Cyrill.

Procop.

August.

Gregor.

Psalm. 50.

Haymo.

Ioan. 16.

Matth. 5.

Luc. 5.

1. Tim. 5.

Theophy.

6

Ecclesi. 26.

Lyranus.

Iansenius.

Ecclesi. 30.

7

Apoca. 18.

Rupert.

Beda.

Matth. 10.

Hiere. 17.

8

Prou. 31.

Vatabl.

Glossa.

Galat. 5. fide & operibus. Iuxta illud Galat. Fides
 quae per charitatem operatur, vel charitate
 Dei & proximi. Ab his enim duobus
 praeceptis tota lex pendet & propheta.
 Matth. 22. Lyranus. Iuxta Matth. Vel vt Lyranus ait. Vestiti
 duplicibus sunt, qui virtutibus theologicis
 & moralibus ornantur.
 9. Duplicia fecit omnia Deus ad ostendendam
 sapientiam suam. Ecclesiast. 4. 2. Omnia
 duplicia unum contra unum, id est opposita
 ad ornatum mundi, quia opposita contra se
 posita magis elucescunt. Lux opponitur
 tenebris, album nigro, dulce amaro, &c.
 sic exponunt Glossa & Lyranus. Ideo permisit
 Deus caecum natum, sine vllis oculis carnis,
 vt cum ex luto faceret illi Christus oculos,
 manifestarentur opera Dei in illo. Ioann. 9.
 Permittitq; sine suo defectu monstra
 Deus autor naturae, vt oppositis diuina
 sapientia.
 I O. Duplex in malum, quidem legimus in
 Scriptura, qualia, duplex cor, duplex lingua,
 duplex peccatum, duplex tribulatio. Et
 quidem duplex cor reprehenditur. Ecclesiast.
 1. Ne sis incredulus timori Domini: Ne
 accesseris ad illum duplici corde. Quod
 exponunt Glossa & Lyranus, de his qui
 exterius virtutem simulant, interius autem
 suis concupiscentiis dicuntur. De quibus
 Iacobi 1. Vir duplex animo inconstans est
 in omnibus viis suis. Vbi Glossa & D. Tho.
 Thomas. Qui vult seruire Deo & mundo,
 facile desinit ab omni bono incerto, quia
 Nemo potest duobus dominis seruire. Item,
 qui bonum agit propter gloriam inanem,
 mox si ab aliis non videtur cessat a bono.
 De quibus Matth. 5. Cum ieiunatis nolite
 fieri sicut hypocritae tristes: Hinc cum
 Diogenes Cynici multi miserentes compaterentur,
 quod media hyeme gelida se totum lauaret
 aqua. Dixit Plato: Recedite, & sua sponte
 desistet, quia nimirum auram captabat
 popularem. De his Iacobi 4. Purificate corda
 duplices animo. Et Ecclesiast. 2. Vae duplici
 corde: & homini ingredienti terram
 duas vias. Talis erat Phariseus qui dicebat:
 Ieiunio bis in Sabbatho.
 I I. De duplici lingua. Ecclesiast. 5. Peccator
 probatur in duplici lingua. Quidam legunt
 omnis peccator, sed Graece non habetur,
 sed δ αμαρτωλος peccator, quia non omnis
 peccator est huiusmodi, sed

illi: de quibus Paulus ait: Ne simus parvuli
 fluctuantes, & circumferamur omni vento
 doctrinae. qui modo laudant, modo vituperant:
 quadrat etiam in eos, qui aliter docent, &
 aliter operantur. De quibus Matth. 5. Qui
 soluerit unum de mandatis istis minimis,
 & docuerit sic homines, minimus uocabitur
 in regno caelorum.
 Duplicia peccata ligare, est addere peccatum
 peccato. Ecclesiast. 7. Neque alliges duplicia
 peccata: quod Graece magis exprimitur
 μη καταδεσμεύσης δις αμαρτιαρ. Non alliges bis peccatum.
 Iuxta illud Ecclesiast. 5. Neque adicias
 peccatum super peccatum. Quamuis Lyranus
 ad sententiam referat superiorem, in qua
 dicitur: Ne te immisceas in populum: neq;
 alliges duplicia peccata, hoc est, ne alliges
 peccata tua cum peccato populi peccantis.
 Exod. 23. Non sequeris turbam ad faciendum
 malum.
 Duplex tribulatio vocatur supplicium in hac
 vita, & in futura. Sic exponit Hieronymus
 illud Nahum 1. Non consurget duplex
 tribulatio. Quod intelligendum est quando
 peccator prima tribulatione huius vitae
 respiscit ante obitum suum: si enim in hoc
 mundo dignè plectitur in alio erit immunis
 à poena. De quo vide in verbo consurgere.
 Hinc latroni in Cruce poenitenti Dominus dixit:
 Hodie mecum eris in paradiso: quia non debuit
 surge duplex tribulatio.
 Duplex spiritus Eliae datus est Helisaeo,
 id est prophetiae & miraculorum. De quo
 vide in verbo Helisaeus. Denique Pharisei
 facientes vnum profelytum, faciebant illum
 filium gehennae, duplo quam se. Matth. 23.
 Quod Origenes & Hilarius exponunt. Quia
 suadebant profelytis suis, quos ab idolatria
 ad Iudaismum traxerant, ne in Christum
 crederent. Sed certè in hoc maior erat culpa
 Phariseorum, qui cum scripturas de Christo
 nosse crederent, quam simpliciorum, qui eas
 ignorabant. Vnde Hieronymus exponit, quia
 faciebant illos peccare contra duas leges,
 scilicet contra naturalem quam habuerant,
 & contra Moisaicam quam suscipiebant.
 Eodem modo exponit Augustinus libr. 16. contra
 Faustum capit. 30. sed hoc probat duplicia
 fuisse peccata profelytorum, non autem
 duplo maiora, quam Phariseo-

Ephes. 4.
 Math. 5.
 1 2
 Eccli. 7.
 Eccli. 5.
 Lyranus.
 Exod. 23.
 1 3
 Hierony. Nahu. 1.
 Luc. 23.
 1 4
 4. Reg. 1.
 Math. 23.
 Origen. Hilarius.
 Hierony.
 August.

Caietan.
 77
 I
 1. Reg. 5.
 Iob. 30.
 2
 Sapient. 6.
 Lyranus.
 Psal. 59.
 Hebr. 3.

rum, qui etiam contra vtranque legem
 prauaricatores erant. Quare tertia est
 expositio Caieta. quia malo Scribarum
 exemplo, ad vomitum idolatriae in corde
 reuersi, rei quidem efficiebantur &
 peccatorum contra legem Moyse, &
 omnium peccatorum idolatriae, quae
 propter ingratitudinē rursus eis imputa-
 bantur, & quae denuo corde comitte-
 bant: vnde & Phariseorum peccata fu-
 perabant, quae sententia magis adhaeret.
 Alij addunt melius iudicio meo: quod
 in textu praemittitur. Alligant enim onera
 importabilia, & ponunt ea super humeros
 hominum, scilicet, traditiones quibus
 passim obligabant profelytos ad mortale,
 & ipsi seipos eximebant: & ita plus
 quam duplo maiora, vel plura erant pec-
 cata profelytorum.

C A P V T L X X X I I

Durum, Duritia,



VRITIA Hebraice dicitur Pherech, vt patet
 Exod. 1. & 14. &c.
 Durum est quod diuidenti, aut tundenti resistit,
 vt Adamas qui resistit malleis. Per metaphoram
 vero durum dicitur molestum & graue, sic dura
 Dei manus. 1. Reg. 5. Non maneat arca Dei
 apud nos, quia dura est manus eius super nos,
 id est, grauis. & Iob: Domine in duritia
 manus tua aduersaris mihi, &c. Durissimum
 autem iudicium est aeterna poenitentia, vt
 Sapient. dicit: Durissimum iudicium in his
 qui praesunt fiet, id est damnationis aeternae,
 nisi ab iniquitate respiscant. Quia vt notat
 Lyranus quanto status altior, tato poena
 grauior. Ideo quamuis Graece sit tantum
 positum xp̄is̄is̄ a π̄τομος, iudicium durum,
 vulgata vertit superlatiuum. Vnde quia non
 omnes qui ex populo Israel in deserto
 puniti sunt, damnationis aeternae supplicium
 subierunt: sed ad respiscientiam sunt castigati,
 dicitur in Psal. Ostendisti populo tuo dura
 non durissima. Quia corripuit Moysen &
 Aaron ad aquas contradictionis, ne terram
 promissionis ingrederentur, & alios
 aliis poenis erudiuit: quorum cadauera
 prostrata sunt in deserto.

Dura visio prophetica dicitur in qua
 grauis poena praedicitur, sicut de Babylone
 sub Cyro Persarum rege conterenda, dicit
 Isaias: Visio dura nuntiata est mihi.
 Sic contra Ieroboam vitulos adorantem,
 mittitur Achias propheta durus nuntius.
 Sic spiritus Dei durus vocatur grauis ad
 portandum. Et gladius durus, apud Isai.
 Sententia damnationis est. vt ibi Hieronymus
 asserit quae percutietur Leuiatham, id est,
 diabolus, in fine mundi: & omnia mystica
 membra eius. Quod meditatus est Dominus
 spiritu suo duro per die aestus. Quando
 dicit: Recedite maledicti in ignem aeternum,
 qui paratus est diabolo & Angelis eius.
 Sed ais quomodo spiritus Dei durus esse
 dicitur, de quo ipse clamat Ecclesiastici 24.
 Spiritus enim meus super mel dulcis: Ad
 quod expedita responsio est. Bilioso palato
 dulcia quidem videntur amara, sic spiritus
 Dei dulcis, durus erit damnatis, quorum
 palatum vsq; adeo biliosum est, vt legamus
 Psal. Peccator uidebit & irascetur, dentibus
 suis fremet, & tabescet, desiderium
 peccatorum peribit.
 Sermo durus in scriptura contra proximum,
 multorum malorum causa esse dicitur
 Prouer. 15. Responsio mollis frangit ira,
 sermo durus suscitatur furorē. Et Ecclesiastici
 Ne iteres uerbum durum, & nequa &
 non minoraberis. Quia vt notat Lyranus
 uerbum asperum multiplicat mala, &
 miuit omnia bona corporis & animae
 ideò filius Dei Matth. 5. Quid dixerit,
 inquit, frater suos fatue, reus erit gehennae
 ignis. Superior autem & praelatus, cum
 opus fuerit licite durum uerbum proferre
 potest, ad correptionem delinquentis, imò
 & anathematizare contumacem, sicut
 Paulus ait. Ideò haec absens scribo, ut
 non praesens durius agam. Et ad Titum
 de Cretenisibus pigris, & mendacibus
 scribit: increpa illos dure ut sani sint in
 fide. Denique durus aliquando magistri
 sermo dicitur: qui portari non potest a
 discipulis, vel impleri. sic cum Dionysius
 dixisset: Nisi manducaueritis carnem filij
 hominis, & biberitis eius sanguinem, non
 habetis uitam in uobis, putantes discipuli
 carnali modo, deuorandas sibi proponi
 Christi carnes dixerunt: Durus est hic
 sermo.

3
 Isai. 21.
 3. Reg. 14.
 Isai. 27.
 Hierony.
 Matth. 25.
 Psal. 111.
 4
 Prou. 15.
 Eccles. 19.
 Lyranus.
 Matth. 5.
 1. Cor. 11.
 Tit. 1.
 Dominus.
 Ioan. 6.
 5

C A P V T L X X X I I I .

Dux.



V X Princeps dicitur Hebraicè Tiphfar.

Dux dicitur, qui viâ aliis ostendit, vel qui subditos milites gubernat.

Sic & inter aues, quæ præcedit dux dicitur, vel quæ alias à rapacioribus defendit. In quo sensu quidam exponunt illud Psalm. 103. Erodij domus aues est eorum. Et quidem Beda apud Hieronymum super Iob 39. tres ponit species Herodij quidam albus, alius maculosus, tertius niger sanguineis oculis est. Lyranus Erodium dicit esse auem robustam, rapacissimam, quæ vincit aquilam, quod est illud tertium genus nidificatq; in cedris, hunc sequuntur aiculae minores, quas ipse non capit, quia minutæ sunt, sed ab aliis rapacibus defendit. De quo tamen quid mihi videatur dicam in verbo Herodius. Typus autem est Dei, qui refugium est pauperum, & dux omnium iustorum, sic legimus in Exod. Dominus autem præcedebat ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, ut dux esset itineris utroq; tempore. Et Deuter. Quia Dominus Deus tuus ipse ductor tuus, & non dimittet, neque derelinquet te. Sed tunc vnus quidem populi dux fuit. Nunc autem omnibus dicit: Si quis vult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Dux de tribu Iuda quomodo nõ defecerit controuertitur inter autores super illud Genes. Non deficiet sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est. Vbi in Hebræo legimus: Lo, Ia, Sur, Seber, Mithuda: Non cessabit, uel sabbathizabit sceptrum, uel uirga de Iuda. Septuaginta uero translulerunt oue εκλει. Vbi dicitur εχ ιουδα. Non deficiet princeps de Iuda. Additur deinde in textu: Nec dux de femore eius, siue Scriba de inter pedes eius: donec ueniat qui mittendus est. Obstinati uero Iudæi puncta mutant, & dictiones diuidunt ad confundendum legitimum scripturæ sensum. Vbi enim in Hebræo habetur Had chi, quæ dux

דודו
I

Psal. 103.
Beda.
Hierony.

Lyranus.

Exod. 13.

Deut. 31.

Matth. 16.

2
Questio.
Gen. 49.

Septuag.

Psal. 16.
6
Ezech. 3.
Hierony. Matth. 5.
Hierony.
7
Ezech. 2.
Ezech. 3.
Ioan. 8.
Bernard. Eccl. 3.
Ioan. 7.
Matth. 21.
Matth. 22.
Isa. 46.
Exod. 32.
Hier. 30.
Luc. 8.

grassatoribus infestæ. De quibus Ps. 16. Propheta clamat: Propter uerba laborum tuorum, ego custodiui uias duras, id est uias: de quo latius egimus in verbo Custodire. Interdum frontē & duram faciē dare, non differt in Scriptura, quia durior frōs in bonum, constantiam denotat. ad resistendum peruersis. Ezech. 3. & similiter dura facies. Ecce, inquit, dedi faciem tuam ualentiorē faciebz eorum: Et frōtem tuam duriorē frontibus eorum, ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam. In quo ut Hieronymus ait. Fortitudo designatur prædicatoris. De quo dicit Matth. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Ne prædicatores, scilicet, abscondantur ob metum, sed tota libertate se prodant, ut Hieronymus notat. Caeterum in malum dura facies denotat impudentiam publicè peccantium, ut exponit Hieronymus super illud Ezech. 2. Fili dura facie, & indomabili corde facti sunt, quod explicat cap. 3. Domus Israël attrita fronte est. Tales erant Pharisæi, quibus Dominus dicebat: Si ueritatem dico, quare non creditis: Porro cor durum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, nec minis cedit, & flagellis duratur, ut inquit Bernardus lib. 3. de consideratione. De quo Ecclesiast. Corda uero male habebit in extremis. Propterea Dominus dixit Pharisæis: In peccato uestro moriemini. Et Matth. 21. Malos male perdet, & uitam suam locabit aliis agricolis. Item Matth. 22. Missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos. De his dicebat Dominus per Isaram: Audite me duro corde, qui longe estis à iustitia. Idem significat dura ceruix, quæ iugum non suscipit obedientiæ Exod. Populus dura ceruicis. & Deut. 9. b. Bar. 2. f. Act. 7. f. Postremò dura peccata consuetudine peccandi fiunt. Hierem. 30. Dura facta sunt peccata tua. Vbi Septuaginta uertunt multiplicata sunt peccata tua, id est multoties repetita durissimum callum obdixerunt. Talis est illa petra supra quam cecidit pars feminis quod natum aruit, quia non habebat humorem. Luc. 8.

(.)

Septuag.
Aquila.
Theodot.
Chaldaus.

Septuag.

Aquila.
Eusebius.
Chaldaus.

3
Eusebius.

Græcus.
Eucherius.

Albinus.
Eusebius.

syllabæ coniunctæ significant donec, ipsi distinguunt particulas, hoc modo, Had. Chi. & significat Had. seorsum posita, in æternum, quasi dicatur non deficiet in æternum sceptrum de Iuda, quamuis aliquāto tempore interrumpi videatur. Sed ab initio coniunctas fuisse particulas, testes sunt Septuag. uerterūt εως αὐτῶν donec. Testes sunt etiam Aquila Theodotion, & Chaldaicus paraphrastes, qui eodem modo uerterūt. In eo autem ubi transfert uulgata: Qui mittendus est. In Hebræo est Silo, quæ dictio deducitur à uerbo Salach, quod est mittere Septuag. uertunt εως αὐτῶν ἐλθει τὰ ἀποκείμενα αὐτῶν. Donec adueniant, reposita sibi: Aquila donec ueniat. Alij donec ueniat Silo. ut refert Eusebius lib. 8. ca. 2. demonstratione. Porro Chaldaus uertit: Donec ueniat Messias, cuius est regnum. Quare stulta est fabula Iudæorum dicentium, silo esse proprium nomen illius loci, in quo arca testamenti fuerat prius collocata, quia locus non dicitur inquam uenire, cum sit immobilis.

Caeterum Eusebius Cæsariensis libro & cap. citato, quæstionem mouet, scilicet per multas annorum centurias, à morte Iacob, & deinceps, Duces & Principes populi, non quidem de Iuda, sed de alijs potius tribubus extitisse, usque ad Dauid regem, Moyses quippe de tribu Leui, Iosue de tribu Ephraim, de qua & Debora. De Nephtali uero Barach, Gedeon de Manasse, & Achimelech filius eius, de qua Tribu & Thola fu t. Ailon de Zabulon, postea Labdon de Ephraim, Samson de tribu Dan. Eli uero de tribu Leui. Saul denique rex de tribu Beniamin, ergo non fuere duces de Iuda. Ad quod aliqui respondent, satis esse de aliqua duo decim tribu non defuisse ducem. Quia omnes tribus sub nomine Iuda intelliguntur, à qua Iudæi quidem omnes uocantur. Ita tenet Græcus expositor. sed Eucherius Lugdunensis, & Albinus in quæstionibus super Genesim Et ante illos Eusebius loco citato dicunt nūquam ab initio post mortem Iacob defuisse ducem de tribu Iuda, quamuis de alia quacūque tribu iudices essent, quia semper consilium regum, & præses huius consilij erat de tribu Iuda. Quod consilium Sanhedrim appella-

bant. Durauit que usque ad Herodem cuius tempore natus est mundi Saluator, Matthæ. 2. ubi legimus: Cum natus esset Iesus in diebus Herodis Regis, &c. Hic uero tyrannus regum consilium tribus Iudæ cū rege Hircano deleuit. Tertius nihilominus sententia est Abulensis, quæst. 4. super Genes. 49. Vaticinium Iacob intelligendum ab eo tempore, quo defururum ducem de eadem tribu, usque ad Messiam, sicut uerè nõ defecit. Enim uero à Dauid usque ad Babylonicam sub Iechonia captiuitatem, secundum historiam sacram, non defecit. Deinde in regressu à captiuitate Zerobabel de tribu Iuda principatum tenuit, ut constat Zachar. 10. & Agg. 2. Postea clauum obtinuit Nehemias de eadem tribu. Et suo ordine alij usque ad Machabæos, qui quamuis secundum lineam paternam de genere essent sacerdotali nihilominus tamen secundum lineam maternam erant de tribu Iuda, quia regia tribus, cum sacerdotali matrimonia copulabat, ut constat de Aaron sacerdote summo, qui duxit uxorem Elizabeth sororē Naafon de tribu Iuda. Itē de Elizabeth matre Ioānis Baptistæ, quæ cognata erat Mariæ Deiparæ de tribu Iuda Luc. 1. Vbi Angelus Mariæ dixit. Ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Hoc ergo tempore primū regnū defecerat de tribu Iuda, etiā ex linea materna occiso Hircano rege ab Herode. Lege Iosephum lib. 15. Antiquitat. cap. 7. quando regnum Christum surrexit. Sed Christus ergo Catulus leonis, id est, de stirpe regia accubuit, ut leo in sepulchro, sed ascendit ad prædā, quia prædā captiuorum de limbo deducens ascendit in celum, ut rex Regum in æternum, de quo alias.

Dux indiget prudentia magna, dicitur autem in scriptura dux indigens prudentia, qui caret ea. sic legimus Prouerb. 28. Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam. Quia ut rectè notat Lyranus in ultos habebit ministros impios, inducentes eum fraudibus & dolis, ut contra iustitiam opprimat innocentes, tanta est humana cupiditas. unde petitio Salomonis Deo placuit: Dabis, inquit, seruo tuo cor docile, ut populum

Matth. 2.

4
Abulensis.

Zachar. 10.
Agg. 2.

Luc. 1.

Iosephus.

5

Prouer. 28.

Lyranus.

<p>3. Reg. 3. Eccl. 50. Agefilaus. Philippus. Iphicrates. Cicero.</p>	<p>tuum iudicare possit. Et sanè dux multis debet pollere virtutibus, sicut de Simone Onia filio dicit Ecclesiast. <i>Qui curavit gentem suam, & liberavit eam à perditione, &c. Quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi Luna plena in diebus suis, & quasi Sol refulgēs, &c.</i> Agefilaus dicebat oportere ducem habere tria: erga inimicos quidem audaciam, erga subditos benevolentiam, erga temporum oportunitates rationem. Philippus Rex dicebat, malle ceruorum exercitū ducem Leone, quā Leonū exercitū ducem ceruo. Iphicrates dux roganti cuidam, quare in fociorum regione contra hostes vallum firmaret, fossamq; faceret? respondit: Turpe esse duci, si quid accideret, dicere non putarā. Quod dictum Cicero Scipioni Africano</p>	<p>tribuit. Alexāder Magnus interrogatus: Quonam modo tam breui tempore orbem subegisset? cōsilio inquit, & viribus, & arte. Xenophon in 3. commentariorum probare nititur, boni ducis, & boni œconomi officia penè similia esse. Reddere primū subditos ad obtemperādum faciles, castigare malos, munerare bonos, diligentem esse, laborisq; tolerantem ad obeunda munera, decertare quādo sit opus, rationem in omnibus sequi, & parta tueri. Thucydides tria ducem à militibus exigere debere putabat in certamine, scilicet velle, erubescere, & obtemperare. Deniq; ducis exemplum quantum subditis profit filius Dei docuit dicens Apostolis: <i>Exemplum meum do vobis.</i> Sed de hoc satis.</p>	<p>Alexand. Xenophon. Thucydides Ioan. 13.</p>
---	--	--	--

Finis Quarti libri Thesauri diuinarum Scripturarum: in quo primus tomus concluditur.

L A V S D E O.

METHYMNÆ CAMPI.
Excudebat Iacobus à Canto.

Anno M.D.XCIIII.

INDEX RERVM OMNIUM, QVAE IN HOC VOLVINE CONTINENTVR.

V. significat Verbum, in quo res continetur. Et N. significat Numerum in hoc Indice.

A B B A.



B B A dictio Syriaca idem est quod pater.

Abailardus haereticus impugnatur. Pralud. 1. N. 7.

Abbreuiari dicuntur dies imperij Antichristi. N. 2. *Abbreuiata* quare dicuntur Hebdomade Danielis. N. 3. 4. 5. 6. *Abbreuiationem* facere super terram quid significet. N. 7. *Abbreuiatio* dicitur in scriptura complementum promissionum vel minarum Dei. N. 8. *Abbreuiata* negatur esse manus Domini. N. 9. *Abbreuiatus* non est spiritus Domini. N. 10.

A B E L, E T C A I N.

Abel & *Cain* fuerunt fratres primi nati de foemina. Primogenitus vero *Cain* interpretatur possessio, & *Abel* nihil hoc, vel luctus. Cōcepti sunt, & nati extra paradysum. N. 2. *Abel* fuit pastor ouium, & *Cain* agricola. N. 4. *Abelis* sacrificium cur praelatum fuerit oblationi *Cain*. N. 5. Et vnde cognoscere potuit *Cain*, Deū ad *Abel* munera reflexisse. N. 6. *Abel* protomartyr, sacerdos & virgo, & figurati. N. 9. *Abelis* sanguinem clamare quid sit. N. 10.

Abiathar summus sacerdos filius *Abimelech*, dicebatur pontifex viuente adhuc patre.

A B I E S.

Abies qualis arbor, & proprietates eius. N. 1. significat populum Iudaicum conuersum post Passionem Domini. N. 2. Item principes gentium. N. 3. Item Apostolos, & virtutes sanctorum. N. 4. & gratiam spiritualem. N. 5. & doctores Ecclesiae. N. 6. Item reges & sacerdotes. N. 7. & 8.

Abiezer interpretatur pater adiutorij de tribu *Manasse* à quo fuit *Gedeon*.

Abigail fuit vxor *Nabal Carmeli*, & postea *Dauidis*, typus *B. Mariae*.

Abimelech nomē est Regis *Palæsthinae*, & commune regibus illius regni. N. 1. *Abimelech* Rex *Geraræ* voluit *Saram* ducere vxorem putans efferre sororem *Abrahæ*, & an in hoc peccauerit. Ibidem. *Abimelech* in titulo *Psalm.* 33. quis fuerit. N. 2. *Abimelech* filius *Gedconis*, qui occidit septuaginta fratres. N. 3.

A B I R E.

Abire in consilium impiorum quid sit. N. 1. *Abire* in voluntatibus, & prauitate cordis. N. 3. *Abire* vagum. N. 4. *Abire* post sordes. N. 5. post aurum. N. 6. post carnem alteram. N. 7. retrorsum. N. 9. post vestigia *gregum*. N. 10.

Abiron, & *Dathan* terra viuos absorbit, & quare.

Abisac coniux *Dauid* virgo intacta mansit, & quid hoc significet.

A B L A C T A R E.

Ab lactato *Isaac* fecit *Abraham* conuiuium, & quare *Ab lactati* significant perfectos. N. 1. & Apostolos. N. 2. *Ab lactatus* raro in malū accipitur. N. 3.

Abnegare quid significet. N. 1. *Abnegare* impietatem. N. 2. *Abnegatio* sui. V. *Dominari*. N. 15.

Abominari quid denotet. N. 1. *Abominatio* vocantur idola. N. 2. *Abominatio* vestimentorum. N. 3. *Abominatio* escarum. N. 4. *Abominatus* homo quis dicatur. N. 5. *Abominatio* desolationis. N. 2.

Abortiuus quis esse dicitur. N. 1. Quare *Iob* optabat fuisse abortiuus. N. 2. Item quare *Pau-*

lus se vocat Abortiuum. N. 3.

ABRAHAM.

An fuerit primogenitus patris sui Thare N. 2. Item qua ætate iussus est egredi de terra sua. N. 1. Item quomodo effectus sit diues valde. N. 3. Quare mutatum est nomen eius, vt vocaretur Abraham, idest puter multarum gentium, qui prius vocabatur Abram. N. 4. Quare vocetur Deus Abraham. N. 5. Quid sit de lapidibus suscitare filios Abraham. N. 7. Abraham finus quis dicatur. N. 8. Absalon filius David inobediens.

ABSCONDERE.

Absconditus Deus dicitur Christus sub humanitate. N. 2. & vultus eius absconditus in passione. N. 3. vocatur etiam abscondita sagitta. N. 4. & abscondita fortitudo eius in Cruce. N. 5. Abscondere Deum faciem suam quid sit. N. 6. Item mandata sua. N. 7. & 8. & 9. & lucem in suis manibus abscondit. N. 10. & dulcedinem suam. N. 11. Abscondit etiam iustos quos protegit. N. 13. & 22. Absconditum tabernaculi Dei quid sit. N. 14. Abscondita Dei quid sit. N. 16. Abscondita Esau. N. 17. Abscondita cordis quæ sint. N. 25. Abscondere peccata quomodo accipiatur. N. 23.

ABSORBERE.

Absorbere est perimere vel destruere. N. 2. Absorbuisse dicitur terra fluuium in Apocal. & quid significet. N. 3. Item fluuium absorbere à Behemoth quid sit. N. 8. Absorbere profundum quid significet. N. 10. Absorbere vo lucem. N. 9. Absorberi mortale à vita, quid sit. N. 7.

ABSTINERE, ABSTINENTIA.

Abstinentia generalis, & specialis virtus. N. 2. Abstinentia superstitiosa cauenda. ibidem. Varij gradus abstinentiæ Christianæ. N. 3. Abstinentia quandoque in consilio tantum. Exempla Abstinentiæ etiam apud Gentes, Magos, Gymnosophistas, Creteses, Sacerdotes, &c. N. 5. Abstinentiæ septem honestæ cause, & discretio. N. 6. & 7. Abstinentiam quales proprietates habeat. Meta-

phoricè significat remorsum conscientiæ. N. 2. & tribulationes. N. 3. & peccatum iniustitiæ. N. 4. & Heresiarchas. N. 5.

ABUNDARE, ABUNDANTIA.

Abundantes vocantur diuites, & boni operarij Christi. N. 1. Quando dicitur Deus Abundare vt faciat aliquid. N. 2. Abundare qui sciunt, & qui nesciunt. N. 3. Abundare quomodo debeat iustitia nostra plusquam Scribarum. N. 4. Abundare in suo sensu quid sit. N. 5. Abundantia temporalium multos perdit. N. 6. Abyssus quid sit. Abyssus maris quomodo thesaurus dicatur. N. 2. Abyssus dicitur omne magnum per hyperbolem, sic vocatur Iudæa, & Hierusalem. N. 5. Item Angeli boni, & mali. N. 6. Item iudicia Dei. N. 7. Item Deus pater, & filius, item nouum, & vetus testamentum, & cor humanum, & tribulatio. N. 8. Item iniquitas obstinatorum & infernus. N. 9.

ACCEDERE, APPROPINQUARE IUXTA ESSE, & PROPE ESSE.

Appropinquans Deus dicitur quatenus est vbi que. N. 1. Accedit quando fauet, quando exaudit, & quando ad est loquentibus de diuinis. N. 2. Item ori hypocritarum prope est Deus sed non cordi. N. 3. Accedere quomodo possimus ad Deum. N. 4. & 5. Accessum ad Deum quomodo per Christum habeamus. N. 6. Accedere quomodo dicebantur ad Christum Publicani apud Lucam. N. 7. Appropinquare ad iudicium cum Deo quid sit. N. 8. Quomodo dies Domini cum longe sit dicitur appropinquare. N. 9. Accedere ad cor altum quid sit. N. 10.

ACCINGERE, PRÆCINGERE, SUCCINGERE.

Accingi retrorsum quid sit. N. 1. Accinctum gloriari atq; discinctum quid sit. N. 2. Accincti baltheo sunt apti ad bellum, & ratione vtentes. N. 3. Accinxit se gladio filius Dei homo factus. N. 4. Quomodo accingi debemus ad prælium siue materiale, siue spirituale. N. 5. Præcingere se est ministrorum quomodo Christus se præcinxit propter nos. N. 6. Præcingunt se Angeli Zonis aureis charitatis propter nos, & ipse filius Dei. N. 7. Succingimur ad iter faciendum cor-

porale, & spirituale. N. 8. Accingi colles exultatione quid sit. N. 9.

ACCIPERE, ASSUMERE, SUSCIPERE.

Accipere aliquam est matrimonio sibi copulare. N. 1. Accipit Deus vel assumit aliquem, quando liberat de malis. N. 2. Assumptio nostra Dñi est, quando nostram naturam assumpsit. N. 3. Assumere dicitur Deus duas virgas, idest Iudæos, & Gentes ad regnum eleuauit. N. 4. Assumpsit Deus Zorobabel, idest Christum de eius femine. N. 5. Accipit Deus, quem tollit à vita. N. 6. Suscipere Dei, est protegere. N. 7. Accipere personam quid sit. N. 8. & faciem Dei. ibi. Deus suscipit faciem poenitentis, vel orantis. ibid. Accipere Leuiatham in seruum, quid sit. N. 10. Accipere tempus Deum quid sit. N. 11. Accipere molam. N. 12. Accipit Christus dona in hominibus. N. 9. capere vulpeculas. N. 14. ciuitates. N. 15. oleum cum lapidibus. N. 17. Duplicia. N. 18. Assumere terminos. N. 19. pennas vt aquilæ. 20. Assumere Petrum, &c. seorsum. N. 21.

ACCUBARE.

Accubuit Christus vt leo in sepulchro. N. 1. & electi vt oues in pratis caelestibus. N. 2. Accubare pardum cum hædo quid sit. N. 4. Accubare greges in medio ciuitatis quid sit. N. 3. Acidia quale peccatum, & quando est. M. N. 1. & quot habet filias. ibidem. vnde oriatur. N. 2. Quomodo sit superada ex dictis etiam Philosophorum contra otiositatem, & pigritiam, & ex sententiis sanctorum Patrum, & ex figuris, & dictis veteris testamenti, &c. & ex Euangelio. N. 3. & 4. & 5.

Acerbus sapor qualis, & acerbam vnam comedere quid. N. 1. Acerbitas peccati. M. quasi stupidum reddit peccatorem, ita vt sæpe non sentiat peccatum suum. N. 2. de quo sententiæ sunt Ber. Senecæ, & Salomonis.

Aceruus denotat in scriptura bonorum abundantiam tam in temporalibus. N. 1. quam in prole spirituali. N. 2. & bonorum operum affluentiam. Aceruus lapidum, arenæ vel salis signum desolationis. N. 3. Aceruus Mercurij quid sit. N. vlt.

Acab rex pessimus, quis & qualis. V. Acab.

Achan quis & qualis.

Achaz rex qui & qualis.

ADAM.

Adam quid significet, & quare sic fuerit vocatus primus homo ad humilitatis medelam. N. 1. Itē H. litera ponitur in Hebræo ad ostēden-

dum, quando nomen Adam sit appellatiuum, quomodo hominis anima ascendit sursum. N. 2. Adam funiculi qui sunt. N. 3. Adam pro homine in comuni quomodo accipiatur, & in quibus locis scripturæ. N. 3. & 4. & 5. Adam transgressionem imitantur qui. N. 7. Ad soporem de pressus non sic sensit costam sibi educi, quæ vere educta fuit illi, ex qua facta est mulier. Neque fuit monstrum Adam habens costam vnam super numerum communem, scilicet viginti quinque. N. 8. Adam non fuit Androgynus, idest mas, & femina. N. 9. Nudus quare non erubescibat contra sententiam Ioseph. N. 10. fuit que in ætate perfecta creatus. ibidē. & in gratia. N. 11. in qua non permansit, die vno integro. N. 12. Per Adam peccatum mors corporalis, & spiritualis. P. Orig. intrauit in mundum. N. 14. Primus Adam an habuerit cum anima viuente spiritum viuificantem. N. 15. & 16. Quare post peccatum asconditum Adam rogauit Dominum vbi es. N. 16. & quomodo propter peccatum fuit irrisus à Deo. N. 18. Quomodo non est seductus. ibidem. Quales tunicas pelliceas fecit illi Deus. N. 19. Quomodo sit exemplum laborantibus. N. 20. Quomodo post peccatum poenitentiam egit. N. 21. Adam maximus quis appelletur. ibidem. Ad quomodo habuerit virtutem continendi omnia. V. Continere. N. 2.

Adamas qualis gemma, & quas habeat proprietates, & species, & quomodo Ecclesiæ murus apud septuag. dicitur Adamas. N. 1. Adamantina frons prædicatorum qualis. N. 2. & an hirci sanguine dissoluatur, & quomodo. ibidem. Adamantis vnguine quæ peccata scribantur. N. 3. Adamanti Manichæi obiectio ex repugnantia plurium locorum. scripturæ dissoluitur. P. vlt. 2. N. 4. & 6.

ADDUCERE.

Adducti sunt multi ad Ecclesiam, qui incorruptam fidem seruauerunt. N. 1. Adduxit Pater æternus filium suum quasi auem ab Oriente. N. 2. & tanquam ventum vrentem à deserto virginalis vteri. N. 3. & semen Ecclesiæ ex gentibus. N. 4. & hostes vt quasi hæredes possideant bona obstinatorum. N. 5.

ADEPS.

Adipem conspergere quid sit. N. 1. & 2. Adeps significat bonorum spiritualium abundantiam. N. 3. & deuotionem. N. 4. in malum vero peccata, quæ ex abundantia temporalium oriuntur. N. 5.

sto vsq; ad fudorē sanguineum, & an fuerit fudor ille miraculosus.

A L A P E N N A.

Ala quotupliciter accipitur in scriptura: *Vm-*bra alarū Dei quid sit. N. 1. & quomodo portet Deus super alas aquilarū. N. 2. *Et in pen-*nīs Christi qualis sit fanitas, ibidē. *Ala* quare tribuuntur Angelis, & *alafena*. N. 3. *Et quid* simi *alafena* animalū Apoc. N. 4. *Et ala* quaternā Cherubim apud Ezech. N. 5. & *Ala* mulierum apud Oseam. N. 9. *Et ala* milui, apud Zach. N. 10. & *Ala* duæ datæ mulieri amictæ sole. N. 11.

Abasstrum quid sit.

Abus color & candidus quid significet. N. 1. *Et vestes* albæ coniuales. ibidē. *Lapides candidi* Hierusalē qui sint & uestimenta candida. N. 2. & *alba stolæ* animarū in Apoc. N. 4. *Itē albus* equus. N. 5. *Et alui equi* quadrigæ tertiæ. N. 6. *De albari* quid significet. N. 7. & 8. & 9. *De albari* in malū dicuntur Pharisei, & hypocritæ. N. 10. *Albirami* ficus qui sint. N. 11.

Alexander Magnus quantum iuuerit, & quantū nocuerit, & res ei⁹ gestæ. N. 1. 2. 3. eius *Monarchia* significata in vêtre a reo statua Danielis. N. 4. & quomodo ob superbiā periit, & quare per hircum fuerit significatus. N. 4. *Le eodem* uerbo *Arrogantia*. N. ultimo.

Alexandria prius vocata *No* sed ab Alexandro reedificata, & qualis situs eius, & multitudo populi. Item in Hebræo semper vocatur à prophetis *No* quæ sub Nabuchodonosor, id est *Cambyse* vastanda prædicebatur.

A L I E N V S.

Alienus dicitur in scriptura quis. N. 1. & 2. *Alienum opus* à Deo quale dicatur. N. 7. *Alienum germen* quod sit. N. 6. *Alius Paraclytus* denotat differentiam personalem in diuinis. N. 8. *Aliud nomen* est Christianorū. N. 9. sed aliud Euangelium non est. ibidē. *Alienigenæ* in scriptura quinam intelligantur. N. 10.

Allegorico sensu citant aliquando Apostoli, & Euāgelistæ scripturas. V. *Ægyptus*. N. 19.

A L T A R E.

Altare unde dicatur, & quotuplex sit. N. 1. *Quis* erat locus inter vestibulū & altare, ubi occisus est Zach. N. 2. *Altare circūdare* quid sit. N. 3. *Altare thymiamatis* nō erat intra sancta sanctorū, sed extra velū, ubi quotidie incensum offerebatur, sed intra velū semel in anno. N. 4. & 5. *Participare de altari* quid sit. N. 6. *Altare* quid metaphoricè significat. N. 7. in plurali frequentius sumitur in malū. N. 8. *Cornu altaris* quid significet. N. 9. *Alta-*re de politis fabricare lapidibus Iudæis nō

licebat. ibidē. **Altare aureum** quid significet, & altare Dei. N. 11.

A L T I T V D O, A L T V M.

Altitudo quid sit & accedere ad cor altū. N. 1. *Altissimus* vocatur quare Deus, & quæ sint altissima magnalia eius. N. 2. *Altu* absolute positū, & alta quid significet. N. 3. *Altitudo* in bonū, & in malū accipitur. N. 5. & quid denotet altitudo rotarū apud Ezech. ibidē. *Et altitudo* Dei. N. 6. & 7. *Altitudinis* solium quid esse dicatur. N. 8. *Quomodo* Deus secundum altitudinē tuam multiplicauit filios hominum. N. 9. *Altitudo* superbiæ. N. 10. *Altitudinem* timere quid. N. 11.

Amalech quis fuerit, unde *Amalecithæ* qui à Saule deliti sunt.

A M A R E E T A M O R C H A R I T A T I S, A M I C U S.

Amare & diligere an differat in scriptura. N. 1. *Amor* Deū inclinauit vt mundū crearet, & hominē lapsum repararet. N. 2. *Amor* quomodo de omnibus attributis Dei triūphauit. N. 3. *Amor* qualiter nos faciat præcepta seruare. N. 4. *Amor* alius est amicitie, & alius cōcupiscētiæ. N. 5. *Amor* igit⁹. N. 6. *Amor* trahit omnes animæ vires. N. 7. *Amor* filiorū honestus nō nimius esse debet, de quo ponitur exēpla Gētiliū, & fideiū. N. 8. *Amor cōiugalis* non nimius esse debet, de quo ponitur exempla. N. 9. *Amor* proprius quā perniciōsus iuxta Aug. Orig. & Platonē. N. 10. *Amor* charitatis in scriptura semper in bonū accipitur. N. 11. *Itē quis* amor dicatur maior appetitiue, vel intēsiue, vel extēsiue. N. 32. *Amici* qui vocantur in scriptura. N. 44. *Amici* vulnera quæ sint. N. 45. *Amatores* in scriptura fere semper in malum sonant. N. 45. *Amor* propius. V. *Abire*. N. 3.

Amarus qualis dāpor sit, & plangere amare, & vox amara. N. 1. *Amaritudo* remorsum conscientie, & omnem pœnam peccati significat. N. 2. *Amaritudinem* scribere, & repleri amaritudine quid sit. ibidē. *Amaritudo* uocatur peccatum illud quod de se prouocat Deum ad amaritudinem. N. 3. *Amaritudo* pro ira. N. 4. *Amaricari* ventrem quid sit. N. 5. **A M B I T I O.**

Ambire quotupliciter accipitur. N. 1. *Ambitio* pro mundi pompa. N. 2. *Ambitio* pestis, pernitiosa demonstratur, non solum secundum scripturas, & sanctos patres, sed etiam iuxta Philosophos Gentiles, Platonem, Aristotelem, Demosth, &c. Et exempla scripturæ de hoc. N. 5. 6. 7. 8. V. *Abimelech*. N. 3. & V. *Abiron*. Item. V. *Abalon*.

N. 1. & V. *Aqua*. N. 7. & V. *Aurū*. N. 11. **Ambulare** metaphoricè tribuitur Deo. N. 1. & 2. *Ambulare* Deum cum populo suo quid sit. N. 3. *Ambulasse* legitur Lucifer in medio lapidum ignitorum, & perambulans terram Angeli boni & mali. N. 4. & 5. *Iustus* dicitur ambulare affectu, & cum Deo, & coram Deo. N. 6. & in lumine Dei. N. 7. Item in lege Dei. N. 8. *Quid sit* ambulare in carne, vel secundum carnem. N. 9. Item secundum spiritum, & digne Deo. N. 10. *Ambulare* in viis alterius. N. 11. & in tenebris, & in lumine. N. 12. Item in medio vmbre mortis. N. 13. & vias difficiles, & in vacuum. N. 14. & in lumine ignis sui. N. 15. Item in circuitu, & in viis cordis sui. N. 16. & super *Apidem*. N. 17. & coram facie sua. N. 20.

Amethistus qualis gemma.

Aminadab quis fuerit, & quæ sint quadrigæ *Aminadab*.

Ammon unde populi *Ammonitæ*, ty pus excommunicatorum.

Amorrhæi populi.

Amos Propheta.

Amphora quale vas & mensura quid significet apud Zachariam.

Amplecti amplexari lapides quid sit. N. 2. & **Amplexandi** tempus. N. 3.

A M Y G D A L V S.

An aglypha quid sit.

Anathema quid significet. N. 1. Et quomodo **Paulus** optabat **Anathema** esse. N. 2. **Anathema** & **Maranatha**. N. 3. **Anathema** Iesu quis dicatur. N. 4.

Anathot vicus iuxta Hierusalem.

Ancillas quales misit sapientia. N. 1. & quomodo ligant **Leuiathan**. N. 2.

A N D R E A S A P O S T O L V S.

Angariare in scriptura quid significet.

A N G E L V S.

Quomodo definitur. N. 1. **Quod** sit creatus, habetur in scriptura, an vero initio mundi non est de fide definitum. N. 2. & 3. **Quare** Angeli spiritus & flamma ignis vocentur. N. 4. **Itē** milites sine numero. N. 5. & 6. An omnes mittantur. N. 7. An septem sint Angelorum principes. N. 8. An boni Angeli sibi inuicem resistent. N. 9. Et quod sit eorum præliū contra diabolū in celo. N. 10. & quomodo Angelus increpat Satan. N. 12. An corporalis fuerit lucta Angeli cū **Iacob**. N. 13. **Angelos custodes** an habeant infideles & reprobī. N. 14. **Cur** propter angelos capita

feminarū velari debeant. N. 15. pro hominib⁹ quomodo loquuntur. N. 16. Ad quid descendunt, & ascendunt. N. 17. An curam habeat creaturarū irrationabiliū, & elementorū. N. 21. Et an puniant peccatores. N. 22. Quomodo flere dicantur. N. 23. Qui nā erant Angeli quos recepit **Abrahā**. N. 24. Angeli variis metaphoris adumbrantur. N. 25. **Angelorū** sciētia. V. **Abyssus**. N. 6. omnes ministrare in salutē hominū. V. **Accingere**. N. 5. & 7. **Quare** ante Dñi aduentum se permittebant ab hominib⁹ adorari. V. **Adorari**. N. 7. **Angelis** omnia corpora quoad motū locale obediunt. V. **Antichristus**. N. 6. **Cur** capreis comparatur. V. **Capra**. N. 5. **Quare** urgas manu gestat. V. **Baculus**. N. 10. **Qui** sint quatuor Angeli super quatuor angulos terræ. V. **Angulus**. N. 8.

Angulus denotat extremū cuiuscunq; rei. N. 2. **Itē** metaphoricè duces & principes populi. N. 3. Unde **Christus** lapis angularis, & caput anguli. N. 4. **Anguli** duodecim mēdose legitur Apoc. 21, pro Angeli duodecim. N. 6. **Anguli** excelsi qui. N. 7. **Quatuor Anguli** terræ qui. N. 8.

Angustum quid dicatur, & loca multa scripture de hoc explicata. N. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. **Ananias** turris Hierusalem quid significet.

A N I M A.

Definitur. N. 1. **Metaphoricè** in Deo est volūtas Dei. N. 2. **Anima** pro toto homine. N. 3. **Animam** portare in manibus quid sit. N. 4. & in manu Dei. N. 5. **Animam** mori vel occidi quid significet. N. 6. **In animam** uiuentē factum esse hominē quid sit. N. 7. & quod sit animavna in quolibet homine ibidē. **Anima**, **spiritus**, & **mons** nō distinguuntur substātia. N. 8. **Anima** accipitur interdum pro voluntate ibidē. **Anima** ponitur saepe pro vita corporali. N. 9. **Necessitates** animæ quæ. N. 10. **Animam** pertransire torrentem: & ferrum pertransire animam, quid sit. N. 11. **Animam** effundere, & animam pavimento adherere quid sit. N. 13. & incuruare. ibidē. **Animis** detrimentum facere quid est, & quam pretiosa **Anima** sit. N. 14. **Anima** separata, si purgata sint, mox vidēt clare Deum. V. **Beatitudo**. N. 4. **Christum** sequuntur cum corporibus resurgentibus. V. **Ailus**. N. 5. **Animas** capere seductorum est, & etiam prædicatorum. V. **Capere**. N. 9. **Anima** debetur Deo vt numisma census. V. **Census**. N. 3. **Anima** est magni pretij. V. **Apponere**. N. 2.

A N I M A L.

Quare in lege *Animalia* munda, & immunda dicerentur, N. 1. *Animalia*, aliquando homines terreni, aliquando ipsi Angeli vocantur, & quare, N. 3. *Animalis* homo quis, N. 4. *Animale* corpus, id est mortale, N. 5. *Animalia* quorum corpora in lege cremabantur extra castra, figura Christi erant, N. 7. *Animalia*, adduxit Deus ad Adam supernaturali virtute, neque ibi erant per mansurum cum homine, V. Adducere, N. 8. & V. Arca, N. 3.

Anna & Ioachim parentes Mariæ, V.

Annulus, ornamentum digitorum, dignitatem denotat, & pignus cælestis hæreditatis, V. Annulus, N. 1.

Annus quid, N. 1.

Anni Adam, & Patriarcharum an tam longi fuerint sicut nostri, N. 2. *Annus Magnus*, qualis apud Astrologos, N. 3. *Annus Lunaris* an in usu fuerit apud Iudæos, N. 4. Et quis solareit ad ordinem redegit, N. 5. & 6. *Annum reformavit Gregor. Papa. XIII.* N. 7. *Quæstiones* solvuntur super annos Mathusalem, & Abraham, N. 9. & 10. *Et quomodo* anni in peccato transacti, aliquando non computantur, ibidem. *Quæstiones* solvuntur super annos regis Ioram, N. 11. *Et super annos Regni Nabuchodonosor.* N. 12. & super annos Regis Baasa, N. 13. *Anni inter regni*, aliquando non computantur, & aliquando adduntur Regi præcedenti, vel subsequenti, & de aliis regulis ad annorum computum necessariis, N. 14. *Anni Cainan positi à solis Septuag.* & recepti à Luca in Euangelio, N. 16. *Viginti anni* sub tracti sunt ex centu & viginti, qui sub Noe dati erant hominibus ad pœnitentiam, N. 17. *Anni quadringenta* affligendum semen Abraham in Ægypto, quomodo intelligatur, N. 18. *Anni quadringenta* quomodo Israël in deserto coluit idola, N. 19. *Anni Septuag.* captiuitatis Babylonicæ, N. 21. & 23. *Et quot annis* durauerit Imperium Babylonicum, N. 22. *Annus placabilis* Domini quis. *Item quot annis præcise* filius Dei vixit in mundo, N. 24. & 25. & 26. *Anni Regni Grecorum*, apud Machabæos, vnde incipiunt computari, N. 27. & 28. *Annus visitationis*, N. 29. & retributionis, N. 30. & qui nõ placet, N. 31. *Antiqui, æterni, generationis, & generationis*, N. 32. & 33. & 34. *Anni hominis*, N. 36. *Ab anno in annum*, N. 42. *Addi annum ad annum*, N. 43. *An-*

nis quadraginta sex an fuerit templum edificatum, N. 44. *Annos computabant* olim per digitos manus dextræ, & sinistræ, V. *Dextera*, N. 13.

A N N V N T I A R E.

Annuntiare noua, quid sit, N. 1. & pacem, N. 2. & 3. *Christus Annuntiat*, nomen patris sui, N. 4. *Annuntiat* Domino generatio ventura, N. 5. *Brachium Dei*, N. 7. *Annuntiare* baculum quod futurum est, quid sit, N. 8. *Annuntiant* Christum quidam non simpliciter, N. 9. *Annuntiantes* euangelium patietes esse debent, N. 11. *Annuntiat* Deus homini eloquium suum, id est Christum, N. 11. & 12. *Annuntiat* Angelus hominis æquitatem, ibidem. *Annuntiare* mane, & nocte, ibidem. *Annuntiare* in portis prædicationes Dei, N. 16.

Ante murale, metaphoricè Christum significat, & sanctorum præsidium, & quid sit ante murale lugere.

A N T I C H R I S T V S.

An sit futurus persona particularis, & an verus homo, N. 1. & 2. *Et an in Babylone* sit nasciturus, N. 4. *Quanto tempore* Imperium eius durabit, N. 5. *Quomodo* tam breui totum mundum subiugabit, N. 6. *Quanta prodigia* faciet auxilio dæmonum, ibidem, & N. 7. *Antichristi* imago loquetur, ibidem, & diuitias largietur suis, N. 8. *De blasphemijs eius*, N. 9. *Quomodo* prodigia eius ab Apostolo vocantur mædacia, & quare Iudæi illu maximè sequetur, N. 10. & 11. *Antichristus* finget se occisum, & resurgere tertia die, ibidem. *Metropolis Antichristi*, quam Ioannes vocat Babylonem, erit Hierusalem, N. 13. 14. 15. *Ibi Eliam & Enoch* occidet, & ipse postea peribit, ita vt descendat viuus in infernum, & ibi moriatur. *Antichristus* bestia vocatur & eius Propheta, V. *Bestia*, N. 11. & N. 16.

A N T I O C H V S.

Nomen generale regum Syriæ. Sed aliqui ex hoc specialiter in scriptura tanguntur.

A N T I O C H I A.

Ab Antiochio a edificata, vbi Petrus priusquàm Romæ sedè Apostolicâ ad tēpus collocavit.

A N T I Q V V M , A N T I -

Antiquum aliquando pro bono accipitur, ali-

quando

quando vero pro vitioso. *Et dies antiqui* vocantur qui sunt ab initio mundi, N. 1. *Antiquorum* scientia commendatur, N. 2. *Semite* antiquæ, N. 3. *Amicitia*, N. 4. *Antiquus* dierum Deus dicitur, N. 8. *Ex antiquis* ordinata dicitur sapientia, N. 9. *Antiqua* in malum idolatriam significant, N. 11. *Antiqui Gigantes*, N. 13. *Antiqua* sine addito quid sint, N. 14. *Aper & singularis ferus*, Quid in historico & in mystico sensu significant.

A P E R I R E.

Aperit homo manus in bonum, & in malum, N. 4. *Aperti* quomodo sunt oculi Adam, N. 7. *Aperit* homo Deo pulsanti quando, & quomodo, N. 8. *Os aperire* quid sit, N. 10. 11. 12. & 13. *Aperire* os suum super aliquem, N. 14. *Aperit* vuluam primogenitus, N. 16. *Aperuerit* ne Christus natus vuluam Mariæ ibidem. *Aperuit* Iob radicem ad aquas quomodo, N. 24. *Aperturas* murorum tabernaculi reedificare, N. 31.

A P I S.

Apis typus virginitatis, humilitatis, & clementiæ, *Apis* in scriptura significat Assyrios, & quare, N. 4.

Aporiari & Angustiari, quid sit, N. 1. *Aporia* est conscientiæ remorsus ibidem. *Aporiati* dicuntur Apostoli, N. 2. & *Aporiatus* Deus metaphoricè, N. 3. *Angustiari* in visceribus alicuius quid sit, N. 4. *Angustia* Christi qualis fuerit, N. 5. *Angustia* pro conflictu iustorum in tentationibus, N. 6.

Apostata quis dicatur & mores eius.

A P O S T O L V S.

Apostolus erat olim dignitas apud Athenienses & de electione & potestate Apostolorum pari, N. 1. *Præter duodecim* Apostolos electi sunt Paulus & Barnabas & quotupliger dicatur *Apostolus*, N. 2. *Potestas* Christi super Apostolos quos legatos misit, N. 3. *Apostoli* summam dignitatem habent in Ecclesia super reliquos filios Ecclesiæ, N. 4. *Apostoli* in Concilio Hierosolymitano decreta statuerunt obligatoria, N. 5. *Apostolatus* signa quæ sint, N. 7. *Apostoli* nouissimi quare dicantur, N. 8. *sunt Ecclesiæ* fundamenta & quomodo, N. 9. *Apostoli* spiritu videbant quæ longo fiebant intervallo apud suos discipulos, N. 10. *Apostoli* confirmati sunt in gratia, N. 11. *Apostoli* diuiserunt inter se regiones mundi, V. *Conscindere*, N. 1. *Apostoli* vocantur cerui & quare, V. *Ceruus*, N. 5. *Itē* etiam vocatur *Cratera*, V. *Calix*, N. 8. *Item* *Appellantur* Portæ cæli, Columnæ, Princi-

pes, Custodes murorum, Sagittæ, Pastores Architecti, Speculatores, Nubes, Oues factæ, Lux mundi, Sæ terra, Margaritæ, Timinabula aurea, &c. V. *Apostolus*, N. 12. *Apostoli* & prædicatores caminus ignis, V. *Caminus*, N. 3. *Apostoli* viles in sæculo mundum subegerunt, V. *Asina*, N. 4. *Apostolos* Deus specialiter milit, V. *Discernere*, N. 3. *Apostoli*, V. *Abies*, N. 2. & V. *Annuntiare*, N. 5.

A P O T H E C A E T C E L L A
uaria

Apparere quid sit, N. 1. *Apparitio* Dei in nube quid significet, N. 2. *Apparitionum* diuersi gradus, N. 3. & 5. *Apparitio* vocatur aduentus Christi, N. 9. & 10.

Appendere quid sit, N. 1. *Appendit* Deus aquas in mensura, N. 2. & terram super nihilum, N. 3.

Applicare quid sit, N. 1. *Applicare* Ephod & arcam fæderis, N. 2. *Applicare* ramum ad naves idolatriæ signum, N. 5.

Appollinaris hæresis refellitur Præudio, 1. N. 9.

Apponere cor quid sit, N. 1. & 2. & alia phrasæ, N. 5. & 6. *Apponere* ad linguam dolosam quid sit, N. 7.

Apprehendere disciplinam varie interpretatur, N. 1. *Apprehendere* vitam æternam, N. 2. & sponsum, N. 3. *Apprehendit* malum autorem suum, N. 6. *Apprehendere* Deum possibile, comprehendere autē quomodo impossibile, N. 8. & 9. & 10. *Item* *Apprehendere* auribus canem, vmbra, mædaciū, altitudinem collium, vide, N. 20. & 21.

Aqua elementum, N. 1. *An altior* sit quam terra, N. 2. & 3. & 4. *Aquā* Deus in nubibus ligat, N. 6. *Aqua* amarissima, N. 9. *Aqua* lustrationis, N. 10. *Aqua* viua, N. 12. & 13. & 14. & 15. *Aqua* breuis, *Aqua* de cisterna tenebrosa, *Aqua* calidæ, N. 8. *Aqua* gentes significant, N. 17. 18. *Profunda & de situla*, N. 17. *Aqua* tribulationes significant, N. 20. & 21. *Aqua* furtiua erroris sunt, N. 22. & iniquitates, N. 23. *Aqua* elementaris, cur exiit de latere Christi, N. 25. & 26. *Aqua* niuium quid significant, N. 27. & 28.

A Q V I L A.

Qualis auis & quot eius species, N. 1. *significat* Deum, N. 2. & Christum, N. 3. & Angelos, N. 4. & Reges, N. 5. & 6. & Ioannē Euāgelistam, N. 7. & prædicatores, N. 8. & resur-

gentes gloriose. N. 9. Item hostes & demones. N. 11.
Aquilo & **Auster** quales venti. N. 1. **Aquilo** quare significat Chaldaeos & Assyrios. N. 2. & 3. **Aquilonis** latera Hierusalē, sed mons Sion erat ad Austrum. N. 4. **Aquilo** dicitur demō. N. 5. **Australis** terra Ægypti. N. 8. & 9. **Auster** Spiritus sanctus N. 13. **Africus** ventus. N. 15.
Arabia qualis regio & quotuplex.

A R A R E.

Arare metaphorice quid sit. N. 1. & quomodo dicatur de Deo. N. 2. **Arari** montes. N. 3. **Arare** in boue & asino quid sit. N. 6.

A R B O R.

Arbor pulcherrima quæ sit, de qua fit mentio Leuit. 23. N. 1. **Arbor** crucem significat, & Christum. N. 2. & hominē. N. 3. 4. 5. 6.

A R C A.

Arca Noe qualis. N. 1. & quid significet. N. 2. & 4. **Arca** fœderis qualis & quid significet. N. 6. & an in ea fuerit virga, & vrna. N. 7. & quomodo à tempore Babylonice captiuitatis non comparuerit. N. 8. & 9.

A R C A N V M M Y S T E R I U M.

Arcanum quid sit. N. 1. **Arcana** verba Pauli quæ? N. 3. **Arcanum** Dei aliquando significat templum N. 4. & thesauros. N. 5.
Archisynagogus. **Architriclinus**.
Architectus.
Arcturus quid sit. N. 1. & quid mystice significet. N. 2. & 3.

A R C V S.

Arcus instrumentum militare, de quo variaz sunt phrasæ dicimus enim habere arcum, fuscitare, contere, extendere, item dicitur arcus prauus. N. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. 7. & 8. **Arcus** arcus quid sit. N. 9. **Arcus** in nubibus in signum fœderis. N. 14. & V. **Constituere**. N. 1. *

A R D E R E.

Ardere deuotionis signum. N. 2. **Ardet** ira Dei. N. 4. **Ardentes** sagittæ quæ. N. 5. & 9. **Ardere** pro inuidere. N. 8. & pro concupiscere. N. 9.
Arcus metaphorice peccatorem significat.

A R I D A.

Arida ponitur pro terra. N. 1. **Aridum** gentilitatem significat. N. 2. & 3. **Arescere** ossa. N. 4. vide alias phrasæ.

A R G E N T V M.

Argentum quale metallum metaphorice significat scripturam sacram. N. 1. **Argentæ** conuincæ, & pennæ quid significant. N. 4. **Argentæ** propugnacula. N. 3. **Argentum** reprobum quid sit. N. 5. **Argentum** purgatum quale sit. N. 7. & 8. **Argentæ** funiculus quid sit. N. 9. **Argentum** pro pecunia in variis scripturaloicis historice, & mystice. N. 11. 12. 13. 14. & 15.

A R G V E R E.

Arguit Deus in furore, & in ira, & vt pater vide phrasæ.
Ariel id est leo Dei vocabatur Hierusalem.
Arriana hæresis refutatur Præluo. 1. N. 1. & 9.

A R I E S A G N V S

Aries quale animal. N. 1. & quotupliciter accipiatur aries. N. 2. significat regnum Persarum apud Daniel. N. 3. **Arietes** Apostoli N. 7. & duces Iudæorum. N. 8. **Aries** quem immolauit Abraham pro Isaac. N. 4. **Aries** annorum trium quid significet. N. 5. **Arietē** immaculatum offerre quid sit. N. 6. **Arietes** & hirci quid denotent. N. 9. **Agnus** paschalis quid significet. N. 11. **Agnus** dicitur iustus. N. 12. & conuersi ex gentibus N. 13. & virgines. N. 15. Item agnus Dei filius. N. 16. in cuius sanguine omnes electi lauant stolas ibidem. **Agnus** dominator terræ quis sit. N. 22.

A R M A.

Arma Dei verbum Dei. N. 1. **Arma** lucis bona opera. N. 4. **Arma** iustitiæ virtutes. N. 5. **Arma** militia nostræ verbum Dei. N. 6. **Armatum** fortium exempla sanctorum. N. 7. **Armigata** organa quæ. N. 8.

Armenia qualis regio. **Armenorum** & **Arnoldistarum** error dicentium Deū à Beatis non posse clare videri, refutatur Præluo. 1. N. 5.

A R M I L L A.

Militare ornamentum. N. 1. metaphorice significat opera bona. N. 2. Item omnipotentiam Dei. N. 3.

Armon mons. **Arnon** torrens & miracula quæ ibi fecit Deus.

A R O M A.

Aroma mystice fidem significat. N. 2. & opera penitentia. N. 3. Itē sanctos & electos. N. 4. & 5. & Angelicos Choros qui dicuntur montes aromatum. Item animas iustas quæ vocantur. **Areola** Aromatum. N. 6.

Arrhabo pignus.

A R R O G A N T I A.

Pars est superbiæ, odibilis & Deo. N. 2. de quo

ponuntur

ponuntur exempla scripturæ ibi & N. 4. & 5. & remedia.

Arta xerxes cognomen regum Persiæ.

A R V N D O.

Arsemonais, quid sit, inconstantiam significat. N. 1. **Arundineto** comparantur reprobi. N. 2. **Arundinis** feræ Gentiles. N. 4. **Arundinea** mensura est sacra scriptura. N. 5.

Asarex.

Asael cursor.

Asaph. Cantor.

A S C E N D E R E.

Ascendere cubile alterius. N. 2. **Ascendere** sermones super cor alicuius denotat superbiam. N. 3. **Ascendit** ira Dei. N. 5. **Oratio**. N. 6. spōsa per desertū. N. 7. **Ascendere** de terra quid sit. N. 11. **Ascendere** quomodo cōpetit Deo. N. 13. & Christo. N. 14. & 15. & 16.

Ascensus purpureus quid sit N. 17. **Ascensor** asini & Cameli quis. N. 17.

Aser.

Asia maior, & minor.

Asinus vide de asina & pullo Matth. 21.

Asmodeus dæmon luxuriæ.

Aspergere quid. N. 1. **Aspergi** est mundari per penitentiam. N. 2. & per Christum. N. 3.

Aspicere Deus dicitur in bonum illius, quem aspicit. N. 2. 3. 4. 5. & 6.

A S P I S.

Aspis serpens & proprietates eius. N. 1.

Aspidum venenum quid mystice significet. N. 2. **Aspidum** oua rumpere, quid sit. N. 3. **Aspidum** caput, suggestio est diabolica. N. 6. **Aspidum** foramen, cor peccatoris. N. 7. **Aspidem** calcare quid sit. N. 8.

A S T A R E, A S S I S T E R E.

Astare Deo Angeli dicuntur. Item primores in conciliis. N. 1. **Astare** dicitur Deus in auxilium suorum. N. 2. & 3. **Astat** diuinitas humanitati Christi. N. 4. **Astant** Angeli iustis N. 5. **Astat** Ecclesia à dextris Dei triumphans. N. 6.

A S S V E R V S.

Cognomen regum Persiæ, & qui sint in scriptura ita cognominati:

A S S V R, E T A S S Y R I V S
Vnde traxit Origenem. N. 1. & 2. **Assyrii** cōparantur apibus aculeatis. N. 5. **Assyrii** delicti sunt à Babylois, propter suam superbiam N. 6. & 7.

A S T H A R O T H I D O.

Astiges quis fuerit apud Daniel.

Athalia regina crudelis.

Astutos hypocritas cauendos esse. V. **Accipere**. N. 16. & 17.

A T R I V M.

Atrium quid sit. N. 1. **Atria** quot fuerint in templo Salomonis. N. 2. **Atria** cælestem patriam significant, & Ecclesiam quoque militante. N. 3. & 4. **Atrium** quod deforis est reprobos significat. N. 5. & 6.

A T T R A H E R E.

Attraxit Deus Synagogam charitate. N. 1. **Attrahere** spiritum quid sit. N. 2. **Attrahere** ventum amoris sui. N. 3. **Attrahere** iugum linguarum nequam. N. 4.

A V A R I T I A.

Quid & quotuplex sit. N. 1. & 2. **Auaro** quomodo nihil est scelestius. N. 3. **Auaritia** quomodo est simulachrum seruitus. N. 4. & 5. & quantum malum sit iuxta scripturas, & sanctos Patres, & Philosophos gentiliū, Platonem, Diogenem, Pittarum, & alios & quomodo fuerit causa destructionis Hierusalem. **Auarus** nescit abundare. V. **Abundare**. N. 3. **Auarus** nunquam satiatur. V. **dilatare**. N. 8. Item. V. **Dipsas**. **Auaro** diuitiæ conuertuntur in venenum. V. **Aspis**. N. 5. **Auaritia** reprehenditur. V. **Augere**. N. 3.

A V D I R E.

Audire sumitur pro obedire. N. 1. & 2. Quomodo intelligatur. **Qui** ex Deo est verba Dei audit. N. 3. **Audire** dicitur Deus de cælo. N. 5. & 7. **Audire** in aure: **Audire** in silentio. N. 8. **Auditus** prophetarum qualis. N. 9. **Audita** vox turturis. N. 11. **Audire** quomodo dicuntur cæli & terra. N. ultimo. **Audire** nolentes verbum Dei **Aspidi** comparantur. V. **Aspis**. N. 4.

A V E R T E R E.

Auertere dicitur Deus faciem ab aliquo. N. 1. & 3. & à peccatis nostris. N. 4. vide & alias phrasæ. N. 5. 6. 7. & quid sit **Auersio** paruulorum. N. 9.

A V F E R R E.

Auferre Deus multa dicitur videlicet Spiritū Sanctum, animam, spiritum, coronam, vocē gaudij, regnum Dei, messem, doctrinā, sapientem de architectis, &c. N. 2. 3. 4. 5. 6. **Aufert** aliquando Deus verbum veritatis & quomodo. N. 8. **Aufert** spiritum immundum & multa mala. N. 13. **Stannum**. N. 14. **Opprobriū** Ægypti. N. 19. **Palliū** sponse. N. 22. **Fortitudinem** Damasci. N. 23.

A V G E R E.

Deus dicitur augere fidem. N. 2. **Augere** siclum

quid

quid sit. N. 3. Augere iram Dei. N. 5.
A V G V R A R I.
 Prohibitum. N. 1. *Auguratrix* vocatur Hierusalem. N. 2.
A V G V S T V S C Æ S A R.
 Quale fecit edictum, quantum regnavit. Quot
 anno imperij eius natus est Christus.
A V I S.
Aves an fuerint de aqua productæ. N. 2. *Aves*
 metaphoricè iusti vocantur. N. 5. *Aves* voca
 ri ad conuiuium magnam denotat stragem
 in exercitu hostium. N. 12. *Auis* denotat
 Christum. N. 3. *Auem* ignorare semitã quid
 sit. N. 4. *Auis* discolor quæ. N. 6. *Auis* ca
 dens in terrã quid sit. N. 9. *Aui* volanti qui
 comparentur. N. 10. 11. *Aves* volantes per
 medium cæli quæ. N. 12.
Aurora que dicatur. N. 1. *Aurora* Resurrectio
 nem Christi denotat. N. 2. *Aurora* locum
 suum ostendere quid sit. N. 3.
Aurugo quid sit, & quomodo residuum Bruchi
 comedit Aurugo. N. 1. & 2.
A V R V M.
 Quale metallum & quotuplex & proprietates
 eius. N. 1. *Quare* abundat in Aquilone. N. 4.
Aurum igne probatum iusti. N. 5. *Aurum* me
 taphoricè denotat sapientiam. N. 6. Item
 charitatem, patriam caelestem. N. 7. & 10.
 dilectionem proximi. N. 8. Nitorem mun
 di. N. 9. *Aurum* quare Magi Domino obtule
 runt. N. 12. *Aurum* reclinatorium quid sit
 N. 14. *Auræ* manus. N. 15. *Auræ* bases. N.
 16. *Aurum* quasi lutum quando erit. N. 18.
Auxilium in Hebræo vocatur petra, quia petra
 solet fugientibus esse refugium. V. Anti
 quum. N. 17.
A Z Y M V M.
 Quid sit, & dies Azymorum, & quod deno
 tent vitæ nouitatem.
Baal uide Bel.
B A B E L B A B Y L O N I A
 A quo fuerit ædificata & reædificata. N. 1.
 De eius magnitudine. N. 2.
Babyloni & *Assyriorum* distincta regna
 aliquando pro eodem ponuntur in scriptu
 ra. N. 4.
Babylon destruenda prædicitur. N. 5.
 Flumina *Babylonis* sunt *Ephrates* qui interluit
 ciuitatē, sed non *Tygris* qui ad sex leucas di
 stat, est tamã fluuius regni *Babylonis*. N. 6.
Babylon pro gentium populis sumitur. N. 9.
 & pro Roma & pro Hierusalem.
B A C V L V S V I R G A.
Baculus quid. N. 1. solutio quæstionis de misio

ne Apostolorum sine baculo & virga. N. 2.
Baculus panis, *Virga* panis, firmamentum pa
 nis. N. 3. & 4.
Baculus & *uirga* regiã postetate significat. N.
 6. & potestate Christi. N. 7. & 14. *Virgula* fu
 mi quid sit. N. 11. *Virga* denotat correctio
 nem & pedum pastorale. N. 12. *Virga* super
 bia & impietatis. N. 13. & 14.
Baculus senectutis. N. 5. *Virga* denotat verbera
 tionem. N. 16.
Balaam An fuerit propheta?
Balsamum qualis liquor & proprietates eius. N.
 1. comparatur sapientia. N. 2 & filio Dei.
Balthasar rex *Babylonie* victus à *Cyro* & quæ
 pertinent ad eius historiam.
Balthus cingulum militũ & regũ & sacerdotũ.
B A P T I S M V S.
Baptismus *Ioannis* differens à *Baptismo* Christi.
 N. 2.
Baptizari pro mortuis quid sit. N. 3.
Baptismi sacramenta materia. N. 4.
Baptismata pura non sacramenta. N. 5. & 6.
Baptismus initium est omnium graduum Ecclē
 siæ. V. *Abyssus*. N. 4.
Baptismus relinquit fomitem ad meritum cer
 taminis. V. derelinquere. N. 1.
Baptismus prædicitur à prophetis. V. *Deser
 tum*. N. 7.
Baptismus sanat. V. *Aqua*. N. 10. & 15. & 16.
Baptismi susceutores quando tenentur docere
 pueros, quos de baptismo suscipiunt. V. *Do
 cere*. N. 8.
Barabas Latro.
Barac iustus, & fortis.
Barachias benedictum Domini & solutio quæ
 stionis de *Zacharia* filio *Barachia*.
Barathrum quid?
B A R B A.
 Signum virile. N. 1.
Barbam radere an generaliter fuerit prohibitum
 in lege. N. 2. & an in lege gratiæ congrue sit
 in vltu tam clericis, quam religiosis, & quam
 sit antiquum contra hereticos. N. 5.
Barbarus quis proprie dicatur.
Bariona quare dictus sit *Petrus*.
Barnebas Apostolus extra numerum duodecim
 Apostolorum.
Bassam regio qualis in *Palæstina*, & quomodo
 interdum accipiatur pro quacunque fertili
 terra.
Basiliscus serpens qualis,
B A S I S.
Basis terræ quæ dicatur. N. 1.
Bases argenteæ. N. 2.

Basis virtutis, quæ sit. N. 3.
Basis impiorum, *Antichristus*. N. 4.
Bartholomæus Apostolus, An sit idem qui & *Na
 thanael*, & an *Galilæus* genere.
Bartimeus cæcus.
Batus mensura qualis, & quomodo mare fusile
Salomonis caperet bis mille batos, & tria
 millia metretas.
Bdelium in *Genesi* an sit arbor, vel *Gemma* &
 qualis.
B E A T V S.
Beatus per essentiam solus Deus. N. 2.
Beatus per participationem perfectam quis. N.
 3. & 4. & quod animæ iustorum si purgatæ
 sint, ante resurrectionem corporum clare
 Deum vident. N. 5. & 6. & 7.
Beatus dicitur filius Dei adhuc in carne mor
 tali. N. 8.
Beatus participatione imperfecta multipliciter
 dicitur homo, scilicet quod ad ius, vel in re
 præsentatione vitæ beatæ, vel in semine, vel se
 cundum opinionem sapientium, vel iuxta
 æstimationem vulgi. N. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
 & 15.
Beatorum gressus in alia vita dilatantur. V. *An
 gustum*. N. 4.
Beati videbunt poenas damnatorum, & quo
 modo. V. *Cadaver*. N. 4.
Behemoth quid significet.
Bel, *Baal*, *Belzebub*, *Baalberith*, *Belphephon*, *Belphe
 gor*, *Belial*.
B E L L V M.
 Quid sit & an licitum sit tam in lege veteri, quã
 in noua, & quomodo. N. 1. & 2. & 3.
Bellum in scriptura secundum varias phrasas di
 citur graue, aggrauatum, durũ, potens, mag
 num, forte, nouum longum, & *bellum* Dei. Itẽ
 legimus *bellum* sanctificare. N. 15. & *bellum*
 taq; certamẽ vitã præfens quomodo sit. N. 17.
Benadad Rex *Syriæ*.
B E N E D I C E R E.
Benedicere Dei, est benefacere. N. 1. & 2. & 3.
Benedictiones factæ patribus nonnunquam im
 plentur in posteris. N. 5.
Benedictio patrum ad filios vnde ortum habuit.
 N. 7.
Benedicere est maioris. N. 8.
Benedicere pro laudare. N. 9. & 10. & 11.
Benedictio pro dono. N. 14.
Benedicere pro consecrare. N. 18.
Benefacere dicitur illi Deus quem liberat à peri
 culis, & à malis siue corporalibus, siue spiri
 tualibus. N. 1.
Benefacit homo quis. N. 2.

Beniamin Patriarcha quare vocatus est lupus ra
 pax. N. 2. & filius doloris. N. 3.
Beneplacere an debeamus omnibus. N. 1.
Beneplacitum Deo ad habitandum quid intelli
 gatur. N. 2.
Beneplaciti tempus quod. N. 3.
Beneplacitum Dei. N. 4. & 5. quid ex nostris
 operibus beneplaceat Deo. N. 6. Oratio
 nostra in beneplacitis qualis. N. 7.
Benignus, *Benignitas* quid sit. N. 1. & quomodo
 splendet *Benignitas* Dei in redemptione ge
 neris humani. N. 2. & 3. & 4. & in. V. *An
 nus*. N. 39.
Bersabe ciuitas Australis & quando in scriptu
 ra aliquid vel dici, vel fieri legitur, à *Dan* vs
 que *Bersabe* quid significet.
Berzellai vir senex qui benefecit *Dauidi*.
Beseleel artifex insignis.
B E S T I A.
 An ab initio mundi bestia carnibus vescaban
 tur. N. 2.
Bestia metaphoricè denotat hominem ferinis
 moribus. N. 3. & 4. & 5.
Bestia idest bestiales homines sub umbra dæ
 monis habitare dicuntur. N. 6.
Bestia quatuor grandes de mari, totidem sunt
Monarchia. N. 8. *Diabolus* bestia vocatur. N.
 12. & 13. & 14. & 15.
Bethel duplex, & quæ dicta est per opprobriũ
Bethauen, idest domus idoli. N. 2. & 3.
Bethel, idest domus Dei, in qua *Iacob* vidit sca
 lam & Angelos, non est *Hierusalem*. N. 4.
Bethlehem duplex, sed illa in qua natus est *Do
 minus* prius vocabatur *Ephrata*, idest abun
 dantia. N. 2. sita est sexto milliario à *Hieru
 salem* ad Austrum. N. 3. & quomodo voca
 tur minima à *Michæa*, & nequaquam mini
 ma à *Matthæo*. N. 4.
Bethabara, *Bethania* *Bethphage*.
Bethsabe vxor vræ. *Bethsaida*, *Bethsames*, *Be
 thulia*.
B I B E R E.
Bibere vinum in sacra scriptura luxum signifi
 cat. N. 2.
Bibere sanguinem quid significet. N. 3. 4. 5.
Bibere calicem. N. 6. & 7.
Bibere de vino iræ Dei quod mixtum est mero
 explicatur. N. 8.
Bibere vinum damnatorum quid sit. N. 9.
 Item *bibere* super aliquem. N. 10.
Bibere sapientiam, & adhuc fitire quid sit. N.
 14.
Bigæ est currus duorum equitum & à quo in
 venta sit.

BLASPHEMARE:

Blasphemare quid sit. N. 1.
 Blasphemaerunt Iudæi sanctum Israel. N. 2.
 Quomodo intelligatur illud Isai. 52. & iugiter tota die nomen meum blasphematur. N. 3.
 Blasphemare pro vituperare. N. 5.
 Blasphemia in Spiritum sanctum quomodo dicatur irremissibilis. N. 6.

BONVM.

Bonum quid dicatur. N. 1. & per antonomasiam solus Deus bonus asseritur. N. 2. Quomodo Christus sit pastor bonus. N. 3.
 Bonum in neutro quid significet. N. 4. & 5. & 7. & 8. & 9. omne bonum quid dicatur. N. 6.
 Bonum eligere de Christo quare dictum est. N. 11.
 Bonum signum quale. N. 19.
 Bonum in accusatio, præcedente præpositione in, quid significet. N. 21.
 Bona Domini maxime intelliguntur spiritualia. N. 22. & Bona Hierusalem. N. 24. 25. 26. Bona fallacia. N. 27.
 Bonum quomodo erat Iudæ si natus non fuisset. N. 28. Qui sint boni & mali congregati ad nuptias. N. 29.

Borith herba fullonum.

BOS.

Bos quale animal, & proprietates eius, & leges circa eum. N. 2. & 3. & 4. de utilitate boum ibi.
 Bovis facies apud Ezechiel quid significet.
 Bosphorus & fretum, & explicatio loci Abdiæ Transmigrationem Hierusalem quæ est in Bosphoro, vbi secundum Hebræos accipitur pro Hispania, & fretum Herculeo.

BOSRA.

Alia in Idumæa, alia in Arabia, est & nomen appellatiuum. N. 1. & 2. & 3.
 Botrus Cypri flos arboris Cypri Christum significat. N. 3.
 Botri vberum sponsæ doctores. N. 4.
 Botrus putridus Synagoga cuius granum Christus. N. 5.
 Botri vineæ Apocaly. sunt reprobi. N. 7.
 Branium præmium.
 Brachium. N. 1.
 Brachium Domini potentia. N. 2. & Christus. N. 3. 4. 5. 6. 7. & ibi loca scripturæ declarantur, Brachium pro humana fortitudine. N. 8. 9. 10. Item Brachia Dei Apostoli. N. 11. & Angeli. N. 13. Item opera virtutum. N. 14.
 Branchia, piscium.
 Bruchus quid sit.

Bruchus Chaldaeos significat metaphorice. N. 1.

Bruchi collectio quid sit. N. 3. & anni quos comedit Bruchus. N. 5.

Bubalus quale animal & quid significet.

Bubo qualis avis & quid significet.

Bucella quid denotet in scriptura. N. 12. & 13. & an bucella Iudæ fuerit panis communis. N. 4.

Buccina quale instrumentum. N. 1. terrorem denotat. N. 2. & vsus eius apud Iudæos. N. 3. 4. 5. & quid sit buccinare in Neomenia.

Buus arbuscula, & quid metaphorice significet in scriptura.

Butyrum quid sit. N. 1. & 2. quid mystice & metaphorice significet. N. 3. & quid fuit Christum comedere butyrum. V. Bonum. N. 11.

BYSSVS.

Lini genus candidissimi ad ornamenta sacra. N. 1. & 2. castitatem & cordis denotat puritatem secundum varia loca scripturæ quæ explicantur. N. 4. 5. 6. 7. 8. significat & superfluum ornatum. N. 10.

CATH.

Filius fuit & figura sacerdotum noui testamenti.

Cabus mensura aridorum qualis cacabus vas quale.

**CACVMEN ET CVL-
men.**

Est summitas rei, & metaphorice superbiam significat. N. 1.

Cacumen petreæ quid significet. N. 2. & 3. & 4. & 5.

CADAVER.

Corpus mortuum quo pascitur vultus. N. 1. Metaphorice dicitur de Lucifero. N. 2. cadauerum foetor stragem bellicam denotat. N. 3.

Cadavera vocantur corpora damnatorum resurgentia in iudicio. N. 4.

CADERE.

Quid significet, & cadere super collum alterius. N. 1.

Cadere dicitur Spiritus sanctus super electos & manus Domini super Prophetam. N. 2.

Cadere verbum Dei ad denotandum lib. arbitrium recipientium. N. 3.

Cadere verba alicuius in terram quid sit. N. 6. Item lucem vultus. ibidem. Denique cadere in labiis, & in lingua ibidem.

Cadere super faciem, & retro, quomodo differant. N. 7. & subtus pedes alicuius. N. 9.

Cadere pro mori ponitur corporaliter & spiritaliter.

tualiter. N. 10. 11. 12. & quomodo septies in die cadit iustus. ibidem. Item casus Luciferi. N. 13. & Babylonis. N. 14.

Cadere in cogitationibus. N. 16.

Casus Hierusalem. N. 18.

Cadere mille à latere nostro quid sit. N. 20. & Cadere super lapidem. N. 20.

Cades Barne. Quis locus. N. 1. & desertum Cades. N. 2. est & alia Cades Hebraicè Gades vbi palmæ crescunt in gentes. N. 3.

Cæcus quis & auferre cæcos & claudos quid sit. N. 1.

Cæcorum illuminatio signum Messæ. N. 2.

Cæcus à natiuitate an sine vllis oculis fuerit. N. 3.

Cæcitas Sodomitarum qualis. N. 4.

Cæcus populus Iudæorum. N. 5. & 6. & 7. & peccator. N. 8.

Cementum, & Bitumen. N. 1.

Cementa sine impensa posita quæ sint. N. 2.

Cæsares vnde dicti & qui sunt illi de quibus in scriptura sit mentio.

Cæsarea ciuitas.

Cain primus edificauit ciuitatem quam appellauit Enochiam. V. Abel. N. 16.

Cain sub qua figura loquutus est Dominus. V. Abel. N. 7.

Caietani opinio refutatur tenentis animalia non fuisse corporaliter adducta ad Adam. V. Ad ducere. N. 9.

Caiphas Pontifex an fuerit Propheta. N. 1. An in domo Caiphas ter Petrus Dominum negauerit. N. 2.

CALCARE.

Calcere dicitur Deus super excelsa terræ. N. 1. & infremitu conculcare humum & terram. N. 4. & 5. Tyranni dicuntur conculcare flumina, & terram. N. 11.

Calcere vvas signum pacis. N. 16. Calcere torcular alibi ponitur.

CALCANEVS.

Calcaneo mulieris quare serpens insidiatur. N. 1.

Calcaneum alterius obseruare quid sit. N. 2.

Calcanei iniquitas quæ dicatur. N. 3.

Calcaneum leuare. N. 4.

Calcitrare contra stimulum. N. 5.

CALCEAMENTVM.

Soluere calceamentum ob reuerentiam loci. N. 1. Item corrigiam calceamenti alterius soluere signum seruitutis. N. 2.

Calceamentum tendere in Idumæam, est illam subiicere. N. 4.

Calceamentum ferreum quid denotet. N. 3.

Calceamenta prædicatorum qualia. N. 6.

Calceamenta in pedibus habere signum latitiæ ibidem.

Calceatum posse fluuium transire quid sit. N. 8.

De calceamentis prohibitis Apostolis in via quæ fluit soluitur. N. 9.

Calcedonius lapis pretiosus qualis & quid mystice significet.

CALCVLVVS.

Calculis albis & nigris utebantur iudices ad suffragia. N. 1.

Calculus candidus significat beatitudinem. N. 2.

Calculo impleri os peccatoris quid sit. N. 3.

Calculus vbi filium Dei significet. N. 4.

Caleb quis & quod figura fuerit doctoris Ecclesiæ.

Calendæ an differant à Nomeniis. N. 1.

Calendas & festa mundanorum odit Deus. N. 3.

CALOR, CALIDVM.

Metaphorice significat charitatem. N. 1.

Calidus aut frigidus quomodo magis optabilis quam tepidus. ibidem.

Calieseri difficile potest solus. N. 2.

Calieseri non posse vestimentis quid significet. N. 3.

Calor pro zelo poenitiæ & è contrario pro feruore malitiæ. N. 4. & pro poena peccati ibidem.

Caligo in veteri testamento quare diuinam apparitionem significabat. N. 1.

Caligo & dies caliginosa signum est diuinæ frequenter vltionis & iræ. N. 2.

Caliginosi montes qui. N. 3.

Caliginosus locus vita præsens, & infernus. N. 4.

Caligo peccatum mortali & infidelitatem denotat. N. 6.

CALIX.

Calix differt à cratere. N. 1. metaphorice passionem denotat. N. 2. & 3. Calix inebrians quis. N. 4. Calix salutaris. N. 5.

Calix sæpe significat supplicium. N. 6.

Calix vini meri plenus mixto quomodo intelligatur. V. Bibere. N. 9.

Crater tornatilis venter Mariæ. V. Calix. N. 8. Crateres Apostoli. ibidem.

Caluaria quid & quis locus. N. 1.

An in Caluaria loco fuerit sepultus Adam. N. 2.

Caluicium signum tristitiæ & seruitutis. N. 3.

De Caluarii sicut aquilam quid sit. N. 4. Vocare ad Caluiciū quid. N. 5. & quare Caluicium sibi facere prohibitum fuerit Iudæis ibidem.

Camelus quale animal & quare inter immunda reputatum. N. 1. *Camelorum* inundatio quid significet. N. 2.
Camelus facilius posse intrare per foramen acus, &c. Apud Marcum quid sit. N. 3.
Camelum deglutire. N. 4.
Caminus quomodo differat à cilibano. N. 1. Metaphorice significat humiliationē. N. 2. & diuinam vltionem, & feruorem charitatis. N. 4. & 5. & gehennam. N. 6.
Campus & *Campestris* quid sint. N. 1.
Campos vbertate repleti quid. N. 2. & gaudere. N. 3.
Campi Gentiles sunt conuersi. N. 7.
Campus idoli quis. N. 8.
C A N D E L A B R V M.
Candelabrum aureum quid sit. N. 2. & 3. & 4.
Candelabra duo Elias & Enoch. N. 6.
Candelabrum dignitas episcopalis. N. 5. & ipsi prælati & prædicatores. N. 6. & ibi quaestio de Flia & Enoch ventilatur.
C A N I S.
 Quale animal, & proprietates eius. N. 1. phrales decane. N. 2. & quare neque Canis neque pretium eius offerebatur Deo in lege. ibidem.
Canis viuus melior Leone mortuo quare. N. 3.
Canum lingua quid denotet. N. 4.
Canes dicuntur Gentiles. N. 5. Item demones & hæretici & Iudæi, & aliqui prædicatores. N. 7. & 8.
C A N E R E C A N T I C V M.
Canticum laudis. N. 2. quid & explicatio in singulis Psalmis, in quorum titulo ponitur Canticum. N. 3. & ibi quid significet Canticum nouum. Item *Canticum* noctis sanctificatæ. N. 4.
 In *Canticum* populi verti est irrideri. N. 5.
Canticum patruelis. N. 6. & *Canticum* lyra quid sit. *Cantica* sacra miscere prophanis vituperatur. N. 11.
Canere est aliquando prophetare. N. 12.
Cani senectutis indicium. N. 1. ignorare Canos suos quid sit. N. 2.
Cani significant reliquias populi iudaici conuertendas. N. 3.
C A P I L L I , C O M A
Cincinus.
Capillos à Deo numerari, signum est prouidentia. N. 2.
Capilli verticem confringere quid sit. N. 3.
Coma capitis vt purpura iuncta canalibus quid sit. N. 4.

Capilli quasi mulierum denotant effeminatos. N. 5.
 In *Cincino* capitis eleuari aliquem quid sit. N. 6.

C A P E R E.

Quot modis in scriptura accipiatur. N. 7.
Capi in oculis quasi hamo quid sit. N. 2.
Capere cibos cum alio. N. 3.
Capiunt peccata impium quasi laqueus. N. 4.
Capere eos qui se caperant. N. 6.
Capere verbum Dei sine auxilio supernaturali nemo potest. N. 11.
Capi pro incipere *Incipit* intelligere diuina qui tribulatur. N. 3:
Incipit Deus in hac vita castigare & rationem ponere. N. 4.
Incipit etiam Deus in nobis opus bonum. N. 5.
 & *Incipit* sanare. N. 6.

C A P R A , C A P R E A.

Capra mundum animal. N. 1. & quid denotet
Capratrima. N. 2. & *Capser* emissarius. N. 3.
Capra quare Angelos & Patriarchas significat. N. 5.
Caparris in scriptura quid mystice significet.

C A P T I V V S.

Captiuitatis causa populi Iudaici. N. 1.
Captiuata & *transmigrata* cur dicitur Ecclesia.
Captiuitas quid absolute significet. N. 2. & 3. & captiuitas Iacob qua fit. N. 4.
Captiuare intellectum quid sit. N. 5.

C A P V T.

Accipitur pro vita. N. 1. Item pro principio cuiuscunque rei. N. 2. & 3.
Caput mouere & exaltare quid sit. N. 7. & 8. & perire. N. 9.
Caput pro anima. N. 10. & 11. & 12.
 In *Capite* signa lætitiæ & mæstitiæ. N. 13.
 In *Capite* libri scriptum esse de Christo. N. 14. homines super capita quid. N. 15.
Caput Draconis quod esse dicatur. N. 16.
Carbo aliquando significat fulmen. N. 2.
Carbones desolatorij qui sint. N. 3.
Carbunculus qualis Gemma sit. N. 1. in rationali Pontificis quid significet. N. 2. & alibi quid denotet. N. 3. & c.

C A R C E R.

Quid significet. N. 1.
Carcera aperire proprium Christi. N. 2.
Carcer pro inferno damnatorum. N. 3.
Carcere pro limbo. N. 6.

C A R D O.

Quid sit & Cardines cæli. N. 1. & 2.
Cardines terræ, & maris. N. 3.
Cardines templi commoti sub Romanis. N. 4.

Cardinalium quam antiqua dignitas in Ecclesia. N. 6.
Carica genus fici
Palestina.
Carmel quid, & quotuplex, & metaphorice quid significet. N. 3. 4. 5.
Carmen quid significet, & metaphorice pro quo accipiatur. N. 1. 2. 3. 4.
Carminum tumultus vocatur oratio sine attentione. ibidem.
C A R O.
 Quomodo accipiatur in scriptura. N. 1. Omnis Caro quid significet. N. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. viam omnis carnis ingredi. ibidem.
 Verbum *Caro factum* quomodo dicitur. N. 9.
 In *Carne* non esse, quid sit. N. 11.
 Quam multipliciter Caro desideret Christum. N. 12.
 De *Carnibus* alicuius saturari velle, quid denotet. N. 14.
 Ex *Carne* natum quid dicatur. N. 16.
Caro & *sanguis* semper malum sonant. ibidem.
 Esse in *Carne* & ambulare secundum Carnem. N. 17.
Carnium esus an fuerit licitus ante diluuium. N. 20.
C A R T H A G O C I V I -
tus Africa.
Cassia quid & quo tplex, & quid mystice in scriptura significet.
Castellum quid sit & in quo sensu vocetur Castellum Hierusalem.
Castigare & punire in bonum castigati. N. & 1. 2.
Castigat Paulus corpus suum contra hæreticos. N. 3. & que sit castigatio David in matutinis.
Castra quid, & quod aliquando ponitur pro exercitu Angelorum. N. 2.
Castra Dei vocantur infideles, qui obediunt voluntati Dei. N. 2.
Cataphrige hæretici refutatur Preludio. 1. N. 8.
Cataractæ cæli aperte signum iræ Dei. V. *Aperire*. N. 21.
Catena quid. N. 1.
Catena tenebrarum tenuit Agyptios. N. 2.
Catena peccatorum. N. 3.
Catena magna in manu Angeli quid sit. N. 4.
Cathedra quid. N. 1. pro doctrina ponitur. N. 2.
Cathedra silentiæ & seniorum. N. 3.
 In *cathedra* Dei sedere. N. 4.
Catinus quale vas. ibidem.
Catulus Leonis Christus. N. 1. & Apostoli. N. 2. & Sampson. N. 3. Itē Saul sic vocatur. N. 4. & exercitus Romanoū & Chaldaei. N. 5.

Cauda metaphorice significat infimos. N. 2.
Cauda Behemoth persecutio est Antichristi. N. 4.
Cauda scorpionum quid sit. N. 5.
 & *Cauda* Draconis. N. 6.
Cauere quid sit. N. 1:
Cauere à proximo quid sit. N. 2. & ab hominibus & à fermento pharisæorum, & ab omni reuerentia oculorum. N. 3. & 4.
Cauerna quid sit. N. 1.
Cauerna Reguli. N. 2.
Cauerna maceræ vulnus lateris Christi. N. 4.
Cauerna lacu quid sit. N. 5.
Cedar regio Arabiæ. N. 1. & qualia tabernacula Cedar quibus comparatur Ecclesia. N. 3.
Cedron torrens non Cedrorum.

C E D R V S.

Arbor qualis. N. 1. Metaphorice significat diuinam sapientiam & Christum. N. 2. & 3.
 Item Prophetas & Doctores. N. 4. & iustos. N. 5. & 6. Item superbos. N. 7. & reges & proceres Iudæorum. N. 8. & 8. & templum Hierusalem. N. 10.

Celestina quid sit.
Census quid sit & censum dari Cæsari licitum esse, Deo vero animam. N. 1. 2. 3.
Centum, & centuplum præmium. N. 2.
Centuplum multiplicari semen. N. 4.
Cerastes serpens qualis & cuius sit typus.
Cerual in quo Christus dormiens caput reclinavit quale. N. 1.
Ceruicem eleuare & flectere. N. 3. & 4. Manus Christi in ceruicibus inimicorum eius. N. 6.

C E R V V S.

Quale animal & quales habeat proprietates. N. 1. Metaphorice denotat industriū & diligentē. N. 2. & Christum. ibi. & N. 3. & 4. vox Domini quomodo præparat Ceruos. N. 6.
Cerui camporum mystice qui. N. 7. & 8.
Cera in scriptura in bonum accipitur & in malum. N. 1. Cor tanquam cera quid. N. 2. peccatores vt Cera coram igne. N. 4.
Cessasse ab opere dicitur Deus Die septimo. N. 1. quomodo intelligitur sine cessatione bene operari. N. 4.
Cessauit exactor. N. 6.
Cete expiscibus qui dicantur. N. 1. metaphortice vero qui cete dicatur. N. 2.
Cete grandia an subdita sint homini. N. 3.
Cethim est insula Cyprus & inde omnia loca maritima Cethim appellantur.
Chalane ciuitas iuxta Babylonem.
Chaldaei sunt Baby lonij & quamuis differat ab Assyriis aliquando tamē confunduntur voces.

Chanaam unde Chananei prodierunt & qua sit stricte terra Chanaam. N. 1. & 2.
 Chananeus interpretatur mercator. ibidem. & N. Item Babylon vocatur terra Chanaam, id est negotiatorum. N. 5. terra.
 Cham quare vocatur Aegyptus. N. 6.
 Chananea femina cur tantopere dolebat de vexatione filiae. V. Acerbus. N. 1. & An adorauerit Christum latraria. V. Adorare. N. 12.
 Chapharnaum vocatur patria Christi quia Metropolis Galileae & ibid. multa miracula fecit. Charactier quid sit. N. 1.
 Character Antichristi quale sit futurum. N. 2. quae sacramenta imprimant Characterem. N. 3.

C H A R I T A S.

Semper in bonum accipitur. V. Amare. N. 11.
 Quod sit habitus infusus, quod omnes virtutes necessarias secum afferat, quod semper in hac vita possit augeri, quod possit amitti, sed non diminui, & quid de hoc sancti patres intellexerint. ibidem. N. 12.
 Quod esse debeat ordinata. N. 13.
 Caritas desponsationis. N. 14.
 Caritas Dei perpetua erga nos. N. 15. Aque non extinguunt charitatem quomodo intelligatur. N. 16. & quomodo sit finis praceptorum. N. 17. sine illa an profint alia dona. N. 18. Quod omnibus virtutibus cooperetur. N. 20. Quod supereminet omni scientiae huius vitae. N. 21. Quomodo dicatur nimia. N. 22. Quomodo mittat foras timorem. N. 23. Quomodo non querit sua. N. 24. & faciat seruire inuicem. N. 25. & operit vniuersa delicta. N. 26. Item uulnerat. N. 27. Quomodo sit charitas alia creata & alia increata. N. 24. Quomodo edificat. N. 30. De charitate vide. V. Cassia & V. Chrysolitus. N. 5. & V. Coccus. N. 8. & V. Condire. N. 3. & V. Lenarius. N. 2. Praelud. 6. N. 6.
 Charitatem omnes scripturas praetendere. Charitatis gressibus Deo esse appropinquandum. V. Accedere. N. 5. & V. Aurum. N. 8. & 10. & 14. & 16. vbi agitur de praefecto charitatis. Caritas est gluten quo haeremus Deo. V. Adherere. N. 1.
 Carthilago quid. N. 1. & mystice quid.
 Chereti qui dicantur. & quae regio sic appellatur.
 Cherubim ante portam paradisi quomodo intelligatur. N. 1. & duo Cherubim ex auro. N. 2.
 Cherub apud Ezechiel quare diabolus dicatur, & quare vocatur animalia Cherubim. V. Animal. N. 2.

Chirographum quod erat contrarium nobis quod fuerit.
 Chobar fluuius qualis.
 Codcod quid pretiosum sit apud Ezech.
 Chorus cantorum. N. 1.
 Chori ludentium quomodo in Ecclesia intelligantur. N. 3.

C H R I S T V S.

Id est vnctus & quomodo vngebantur Reges sacerdotes & prophetae. N. 1. filius Dei vnctus est ab Spiritu sancto tribus modis. N. 2. & 3.
 Christus vocatur spiritus oris nostri. N. 6.
 Quomodo Christus purgavit peccata Dauid. N. 8.
 Christus in sacra scriptura vocatur multis nominibus vide. N. 9.
 Christus uenit ministrare Praeludi. N. 2.
 Christus quos dedit redemptionis fructus. V. Abies. N. 2.
 Christi uirtus contra serpentes, id est peccata. ibid.
 Christi aeternitas & infinitas. V. Abraham. N. 9.
 Christus non abiit retrorsum in operibus nostrae salutis. V. Abire. N. 9.
 Christus Deus abconditus. V. Abscondere. N. 2. & 3. & 4.
 Christus omnem hominem illuminauit. ibid. N. 15.
 Christus cognouit cogitationes cordis. ibidem. N. 18.
 Christus protegit Ecclesiam. V. Absorbere. N. 3.
 Christus quare dicitur ceruorum hinnulus. V. Ceruus. N. 3.
 Christi uirtus contra suos inimicos ibidem. N. 4.
 Christus mediator. V. Accedere. N. 6.
 Christi innocentia & puritas. ibidem. N. 8.
 Christus sens bonorum nostrorum. V. Accipere. N. 9.
 Christus non est filius adoptiuus. V. Adoptare. N. 3.
 Christi praedicatio sonuit in toto mundo, ideo speciem aeris habebat apud Ezech. V. Aes. N. 8.
 Christus habuit omnes potentias humanas animae & corporis. V. Adam. N. 16.
 Christus ieiunans in deserto vicit diabolum. V. Albus. N. 5. & in quo illi Angeli ministrauerunt post ieiunium. V. Angelus. N. 18. & in quo sit minoratus ab Angelis. ibidem. N. 19.
 Christus est Angelus testamenti. ibidem. N. 3. & Angelus ascendens ab ortu solis. ibidem. N. 31. & Angelus habens catenam magnam. ibidem.
 Christus quare coarctabatur iuxta tempus passionis. V. Angustum. N. 7.

Christus missus ad annunt iandum pauperibus. V. Annuntiare. N. 10.
 Christus aperit librum signatum sacrae scripturae solus. V. Aperire. N. 19.
 Idem aperuit carcerem vnctis. ibidem. N. 22. & portas vultus Leuiathan. ibidem.
 Christus est pax nostra. V. Calcare. N. 21.
 Christus flos campi. V. Campus. N. 5.
 Christus per caprum emissarium figuratus. V. Capra. N. 3. & 4.
 Christus eduxit patres de limbo captiuos. V. Captiuitas. N. 3.
 Christus est caput totius Ecclesiae. V. Caput. N. 4. & caput Anguli vnum. N. 5.
 Christi caput rore plenum dum nos expectat ad poenitentiam. ibidem. N. 17.
 Christus an praedicauerit existentibus in limbo. V. Carcer. N. 6.
 Christi Caro cibus. V. Cibus. N. 13. & qualis cibus Christi. ibidem. N. 15.
 Christus an induerit se cilicio. V. Cilicium. N. 3.
 Christus quomodo laborauit clamans & quare clamando resuscitauit Lazarum. V. Clamare. N. 9. & 13. & 14.
 Christus uocatur viator & colonus. V. Colere. N. 6.
 Christus beatus in terra. V. Beatus. N. 8.
 Christus benedictus a muliere de turba. V. Benedicere. N. 6.
 Christus pastor bonus. V. Baculus. N. 14. sceptrum diaboli contriuit. ibidem. N. 6.
 Christi dignitas regia in virga significatur. ibidem. N. 7. & 8.
 Christi opera mirabilia. V. Aurum. N. 15.
 Christi charitas in tribulatione resplendit. V. Aqua. N. 20.
 Christus ascendit sicut virgultum de terra sitiente. V. Ascendere. N. 12.
 Christus abstulit a nobis iugum. V. Aufferre. N. 9.
 Christus quomodo fuerit vir dolorum. V. Dolor. N. 3.
 Christus in carne passibili Deitatis opera fecit. V. Discernere.
 Christus constitutus secundum rex humanitatem. V. Constituere. N. 2.
 Christum cognoscere secundum carnem. V. Caro. N. 19.
 Christus mercatores eiecit de templo. V. Chananeus. N. 2.
 Christus attraxit ad se sapientes saeculi & consumpsit peccata nostra quoad sufficiencyam. V. Deuorare. N. 7.
 Christus diademata multa meruit electis. V. Diadema. N. 3.

Christus quatenus homo maior Angelis. V. Differre. N. 6.
 Christus princeps liberalissimus. V. Dignus. N. 8.
 Christum sua dextra deduxit mirabiliter. V. De ducere. N. 3.
 Christus vocatur desideratus & desiderium. V. Desiderare. N. 6. 7. 8.
 Christus lapis angularis. V. Dimittere. N. 2.
 Christus non contra dixit patri. V. Contradicere. N. 1. & positus est in signum cui contradicetur. ibidem. N. 3.
 Christus quomodo contristatus. V. Contristare. N. 3.
 Christus quot modis speciosus & pulcher. V. Ecor. N. 4.
 Christum affligebant Iudaei. V. Affligere. N. 7.
 Christi incarnatio & natiuitas. V. Adolescens. N. 7. & V. Draco. N. 7. & V. Applicare. N. 8. & V. Apprehendere. N. 4. & 16. & 17. & V. Audire. N. 23. & V. Benignitas. N. 3. & 4. & V. Aspicere. N. 9.
 Christi incarnationis tempus opportunum a Deo electum. V. Dispensare. N. 2.
 Christi circumcisio. V. Circumcidere. Et. V. Bethlee. N. 3. vide in elencho Euangeliorum in festo circumcisionis.
 Christi Epiphania. V. Afferre. N. 23. & V. Dirigere. N. 1. Vide in elencho Euangeliorum in festo Epiphaniae. V. Calum. N. 16.
 Christi natiuitas. V. Audire. N. 15. in medio duorum animalium. V. Animal. N. 6. V. Alitudo. N. 2. V. Diuersorium. N. 2. vide in elencho Euangeliorum in festo natiuitatis. V. Calum. N. 15. & 16.
 Christi praedicatio. V. Distillare. N. 2.
 Christi mors. V. deficere. N. 2.
 Christus in sua morte consummavit opus suum quomodo. V. Consummare. N. 6. & 7.
 Christi Crux. V. Arbor. N. 1. & 2.
 Christus morte sua deleuit chirographum contrarium nobis. V. Chirographum & V. Absorbere. N. 10.
 Christus quadraginta horis fuit in sepulchro. V. Derelinquere. N. 11. & V. Caro. N. 11.
 Christus resurgens siccauit venas mortis. V. Aridum. N. 14. & V. Accipere. N. 7. V. Calum. N. 16. V. Clarificare. N. 2. V. Brachium. N. 3.
 Christi ascensio in caelum. V. Bosra. N. 3. & 4. & V. Ausis. N. 4.
 Christus iudex omnes iudicabit. V. Caro. N. 5. & 8.
 Christum in die iudicij aspiciet cum tremore Iudaei.

V. *Aspicere*. 18.

CHRISTIANVS.

Christianorum victoria per Christum. V. *Abforbere*. N. 7.*Christianorum nomē nouū*. V. *Benedicere*. N. 3.*Christiani duriore aliquando infidelibus*. V. *Æs*. N. 10.*Christianus piger iudicio comparationis damnabitur à gentilibus*. V. *Ægyptus*. N. 11.*Christianus peccator quando est Deo maiori horrore quam infidelis*. V. *Calor*. N. 1.*Chrysolitus gemma qualis*.*Chus Chusai & Chusi quomodo differant*.

CIBVS.

Cibare dicitur Deus peccatores Absynthio. N. 2. & *iustos ex adipe frumenti*. N. 3. & *hereditate Iacob*. N. 4. & *volumine scripturæ*. N. 5.*Cibus solidus Consilia*. N. 7.*Cibus inuisibilis visio beata*. N. 8.*Cicatrix quid sit*. N. 1.*Cicatrices David putruerunt spiritualiter*. *ibid.**Cicatrix insanabilis quæ sit*. N. 2.*Ciconia qualis auis & quas habet proprietates & quid significet*.*Cidarit sacerdotum & regum corona*.*Cilicium vnde dictū*. N. 1. & *quod in Hebræo nusquam est nisi pro eo sacco*. N. 4. & *quādo Sol sacco silicino similis sit* *ibidem*.*Cinæi populi quid dicantur*.*Cinamomum quale & quot eius species & proprietates & quid significet mystice*.

CINGERE CINGVLVM.

Cingulum Christi quale. N. 4.*Cingulum maris quod dicatur*. N. 5.*Ciniphes, & Cynomia*.*Cinis pœnitentiæ signum*. N. 1. 2. 3. & *phrases de hoc*.*Circuncisio & resolutio quæstionum circa Circuncisionem*. *Circuncisio spiritualis*. N. 6.*Circuncisio Christi in elencho Euangeliorum in festo Circuncisionis*.*Circundare quid sit*. N. 1.*Circundare Sion prædicatione*. N. 2. & *aliæ phrases*.*Circumducere, quid sit & phrases eius*.*Circuire quid & variæ phrases*.*Circuit ciuitatem sponsa*. N. 5.*Circuire & immolare quid sit*. N. 10.*Cisterna quid, & variæ phrases quid sit rotam super cisternam confringi*. N. 3.*Cisternæ dissipatæ quæ*. N. 4.*Cithara quale instrumentum*. N. 1. & *An Dauid Cithara sua naturaliter potuit fugare de**monem à Saul*. N. 2.*Cithara significat Crucem Christi, ibidem, & prosperitatem*. N. 4. & 5. *Item mortificationem carnis*. N. 6.

CIVITAS.

Quid sit, & phrases variæ. N. 1. 2. & 3.*Ciuitates refugij*. N. 4.*Ciuitas literarum quare sic dicta*. N. 6.*Ciuitas David Sion*. N. 8.*Ciuitas palmarum Iericho*. N. 10.*Ciuitas sancti Hierusalem*. N. 11.*Ciuitas pro Ecclesia Christi*. N. 12. 13. 14. 15. & 16. *Sed pro Hierusalem terrena*. N. 17. 18. 19.*Ciuitatem primam Enochiam ædificauit Cain*. V. *Abel*. N. 16.*Clamare quid sit & quomodo varia significet*. N. 1. 2. 3. 4. 5.*Clamare pro prædicare*. N. 6.*Vox clamantis in deserto quomodo intelligatur, ibidem*.*Clamare per diem & noctem*. N. 7. & 8.*De profundis clamare quid sit*. N. 11. & *à finibus terræ*. N. 10.*Clamor media nocte indicium iudicij finalis*. N. 15.*Ciuitatem cælestem Gentilem & infideles non inueniunt*. V. *Affligere*. N. 8.*Claritas & Clarificare, explicantur loca Euangelij Ioānis, & locus Pauli de claritate in claritatem*.*Claudere quid sit & phrases eius*. N. 1. 2. 3.*Claudere sermones quare iubetur Prophetæ*. N. 4.*Claudere Stellas quid sit*. N. 5.

CLAVIS:

quid sit apud Theologos, & quam antiqua distinctio clavis potestatis & scientiæ sacerdotalis. N. 2. 3.*Clavis significat omnem potestatem in cælo & in terra*. N. 4.*Clavis putei abyssi quæ*. N. 6.*Clauus quid significet & quæ phrases eius*. N. 1. 2. 3.*Clau tentorij Ecclesiæ quid sint*. N. 4. & 5.*Clementia virtus regia commendatur*. N. 1. & 2. & *adducuntur de clementia Gentilium exēpla, Augusti Cæsaris, Philippi, regis Antigonis, Titi imperatoris, & sententiæ tā scripturæ, quam philosophorum*. Vide. V. *Ciuitas*. N. 3.*Clerus & clericus, vnde dicatur*. N. 1. & *qualē clericum esse oporteat, iuxta sententias sanctorum patrum & Conciliorum, & quid illis in iure specialiter prohibetur*.

Clypeus

Quæ in hoc volumine continentur.

Clypeus quid sit & phrases eius. N. 1. & *mille Clypei Ecclesiæ, quid sint*. N. 2.*Coagulare & Coagulare quid sit in scriptura & Coagulati cor & Coagulati montes*. N. 1. 2. 3.*Coccum & Coccinum quid sit*. N. 1.*Coccinea vestis Christi tineta fuit bis, scilicet co, & purpura*. N. 2.*Coccinea bestia diabolus*. N. 4.*Coccinea peccata*. N. 5.*Vestis coccinea iustitia exterior Synagogæ*. N. 6.*Coccum charitas*. N. 8.*Cocynus fluuius inferni in libro Iob*.

CAELVM.

Cælum vnde dicatur, & an sit necesse ponere Cælum impyreum. N. 4. *de numero Cælorum secundum scripturas*. N. 5. *de figura rotunda iuxta scripturam*. N. 6.*An cælum sit natura sua corruptibile iuxta scripturas*. N. 7.*Cælum vocatur regio aeris*. N. 8.*Cæli porta quæ, militia Cæli & leges*. N. 9. 10. 11.*Cælum pro habitatoribus cæli*. N. 12. & 13.*Cæli mædere quomodo intelligitur*. N. 15. & *aperiri*. N. 18.*Cælum tertium, quid sit*. N. 5.*Cælorum regnum, pro sacra scriptura & donis spiritualibus*. V. *Auferre*. N. 5. & *pro cælestibus mediis*. V. *Ager*. N. 5.*Cælum Icelandes annuntiat*. V. *Annuntiare*. N. 6.*Cælum aperium, quid sit*. V. *Aperire*. N. 17.*Cænopegie festum quale*. V. *Antiochus*. N. 2.

COENA.

Quod differat à prandio & phrases eius. N. 1. 2. 3.*Cœna agni beatitudo patriæ*. N. 5.*Cœna facta quomodo lauit Christus pedes discipulorum*. N. 3.*Cœna magna quæ*. N. 2. *In cœnaculo grandi quare Christus instituit cœnam Eucharistiæ*. N. 7.*Cæsar & Cæsarea ciuitas*.*Cogere quid sit & phrases*.

COGITARE.

Cogitare vias suas. N. 2.*Cogitare pro peccato quid sit*. N. 3.*Cogitatio hominis quando confitetur Deo*. N. 4.*Cogitationes Dei quales*. N. 10. 11. 12.*Cogitationes Satanæ*. N. 13.*Cogitationes accusabunt impios in die iudicij*. N. 14.*Cogitationes prauæ requiescunt in anima deserti vt greges*. V. *Accubare*. N. 4.*Cogitationes Dei antiquæ quales*. V. *Admirari*. N. 5.*Cogitationes nouit Christus*. V. *Abcondere*. N. 18.*Cognatus quis dicatur*.

COGNOSCERE.

Cognoscere Dei est approbare. N. 2. & 3. *notam fecit Deus dexteram suam*. N. 6.*Cognoscitur Deus in Ecclesia*. N. 8. & 9.*Omnes Cognoscent me dicit Dominus apud Hieremiam, quomodo intelligatur*. N. 10.*Cognitio sui*. V. *Cubitus*. N. 8. & V. *Abire*. N. 10.*CŌHORS QUID SIT. Colere quot modis in scriptura accipitur*. N. 1. & 2.*Cultus iustitiæ silentium*. N. 3.*Collidere quid sit*. N. 1. & 2.*Collisit Deus in terra sedem Christi, idest Synagogam*. N. 3.*Colligere quomodo accipitur & phrases eius*. N. 1. 2. 3.*Collecta fiebat in Ecclesia*. N. 4.*Colligere lapides in hyeme, quid sit*. N. 7.*Colligere de spinis vias*. N. 6.*Colligi dicitur homo quando moritur*. N. 8.

COLLIS ET MONS.

Quid collis significet. N. 1.*Colles metaphoricè dicuntur Apostoli*. N. 2.*Colles transilire quomodo dicitur sponsus*. N. 3.*Colles prophetæ*. N. 4. & *Angeli*. N. 6. & *dæmones*. N. 7.*Colligare quid sit & phrases eius*.*Collum quid dicatur*. N. 1. *transit Dominus super pulchritudinem colli vitulæ Ephraim*. N. 2.*Collum sponsæ, quid*. N. 4.*Collum Leviathan quid*. N. 5.*Collum quale habebant rotæ apud Ezechiel*. N. 7.*Colyrium quid significet*.*Color optimus albus, & phrases de coloribus*.*Colores Indiæ, eloquentia mundana*. V. *Color*. N. 3.

COLVMBA.

Qualis auis, & proprietates eius. N. 1.*Columba quare dicitur frequenter sponsa*. N. 2. & *Spiritus sanctus*. N. 3. *Et an vera fuerit Columba, quæ apparuit super Christum, Columba significat Apostolos*. N. 6. *Et Ecclesiam*. N. 7. & *Regem Babylonis*. N. 10. & *peccatorem obliuiofum*. N. 11.

COLVMNA.

Quid significet. N. 1.*Columnæ cæli Angeli*. N. 2.

Columna Ecclesia. N. 3. & Apostoli. N. 4. & principes. N. 5. & dona Spiritus sancti. N. 6.
 Comedere quomodo accipiatur in scriptura. N. 1. & 2. Comedere fructus uinæ quid sit. N. 3.
 Comedere pro consumere. N. 4. 5. 6. 7.
 Comedere in sanguine. N. 9.
 Comedere peccata populi. N. 10. & sacrificia mortuorum. N. 11. & volumen libri. N. 12.
 Commendare spiritum in manu Dei. N. 2.
 Commendare quomodo accipiatur in scriptura. N. 1.
 Commendare pro laudare. N. 5. & an liceat comedere laudibus se ipsum. N. 8.
 Commune quot modis accipiatur in scriptura à N. 1. vsque ad. 8.
 Commutare quid significet in scriptura & phrasas.
 Comparare quid sit & phrasas.
 Compedes metaphoricè sunt tribulationes. N. 2. & supplicium æternum. N. 3.
 Compingere quomodo in scriptura capiatur & quid sit sponfam quasi portam compingere tabulis cedrinis.
 Componere quid sit. N. 1.
 Composita uerba Leuiathan apud Iob quomodo intelligantur contra Rabbinos. N. 2.
 Compungere quomodo accipiatur in scriptura & quid sit compungi in cubilibus. N. 1.
 Compunctionis unum quid sit. N. 2.
 Compunctionis spiritus quomodo intelligatur. N. 3.
 Concedere quomodo accipiatur in scriptura. N. 1. & 2.
 Concedit Deus aliquid dæmoni petenti. N. 3.
 Conscindere quomodo accipiatur. N. 1. & 2.
 Conscindere Leuiathan, quid sit. N. 3.
 Conscindere gladios signum pacis. N. 4.
 Conscindere terram. N. 5. populos multos. N. 6.
 Conscindere uitulū in duas partes & transire per medium, solennitas iuramenti apud Palæstinos. N. 6.
 Conciderè pro cadere. N. 7. & quid sit conciderè Semel. N. 9.
 Concilium Hierosolymis primum congregatū solenniter. N. 1.
 Concilium ut obliget debet à Papa confirmari, cuius est etiam illud congregare. N. 2.
 Concilium non est Laicorum. N. 3.
 Quatuor concilia generalia quantæ uenerationis. N. 4.

Concilium aliquando dicitur uanitatis & malignantium & ludentium. N. 6.
 Concinnare dolos. N. 7.
 Concipere quid sit. N. 1.
 Concipere spiritum salutis. N. 2.
 Ecce uirgo concipiet apud Isaiam, quomodo intelligatur. N. 3.
 Conceptio nostra immunda propter originale peccatum. N. 4.
 Concipere ad dorem, & laborem in Isaia quid sit. N. 6.
 Concubina quæ dicatur in scriptura. ibidem. N. 8.

CONCUPISCERE.

Quid sit & quomodo prohibeatur. N. 1. & errores Iudaorum circa hoc. ibidem.
 Concupiscentia quando damnatur. N. 2.
 Concupiscentia in bonum in atriâ L. omni laudatur. N. 3.
 Concupiscit Deus decorem animæ. N. 4.
 Concupiscere spiritum ad inuidiam quomodo intelligatur. N. 6.
 Concutere quomodo accipiatur. N. 1.
 Concutere columnas terræ. N. 2.
 Concussio Regnorum. N. 3.
 Concutere in omnibus gentibus domum Israel quomodo intelligatur. N. 4.
 Condemnare quid sit & ore proprio condemnari. N. 1.
 Condemnare Deum quantum nefas. N. 2.
 Condensa reuelare mystice est aperire scripturas. N. 1.
 Condensa saltus quæ sint. N. 3.
 Condire sacrificium sale quare iuebatur. N. 2.

Conditum uinum quid significet. N. 3.
 Conducere quomodo accipiatur in scriptura. N. 1. & 2.
 Conducit Deus operarios uinæ. N. 3.
 Confidentia nostra qualis esse debeat in Deo. N. 1.
 Confidentia contra hæreticos præsupponit obedientiam mandatorum. N. 2. & industriam nostram cum gratia Dei. N. 3.
 Confidens in seipso vituperatur. V. Brachium. N. 16.

CONFITERI.

Confiteri quomodo accipiatur. N. 1.
 Confiteri fidem quando & quomodo. N. 2.
 Confiteri pro laudare. N. 3.
 Confessio peccatorum auricularis quando capit in Ecclesia. N. 5. 6. 7.
 Confessio integra esse debet. ibidem.

Confessio

Confessio uere poenitentis nunquam est sera quantum ad remissionem culpæ secus de poena temporali. V. Abel. N. 12.
 Confessio poenitentis dulcis est Deo. V. Dulcedo. N. 7. & 8.
 Conflare quid significet. N. 1.
 Conflare. N. 1. dicitur Deus quando purgat nostra peccata. N. 2. & 3.
 Conflator est prædicator. N. 4.
 Conflatur paulatim ira Dei. N. 5.
 Confortare quomodo accipiatur. N. 1.
 Confortatus est principatus Apostolorum. N. 2.
 Confortare seras portarum Hierusalem, quomodo intelligatur. N. 4. quomodo Angelus Christum confortauit in horto. N. 5.
 Confundere quomodo accipiatur in scriptura secundum varias phrasas. N. 1. & 2. & 3.
 Confundi est agere poenitentiam aliquando. N. 4.
 Confusio peccatorum per baptismum tollitur. N. 5.
 Confusio duplex quid sit. N. 10. & 12.
 Confusio maris. N. 14.
 Congregare quot modis in scriptura accipiatur. N. 1. 2. 3. & 4.
 Congregari ad populum suum est mori. N. 5. & 6.
 Congregare diuitias quam uanum. N. 9.
 Congregandas esse ad Christum reliquias Israel. N. 12. & 13.
 Non congregare conuenticula, de sanguinibus quid sit. N. 15.
 Coniurare quomodo in scriptura accipiatur.
 Conopeum quid sit, & quid mystice denotet.

CONSCIENTIA.

Conscientia mala summum malum de quo ponitur sententia Platonis, & Bernardi, & Chrysostomi. Item de bona conscientia. N. 1. 2. 3.
 Conscientiæ remorsus. V. Dulcedo. N. 1. & V. Arzueri. N. 6. & V. Abel. N. 8. & V. Absynthium. N. 2. & V. Derelinquere. N. 13.
 Consentire aduersario inuicia quid sit.
 Consequi quomodo accipiatur in scriptura. N. 1. quomodo intelligatur illud. 1. Cor. 10. Consequente eos petra. N. 2.
 Conseruare quomodo accipiatur in scriptura & quomodo generatio Dei conseruat iustitiam ne peccet. 1. Ioan. 5. de quo. N. 3.
 Considerare quot modis accipiatur, & quomodo Deus uestigia pedum nostrorum considerat. N. 3.
 Considerare nubes quid sit. N. 5.
 Consilium quid dicatur. N. 1.

Quomodo tribuatur Deo. N. 2. & quomodo dicatur immutabile. N. 3.
 Consilium pacis quod sit. N. 4.
 Consilium capere laudatur. N. 9. Consilia Evangelica pauciores sequuntur. V. Arca. N. 5.
 Consilium Christi magni consilari quale. V. Accedere. N. 10.
 In consilium impiorum abire quid sit. V. Abire. N. 2.
 Consolari quomodo in scriptura capiatur. N. 1.
 Consolatur Deus populum multis modis. N. 2. 3. 4. 5.
 Consolationem carnalem respuens diuinam experitur. N. 6.
 Consortes quomodo accipiatur. Consortes diuinæ naturæ quomodo simus & Consortes Christi.
 Constantia qualis uirtus, & quomodo differat à perseuerantia. N. 1. & 2. & V. Ascendere. N. 4.
 Constituerè quomodo in scriptura accipiatur. N. 1.
 Constitutum Dei quale. N. 2.
 Constitutus rex Christus secundum humanitatem. ibidem.
 Constituerè pro fingere. N. 6.
 Consuetudo vim habet naturæ aliquando. N. 1. & quam potens sit. ibidem.
 Consuetudo peccandi uenenum aspidum insanabile quomodo dicatur. V. Aspis. N. 2.
 Consuetudo mala in bonam est commutanda. V. Auertere. N. 14.
 Consumere quomodo in scriptura accipiatur: Deus ignis consumens. N. 2.
 Consumit Deus puniendo. N. 3.
 Consumptus poenitens restauratur. N. 4.
 Consummare quid significet. N. 1. 2. 3. vsque ad. 6. Quomodo Christus consummavit se mel sanctificatos. N. 9.
 Consummatus in breui dicitur iustus. N. 11.
 Consummatio dicitur finis mundi. N. 13.
 Consurgere quid sit. N. 1.
 Consurgere de nocte denotat diligentiam. N. 2.
 Consurgere ponitur pro dominari. N. 3. & 5.
 Contemnere quale peccatum. N. 3. 2.
 Contemptibilis est peccator. N. & 4.

CONTERERE, CONTRITIO.

Conterere quot modis in scriptura accipiatur. N. 1. 2. 3.
 Contriuus pater æternus filium in infirmitate. N. 4.
 Contritus corde quis dicatur. N. 6.

Contritio ut est pars poenitentiae & attritio quomodo differant. N. 9.
 De contritione. V. Bucella.
 Contestari quid sit. N. 1. & 2.
 Contestatur Deus. N. 3.
 Conticere quid sit. N. 1.
 Conticescere dicuntur populi qui desolantur.
 Continere quomodo accipiatur in scriptura. N. 1.
 Continentia clericorum an sit de iure diuino vel humano. N. 4. de quo sententiae Patrum ponuntur & decreta conciliorum. N. 3.
 Continet omnia Spiritus sanctus. N. 6.
 Continentiae status melior quam matrimonij. V. Angulus. N. 1.
 Contradicere quomodo accipiatur. N. 1.
 Contradicere Deo est non credere. N. 2.
 Contradicere sacerdoti quid sit. N. 4.
 Contristari quomodo accipiatur. N. 1. & quid sit contristari contra Deum.
 Contus hasta longior.
 Conuertere quomodo accipiatur. N. 1.
 Conuersio peccatoris delectat Deum. V. Delectare. N. 12.
 Conuertere dicitur Deus hominem & homo iubetur ut se conuertat ad ostensionem libri. arb. cum gratia Dei. V. Conuertere. N. 2.
 Quomodo Deus minatur se non conuersurum aliquos peccatores. N. 3. & 5.
 Conuertere ad cor. N. 6.
 Conuersio peccatorum. V. Calenda & V. Gentium uocatio.
 Conuiuium quantis sit obnoxium malis, si superfluum sit & conuiuiorum leges apud Gentiles, & quale debeant esse apud Christianos.
 Considerationis defectus causa omnis mali. V. Belium. N. 9.
 Contemplatiua uita quid curare & quid cauere debet. V. Delicatus. N. 2. & 3. Itē. V. Dimittere. N. 11. & quam dul. is sit. V. Dulcedo. N. 5. & quod non auferitur. V. Auferre. N. 26.
 Cophinus est cista & de duodecim cophinis in multiplicatione quinque panum uaticiniū Sybillae.
 Coquere quot modis accipiatur, & quid sit coquere hædum in lacte matris suae. N. 1.
 C O R.
 Cor humanum Deus non cogit. N. 3.
 Cor quare dicatur prauum. N. 4. Induratum à Deo quomodo intelligatur. N. 5. Paratum quare dicatur. N. 8. Mundum. 7.
 Concalescens. N. 9.
 Cor effundere. N. 10.

Cor eructans. N. 11. Dilatum. N. 12. Robustum. N. 3. Liquefactum. N. 4. Merens. N. 15. peruersum. N. 16. Dissimile Cor, & obscuratum. ibidem.
 Cor pro libera uoluntate. N. 6. quid sit non habere cor. N. 18. quid sit ad cor loqui. N. 19. quid intelligatur per cor maris & terra. N. 21.
 Cordis desideria perficere malum. V. Abire. N. 3.
 Cornu quid sit. N. 1. potentiam significat. N. 2. & regnum. N. 3.
 Cornu quid sit & cornu sicut unicornij, regnū Christi est. N. 4. & 5.
 Cornu fericum quid sit. N. 5. decem Cornua bestiae decem reges Antichristi tempore. N. 9. & phrasae multae. ibidem.
 Corona praemium uictoriae. N. 2. Corona laureola, quotuplex. N. 3.
 Corona Christi sunt electi. N. 5.
 Corona quae reprobis perdit alius accipit. N. 9.
 Corona spinea Christi qualis. N. 12.
 Corpus desinitur. N. 10.
 Corpus Christi uerum continetur in Eucharistia, & quid de hoc patres ab initio nascentis Ecclesiae senserint. N. 2. In corpus uenire. Sap. 8. quid sit. N. 6.
 Corpus Christi mysticum est Ecclesia. N. 4.
 Corpus est lex gratiae respectu umbræ legis ueteris. N. 5.
 Corpus mortuum, id est mortale dicitur. N. 9.
 Corpus peccati quid sit. N. 10.
 Corrigere, & de correctionis fraternae praeepto. N. 3. 4. 5. 6.
 Correctionis fraternae, intermissio causa est ut iusti cum peccatoribus flagellentur. V. Acham.
 C R E A R E, C R E A T I O.
 Creare quid sit. N. 1.
 Creauerit ne Deus omnia in primo die. N. 2.
 Creata dicitur sapientia secundum naturam humanam. Omnis creatura, & creatura mundi, significat hominem. N. 8.
 Credere quid sit & an in credendo Abraham dubitauerit. N. 1.
 Non Credere uita suae, quid sit. N. 3.
 Quod propheta dicit credidi propter quod loquutus sum de fide supernaturali intelligi. N. 6.
 Credere Deo & credere in Deum, quomodo differant. N. 9.
 Credere debemus ad intelligendum. N. 7.
 Crescere debuit, genus humanum per naturalem generationem in paradiso. N. 2.
 Non crescere dicitur ille qui priuatur aliqua dignitate. N. 3.

Crocus flos charitatem significat. N. 7.
 Crocea ponuntur pro coccineis. Thre. 4.
 Cruciare quomodo accipiatur in scriptura.
 Cruciare quomodo potest animas ignis inferni. N. 2.
 C R V X.
 Crux maximum & ignominiosissimum supplicium.
 Crucem Dominus portauit humeris suis. N. 2.
 Crux Christi Thronus regius. N. 5.
 Crucifigere Christum in semetipsis quid sit. N. 6.
 Crucifigere carnem suam. N. 7.
 Crucis scandalum quid sit. N. 9.
 Crux est clauis paradisi. N. 10.
 Crux est signum filij hominis quod apparebit in caelo. V. Apparere. N. 8.
 Crux Christi uera uenena. V. Arbor. N. 1. & 2.
 Crystallum designat puritatem Spiritus sancti, & gratiam. N. 2. & 3. & baptismum. N. 4.
 Cubare quomodo accipiatur in scriptura. N. 1. Et ubi sponfus cubet in meridie. ibidem.
 Cubilia mansiones caeli. C. Cubile Christi sepulchrum. N. 7.
 Cubile dilatare quid sit. N. 8.
 Cubile Draconum. N. 10.
 Cubile mammatum. N. 11.
 C U B I T U S.
 Pro mensura capitur, & qualis cubitus fuerit in arca Noe. N. 1. & in templo Salomonis. N. 2. Et mystica mensura cubitorum. Omnium quae erant in tabernaculo, & templo. N. 4. 5. 6. 7. & c. Et in templo Ezechielis qualis sit mensura sex cubitorum, & palmi. N. 11. & 12.
 Curare quomodo accipiatur. N. 1.
 Curatio medicinalis licita est. N. 3.
 Curatio spiritualis quotuplex sit. N. 4.
 Curare Babylonem quid sit. ibid. Curare Ephraim. N. 5. & electos. N. 6. Curatio pro mortificatione passionum. N. 7.
 Cura querendi regnum Dei non excludit curam moderatam de temporalibus. V. Al. N. 1.
 Currere quomodo accipiatur in scriptura. N. 1.
 Currere est in uia Dei proficere. N. 4.
 Currit sermo Dei. N. 5.
 Currere cum equibus quid sit. N. 6.
 Currus pompae saeculi significat. N. 1.
 Currus ignei Angelos denotant. N. 3. & 4.
 Custodire quid significet. N. 1.
 Custodire dicitur Deus humiles. N. 2.
 Custos Deus absolute dicitur. N. 3. & 4.
 Custodiuit Deus Adam. N. 5.

Custodit Deus electos duplici uisitatione, & secundum varias phrasas. N. 10. 11. 12. & 13.
 Custodia matutina quid sit. N. 14.
 Custodire uias duras quid sit. N. 5.
 Custodes sunt Prophetae, & doctores. N. 17.
 Cuminum baculo excuti quid sit.
 Cypressus qualis arbor. N. 1. Typus est sapientiae. N. 2.
 Cypressina laquearia doctores Ecclesiae. N. 3.
 Cyprus insula quae.
 Cyrinae.
 Cyrus Rex Persarum.
 Dagon Idolum.
 Damascus metropolis Syriae. N. 1. Praeses eius. N. 2. & 3. Mystice diabolus significat. N. 4. & Gentiles. N. 5. & quomodo iuxta Isaiam ante Christi pueritiam ablata sit fortitudo Damasci. ibidem.
 Damasci grabatum quid sit. N. 7.
 Damnare quomodo accipiatur quis. N. 1.
 Damnationem acquirat quis. N. 2.
 Damnare peccatum. N. 4.
 Damnatio aeterna. V. Bibere. N. 4. & 9.
 D A E M O N, E T D I A -
 bolus.
 Dæmon unde dicatur. N. 1. Quare mutus aliquando dicitur. N. 3.
 Dæmonia peccata uocantur interdum. N. 5.
 Dæmon an uirtute naturali cogi possit ex ire ab obseisis. N. 6.
 Diabolus interpretatur columniator. N. 10.
 Diaboli casus causa sunt peccata duo Superbia, & Inuidia. N. 11. 12.
 Diabolus à Christo uictus. N. 13. & 15.
 Diaboli insidiae aduersus Ecclesiam. V. Absorbere. N. 8.
 Dæmon ligatus à Christo, & soluendus est tempore Antichristi. V. Abyssus. N. 9.
 Dæmon quomodo sit seruus Dei sempiternus. V. Accipere. N. 10.
 Diabolus sub nomine Pharaonis eiectus foras à Christo. V. Aegyptus. N. 10.
 Diabolus supremus fuerat inter Angelos. V. Altitudo. N. 12.
 Diabolus à Domino in Cruce quasi hamo captus. V. Capere. N. 2.
 Diabolus quare circuit. V. Circuire. N. 1.
 Diabolus tentauit Apostolos. V. Cedras. N. 9. & quomodo cibus electus eius sunt iusti. V. Cibus. N. 9.
 Cubat inter reprobos. V. Cubare. N. 2.
 Stat à dextris quando superat peccatorem. V. Dextera. N. 6. Illudatur à iustis. V. Applicare. N. 4.

denotat personarum. N. 14. & 15.
 Nomen Dei *Iehoka* soli Deo infinitoq; tribuitur ab Scriptura, à Prophetis fecus à Gētilibus. N. 16.
 Dei Trinitas lumine solo naturali cognosci non potest, sed ex traditione nouit eam Plato. N. 17.
 Dei nomen per similitudinem attribuitur Angelis. N. 18. & iudicibus & iustis, ibidem. & Dæmonibus. N. 19.
 Deus futura semper verè prædicit non dæmō. N. 20. Quæ attribuuntur Deo, & hominibus aliter Deo cōpetunt, infinito interuallo. N. 21.
 Deum eundem & vnum esse noui & veteris testamēti. Prælu. 2. N. 5. in Dei gloriam omnia esse referenda. V. Abel. N. 1.
 Deus magna reddit illis etiam, qui propter eū parua relinquunt. V. Abraham. N. 1.
 Deus quando dicitur exca care, obdurare, & similia, intelligitur permissiue tantū. V. Abscondere. N. 7. & 9.
 Deus solus cognoscit natura sua occultissimas cogitationes, ibid. N. 15.
 Deus ubiq; V. Accedere. N. 1. & omnibus inuocantibus eum toto corde assistit, ibid. N. 2.
 Ad Deum quomodo accedimus, ibid. N. 5.
 Deus metaphoricè amaricatur nostris peccatis V. Absinthium. N. 4.
 Dei misericordia, in recipiendis ad pœnitentiam peccatoribus. V. Adulterium. N. 6.
 Deus aliquando metaphoricè dicitur ambulare, & aliquando volare. Itē Christus. V. Ala. N. 7.
 Deus propitius dicitur aperire oculos super aliquem. V. Aperire. N. 1. Itē aperit labia sua, ibid. N. 2. & manum. N. 3. & oculos hominis. N. 5. & cor humanum. N. 8. Item os & labia nostra. N. 9.
 Deus aperit flumina. N. 18. & thesaurum iræ. N. 21.
 Deus quare dicitur sedere super Cherubim, & ascendere. V. Cherubim. N. 3.
 Deus charitatem suam commendat. V. Commendare. N. 6.
 Deus creat malum pœne. V. Creare. N. 4.
 Deus dat flatum. V. Dare, & alia multa, ibid. N. 5.
 Deus dicitur denuo aliquid cognoscere, quando facit nos illud cognoscere. V. Appendere. N. 5.
 Deus quomodo non respicit aī iniquitatem, & tamen respicit vias iniqui. V. Aspiciere. N. 6. 8. & 9.
 Deus quomodo affat nobis. V. Astare.

N. 2. & 3.
 Deus bellator fortis. V. Bellum. N. 6.
Dextera & sinistra.
 Dextera dignitatem significat. N. 1. & 2.
 Sedere Christum ad dexteram Patris, quid sit. N. 3.
 Dextera Dei, quid sit. N. 4. Quomodo intelligitur locus Ezechiel, cui iussit Deus dormire super latus dextrum & sinistrum. N. 9.
 Dextera Dei dicitur Christus. N. 12.
Diaconus.
 Ordo sacer ab initio nascentis Ecclesie, & sententia Patrum, & Conciliorum de hoc ordine.
Diadema, quid sit. N. 1.
 Diadema Christi est eius humanitas. Item spinea corona. N. 2. & Ecclesia. N. 3. & iustum iudicium est Diadema. N. 4.
Dies.
 Definitur & multipliciter à variis gentibus inchoatur & diuiditur. N. 1.
 Dies Dominicus quam sacer sit & nobilis. N. 2.
 Dies primus cœpit à luce, & non à tenebris tempore præcedentibus, sed natura. N. 3.
 Dies nouissima, quid in scriptura significet. N. 4. 5. 6. & 7.
 Dies magnus dicitur finalis iudicij. N. 9. & 10. vel magnæ tribulationis, ibid.
 Dies magnus in bonum dies natiuitatis Christi. N. 11. & 12. qui etiam dicitur dies Christi, ibidem.
 Dies sæculi qui dicantur. N. 14.
 Dies Domini quis dicatur. N. 15.
 Dies, qui neque dies sit, neque nox, quis. N. 19.
 Dies ueniens super aliquem est tribulationis. N. 20.
 Dies illa quid significet. N. 25. & 26.
 Dies ligni uitæ, & alia multe phrasés, ibid.
Differre, quomodo accipiatur.
 Difficile, quid & quomodo dicatur in Scriptura.
Digitus.
 Quomodo accipiatur. N. 1. Significat Dei potentiam, ibid. & Spiritum sanctum. N. 2. & 3. & silentium. N. 6.
 Digtum extendere, est infamare. N. 7.
Dignus, quid significet. N. 1.
 Digni operarij pauci. N. 2.

Dignus index, aut prælatus, qualis. N. 3.
 Dignum sponsum, quale. N. 7.
 Condignæ non sunt passionis huius temporis. N. 9.
Dilatare, quomodo accipiatur. N. 1.
 Dilatari pertinet ad Ecclesiam. N. 2. 3. & 4.
 Dilatate os metaphoricè, quid sit. N. 5.
 Dilatate fimbrias erat Phariseorum. V. Collocare. N. 2.
Dilectio Dei.
 Est fortis vt mors. V. Amor. N. 30. & quomodo intelligatur dura sicut infernus æmulatione, ibidem.
 Dilectio Dei plus valet, quàm tota substantia tēporalis. N. 31.
 Quomodo maior dilectio sit ponere animam pro amicis suis, ibid.
 Dilectus dicitur interdum etiam peccator, qui beneficij Dei ad pœnitentiā allicitur, sic dilecta Babylon vocatur, & dilectus populus Iudæorum. N. 33.
 Dilectus candidus & rubicundus, quomodo intelligatur. N. 34.
 Diligere pro prædestinare. N. 35.
 Diligentibus Deum, quomodo omnia cooperantur in bonum. N. 36. Item quid sit diligere Deum ex toto corde. N. 37. Quomodo intelligatur illud 1. Io. 4. Qui non diligit non nouit Deum N. 39. & illud Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo. N. 40.
 Dilectio proximi in Ecclesia primitiua quanta. V. Ægyptus. N. 15. & V. Æmulari. N. 1. & Æmulatio dilectionis dura sicut infernus. N. 3. & Deus Æmulator. N. 2.
 Dilectionis erga proximum forma. V. Abel. N. 10. V. Ala. N. 10. & V. Apprehendere. N. 13.
 Diligentia in salute anime. V. Cingere. N. 3. & V. Consurgere. N. 2. & V. Circuire. N. 5. V. Acidia, per totum.
 Discretio necessaria in distributione & oblatione bonorum. V. Abel. N. 8.
 Discretionis defectus displicet Deo. V. Camelus. N. 1. & V. Dorsum. N. 6.
 Discipulorum Christi schisma. Præl. 1. N. 2.
 Discalciatorum heresis. Præl. 1. N. 6.
 Diluuium uniuersale unum, particularia uero nobiliora, quæ & quando. N. 1.
 Quomodo Deus diluuium inhabitare facit. N. 4.
 Diluuium metaphoricè, quomodo accipiatur;
 Dimittere quot modis accipiatur. N. 1.
 Dimittit Deus peccata. N. 2.
 Dimittere pro derelinquere. N. 6.

Dimittere pro repudiare. N. 7.
 Dimittere locum suum, quid sit. N. 9.
 Diplois uestis.
 Dipfas serpens.
 Dirigere, quid significet, & quomodo Deus dirigat viam nostram. N. 1.
 Dirigit Deus vias Christi omnes. N. 2.
 Directus Spiritus sanctus in aliquem dicitur. N. 6.
 Directa reddidit Deus, quæ praua fuerant. N. 7.
 Directio cordis. N. 9.
 Directio oculorum. N. 10.
 Directa uolūtas patris fuit in manu filij. N. 11.
Discernere & distinguere.
 Discernere pro iudicare. N. 1.
 Discernit Deus Reges super Ecclesiam, id est dignitates & iurisdictionem prælatorū. N. 2. & 3.
 Discernit Deus causam iusti. N. 4.
 Distinctus saphyris venter sponsi. N. 5.
 Distinxit Deus partes orbis. N. 6.
Discere.
 Quid sit. N. 1. malos mores. N. 2. sanam doctrinam. N. 3. 4. & 5.
 Didicit Christus obedientiam secundum humanitatem. N. 5.
 Discipulus an possit esse supra magistrū. N. 9.
 Discere ab æterno Patre, quid sit. N. 7.
 Discunt Iudæi & Gentiles fidem. N. 8.
Discordia.
 Quale malum, & concordia quale bonum ex scripturis ostenditur, & ex Philosophis, & similitudinibus, & exemplis, à N. 1. vsque ad 9.
Dispensare, Dispensator.
 Dispensatores Apostoli, quales. N. 1.
 Dispensatio vocatur tēpus incarnationis Christi. N. 2.
 Dissimulare in bonum & in malū accipitur. N. 1. & 2.
 Dissimulat Deus propter pœnitentiam peccata nostra. N. 3.
Dissoluere, quid sit. N. 1.
 Dissolui petras quid sit. N. 2.
 Dissolui germanitatem inter Iudam & Israël, quid sit. N. 3.
 Dissoluere pactum. N. 4.
 Dissolutus in Scriptura est piger. N. 6.

Istillare, quid sit. N. 1.

Distillant labia Christi Myrrham. N. 2.
Distillat labia Ecclesie. Et labia meretricis dulcedinem diuersimode. N. 3.

Distribuere quid sit. N. 1.

Distribuere domos Sion. N. 2.
Distribuit Deus hereditatem populo suo. N. 3.
Distribuit spolia Satanæ. N. 4.
Distribuit quinque panes multiplicatos in quinque millia hominum. N. 5.

Diuertere quid sit, & diuersorium.

D I V E S.

Qui dicatur. N. 1.
Diuitie Dei, quales. N. 2. & 3.
Diuitie seculares indifferentes. N. 4. 5. & 6.
Diuitie propter malum vsum vituperantur, & ab Scriptura, & à Patribus, & à Philosophis gentium. N. 6. & 7. Vbi ponuntur sententia Euripidis, Theophrasti, Socratis, &c. & sanctorum Hierony. August. Gregor.
Diuitiarum secularium finis. V. *Abcondere.* N. 17.
Diuites qui habent domos æstiuas & hyemales reprehenduntur. V. *Æstas.* N. 5. & N. 10
Diuiti post mortem in peccato mortali omnia auxilia nihil profunt. V. *Antiquum.* N. 17.
Saluari diues potest si onus deponat. V. *Camelus.* N. 3.

Diuites exaltat abundantia. V. *Abissus.* N. 3.
Diues peccator Æthiops vocatur. V. *Chusi.*

D O C E R E, D O C T O R.

Docere per excellentiam proprium est Dei. N. 1. 2. 3. 4. 5.
Doctor est Christus. N. 6.
Docuit Deus artem militarem. N. 9.
Docet beatos in celo. N. 10.
Docibiles Dei sunt vere Christiani. N. 12.
Doctrina & veritas in rationali Pontificis quid fuerit. N. 20.
Doctor Ecclesie Spiritus sanctus. N. 5.
Docere pertinet ad sacerdotes. N. 7.
Doctores suos interdum superat seruus Dei. N. 11.
Docti apud Danielem qui sint. N. 15.
Doctores Ecclesie ex infidelitate conuersi. V. *Abies.* N. 6.
Doctores errorum vitandi. V. *Alsymbium.* N. 5.
Doctores per virgas amygdalinas significati. V. *Amygdalus.* N. 3.
Doctores tigna cedrina. V. *Cedrus.* N. 12.
Doctor per chrysolitum significatur. N. 3.
Doctor dicitur cibum. V. *Cibus.* N. 11.

Doctor qua prudentia allicere debet auditores. V. *Cineus.*

Doctor cingitur tintinabulis. V. *Cingere.* N. 2.
Doctor prauus qui. V. *Dolus.* N. 7.
Doctor per Beseleel figuratur. V. *Beseleel.*
Doctrina Ecclesie est vinum cum lacte. V. *Bibere.* N. 11.
Dolor, quid. N. 1. *lectus Doloris.* N. 2.
Dolus, quid sit. N. 1.
Dolus Ephraim. N. 5.
Dolosa statera. N. 7.
Dolosa plaga. N. 8.
Dolosa lingua, quæ sit. V. *Apponere.* N. 7.

D O M I N V S.

Dominus definitur. N. 1. *per excellentiam solus Deus ibi.* & N. 2.
Dominus virtutum de solo Deo dicitur. N. 3. & *Dominus dominantium.* N. 4. & *Dominator Dominus, & Dominus mortificans & uiuificans.* N. 5. & 6. 7.
Dominus messis. *Dominus Sabbati, & Dominus gloriæ solus Christus.* N. 8. & 9
Diobus dominis seruire, quid sit. N. 18.
Dominationes Angeli, qui. N. 19.
Quomodo intelligitur illud Psal. Dixit Dominus Domino meo. N. 20.
Vir dominatur foemina. N. 13.
Homo quomodo dominetur creaturis irrationalibus. N. 12.

D O M V S.

Sumitur pro familia. N. 1.
Dua domus Israel, quæ sint. N. 2.
Domus Dei Ecclesia Catholica. N. 4. 5. 6. 7.
Item vocatur Domus Iacob, & Domus David, & Domus Dei pro caelesti patria. N. 11. 12. & 13.
Domus magna & domus impij est hic mundus. N. 14.

D O N V M.

Quid sit & quare donum vocetur Spiritus sanctus. N. 1. 2. 3.
Dona creata. N. 4. 5. 6. 7. 8.

D O R M I R E.

Non competit proprie Deo. N. 1. *Sed metaphoricè.* N. 2.
Dormire pro mori. N. 3. & 4.
Dormire in parabola zizaniorum, quid sit. N. 5.
Dormire pro contemplatione & pace spirituali. N. 8. & 9.
Dormire inter medios clericos. V. *Columba.* N. 7.
Dorsum metaphoricè ostendit Deus iratus. N. 1. *vide alias phrasas.* N. 2. 3. 4. & 5.
Dorsum columbae in pallore auri. N. 6.

Drachma quantum valeat. N. 1. *quid significet drachma quam perdidit mulier in Euagelio.*

D R A C O.

Quod genus serpentis sit. N. 1.
Draconum habitatio fit ciuitas desolata. N. 2.
Draco metaphoricè rex Babylonis. N. 3
Planctus Draconum qualis. N. 4.
Draconem qui adorauerunt. N. 7. *Draco diabolus.* *ibidem.*
Dromedarij ex Camelis qui dicantur. Et quod quadraginta leucas diebus singulis conficiant cursu velocissimo.

Ducere quid sit. N. 1.
Ducere vnum quodq; ad terminum suum solius Dei est. N. 2.
Duxit diuinitas humanitatem ad opera mirabilia patrum. N. 3.

Duxit Deus Ecclesiam ad solitudinem quando. N. 4.
Ducit Deus per ignem electos. N. 5.

Deducit Deus ad inferos & reducit. N. 7.
Ductus est Christus ab spiritu in desertum. N. 11 & qui dicatur duci spiritu Dei. N. 12. & 13.
Ductus candelabrum est Ecclesia. N. 14.

Dulcedo qualis sapor. N. 1.
Dulcedo mundi vana. N. 2.
Dulcedine mixta sunt mendacia hæreticorum. N. 3.

Dulcia sunt verba Dei palato sano.
Dulcis est Christo vox laudis & prædicatio veritatis, & vera confessio peccatorum. N. 6. 7. & 8.

Dulcedo animæ consolatio spiritualis. N. 9.
Duplex quid dicatur, & spelunca duplex Abraham. N. 11.

Duplicia quomodo recepit Herusalē. N. 2. 3.
Duplicia possidere in terra sua, quid sit. N. 4.
Duplex in scriptura multum significat in quacunq; proportionem. N. 6. & 7.

Duplicibus vestiri, quid sit. N. 8.
Quomodo fecerit Deus omnia duplicia. N. 9.
Duplex malum. Duplex lingua, Duplex peccatum, & Duplex tribulatio, quomodo intelligantur. N. 10. 11. 12. 13.

Duplex spiritus quid sit. N. 14.
Duplicia præmia. V. *Annuntiare.* N. 3.
Durum quid dicatur. N. 1.

Dura Dei manus. *ibidem.*
Durissimum iudicium. N. 2.
Dura visio Prophecia. N. 3. *Sermo Durus.* N. 4
Dura via. N. 5.
Dura frons & facies. N. 6.

D V X.

Quis esse dicatur, & quomodo Erodius domus

fit passerum Dux. N. 1.
Dux de tribu Iuda quomodo non defecit vsq; ad Aduentum Christi. N. 2. 3. 4.
Dux qualis esse debet secundum sententiam Scripturæ, & Patrum, & Philosophorum Gentilium.

Ebur Antiquum quid denotet historice, & mysticè. V. *Antiquum.* N. 5.

E C C L E S I A.

Ecclesie firmitas & stabilitas. V. *Deficere.* N. 12
& V. Colligere. N. 11. & etiam. V. *Æstificare.* N. 2. & de eius ædificatione vaticinia Prophetarum. *ibidem.* N. 3. 5. 6. & 7. & V. *Appendere.* N. 3. & V. *Arcturus.* N. 3. & V. *Adamas.* N. 1. & V. *Abcondere.* N. 22. & V. *Abfondere.* N. 3.

Ecclesia quomodo admirabilis sit. V. *Admirari.* N. 6.
Ecclesia vniuersalis vna. V. *Adolescens.* N. 4.
Ecclesia ædificata ad Austrum Spiritus sancti. V. *Ciuitas.* N. 18.

Ecclesie mille minæ tyrannorum nocent. V. *Agitare.* N. 2.
Ecclesia nullum genus hominum respuit si respicere velit. V. *Ammon,* & portæ eius non clauduntur. V. *Claudere.* N. 10.

Ecclesie locus angustus in Iudæa. V. *Angustus.* N. 1.
Ecclesie caput vt Carmelus. V. *Caput.* N. 19.
Ecclesia vt castrorum acies. V. *Castra.* N. 4. 5. 6.

Ecclesie rabida persecutio cessauit virtute Christi. V. *Cessare.* N. 10.
Ecclesia dat cibaria doctrine. V. *Cibus.* N. 14.
Ecclesia circumdata est varietate. V. *Circundare.* N. 6. & 8.

Ecclesia comedit fortitudinem gentium. V. *Comedere.* N. 2.
Ecclesia non confunditur propter tormeta martyrum. V. *Confundere.* N. 6.
Ecclesie excellentia super templum legale. V. *Domus.* N. 9.

Ecclesie dicitur apud Isaiam consergere. V. *Consergere.* N. 6
Ecclesia vocatur ad coronam. V. *Corona.* N. 8.
Ecclesia non vocabitur desolata. V. *Desolare.* N. 3.

Ecclesie Cathedrales Episcopis distribuendæ. V. *Distribuere.* N. 2. & 3.
Ecclesie autoritas in expositione Spiritus sancti. *Præudio.* N. 2. 3. 4.
Ecclesia columba cum dorso aureo. V. *Dorsum.* N. 6.

Ecclesia tribulationibus creuit. V. *Ducere*. N. 14.
 Ecclesia ascendit de paruo principio. V. *Ascendere*. N. 7.
 Ecclesia quare comparatur Auroræ. V. *Aurora*. N. 4. & quare dicitur virgula fumi. V. *Baculus*. N. 11.
 Ecclesia primordia. V. *Amygdalus*. N. 2.
 Ecclesia non deserenda. V. *Derelinquere*. N. 6. & V. *Describere*. N. 1.
E L E E M O S Y N A.
 Eleemosynam debilioribus facere est pretiū canis offerre Deo. V. *Canis*. N. 2.
 Eleemosyna an facienda sit peccatori. V. *Bonum*. N. 30.
 Eleemosynam quam pauperi facimus Christus accipit. V. *Accipere*. N. 9.
 Eleemosynam facientes Angelos vt hospites receperunt. V. *Angelus*. N. 24.
 Eleemosyna qualis esse debet. V. *Claudus*. N. 2.
 Eleemosyna præmium. V. *Dare*. N. 5. & V. *Deficere*. N. 2.
 Quomodo facienda. V. *Distribuere*. N. 5. & V. *Arena*. N. 3. & V. *Serzelai*, non erit in obliuione.
 Ecstasis vnde nascatur. V. *Deuotio*. N. 2.
E L I A S.
 Elias, & Enoch duo candelabra aurea. *Candelabrum*. N. 6.
 Verus Elias Thesbytes venit tempore Antichristi. *ibidem*.
 Eliæ spiritus duplex. V. *Duplex*. N. 14.
 Eloquia pulchritudinis doctrina sunt Christi. V. *Cervus*. N. 2.
 Errores insignium authorum in computatione dierum, horarum & minorum anni solaris. V. *Annus*. N. 8.
E V A N G E L I V M.
 Euangelia quatuor significata per quadrigas Aminadab. V. *Aminadab*.
 Evangelica doctrina prius videtur amara vt mare, deinde lætissima vt Chrysolitus. V. *Chrysolitus*.
 Euangelistarum perfectio denotatur in alis fenis animalium Ezechielis. V. *Ala*. N. 4.
 Evangelica doctrina quare dicatur panis arctus. V. *Angustum*. N. 6.
 Evangelica doctrina superat omnes Philosophos. V. *Dignum*. N. 7. & sola sustentat spiritualiter. V. *Appendere*. N. 6.
 ¶ Eva virgo fuit in paradiso. V. *Abel*. N. 2.
E V C H A R I S T I A.
 Eucharistia cōtinet verum corpus Christi. V. *Corpus*. N. 1.

De Eucharistia. V. *Bibere*. N. 13.
 Eucharistia vsus in Ægypto recens ad fidē conuersa. V. *Ægyptus*. N. 16.
 Eucharistiam sumere sine probatione sui nemo debet. V. *Calor*. N. 5. & V. *Altare*. N. 7.
 Eucharistia mysteria inuoluta portant sacerdotes. V. *Caath*.
 Eucharistia conuiuium. V. *Conuiuium*. N. 3. & V. *Declinare*. N. 10. & V. *Dare*. N. 4.
 Eucharistia consecratur in memoriam Christi. V. *Appendere*. N. 4.
 Eucharistia quibus præbet delicias. V. *Aser*. figuratur in cōuiuiu Assueri. V. *Assuerus*. N. 2.
 De Eucharistia. V. *Atriu*. N. 3. & V. *Dare*. N. 9.
 Euentus rei ostendit in quo sensu sit accipiendum quod alias in Prophetis erat ambiguum. V. *Abbreviare*. N. 6.
 Exire per aperturas quid sit. V. *Aperire*. N. 31.
E X E M P L V M.
 Exempla sanctorum attendenda. V. *Cauerna*. N. 5.
 Exemplum bonorum operum. V. *Color*. N. 2.
 Exempla sanctorum armatura fortium. N. 5.

Festa seruanda. V. *Auertere*. N. 15.
F I D E S.
 Fides Christiana efficit homines filios Abraham. V. *Abraham*. N. 7.
 Fidei gressibus ad Deū appropinquamus. V. *Accedere*. N. 4.
 Fides charitate est informanda vt ardeat. V. *Accipere*. N. 19.
 Fides sine operibus figurata in Camelis ruminantibus vngue indiuisa. V. *Camelus*. N. 1.
 Fides clypeus est. V. *Clypeus*. N. 4.
 Fideles mysteria gratiæ tecta portant. V. *Caath*. N. 2.
 Fidelium oculi non caligant sicut oculi Pharisæorum. V. *Caligo*. N. 5.
F I L I V S.
 Filij Dei aliter appellantur Christiani quam olim Iudæi. V. *Abba Pater*.
 Filiorum appellatione prouocat nos Deus ad omne genus pietatis. *ibidem*.
 Filios habere donum Dei esse. V. *Abel*. N. 3.
 Filij Dei adoptiui dicuntur iusti. V. *Adoptare*. N. 2. & Christus non est filius adoptiui. *ibidem*.
 Filius Prodigus anulum accepit in pignus castis hereditatis. V. *Anulus*.
 Filiorum multitudo. V. *Apis*. Hieronymus Rex Arabia sexcentos habuit filios. *ibidem*.
 ¶ Famine detecto capite in Ecclesia offendunt

dunt Angelos, & quare. V. *Angelus*. N. 15.
 Fœminæ in Ecclesia quare non debent docere. V. *Docere*. N. 19.
 Fornicarius. V. *Auis*. N. 8.
 Fornicaria fœmina multos perdidit. V. *Deijcere*. N. 3.
 Fornicarius ardere dicitur. V. *Ardere*. N. 9.
F O R T I T V D O.
 Fortitudo pugnandi contra spirituales hostes magna virtus. V. *Accingere*. N. 5.
 Fortitudo prædicatorum & prælatorū. V. *Æs*. N. 4. & 5. & V. *Adamas*.
 Fortitudo. V. *Achates*.
 Fortitudo Ecclesiæ. V. *Adamas*. N. 1.
 Fortitudo dilectionis Dei. V. *Dilectio*.
 Fortitudo concordia. V. *Discordia*. N. 1.
 Futura certo prædicere signū Dei est. V. *De^o*. N. 20.
 Gabrielis Angeli virtutes. V. *Chrysolitus*. N. 2.
 Galeus Medicorū princeps in numero dierū, & minorū anni solaris errauit. V. *Ann^o*. N. 8.
G E N T E S.
 Gentes primogenituram Iudæorum abstulerūt. V. *Abel*. N. 9.
 Gentium principes per Abietē significantur. V. *Abies*. N. 2.
 Gentium ad fidem vocatio. V. *Adducere*. N. 4. & V. *Carmel*. N. 4. V. *Caro*. N. 6. & V. *Cedar*. N. 4. & V. *Cedrus*. N. 7. V. *Colere*. N. 5. V. *Collis*. N. 8. V. *Buxus*. N. 2. V. *Congregare*. N. 11. & 16. V. *Consequi*. N. 5. V. *Conuertere*. N. 14. V. *Cubare*. N. 9. & 10. V. *Demittere*. N. 3.
 Gentilitas Zach. 11. quare decor appelletur. V. *Decor*. N. 16.
 Gentium conuersio. V. *Dies*. N. 27. & 28. V. *Dilatare*. N. 2. 3. & 4. V. *Docere*. N. 1. V. *Dominus*. N. 10. & V. *Domus*. N. 6. & V. *Drachma*. & V. *Draco*. N. 3. & V. *Dromedarius*. V. *Apparere*. N. 15. V. *Applicare*. N. 1. V. *Apponere*. N. 3. V. *Apprehendere*. N. 15. V. *Auster*. N. 14. V. *Arare*. N. 4. V. *Ardere*. N. 11. V. *Aridum*. N. 2. & 3. V. *Aries*. N. 13. & 14. V. *Ascendere*. N. 10. V. *Æthiopia*. N. 4. & 5. & V. *Africa*.
 Geometriam vtilem esse. V. *Describere*. N. 5.
 Gigantes stature quasi cedri. V. *Cedrus*. N. 11.
G L O R I A.
 Gloria vana. V. *Adeps*. N. 2. & V. *Declinare*. N. 6. & 7. & V. *Draco*. N. 5. & V. *Dulcedo*. N. 7. & V. *Duplex*. N. 10.
 Gloria cælestis. V. *Beatitudo*. V. *Atrium*. N. 3. & 4. V. *Hier*.

Gratia auxiliū sufficiens nemini denegatur in vita mortali, sed efficax negatur obstinatis. V. *Auxilium*.
 Gratiam capitis solus Christus habuit vt posset eā non resistentibus cōmunicare. V. *Dare*. N. 21.
 Gratiam & gloriam solus Deus dat. *ibidē*. N. 10.
 Gratia Dei necessaria vt peccator conuertatur contra Pelagium. V. *Conuertere*. N. 2.
 Gratia ius est ad gloriam. V. *Ciuitas*. N. 22.
H.
H Æ R E S I S, H Æ R E T I C V S.
 Hæreses vt venti tempestatem excitant. V. *Cesare*. N. 8.
 Hæresis Photimi, Marcionis, Arrii, Manichei, Orig. Macedonij, Nestorij, Eutichij, Pseudoapostolorū, Seleucij, Hermij, Montani, Cataphrigarū, Armemorij, Arnoldistarū, Græcorū, Iouinianij, Discalciorū, Vadianorū, Vallesiorū, Abailardi, Valdensū, Nazarecorū, Hebionitarū, Florianorū, Blasti, Coluthianorū, Messalianorū, Circūcelionū Apollinarij, Pelagij, Lutheri, & omnium fere qui propter scripturas male intellectus errant refutantur breuiter Præludio. 1. per totum. Item refutatur *ibidē* hæresis eorū, qui dicebant neminem posse saluari nisi ligneam crucem portaret. *Hæresiarum* cōculcant reliquias pacis sue. V. *Calcere*. N. 12.
 ¶ Omnes hæretici sunt ab Ecclesia Romana confracti. V. *Columna*. N. 3. Hæretici per caudā scorpionum intelliguntur. V. *Cauda*. N. 5.
 Hæreticus quare dicitur proprio iudicio condēnatus. *Hæreticorum* dulcedo amarissima. V. *Dulcedo*. N. 3. & 4.
 Hæreticorum inconstantia. V. *Cedar*. N. 2.
 Hebdomada Danielis abbreviata quomodo computentur. V. *Abbreviare*. N. 2. & 6.
 Hebraice dictiones remanserunt nonnullæ non versæ post translationē Septuag. V. *Abba Pater*. N. 1. & quare.
 Herodes in sua morte attulit sanctis lætitiā. V. *Abies*. N. 3.
 Herodes turbandus in die Epiphaniæ Christi prædicator. V. *Æthiopia*. N. 8.
 Herodes nece Ioānis an fuerit vere tristatus. V. *Contristare*. N. 2.
H I E R V S A L E M.
 Hierusalem materialis vocatur ciuitas sancti. V. *Ciuitas*. N. 11. *Ciuitas Hierusalem* pro terrena sumitur. *ibidem*. N. 17. 18. & 19.
 Hierusalem pro Ecclesia Christi sumitur. *ibidē*. N. 12. 13. 14. 15. 16. *Muri Hierusalem* pro Ecclesiæ ptectione. V. *Adificare*. N. 5. & 7.

H O M O.

Numerus hominum qui saluabuntur erit equalis numero sanctorum Angelorum. V. *Ada.* N. 5.
 Hominis lex dicitur ut homo suae posteritati prouideat, & si bene egerit praemium recipiat. V. *Adam.* N. 6.

Hominum tertiam partem damnari quomodo fit intelligendum. V. *Arbor.* N. 6.

Homo quomodo filius aliquando diaboli dicitur, & aliquando filius Dei. *Praeludio.* 1. N. 4.

Homicidium detestabile. V. *Ahaba.*

Honor mundanus stulte ab ambiosis quaritur. V. *Abel.* N. 16.

H V M I L I T A S.

Humilium exaltatio, & superbiorum deiectio. V. *Abies.* N. 7.

Humilitatis fructus. V. *Ablastare.* N. 1. & 2. & V. *Accedere.* N. 5.

Humilitas necessaria est tempore consolationis ibidem. N. 3.

Humilitatis exemplum nobis Christus dedit singulare. V. *Accingere.* N. 6.

Humilitatis similitudine apum commendatur. V. *Apis.* N. 2. & per Cinnamomum significatur. V. *Cinnamomum.*

Humiles crescunt in oculis Dei. V. *Crescere.* N. 6.

Humilitas est custos omnium virtutum. V. *Custodire.* N. 7. & V. *Discere.* N. 4.

Humilibus assistit Deus. V. *Assistere.* N. 3.

Humilioribus Deus maiora tribuit bona. V. *Beniamin.* N. 5.

H Y P O C R I T A.

Hypocritae punitio. V. *Abisac.*

Hypocrita quomodo abneget virtutem. V. *Abnegare.* N. 2. & quomodo puniatur. V. *Abforbere.* N. 2.

Hypocritae conscientia mala. V. *Accedere.* N. 3.

Hypocritae aliquando Deum quaerunt, & non inveniunt. V. *Accedere.* N. 7.

I A C O B.

Quomodo sit iustitatus cum Angelo. V. *Angelus.* N. 13.

Iacobus Apostolus frater Ioannis lapide pretioso Chalcedonio comparatur. V. *Chalcedonius.*

Idola in sacra scriptura saepe abominatio vocantur. V. *Abominari.* N. 1.

Idea non fuerunt creatae. V. *Creare.* N. 3. contra Rupertum.

I E I V N I V M.

Ieiunium afflictionis in scriptura saepe vocatur ad affligendam animam contra hereticos. V. *Assigere.* N. 2.

Ieiunium fugat daemones. V. *Aridum.* & plura de ieiunio vide in Elencho Euangeliorum totius anni in feria. 4. cinerum.

I E S V S.

Iesus nomen admirabile. V. *Admirari.* N. 2.

Iesus puer non est inuentus inter cognatos. V. *Cognatus.* N. 3.

Iesus nos docuit exemplo suo fugere otium. V. *Accidia.* N. 4.

Iesus est caput sicut carmelus circuncisus. V. *Caput.* N. 18.

Iesus id est saluator nunquam obliuiscitur nominis sui. V. *Depicere.* N. 10. Praeterea de nomine Iesu vide plura in Elencho sequenti Euangeliorum totius anni in festo Circumcisionis.

I G N I S.

Ignis alienus quis dicatur in Leuitico. V. *Alienare.* N. 5.

Angeli quomodo dicantur Ignis. V. *Angelus.* N. 4.

Deus quomodo ignis appelletur. V. *Consumere.* N. 2.

Ignis significat iram Dei. V. *Ascendere.* N. 5.

Ignis corporalis inferni quomodo cruciat animas. N. *Cruciare.* N. 2.

Ignis significat charitatem. V. *Amor.* N. **I G N O R A N T I A.**

Ignorantia sui ipsius vituperatur. V. *Abire.* N. 10.

Ignorantia fugienda per studium sanae doctrinae. V. *Dicere.* N. 3. 4. & 5. & V. *Adolescens.* N. 5. vide ibi decreta Concilii de instituentis vniuersitatibus ubi ad fugandam ignorantiam magistri publici liberalium artium sint.

Impiorum corda a daemone possidentur. V. *Abyssus.* N. 9. vide infra. V. *Peccator.*

Incarnationis mysterium comprehendere nequit. V. *Calceamentum.* N. 2.

I N D I G N V S.

Indignis conferre dignitates quantum sit nefas. V. *Aestas.* N. 2. & V. *Aceruus Mercurij.* N. ultimo. vide in Elencho Euangeliorum in festo Iacobi Apostoli.

Indignus conferre dignitates quantum sit nefas. V. *Aestas.* N. 2. & V. *Aceruus Mercurij.* N. ultimo. vide in Elencho Euangeliorum in festo Iacobi Apostoli.

Indignus conferre dignitates quantum sit nefas. V. *Aestas.* N. 2. & V. *Aceruus Mercurij.* N. ultimo. vide in Elencho Euangeliorum in festo Iacobi Apostoli.

Indignus conferre dignitates quantum sit nefas. V. *Aestas.* N. 2. & V. *Aceruus Mercurij.* N. ultimo. vide in Elencho Euangeliorum in festo Iacobi Apostoli.

Indignus conferre dignitates quantum sit nefas. V. *Aestas.* N. 2. & V. *Aceruus Mercurij.* N. ultimo. vide in Elencho Euangeliorum in festo Iacobi Apostoli.

Indignus conferre dignitates quantum sit nefas. V. *Aestas.* N. 2. & V. *Aceruus Mercurij.* N. ultimo. vide in Elencho Euangeliorum in festo Iacobi Apostoli.

Indignus conferre dignitates quantum sit nefas. V. *Aestas.* N. 2. & V. *Aceruus Mercurij.* N. ultimo. vide in Elencho Euangeliorum in festo Iacobi Apostoli.

Indignus conferre dignitates quantum sit nefas. V. *Aestas.* N. 2. & V. *Aceruus Mercurij.* N. ultimo. vide in Elencho Euangeliorum in festo Iacobi Apostoli.

Indignus conferre dignitates quantum sit nefas. V. *Aestas.* N. 2. & V. *Aceruus Mercurij.* N. ultimo. vide in Elencho Euangeliorum in festo Iacobi Apostoli.

Indignus conferre dignitates quantum sit nefas. V. *Aestas.* N. 2. & V. *Aceruus Mercurij.* N. ultimo. vide in Elencho Euangeliorum in festo Iacobi Apostoli.

Indignus conferre dignitates quantum sit nefas. V. *Aestas.* N. 2. & V. *Aceruus Mercurij.* N. ultimo. vide in Elencho Euangeliorum in festo Iacobi Apostoli.

I N F I D E L I S.

Infidelibus dat Deus praemia temporalia pro bonis operibus moralibus. V. *Aegyptus.* N. 11.

Infidelium ceteris paribus minor est poena quam Christiani reprobi. V. *Aegyptus.* N. 11. & V. *Aes.* N. 10.

Infidelium ceteris paribus minor est poena quam Christiani reprobi. V. *Aegyptus.* N. 11. & V. *Aes.* N. 10.

I V D E V S.

Iudaei propter suam ingratitude traditi sunt Romanis. V. *Bestia.* N. 5.

Iudeorum primitiae Apostolice conuersi sunt ad fidem. V. *Abies.* N. 2.

Iudeorum obduratio. V. *Abominari.* N. 5. & V. *Adamas.* N. 4. & V. *Admirari.* N. 3.

Iudeos tradit Deus conculcandos nationibus tribus de causis. V. *Calcere.* N. 13.

Iudaica iustitia auis discolor. V. *Color.* N. 3.

Iudaei Aspidum oua raperunt. V. *Aspis.* N. 3. & fuerunt Aspides furdæ. ibid.

Iudeorum reliquiae conuertentur. V. *Delinquere.* N. 3. & V. *Discere.* N. 8. & V. *Amphora.* N. 3.

I V D E X.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Index quando damnat reum eiusdem delicti in quo ipse est cum scandalo, condemnat seipsum. V. *Condemnare.* N. 4.

Infidelium vocatio ad fidem vide infra. V. *Gens.*
 Infideles in die iudicij accusabuntur a suis cogitationibus. V. *Cogitatio.* N. 14.

Infideles omnes recipit Ecclesia ad baptismum si velint resipiscere. V. *Ammon.*

I N F I R M I T A S.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

Infirmitatibus quasi carcere detinentur electi ne peccent. V. *Carcer.* N. 1. V. *Abysinthium.* N. 3.

I V S T I T I A.

Iustitia bonorum operum abundat in lege gratiae per Christum. V. *Abbreuiare.* N. 7.

Iustitia imperfecta sine gratia Christianis non sufficit, neque virtutes morales. V. *Abominari.* N. 3. & V. *Abundare.* N. 4.

Iustitia imperfecta sine gratia Christianis non sufficit, neque virtutes morales. V. *Abominari.* N. 3. & V. *Abundare.* N. 4.

num. N. 7. & incarnatio Christi. N. 8. resurrexio mortuorum. N. 9.

M V L I E R.

Mulier amicta sole Maria virgo. V. Apparere. N. 7.

Mulier quæ circumdedit virum est Maria. V. Circundare. N. 7. est & ipsa mulier quæ conuertit caput serpentis. V. Caput. N.

Mulier & unum faciunt apostatare. V. Apostata. N. 4.

Mulieres sanctæ prædicauerunt Apostolis resurrectionem Christi. V. Aridum. N. 12.

Mulier in ciuitate peccatrix ad Christum conuersa, vide in Elencho Euangeliorum in festo Magdalena.

Mulier Martha nomine, vide in Euangelio festi Assumptionis Mariæ.

M V N D V S.

Mundus iste an Angelis sit subiectus. V. Angelus. N. 20.

Mundus in suis nundinis vendit virtutes apparentes pro veris. V. Codcod.

Mundus dicitur ciuitas vanitatis. V. Ciuitas. N. 21

Mundo & Deo seruire nemo potest. V. Angustum. N. 2. & V. Camelus. N. 2.

Mundani vocantur glares coccyti. V. Coccytus. Mundi bona aqua cisternæ. V. Aqua. N. 12. & 16.

Mundus magna domus. V. Domus. N. 14.

Muri Hierusalem quos Dauid Psalm. 50. petit ædificari an materiales sint, an vero spirituales. V. Aedificare. N. 7. & quis sit eius murus. ibidem, & antemurale.

Murus æreus Ecclesiæ est predicator constans. V. Aes. N. 4. & V. Brillum. N. 12.

Murus ciuitatis sunt iusti. V. Ciuitas. N. 3.

Murmurare. V. Dens. N. 11. & V. Detractio.

N.

NABUCHODONOSOR.

Nabuchodonosor Rex Chaldeorum insignis, qui cepit Hierusalem, significatur per columbam, & per leonem. V. Columba, & vocatur Aquila. V. Cedrus. N. 9.

Nabuchodonosor licet ad tempus poenitentiam egerit fructuosam, tamen relapsus creditur & damnatus. V. Cadaver. N. 2.

Nabuchodonosor accepit à Deo in præmium expugnationis Tyri terram Ægypti. V. Ægyptus. N. 11. quamuis Hieronymus dicat se non legisse in historiis prophanis Nabuchodonosor Tyrum insulam cepisse, legitur tamen vt allegat Iosephus, vide V. Calcare. N. 15.

Natiuitas Christi annus qualis fuerit. V. Annus. N. 39.

Nephtalim typus Christi. V. Cernus. N. 2.

Neomenia quid sit. V. Calendæ. & cuius rei figura. ibi. & quod Iudæi ad fidem Christi conuersi non tenebantur Neomenias celebrare. ibidem. N. 4.

Nobilitas vera virtus est. V. Abraham. N. 6.

N O E.

Noe diluuium. V. Diluuium. N. 1.

Noe quomodo sit consolatus generationem suam. V. Consolari. N. 7.

Noe in arca fabricanda vsus est mensura cubiti Geometrici. V. Arca. N. 1.

Noe anni erant sicut nostri. V. Annus. N. 1

Nominum mutatione diuina autoritate facta, natura per gratiam perfici solet. V. Abraham. N. 4.

Nubes leuis supra quam Dominus ascendit, vt ingrederetur Ægyptum qualis fuerit. V. Ægyptus. N. 12.

Nuptias Dominus præsentia sua confirmauit. V. Adiuuare. N. 5.

O.

O B E D I E N T I A.

Obedientia & inobedientia. V. Agar. & V. Demittere. N. 2.

Obedire prælatis est obedire Deo. V. Aqua. N. 19.

Obedientiæ præmium. V. Anathot.

Obedientia turris initium & mensura bonorum spiritualium. V. Anameel.

Obstinatum in quo sensu nemo potest arguere. V. Auertere. N. 16.

Odiū proximorum. V. Abire. N. 8.

Odisse quomodo potest Deus peccatores quos creauit. Præludio. 2. N. 1.

Opera sine charitate facta neminem saluant. V. Abundare. N. 4.

Operatur quomodo semper Deus, Præludio. 2. N. 4.

Operari debemus. V. Acidia. per totum.

Orationes sanctorum Deo acceptæ. V. Abel. N. 6.

Oratio petentiū à Deo mundana dorsum Deo vertit. V. Altare. N. 2.

Oratio in quo sensu non impetrat nisi in nomine Christi. V. Altare. N. 11.

Orationes iustorum offerunt Angeli Deo. V. Angelus. N. 16.

Oratio sine attentione despicitur à Deo. V. Carmen. N. 4.

Ordo Deo placet & contra confusionem irascitur. V. Alexandria.

Ordinem seruant etiam demones in tentandis iustis vt eos prosterant. V. Angustum. N. 8.

Ordo diuersorum graduū in ecclesia. V. Arca. N. 2

Origini errores Præludio. 1. N. 3. & 5.

Ostarius est Spiritus sanctus. V. Aperire. N. 13

O T I V M.

Otium homine esse indignum. V. Abraham. N. 3. & V. Acedia. ferè per totum vituperatur testimonii Spiritus sancti, & Sanctorum, & Philosophorum.

De otio V. Ager. N. 3.

Otiosi quales sunt. V. Domus. N. 15. & V. Arena. N. 3. inter otiosos requiescit diabolus. V. Circundare. N. 11.

Anni in otio transacti non computantur in sacra scriptura. V. Annus. N. 12.

¶ Panis Angelorum est in Sacramento altaris nõ nisi mundo corde comedendus. V. Abiatur.

P A S T O R.

Pastoralis ars in Abel habuit initium, est & contemplationi apta. V. Abel. N. 4.

Pastor debet visitare subditos suos. V. Abducere. N. 9.

Pastoris mali poena. V. Brachium. N. 17.

Pastor quando dicitur oues dimittere. N. 14.

Pastoralis Dei cura erga electos. V. Baculus. N. 12.

Pastores gauisi sunt nato Domino. V. Campus.

Pastoris Christi cura de ouibus suis. V. Accubare. N. 2. Vide in elencho Euangeliorum Dominica. II. post Pascha.

P A V L V S.

Quare vocat se Apostolum & Doctorem gentium. V. Apostolus. N. 6.

Paulus ex lupo agnus. V. Accubare. N. 4.

Paulus vigesimo nono annorum vocatur adulescens. V. Adulescens. N. 1. Idem in mentis excessu similis Beniamin. ibidem. N. 4.

P A V P E R T A S.

Paupertas spiritus qualis. V. Duplex. N. 1.

Pauperes voluntarij. V. Ascendere. N. 8.

Pauperes exaltantur vt palma. V. Cades. N. 3.

Pauperes Apostolos elegit Deus. V. Caminus. N. 2.

Pauperes foeminae perfectæ habebunt iudicariam potestatem. V. Debora.

Pauperes cogendi etiam vt capiant eleemosynam. V. Cogere. N. 2.

Pauperum specialissimam curam habet Deus. V. Derelinquere. N. 4.

P A X.

Pax totius orbis prædicta. V. Arcus. N. 6. & ar

cus in nubibus signum pacis. ibi. N. 14.

Pacis signum conscindere gladios. V. Conscindere. N. 2. & V. Accubare. N. 4.

Pax qualis in lege gratiæ secundum scripturas. V. Bellum. N. 3. & 4.

Patrem familias subditi solent imitari. V. Derelinquere. N. 5.

P E C C A T V M.

Peccatum dicitur mors in scriptura Præludio 2. N. 3.

Peccati excusatio mala. V. Abscondere. N. 3.

Peccata patrum redduntur in filiis Præludio. 2. N. 1.

Peccatorum quatuor genera clamantium ad Deum V. Abel. N. 10.

Peccata quantacunque posse à Deo remitti. ibi dem. N. 12.

Peccata Superioris permittit aliquando Deus ad cautelam subditorum. V. Abies. N. 8.

Peccatum vnus hominis aliquando est occasio vt plurimi puniantur. V. Acerbus. N. 1. & V. Achan. lib. 1. cap. 32.

Peccati acerbitas. V. Acerbus. N. 2.

Peccata finalis impenitentia in vngue Adamantino describi. V. Adamus. N. 3.

Peccatum comedit fructum patrum nostrorum. V. Adulescens. N. 9.

Peccato vocatur adulterium spirituale. V. Adulterium. N. 7.

Peccata adolescentiæ leuiora. V. Adulescens. N. 2.

Peccatum Angelorum est irremissibile. V. Aedificare. N. 8.

Peccata an habeant aliquam mensuram ad remissionem & punitionem. V. Amphora. N. 2.

Peccatum contra Deum est offensa infinita, si autem auferatur offensa Dei, quod remanet contra proximum parū est. V. Debere. N. 2.

Peccata reddit animam quasi desertū. V. Desertum. N. 10. & destruit omnia opera meritoria. V. Destruere. N. 4.

Peccata per ingratiudinem quomodo redeunt. V. Dimittere. N. 2. & 3.

Peccatorum veniam desperare nemo debet. ibi dem. & V. Beisabe.

Peccata finalis impenitentia timenda. V. Calcare. N. 3.

Peccata quasi vinculum & hamus. V. Capere. N. 4. & 5.

Peccans in vno quomodo fit omnium reus. V. Abundare. N. 4.

Peccatum originale. V. Adam. N. 13.

Peccatum cognoscere initium salutis. V. Cognoscere. N. 18.

Peccati occasiones fugiendæ.
Peccati finis amarissimus. V. *Abfynthium*. N. 2.
& 6.

P E C C A T O R :

Peccatoris instabilitas. V. *Abel*. N. 11.
Peccator quomodo abit in consilium impiorū.
V. *Abire*. N. 2. & quomodo fordescat, ibid.
N. 5. quomodo fiat incōstans. V. *Abire*. N.
9. & quomodo aliquando vsq; ad mortem
induretur. V. *Abortiuus*. N. 2. & quomodo
maneant quasi desertum. V. *Accubare*. N. 3.
Peccatoris insensibilitas. V. *Acerbus*. N. 2.
Peccator irridetur à Deo. V. *Adam*. N. 17.
Peccator surdus & seruus. V. *Ægyptus*. N. 5.
Peccatoris pœna in hac vita aliquando est ini-
tium aternæ. V. *Afflictio*. N. 5. 8. & 9.
Peccator per pœnitentiam dealbatur. V. *Al-
bus*. N. 7.
Peccator debet confiteri. V. *Annuntiare*. N. 18.
Peccator est filius confusionis. V. *Confundere*.
N. 3. est debitor decem millium talento-
rum. V. *Debere*. N. 2.
Peccatoris anima qualis. V. *Draco*. N. 2.
Peccator in iudicio finali non inueniet excusa-
tionem. V. *Calculus*. N. 3.
Peccator tepidus quare periculosior est quam
frigidus. V. *Calor*. N. 1.
Peccatores captiui dicuntur. V. *Captiuus*. N. 3.
sunt sicut carbones. V. *Carbo*. N. 5.
Peccatoris conscientia domus est carceris. V.
Carcer. N. 4.
Peccator qui contemnit paruū supplicium in-
currit maius. V. *Catena*. N. 5.
Peccator in die mortis non habebit excusatio-
nem. V. *Chanaan*. N. 4. & confundetur. V.
Ciconia. N. 2.
Pedum est virga pastoralis. V. *Baculus*. N. 1. 2.
Perseuerantia. V. *Calceamentum*. N. 3. & V. *Cau-
da*. N. 3. & V. *Accingere*. N. 1. & 2.

P O E N I T E N T I A :

Pœnitentiæ sacrificium delectat Deum. V. *De-
lectari*. N. 2.
Pœnitentiæ Sacramentum illuminat oculos ani-
mæ. V. *Curare*. N. 2.
Pœnitentiæ partes. V. *Cubitus*. N. 7.
Pœnitens restauratur. V. *Consumere*. N. 4. & V.
Drachma. & V. *Aspergere*. N. 2. & 6.
Pœnitentiæ qualis esse debet. V. *Aquila*. N. 10.
Pœnitentiæ ficta non consequitur veniam. V.
Antiochus. N. 2.
Pœnitentiæ agenda ante mortem. V. *Caligo*.
N. 3.
Pœnitens relapsus. V. *Canis*. N. 3.

Pœnitentem nō reicit Deus. V. *Auertere*. N. 12.
Pœnitentiæ quare vocatur canticum meretricis.
V. *Canere*. N. 7.
Pœnitentiæ. V. *Cedron*. N. 2. & V. *Dignum*. N.
6.
Pœnitens Christum habet iustum aduocatum.
V. *Aduocatus*. N. 1.
Pœnitens quæ debet recogitare. V. *Annus*. N.
37.
Pœnitentiæ est medicina. V. *Ægyptus*. N. 9. &
V. *Adherere*. N. 4.
Pœnitentiæ arma. V. *Accingere*. N. 5.
Pœnitentiæ delet peccata. V. *Abcondere*. N. 23.
& V. *Abies*. N. 4. 5. & 6.
Pœnitentiæ dat tranquillitatem. V. *Abel*. N. 11.
& N. 7. 10. & 4.

P A T I E N T I A.

Patientia qualis. V. *Ægyptus*. N. 2. & V. *Acha-
tes*. lib. 1. cap. 33.
Patientia clypeus. V. *Clypeus*. N. 4.
Plagæ in medio manuum Christi. V. *Amor*.
N. 41.
Pietas erga Deum. V. *Abel*. N. 5.
Pati pro Christo maius donum quam fidei.
V. *Credere*. N. 9.
P H A R I S Æ I.
Pharisæi quales erant. V. *Declinare*. N. 5. & 6.
V. *Destruere*. N. 2.
Pharisæorum cogitationes contra Christum. V.
Cogitare. N. 8. & 9.
Pharisæorum lingua dolosa. V. *Carbo*. N. 3.
Perfectionem non obtinet qui se non abnegat.
V. *Ablactare*. N. 1. & 2.

P O E N A :

Pœnam duplicem solet Deus immittere. V.
Accipere. N. 20.
Persecutio Antichristi magna. V. *Abbreniare*.
N. 21.
¶ Petere in nomine Christi quid sit. V. *Com-
ponere*. N. 1.
Petro loquente omnes hæreses silent. V. *Adhæ-
rere*. N. 4.
Portæ dicuntur aperiri in scriptura secundum
varias phrasas. V. *Aperire*. N. 25. 26. 27.
Porta anguli est visio beata. V. *Angulus*. N. 6.
Potestas Apostolorum. V. *Ablactare*. N. 3.
Potestas excellentiæ dimitteendi peccata fuit in
Christo. V. *Annulus*. N. 1.

P R A E D I C A T O R :

Prædicatori Deus silentium imponit propter
peccata populi. V. *Adherere*. N. 4.
Prædicatores quare in scriptura vocentur ancil-
læ. V. *Ancilla*. N. 1. & 2.

Prædicans propter inanem gloriam adulterare
dicitur verbum Dei. V. *Adulterium*. N. 9. &
linire parietem dicitur. V. *Ædificare*. N. 14.
Prædicator ob zelum æs scintillans dicitur. V.
Æs. N. 4. & 5. & corda dura flectit. V. *Æs*.
N. 9.
Prædicatoris perfectio. V. *Ala*. N. 4.
Prædicatio Apostolorum. V. *Albus*. N. 5.
Prædicatores vocantur Angeli. V. *Angelus*. N.
26. & 28. & 29.
Prædicator tenetur Annuntiare gladium. V.
Annuntiare. N. 19.
Prædicationis defectus magnum malum. V. *De-
ficere*. N. 11.
Prædicatores sunt dentes Christi & Ecclesiæ.
V. *Deus*. N. 2. & 3.
Prædicator debet vitia destruere. V. *Destruere*.
N. 1. & 5.
Prædicatio Ecclesiæ qualis. V. *Distillare*. N. 3.
Prædicator debet aptare doctrinam captui au-
ditorum. V. *Comparare*. N. 4.
Prædicatorum vocem audire desiderat Chri-
stus. V. *Audire*. N. 13.
Prædicator mores omnium fidelium præscribere
debet. V. *Atrium*. N. 5.
Prædicatores in foramen Aspidis manum mit-
tunt. V. *Aspis*. N. 7.
Prædicatoris fortitudo. V. *Durus*. N. 6.
Prædicator plangere debet ruinam peccatoris.
V. *Draco*. N. 6.
Prædicatores per bobes significantur. V. *Bos*.
N. 4.
Prædicator quando secure clangit buccina. V.
Buccina. N. 5.
Prædicator non frequentat plateas. V. *Ciuitas*.
N. 4.
Prædicatoris verba clauis sunt. V. *Clauis*. N. 3.
P R A E L A T V S.
Prælati mali conculcant Dei hæreditatem. V.
Calcere. N. 10.
Prælati ordinantes indignos communicant
peccatis alienis.
Prælati Ecclesiæ Deus multum commenda-
uit.
Prælati opponere se debent iræ Dei. V. *Bellum*.
N. 12.
Prælati non pœnitentibus post peccatum au-
fertur candelabrum. V. *Candelabrum*. N. 5.
Prælati bonis operibus debent conculcare dæ-
monem. V. *Collum*. N. 1.
Prælati debet arguere peccantes. V. *Arguere*.
N. 7.
Prælati debitores sunt populi. V. *Debere*. N. 3.
& quomodo fructus suos dispensare de-

bent. V. *Distribuere*. N. 5.
Prælati non debent tyrannice dominari. V. *Do-
minus*. N. 7. & V. *Abba*. N. 1. & V. *Absorbere*.
N. 9.
Prælatorum humilitas & cura. V. *Accingere*.
N. 7.
Prælati vocantur Angeli. V. *Angelus*. N. 27.
Prælati vigilantibus cessat plaga iræ Dei. V.
Cessare. N. 5.
Præmium cælestis. V. *Argentum*. N. 13.
Principes quales esse debent. V. *Absorbere*. N. 9.
& V. *Adeps*. N. 4.
Præsumptio reprehenditur. V. *Adherere*. N.
1.
Propheta Cedri dicuntur. V. *Cedrus*. N. 7.
Prophetarum testimonio corroboranda est do-
ctrina. V. *Clauis*. N. 4.
Propheta perfecte non est qui non intelligit
quæ prophetat. V. *Ægyptus*. N. 19.
¶ Prophetas allegat Christus. V. *Clauis*. N. 3.
Prophetissa quæ concepit apud Isaiam quæ sit
V. *Concipere*. N. 7.
Propheta bases Ecclesiæ. V. *Basis*. N. 2.
Prophetarum testimonii conditur doctrina.
V. *Condire*. N. 3.
Proteccio Dei specialis erga iustos. V. *Absonde-
re*. N. 12. & 13. & erga Ecclesiam, ibidem.
N. 22.
Profelytus quis & qualis. V. *Duplex*. N. 14.
¶ Providentia humana de futura iusta, vide. V. *Co-
gitare*. N. 2. & 3.
Providentia Dei.
Providentia diuina ferocibus gentibus impedi-
menta ponit ne aliena diripiāt. V. *Æs*. N. 6.
Providentia Dei erga iustos. V. *Accipere*. N. 7.
& V. *Abraham*. N. 5. & V. *Accipere*. N. 2.
Prudentia carnis. V. *Conopeum*. Prudentiæ vir-
tus. V. *Abigail*.
Purgatorium. V. *Ædificare*. N. 10.
Purgatio vulgaris vnde ortū habuit. V. *Aqua*.
N. 9.
Pythagoræ Ænygmata. V. *Ænygma*.
Pythagoras quanti faceret doctrinam suam Pre-
ludio. 3. N. 3.

Resurrectione linguarum no erit dſuerſitas. V. Ceffare. N. 9.
 Reges antiqui Philoſophi erant. V. Antiquum. N. 10.
 Regum virtus eſt clementia. V. Apis. N. 3.
 Regum humilitas. V. Cathedra. N. 4.
 Regum vis conſiſtit in miſericordia & iuſtitia. V. Chereti.
 Reges conſtituit Deus. V. Conſtituere. N. 8.
 Regem aliquando Deus vocat Apoſtatam. V. Apoſtata. N. 4.
 Reges fanat ſtudium concordia. V. Curare. N. 1.
 Rex docilis eſſe debet. V. Diſcere. N. 3.
 Rex iudicans ſecundum legem Dei non errabit. V. Diuination. N. 3. & 4.
 ¶ Reſurgent glorioſi qui bona egerunt. V. Colligere. N. 8.
 Rhinocerotem ligare ad arandum quid ſit. V. Arare. N. 4.
 Romanum imperium quomodo ſub Antichriſto deficiet. V. Antichriſtus. N. 3.
 Romanum imperium quarta beſtia. V. Beſtia.
 Regnum Dei non eſt eſca & potus Prælud. 2. N. 2. S.
 Regnum cælorum quid ſignificet. V. Cælum. N. 18.
 Sabbatum quare ſpecialiter ſit benediſtum. V. Benedicere. N. 13.
 Saba Regina. V. Candaces. V. Aquilo. & Auſter Saba duplex. V. Aurum. N. 12. Altera Saba eſt in Sabellij hereſis Præludio. N. Arabia: altera in Æthiopia longius.
**SACRASCRIP-
 tura.**
 Sacra ſcripturæ Clypeo vti debemus contra tentationes. V. Clypeus. N. 1.
 Sacra ſcripturæ multa loca quæ inter ſe pugna re videntur conciliantur Præludio. 2.
 Sacram ſcripturam non eſſe ſolum ſecundum corticem intelligendam. Præludio. 1. N. 1.
 Sacra ſcriptura ſine magiſtro addiſci non poteſt Præludio. 1. N. 5. pertotū. Difficilem eſe voluit ſacram ſcripturam Spiritus ſanctus & quare Præludio. 2. pertotum & Præludio. 3.
 Sacra ſcripturæ difficultas bona ex parte ex linguarum varietate, & idiomatum oriri ſolet & ex tropis & figuris Præludio. 4. & 5.
 Sacra ſcripturæ diſcipuli quatuor regulas generales ſeruare debent Præludio. 6.
 Sacra ſcripturæ conſuetudo eſt vt quod de maiori numero deficiat aut ſuperat non computetur. V. Abimelech. N. 3.

Sacra ſcripturæ falſos expoſitores vitandos. V. Abſynthium. N. 5.
 Sacra ſcripturæ altitudo denotatur per rotas Ezechielis. V. Altitudo. N. 5.
 Sacra ſcriptura per mille Clypeos. V. Clypeus. N. 2.
 Sampſon ſe occidendo non peccauit. V. Concute re. N. 1. & ſeptemcius crines. V. Capillus. N. 8.
 ¶ Sancti multi florent in Eccleſia Chriſti. V. Ciuitas. N. 15. & c.
SAPIENTIA.
 Sapientia diuina concepta eſt ante Abyſſos. V. Concipere. N. 5.
 Sapientia non poteſt cōparari alicui puræ creaturæ. V. Comparare. N. 2.
 Sapientia diuinæ occultationis cauſæ. V. Abſcondere. N. 14.
 Sapientia honorabilis. V. Abraham. N. 3.
 Sapientia Chriſtiana quantum diſſerat à ſapiētia mūdāna. V. Abiſaac. Sapientia ſæculi. V. Abel. N. 16.
SACERDOS.
 Sacerdotum peccata cauſa ſunt deſtructionis Eccleſiarum. V. Abies. N. 8.
 Sacerdotes plorare debent Eccleſiarum vaſtationem. ibidem.
 Sacerdotes facientes ſacrum tenentur ſumere Euchariftiam ſub vtraque ſpecie. V. Altare. N. 7.
 Sacerdotes Angeli vocantur. V. Angelus. N. 26.
 Sacerdos Dei conſtituitur ſuper gentes & Regna. V. Conſtituere. N. 7.
 Sacerdotum officium eſt docere. V. Docere. N. 7.
 Sacerdotes viam aperiunt Chriſto. V. Bethphage.
 Sacerdotium veteris legis auferendum prædicebatur. V. Auferre. N. 11.
 Sacerdotium Cain ad Abel diuino tranſiſſe iudicio. V. Abel. N. 9.
SACRIFICIUM.
 Sacrificium iuſtitia. V. Ædificare. N. 7.
 Sacrificium altaris non niſi à ſacerdote & in loco decenti celebrari debet. V. Bos. N. 2.
 Sacrificium Abel flamma de cælo fuiſſe conſumptum. V. Abel. N. 6. & alia multa ſacrificia.
 Sacrificium Dei de pretioſioribus eſſe debet. ibidem. N. 5.
SCANDALVM.
 Scandali peccatum. V. Abortiuus. N. 2.
 Scandalizantis poena. V. De paſci. N. 1.
 Scandalum vitandum. V. Bos. N. 1. vide in Elencho Euangeliſtorum in feſto. S. Michaelis Archangeli.

¶ Sollicitudo nimia temporalium vitanda. V. Arca. N. 3.
 Scientia Dei quomodo ſit mirabilis ex me. V. Admirari. N. 8.
 Scientias omnes vtiles ſancti Patriarchæ inueniunt. V. Abraham. N. 3.
 Semen uerbi Dei quare dicitur cadere in terram. V. Cadere. N. 4.
 Senectus per Amygdalum denotatur. V. Amygdalus. N. 1.
 Septenarius numerus annorum quomodo intelligatur. V. Annus. N. 41. & 46.
 Secreta non reuelanda. V. Reuelare. N. 2.
 Simeon Ienex plenus bonis operibus. V. Aceruus. N. 1.
 Sinus Abrahæ in quo loco ſit. V. Abrahā. N. 8.
 Sortem cadere ſuper aliquem quid ſit. V. Cadere. N. 5.
 ¶ Sion uocatur ciuitas Dauid. V. Ciuitas. N. 8.
 Sion non uergit ad Aquilonem. V. Aquilo. N. 4.
SPE S.
 Spes non in mundanis ſed in Deo collocanda. V. Ægyptus. N. 6. & 7.
 Spem abiicere nemo debet etiam inueteratus in malis. V. Æſtas. N. 3. Sed ſpes vana eſt in auxilio terreno. ibidem.
 Spes cæleſtium denotabatur in lege veteri in prohibitione caluicij. V. Caluicium. N. 6.
 Sperans in Deo, diſcrete confundi non poteſt. V. Confundere. N. 7.
 Spes in homine qualis. V. Deus. N. 13.
 Spes noſtra vnde naſcitur. V. Donum. N. 9.
 Spes vana peccatores fruſtratur. V. Apprehendere. N. 22.
SPIRITVS SANCTVS.
 Spiritus ſanctus fluuius dicitur aquæ viuæ. V. aqua. N. 13.
 Spiritus ſanctus nō datur carnalib⁹. V. Dare. N. 1.
 Spiritus ſancti aduentus. V. Diſtillare. N. 1.
 Spiritus ſanctus docet Eccleſiam & quomodo. V. Docere. N. 3. & 4. & dicitur Doctor. N. 5 & 6.
 Spiritus ſanctus deſcendit ſuper Apoſtolos. V. Ducere. N. 6.
 Spiritus ſanctus duxit Ieſum in deſertum. V. Ducere. N. 11.
 Spiritus ſanctus dicitur venire in nos per nouū eſeſtum. V. Amor. N. 29.
 Spiritus ſanctus arguit mundum de peccato. V. Arguere. N. 3.
 Spiritus ſanctus eſt Deus. V. Aſpicere. N. 19.
 Spiritus ſanctus clarificat filium. V. Clarificare. N. 5.

STELLA.

Stellas cadere de cælo quomodo intelligatur. V. Cadere. N. 22.
 Stella vocata Abſynthium hæreticos ſignificat. V. Abſynthium. N. 4.
SVPERBIA.
 Superbia malum. V. Abiezer & V. Abire. N. 10. & V. Abiron. & V. Ablactare. N. 3.
 Superbia peccatorem deprimit in tartarum. V. Ægyptus. N. 4. & V. Aſcendere. N. 19. & V. Deponere. N. 2.
 Superbum cor habitaculum dæmonum. V. Beſtia. N. 14.
 Surrexerunt immortales illi, qui ſurgente Domino ſurrexerunt & apparuerunt multis. V. Apparere. N. 5.

SYNAGOGA.

Reiicitur. V. Audire. N. 19. & V. Dimittere. N. 7.
 Synagoga vocatur auis diſcolor iſt eſt Pauo propter iuſtitiam externam. V. Auis. N. 6. T.

Thare quo ætatis annogenit Abraham. V. Abraham. N. 2.

TEMPLVM.

Templum Dei quare ſit olim mirabile dictum, & quod mirabilior ſit Eccleſia Chriſti. V. Admirari. N. 6.

TEMPVS.

Tempus bene agendi non prætermittendum. V. Abbreuiare. N. 11.
 Tempus longum parum prodeſſe niſi quis à peccatis reſiſcat. V. Abel. N. 15.
 Tentat nos Deus. & Deus neminem tentat quomodo concordentur in ſcriptura. Præludio. 2. N. 1.
 Tepiditas vituperatur. V. Deſicere. N. 6. & 8.
 Terra non fuit à Deo maledicta propter ſe ſed propter peccatum hominis.
 Theſaurus verus in cælo eſt collocandus. V. Abel. N. 16. V. Abire. N. 6.
 Terrenis adhærent aliquatenus iuſti propter corporis neceſſitates. V. Adherere. N. 6.
 Termini antiqui non ſunt tranſiliendi quomodo intelligatur. V. Antiquum. N. 6.

TIMOR.

¶ Timor Dei auget vitam. V. Apponere. N. 6.
 Timor Dei circulus dicitur. V. Armilla. N. 5.
 Timere debemus. V. Altitudo. N. 11.
 Timere non debet prædicator dicens verum diſcrete. V. Adamus. N. 2. & V. Durus. & V. Correctio. & V. Aes. N. 4.

T R I B V L A T I O.

Tribulationes à iustis cum Dei auxilio superantur. V. *Absorbere.* N. 6.
Quare Deus tribulationes immittit. V. *Absynthii.* N. 3. *Iustorum tribulationes multæ & magnæ.* V. *Abyssus.* N. 8.
Tribulatio aperit oculos fidei prius clausos. V. *Adorare.* N. 13.
Tribulatio solet sanare peccati cicatricem. V. *Cicatrix.* N. 3.
Tribulatio duplex non confurgit. V. *Confurgere.* N. 8.
Tribulatio mundat peccata. V. *Deficere.* N. 8. & V. *Extra.* N. 7.
Tribulatio non obruit iustum. V. *Diluuium.* N. 3.
Tribulatio est utilis. V. *Dissoluere.* N. 2. & V. *Ducere.* N. 5.
Tribulationes maiores immittit Deus illis quos plus diligit. V. *Benjamin.* N. 3.
Trinitatis mysterium defenditur contra Arium Sabellium, Nestorium & Apollinarem. Prælu-
 dio. 1. N. 9. & V. *Hæresis.* N. 1.
Tristitia mundanorum qualis sit. V. *Adonis.*
Trituram diligere quid sit. V. *Dilectio.* N. 42.

T H O M A S.

Thomas Apostolus aliud vidit & aliud credidit. V. *Credere.* N. 12.
*Thomas Apostolus, per Berillum gemmâ signifi-
 catur.* V. *Berillus.*

V.

*Venti præcipui, ex quatuor mundi partibus quo-
 modo vocentur.* V. *Aquilo.* N. 15.

V E R B V M.

Verbum Dei multiplicem fructum parit. V. *As-
 pergere.* N. 5. *Verbi Dei fames.* V. *Circuire.*
 N. 8.
Verbum Dei carbonibus desolatoriis assimilatur.
 V. *Carbo.* N. 3.
*Verbum Dei dicitur semen quod cecidit in ter-
 ram.* V. *Cadere.* N. 4.
Verbum Dei est cibus spiritualis. V. *Cibus.* N. 11.
Verbum Dei est carbunculus ignitus. V. *Carbun-
 culus.* N. 3. & *caminus ignis.* V. *Caminus.* N.
 3.
*Verbum Dei per Apostolos prædicatum mundum
 subegit.* V. *Asina.* N. 4. & V. *Discernere.* N.
 3. & V. *Annuntiare.* N. 5.
Verba Dei sunt sicut scintillæ aris candentis. V.
Æs. N. 4.
Verba Dei sicut clavi. V. *Clavus.* N. 5.
Verbi Dei fastidium. V. *Abominari.* N. 4.

Verbum Dei dulce. V. *Dulcedo.* N. 6. & 7.
Verecundia laudatur. V. *Canere.* N. 4.
*Verecundie supplicium in finali iudicio graui-
 simum erit.* V. *Damnare.* V. *Denudare.* N. 3.

V E T V S.

Vetera quæ vocentur in scriptura. V. *Antiquum.*
 N. 15.
*Vetera scit auxilium diuitiarum, id est non pro-
 dest damnato post mortem.* *ibidem.* N.
 17.
Vetera scere ossa, quid sit. *ibidem.* N. 18.
Vetera scere calum, quid sit. *ibidem.* N. 19.
Via angusta, quæ ducit ad vitam. V. *Cubitus.* N.
 3. V. *Angustum.* N. 2. & 5.
*Videre Deum quomodo est possibile in hac vita
 & quomodo non.* Prælu-
 dio. 2. N. 5.

V I N V M.

Vini moderatio in nuptiis Cana Galileæ. V. *Apo-
 stata.* N. 4. & V. *Conuiuium.* N. 2.
Vinum cum lacte quid sit. V. *Bibere.* N. 11.
Vinum aufert cor. V. *Cor.* N. 18. & V. *Cono-
 fectus.* V. *Vinum conditum quid significet.* V.
Condire. N. 3.
Vinum damnatorum quid sit. V. *Bibere.* N. 9.
Vinum iræ Dei quid significet. *ibidem.* N. 8. &
 quomodo mixtum sit mero. *ibidem.*
Vinum significat luxum. *ibidem.* N. 2.
Vigilandum usque ad mortem. V. *Balthasar.* N. 2.
 & V. *Bellum.* N. 6.
*Virga correctionem significat & potestatem &
 regnum & Mariam Virginem de quo.* V.
Baculus & virga per totum. *Virgam* *Aposto-
 li per viam portare quomodo sint prohibiti*
vide. *ibidem.*

V I R G I N I T A S.

Virginitas est in consilio. V. *Abel.* N. 2.
Virginum durum bellum contra carnem. V. *Bel-
 lum.* N. 8.
Virginitas in Apibus figurata. V. *Apis* & *ibi de
 fecunditate prolis spiritualis virginum.*
*Virginum aureola singularis & quomodo se-
 quatur agnum & cantent canticum nouum.*
 V. *Aries* & *Agnus.* N. 20.
*Vide in Elencho Euangeliorum in festo: B.
 Agathæ virginis.*

V I R T V S.

Virtutis via quare dicitur angusta. V. *Declina-
 re.* N. 1.
Virtutis præmium etiam in hac vita. V. *Abcon-
 dere.* N. 10.

Vita æterna & contemplatiua. V. *Pa.* N. 11.
Verbo cubitus. N. 11. *Vide in Elencho Euan-
 geliorum in festo Assumptionis. B. Maria
 & in festo. B. Marthæ & V. Castellum.* N. 11.

V O L V P T A S.

Voluptas carnalis breuissima. V. *Dulcedo.* N. 6.
Voluptas sæculi in amaritudinem definit. V.
Aqua. N. 28.
Voluptatum carnalium Abnegatio. V. *Ablacta-
 re.* N. 1.

V X O R.

Vxor amor non est præferendus amori Dei.
 V. *Achab.*
Vxor diligenda. V. *Adam.* N. 9.
*Vxor non est habenda vt serua, sed vt focia licet
 subdita viro.* V. *Adiuuare.* N. 5.


V O X.

Vox Aquarum multarum quid significet. V. *Aqua.*
 N. 19.
Vox Dei quantæ sit virtutis. V. *Demittere.* N. 2.

& V. *Desertum.* N. 2. V. *Ceruus.* N. 6.
Vox clamantis in deserto qualis. V. *Clamare.* N.
 6.
Vox boni clamantis in deserto, qualis. V. *Clamare.*
 N. 6.
*Vox boni prædicatoris, desiderabilis est Christo
 & dulcis.* V. *Audire.* N. 13.
*Vox matrum, plorantium innocentes quomo-
 do sit audita in Rama.* V. *Consolari.* N. 8.

Z E L V S.

Zelus conuersionis animarum. V. *Aegyptus.* N. 15.
*Zelus animarum vigere debet in prædicatore
 vsque in senectutem.* V. *Caleb.*
*Zelum correctionis subditorum debent habere
 prælati.* V. *Arguere.* N. 7. & V. *Accingere.*
 N. 7.
*Zelum debet habere prædicator conuersionis
 peccatorum.* V. *Æs.* N. 4. & 5. & V. *Lestrue-
 re.* N. 1. & 5.
*Zacharias filius Barachie, quis fuerit in Euange-
 lio Matthæi.* V. *Barachias.*



INDEX SIVE

ELENCHVS EVANGELI

LIVM TOTIVS ANNI, EO

artificio dispositus, vt in singulis Euangeliis ad singula fere
verba accomodentur plura testimonia scriptura
rum, quæ in hoc volumine latius
explicantur.

Illud autem amice Lector aduertat Velim per literam. V. significari verbum & per literam. N. designari numerum, in quo inuenire debeas quod quæris. Nec te pigeat totum numerum legere, in quo ponitur authoritas Euangelij, quam quæris, quia omnia fere testimonia scripturarum, quæ in illo numero explicantur, facile poteris accomodare ad explanationem eiusdem Euangelij proprio ingenio. Vale.

Aduentus.

DOMINICA I.

Aduentus.



PR VNT signa in Sole & Luna & stellis. Luc. 2. Hæc signa fiēt ministerio Angelorum de quo vide. V. Angelus. N. 8. & 28.

Item de his signis vide. V. Annuntiare. N. 6. V. Calum. N. 14. V. Balthasar. N. 3. V. Buxus. N. 1. V. Cera. N. 4. V. Cilicium & V. Conflare. N. 2. V. Confundere. N. 8. V. Custodire. N. 20. V. Congregare. N. 7.

¶ **A**rescentibus hominibus præ timore. Vide. V. Amarum. N. 2. V. Carmelus. N. 2.

¶ **E**t in terris pressura gentium. Vide. V. Concutere. N. 2. V. Claudere. N. 9. V. Cessare. N. 3. V. Canere. N. 9. V. Annus. N. 28. & 30. V. Descendere. N. 10. V. Desertum. N. 5. V. Desolare. N. 4. V. Dies. N. 8. V. Dulcedo. N. 2.

¶ **T**unc uidebunt filium hominis cum potestate magna & maiestate. Vide. V. Abscondere. N. 21. V. Abyssus. N. 2. V. Adam. N. 18. V. Agitare. N. 3. V. Albus. N. 2. V. Alienum. N. 7. V. Ardere. N. 9. V. Arma. N. 2. V. Arcus. N. 2. V. Aridum. N. 10. V. Apparere. N. 8. V. Audire. N. 10. V. Auferre. N. 10. V. Auis. N. 9. V. Bellum. N. 7. V. Bonum. N. 21. V. Buccina. N. 1. V. Cadauer. N. 3. V. Cadere. N. 1. V. Ca-

put. N. 16. V. Carcer. N. 3. V. Caro. N. 8. V. Claudus. N. 2. V. Columba. N. 10. V. Comportare. N. 1. V. Aroma. N. 7. V. Comedere. N. 3. V. Decor. N. 4.

¶ **R**espicite & leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra. De quo vide. V. Anathema. N. 2. V. Angelus. N. 7. V. Basan. N. 3. V. Aquila. N. 8. & 9. V. Cisterna. N. 3. V. Columna. N. 5. V. Aspicere. N. 4. V. Cogitare. N. 10. V. Congregare. N. 7.

DOMINICA II.

Aduentus.

CVM audisset Ioannes in uinculis opera Christi, &c. Matth. 11.

De patientia & constantia in uinculis & tribulatione. Vide. V. Adamus. N. 2.

Quomodo in tenebris carceris ardebat & lucebat discipulis suis, & Deo, & toti mundo. Vide. V. Ardere. N. 2.

¶ **P**ermisit Deus Ioannem tribulari quia iustorum tribulationes sunt multæ & magnæ. V. Abyssus. N. 8. V. Benjamin. N. 3. V. Dissoluerre. N. 2. V. Ducere. N. 5. V. Diluuium. N. 3. V. Catena. N. 2. V. Custodire. N. 4.

¶ **E**stu qui uenturus es? V. Dux.

¶ **E**ites renuntiate Ioanni quæ audistis & uidistis, caeci uident. Vide. V. Cecus. N. 2.

¶ **C**laudi ambulant. Vide. V. Claudus. N. 4.

¶ **Q**uem existis in desertum uidere? Vide. V. Com-

mendare.

mendare. N. 7. V. Consilium. N. 5. V. Carmen. N. 3. V. Arrogantia. N. 3. V. Cor. N. 15. V. Agitare. N. 4. V. Arundo. N. 1. V. Benjamin. N. 4.

¶ **H**ominem mollibus uestitum? Vide. V. Coccus. & V. Adam. N. 19.

¶ **E**s tu qui uenturus es. V. Annuntiare. N. 12.

¶ **B**eatus qui non fuerit scandalizatus in me. V. Crux. N. 9.

DOMINICA III.

Aduentus.

MISERVNT Sacerdotes & Leuitæ ad Ioannem ut interrogarent eum tu quis es? Hic tangitur cognitio sui de qua. V. Abitus. N. 9. V. Abire. N. 10.

¶ **E**t confessus est & non negauit & confessus est, &c. V. Confiteri. N. 2. V. Arrogantia. N. 3. V. Benjamin. N. 4.

¶ **E**go uox clamantis in deserto. Vide. V. Clamare. N. 6. V. Audire. N. 13.

¶ **C**uius non sum dignus soluere corrigiæ calciamentum. Vide. V. Angelus. N. 28. V. Calciamentum. N. 2. Hic tangitur humilitas. De qua. V. Abies. N. 7. V. Ablattare. N. 1. & 2. V. Accedere. N. 5. V. Crescere. N. 6. V. Custodire. N. 7. V. Benjamin. N. 5.

¶ **E**go Baptizo uos in aqua. V. Baptizo. N. 2.

DOMINICA III.

Aduentus.

ANNO quinto decimo imperij Tyberij Cesaris Luc. 2. Vide. V. Cesar.

¶ **T**etrarchæ autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius, &c. Tangitur diuisio regni Iudæorum unde oritur discordia, de quo uide. V. Discordia, & Concordia.

¶ **F**actum est uerbum Formini super Ioannem. De fructu uerbi Dei uide. V. Aspergere. N. 5. V. Carbo. N. 3. V. Carbunculus. N. 3. V. Caminus. N. 3. V. Æs. N. 4. Tangitur qualis fuerit Ioannes, super quem uerbum Dei factum est. V. Adamas. N. 2. V. Ardere. N. 2.

¶ **P**rædicans baptismum penitentiae. Vide. V. Baptizo. N. 2. V. Aqua. N. 8. V. Audire. N. 12.

¶ **V**ox clamantis in deserto. V. Clamare. N. 6. V. Desertum. N. 1. & 7.

¶ **R**ectas facite semitas Dei nostri. Vide. V. Ducere. N. 8. V. Auertere. N. 14.

¶ **O**mnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Vide. V. Collis. N. 8.

¶ **E**t erunt praua in directâ. Vide. V. Dirigere. N. 7.

¶ **E**t uidebit omnis caro salutare Dei. V. Caro. N. 5. V. Benedicere. N. 9.

Hic tangitur materia de poenitentia de qua V. Delectare. N. 2. V. Aquila. N. 10. V. Annus. N. 37. V. Abscondere. 23.

INFESTONATA

lis Domini.

EXIIIT editum à Cesare Augusto. Luc. 2. Vide. V. Augustus & V. Describere. N. 2.

¶ **A**scendit autem Ioseph, &c. in ciuitatem Dauid quæ uocatur Bethlehem. V. Bethlehem.

¶ **C**um Maria desponsata sibi uxore. Qualis fuerit Maria tangitur hic de quo uide. V. Adam. N. 14. V. Adducere. N. 3. V. Adificare. N. 4. V. Corona. N. 6.

¶ **E**t peperit filium suum primogenitum. Vide. V. Admirari. N. 5. V. Altitudo. N. 5. V. Altare. N. 11. V. Amor. N. 15. & 29. V. Amplexari. N. 3. V. Annus. N. 39. V. Arca. N. 6. V. Arcanum. N. 6. V. Arcus. N. 6. & 14. V. Aspiciere. N. 8. V. Audire. N. 15. V. Benedicere. N. 6. V. Beneplacitum. N. 6. V. Biggæ. N. 1. V. Contradice. N. 2.

¶ **E**t reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuerserio. Vide. V. Declinare. N. 10. V. Diuertere. N. 2. V. Colere. N. 6.

¶ **E**t pannis cum inuoluit. V. Apprehendere. N. 4.

¶ **E**cce Euangelizo uobis gaudium magnum. Vide. V. Angelus. N. 6. V. Ala. N. 3. V. Campus. N. 3. V. Adorare. N. 5.

¶ **G**loria in excelsis Deo. Vide. V. Æs. N. 8. V. Æternum. N. 9. V. Annuntiare. N. 2. V. Apprehendere. N. 16. V. Aurum. N. 8. V. Bonum. N. 24. V. Calcare. N. 9. V. Calum. N. 11. V. Descendere. N. 4. V. Extera. N. 12. V. Discernere. N. 5. Dominari. N. 3.

¶ **E**t in terra pax. Vide. V. Cubare. N. 5. V. Dare. N. 18. V. Consolari. N. 2. V. Collis. N. 2. V. Conciudere. N. 2.

¶ **E**t facta est cum Angelo multitudo cælestis exercitus. Vide. V. Circundare. N. 8. V. Castra. V. 1.

¶ **E**t pastores erant, &c. V. Butyrum. N. 4. V. Ardere. N. 9. V. Ascendere. N. 12. V. Benedicere. N. 6. V. Bonum. N. 4.

IN FESTO SANCTI

Stephani prothomartyris.

- E** C C Ego mitto ad uos Prophetas, etc. Matt. 23. Vide. V. Angelus. N. 26. V. Circundare. N. 8. V. Declinare. N. 5.
- ¶ Et ex illis occidetis. Vide. V. Ciuitas. N. 17. V. Auertere. N. 8. V. Crucifigere. N. 2.
- ¶ Et ueniat super nos omnis sanguis iustus. Vide. V. Altare. N. 2. V. Apprehendere. N. 6. V. Canis. N. 4. V. Bellum. N. 10. & 16. V. Delere. N. vitium. V. Dimittere. N. 10. V. Dorsum. N. 4.
- ¶ Vsq̄ ad sanguinē Zacharia filij Barachia. Vide. V. Barachias. N. 1. & V. Altare. N. 2.
- ¶ Quoties uolui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos, etc. Vide. V. Ala. N. 2. & V. Caput. N. 17.
- ¶ Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Vide. V. Angelus. N. 23. V. Arcus. N. 3. V. Aroma. N. 5. V. Aspicere. N. 14. V. Auis. N. 10. V. Baculus. N. 15. V. Basen. N. 1. V. Bestia. N. 4. V. Cadere. N. 20. V. Canere. N. 9. V. Cardio. N. 3. V. Cibus. N. 10. V. Cingere. N. 5. V. Circuire. N. 8. V. Conflare. N. 3. V. Consolari. N. 1. V. Consumere. N. 2. V. Conticere. N. 2. V. Cornu. N. 7. V. Curare. N. 3. V. Derelinquere. N. 7. V. Desertum. N. 8. V. Desolare. N. 2. V. Dies. N. 5. & 25. V. Domus. N. 1.
- ¶ Stephanus quantum ad spiritus non fuit diluio tribulationis obrutus. V. Diluuiū. N. 3. V. Abjorbere. N. 6. V. Abyssus. N. 8.
- ¶ Stephanus uidit celos apertos. V. Dulcedo. N. 5. V. Astare. N. 3. V. Cruus. N. 8.
- ¶ Christum stare a dextris Dei quid sit uide. V. Dextra. N. 3.
- ¶ Stephanus orauit pro lapidantibus. Vide. V. Amor. N. 16.

IN FESTO SANCTI

Ioannis Euagelistæ.

- D** I X I T Iesus Petro sequere me Ioan. 20. Vox Christi quantæ sit virtutis uide. V. Demittere. N. 2. V. Emulari. N. 3. V. Amor. N. 30.
- ¶ Et conuersus Petrus uidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem. Vide. V. Aquila. N. 7. V. Accedere. N. 4. & 5. V. Amor. N. 32.
- ¶ Quiq̄ recubuit in Coena. Vide. V. Amor. N. 27.

- & 40. V. Amplexari. N. 3. V. Dimittere. N. 12.
- ¶ Sic cum uolo manere donec ueniam scilicet in uita quæ magnū Dei donum est. Vide. V. Ala. N. 11. V. Cubitus. N. 11. V. Abscondere. N. 11. & 12. V. Cor. N. 20. V. Dormire. N. 9.

IN FESTO SANCTO
rum Innocentium.

- A** N G E L V S Domini apparuit in somnis Io seph, Matth. 2. Vide. V. Coquere. N. 1. V. Apprehendere. N. 21.
- ¶ Dicens accipe puerum. Qualis autem puer Iesus. Vide. V. Admirari. N. 2.
- ¶ Et matrem eius qualis sit mater Iesu. Vide. V. Adam. N. 14. V. Adducere. N. 3.
- ¶ Et fuge in Ægyptum. Vide. V. Ægyptus. N. 1. & 2. & 12. & 15. Item. V. Abire. N. 2. V. Comedere. N. 1.
- ¶ Ex Ægypto uocaui filium meum. Vide. V. Ægyptus. N. 18. & 19.
- ¶ Herodes iratus est ualde, etc. & occidit omnes pueros, etc. Vide. V. Carbo. N. 4. & V. Admirari. N. 9. V. Ambitio. N. 4. V. Auaritia. N. 5. V. Aurichalchum. N. 3. V. Bellum. N. 11. N. Coccus. N. 4. V. Concilium. V. Abimelech. N. 3.
- ¶ Vox in Rama audita est. Vide. V. Consolari. N. 8.

IN FESTO CIRCVN
cisionis.

- P** O S T Q V A M consummati sunt dies octo. 2. Luc. Vide. V. Dies. N. 23.
- ¶ Ut circumcideretur puer. Vide. V. Abscondere. N. 2. V. Accingere. N. 4. V. Ægyptus. N. 12. V. Admirari. N. 2. & 5. V. Edificare. N. 12. V. Amor. N. 3. V. Annus. N. 39. V. Antemurale. N. 1. V. Arcus. N. 14. V. Auferre. N. 19. V. Balsamum. N. 2. V. Benedicere. N. 3. V. Bethlehem. N. 3. V. Caput. N. 18.
- ¶ Et uocatum est nomen eius Iesus. Vide. V. Captiuus. N. 2. & 3. V. Caro. N. 1. V. Cassia. N. 2. V. Circuncisio. N. 1. & 2. & 7. V. Cornu. N. 4. V. Dare. N. 11. V. Deficere. N. 9. V. Descendere. N. 9. V. Deus. N. 14. V. Dies. N. 25.
- ¶ Iesus Saluator nunquam obliuiscitur nominis sui. V. Deficere. N. 10.

IN FESTO EPI
phanie.

- C** V M natus esset Iesus in Bethlehem iude. Matth. 2. vide. V. Bethlehem. N. 1. & 4.
- ¶ Ecce Magi ab Oriente uenerunt, vide. V. Adducere. N. 2. & 4. V. Admirari. N. 5. V. Æs. N. 8. & 11. V. Edificare. N. 3. V. Amor. N. 47. V. Apponere. N. 9. V. Aquilo. N. 5. & 9. V. Ascendere. N. 12. V. Aspicere. N. 4. V. Carmel. N. 4. V. Circundare. N. 6. V. Circuire. N. 5. V. Cognoscere. N. 9. V. Colere. N. 5. V. Compedes. N. 2. V. Conscindere. N. 5. V. Congregare. N. 12. V. Conuertere. N. 7. V. Cor. N. 3. V. Currere. N. 3. V. Cyrene. N. 2. V. Damascus. N. 5. V. Derelinquere. N. 2. V. Desiderare. N. 7. V. Dextra. N. 12. V. Drachma. N. 2. V. Draco. N. 2. V. Dromedarius. N. 1. V. Abscondere. N. 2. V. Arabia. N. 2. V. Arare. N. 4.
- ¶ Vbi est qui natus est rex iudeorum? Vide. V. Adducere. N. 5. V. Æternus. N. 4. V. Applicare. N. 6. V. Cadere. N. 3. V. Consilium. N. 4. & 5. Constituire. N. 2. V. Consurgere. N. 3. V. Dare. N. 8. & 14. V. Digitus. N. 6. V. Docere. N. 20.
- ¶ Vidim⁹ stellā ei⁹ in Oriente, vide. V. Custodire. N. 3. V. Cardio. N. 3. Calcare. N. 4. V. Celi. N. 15.
- ¶ Et uenimus adorare eū, vide. V. Æthiopia. N. 3. & 7. & 8. V. Cedrus. N. 7. V. Dimittere. N. 3.
- ¶ Audiens autem Herodes turbatus est, vide. V. Credere. N. 4. V. Crura. N. 2. V. Ciconia. & V. Coniurare. N. 2.
- ¶ Sic enim scriptū est per Prophetam, et tu Bethlehē terra iuda nequaquam minima es, etc. Vide. V. Aroma. N. 6. V. Bethlehē. & V. Æternū. N. 8.
- ¶ Ut ego ueniens adorem cum, vide. V. Ambitio. N. 5. & 6. V. Attrahere. N. 4. V. Auaritia. N. 4. V. Audire. N. 15. V. Auferre. N. 23.
- ¶ Obtulerūt ei munera aurum, thus & myrrham, uide. V. Aurum. N. 12. & 13. V. Canis. N. 2.
- ¶ Per aliam uiam reuersi sunt, vide. V. Astare. N. 2. De hoc mysterio, vide. Etia. V. Auis. N. 3. V. Augere. N. 4. V. Babylon. N. 9. V. Baculus. N. 8. V. Benedicere. N. 6. V. Bestia. N. 7. V. Bonū. N. 4. & 11. V. Brachiū. N. 5. V. Butyrū. N. 2.

DOMINICA SEP
tuagesimæ.

- D** I X I T Iesus discipulis suis parabolā hanc. Matth. 20. Loquitur Christus in parabolis, vide. V. Aqua. N. 6.
- ¶ Simile est regnum celorum homini patri familias qui exiit primo mane, vide. V. Consurgere. N. 2. V. Custodire. N. 14.

- ¶ Conducere operarios in uineam suam, uide. V. Caput. N. 17. V. Conducere. N. 3.
- ¶ Et facta conuentione de denario diurno, uide. V. Denarius. N. 2.
- ¶ Quid hic statis tota die otiosi? Vide. V. Abrahā. N. 3. V. Acidia. N. 4. V. Ager. N. 3. V. Alexāder. N. 3. V. Annus. N. 12. V. Ciconia. N. 1. V. Arena. N. 3. V. Capus. N. 5. V. Cessare. N. 4. V. Decima. N. 2. V. Desiderare. N. 5. V. Dies. N. 38.
- ¶ Voca operarios, & redde illis mercedē, uide. V. Corona. N. 2. V. Dare. N. 19. V. Beatus. N. 7.
- ¶ Qui portauimus pondus diei & aestus, uide. V. Aestus. N. 6. V. Abraham. N. 6.
- ¶ Incipiens a nouissimis usque ad primos, uide. V. Congregare. N. 9.
- ¶ Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi, uide. V. Abortiuus. N. 3.
- ¶ Multi sunt uocati, pauci uero electi, uide. V. Arena. N. 2.

DOMINICA IN
sexagesima.

- E** X I T qui seminat seminare semē suū. Luc. 8. Exire dicitur fili⁹ Dei per incarnationis aduentū de quo uide. V. Adolescens. N. 7. V. Draco. N. 7. V. Applicare. N. 8. V. Apprehendere. N. 4. & 16. & 17. V. Benignitas. N. 3. & 4.
- ¶ Semen suum, uide. V. Beatus. N. 11.
- ¶ Semē est uerbum Dei, uide. V. Aspergere. N. 5. V. Astra. N. 4. V. Discernere. N. 3. V. Annuntiare. N. 5. V. Dulcedo. N. 6. & 7.
- ¶ Et dum seminat aliud cecidit secus uiam, uide. V. Cadere. N. 4.
- ¶ Et uolucres celi comederunt illud, uide. V. Comedere. N. 5.
- ¶ Aliud cecit inter spinas, uide. V. Abire. 2. N. 2. V. Auaritia. N. 4. V. Diues. N. 5.
- ¶ Et aliud cecit super petram, id est super cor durum, uide. V. Durum. N. 7.
- ¶ Et natum aruit, quia non habebat humorem, uide. V. Aridum. N. 3.
- ¶ Aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum cētuplum, uide. V. Centum. V. Artaxerxes. N. 2. V. Arca. N. 4.
- ¶ Et referunt fructum in patientia. Qualis autem esse debeat patientia, uide. V. Ægyptus. N. 2. V. Achates. N. 1.
- ¶ Hæc dicens clamabat, uide. V. Clamare. N. 13. & V. Conflare. N. 3.
- ¶ Qui habet aures audiendi audiat, uide. V. Aquilo. N. 13. V. Armilla. N. 4. V. Aspicere. N. 4. V. Aspis. N. 4. V. Audire. N. 1. V. Carmē. N. 1. V. Ceruus. N. 6. V. Deficere. N. 11. V. Dignus. N. 2.

- ¶ Vobis datum est nosse mysteria regni Dei. vide V. Apotheca. & Cella. N. 2.
- ¶ Ceteris autem in parabolis. vide. V. Dare. N. 6.
- ¶ Vt uidentes non uideant. V. Abscondere. N. 9.

**DOMINICA IN
Quinquagesima.**

- A**SSUMPSIT Iesus duodecim discipulos suos secreto. vide. V. Accipere. N. 21. Itē de secreto mysterio passionis. vide. V. Arcanum. N. 1. & 8.
- ¶ Ecce ascendimus Hierosolymam, vide. V. Ascendere. N. 10.
- ¶ Et consummabuntur omnia que scripta sunt per Prophetas de filio hominis. vide. V. Cherubim. N. 2. V. Consummare. N. 8. V. Admirari. N. 9. vide Prophetias de Christo crucifigēdo. V. Crux. N. 5. & N. 10. V. Arbor. N. 1. & 2. V. Ariel. N. 2. V. Bibere. N. 18. *
- ¶ Et tertia die resurget, vide. V. Aridum. N. 14. V. Accipere. N. 7.
- ¶ Ipsi uero nihil horum intellexerunt, vide. V. Enigma. N. 2.
- ¶ Et cum appropinquaret Hiericho, vide. V. Ciuitas. N. 10.
- ¶ Quidam cæcus sedebat secus uiam, vide. V. Barthimæus. V. Clamare. N. 17. V. Cæcus. N. 6.
- ¶ Iesu filii David, &c. vide. V. Admirari. N. 2. V. Deficere. N. 10.
- ¶ Quid uis ut faciam tibi, vide. V. Adam. N. 17.
- ¶ Fides tua te saluum fecit, vide. V. Accedere. N. 4. V. Caligo. N. 5. Cæcus iste perseuerando lumē corporis & animæ consequutus est, vide. V. Calceamentum. N. 3. V. Cauda. N. 3. V. Accingere. N. 1. & 2.

**QUADRAGESIMA
Feria. III. Cinerum.**

- C**VM ieiunatis. Matth. 6. Vide. V. Abstinentia. N. 3. V. Accingere. N. 5. V. Aspergere. N. 5. V. Benefacere. N. 2. V. Bonum. N. 13. V. Capra. N. 2. V. Cerastes. N. 1. V. Cartilago. N. 1. V. Conuertere. N. 9. V. Declinare. N. 6. V. Dirigere. N. 10.
- ¶ Nolite fieri sicut hypocrite, vide. V. Adeps. N. 2. V. Considerare. N. 2. V. Corona. N. 2. V. Duplex. N. 10.
- ¶ Tu uero cum ieiunas unge caput tuum, vide. V. Caput. N. 13.
- ¶ Repperunt mercedem suam, vide. V. Draco. N. 5. V. Dulce. N. 5.
- ¶ Pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi, vi-

- de. V. Abscondere. N. 24.
- ¶ Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, vide. V. Abel. N. 16. V. Abire. N. 6. V. Abraham. N. 3. V. Abundare. N. 3. V. Arugo. V. Ala. N. 5. V. Apponere. N. 9. V. Argenti. N. 9. V. Arma. N. 6. V. Auaritia. N. 5. V. Rubigo. N. 2.
- ¶ Theaurizate uobis thesauros in celo, vide. V. Ambitio. N. 2. V. Bibere. N. 19. V. Bonum. N. 14. & 20. V. Calceamentum. N. 7. V. Carthago. N. 1. V. Caro. N. 4. V. Chanaan. N. 3. V. Cibus. N. 8. V. Cognoscere. N. 20. V. Confidere. N. 5. V. Deficere. N. 3.
- ¶ Vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuum. V. Herere. N. 5. V. Annus. N. 35.
- ¶ Memento homo quia cinis est. V. Adam. N. 1.

**FERIA QUINTA
Hebdomadæ. I. Quadragesimæ
de Centurione Matth. 8.**

- C**VM introisset Iesus Capharnaum accessit ad eum Centurio, vide. V. Colere. N. 5. V. Accedere. N. 4. & 5. V. Centum. N. 1.
- ¶ Domine puer meus iacet in domo mea Paralyticus & male torquetur, vide. V. Conscendere. N. 5. V. Congregare. N. 2. V. Absinthium. N. 3. V. Adorare. N. 13. V. Cicatrix. N. 3. V. Deficere. N. 8. V. Dextra. N. 7. V. Dissoluere. N. 2.
- ¶ Ego ibo & curabo eum, vide. V. Ala. N. 6. V. Deficere. N. 10. V. Ceruus. N. 3.
- ¶ Domine non sum dignus ut intres sub telum meū, vide. V. Domus. N. 5. V. Cinnamomum. N. 3. V. Dignus. N. 2. & 9. V. Dulce. N. 5.
- ¶ Sed tantum dic uerbo & sanabitur puer meus, vide. V. Deus. N. 4.
- ¶ Habens sub me milites, vide. V. Centurio.
- ¶ Audiens autem Iesus miratus est, vide. V. Absconditus. N. 3. V. Admirari. N. 11.
- ¶ Amen dico uobis nō inueni tantam fidem in Israel, vide. V. Collis. N. 8. V. Adeps. N. 4. V. Edificare. N. 3. V. Aes. N. 11. V. Aroma. N. 2. V. Buxus. N. 2. V. Cæcus. N. 5. V. Carmen. N. 3. V. Credere. N. 2. V. Dare. N. 2. V. Docere. N. 10. V. Draco. N. 3.
- ¶ Multi ab Oriente & Occidente ueniunt, &c. Vide. V. Accumbere. N. 4. V. Adducere. N. 4. V. Aethyopia. N. 4. V. Angustum. N. 1. V. Applicare. N. 1. V. Aries. N. 8. V. Brachium. N. 4. V. Cadere. N. 24. V. Camelus. N. 1. V. Ciuitas. N. 15. V. Claudus. N. 4. V. Cognoscere. N. 11. V. Collidere. N. 3. V. Consolari. N. 3. V. Cubare. N. ult. V. Currere. N. 2. V. Desertum. N. 7. & 8. V. Dies. N. 27. V. Dilatare. N. 1. V. Dirigere. N. 6. V. Abraham. N. 8.

- ¶ Filij autem Regni eiciuntur in tenebras exteriores, vide. V. Alienus. N. 4. V. Amphora. N. 2. V. Basan. N. 1. V. Charmel. N. 4.
- ¶ Vade, & sicut credidisti fiat tibi. V. Ala. N. 6.

FERIA. VI. HEBDOMADÆ. I. Quadragesimæ.

- A**VDISTIS quia dictum est antiquis, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum Matth. 6. Vide. V. Edificare. N. 14. V. Bonum. N. 5. V. Consolari. N. 3. V. Dignus. N. 7. V. Calcare. N. 10.
- ¶ Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros, vide. V. Admirari. N. 6. V. Cinis. N. 3. V. Aegyptius. N. 5. V. Amor. N. 13. & 32. V. Ambulare. N. 18. V. Angustum. N. 5. V. Anaglipha. N. 1. V. Anima. N. 11. V. Asael. N. 1. V. Aspergere. N. 4. V. Assur. N. 5. V. Aurum. N. 8. V. Benedicere. N. 8. V. Beneplacitum. N. 7. V. Bibere. N. 11. V. Caput. N. 12. V. Chorus. N. 1. V. Cisterna. N. 2. V. Ciliciū. N. 2. V. Clementia. N. 3. V. Cor. N. 9. & 15. V. David. N. 2. V. Defendere. N. 2.
- ¶ Ut sitis filij patris uestri, vide. V. Abba. N. 1. V. Adoptio. N. 2.
- ¶ Qui solem suum oriri facit, &c. Vide. V. Edificare. N. 1. V. Adam. N. 19.

DOMINICA. I. QUADRAGESIMÆ.

- D**UCTVS est Iesus ab spiritu in desertum, vide. V. Albus. N. 2. V. Ambulare. N. 10. V. Ducere. N. 3. & 11. V. Consuetudo. N. 2. V. Desertum. N. 1. & 4.
- ¶ Ut tentaretur a diabolo, vide. V. Bellum. N. 17. V. Diabolus & dæmon. 10. 11. 12. 13. & 15. V. Circuire. N. 1.
- ¶ Et cum ieiunasset, vide. V. Abstinentia. N. 3. & 6. V. Admirari. N. 10. V. Aegyptus. N. 10. V. Albus. N. 4. V. Aridum. N. 12. V. Captiuus. N. 3. V. Dimittere. N. 8. V. Draco. N. ult.
- ¶ Et accedens tentator dixit ei, vide. V. Accipere. N. 10. V. Aes. N. 3. V. Ambulare. N. 17. V. Angustum. N. 8. V. Antichristus. N. 6. V. Calcareus. N. 1.
- ¶ Dic ut lapides isti panes fiant, vide. V. Cauda. N. 6. V. Cibus. N. 8.
- ¶ Qui respondens dixit scriptum est, vide. V. Clypeus. N. 1. V. Concidere. N. 7.
- ¶ Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore De i, vide. V. Cibus. N. 11. V. Dulcedo. N. 6. & 7. V. Aspis. N. 7. & 8.

- ¶ Scriptum est, quia Angelis suis mandauit de te, vide. V. Bestia. N. 11.
- ¶ Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, vide. V. Adorare. N. 9. V. Coccus. N. 4.
- ¶ Vade sanata, vide. V. Angelus. N. 12. V. Dextra. N. 6. V. Adorare. N. 7.
- ¶ Et accesserunt Angeli & ministrabant ei, vide. V. Angelus. N. 8. & 18. V. Ciuitas. N. 10. V. Auferre. N. 13.

FERIA. II. POST DOMINICAM. I. Quadragesimæ.

- C**VM sederit filius hominis in maiestate sua. Matth. 25. Vide. V. Apparere. N. 8. V. Decor. N. 4. V. Ardere. N. 9. V. Colūba. N. 10.
- ¶ Et congregabuntur ante eum omnes gentes, vide. V. Congregare. N. 6. V. Colligere. N. 8.
- ¶ Sicut pastor segregat oues ab hædis, vide. V. Aries. N. 9. &c.
- ¶ Et statuet oues à dextris, hædos autem à sinistris, vide. V. Dextra. N. 11.
- ¶ Tūc dicet rex his, qui à dextris eius erūt, uenite benedicti patris mei, vide. V. Decor. N. 15. V. Astare. N. 6. V. Benedicere. N. 4. V. Conscendere. N. 6. V. Dextra. N. 4. V. Diadema. N. 1. Dies. N. 19.
- ¶ Accipite regnū, vide. V. Annuntiare. N. 3. V. Dimittere. N. 9.
- ¶ Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, vide. V. Absinthium. N. 4. V. Accipere. N. 9. V. Amor. N. 8. V. Condire. N. 3. V. Cor. N. 21. V. Derelinquere. N. 4.
- ¶ Tūc dicet his qui à sinistris eius erūt, ite maledicti in ignē eternū, vide. V. Abyssus. N. 1. V. Aegyptus. N. 4. V. Aeternū. N. 7. V. Anathema. N. 3. V. Angelus. N. 20. & 28. V. Aqua. N. 19. & 27. V. Bibere. N. 8. V. Botrus. N. 7. V. Cadere. N. 14. V. Camentum. N. 2. V. Calcare. N. 5. V. Canere. N. 2. V. Calix. N. 6. V. Caro. N. 7. V. Cessare. N. 3. V. Concūtere. N. 4. V. Congregare. N. 8. V. Cor. N. 2. & 12. V. Cruciare. N. 3. V. Dæmon. N. 14. V. Dare. N. 11. V. Declinare. N. 3. V. Deficere. N. 4. V. Detrahere. N. 2. V. Deuorare. N. 1. V. Dies. N. 16. V. Ducere. N. 8. V. Durum. N. 3.
- ¶ Quia esuriui, vide. V. Dimittere. N. 9.
- ¶ Ibunt iusti in uitam eternam. V. Annus. N. 32.
- ¶ Et ibunt mali in supplicium eternum. V. Admirari. N. 10. V. Alienus. N. 7. V. Affligere. N. 9. V. Arare. N. 2. V. Assur. N. 6. V. Denudare. N. 3.

FERIA. III. QUADRAGESIMÆ. II. Quadragesimæ.

- ¶ Accesserunt ad Iesum Scribae & Pharisei Matth. 12. Dicentes, magister uolumus à te signum uide re, uide quales erant Pharisei qui Domino in fidiabatur. V. Declinare. N. 5. & 6. V. Destruere. N. 2. V. Cogitare. N. 8. & 9.
- ¶ Qui respondens ait illis generatio mala & adultera, uide. V. Adulteriū. N. 8. V. Amorrae. N. 1.
- ¶ Signum non dabitur ei nisi signum Ionae Prophetae. uide. V. Cete. N. 1. V. Cor. N. 22.
- ¶ Viri Niniuite surgent in iudicio cum generatione ista & condemnabunt eam uide. V. Abimelech. N. 1. V. Aegyptus. N. 11. V. Paal. N. 2. V. Alexander. N. 3. V. Annus. N. 3. 2. V. Antiquus. N. 1. V. Arguere. N. 1. V. Codcod. N. 1. V. Consolari. N. 1.
- ¶ Quia ad praedicationem Ionae poenitentia egerunt, uide. V. Bos. N. 5. Item de poenitentia, uide. V. Dele et are. N. 2. V. Coniungere. N. 4. V. Aquila. N. 10.
- ¶ Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, uide. V. Aquilo & Auster. N. 11. V. Angma. N. 2.
- ¶ Cum in mundus spiritus exierit at homine ambulat per loca in aquosa, uide. V. Circuire. N. 1. V. Aridum. N. 15.
- ¶ Et ait reuertar ad domum meam, uide. V. Cubare. N. 2. & V. Circundare.
- ¶ Et inueni eam uacantem, id est otiosam, uide. V. Domus. N. 15. & V. Acidia per totum.

FERIA. V. POST PRIMAM
Dominicam Quadragesimae
de Chananae Matth. 15.

- ¶ **E**T egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, uide. V. Carbo. N. 4.
- ¶ Et ecce mulier Chananaea à finibus illis egressa, uide. V. Drachma. N. 2. V. Aethyopia. N. 3. V. Aes. N. 11. V. Currere. N. 2. V. Chanaan. N. 1.
- ¶ Clamauit dicens ei, uide. V. Clamare. N. 11. & cetera clamauit de profundis Chananae sicut olim Dauid, de quo uide. ibid. & N. 10.
- ¶ Miserere mei Domine fili Dauid, uide. V. Abies. N. 5. V. Adorare. N. 10. 11. Dare. N. 2. V. Dauid. N. 2.
- ¶ Filia mea male à demonio uexatur, uide. V. Absynthium. N. 3. V. Acerbus. N. 1. V. Arabia. N. 3. V. Demonium. V. Dare. N. 15.
- ¶ Qui non respondit ei uerbum, uide. V. Declinare. N. 8. V. Conseruare. N. 2. V. Cernus. N. 3.
- ¶ Dimitte eam quia clamat post nos, uide. V. Dimittere. N. 1.

- ¶ Non sum missus nisi ad oues, & c. domus Israel, uide. V. Circuncisio. N. 8. V. Collidere. N. 3.
- ¶ At illa uenit & adorauit eum. V. N. 10.
- ¶ Domine adiuua me, uide. V. Derelinquere. N. 8. Adiuuare. N. 2. V. Dulce. N. 5.
- ¶ At ille ait non est bonum si mere panem filiorum & mittere canibus, uide. V. Confundere. N. 6.
- ¶ Etiam Domine nam & catelli edunt de micis, uide. V. Dissolere. N. 2.
- ¶ O mulier magna est fides tua, uide. V. Docere. N. 11. V. Credere. N. 2. V. Carmen. N. 3. V. Cacus. N. 5. V. Circuire. N. 6. V. Aroma. N. 2. V. Abscondere. N. 3. V. Conuertere. N. 6. V. Augere. N. 5. V. Babylon. N. 9. V. Enxus. V. Cor. N. 3.
- ¶ Sicut credidisti fiat tibi, uide. V. Arrogantia. N. 5. V. Anis. N. 5. V. Clementia. N. 4.
- ¶ Et sanata est filia eius ex illa hora, uide. V. Ala. N. 6.

FERIA. VI. POST I.
Dominicam Quadragesimae.

- ¶ **E**RAT dies festus Iudaorum, uide. V. Annus. N. 25.
- ¶ Ascendit Iesus Hierosolymam de qua ciuitate, uide. V. Ciuitas. N. 11.
- ¶ Est autem Hierosolymis prolatia piscina quae uocatur Hebraice Bethesda, uide. V. Bethesda. N. 1.
- ¶ Angelus autem descendebat in piscinam, uide. V. Angelus. N. 21.
- ¶ Et qui prior descendisset in piscinam, & c. sanus factus, uide. V. Ciuitas. N. 16.
- ¶ Erat enim ibi quidam homo, 38. Annos habens in infirmitate, uide. V. Adem. N. 10. V. Adulescens. N. 7. V. Aes. N. 4. V. Amarum. N. 2. V. Carcer. N. 1. V. Iare. N. 15.
- ¶ Hanc ergo cum uidisset Iesus, uide. V. Aspicere. N. 4. & 5.
- ¶ Ixit ei uis sanus fieri, uide. V. Acertus. N. 2. Delibero arbitrio uide. V. Adiuuare. N. 3. V. Arber. N. 4. V. Atci. N. 8. De diligentia ad quaedam salutem, uide. V. Circuire. N. 5. V. Cingere. N. 3. V. Conseruare. N. 2.
- ¶ Domine hominem non habeo, uide. V. Adiuuare. N. 2. V. Borith. N. 1.
- ¶ Ait illi Iesus tolle grabatum tuum, & c. uide. V. Eolor. N. 1.
- ¶ Iesus autem declinauit à turba, uide. V. Declinare. N. 7.
- ¶ Ecce sanus factus est iam noli peccare. V. Curare. N. 2. V. Conseruare. N. 6. V. Arrigo. N. 2. V. Adulterium. N. 5.

DOMINICA. II.
Quadragesimae de transfiguratione. Matth. 17.

- ¶ **A**SSUMPSIT Iesus Petrum, Iacobum & Ioanem, uide. V. Claudere. N. 4. V. Accipere. N. 2. 3.
- ¶ Et duxit illos in montem excelsum seorsum. Vbi altissima mysteria paucis esse manifestanda uide Praludio. 3. N. 2. & 3. & 4. & V. Claudere. N. 4. V. Abscondere. N. 12.
- ¶ Et transfiguratus est ante eos, uide. V. Arca. N. 9. V. Benedicere. N. 14. V. Cella. N. 2. V. Decor. N. 3. V. Caput. N. 9.
- ¶ Et ecce apparuerunt eis Moyses & Elias, uide. V. Dextra. N. 12.
- ¶ Et ecce nubes lucida obumbravit eos, uide. V. Auertere. N. 13. V. Apparere. N. 2. & 4.
- ¶ Et ecce uox de nube dicens hic est filius meus, uide. V. Adoptio. N. 3. V. Aspicere. N. 2. V. Accipere. N. 8.
- ¶ Ipsi audite, uide. V. Audire. N. 1. & 5.
- ¶ Et ceciderunt in facies suas. V. Cadere. N. 7.
- ¶ Domine bonum est nos hic esse, uide. V. Abscondere. N. 11.

FERIA. III. POST
Dominicam. II. Quadragesimae. Matth. 23.

- ¶ **S**UPER cathedram Moysi sederunt Principes & Pharisei, uide. V. Cathedra. N. 2. V. Dens. N. 18. V. Cingere. N. 2. Item quales erant Pharisei, uide. V. Declinare. N. 5. & 6.
- ¶ Quaecunque dixerint uobis seruate, uide. V. Adducere. N. 9. V. Anath. N. 1. Itē de obedientia debita praelatis, uide. V. Agar. N. 1. V. Dimittere. N. 2. V. Aqua. N. 19. V. Anacle. N. 1. V. Barach. N. 1.
- ¶ Dicunt enim, & non faciunt, uide. V. Circulus & V. Dolus. N. 7. V. Cingere. N. 2. V. Chrysolithus. N. 3.
- ¶ Alligant enim onera grauiora, & c. & imponunt ea super humeros hominum, uide. V. Ambitio. N. 7. V. Bethabara. N. 1. V. Claudere. N. 1. V. Augere. N. 3.
- ¶ Et digito suo nolunt ea mouere, uide. V. Digitus. N. 8.
- ¶ Omnia autem opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus, uide hoc loco de gloria uana. V. Adeps. N. 2. V. Declinare. N. 6. V. Draco. N. 5. V. Dulcedo. N. 7. V. Duplex. N. 10.

FERIA. III. POST
Dominicam. II. Quadragesimae, Matth. 20.

- ¶ **E**CCE ascendimus Hierosolymam, uide. V. A mirari. N. 9.
- ¶ Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto, uide. V. Accipere. N. 2. 3. De secreto uero mysterio passionis & resurrectionis, uide. V. Arcanum. N. 8. V. Consummare. N. 6. & 7. V. Arbor. N. 1. & 2. V. Aridum. N. 14. V. Accipere. N. 7.
- ¶ Quid dixite ei quid uis, uide. V. Adā. N. 16. & 17.
- ¶ Dic ut sedeat hi duo filij mei, unus ad dexteram, & c. uide. V. Abies. N. 8. V. Aestas. N. 3. V. Collis. N. 5. V. Adherere. N. 6. V. Ariel. N. 2. V. Chalcedonius. N. 1. V. Cedrus. N. 9. V. Cibus. N. 9. V. Dextra. N. 11.
- ¶ Nescitis quid petatis, uide. V. Confundere. N. 6. V. Ambitio. N. 3. V. Aque. N. 7. V. Cathedra. N. 1. Corrigere. N. 2. V. Crescere. N. 2.
- ¶ Potestis bibere calicem, & c. uide. V. Calix. N. 1. & 3.
- ¶ Dicunt ei possumus, uide. V. Collidere. N. 2. De obedientia, uide. V. Demittere. N. 2. V. Anathoth. N. 1. V. Anacle. N. 1.

FERIA. V. POST DOMINICAM. II.
Quadragesimae de Diuite & Lazaro.

- ¶ **H**OMO quidam erit diues Luc. 16. uide. V. Adam. N. 19. V. Adeps. N. 5. V. Aurū. N. 2. V. Aqua. N. 12. V. Auaritia. N. 3. V. Dolere. N. 4. V. Diuitia. N. 6. & 7. V. Accidia. N. 3. V. Abundare. N. 6.
- ¶ Et epulabatur quotidie splendide, uide. V. Conuiuium per totum. V. Aergo. N. 1. V. Apparere. N. 5. V. Abyssus. N. 3.
- ¶ Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, uide. V. Affligere. N. 3. V. Benefacere. N. 1. V. Capere. N. 5. V. Chalane. N. 1. V. Cyrrus. N. 3.
- ¶ Qui iacebat ad ianuam eius, & nemo illi dabat, uide. V. Arcus. N. 9. V. Arca. N. 3. V. Auricula. N. 9. V. Bibere. N. 9. De paupertate, uide. V. Duplex. N. 2. V. Cades. N. 3. V. Cogere. N. 2. V. Derelinquere. N. 4.
- ¶ Et factum est ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis, uide. V. Collidere. N. 3. V. Astarte. N. 3. V. Adiuuare. N. 2.
- ¶ In sinum Abrahae, uide. V. Abraham. N. 8.
- ¶ Mortuus est autem diues & sepultus est in in-

ferno, vide. V. Ægyptus. N. 4. & 7. V. Æstas. N. 5. V. Ambulare. N. 14. V. Annus. N. 17. V. Auferre. N. 5. V. Apprehendere. N. 5. & 21. V. Aspice. N. 5. V. Aus N. 9. V. Aurore. N. 3. V. Bradab. N. 1. V. Cacumer. N. 2. V. Caligo. N. 4. V. Cedrus. N. 7. V. Cervix. N. 3. V. Claudere. N. 3. V. Collidere. N. 4. V. Cor. N. 18. V. Escendere. N. 13.
 ¶ Eteuans oculos suos uidit Abraham, vide. V. Apponere. N. 3. V. Aqua. N. 28. V. Coccus. N. 3.
 ¶ Mute Lazarum & c. & refrigeret linguam meā, vide. V. Desertum. N. 10. V. Detrahere. N. 4. V. Angustum. N. 3.
 ¶ Quia Crucior in hac flamma, vide. V. Cruciare. N. 2. V. Amaram. N. 2. V. Aqua. N. 28. V. Ardere. N. 5. V. Beatus. N. 15. V. Caro. N. 7. V. Cuhara. N. 5.
 ¶ Fili recepisti bona in uita tua, vide. V. Bonum. N. 27. V. Coccus. N. 3.
 ¶ Habent Moysen & Prophetas audiant eos, vide. V. Audire. N. 1. & 2.
 ¶ Neque si quis ex mortuis resurrexerit credent, vide. V. Credere.

FERIA. VI. POST. Dominicam. II. Quadragesimæ de uinea.

HOMO quidā erat pater familias qui plātauit uineā, vide. V. Cedrus. N. 7. V. Afer. N. 1.
 ¶ Et locauit eam agricolis, vide. V. Agri & Agricola. N. 7.
 ¶ Agricola apprehensis seruis eius alium ceciderunt, & c. vide. V. Destruere. N. 2. V. Ciuitas. N. 17. V. Auertere. N. 8. V. Crucifigere. N. 2.
 ¶ Nouissime autem misit ad eos filium suum, vide. V. Amor. N. 2.
 ¶ Dixerunt hic est heres, vide. V. Amor. N. 41. V. Angelus. N. 22. V. Apponere. N. 5. V. Coccus. N. 1. V. Coniurare. N. 2. V. Cor. N. 16.
 ¶ Venite occidamus eum, vide. V. Constituire. N. 5. V. Accipere. N. 21. V. Amor. N. 15. V. Bosra. N. 3. V. Arics. N. 13. V. Arcam. N. 8. V. Deposci. N. 3.
 ¶ Et eiecerunt eum extra uineam & occiderunt eum, vide. V. Ciuitas. N. 17. V. Botrus. N. 1. V. Animal. N. 7.
 ¶ Malos male perdet, vide. V. Alienus. N. 7. V. Ambulare. N. 4. V. Bestia. N. 5. V. Cervix. N. 7. V. Clementia. N. 2. V. Coniurare. N. 5. & 7. V. Lorum. N. 4. V. Durum. N. 6.
 ¶ Et uineam uā tradet aliis agricolis, vide. V. Calcare. N. 13.
 ¶ Lapidē quem reprobaerunt adificantes, & c. V.

Adificare. N. 17. V. Angelus. N. 8. V. Angelus. N. 5. V. Caput. N. 4. V. Lemiter. N. 1. V. Ionus. N. 2. V. Congregare. N. 12.
 ¶ Auferetur a uobis Regnū Dei, vide. V. Agere. N. 6. V. Arguere. N. 2. V. Auferre. N. 5. & 11. V. Candelabrum. N. 5. V. Capitis. N. 1. V. Charmel. N. 4. V. Cessare. N. 7. V. Conflare. N. 7. V. Dejerum. N. 7. & 8. V. Dies. N. 37.
 ¶ Super quem ceciderit lapis, & c. vide. V. Caacere. N. 15. & 17. & 21.

SABBATO POST Dominicam. II. Quadragesimæ de filio Fiedigo Luc. 15.

HOMO quidā habuit duos filios scilicet Deus per adoptionem, V. Adoptare. N. 1. & 2.
 ¶ Et misit illis pater suum, id est dona gratiæ de quo, vide. V. Dare. N. 21. & ibid. N. 10.
 ¶ Dixit Aaoliscensior, vide. V. Aaoliscens. N. 5. & 7. & 8.
 ¶ Et profectus est in regionem longinquam, vide. V. Abire. N. 2. & 3. & 5. & 10.
 ¶ Et dissipauit pater suum in uicinis uicibus luxuriose, vide. V. Coniurare. N. 2. & 3. V. Cubile. N. ultimo.
 ¶ In se autem reuersus dixit, vide. Conuertere. N. 2. & 6.
 ¶ Pater peccauit in celum & coram te, vide de confessione peccatorum. V. Abel. N. 12. & ibidem. N. 5. & 7. & 8. V. Coniurare. N. 4.
 ¶ Non sum dignus uocari filius tuus de cognitione sui, vide. V. Cibum. N. 8. & V. Abire. N. 10. V. Argere. N. 6. V. Dignus. N. 9.
 ¶ Quanti mercenarij, vide. V. Amor. N. 5. ¶ Vidit illi pater ipse, V. Aspice. N. 2. 3. 4. 5. & 6. V. Adificare. N. 8. V. Cognoscere. N. 18. V. Auertere. N. 8. & 11.
 ¶ Cecidit super collum eius, V. Cadere. N. 1.
 ¶ Date annulum in manum eius, V. Annulus.
 ¶ Cecidit uulnū sagginatum, vide. V. Cibum. N. 5. V. Coniurare. N. 3.
 ¶ Frater tuus hic mortuus erat & renixit, vide. V. Annus. N. 10.

DOMINICA. III. Quadragesimæ.

¶ Erat Iesus eiiciens demonium, Luc. 11. Vide. V. Demonium. N. 3. V. Alienus. N. 3. V. Armilla. N. 3. V. Auferre. N. 13. V. Catena. N. 4. V. Ciuitas. N. 18. V. Declinare. N. 3.
 ¶ Et illud erat mutum, vide. V. Ala. N. 10. V. Aduocatus. N. 1.

¶ Loquutus est mutus, V. Confiteri. N. ultimo. V. Dagon. N. 1. V. Callis. N. 7. V. Dulcedo. N. 7. & 8.
 ¶ In Beelzebub principe demoniorum eiecit demones, vide. V. Adulteriū. N. 8. V. Bel. Baal. N. 3. V. Æs. N. 10. V. Affligere. N. 6. V. Aspice. N. 2. V. Canis. N. 7. V. Detrahere. N. 4. V. Dilatare. N. 4. V. Discere. N. 6.
 ¶ Ipse ut uidit cogitationes eorum, V. Cogitare. N. 9. V. Abscondere. N. 18.
 ¶ Dixit omne regnum in se diuisum desolabitur, vide. V. Concordia, & Discordia per totum. V. Compingere. N. 11. V. Curare. N. 1. V. Castra. N. 3. V. Cadere. N. 16. V. Brachium. N. 18. V. Beneplacitum. N. 1. V. Aqua. N. 24. V. Adificare. N. 2. V. Ægyptus. N. 13.
 ¶ Porro si in digito Dei eiiciat demonia, vide. V. Digitus. N. 2. & 3.
 ¶ cum fortis armatus custodit atrium suum, vide. V. Domus. N. 14. & 15. V. Distribuire. N. 4. V. Caro. N. 6. V. Captiuus. N. 3. V. Arma. N. 6. V. Angelus. N. 3.
 ¶ Fortior superueniens, vide. V. Capere. N. 2.
 ¶ Qui nō colligit mecum dispergit, vide. V. Colligere. N. 19. V. Aridū. N. 15. V. Buccella. N. 2.
 ¶ Admiratae sunt turbæ, V. Admirari. N. 2.

FERIA. III. POST Dominicam. III. Quadragesimæ.

QUARE discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum, Matth. 15. vide. V. Discernere. N. 4. V. Docere. N. 20. V. Deficere. N. 5. V. Concupiscere. N. 1.
 ¶ Quare & hos irritum fecistis mandatum Dei propter traditionē uestram, V. Absconderere. N. 12. V. Adificare. N. 14. V. Amatech. N. 1. V. Aqua. N. 22. V. Argentum. N. 3. V. Arguere. N. 17. V. Bilibris. N. 4. V. Blasphemare. N. 3. V. Calcare. N. 5. V. Caligo. N. 7. V. Carbo. N. 3. V. Cieonia. N. 1. V. Ciuitas. N. 12. & 18. V. Coagulare. N. 4. V. Declinare. N. 5. V. Despicere. N. 1. V. Destruere. N. 2.
 ¶ Deus dixit honora patrem tuum, vide. V. Dignus. N. 7. V. Auaritia. N. 7. V. Adorare. N. 5. V. Adamas. N. 2.
 ¶ Hypocrite, V. Declinare. N. 5. & 6. Destruere. N. 2.
 ¶ Populus hic labiis me honorat, cor autem, & c. Vide. V. Cubare. N. 3. V. Clamare. N. 11. V. Carmen. N. 4. V. Canere. N. 8. V. Audire. N. 19. V. Accedere. N. 3. V. Bonum. N. 16.
 ¶ Docentes doctrinas & madata hominū, vide. V.

Abynthū. N. 5. V. Dol. N. 7. V. Aqua. N. 19.
 ¶ De corde exeunt cogitationes prauæ, vide. V. Acubare. N. 3. V. Ala. N. 11. V. Circuncisio. N. 7. V. Clauis. N. 6. V. Dentes. N. 8.

FERIA. VI. POST Dominicam. III. Quadragesimæ de Samaritana, Ioan. 4.

VENIT Iesus in ciuitatem Samariae quae dicitur Sychar, & c. Iesus autem fatigatus ex itinere, vide. V. Acidia. N. 4. De otio fugiendo per totum.
 ¶ Hora cruce quasi sexta scilicet qua Iesus crucifigendus erat, vide. V. Crux. N. 5. V. Cubare. N. 1. V. Caput. N. 17.
 ¶ Mulier da mihi bibere, vide. V. Bibere. N. 15.
 ¶ Et dedisset tibi aquā uiuam, vide. V. Ducere. N. 8. V. Desertū. N. 7. V. Aqua. N. 12. & 13. & 14.
 ¶ Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei, non sitiet iterum, vide. V. Bibere. N. 14.
 ¶ Sed fiet incofons aqua salētis in uitā eternā, vide. V. Aeternū. N. 5. V. Aqua. N. 12. & 15.
 ¶ Venit hora & nunc est quando ueri adoratores adorabūt patrē in spiritu, vide. V. Adorare. N. 6. V. Dies. N. 24. V. Ciuitas. N. 4.
 ¶ Nā spiritus est Deus, vide. V. Deus. N. 5. & 6.
 ¶ Ego sum qui loquor tecum, id est ego sum Messias, vide. V. Abscondere. N. 19.
 ¶ Mirabantur quod cum muliere loquebatur, vide. V. Crura. N. 4.
 ¶ Videte regiones quoniam albae sunt ad messem, vide. V. Arare. N. 7.
 ¶ Mens cibus est ut faciā uoluntatē patris mei, vide. V. Cena. N. 6. V. Bubalus. V. 1. V. Cibus. N. 5.
 ¶ Multi crediderunt in eum Samaritanorum, vide. V. Credere. V. 6. & 7. & 9.
 ¶ Propter uerbum mulieris, vide de zelo conuersionis animarū. V. Acs. N. 4. & 5. V. Destruere. N. 1. & 5.

SABBATO POST Dominicam. III. Quadragesimæ de Adultera, Ioan. 8.

¶ Et diluculo iterum uenit in templum & omnis populus uenit ad eum. De zelo conuersionis animarum, vide. V. Calb. N. 1. V. Arguere. N. 7. V. Accingere. N. 7. Et de diligentia adhibenda pro salute animæ. V. Cingere. N. 3. V. Coniurare. N. 2. V. Circuire. N. 5.
 ¶ Adducunt autē scribæ mulierē deprehensam in adulterio, vide. V. Adultera. N. 1. & 3. & 5. & 6. V.

Cadere. N. 17. V. Carbo. N. 3. V. Circuire. N. 4.
 V. Cogitare. N. 8. V. Delinquere. N. 2. V. De-
 prehendere. N. 1.
 ¶ Et Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare.
 Vide. V. Clauus. N. 1.
 ¶ Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat
 in terra. Vide. V. Adamas. N. 3. V. Columba.
 N. 10.
 ¶ Qui sine peccato est uestrum primus in illam lapi-
 dem mittat. Vide. V. Dens. N. 8. V. Clauus. N.
 1.
 ¶ Vnus post alium exhibant. Vide. V. Conscientia.
 N. 2.
 ¶ Mulier ubi sunt, qui te accusabāt? nemo te cōdemna-
 uit, &c. Neque ego te condemnabo. Vide. V. Con-
 uertere. N. 2. & 10. V. Conterere. N. 4. V.
 Audire. N. 17. V. Aspicere. N. 12. V. Arun-
 do. N. 3. V. Aqua. N. 8.
 ¶ Iam amplius noli peccare. Vide. V. Dulce. N. 1.
 V. Deuorare. N. 4. V. Desertum. N. 10. V. Cu-
 rare. N. 2. V. Cor. N. 18. V. Aqua. N. 28. V.
 Armilla. N. 6. V. Bonum. N. 13. V. Clementia.
 N. 1.

DOMINICA III.
 Quadragesimæ de quinque pa-
 nibus. Ioan. 6.

ABIIT Iesus trans mare Galilee, & sequeba-
 tur eum multitudo magna, quia uidebant signa
 quæ faciebat. Vide. V. Deducere. N. 3. V. An-
 nuntiare. N. 10. V. Aurum. N. 15. V. Discerne-
 re. N. 4.
 ¶ Subiit in montem. Vide. V. Consuetudo. N. 2.
 ¶ Cum subleuasset ergo oculos Iesus & uidisset quia
 multitudo maxima uenit ad eum. Vide. V. Aspi-
 cere. N. 2. 3. 4. 5. & 6.
 ¶ Philippe unde ememus panes ut manducent hi?
 Vide. V. Dare. N. 4.
 ¶ Dixit ei unus ex discipulis eius Andreas. Vide.
 V. Andreas.
 ¶ Est puer unus hic qui habet quinque panes hordea-
 ceos. Vide. V. Abstinentia. N. 5. V. Alexander.
 N. 4. V. Bibere. N. 2.
 ¶ Facite ergo homines discumbere. Vide. V. Ale-
 xandria. N. 2.
 ¶ Accepit Iesus panes & cum gratias egisset. Vi-
 de. V. Adorare. N. 7.
 ¶ Distribuit discumbentibus similiter & ex piscibus,
 &c. & ut impleti sunt, &c. Impleuerunt duodecim
 cophinos. Vide. V. Conuiuium. N. 4. & ibi vati-
 cinium Sybillæ de hoc miraculo. Item. V.

Discernere. N. 5. V. Dulce. N. 8. Item ad my-
 sticum sensum. V. Aspicere. N. 5.
 ¶ Illi ergo homines cum uidissent quia fecerat Iesus
 signum. Vide. V. Aspicere. N. 5. V. Adoles-
 cens. N. 7. V. Ducere. N. 4. V. Ambitio. N. 9.

FERIA III. POST
 Dominicā. III. Quadra-
 gesimæ de cæco nato
 Ioan. 9.

PRÆTERIENS Iesus uidit hominem.
 V. Aspicere. N. 2. 3. 4. 5. & 6.
 ¶ Cæcum à natiuitate. Vide. V. Cæcus. M. 3. V.
 Calculus. N. 4.
 ¶ Neque hic peccauit neque parentes eius, sed ut ma-
 nifestetur opera Dei in illo. Vide. V. Brachium.
 N. 3. V. Aurum. N. 15. V. Discernere. N. 4.
 ¶ Me oportet operari donec dies est. Vide. V. Aci-
 dia. N. 3. & per totum. V. Cingere. N. 3. V.
 Consurgere. N. 2.
 ¶ Venit nox quando nemo potest operari. Vbi nox
 accipitur pro nocte de qua. V. Absorbere.
 N. 2. V. Auis. N. 9.
 ¶ Quandiu sum in mundo lux sum mundi. Vide. V.
 Candelabrum. N. 2.
 ¶ Fecit lutum ex sp̄to & liniuit super oculos eius.
 Vide. V. Duplex. N. 8. V. Describere. N. 5. Et
 de cognitione sui. Vide. V. Cubitus. N. 8. V.
 Abire. N. 10.
 ¶ Vade laua. Vide. V. Ala. N. 6.
 ¶ In natatoria Siloe. Vide. V. Bethsaida. N. 1. V.
 Abire. N. 5.
 ¶ Ille autem dixit quia Propheta est. Vide. V. Con-
 fiteri. N. 2. & 3. V. Dulcedo. N. 7. & 8. V.
 Caligo. V. 5.
 ¶ Quis aperuit oculos eius nos nescimus, timor fe-
 cit tepidos parentes cæci de quo. Vide. V.
 Deficere. N. 6. & 8. V. Confiteri. N. 2.
 ¶ Noscimus quia hic homo peccator est. Vide. V.
 Aries. N. 11. V. Bonum. N. 9. V. Calcare. N.
 14. V. Ciuitas. N. 18. V. Claudere. N. 3.
 ¶ Vt si quis confiteretur eum Christum, extra Syna-
 gogam fieret. V. Confiteri. N. 3.
 ¶ Nisi esset hic homo à Deo, non poterat facere quic-
 quam. Vide. V. Achates. N. 1. V. Amor. N. 20.
 & 21. V. Accingere. N. 5.
 ¶ Tu credis in filium Dei. Vide. V. Credere.
 N. 6. & 7. & 9.
 ¶ Et procidens adorauit eum. V. Adorare. N. 1.

FERIA V. POST DO
 minicam. III. Quadragesimæ
 de vidua Naim. Luc. 7.

IBAT Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naim. Vi-
 de. V. Deficere. N. 1.
 ¶ Et ecce defunctus efferbatur. V. Cadauer. N. 1.
 ¶ Misericordia motus super eam. Vide. V. Abel.
 N. 12. V. Abscondere. N. 9.
 ¶ Dixit illi noli flere. Vide. V. Amor. V. Calui-
 tium. N. 5. & 6.
 ¶ Tetigit loculum, vide. V. Calculus. N. 4.
 ¶ Hic autem qui portabant steterunt, vide. V. Adula-
 tor. N. 1.
 ¶ Et ait adolescens tibi dico surge, vide. V. Adoles-
 cens. N. 5. & ibi latius de corrigendis, & in-
 struendis adolescentibus, & V. Consumma-
 re. N. 6. & V. Aspicere. N. 4.
 ¶ Et resedit qui erat mortuus & cepit loqui, vide.
 V. Confiteri. N. 5. 6. 7. & 12.
 ¶ Et glorificabant Deum, vide. V. Deducere. N.
 6. V. Brachium. N. 2. V. Aspicere. N. 5.

FERIA VI. POST
 Dominicam. III. Quadra-
 gesimæ, de Lazaro.
 Ioan. 11.

ERAT quidam languēs Lazarus vide. V. Car-
 cer. N. 1. V. Absynthium. N. 3. V. Defice-
 re. N. 8. V. Dextra. N. 7.
 ¶ A Bethania de castello Maria, & Marthe soro-
 rum eius, vide. V. Bethania.
 ¶ Domine ecce quem amas infirmatur, vide. V.
 Amor. N. 3.
 ¶ Infirmitas hæc non est ad mortem. V. Apparere.
 N. 13. V. Anima. N. 6.
 ¶ Mansit in eodem loco duobus diebus, vide. V. Cer-
 uis. N. 3.
 ¶ Rabbi nunc quæ rebāt te Iudei lapidare quales
 erāt Pharisei, vide. V. Declinare. N. 5. & 6.
 ¶ Respondit Iesus, nonne duodecim horæ sunt diei, vide
 V. Conseruare. N. 2. & V. Dies. N. 1.
 ¶ Lazarus amicus noster dormit, vide. V. Dor-
 mire. N. 4.
 ¶ Lazarus mortuus est, vide. V. Ducere. N. 7.
 ¶ Eamus nos & moriamur cum illo, vide. V. Bulby-
 rum. N. 3. V. Achates. N. 1.
 ¶ Ego sum Resurrectio & uita. V. Deus. N. 11.
 ¶ Qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet, vi-

de. V. Credere. N. 9.
 ¶ Tunc Christus filius Dei uiui. V. Christus. N. 9.
 Iesus autē infirmus spiritu: vide. V. Adducere. N. 3.
 Lachrimatus est Iesus, vide. V. Ciucium. N. 3. V.
 Despicere. N. 2. V. Adm iratio. N. 10. V. Di-
 ues. V. 1.
 ¶ Vbi posuistis eum, vide. V. Abel. N. 10. V. Adā.
 N. 17.
 ¶ Domine iam fetet quatruiduanus est enim, vide. V.
 Annus. N. 10. V. Cadauer. N. 1.
 ¶ Pater gratias tibi ago, vide. V. Cathedra. N. 3.
 V. Adorare. N. 6.
 ¶ Voce magna clamauit Lazare ueni foras, vide. V.
 Clamare. N. 14.
 ¶ Et statim prodiit qui erat mortuus ligatus manus.
 &c. Vide. V. discernere. N. 5. V. ducere. N. 3.
 V. Brachium. N. 2. V. Aurum. N. 15. V. Appo-
 nere. N. 6. V. Aspicere. N. 5.
 ¶ Multi crediderunt in eum. V. Credere.

DOMINICA V.
 Quadragesimæ.

QUIS ex uobis arguet me de peccato Ioan. 8.
 vide. V. Accedere. N. 8. V. Amor. N.
 34. V. Aqua. N. 26. V. Cicatrix. N. 3. V.
 Cingere. N. 4. V. Claudere. N. 3. V. Comparare.
 N. 1. V. Deficere. N. 5. V. Delictum. N. 5.
 V. Dentes. N. 9. V. Aries. N. 6.
 ¶ Si ueritatem dico uobis quare non creditis, vide
 Adulterium. N. 7. vide Cadere. N. 20. V. Ca-
 tena. N. 3. V. Dulce. N. 4. V. Durum. N. 6.
 ¶ Qui ex Deo est uerba Dei audit, propterea uos
 non auditis quia ex Deo non estis, vide. V. Abo-
 minari. N. 4. V. Aegyptus. N. 5. V. Basan. N.
 2. V. Audire. N. 3. & 13. & 14. V. Aspis. N.
 4. V. Cibus. N. 5. V. Cicatrix. N. 2. V. Cessa-
 re. N. 8. V. Comedere. N. 12. V. Ciuitas. N.
 18. V. Demittere. N. 2. V. Dorsum. N. 2. V. Cō-
 cupiscere. N. 3. V. Calcare. N. 14. V. Caligo.
 N. 7.
 ¶ Samaritanus es tu & demonium habes, vide. V.
 Adulterium. N. 8. V. Amarum. N. 4. V. Cogita-
 re. N. 9. V. Affligere. N. 6. V. Alienus. N. 1.
 V. Anathema. N. 4. V. Aqua. N. 8. & 20. V.
 Aspis. N. 2. & 3. V. Aurichalchū. N. 3. V. Blas-
 phemare. N. 2. V. Bonum. N. 5. V. Dilatare. N.
 4. V. Discere. N. 6. V. Dissimulare. N. 1. V.
 Custodire. N. 3. V. cælum. N. 14.
 ¶ Ego non quero gloriam meam, de gloria uana, vi-
 de. V. Adeps. N. 2.
 ¶ Nunquid maior es Patre nostro Abraham? vide.
 V. Ardere. N. 8.

- ¶ Qui sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in eternum, vide. V. Dies. N. 33.
- ¶ Abraham Pater uester exultauit, ut uideret diem meum, vide. V. Decor. N. 11. V. Dies. N. 12. V. Abscondere. N. 19. V. Aries. N. 4. V. Caerua. N. 5. V. Cedrus. N. 4. V. Concipere. N. 6.
- ¶ Quinquaginta annos non lum habes, & Abraham uidisti, vide. V. Consummare. N. 6.
- ¶ Amen dico uobis antequam Abraham fieret ego sum, vide. V. Cōsecr. arc. N. 2. V. Æternum. N. 2. V. Abraham. N. 9.
- ¶ Tulerunt ergo lapides, vide. V. Abire. N. 9. V. Ardere. N. 6.

**FERIA. III. POST
Dominicam. V. Quadra-
gesimæ.**

- F**ACTA sunt cœnia Hierosolymis & hinc erat Ioan. 10. Id est festum renouationis templi mense Nouembri sub Iuda Machabæo.
- ¶ Et ambulabat Iesus, &c. Circumderunt ergo eum Iudæi, vide. V. Accedere. N. 7. V. Concilium. N. 5. V. confortare. N. 6.
- ¶ Si tu es Christus dic nobis palam. V. Dolus. N. 2. V. Catulus. N. 4.
- ¶ Vos non creditis quia non estis ex ouibus meis, vide. V. Credere. N. 3. V. Cadere. N. 20. V. Adulteriū. N. 7. V. Abominari. N. 4. V. Ægyptus. N. 5.
- ¶ Operibus credite, vide. V. Aurum. N. 15. V. Cōparare. N. 1. & 2.
- ¶ Oues meæ uocem meam audiunt, vide. V. Concipere. N. 2. V. Diadema. N. 1.
- ¶ Et sequuntur me, vide. V. Accedere. N. 4. & 5. V. Cedrus. N. 8.
- ¶ Ego uitam eternam do eis, vide. V. Æternum. N. 5. V. Annus. N. 32. V. Arundo. N. 5. V. Auertere. N. 12. V. Bonum. N. 8. V. Cingere. N. 4.
- ¶ Et nemo rapiet eas de manu mea. V. David. N. 2. V. Confortare. N. 1. V. Caro. N. 6. V. Adamas. N. 1.
- ¶ Ego & pater unum sumus, vide. Præliud. 1. N. 9.
- ¶ Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vide. V. Ciuitas. N. 18. V. Aspice. N. 3. V. Abire. N. 9.
- ¶ Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo propter quod horum me lapidatis, V. Bonum. N. 22. V. Comparare. N. 1. & 2. V. Aurum. N. 15.

- ¶ De bono opere non lapidamus te sed de blasphemia, vide. V. Blasphemare. N. 2. V. Ardere. N. 6.
- ¶ Ego dixi Dixi estis, vide. V. Deus. N. 18. V. Adoptio. N. 1. 2. & 3. V. Consors. N. 2.
- ¶ Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vide. V. Christus. N. 1. & 2. V. Angelus. N. 19.

**FERIA. V. POST
Dominicam. V. Quadra-
gesimæ de conuersione
Magdalenæ,
Luc. 7.**

- R**OGABAT Iesum quidam Phariseus, ut manducaret cum illo, vide. V. Conuiuī. N. 1. V. Claudus. N. 2.
- ¶ Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vide. V. Amor. N. 27. & 36. V. Cades. N. 2. V. Kalendæ. N. 4. V. Æs. N. 12. V. Aminadab. N. 2. V. Annus. N. 25. V. Armilla. N. 3. V. Bonum. N. 13. V. Ceruus. N. 4. V. Cynomia. N. 1. V. Collis. N. 8. V. Consumere. V. Conuertere. N. 10. V. Drachma. N. 11. V. Draco. N. 2. V. Calor. N. 1. V. Carbo. N. 5. V. Carcer. N. 4. V. Accubare. N. 3. V. Cocytus. N. 2.
- ¶ Ut cognouit quia Iesus accubuit in domo Pharisei, attulit Alabastrum, vide. V. Ægyptus. N. 6. V. Cingere. N. 9. V. Coniurgere. N. 2. V. Circuire. N. 5. V. Alabastrum. N. 1.
- ¶ Et stans retro secus pedes eius. V. Auertere. N. 4. V. Confundere. N. 2. & 5. & 11.
- ¶ Secus pedes eius. V. Concidere. N. 9.
- ¶ In ciuitate peccatrix. V. Cathedra. V. Draco. N. 2. V. Calor. N. 1. V. Carbo. N. 5. V. Carcer. N. 4. V. Consuetudo. N. 3. V. Accubare. N. 3. V. Cocytus. N. 2.
- ¶ Lachrymis capit rigare pedes eius, vide. V. Cor. N. 10. & 15. & 18. V. Colyrium. N. 1. V. Cognoscere. N. 18. V. Cogitare. N. 4. V. Canere. N. 7. V. Calcaneus. N. 3. V. Buccella. N. 3. V. Aqua. N. 10. V. Aquila. N. 10. V. Cedron. N. 1. V. Canere. N. 7.
- ¶ Et unguento ungebat, vide. V. Aquila. N. 5. V. Annus. N. 31.
- ¶ Quia peccatrix est, vide. V. Auertere. N. 6.
- ¶ Duo debitores erant cuidam fœneratori, unus debebat ei denarios quingentos. V. Debere. N. 2. V. Denarius. N. 1.

- ¶ Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Hoc loco vilem elemosynam taxat filius Dei de qua. V. Canis. N. 2.
- ¶ Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum, vide. V. Abies. N. 4. V. Album. N. 6. V. Amarum. N. 1. V. Aroma. N. 2. V. Arido. N. 3. V. Aspice. N. 9. V. Auferre. N. 18. V. Aurum. N. 17. V. Calculus. N. 4. V. Carbo. N. 2. V. Carcer. N. 4. V. Cicatrix. N. 3. V. Ciuitas. N. 4. V. Cementia. N. 3.
- ¶ Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? vide. V. Dimittere. N. 3. V. Consumere. N. 2. V. Conuertere. N. 2.
- ¶ Tandem Maria Magdalena secessit in eremum, vide. V. Comportare. N. 2.

**FERIA. VI. POST
Dominicam. V. Quadra-
gesimæ.**

- C**ollegerunt principes, & Pharisei concilium Ioan. 11. vide. V. Curare. N. 3. V. Coniurare. N. 3. V. Consilium. N. 6. V. Concilium. N. 6. V. Colligere. N. 3. V. Conari. N. 1. V. Colligere. N. 1. V. Calculus. N. 4.
- ¶ Quid facimus quia hic homo multa signa facit? V. Absorbere. N. 5. V. Admirari. N. 3. & 5. V. Æs. N. 10. V. Arcus. N. 8. V. Ardere. N. 8. V. Aspice. N. 2. V. Bestia. N. 5. V. Caligo. N. 2. V. Catulus. N. 4. V. Cethim.
- ¶ Si dimittimus eum sic, &c. uenient Romani, & tollent gentem nostram, vide. V. Declinare. N. 3. V. Descendere. N. 11. V. Decipere. N. 5. V. Corpus. V. 6. V. Concipere. N. 7. V. Cogitare. N. 7. V. Auaritia. N. 7. V. Ala. N. 9.
- ¶ Unus autem ex ipsis Cayphas nomine, cum esset pontifex anni illius prophetauit, vide. V. Cadere. N. 2. V. Cayphas. Cæsar, & Cæsarea. V. Cithara. N. 3. V. Diuinare. N. 4.
- ¶ Vos nescitis quicquam, nec cogitatis. V. Cadere. N. 15.
- ¶ Expedit ut unus homo moriatur. V. Buccella. N. 2. V. Bonū. N. 13. V. Blasphemare. N. 3. V. Altus. N. 9. V. Aqua. N. 20. V. Abire. N. 8.
- ¶ Quia Iesus moriturus erat pro gente. V. Deuorare. N. 9. V. Conuertere. N. 11. V. Castigare. N. 2. V. Bosphorus. N. 3. V. Aries. N. 14. V. Aquilo. N. 14. V. Conuertere. N. 11. V. Condemnare. N. 3.
- ¶ Iesus ergo iam non palam ambulabat, vide. V. Abire. N. 9.

**DOMINICA IN
Ramis Palmarum Mat-
thæ, 21.**

- C**VM appropinquasset Iesus Hierosolymis & uenisset Bethphage, vide. V. Bethphage. N. 2.
- ¶ Ite in Castellum quod contra nos est, vide. V. Castellum, & Castellum, & V. Adiuuare. N. 5.
- ¶ Et inuenitis asinam alligatam, & pullum, vide. V. Asina. N. 5. & 8. & 9.
- ¶ Ecce rex tuus uenit tibi, vide in uerbis citatis.
- ¶ Et eum de super sedere fecerunt, vide. V. Ambitio. N. 9. V. Currus. N. 1.
- ¶ Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia, alij autem cadebant ramos, vide. V. Conden- sa. N. 2. V. Decipere. N. 2.
- ¶ Osanna filio David, vide. V. David.

**MANDATVM
Feria. V. Hebdoma-
dæ sanctæ Ioan-
nis. 13.**

- S**CIENS Iesus quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem, vide. V. Bestia. N. 9. V. Conscientia. N. 2. & 3. V. Dominari. N. 8.
- ¶ Cū dilexisset suos, &c. in finē dilexit eos, vide. V. Conserere. N. 2. V. Cera. N. 1. V. Aurichalcum. N. 1. V. Aqua. N. 20.
- ¶ Et cœna facta, vide. V. cœna. N. 3. V. Coniuium. N. 3.
- ¶ Cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas, vide. V. Daemon. N. 17.
- ¶ Sciens quoniam omnia dedit ei pater in manus, vide. V. Calcare. N. 5. V. Cōstituer. N. 3. & 4. V. Dare. N. 19. V. Cherubim. V. 3.
- ¶ Ponit uestimenta sua, & cum accepisset linteam præcinxit se, vide. V. Accingere. N. 6. & 7.
- ¶ Et cepit lauare pedes discipulorum, vide. V. Adulteriū. N. 7. V. Chrystallum. N. 3. & Præliud. 2. N. 2.
- ¶ Domine tu mihi lauas pedes: id est, tu Christus filius Dei de quo uide. V. Christus quā gloriosus titulis appelletur. N. 1. & 2. & 3. & 9.
- ¶ Non lauabis mihi pedes in eternum. Respondit ei Iesus si non lauero te non habebis partem mecum. Hoc loco de obedientia, & inobedientia, vi-

de. V. Anathoth. & V. Anameel. V. Agar. V. Dimittere. N. 2.

¶ Vos uocatis me magister & Domine, vide. V. Dominari. N. 1. & 2. 3. 4. 5. 6. & 7.

¶ Et uos debetis alter alterius lauare pedes. Hoc loco de dilectionis forma erga proximos, vide. V. Abel. N. 10. V. Ala. N. 10. V. Apprehendere. N. 13. V. Claudus. N. 2.

¶ Exemplum meū do uobis, &c. Vide. V. Dux. N. vlt. V. Concipere. N. 2. V. Aurum. N. 10. & 16. V. Adam. N. 7.

Finis Euangeliorum Quadragesimæ.

LAVS DEO.

IN AVRORA Resurrectionis.

Marc. vlt.



MARIA Magdalene, &c. emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum, vide. V. Aromata. N. 7.

¶ Et ualde mane una Sabbatorum, ueniunt ad monumentum, vide. V.

Aurora. N. 2. Item de die Dominica quæ est vna Sabbatorum, vide. V. Dies. N. 2. & 3.

¶ Veniunt ad monumentum orto iam sole: id est postquam Christus resurrexerat summo mane, vide. V. Cor. N. 21.

¶ Introeuntes in monumentum uiderunt iuuenem in dextris, vide. V. Angelus. N. 17. & V. Dextra. N. 7.

¶ Coopertum stola candida, vide. V. Album. N. 3.

¶ Qui dixit eis, &c. Surrexit non est hic, vide. V. Absorbere. N. 3. & 10. V. Accipere. N. 2. V. Arcus. N. 12. V. Benedicere. N. 5. V. Cedrus. N. 2. V. Cubare. & Cubile. N. 7. V. Clavis. N. 5.

FERIA II. IN FES- to Resurrectionis. Luc. 24:

DVO ex discipulis eius ibant ipsa die in Castellū. Discipuli Christi qui dicuntur, vide. V. Discere. N. 3. & 4. & 5.

¶ Et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis, vide. V. Accedere. N. 2.

¶ Et oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. V. Cæcus.

¶ Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem. Hoc loco de spiritualibus loqui initium esse salutis, vide. V. Derelinquere. N. 3.

¶ Et non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit quæ? Quare Christus interrogat cum sciat omnia? vide. V. Adam. N. 17. V. Abel. N. 10.

¶ Et dixerunt de Iesu Nazareno, qui fuit uir Prophetæ potens opere, & sermone, vide. V. Aurum. N. 15. V. Discernere. N. 5. V. Carbo. N. 3. V. Carbunculus. N. 3.

¶ Sed & mulieres quæ ad eum ex nostris terruerunt nos &c. dicentes se etiam uisionem Angelorum uidisse, qui dicunt eum uiuere, vide. V. Aridum. N. 12.

¶ Et ipse dixit ad eos ò stulti, V. Crescere. N. 2. V. Corrigere. N. 2.

¶ Et tardi ad credendum, quæ locuti sunt Prophetæ, &c. Et incipiens à Moysè interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant, vide. V. Deo rare. N. 3. V. Catulus. N. 1. V. Dux. N. 5. V. Cubare. N. 7. V. Consummare. N. 6. & 7. V. Arbor. N. 1. & 2. V. Derelinquere. N. 11. V. Caro. N. 11. V. Aridum. N. 14. V. Accipere. N. 7. V. Aspicere. N. 18. V. Bosra. N. 3. & 4.

¶ Et ipse finxit se longius ire, vide. V. Deus. N. 9.

¶ Et coegerunt illum dicentes, mane nobiscum, vide. V. Cogere. N. 2.

¶ Et aperti sunt oculi eorum, vide. V. Collyrium. N. 1.

¶ Et cognouerunt eum in fractione panis, vide. V. Cognoscere. N. 7.

¶ Et dicebant ad inuicem nonne cor nostrum ardens erat in nobis: vide. V. Cor. N. 9. V. Ardere. N. 2.

¶ Quia surrexit Dominus uere, vide. V. Benedicere. N. 5. & 18.

DOMINICA IN Albis. Ioan. 20.

CVM eset sero in die illa una Sabbatorum. Id est die Dominica, de qua vide. V. Dies. N. 2.

¶ Et fores essent clausæ propter metum Iudeorum; vide. V. Claudere. N. 5. V. Calor. N. 2. V. Altitudo. N. 11.

¶ Venit Iesus & stetit in medio eorum, & dixit pax uobis, vide. V. Amuntiare. N. 2. V. Arcus. N. 6. V. Conscientia. N. 3.

¶ Et Thomas non erat cum eis. V. Curare. N. 2.

¶ Gauisi sunt discipuli uiso Domino, vide. V. Abscondere. N. 11. V. Aquilo. N. 4. & 13. V. Aries. N. 7.

¶ Et dixit eis iterum pax uobis. V. Collis. N. 2.

¶ Sicut misit me pater, & ego mitto uos, vide. V. Æthiopia. N. 4. & 6. V. Altare. N. 9. V. Apprehendere. N. 15. V. Arcus. N. 4. V. Aries. N. 17. V. Auferre. N. 2. 6. V. Cera. N. 4. V. Calcare. N. 4. V. Canis. N. 4. V. Cauerna. N. 2. V. Ceruus. N. 6. V. Cingere. N. 2. V. Claudus. N. 3. V. Cognoscere. N. 6. V. Cōstituere. N. 4. V. Cornu. N. 6. V. Currere. N. 5. V. Dare. N. 12. V. Dextra. N. 8. V. Dissoluere. N. 7. V. Ducere. N. 8.

¶ Accipite spiritū sanctū. V. Arma. N. 3. V. Concretere. N. ult. V. Confiteri. N. 5.

¶ Quorum remisistis peccata remittuntur eis, vide. V. Beneplacitum. N. 4. V. Candelabrum. N. 2. V. Cubare. N. ult.

¶ Nisi uidero in manibus fixuram clauorum non credam, vide. V. Abies. N. 8. V. Admirari. N. 3. V. Berillus. N. 1. V. Cedrus. N. 9. V. Circumferre. N. 2. V. Collis. N. 5. V. Amor. N. 3. 6. V. Aquilo. N. 4.

¶ Venit Iesus ianuis clausis, vide. V. Claudere. N. 5.

¶ Deinde dicit Thomæ inser digitum tuum huc, & uide manus, vide. V. Ablactare. N. 3. V. Cauerna. N. 3.

¶ Noli esse incredulus sed fidelis. V. Clamare. N. 11.

¶ Respondit Thomas Dominus meus, & Deus meus. V. Cibum. N. 9. V. Abscondere. N. 2. V. Colli-dere. N. 2. V. Columba. N. 3.

¶ Quia uidisti me Thoma credidisti, vide. V. Credere. N. 12.

¶ Beati qui non uiderunt, & crediderunt. V. Beatus. N. 12. V. Caath. N. 2. V. Caligo. N. 2.

DOMINICA II. post Pascha. Ioan- nes. 10.

EGO sum pastor bonus, vide. V. Baculus. N. 14. V. Bonus. N. 2. & 3. V. Cognoscere. N. 3. V. Custodire. N. 2. V. David. N. 6.

¶ Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, vide. V. Charmel. N. 4. V. Anima. N. 9. V. Abominari. N. 5. V. Aurichalchum. N. 1. V. Columba. N. 4. V. Crura. N. 3. V. Delere. N. 4. V. Dies. N. 3.

¶ Mercenarius autem, &c. uidet lupum. V. Adducere. N. 9. V. Aurum. N. 11. V. Bestia. N. 5. & 15. V. ibere. N. 5. V. Contrahere. N. 2. V. Abnegare. N. 2.

¶ Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, vide. V. Bonum. N. 24. V. Cognoscere. N. 2.

¶ Et animam meam pono pro ouibus meis, vide. V. Aqua. N. 23. V. Abscondere. N. 5.

¶ Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, vide. V. Adducere. N. 4. V. Æthiopia. N. 4. V. Angelus. N. 3. V. Animal. N. 3. V. Aries. N. 1. V. Ascendere. N. 10. V. Cani. N. 3. V. Cæc. N. 5. V. Cōstituere. N. 3. V. Conuertere. N. 8. V. Decor. N. ult. V. Dimittere. N. 10. V. Domus. N. 5.

¶ Et fiet unam ouile, & unus pastor, vide. V. Dilatare. N. 2. V. Derelinquere. N. 7. V. Corona. N. 10. V. Consummare. N. 3. V. Consequi. N. 4. V. Congregare. N. 11. & 12. V. Conducere. N. 1. V. Claudus. N. 6. V. Catulus. N. 1. V. Aquilo. N. 14. V. Aqua. N. 14. V. Amor. N. 15. V. Abbreuiare. N. 7. V. Duplex. N. 4.

DOMINICA III. Post Pascha. Ioan- nes. 16.

Modicum & iam non uidebitis me, & iterum modicum, & uidebitis me quia uado ad patrem, vide. V. Ænigma.

Item de breuitate uitæ præsentis. V. Annus. N. 36. Item de tempore quo filius Dei est, apud patrem ante diem iudicij finalis. regnans cum animabus sanctis, vide. V. Annus. N. 45. post hoc autem iterum uidebimus eum iudicantem, vide. V. Abscondere. N. 21. V. Abyssus. N. 2. V. Adam. N. 18. V. Al-

bus. V. 2. N. Apparere. N. 8. V. Auferre. N. 10.

- ¶ Cognouit autem Iesus quia nolebant eum interrogare. Quod Christus nouerit cogitationes, vide. V. Abscondere. N. 18.
- ¶ Amen dico uobis quia plorabitis, & flebitis uos, vide. V. Amarum. N. 5. V. Argentum. N. 7. V. Castra. V. 5.
- ¶ Mundus autem gaudebit, vide. V. Amarum. N. 3. V. Arguere. N. 9. V. Ascendere. N. 7. V. Castigare. N. 2.
- ¶ Sed tristitia uestra uertetur in gaudium, vide. V. Album. N. 2. V. Amor. N. 44. V. Audire. N. 18. V. Caput. N. 11. V. Cessare. N. 2. V. Christus. N. 7. V. Cibus. N. 2. V. Cingere. N. 4. V. Circundare. N. 4. V. Consolari. N. 4. V. Consummare. N. 6. V. Convertere. N. 7. V. Declinare. N. 10. V. Delectare. N. 3. V. Derelinquere. N. 6. V. Dextra. N. 8. V. Cor. N. 6.
- ¶ Et gaudium uestrum nemo tollet à uobis, vide. V. Adeps. N. 3.

DOMINICA. III.
Post Pascha. Ioan-
nis. 16.

- V**ADO ad eum qui misit me, vide. V. Edificare. N. 15. V. Ambulare. N. 8.
- ¶ Sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. V. Cithara. N. 4.
- ¶ Expedit uobis, ut ego uadam, si enim non abiero paracletus nõ uentet ad uos, vide. V. Abluere. N. 1. V. Caernna. N. 2. V. Consolari. N. 5. V. Crystallum. N. 3.
- ¶ Si autem abiero mittam eum ad uos, vide. V. Dare. N. 1. V. Dignus. N. 8. V. Deuouere. N. 4.
- ¶ Cum autem ille uenerit, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, vide. V. Arguere. N. 3.
- ¶ De peccato quidem, quia non crediderunt in me, vide. V. Adamas.
- ¶ De iustitia uero quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me. Quia uidelicet omnis iustitia nostra sine gratia Christi nõ sufficit de quo, vide. V. Abominari. N. 3. V. Abundare. N. 4. V. Abbreviare. N. 7.
- ¶ De iudicio autem quia princeps huius mundi iam iudicatus est, vide. V. Cruciare. N. 3. V. Cibus. N. 12. V. Cere. N. 2. V. Curtilago. N. 1. V. Cadere. N. 13. V. Bestia. N. 6.
- ¶ Cum autem uenerit spiritus ille ueritatis docebit

uos omnem ueritatem. In quo ostendit se Deum, quia docere omnia proprium est Dei, vide. V. Docere. N. 1. 2. 3. 4. 5.

- ¶ Non enim loquetur à semetipso. Quia scilicet, est à Patre & filio. Ideo dicitur fluuius aque uiuæ procedens à sede Dei, & Agni, vide. V. Aqua. N. 13.
- ¶ Ille me clarificabit. N. Clarificare. N. 5.

DOMINICA. V.
Post Pascha. Ioan-
nis. 16.

- A**MEN dico uobis siquid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. V. Altare. N. 5. & 11. V. Concedere. N. 3. V. Corona. N. 2. V. Componere. N. 1. V. Dare. N. 7. & 21. V. Donum. N. 6.
- ¶ Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo, petite, & accipietis. V. Bonum. N. 24. V. Accedere. N. 6. V. Desiderare. N. 1. V. Duplex. N. 4.
- ¶ Vt gaudium uestrum sit plenum, vide. V. Anima. N. 12. V. Aqua. N. 16. V. Audire. N. 5.
- ¶ Iam non in prouerbis loquar uobis, sed palam de Patre meo annuntiabo uobis. Vbi quod doctor Ecclesiæ sit Christus, vide. V. Docere. N. 6. & peculiariter Apostolis sensum aperuit, ut intelligerent scripturas. V. Describere. N. 4. V. Docere. N. 1.

FESTVM ASCEN-
ensionis. Marci,
ultimo.

- R**ecumbentibus undecim discipulis apparuit illis Iesus, vide. V. Dies. N. 7. V. Bibere. V. 16.
- ¶ Et exprobrauit incredulitatem eorum, vide. V. Corrigrere. N. 2.
- ¶ Euntes in mundum uniuersum prædicate Euangelium, vide. V. Adorare. N. 8. V. Aegyptus. N. 15. V. Bibere. N. 21. V. Aes. N. 4. & 8. V. Albus. N. 4. V. Aminadab. N. 1. V. Arcus. N. 4. V. Cedrus. N. 6. V. Cognoscere. N. 6. V. Columba. N. 6. V. Creare. N. 8. V. Currere. N. 5. V. Describere. N. 5. V. Aqua. N. 19. V. Congregare. N. 6.
- ¶ Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, vide. V. Ammon. N. 1. & V. Caligo.

- N. 1. V. Aspergere. N. 3.
- ¶ Qui uero non crediderit, condemnabitur, vide. V. Aegyptus. N. 17. V. Arguere. N. 3.
- ¶ Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur, uide. V. Amygdalus. N. 1. N. Anulus. N. 1. & V. Dies. N. 29. V. Admirari. N. 4.
- ¶ In nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, &c. Vide. V. Auferre. V. 13. V. Demon. N. 2. & 7.
- ¶ Postquam loquutus est eis assumptus est in caelum, vide. V. Edificare. N. 15. V. Accipere. N. 4. V. Aeternum. N. 11. V. Altus. N. 3. & 5. V. Angelus. N. 17. V. Aquila. N. 1. V. Arca. N. 6. V. Ascendere. N. 13. & 14. V. Bojra. N. 3. V. Botrus. N. 4. V. Catulus. N. 1. V. Carrus. N. 3.
- ¶ Et sedet à dextris Dei, vide. V. Cubare. N. 1. V. Dextra. N. 2. & 8. & 11.

DOMINICA. VI.
Post Pascha, Ioan-
nis. 16.

- C**VM uenerit Paracletus quem ego mittam uobis à patre, ille testimonium perhibebit de me, vide. V. Consolari. N. 4. & 6. V. Ducere. N. 6. V. Clarificare. N. 5.
- ¶ Et uos testimonium perhibebitis, vide. V. Asina. N. 4. & V. Discernere. N. 3. V. Annuntiare. N. 5. V. Apostolus. N. 9. V. Catulus. N. 2. V. Dignus. N. 4. V. Aqua. N. 13. V. Diluuium. N. 3. V.
- ¶ Absque Synagogis facient uos, & uenit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur se obsequium præstare Deo, vide. V. Abscondere. N. 6. V. Abyssus. N. 8. V. Aestus. N. 7. V. Affligere. N. 3. V. Anima. N. 4. V. Applicare. N. 4. V. Aqua. N. 20. V. Argentum. N. 7. & 8. V. Aries. N. 7. V. Arundo. N. 4. V. Aspicere. N. 15. V. Aspis. N. 8. V. Auertere. N. 2. V. Aurichalchum. N. 3. V. Aurum. N. 5. V. Baculus. N. 11. V. Barba. N. 4. V. Caput. N. 15. V. Cedar. N. 3. V. Claudere. N. 5. V. Colligere. N. 8. V. Comutare. N. 2. V. Confundere. N. 1. V. Dare. V. 18. V. Custodire. N. 2. & 10. V. Deus. N. 20. V. Distillare. N. 2.
- ¶ Et hæc facient uobis quia non nouerunt patrem neque me, vide. V. Caligo. V. 2. Alienus. N. 4. V. Amor. N. 39.
- ¶ Cum uenerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi uobis, vide. V. Deus. N. 20.

DE ADVENTU
Spiritus sancti in die Pen-
tecostes. Ioan-
nis. 14.

- S**iquis diligit me sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, vide. V. Amare. N. 4. & N. 40. & V. Angelus. N. 24. V. Ana meel. N. 1. V. Aurum. N. 14.
- ¶ Et ad eum uenimus, & mansione apud eum faciemus. Non uenit una persona diuina siue alia quia tres personæ sunt una essentia, vide. V. Deus. N. 13.
- ¶ Et sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me Patris. Vbi ostendit distinctionem personalem inter se, & Patrem à quo procedit de quo uide reguiam. V. Deus. N. 14.
- ¶ Paracletus autem Spiritus sanctus quem mittit Pater in nomine meo ille uos docebit omnia. De hac missione Spiritus sancti super Apostolos, & de hoc toto mysterio, uide. V. Donum. N. 2. & 3. & 4. & 5. V. Romus. N. 7. V. Deus. N. 20. V. Consolari. N. 2. & 4. V. Amor. N. 29. V. Desiderare. N. 8. V. Columba. N. 3. V. Continere. N. 6. & V. Cognoscere. N. 12. V. Aqua. N. 13. V. Distillare. N. 1. V. Docere. N. 2. & 4. & 5. & 6. V. Alienum. N. 8. V. Ducere. N. 6. V. Aspicere. N. 19. V. Aurora. N. 4. V. Edificare. N. 18.
- ¶ Pacem meam do uobis, vide. V. Bellum. N. 3. & 4. V. Arcus. N. 6. Accumbere. N. 4. V. Creare. N. 6.
- ¶ Et nunc dixi uobis priusquam fieret ut cum factum fuerit credatis, vide. V. Deus. N. 20.
- ¶ Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater sic jacio, vide. V. Contradicere. N. 1.

FERIA. II. DE
Aduentu Spiritus
sancti. Ioan-
nis. 3.

- S**ic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, vide. V. Credere. N. 9. V. Abbreviare. N. 6. V. Adam. N. 3. V. Altus. N. 9. V. Amor. N. 2. & 15. & 22. & 28. V. Angulus. N. 8. V. Chrysolitus. N. 2. V. Benignitas. N. 4. V. Carcer. N. 4. V. Consulere

N. 1. V. Cor. N. 2. 1. V. Dare. N. 14. V. De bere. N. 1. V. Dies. N. 28. Quomodo Spiritus sanctus est Amor. vide. V. Amor. N. 29.
 ¶ Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. vide. V. Deficere. N. 10. V. Aeternum. N. 5.
 ¶ Lux uenit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. V. Aedificare. N. 17. N. Ambulare. N. 12. V. Carbunculus. 1. V. Bestia N. 11. V. Bibo. N. 1.
 ¶ Qui male agit odit lucem, vide. V. Annuntiare. N. 15. V. Angulus. N. 1. V. Anima. N. 2. V. Annus. N. 38. V. Desolare. N. 1. &c.
 ¶ Qui non credit iam iudicatus est, vide. V. Caro. N. 7. V. Damnare. N. 1. Ad praedicandum finale iudicium ueniens Spiritus sanctus super Apostolos dedit eis linguas igneas V. Color. N. 1.

INFESTO SANCTIS
 simae Trinitatis Matth.
 ultimo.

Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. vide V. Clavis. N. 3. V. Constitueret. N. 2. V. Dignus. N. 8. V. Christus. N. 2. & 3. V. Abraham. N. 9.
 ¶ Euntes ergo docete omnes gentes. vide V. Abscondere. N. 15. V. Aegyptus. N. 15. V. Africa. N. 2. V. Aminadab. N. 1. V. Aroma. N. 5. V. Bibere. N. 21. V. Botrus. N. 4. V. Caerna. N. 2. V. Cingere. N. 2. V. Cinis. N. 5. V. Cognoscere. N. 6. V. Coluba. N. 6. V. Congregare. N. 6. V. Constitueret. N. 4. V. Currere. N. 5. V. Dare. N. 12. V. Desertum. N. 7. V. Dextera. N. 8. V. Docere. N. 7. V. Dominari. N. 11.
 ¶ Baptizantes eos in nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti. vide V. Deus. N. 17. Et per totum late vide de Deo vno & trino. Item Captiuus. N. 1. V. Cedrus. N. 6. V. Baptismus. N. 4. V. Abyssus. N. 4. V. Aqua. N. 17. V. Arcus. N. 4. V. Aridum. N. 2. V. Ascendere. N. 13. V. Diluuium. N. 4. & 5.
 ¶ Docentes eos seruari omnia, quaecunque mandauit. vide V. Calcare. N. 5.
 ¶ Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus. vide V. Ambulare. N. 2. & 13. V. Aedificare. N. 5. V. Beneplacitum. N. 2. V. Docere. N. 5. V. Consequi. N. 2.

INFESTO SANCTIS
 simi corporis Christi.
 Ioan. 6.

Caro mea uere est cibus, &c. vide V. Corpus N. 2. V. Caro. N. 14. V. Appendere. N. 4. V. Assuerus. N. 1. V. Aurum. N. 16. V. Benignitas. 4. V. Bethleem. N. 1. V. Cibus. N. 13. V. Conuertere. N. 11. V. Conuiuium. N. 1. V. Declinare. N. 11. V. Dignus. N. 1.
 ¶ Qui manducat meam carnem, &c. in me manet, & ego in illo. V. Buccella. N. 4. V. Cibus. N. 3. V. Bibere. N. 13. V. Altare. N. 7.
 ¶ Hic est panis, qui de caelo descendit. vide V. Colere. N. 3. V. Dare. N. 8. V. Delectare. N. 4.
 ¶ Non sicut manducauerunt patres uestri manna in deserto. vide. V. Color. N. 5.
 ¶ Qui manducat hunc panem, uiuet in aeternum. vide. V. Aeternum. N. 5. V. Adeps. N. 3. V. Baculus. N. 3. & 4. V. Brachium. N. 7. V. Collocare. N. 6. V. Dies. N. 33. V. Consequi. N. 2.
 ¶ Quae alis munditia sit necessaria ad Eucharistiam. vide V. Abiathar. N. 1.
 ¶ Haec est coena magna de qua Dominus agit Luc. 14. vide. V. Coena. N. 1. V. Conuiuium. N. 1.
 ¶ Compelle eos intrare. vide V. Abortiuus. N. 3.

DOMINICA. III.
 post Pentecostem
 Luc. 15.

Erant appropinquantes ad Iesum Publicani et Pharisei. vide V. Accedere. N. 7. V. Ciuitas. N. 4. V. Columba. N. 9.
 ¶ Et murmurabant Pharisei, quia hic peccatores recipit. vide V. Detrahere. N. 4. & 5. & 6.
 ¶ Et ait ad illos parabolam, &c. Quis ex uobis homo qui habeat centum oves, & si errauerit una, &c. vide V. Acidia. N. 4. V. Aedificare. N. 8.
 ¶ Non ne dimittit nonaginta nouem in deserto, & uadit ad illam quae perierat. vide V. Angelus. N. 6. V. Desertum. N. 12.
 ¶ Et cum inuenerit imponit super humeros suos gaudens. vide V. Dies. N. 13. V. Delectare. N. 1. V. Ala. N. 2.
 ¶ Dico autem uobis, quia ita gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, &c. vide V. Aspis. N. 7. V. Angelus. N. 16. V. Amor. 26. V. Adam. N. 5.
 ¶ Aut quae mulier habens Drachmas decem, &c. vide V. Drachma. N. 2. & V. Deus. N. 14. V. Desiderare. N. 10.

DOMINICA. IIII.
 Post Pentecostem.
 Luc. 5.

Cum turba irruerunt in Iesum, ut audirent uerbum Dei, ipse stabat secus stagni, &c. vide. V. Desiderare. N. 6. & 7. & 8.
 Item quomodo decore aspectu suo attrahebat homines, ut magnes ferrum. V. Decor. N. 4. Item uirtute sermonis, vide. V. Carbo. N. 3. V. Carbunculus. N. 3. V. Dmittere. N. 2. V. Desertam. N. 2. V. Ceruus. N. 2.
 ¶ Sedens docebat de nauicula turbas, vide quomodo per excellentiam doctor sit Christus. V. Docere. N. 6. Doctrina Euangelica est uinum cum lacte. V. Bibere. N. 11.
 ¶ Ut autem cessauit loqui dixit ad Simonem duc in altum. vide V. Altitudo. N. 1.
 ¶ Domine per totam noctem laborantes nihil cepimus in uerbo autem tuo laxabo rete, vide. Quod sine gratia Dei nihil meritorium aeternae uitae etiam laborando facere possimus. V. Conuertere. N. 2. V. Adiuuare. N. 3.
 ¶ Et cum hoc fecissent concluderunt multitudinem piscium copiosam in quo significabatur Apostolos uerbo Dei quasi rete gentes piscaturos, & Christo mundum subacturos de quo, vide. V. Asina. N. 4. & V. Discernere. N. 5. & V. Annuntiare. N. 5.
 ¶ Et dixit Petrus ad Iesum exi a me Domine quia homo peccator, vide. V. Bonum. N. 14. & V. Cinamomum. N. 3.

DOMINICA. V. POS
 Pentecostem. Matth. 5.

Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam Scribarum et Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum, &c. vide. V. Abbreuiare. N. 5. V. Abominari. N. 3. V. Abundare. N. 4. V. Altus. N. 7. V. Annuntiare. N. 15. V. Argentum. N. 6. V. Calculus. N. 3. V. Calor. N. 3. V. Carmelus. N. 3. V. Cibus. N. 7. V. Claudus. N. 1. V. Coccus. N. 6. V. Arma. N. 5. V. Auis. N. 6.
 ¶ Qui occiderit reus erit iudicio, vide. V. Athalia. N. 1.
 ¶ Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. vide. V. Adam. N. 4. V. Aedificare. N. 10. V. Angelus. N. 11. V. Aries. N. 5. V. Carmel. N. 4. V. Custodire. N. 9. V. Dens. N. 1. V. Differre. N. 1.

¶ Qui autem dixerit fratri suo Raccha reus erit Concilio. vide. V. Comedere. N. 3.
 ¶ Si autem dixerit fatue, reus erit gehenna ignis. vide. V. Durum. N. 5. V. Cadere. N. 6. V. Aurum. N. 3. V. Athalia. V. Apprehendere. N. 13. V. Altare. N. 10. V. Abel. N. 14.
 ¶ Si ergo offers munus tuum ante altare, & ibi recor datus fueris, &c. vide. V. Altare. N. 3. V. Aries. N. 2. V. Anrum. N. 10. V. Eos. N. 11. V. Circuire. N. 10. V. Digitus. N. 6.

DOMINICA. VI. DE
 Septem panibus. Marci. 8.

Cum turba multa esset cum Iesu, & non haberent, quod manducarent. Quod Christus fuerit turbis desiderabilis, & omnibus gentibus, vide. V. Desiderare. N. 6. 7. & 8.
 ¶ Misereor super turbam, misericordia Christi splenduit in saluandis peccatoribus, & alendis pauperibus. vide. V. Abbreuiare. N. 10. V. Abundare. N. 2. V. Abel. N. 12. V. Abundare. N. 13. V. Accipere. N. 12. & 13.
 ¶ Interrogauit eos, quot panes habetis? vide abstinentiam Christi & Apostolorum, de qua V. Abstinentia. N. 5. V. Alexander. N. 4. V. Dulce. N. 8. V. Bibere. N. 2. V. Armilla. N. 2.
 ¶ Et accipiens septem panes gratias agens fregit, & dedit illis. vide. V. Adorare. N. 6.
 ¶ Et manducauerunt, & saturati sunt. vide. V. Aspicere. N. 5. Et de operibus Christi mirabilibus. V. Aurum. N. 15. V. Deducere. N. 3. V. Adolescens. N. 7. V. Discernere. N. 5.

DOMINICA. VII.
 De falsis prophetis.
 Matth. 7.

Atendite a falsis Prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi, vide. V. Abnegare. N. 2. V. Apprehendere. N. 22. V. Aqua. N. 11. & 22. V. Calcare. N. 12. V. Capilli. N. 4. V. Cathedra. N. 2. V. Cauda. N. 5. V. Ceruicatus. N. 1. V. Circuire. N. 7. V. Collum. N. 5. V. Cubare. N. 1. V. Damascus. N. 7. V. Demon. N. 8. V. Delinquere. N. 4. V. Deuorare. N. 7. V. Dolus. N. 5. V. Dulce. N. 3. V. Abominari. N. 3. V. Absinthium. N. 5. V. Accipere. N. 14. V. Achab. N. 1. V. Argentum. N. 5. V. Aspis. N. 8. V. Bestia. N. 11. V. Cadere. N. 23. V. Dens. N. 7.
 ¶ A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt

gūt de spinis uuas, vide. V. Ariel. N. 1. V. Colli- gere. N. 6. V. Cor. N. 4. V. Cognoscere. N. 19.
¶ Non potest arbor bona malos fructus facere, etc. vide. V. Arbor. N. 4. & V. Abies. N. 6. V. Cedrus. N. 5.

¶ Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intra- bit in regnū cælorum, vide. V. Componere. N. 2.

DOMINICA VIII.
Post Pentecostem. Luc. 16.

HOMO quidam habebat uillicū qui diffama- tus est, etc. quasi dissipasset bona illius. Quod solus Deus sit absolute Domi- nus omnibus modis, & homo villicus eius vide. V. Dñs N. 1. & 2. & 9. & 12. & 17.

¶ Quasi dissipasset bona illi, vide. V. adolescens. N. 7.
¶ Et uocauit illum, & ait, etc. redde rationem uillica- tionis tuæ, iam enim non poteris amplius uillica- re. Hæc uocatio fit sepe per aliquam tribulatio- nem missam à Deo ut homo respiciat de qua, vi- de. V. Absynthium. N. 3. V. Adorare. N. 13. V. Cicatrix. N. 3.

¶ Quid faciam quia Dñs aufert à me uillicationem? etc. scio quid faciā, etc. Cogitare in bonū ani- mē quā sit uile vide. V. Cogitare. N. 2. & 3.

¶ Quia filij seculi prudentiores filij lucis in genera- tione sua sunt, vide. V. Abel. N. 16. V. Alexan- der. N. 3.

¶ Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, vi- de. V. Abire. N. 6. V. Apprehendere. N. 22. V. Aspiciere. N. 6. V. Cōcupiscere. N. 3. V. Cha- nā. N. 5. V. Corona. N. 11. V. Domus. N. 11.

¶ Vt cum defeceritis recipiant uos in aeterna taber- nacula, vide. V. Deficere. N. 2. V. Aeternū. N. 5.

¶ Quid faciam quia Dñs aufert à me uillicationem? etc. scio quid faciā, etc. Cogitare in bonū ani- mē quā sit uile vide. V. Cogitare. N. 2. & 3.

DOMINICA IX. POS
Pentecostem. Luc. 19.

Videns Iesus ciuitatem fleuit super illam. vi- de. V. Admirari. N. 10. V. Antemura- le. N. 2. V. Aspiciere. N. 19. V. Bibere. N. 7. V. Calcere. N. 2. V. Caminus. N. 5. V. Carmel. N. 5. V. Cilicium. N. 2. V. Ciuitas. N. 17. V. Conscindere. N. 3. V. Cor. N. 20. V. Dare. N. 17. V. Decor. N. 12. V. Diues. N. 1. V. Draco. N. 7. V. Ægyptus. N. 3. V. Amariū. N. 2. V. Ascendere. N. 5. V. Aspergere. N. 4. V. Aspis. N. 3. V. Aurigo. N. 2. V. Au- rū. N. 16. V. Cōsolari. N. 11. V. Deus. N. 19.

¶ Quia si cognouisses, etc. tu, vide. V. Aus. N. 9. V. Ciconia. N. 2. V. Cognoscere. N. 18. V. Co- lor. N. 3. V. Affligere. N. 2.

¶ Et circumdabūt te inimici tui uallo, vide. V. Ariel. N. 2. V. Bellū. N. 9. V. Bruchus. N. 3. V. Cadu-

uer. N. 3. V. Capere. N. 10. V. Catulus. N. 5. V. Clamare. N. 2. V. Claudus. N. 4. V. Declin- are. N. 2.

¶ Et ad terram prosternent te, vide. V. Accipere. N. 20. Acceruus. N. 3. V. Annus. N. 30. V. Anaritia. N. 7. V. Auferre. N. 17. V. Capilli. N. 3. V. Conflare. N. 3. V. Condensa. N. 3.

¶ Et non relinquent in te lapidem super lapidem, vi- de. V. Apprehendere. N. 14. V. Caligo. N. 2. V. Desertum. N. 10. V. Dies. N. 5. V. Dere- linquere. N. 7.

¶ Eo quod non cognoueris tempus uisitacionis tuæ, vide. V. Captiuus. N. 1.

DOMINICA X. POS
Pentecostem de Phariseo,
& Publicano. Luc. 18.

QUI in se confidebant, vide. V. Æs. N. 12. ¶ Duo homines ascendebant in templum ut orarent, unus Phariseus, & alter Publi- canus, Phariseus autem stans hæc apud se orabat dicens Domine tibi gratias ago quia non sum si- cut cæteri homines. vide. V. Calor. N. 1. V. Colocynthis. V. Declinare. N. 6. V. Condem- nare. N. 1. V. Claudere. N. 6. V. Ala. N. 8. V. Alexander. N. 2. V. Altare. N. 2. V. Altus. N. 10. Arrogantia. N. 4. V. Custodire. N. 18.

¶ Ieiuno bis in sabbato, vide. V. Aroma. N. V. Au- dire. N. 11. V. Aus. N. 6. V. Decima. N. 1. V. Auertere. N. 7. V. Bestia. N. 14. V. Ceruix. N. 2. V. Confundere. N. 2. V. Continere. N. 2.

¶ Publicanus autem à longe stans nolebat oculis ad cælum leuare, vide. V. Orare. N. 7.

¶ Sed percutiebat pectus suum dicens, Domine propi- tius esto mihi peccatori. vide. V. Cognoscere. N. 16. Abscondere. N. 24. V. Despicere. N. 1. V. Discernere. N. 4.

¶ Sic omnis qui se exultat humiliabitur, vide. V. Abies. N. 7. V. Ædificare. N. 13. V. Aquila. N. 11. V. Angulus. N. 4. V. Assur. N. 6. V. Brachiū. N. 9. V. Cæcus. N. 1. V. Calcere. N. 1. V. Ciuitas. N. 20. V. Crescere. N. 6. V. De- trahere. N. 3. V. Dirigere. N. 1. V. Discerne- re. N. 4.

DOMINICA XII. DE
homine descendente a Hie-
rusalem in Hiericho.

Luc. 10.

BEATI oculi qui uident quæ uos uidetis, etc. multienim Propheta, & rege uoluerunt, uidere quæ uos uidetis, vide. V. Beat. N. 11.

¶ Eo quod non cognoueris tempus uisitacionis tuæ, vide. V. Captiuus. N. 1.

¶ Homo quidam descendebat à Hierusalem in Hie- richo, & incidit in latrones, vide. V. Adam. N. 11. V. Descendere. N. 15.

¶ Qui etiam despoliauerunt eum, etc. vide. V. Ad- iuuare. N. 3.

¶ Samaritanus autem quidam, etc. misericordia mo- tus est, & approprians alligauit uulnera eius, vi- de. V. Clementia. N. 1.

¶ Duxit ad stabulum, & curam eius egit, vide. V. Curare. N. 4.

¶ Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabu- lario, & ait curam illius habe, etc. vide. V. De- narius. N. 1. & 2.

DOMINICA.

XV. vide feriam. V. Post
& Dominicam Quadra-
gesimæ.

DOMINICA XVII.
Post Pentecostem de
duobus mandatis.
Matth. 22.

Accesserunt ad Iesum Pharisei, & interroga- uit eum unus ex eis, etc. Quales erant Pharisei, vide. V. Carbo. N. 3. & V. Destruere. N. 2.

¶ At illi Iesus diliges Dominum Deum tuum ex to- to corde tuo, etc. Secundum autem simile huic, dili- ges proximum tuum, etc. vide. V. Amor. N. 1. & 4. & 5. & 7. & 13. & 17. & 18. & 19. & 20. & 24. & 25. & 26. & 38. V. Ala. N. 11. V. Anima. N. 8. V. Aurum. N. 10. & 16. V. Bi- blis. N. 4.

¶ Ex his duobus mandatis uniuersa lex pendet, & Propheta, vide. V. Duplex. N. 8. V. Colere. N. 3. V. Dirigere. N. 8. V. Cæcus. N. 8. V. Aqua. N. 17. V. Augustum. N. 6. V. Abbreuiare. N. 7.

¶ Quid uobis uidetur de Christo? cuius filius est? di- cunt ei Dauid, vide. V. Dauid. N. 1. & 2. & 6. V. Dirigere. N. 6.

¶ Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum Domi- num dicens: dixit Dominus Domino meo, vide. V. Dominari. N. 20.

DOMINICA XVIII.
de Paralytico.
Matth. 9.

Ascendens Iesus nauiculā trās fretauit. Quod fecit ut ostenderet se uerum homi- nē nam ut ostenderet se Deum am- bulauit aliquando super fluctus maris, vide. V. Ambulare. N. 1.

¶ Et uenit in ciuitatem suam, vide. V. Ciuitas. N. 17. V. Et quomodo Christus laborabat in mari & in terra, vide. V. Accidia. N. 4.

¶ Et ecce offerebant ei Paralyticum iacentem in lecto, vide. V. Amor. N. 25.

¶ Videns Iesus fidem illorū, uidere Christi est ap- probare. V. Aspiciere. N. 1. & 5.

V. Bonum. N. 4. V. Caro. N. 12. V. Cali- go. N. 7. V. Ciuitas. N. 10. V. Desiderare. N. 6. & 7. V. Angelus. N. 28.

¶ Et ecce quidam legisperitus, etc. quales essent le- gisperiti & Pharisei, vide. V. Cogitare. N. 8. & 9. & V. Carbo. N. 3.

¶ Ille respondens dixit diliges Dominū Deum tuū ex toto corde tuo, etc. & proximum sicut te ip- sum, vide. V. Amor. N. 37. V. Abel. N. 10. V. Ala. N. 10.

¶ Homo quidam descendebat à Hierusalem in Hie- richo, & incidit in latrones, vide. V. Adam. N. 11. V. Descendere. N. 15.

¶ Qui etiam despoliauerunt eum, etc. vide. V. Ad- iuuare. N. 3.

¶ Samaritanus autem quidam, etc. misericordia mo- tus est, & approprians alligauit uulnera eius, vi- de. V. Clementia. N. 1.

¶ Duxit ad stabulum, & curam eius egit, vide. V. Curare. N. 4.

¶ Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabu- lario, & ait curam illius habe, etc. vide. V. De- narius. N. 1. & 2.

DOMINICA XIII.
Post Pentecostem.

NEMO potest duobus dominis seruire, vi- de. V. Alienus. N. 3. V. Angustū. N. 2. V. Antiochus. N. 5. V. Circundare. N. 9. V. Cubare. N. 10. V. Diues. N. 8. V. Du- plex. N. 10. V. Amor. N. 10. V. Aqua. N. 16. V. Assur. N. 4. V. Balam. N. 2. V. Camelus. N. 1.

¶ Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. vide. V. Argentum. N. 12. V. Auaritia. N. 4. V. Au- dire. N. 19.

¶ Ne solliciti sitis animæ uestræ quid manducetis, etc. vide. V. Arca. N. 3. V. Cartilago. N. 1. V. Delere. N. 6.

¶ Scit pater uester quia his omnibus indigetis, vide. V. Adoptio. N. 2.

¶ Respicite uolatilia cæli, etc. vide. V. Angelus. N. 21.

¶ Considerate lilia agri. vide. V. Ager. N. 2. V. Cedar. N. 3.

¶ Si ergo fornum quod hodie est, etc. Deus sic uestit, etc. vide. V. Cardo. N. 1. & 5.

¶ Querite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, vide. V. Derelinquere. N. 8. V. Dare. N. 4. V. Crescere. N. 5. V. Confidre. N. 2. V. Congregare. N. 8. V. Caro. 12. V. Calor. N. 6. V. Annus. N. 34. V. Ala. N. 5.

¶ Et hæc omnia adiciuntur uobis, vide. V. Defice- re. N. 10.

- ¶ Dixit Paralytico cōfide fili remitti ūtur tibi peccata tua, vide. V. Baculus. N. 5. V. Clementia. N. 3. V. Confidere. N. 2. V. Conuertere. N. 2. V. Continere. N. 4. V. Calculus. N. 4. V. Cicatrix. N. 3.
- ¶ Dixerūt in rase, hic blasphematur V. Dimittere. N. 11
- ¶ Et cum uidisset Iesus cogitationes eorum, vide. V. Aspicere. N. 8. V. Byssus. N. 5. V. Cor. N. 4.
- ¶ Aut ut quid cogitatis mala in cordibus uestris? vide. V. Ascendere. N. 4. V. Abscondere. N. 2. 5.
- ¶ Ut autē sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, vide. V. Aedificare. N. 8.
- ¶ Aut Paralytico surge tolle lectum tuum, vide. V. Annulus. N. 1.

DOMINICA. XIX.
Post Pentecostē de nuptiis.
Matth. 22.

- S**imile factū est regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, De nuptiis incarnationis, vide Verbo. V. Applicare. N. 8. V. Apprehendere. N. 4. & 16. & 17. V. Benignitas. N. 3. & 4.
- ¶ Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, vide. V. Ancilla. N. 1. V. Abyssus. N. 8.
- ¶ Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in uillam suam, &c. vide. V. Declinare. N. 5. V. Abire. N. 2. V. Corona. N. 9.
- ¶ Missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum succendit, vide. V. Calor. N. 4. V. Ariliū. N. 4. V. Arma. N. 7. V. Durum. N. 6.
- ¶ Ite ergo ad exitus uiarum, & quoscunq; inueneritis uocate ad nuptias, vide. V. Delectari. N. 6.
- ¶ Congregauerunt omnes quos inuenerunt malos, & bonos, vide. V. Congregare. N. 15. V. Bonus. N. 29. V. Claudus. N. 5.
- ¶ Vidit hominem nō uestitū ueste nuptiali, vide. V. Custodire. N. 10. V. Cubitus. N. 5. N. Chanaā. N. 4. V. Candidū. N. 1. V. Calculus. N. 2. V. Abyssus. N. 8. V. Bibere. N. 8. V. Arguere. N. 1. V. Aries. N. 16. V. Album. N. 1.
- ¶ Ligatis manibus, & pedibus mittite eū in tenebras, vide. V. Camentū. N. 2. V. Cathena. N. 2. V. Circundare. N. 5. V. Concinnare. N. 1. V. Conuertere. N. 15.
- ¶ At ille obmutuit, vide. V. Condicere. N. 1. V. Contrahere. N. 2.

DOMINICA. XX. DE
Regulo. Ioan. 4.

- E**RAT quidam Regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum, vide. V. Ambulare. N. 16. V. Aries. N. 2. V. Arabia. N. 3. V. Arguere. N. 4. V. Compedes. N. 2. V. Congregare. N. 2. V. Absynthium. N. 3.
- ¶ Dixit ergo Iesus ad eum. Nisi signa & prodigia uideritis non creditis, vide. V. Credere. N. 10. V. Accedere. N. 1.
- ¶ Domine descende priusquam moriatur filius meus, vide. V. Deus. N. 6. V. Circuire. N. 2. V. Amor. N. 8. V. Deficere. N. 8.
- ¶ Credit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat, vide. V. Aēs. N. 11. V. Aedificare. N. 3. V. Cedrus. N. 7. V. Ceruus. N. 3. 1.
- ¶ Quia heri hora. 7. reliquit eum febris, vide. V. Currere. N. 5.
- ¶ Credidit ipse & domus eius tota, vide. V. Colere. N. 5. V. Collis. N. 7. V. Cor. N. 3. V. Dare. N. 15. V. Derelinquere. N. 7. V. Dissoluere. N. 1. V. Draco. N. 3. V. Cacus. N. 5.

DOMINICA. XXI.
de decem mille talentis.
Matth. 18.

- S**imile est regnum caelorum homini regi qui uoluit rationem ponere cum seruis suis, vide. V. Aspicere. N. 10. V. Assur. N. 7. V. Custodire. N. 18. V. Considerare. N. 3.
- ¶ Et oblatus est ei unus qui debebat ei decem millia talenta, vide. V. Debere. N. 2. V. Delictum. N. 7. V. Deus. N. 4. V. Cardo. N. 1. V. Capit. N. 4. V. Benedicere. N. 11.
- ¶ Misertus autem Dominus serui illius, vide. V. Clementia. N. 2.
- ¶ Inuenit unum de conseruis suis qui debebat ei centū denarios, vide. V. Denarius. N. 1.
- ¶ Suffocabat eum dicens redde quod debes, vide. V. Deus. N. 7.
- ¶ Sed abiit & misit eum in carcerem, vide. V. Abire. N. 2. V. Arma. N. 2. V. Aridum. N. 4. V. Dissoluere. N. 3. V. Benedicere. N. 6.
- ¶ Vocauit eum Dominus eius, & ait illi serue nequā, &c. vide. V. Arguere. N. 4.
- ¶ Tradit eum tortoribus, vide. V. Alienum. N. 6. V. Armon. N. 1. V. Bibere. N. 8. V. Cicatrix. N. 1. V. Conuertere. N. 15.
- ¶ Sic faciet uobis pater meus caelestis si non remiseritis uniusquisque fratri suo de cordibus uestris, vide. V. Dimittere. N. 2.

DOMINICA. XXII. DE
imagine Cesaris Matt. 22.

- A**beutes Pharisei inierunt consiliū ut caperēt Iesum in sermone. Quales erāt Pharisei, vide. V. Carbo. N. 3. V. Colligere. N. 3.
- ¶ Et dicit ei magister scimus quia uerax est, &c. V. Cor. N. 16. vide. V. Adulatio. N. 1. V. Are. N. 1. V. Argentum. N. 5. V. Aspis. N. 3. V. Benedicere. N. 19. V. Decipere. N. 5.
- ¶ Licet censum dare Cesaris? vide. V. Auis. N. 7. V. Ambulare. N. 16. V. Abscondere. N. 4. V. Cadere. N. 18. V. Calcaneus. N. 2. V. Circuire. N. 4. V. Carbo. N. 3. V. Cogitare. N. 8. V. Cōfortare. N. 6. V. Cōterere. N. 2. V. Destruere. N. 3.
- ¶ Quid me tentatis hypocrite? vide. V. Caput. N. 10. V. Arguere. N. 2.
- ¶ Ostendite mihi numisma census, vide. V. Census.
- ¶ Cuius est imago haec, & super scriptio? dicit ei Cesaris, vide. V. Dauid. N. 5.
- ¶ Date ergo quae sunt Cesaris Cesari, & quae sunt Dei Deo. V. Durū. N. 4. V. Diuinare. N. 3. V. Declinare. N. 4.

DOMINICA. XXIII.
De Hemorrhoya. Matt. 9.

- L**oquente Iesu ad turbas ecce princeps unus accessit, & adorabat eū, vide. V. Archisynagogus. V. Brachium. N. 3. & 5. vide. V. Absynthiū. N. 3. V. Adorare. N. 11. N. Amor. N. 8. V. Archisynagogus. N. 1. V. Ambulare. N. 15.
- ¶ Et surgens Iesus sequebatur eū. Vbi suo exēplo nostrā damnat pigritiā, V. Acidi. per totū.
- ¶ Et ecce mulier quae fluxum sanguinis patiebatur. Tribulationes adducūt nos ad Crīstū, V. Absynthiū. N. 3. V. Adorare. N. 13. V. Cicatrix. N. 3. V. Dissoluere. N. 2. V. Adducere. N. 5.
- ¶ Dicebat si tetigero tantum uestimentum eius salua ero, V. Delectare. N. 2.
- ¶ Et ait illi Iesus confide filia, vide. V. Confidere. N. 2. & 4.
- ¶ Fides tua te saluam fecit, V. Arrogantia. N. 5.
- ¶ Et cum uenisset Iesus in domum principis, & uidisset tibicines, vide. V. Adulator. N. 1.
- ¶ Non est mortua puella sed dormit, vide. V. Dormire. N. 3.
- ¶ Et deridebant eum, vide. V. Adolescēs. N. 7. V. Abire. N. 2.
- ¶ Surrexit puella, vide. V. Deficere. N. 8. V. Duce. N. 3.

DOMINICA. XXIII.
De tribulatione Antichristi. Matt. 24.

CV M uideritis abominationē desolationis statem in loco sancto, vide. V. Daniel. N. 3. V. Basis. N. 3. V. Domus. N. 3. V. Clauus. N. 2. V. Collocare. N. 2. V. Abominari. N. 2. V. Desolare. N. 2.

- ¶ Tunc qui in iudaea sunt fugiant ad montes, & qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua. V. Conseruare. N. 3.
 - ¶ Erit enim tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi neque fiet, vide. V. Abbreuiare. N. 2. V. Aestus. N. 8. V. Angelus. N. 10. V. Antichristus. N. 1. & 3. V. Antiochus. N. 10. V. Calcare. N. 6. V. Cauda. N. 4. V. Colligere. N. 10. V. Conscindere. N. 2. V. Constituerere. N. 5. & 6. V. Cornu. N. 8. V. Deicere. N. 4. V. Dies. N. 10.
 - ¶ Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur, &c. vide. V. Abbreuiare. N. 2. V. Amare. N. 35. V. Angulus. N. 8. V. Antichristus. N. 5. & 11. V. Brachiū. N. 17. V. Cacumen. N. 5. V. Cadere. N. 10. V. Catulus. N. 3. V. Caminus. N. 3. V. Circuire. N. 10. V. Desiderare. N. 10. V. Dominari. N. 16.
 - ¶ Ecce in deserto. V. Desertum. N. 13.
 - ¶ Surgent Pseudochristi, & Pseudoprophetae, & dabunt signa, & prodigia, vide. V. Abyssus. N. 9. V. Accipere. N. 17. V. Antichristus. N. 1. & 2. & 9. V. Damascus. N. 4.
 - ¶ Vbi cunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilae, V. Corpus. N. 7. V. Animal. N. 5. V. Albus. N. 4. V. Aēs. N. 2.
 - ¶ Post tribulationē dierum illorū sol obscurabitur, &c. vide. V. Angelus. N. 28. V. Annus. N. 30. V. Amuntiare. N. 6. V. Cadere. N. 22. V. Cilicium. N. 3. V. Celum. N. 8.
 - ¶ Tunc apparebit signum filij hominis in caelo, vide. V. Apparere. N. 8.
 - ¶ Tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli, vide. V. Abyssus. V. 2. V. Anathema. N. 3.
- DE FESTIS**
Sanctorum.
- IN FESTO CONCE**
ceptionis, Natiuitatis, & Præ
sentationis B. Mariae.
Matth. 1.
- L**IBER Generationis Iesu Christi, vide. V. Accipere. N. 3. V. Animal. N. 2. V. Ceru. N. 3. V. Collis. N. 3. V. Custodire. N. 1.

2. V. Diadema. N. 2. V. Alius. N. 9. V. Collis. N. 3.
 ¶ Filij Dauid. V. Dauid. N. 1. & sequentibus.
 ¶ Filij Abraham. vide V. Abraham. N. 4. & per totū.
 ¶ Ruth. vide. V. Desertum. N. 6.
 ¶ De qua natus est Iesus qui uocatur Christus. vide V. Adam. N. 14. V. Christus. N. 1. & 2. & 3. & 4. & per totum. & V. Contradicere. N. 2. V. Corona. N. 6. V. Anna. N. 2. V. Cesare. N. 2. V. Adolescens. N. 4. V. Albus. N. 9. V. Adam. N. 14.

IN FESTO ANNUNTIATIONIS B. Mariæ, & Expectationis eiusdem. Luc. 1.

MISSVS est Gabriel Angelus à Deo. &c. vide. V. Æs. N. 3. V. Angelus. N. 7. & 15. V. Boirus. N. 3. V. Chrysolitus. N. 2.
 ¶ Ad uirginem de uirginitate. vide. V. Aries. N. 20. V. Bellum. N. 8.
 ¶ Et nomen uirginis Maria. vide. V. Adā. N. 14. V. Adducere. N. 3. V. Desertum. N. 13. V. Ædificare. N. 4.
 ¶ Et ingressus Angelus ad eam dixit Ave gratia plena. Dñs tecū. vide. V. Cælū. N. 12. & V. Dominari. N. 1. V. Ambulare. N. 2. V. Colūba. N. 2.
 ¶ Benedicta tu in mulieribus. Scilicet quia tu sola circumdedisti in utero Deū. vide. V. Circundare. N. 7. V. Benedicere. N. 6. & 14.
 ¶ Quæ turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista saluatio. vide. V. Decor. N. 12. V. Cogitare. N. 2. & 4. V. Cōstātia. N. 1. & 2. V. Decipere. N. 3. V. Docere. N. 19. V. Abigail. N. 1.
 ¶ Et ait Angelus ei, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiā apud Deum. vide. V. Ala. N. 3.
 ¶ Ecce concipies, & paries filiū & uocabis nomē ei⁹ Iesū. vide. V. Concipere. N. 3. V. Admirari. N. 2.
 ¶ Et regnabit in domo Iacob in aternū. vide. V. Æternus. N. 4. V. Baculus. N. 8. V. Cornu. N. 4. V. Crescere. N. 6. V. Admirari. N. 1.
 ¶ Dixit autē Maria ad Angelū quomodo fiet istud quoniā uirū non cognosco. vide. V. Consiliū. N. 3. V. Cognoscere. N. 16. V. Ædificare. N. 4.
 ¶ Et respōdes Angel⁹ dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te. vide. V. Adā. N. 16. V. Adolescens. N. 7. V. Altare. N. 10. V. Amor. N. 29. V. Audire. N. 12. V. Benedicere. N. 6. V. Capus. N. 5. V. Candelabrū. N. 1. V. Circūdare. N. 7. Cubi⁹. V. N. 5. V. Decor. N. 4. V. Descēdere. N. 4. V. Dies. N. 24. & N. 11. V. Ægyptus. N. 12. V. Albus. N. 4.

¶ Quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius Dei. vide. V. Ciuitas. N. 13. V. Altus. N. 5.
 ¶ Et ecce Elizabeth. vide. V. Concipere. N. 3. V. Dux. N. 4.
 ¶ Quoniam non erit impossibile apud Deum omne Verbum. vide. V. Discere. N. 1.
 ¶ Ecce ancilla Domini. vide. V. Diadema. N. 2. V. Cōfors. N. 1. V. Cinnamomū. N. 3. V. Bellum. N. 11. V. Aroma. N. 5. V. Arrogantia. N. 7. V. Apprehendere. N. 16. V. Agar. N. 1. V. Amor. N. 15. V. Aduocatus. N. 3.
 ¶ Fiat mihi secundū uerbum tuū. vide. V. Corona. N. 6.

INFESTO VISITATIONIS Mariæ. Luc. 1.

EXurgens Maria abiit in montana cū festinatione. vide. N. Aroma. V. 3. de diligentia & festinatione. vide. V. Cōsurgere. N. 2. & V. Cingere. N. 3. & V. Accidia per totum.
 ¶ Et intrauit in domū Zacharæ & salutauit Elizabeth. vide. V. Dom⁹. N. 14. De humilitate. vide. V. Cinnamomū per totū & V. Crescere. N. 6. V. custodire. N. 7. V. Beniamin. N. 5. & certe magna fuit humilitas matris Dei longū iter capētis ut uisitare & seruiret seni Elisabeth.
 ¶ Et factū est ut audiuit salutationē Mariæ Elisabeth exultauit infans in utero eius. vide. V. Credere. N. 3. V. Cadere. N. 6.
 ¶ Et repleta est spiritu sancto Elisabeth.
 ¶ Et exclamauit uoce magna, & dixit Benedicta tu inter mulieres. vide. V. Audire. N. 12. & 24. V. Clamare. N. 1.
 ¶ Et benedictus fructus uentris tui. vide. V. Benedicere. N. 1.
 ¶ Et uide hoc mihi ut ueniat mater Dñi mei ad me? vide. V. Cōfiteri. N. 4. & V. Adeps. N. 4.
 ¶ Et beata quæ credidisti. vide. V. Beatus. N. 12.
 ¶ Et ait Maria magnificat anima mea Dominū. vide. V. Dulce. N. 5. V. Adeps. N. 4.

INFESTO PURIFICATIONIS Mariæ. Luc. 2.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundū legem Moysi. vide. V. Dies. N. 23. V. Dominari. N. 4.
 ¶ Tulerūt Iesum in Hierusalē. vide. V. Angelus. N. 30. V. Aries. V. 22. V. Ciuitas. N. 14.
 ¶ Quia omne masculinū adaperiens uulnam sanctū. I omino uocabitur. vide. V. Aperire. N. 16.
 ¶ Et ut darēt hostiam. &c. partur turturum aut duos pullos columbarum. vide. V. Columba. N. 4.
 ¶ Et ecce homo erat in Hierusalē. cui nomen Simeō.

vide.

vide. V. Corona. N. 11. V. Descendere. N. 9.
 Et responsum acceperat ab spiritu sancto non nisi uerum se moriem. nisi prius uideret Christum Domini. vide. V. Audire. N. 4. V. Ambulare. N. 7.
 ¶ Et cum inducerent puerum Iesum. &c. ut facerent secundum consuetudinem legis. vide. V. Consuetudo. N. 1.
 ¶ Dixit nunc dimittis seruum tuum. vide. V. Claudere. N. 6. V. Caput. N. 13. V. Capere. N. 5. V. Audire. N. 12. V. Aroma. N. 4. V. Acceruius. N. 1. V. Aquilo. N. 8.

INFESTO ASSUMPTIONIS Mariæ. Luc. 10.

Intrauit Iesus in quoddā castellum & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. vide. V. Castellū. N. 1. & V. Ciuitas. N. 1. V. Compingere. N. 2. V. Descendere. N. 8.
 ¶ Et huic erat soror nomine Maria quæ etiam sedēs secus pedes Domini audiebat. &c. vide. V. Ager. N. 3. V. Abscondere. N. 11. V. Ala. N. 11. V. Amor. N. 6. V. Anima. N. 8. V. Audire. N. 2. V. Caput. N. 10. V. Cōgregare. N. 10. V. Decora. N. 11. V. Delectare. N. 5. V. Deponere. N. 1.
 ¶ Domine non est tibi cura. quod soror mea reliquit me solam. &c. vide. V. Delicatus. N. 2.
 ¶ Martha Martha sollicita es. vide. V. Conari. N. 2. V. Ciuitas. N. 1. V. Byssus. N. 6.
 ¶ Porro unum est necessarium. Maria optimam partē elegit. vide. V. Ædificare. N. 4. V. Ascendere. N. 7. V. Astare. N. 3. V. Contemnere. N. 3. V. Cor. N. 21. V. Dimittere. N. 9. V. Dormire. N. 9. Et de Maria in cælū ascēdēte. V. Desertū. N. 4. Qualis uero sit Maria. V. Adam. N. 14. V. Aduocatus. N. 3. V. Ædificare. N. 4.
 ¶ Quæ non auferetur ab ea. V. Auferre. N. 26.

INFESTO B. MARIÆ ad Niues. Luc. 10.

Loquente Iesu ad turbas. Nō erat otiosus filius Dei sed iugiter prædicabat. V. Acidia per totum.
 ¶ Extollens uocem quædam mulier de turbis dixit illi. beatus uenter qui te portauit. vide. V. Æs. N. 8. V. Calix. N. 7. V. Anathoth. N. 1. V. Benedicere. N. 6. V. Circundare. N. 7.
 ¶ At ille dixit Quinimo Beati qui audiunt uerbum Dei & custodiunt illud. vide. V. Custodire. N. 10. V. Comedere. N. 12. V. Dorsum. N. 2. V. Concupiscere. N. 4. V. Canere. N. 5. V. Beatus. N. 10. & 11. V. Aspergere. N. 5. V. Audire. N. 2.

¶ Sed Maria super omnes mortales audiuit. & custodiuit uerbum Dei corde semper & in utero mensibus nouem. vide. V. Concipere. N. 3.

INFESTO B. MICHAELIS & Angelorum Matth. 18.

Acceperunt discipuli ad Iesum dicente quis putas maior est in regno calorum. vide. V. Adherere. N. 6. V. Altus. V. 12. V. Ambitio. N. 3.
 ¶ Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum calorum. vide. V. Abies. N. 8. V. Ablactare. N. 1. V. Absalon. N. 1. V. Conuertere. N. 11. V. Derelinquere. N. 3.
 ¶ Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste hic maior est in regno calorum. V. Cōcordia. N. 9. de Humilitate. V. Crescere. N. 6. V. Custodi re. N. 7. V. Discere. N. 4. V. Apis. N. 2.
 ¶ Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo me suscipit. V. Accipere. N. 9.
 ¶ Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt expedit ei. &c. vide. V. Auis. N. 8. V. Bilibris. N. 4. V. Bos. N. 1. V. Carcer. N. 5. V. Cathedra. N. 2. V. Angelus. N. 15.
 ¶ Væ homini illi per quem scandalum uenit. vide. V. Character. N. 2. V. Clausus. N. 2. V. Ciuitas. N. 5. V. Comedere. N. 8. V. Dextra. N. 11. V. Abortiuus. N. 1.
 ¶ Si manus tua aut pes tuus scandalizat te. vide. V. Corpus. N. 5. V. Custodire. N. 10. V. Depasci. N. 1. V. Dissimulare. N. 1. V. Acthyopia. N. 4. V. Chyji. N. 1.
 ¶ Si oculus tuus scandalizat te. vide. V. Adamas. N. 1.
 ¶ Bonum est tibi ad uitam ingredi. V. Bonum. N. 10.
 ¶ Videte ne contemnatis unum de his pusillis. vide. V. Contemnere. N. 2. V. Cor. N. 21.
 ¶ Angelorum semper uident faciem patris. &c. vide. V. Angelus. N. 14. Et per totum. 16. & 25. V. Amor. N. 44. V. Altus. N. 8. V. Accipere. N. 7. V. Ala. N. 3. V. Accingere. N. 7. V. Bos. N. 7. V. Branchia. N. 1. V. Columna. N. 2.
 ¶ De Ioāne Baptista. vide. in Tomo. 2. V. Ioannes.
INFESTO APOSTOLORUM Petri & Pauli Matth. 16.
Venit Iesus in partes Cesare & Philippi. vide. V. Cesar & Casarea. V. Dan. N. 2.
 ¶ Quem dicunt homines esse filium hominis? at illi dixerunt alij Ioannem Baptistam. alij Eliam. &c. vide. V. Elias item. V. Commutare. N. 1. V. Componere. N. 4.

¶ Respondens Petrus dixit tu es Christus filius Dei uiui. vide V. Adherere. N. 5. & V. Christus. N. 1. & 3. & 9. V. Accipere. N. 9. V. Argentum. N. 1. V. Cedrus. N. 12. V. commutare. N. 1. V. Cor. N. 10.

¶ Beatus es Simon Bariona quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, &c. vide V. Abies. N. 2. V. Ambulare. N. 2. V. Bariona. V. Caro. N. 16.

¶ Et ego dico tibi quia tu es Petrus & super hac petra edificabo ecclesiam meam. vide V. Abraham. N. 2. & 4. V. Adamas. N. 1. V. Edificare. N. 1. 2. & 3. V. Antiochia. N. 1. V. Appendere. N. 3. V. Aquilo. N. 13. V. Assuerus. N. 2. V. Atrium. N. 4. V. Caleb. N. 1. V. captiuus. N. 1. V. cognoscere. N. 8. N. Collocare. N. 1. V. Columba. N. 2. V. Columna. N. 3. V. commendare. N. 8. V. Deus. N. 20. V. Domus. N. 6.

¶ Et portae inferi non praeualebunt aduersus eam. vide V. Ablactare. N. 2. V. Aedificare. N. 4. & 6. V. Aestas. N. 6. V. Aeternitas. N. 5. & 6. V. Agitare. N. 2. V. Ambulare. N. 3. & 31. V. Auertere. N. 12. V. Aquila. N. 6. V. Arcturus. N. 3. V. Arcus. N. 13. V. Aridus. N. 6. V. Aspicere. N. 14. & 15. V. Astare. N. 2. V. Aurichalchum. N. 3. V. Bellum. N. 16. V. Benefacere. N. 1. V. Bestia. N. 8. V. Bibere. N. 3. V. Bonum. N. 9. & 12. V. Brachium. N. 12. V. Candela. N. 4. V. Castra. N. 4. V. Circudare. N. 2. V. Ciuitas. N. 8. & 11. V. Colligere. N. 10. V. Collis. N. 5. V. Confortare. N. 7. V. Concindere. N. 2. V. Comportare. N. 3. V. Congregare. N. 4. V. Considerare. N. 4. V. Constitueri. N. 1. & 7. V. Consummare. N. 7. V. Coniungere. N. 6. V. Coterere. N. 1. V. Creare. N. 7. V. Derelinquere. N. 6. V. Custodire. N. 16. V. Describere. N. 1. V. Diadema. N. 1. V. Dies. N. 24.

¶ Et tibi dabo clauis regni caelorum, &c. Et quid quod solueris super terram erit solutum, & in caelis. vide V. Deponere. N. 3. V. Clauis. N. 4. V. Catena. N. 3. V. Beneplacitum. N. 4.

INFESTO COMMEMORATIONIS sancti Pauli Apostoli Matth. 10.

Ecce ego mitto uos sicut oues inter lupos. vide V. Accubare. N. 4. V. Annuntiare. N. 7. V. Apponere. N. 7. V. Argentum. N. 7. V. Arcus. N. 11. V. Aries. N. 7. & 17. V. Auertere. N. 2. V. Auferre. N. 11. V. Aurichalchum. N. 3. V. Aurum. N. 5. V. Barza. N. 4. V. Bellum. N. 4. & 17. V. Cera. N. 4. V. Caput. N. 15. V. Castigare. N. 2. V. Catulus. N. 2. V. Cedar. N. 3. V. Cogere. N.

1. V. Confortare. N. 4. V. Damas. N. 1. V. Defendere. N. 1. V. Distillare. N. 2. V. Adolescens. N. 3. V. Amor. N. 14. ubi de Pauli conuersione tangitur item. V. Amor. N. 23.

DE COMMUNI APOSTOLORUM tempore Paschali Ioan. 15.

Ego sum uitis & Pater meus agricola est. vide V. Ager. N. 6. V. Coruus. N. 2. V. Comedere. N. 2. V. Amor. N. 12. & 19.

¶ Vos palmites. V. Colligere. N. 9.

¶ Sine me nihil potestis facere. V. Accingere. N. 5. V. Basis. N. 2. V. Bonum. N. 29.

¶ Siquis in me non manserit mittetur foras sicut palmes & arefect. V. Aridum. N. 3. V. Cacumen. N. 1. V. Dirigere. N. 5.

DE COMMUNI APOSTOLORUM.

¶ Hoc est praeceptum meum ut diligatis inuicem. vide V. Adam. N. 9. V. Aemulari. N. 1. V. Aegyptus. N. 15. & 18. V. Amor. N. 5. & 11. & 20. 23. 25. V. Apprehendere. N. 12. V. Aurum. N. 8. & 10. V. Cementum. N. 1. V. Ceruus. N. 8. V. Chrysopassus. N. 1. V. Comparare. N. 2. V. Cor. N. 21. V. Debere. N. 3.

¶ Vos autem uocauit amicos. V. Conscindere. N. 1.

¶ Vos amici mei estis si feceritis quae praecipio uobis. vide V. Apponere. N. 8. V. Amicus. Amor. V. Condire. N. ultimo.

¶ Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos ut eatis & fructum afferatis. vide V. Abies. N. 2. V. Ager. N. 7. V. Aduuare. N. 3. V. Bala. N. 1. V. Aegyptus. N. 5. V. Aethiopia. N. 4. & 7. V. Africa. N. 2. V. Altare. N. 9. V. Altus. N. 9. V. Annuntiare. N. 7. V. Aries. N. 19. V. Apparere. N. 15. V. Apprehendere. N. 15. V. Botrus. N. 5. V. Bruchus. N. 3. V. Calcare. N. 4. V. Caminus. N. 3. V. Cognoscere. N. 6. V. Collis. N. 1. V. Columba. N. 6. V. Constitueri. N. 4. V. Cornu. N. 2. V. Corona. N. 8. V. Crura. N. 1. V. Cubare. N. 6. V. Delectat. N. 4. V. Dextra. N. 15. V. Docere. N. 18. V. Confundere. N. 9.

INFESTO B. ANDREAE Apostoli Matth. 4.

Ambulans Iesus iuxta mare Galilaeae uidit duos fratres simonem, & Andream fratrem eius. vide V. Aspicere. N. 3. V. Ambulare. N. 6. & 11. V. Andreas.

¶ Mittentes rete in mare, erant enim piscatores, uide V. Continere. N. 2.

¶ Et ait illis uenite post me & faciam uos fieri pisces hominum, uide V. Accedere. N. 5. V. Adherere. N. 1. V. Amor. N. 7. V. Audire. N. 1. V. Aurum. N. 17. V. Batus. N. 9. V. Brauium. N. 3. V. Caleb. N. 1. V. Caminus. N. 2. V. Carthago. N. 1. V. Cauerna. N. 2. V. Ceruus. N. 7. V. Cena. N. 5. V. Cubitus. N. 7. V. Dignus. N. 2.

¶ At illi continuo relictis retibus sequuti sunt eum. vide V. Decor. N. 7. V. Currere. N. 3. V. Considerare. N. 3. V. Commendare. N. 4.

INFESTO APOSTOLORUM Philippi & Iacobi. Ioan. 14.

CREDITIS in Deum & in me credite, uide V. Cedrus. N. 4. V. Caath. N. 2. V. Confidere. N. 1. V. Credere. N. 3. V. Dentis. N. 13.

¶ In domo patris mei mansiones multae sunt, uide V. Abel. N. 16. V. Altare. N. 8. V. Apprehendere. N. 10. V. Aurum. N. 14. & 15. V. Consumdere. N. 3. V. Cubare. N. 4. V. Custodire. N. 12. V. Daniel. N. 4. V. Denarius. N. 3. V. Describere. N. 5. V. Docere. N. 10. V. Domus. N. 12.

¶ Eo parare uobis locum, & si abiero & praeparauero uobis locum, iterum ueniam ad uos & assumam uos ad me ipsum, uide V. Abire. N. 11. V. Accipere. N. 6. V. Amplexari. N. 1. V. Apprehendere. N. 3. V. Aroma. N. 5. V. Arundo. N. 5. V. Brachium. N. 2. V. Cingere. N. 4. V. Ceruus. N. 4. V. Cogitare. N. 10. V. Communicare. N. 5. V. Consummare. N. 9. V. Credere. N. 8. V. Cedar. N. 1. V. Credere. N. 8. V. Accubare. N. 2. V. Adam. N. 2.

¶ Ego sum uita ueritas & uita, uide V. Ambulare. N. 8. V. Annuntiare. N. 2. V. Aspicere. N. 8. V. Circudare. N. 3. V. Celum. N. 9. V. Credere. N. 3. V. Deus. N. 11. V. Dirigere. N. 8. V. Ducere. N. 8. V. Anima. N. 6.

¶ Nemo uenit ad patrem nisi per me, uide V. Inuare. N. 2. V. Concupiscere. N. 2. V. Bos. N. 7. V. Bonum. N. 7. V. Caligo. N. 1.

¶ Si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis, uide V. Cognoscere. N. 13.

¶ Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me. V. Aus. N. 4. V. Corrigere. N. 2.

¶ An non credis quia ego in patre & pater in me

est? Vide V. Adherere. N. 2. V. Applicare. N. 8. V. Arrogantia. N. 5.

¶ Pater autem in me manens in se facit opera, uide V. Abies. N. 2. V. Apprehendere. N. 17. V. Comparare. N. 1.

INFESTO S. BARTHOLOMAEI Apostoli. Luc. 6.

ET erat pernoctans in oratione Dei, uide V. Admirari. N. 10. V. Delectare. N. 5. V. Astar. N. 7. V. Cibus. N. 14. V. Ciuitas. N. 7.

¶ Vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, uide V. Aedificare. N. 3. V. Alexandria. N. 1. V. Ancilla. N. 2. V. Angelus. N. 13. V. Angulus. N. 5. V. Annuntiare. N. 5. V. Antiquus. N. 3. V. Apprehendere. N. 12. V. Bartholomaeus. V. Caath. N. 1. V. Caminus. N. 2. V. Circudare. N. 8. V. Communicare. N. 3. V. Constituere. N. 4. V. Dare. N. 3. & 7. V. Dextra. N. 5. V. Dignus. N. 8. V. Discernere. N. 2. V. Distribueri. N. 1. V. Ducere. N. 5. V. Apostoli uerbo Dei subegerunt mundum, uide V. Apostolus in indice prioris.

INFESTO S. MATTHAEI Apostoli. Matth. 9.

PRAETERIENS Iesus uidit hominem sedentem in teloneo Matthaeum nomine, uide V. Abundare. N. 2. V. Albus. N. 7. V. Aspicere. N. 3. V. Aurum. N. 17. V. Cades. N. 2. V. Carbo. N. 2. V. Coccyus. N. 2. V. Coniunctio. N. 3.

¶ Et ait illi sequere me, uide V. Abbreuiare. N. 9. V. Abscondere. N. 4. V. Accedere. N. 5. V. Adherere. N. 1. V. Ambulare. N. 9. V. Auertere. N. 14. V. Beatus. N. 9. V. Caput. N. 6. V. Carcer. N. 4. V. Ceruus. N. 5.

¶ Et surgens sequutus est eum, uide V. Amor. N. 7. 17. 27. 32. V. Audire. N. 1. V. Bonum. N. 13. V. Cadaver. N. 1. V. Calendae. N. 4. V. Ceruix. N. 5. V. Chrysolit. N. 4. V. Considerare. N. 3. V. Conuertere. N. 4. V. Cor. N. ult. V. V. Crocus. N. V. Currere. N. 1. 2. V. Dare. 15. V. Deponere. N. 1.

¶ Ecce multi publicani & peccatores discumbant cum Iesu, uide V. Annuntiare. N. 12. V. Conscindere. N. 1. V. Compingere. N. 2. V. Diuertere.

N. 1. V. Dentes. N. 6.

- ¶ Et uidentes Pharisæi dicebant, &c. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister uester? Vide. V. Abstinencia. N. 4. V. Cogitare. N. 9. V. Confortare. N. 6.
- ¶ Audiens autem Iesus dixit ei. Non opus est ualentibus medico, vide. V. Cicatrix. N. 3. & V. Adamas. N. 2.
- ¶ Euntes discite misericordiam uolo & non sacrificium, vide. V. Oerre. N. 20.
- ¶ Non ueni uocare iustos sed peccatores ad penitentiam, vide. V. Apsis. N. 7. V. Ducere. N. 3.

IN FESTO SANCTI
Matthiæ Apostoli & S. Frã
cisci.

- C**ONFITEOR tibi pater, &c. Quia abcondisti haec a sapientibus & prudentibus, &c. Matth. 11. vide. V. Calum. N. 1. vide. V. Abscondere. N. 9. & 14. V. Ablatere. N. 1. V. Ager. N. 5. V. Altitudo. N. 1. V. Antichristus. N. 1. V. Anima. N. 4. V. Bonum. N. 14. V. Cathedra. N. 3. V. Collyrium. N. 1. V. Confiteri. N. 4. V. Consulere. N. 1. V. Cornu. N. 2. V. Dare. N. 6. V. Decipere. N. 4. V. Denudare. N. 2. V. Dignus. N. 6.
- ¶ Ica pater quia sic beneplacitum fuit ante te, vide. V. Beneplacitum. N. 5. V. Bonum. N. 7.
- ¶ Omnia mihi tradita sunt a patre meo, vide. V. Abies. N. 2.
- ¶ Et nemo nouit filium nisi pater, &c. vide. V. Deus. N. 13. V. Cherubim. N. 3. V. Aroma. N. 5. V. Altus. N. 6. V. Admirari. N. 8. V. Cognoscere. N. 14.
- ¶ Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, &c. vide. V. Accedere. N. 5. V. Adulterium. N. 6. V. Aegyptus. N. 5. V. Antiochus. N. 2. V. Aquilo. N. 11. V. Benignitas. N. 2. V. Brachium. N. 4. V. Bruchus. N. 5. V. Cadauer. N. 4. V. Camelus. N. 2. V. Capere. N. 4. V. Carcer. N. 2. V. Caro. N. 12. V. Duplex. N. 3. V. Difficile. N. 1. V. Dies. N. 37. N. Desperare. N. 2. V. Deponere. N. 3. V. Delere. N. 1. V. Damascus. N. 6. V. Conuertere. N. 6. V. Consurgere. N. ult. V. Consolari. N. 7. V. Conscientia. N. 3. V. Columba. N. 2. V. Congregare. N. 5.
- ¶ Tollite iugum meum super uos, vide. V. Cervix. N. 3. V. Catena. N. 5. V. Calcaneus. N. 3. V. Caath. N. 2. V. Beltal. N. 1. V. Amor. N. 42. V. Ambitio. V. 8.
- ¶ Et discite a me, quia mitis sum & humilis corde,

- vide. V. Abiezer. N. 1. V. Ambitio. N. 4. V. Abortiuus. N. 3. V. Adam. N. 1. V. Aspergere. N. 2. V. Calcare. N. 15. V. Cathedra. N. 4. V. Cinnamomum. N. 3. V. Appendere. N. 6. V. Aqua. N. 16. V. Aestas. N. 5. V. Aethyopia. N. 7. V. Angelus. N. 19. V. Custodire. N. 7. V. Delectare. N. 2.
- ¶ Iugum enim meum suauis est & onus meum leue, vide. V. Asina. N. 1. V. Benedicere. N. 14. V. Barba. N. 1. V. Bestia. V. 3.

IN FESTO EVAN-
gelistarum Lucae & Mar-
ci. Luc. 10.

- D**ESIGNAVIT Dominus alios septuaginta duos, vide. V. Aedificare. N. 3. V. Amor. N. 19. V. Ancilla. N. 2. V. Angelus. N. 13. V. Angulus. N. 5. V. Annuntiare. N. 5. V. Arare. N. 6. V. Arca. N. 2. V. Dare. N. 13. V. Caath. N. 1. V. Cingere. N. 2. & 8. V. Cleros. N. 2. V. Collis. N. 4. V. Dare. N. 6. V. Discernere. N. 2. V. Distribucere. N. 1. & 4. V. Ducere. N. 5.
- ¶ Et misit illos binos ante faciem suam, &c. vide. V. Canis. N. 4. V. Alexandria. N. 1. V. Ceruus. N. 7.
- ¶ Et dicebat illis, Messis quidem multa, operarij autem pauci, vide. V. Aceruus. N. 2. V. Admirari. N. 2. V. Apprehendere. N. 19. V. Arare. N. 1. V. Claudus. N. 3. V. Coquere. N. 3. V. Confundere. N. 11.
- ¶ Rogate ergo Dominum messis ut mittat operarios in messem suam, vide. V. Aestas. N. 1. V. Ala. N. 3. V. Audire. N. 7. V. Campus. N. 2. V. Dies. N. 31. V. Dominari. N. 8. V. Bos. N. 5.
- ¶ Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos, vide. V. Aries. N. 15. & 18. V. Deicere. N. 5. V. Discernere. N. 2.
- ¶ Dicite pax huic domui, vide. V. Annuntiare. N. 2. V. Cubare. N. 5. V. Creare. N. 6.
- ¶ Dignus est operarius mercede sua. V. Dignus. N. 2.
- ¶ Dicite Appropinquauit in uos regnum Dei, vide. V. Bonum. N. 26.

IN FESTO MAR-
tyrum communi & specialiter
B. Blasij Matth. 16.

¶ Si

- S**i quis uult uenire post me abneget semetipsum, vide. V. Abire. N. 3. V. Abnegare. V. Adiuuare. N. 3. V. Adherere. N. 1. V. Apparere. N. 8. V. Ascendere. N. 17. V. Atrium. N. 5. V. Auferre. N. 22. V. Benjamin. N. 3. V. Bibere. N. 11. V. Bonum. N. 14. V. Cades. N. 3. V. Caro. N. 11. V. Cisterna. N. 1. V. Cithara. N. 1. & 6. V. Corp. N. 10. V. Credere. N. 1. V. Cubitus. N. 7. V. Curare. N. 7. V. Digitus. N. 5. V. Domini. N. 15. V. Dulce. N. 1. & 4. V. Dux. N. 3.
- ¶ Tollat crucem suam & sequatur me, vide. V. Ambulare. N. 9. V. Crux. N. 1. & 11.
- ¶ Quid enim prodest homini, si uniuersum mundum lucretur animam uero suam detrimentum, &c. vide. V. Aestus. N. 9. V. Alexander. N. 1. V. Amor. N. 24. V. Anima. N. 7. & 14. V. Chusi. N. 1. V. Cisterna. N. 4. V. Custodire. N. 6. V. Dan. N. 2. V. Deficere. N. 6. V. Difficile. N. 6.
- ¶ Aut quam commutationem dabit homo pro anima sua, vide. V. Apponere. N. 2. V. Argentum. N. 9. V. Bestia. N. 7.
- ¶ Filius enim hominis uenturus est, &c. vide in indice priori. V. Iudicium finale.

DE COMMUNI
Martyrum & specialiter sancto-
rum Fabiani & Sebastiani. Item
Cosmae & Damiani
Luc. 6.

- S**TETIT Iesus in loco campestri & turba, &c. vide. V. Campus. N. 1. V. Descendere. N. 4. V. Dulce. N. 8. V. Arcanum. N. 3.
- ¶ Et omnis turba querebat eum tangere quia uirtus de illo exibat & sanabat omnes, vide. V. Brachium. N. 5. V. Delectare. N. 2.
- ¶ Dicebat beati pauperes. De paupertate, vide. V. Duplex. N. 1. V. Ascendere. N. 8. V. Cades. N. 3. V. Derelinquere. N. 4.
- ¶ Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini, vide. V. Abstinencia per totum.
- ¶ Beati qui nunc fletis quia ridebitis, vide. V. Caluarii. N. 3. De poenitentia. V. Delectare. N. 2. V. Consumere. N. 4. V. Aquila. N. 10. V. Cedron. N. 1.
- ¶ Beati eritis cum uos oderint homines, & persecuti uos fuerint, vide. V. Argentum. N. 8. V. Aries. N. 17. V. Aurum. N. 5. V. Bonum. N. 30. V. Cithara. N. 6.

DE COMMUNI
Martyrum.

- C**um audieritis prelia & seditiones nolite terreri surget enim gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, &c. vide. V. Colligere. N. 9. V. Conflare. N. 2. V. Aes. N. 6. V. Calcare. N. 13. V. Cedar. N. 2. V. Angelus. N. 8. & 28. V. Barba. N. 4. V. Bellum. N. 5. & 17. V. Capere. N. 10. V. Caucerna. N. 1.
- ¶ Iniicient uobis manus & persequentur, de tribulationibus sanctorum, vide. V. Absorbere. N. 6. V. Abyssus. N. 8. V. Diluuium. N. 3. V. Benjamin. N. 3. V. Butyrum. N. 3. V. Absorbere. N. 5.
- ¶ Ego dabo uobis os & sapientiam cui non poterunt resistere & contradicere omnes, &c. vide. V. Dare. N. 6.
- ¶ Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, vide. V. Abscondere. N. 6. & 13. V. Aestus. N. 7. V. Cibus. N. 2. V. Aqua. N. 20. V. Auerte. N. 3. V. Aurichalchum. N. 3. V. Auri. N. 5. V. Benjamin. N. 4. V. Calcare. N. 8. V. Caligo. N. 2. V. Calua. N. 2. V. Castigare. N. 2. V. Caput. N. 15. V. Castra. N. 5. V. Ceder. N. 3. V. Chrysolitus. N. 1. V. Claudere. N. 5. V. Columna. N. 4. V. Commutare. N. 2. V. Conpungere. N. 2. V. Confortare. N. 4. V. Confundere. N. 1. & 9. V. Creare. N. 7. V. Dare. N. 18. V. Derelinquere. N. 7. V. Deus. N. 20. V. Dextra. N. 6. V. Ducere. N. 14. V. Argentum. N. 7.
- ¶ Et Capillus de capite uestro non peribit, vide. V. Capilli. N. 2. V. Circundare. N. 4.
- ¶ In patientia uestra possidebitis animas uestras, vide. V. Achates. N. 1. V. Anima. N. 6. V. Bestia. N. 13. V. Clypeus. N. 4. V. Coccus. N. 9. V. Compedes. N. 1. N. Contristare. N. 1. V. Custodire. N. 11.

DE COMMUNI
Martyrum & specialiter in fe-
sto sancti Laurentij & san-
cti Ignatij Ioan. 12.

- N**isi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c. vide. V. Amulari. N. 3. V. Anathema. N. 2. V. Consolari. N. 3.
- ¶ Qui amat animam suam perdet eam, vide. V. Ablatere. N. 1. V. Adamas. N. 2. V. Aenygma.

N. 2. V. Aeternum. N. 5. V. Amor. N. 10. 16. 30. 36. V. Attrahere. N. 3. V. Barba. N. 2. V. Baal. N. 2. V. Benjamin. N. 3. V. Calcare. N. 8. V. Comedere. N. 2. V. Custodire. N. 14. V. Delectare. N. 6. V. Desiderare. N. 3.

¶ Qui mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum illic & minister meus erit, vide. V. Adiuuare. N. 4. V. Atrium. N. 2. V. Christus. N. 7. V. Cingere. N. 4.

¶ Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, vide. V. Aethiopia. N. 6. V. Arcus. N. 14. V. Corona. N. 5.

IN FESTO OMNIUM SANCTORUM MATTH. 5.

VIDE NS Iesus turbas ascendit in montem & cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos, vide. V. Aperire. N. 2. V. Aqua. N. 16. V. Palsamam. N. 1. V. Buccina. N. 2. V. Cernus. N. 2. V. Docere. N. 6. V. Dies. N. 28.

¶ Dicens Beati facite, quoniam uestrum est regnum Dei, vide. V. Admirari. N. 7. V. Aestas. N. 6. V. Apparere. N. 2. V. Etere. N. 11. V. Camelus. N. 3. V. Cardo. N. 2. V. Iamafus. N. 1. V. Declinare. N. 1.

¶ Beati mites, vide. V. Abiezer. N. 1. V. Annuntiare. N. 10. V. Beneplacitum. N. 4. V. Erachus. N. 3. V. Buccina. N. 6. V. Extrahere. N. 1. V. Duplex. N. 4.

¶ Beati qui lugent, vide. V. Caluaria. N. 3. V. Carmen. N. 2. V. Cibus. N. 2. V. Corona. N. 2. V. Delectare. N. 4. V. Adonis. N. 1. V. Amarum. N. 5. V. Beatus. N. 9. V. Consolari. N. 4.

¶ Beati qui esuriunt & sitiunt propter iustitiam, vide. V. Accingere. N. 2. V. Amor. N. 11. V. Bonum. N. 2. 3.

¶ Beati misericordes, vide. V. Claudus. N. 2. V. Colligere. N. 2. V. Condensa. N. 2. V. Consequi. N. 3. V. Accipere. N. 12. V. Batus. N. 2. V. Benedicere. N. 13. V. Perzellai. N. 1.

¶ Beati mundo corde, vide. V. Album. N. 3. V. Aurum. N. 5. & 7. V. Byssus. N. 7. V. Crystallum. N. 2. V. Daniel. N. 3. V. Decor. N. 1. & 2.

¶ Beati pacifici, vide. V. Abba. N. 1. V. Beatus. N. 9. V. Bellum. N. 4.

¶ Beati qui persecutionem patiuntur propter, &c. vide. V. Cibara. N. 6. V. Chrysolitus. N. 1. V. Chobar. N. 1. V. Baculus. N. 11. V. Auertere. N. 3. V. Aries. N. 17. V. Achates. N. 1.

V. Aestus. N. 7. V. Affligere. N. 10. V. Abscondere. N. 6.

¶ Gaudete & exultate in illa die, quoniam merces uestra multa est in caelo, vide. V. Annuntiare. N. 3.

IN FESTO DOCTORUM MATTH. 5.

¶ Vos estis sal terrae quod si sale uauerit, &c. vide. V. Chros. N. 1. & per totum. V. Desfruere. N. 5. V. Arguere. V. Conuincere. N. 4.

¶ Vos estis lux mundi, vide. V. Ambulare. N. 7. V. Angelus. N. 27. & 29. V. Benedicere. N. 3. V. Erachus. N. 14. V. Byssus. N. 6. V. Cadere. N. 6. V. Claudere. N. 5. V. Colium. N. 1. V. Color. N. 2. V. Ducere. N. 1. V. Deus. N. 20. V. Cognoscere. N. 15. V. Decor. N. 14. V. Adeps. N. 4.

¶ Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, vide. V. Ciuitas. N. 3. V. Durum. N. 5. V. Abscondere. N. 22. V. Affligere. N. 8. V. Annuntiare. N. 16. V. Bellum. N. 5.

¶ Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio sed super candelabrum, vide. V. Contemnere. N. 1. V. Candelabrum. N. 1. & 5. V. Considerare. N. 5.

¶ Ut uideant opera uestra bona, vide. V. Dextra. N. 11. V. Amygdalus. N. 2. V. Appendere. N. 5. V. Color. N. 3.

¶ Non ueni soluere legem sed adimplere, vide. V. Aeternus. N. 3. V. Abscondere. N. 19.

¶ Qui autem soluerit unum de mandatis, &c. vide. V. Comedere. N. 5. V. Dignus. N. 3. V. Abominari. N. 3. V. Calcare. N. 10.

¶ Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur, &c. vide. V. Aedificare. N. 10. V. Aes. N. 4. & 5. V. Ala. N. 4. V. Ambire. N. 1. V. Angelus. N. 29. V. Annuntiare. N. 11. V. Cedrus. N. 5. V. Antiquus. N. 2. V. Basis. N. 3. V. Aopa. N. 17. V. Audire. N. 12. V. Bezeleel. N. 1. V. Bibere. N. 21. V. Bos. N. 4. V. Botrus. N. 4. V. Brachium. N. 10. V. Buccina. N. 5. V. Cadere. N. 2. V. Caleb. N. 1. V. Calix. N. 8. V. Carunculus. N. 2. V. Cedrus. N. 11. V. Cibus. N. 14. V. Cogere. N. 1. V. Chrysolitus. N. 3. V. Cilicium. N. 2. V. Circundare. N. 10. V. Collis. N. 4. V. Collum. N. 4. V. Columna. N. 4. V. Deus. N. 18. V. Describere. N. 3. V. Docere. N. 7. & 13. V. Dulce. N. 5. V. Duplex. N. 10. V. Contristare. N. 1. V. Cubitus. N. 3. V. Cupressus. N. 2. V. Custodire. N. 10.

IN FESTO PONTIFICUM MATTH. 24.

QUI S putas est fidelis seruus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, vide. V. Abigail. N. 1. V. Adherere. N. 5. V. Caleb. N. 1. V. Cineus. N. 1. V. Cleros. N. 1. V. Constituire. N. 8. V. Debere. N. 2. V. Custodire. N. 11. V. Debere. N. 2.

¶ Ut det illis cibum in tempore, vide. V. Cibus. N. 11. V. Dispensare. N. 1.

¶ Amen dico uobis super omnia bona sua constituet eum, vide. V. Amor. N. 36.

IN FESTO CONFESSORIS PONTIFICIS DE TALENTIS MATTH. 25.

HOMO quidam peregre proficiscens uocauit seruos suos & tradidit illis bona sua, vide. V. Doffere. N. 2. V. Bonum. N. 26.

¶ Et uni dedit quinque talenta, alij uero duo, vide. V. Dare. N. 6.

¶ Eugeserue bone & fidelis, vide. V. Amplexari. N. 1. V. Custodire. N. 11. V. Abire. N. 2.

IN FESTO CONFESSORIS NON PONTIFICIS. LUC. 12.

SINT lumbi uestri praecincti, vide. V. Cingere. N. 6. & 7. V. Byssus. N. 2.

¶ Et lucerne ardent in manibus uestris, vide. V. Ardere. N. 4.

¶ Et uos similes hominibus expectantibus Dominum suum, vide. V. Balthasar. N. 2.

¶ Si sciret pater familias qua hora fur ueniret uigilaret, &c. vide. V. Adam. N. 13.

¶ Beati sunt serui illi quos cum uenerit Dominus in uenerit uigilantes, vide. V. Amplexari. N. 1. V. Babylon. N. 8. V. Beatus. N. 12. V. Bellum. N. 6. V. Benadab. N. 1. V. Bruchus. N. 2. V. Buccina. N. 1. V. Coquere. N. 2. V. Dormire. N. 1. V. Capere. N. 5.

¶ Quia qua hora non putatis filius hominis ueniret, vide. V. Abbreniare. N. 8.

IN FESTO ABBA-TUM MATTH. 19.

ECC E nos reliquimus omnia & sequuti sumus etc. vide. V. Amor. N. 5. & 31. V. Ambulare. N. 10. V. Argentum. N. 11. V. Auaritia. N. 6. V. Cernus. N. 5. V. Cuius. N. 8. V. Corona. N. 5. V. Collocare. N. 3. V. Columba. N. 3. & 9. V. Comedere. N. 1. V. Commendare. N. 4. V. Conuincere. N. 2. V. Cor. N. 10. V. Crocus. N. 1. V. Decor. N. 11. V. Derecinare. N. 4. V. Dlatate. N. 3. V. Dycernere. N. 1. V. Dices. N. 9. V. Lucere. N. 8. V. Dormire. N. 8. V. Duplex. N. 1. V. Appendere. N. 6. V. Ascendere. N. 8. & V. Benjamin. N. 3. V. Beneplacitum. N. 8. V. Biber. N. 12. V. Blaphemare. N. 8. V. Cardo. N. 2.

¶ Quid ergo erit nobis? vide. V. Buryrum. N. 3.

¶ Amen dico uobis quod uos qui sequuti estis me, &c. sedebitis super sedes duodecim iudicantes, vide. V. Accipere. N. 11. V. Annus. N. 22. V. Arces. N. 13. V. Arundo. N. 2. V. Aus. N. 12. V. Botrus. N. 7. V. Brauium. N. 1. V. Brachium. N. 11. V. Calum. N. 13. V. Compedes. N. 12. V. Confortare. N. 2. V. Cornu. N. 3. V. Corona. N. 4. V. Cubare. N. 6.

¶ Et omnis qui reliquerit domum, &c. centuplum accipiet & uitam aeternam, &c. vide. V. Adam. N. 6. V. Abraham. N. 1. V. Aeternum. N. 5. V. Benedicere. N. 20. V. Cognatus. N. 3.

DE COMMUNI UNIUS VIRGINIS MATTH. 13.

SIMILE est regnum caelorum thesauro abscondito in agro, vide. V. Ager. N. 5. V. Abscondere. N. 18.

¶ Simile est regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas, vide. V. Conscendere. N. 1. & V. Bellum.

¶ Simile est regnum caelorum sagena, &c. vide. V. Aedificare. N. 5. V. Congregare. N. 15. V. Dextra. N. 4. V. Botrus. N. 7.

DE COMMUNI PLURIUM VIRGINUM. MATTH. 25.

¶ Simile est regnum celorum decem Virginibus. I e virginitate, vide. V. Aries. N. 17. & V. Apis. V. Bellum. N. 1.
 ¶ Et quinque ex eis erant factuæ & quinque prudentes, de prudentia vide. V. Abigail. N. 1.
 ¶ Fatuæ autem non sumpserunt oleum, &c. vide Abnegare. N. 2. V. Accipere. N. 19. V. Aries. N. 19. V. Aroma. N. 2. V. Auaritia. N. 3. V. Babylon. N. 8. V. Calor. N. 10. V. Botrus. N. 2. V. Cadere. N. 10. V. Caper. N. 2. V. Claudere. N. 10. V. Collum. N. 7. V. Cubitus. N. 11.
 ¶ Dormitauerunt, vide. V. Dormire. N. 5.
 ¶ Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus uenit, vide. V. Clamare. N. 15.
 ¶ Fatuæ autem prudentibus dixerunt, date nobis de oleo uestro quia lampades nostræ, &c. vide. V. Dare. N. 21. V. Aridum. N. 4. V. Dare. N. 3.
 ¶ Responderunt prudentes, &c. Ite potius ad uenientes & emite nobis, vide. V. Amor. N. 24.
 ¶ Dum autem irent emere uenit sponsus, vide. V. Corona. N. 2.
 ¶ Et clausa est ianua, vide. V. Dies. N. 37. V. Confortare. N. 3.
 ¶ Amen dico uobis, nescio uos, vide. V. Coniungere. N. 7. V. Cognoscere. N. 2. V. Arma. N. 2. V. Ægyptus. N. 9. V. Alienum. N. 7. V. Accingere. N. 1.
 ¶ Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam, vide. V. Abbreuiare. N. 8. V. Bellum. N. 6. V. Benadab. N. 1. V. Custodire. N. 21. V. Descendere. N. 1. V. Bruchus. N. 2. V. Alienum. N. 2.

**INFESTO SANCTÆ
 Agathæ Virginis & Martyris.
 Matth. 19.**

¶ **S**icut licet uxorem dimittere quacunque ex causa, vide. V. Adherere. N. 3.
 ¶ Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij & dimittere, vide. V. Adulterium. N. 2.
 ¶ Non expedit nubere, vide. V. Angulus. N. 1.
 ¶ Non omnes capiunt uerbum istud, vide. V. Capere. N. 11.
 ¶ Sunt Eunuchi qui se castrauerunt propter regnum celorum, qui potest capere capiat, vide. V. Aridum. N. 4. V. Aries. N. 19. V. Atrium. N. 4. V. Byssus. N. 9. V. Corona. N. 3. V. Coagulare. N. 2. V. Dare. N. 3. V. Domus. N. 4.

**IN FESTO MAGDA
 lenæ, vide in feria. V. Hebdoma
 madæ. III. Quadragesimæ
 de conuersione eius in festo.
 S. Marthæ Virginis, vide in
 festo Assumptionis Mariæ.**

**IN FESTO INVEN
 tionis sanctæ Crucis.
 Ioan. 3.**

¶ **N**isi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei, vide. V. Abyssus. N. 4. V. Adam. N. 13. V. Ægyptus. N. 12. V. Aqua. N. 10. & 15. V. Aquila. N. 1. V. Aridum. N. 2. V. Ascendere. N. 9. & 19. V. Aspergere. N. 3. V. Audire. N. 19. V. Baptismus. N. 1. V. Calcare. N. 5. V. Clauus. N. 5. V. Cœcipere. N. 4. V. Condemnare. N. 6. V. Congregare. N. 3. V. Crystallum. N. 2. V. Decor. N. 10. V. Byssus. N. 2. V. Aceruus. N. 2.
 ¶ Quod natum est ex carne caro est, vide. V. Caro. N. 16.
 ¶ Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto. Ita oportet exaltari filium hominis, &c. vide. V. Ænigma. N. 3. V. Altus. N. 5. V. Bonum. N. 19. V. Christus. N. 6. V. Crua. N. 6. V. Arbor. N. 2. V. Absorbere. N. 9.

**IN FESTO EXALTA
 tionis sanctæ Crucis.
 Ioan. 12.**

¶ **N**unc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eticietur foras, vide. V. Calcare. N. 1. & 6. V. Cibus. N. 12. V. Calcanens. N. 1. V. Caluaria. N. 1. V. Capere. N. 2. V. Carcer. N. 2. V. Cauerna. N. 2. V. Ceruus. N. 3. V. Cedrus. N. 8. V. Cesare. N. 6. V. Chirographum. N. 1. V. Cithara. N. 2. V. Collum. N. 6. V. Componere. N. 2. V. Conscindere. N. 1. V. Cubare. N. 2. V. Dagon. N. 1. V. Demon. N. 2. V. Dare. N. 15. V. Dies. N. 24. V. Dimittere. N. 8. V. Dissoluere. N. 1. V. Dominari. N. 15. V. Domus. N. 14. V. Draco. N. 7. V. Angelus. N. 3. V. Brachium. N. 8. V. Cathena. N. 4. V. Claudere. N. 7.

¶ Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum, vide. V. Aries. N. 4. V. Aspicere. N. 11. V. Cadere. N. 9. V. Capere. N. 6. V. Caro. N. 5. V. Castigare. N. 2. V. Concutere. N. 1. V. Consurgere. N. 5. V. Cupressus. N. 2. V. Deuorare. N. 7. V. Baculus. N. 6. V. Benedicere. N. 16. V. Auferre. N. 9. V. Bestia. N. 6. V. Bonum. N. 19. V. Accedere. N. 10. V. Amor. N. 28. V. Altus. N. 4.
 ¶ Ambulate dum lucem habetis, vide. V. Bibere. N. 7. V. Cecus. N. 2. V. Ambulare. N. 8.

**IN FESTO DEDI
 cationis Ecclesiæ.
 Luc. 19.**

¶ **E**t ecce uir nomine Zachæus & hic Princeps publicanorum, &c. & suspiciens Iesus uidit illum.

V. Aspicere. N. 3. & 6.
 ¶ Murmurabant dicentes quoniam ad hominem peccatorem diuertisset. De murmuracione, vide. V. Dens. N. 11. & V. Detrahere.
 ¶ Zachæus autem dixit ad Iesum dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, vide. V. Conuertere. N. 4. V. Crocus. N. 1. V. Aquilo. N. 5. V. Annuntiare. N. 18. V. Album. N. 6. V. Amor. N. 36. V. Arena. N. 6. V. Butyrum. N. 3. V. Carbo. N. 2. V. Ceruix. N. 5. V. Compingere. N. 2. V. Considerare. N. 3. V. Cor. N. 3. V. Corona. N. 11. V. Annuntiare. N. 18.
 ¶ Et si quem defraudauit, reddo quadruplum. V. Capere. N. 8. V. Colligere. N. 7. V. Currere. N. 4.
 ¶ Et ait Iesus ad eum quia hodie salus huic domui facta est, vide. V. Abbreuiare. N. 9. V. Aroma. N. 2. V. Beatus. N. 9.
 ¶ Eo quod & ipse filius sit Abrahæ, vide. V. Cæcum. N. 4. V. Bonum. N. 13.

Finis indicis Euangeliorum.

Laus Deo.

A D L E C T O R E M.

ACCIPE amice Lector primum Tomum huius operis, quem Aideo seorsum ab aliis in lucem edimus, quia omnes materias suas habet completas: neque dependet ab aliis duobus tomis sequentibus, quam primum prælo mandandis, maxime propter indicem locupletissimum Euangeliorum totius Anni, quem in gratiam concionatorum adiecimus. Vale.

